Hæres si aliquis instituatur, à defuncto que grauetur, vt rem propriam alicui det, tenebitur hæres hoc legatũ adimplere, quanuis hæreditas minus valeat. in. l. si cùm dotẽ. §. si pater. pagin. 436.

Hæres confecto inuentario non tenetur, nisi pro valore hæreditatis, aliàs minimè, in d. l. si cum dotem. §. si pater. nu. 20. pag. 437.

Hæres non videtur agere nomine proprio, sed tanquam repræsentans defunctum, in. l. si constante. §. fin. num. 19. pag. 607.

Hæres vtrum possit venire contra factum testatoris, in. l. Lutius Titius. à nu. 18. pag. 810. & vide à num. 20. pagina. 801.

Hæres potest venire contra factum defuncti, si fuerit nullus propter defectũ consensus, in. l. Lutius Titius. nu. 20. pag. 811. Contrarium dicendum est, si factum fuerit nullum propter legis resistentiam, vide ibidem.

Hæres maior succedens minori, quantũcũque defunctus potuisset contra factũ suum venire, hæres venire non poterit contra factum defuncti. in d. l. Lutius Titius. nu. 22. pag. 813.

Hæres, vtrũ possit venire contra factũ defuncti, quando fundat se in iure proprio, vel aliunde habito, in d. l. Lutius Titius. nu. 24. pag. 814.

Hæres venditoris non poterit vẽdicare rem



Iudex non requisitus interponit officium super notorio ex actis collecto. in. l. si ab hostibus. nu. 52. ad fin. pag. 127.

Iudices quomodo faciant inhibitiones, ne res depositæ restituantur deponẽti, & in quibus casibus & quid operentur, vide multa eleganter. in. l. si alienã. a nu. 13. pag. 153.

Iudex ordinarius constitutus à domino terrarum, eius morte non expirat. in l. quia tale. nu. 94. pag. 353.

Iudex secundum partium conuentionem debet ferre sententiam: vnde si conuẽtum est, ne debitor teneatur in solidũ, quatenus facere potest, valet hoc pactum. in. l. alia. §. eleganter. numer. 35. pag. 377.

Iudex debet ferre sententiam secundum veritatem, de qua constat in actis, nõ obstante errore, siue inualiditate processus, & hoc in regno Portugaliæ, tamen non debet iudicari, nisi secundum causam deductam in libello. in. l. si cũ dotem in prin. nu. 44. pag. 419.

Iudex secularis cognoscet, vbi non dubitatur de validitate matrimonij, sed tantum dubitatur, vtrum illud contractum de facto inter aliquos nec ne. in. l. Titia. nu. 22. pag. 767.

Iudicium de moribus inter cõiuges, quod diceretur apud antiquos, & in quo differebat ab accusatione ordinaria adulterij. in. l. viro atque vxore. nu. 1. pag. 819.

Iudicio de moribus intentato, nõ poterat maritus recurrere ad accusationẽ criminalem, & hoc iudicium nõ dabatur hæredi, nec contra hæredem. in d. l. viro atque vxore. nu. 2. pag. 820.

Iudicium de moribus sublatum est per Iustinianum. ibidem.

Iurisdictio ordinaria vtrum morte cõcedentis expiret, & quid de iurisdictione delegata sit dicendum. vide in l. quia tale. à nu. 83. pag. 347.

Iura conditionalia deportati, si descendant ex contractu, pertinent ad fiscũ, si vero descendant ex vltima voluntate, minime: vide ratione differẽtiæ in. l. si constante. §. fin. nu. 4. p. 599.

Iura conditionalia passiua, an transeat ad fiscum, si eorũ conditio extitit post condẽnationem illius, cuius bona fuerunt publicata. ibi nu. 5. & 6.

Inuentarium quando prosit, & quando nõ prosit marito, adita hæreditate vxoris. in. l. quæ dotis. numer. 12. pagin. 652.

Iuramentum vt sit validum, tria debent concurrere simul, scilicet iudiciũ, veritas, & iustitia. in. l. alia. §. eleganter. num. 28. pag. 374.

Iuramentum inualidum est, quando aliquis iurauit non fieri clericum vel Episcopum, ibi enim deficit iustitia, siquidem iurauit non facere bonum, quod poterat esse vtile proximis. in. l. alia. §. eleganter. numer. 28. pag. 374.

Iuramentum quo quis iurat, se non fideiussurum pro aliquo, inualidum est eadem ratione, vide ibidem.

Iuramento quod nullum est, non dicitur quis proprie contrauenire, vnde non peccabit, qui illud non obseruat. ibidẽ num. 29.

Iuramentũ mariti de soluenda dote insolidũ, licet in se sit, validũ tamẽ non tene-

tenetur obseruare iuramentum, quia repugnat bonis moribus. in d. l. alia. §. eleganter. numer. 31. pag. 375. & vide nu. 34.

Iuramentum aliquando additur actui de se valido, aliquãdo additur actui inualido propter fauorem iurantis, aliquando additur actui inualido ob odium illius, qui accepit iuramentum, & qui effectus inde sequantur, vide in dict. l. alia. §. eleganter. numer. 32. pag. 375.

Iuris forma & dispositio, non potest mutari per partium consensum, seu conuentionem. in. l. si constante. in princ. numer. 86. pagin. 552.

Ius patronatus vt sit pecunia æstimabile, non possunt partes efficere per suũ consensum, & conuentionem. in l. si constante. in principio. numer. 86. pagin. 552.

Ius patronatus cõsideratur pecunia æstimabile per conuentionem partium in fauorem mulieris, & dotis per legem Iuliam. ibi & nu. 87.

Ius publicum, id dicitur principaliter, cuius vtilitas principaliter respicit totã Rempublicam, priuatum verò, cuius vtilitas principaliter respicit priuatos, licet in consequentiam resultet vtilitas publica. in l. alia. §. eleganter. nu. 15. pag. 365.

Ius petendi inuestituram qui habebat, si passus est alium remotiorem inuestiri, vtrùm in totum sibi præiudicet? in l. quæ dotis. nu. 149. pag. 725.

Ius suum omnino amittit vocatus in casum alienationis, & illi consentiens. in d. l. quæ dotis. nu. 149. pag. 738.

Ius succedendi matri in re, quando videatur filijs reseruatum per stipulationem aui inpersonalem. in l. posi dotem. à num. 7. pag. 841.

Ius quod personæ cohæret, in alium transferri non potest, & non obstante trãslatione, mero iure subsistit, nec hoc casu datur exceptio, vide declarationẽ. in l. vsufructu. nu. 20. pag. 943.

Ius suum quanuis amiserit actor, tamẽ subintelligitur, si dominus voluerit: exemplum ponitur in emphyteuta non soluente canonem, censetur enim amissa emphyteusis ipso iure, sub hac conditione, si dominus voluerit, & ita de hoc iure nemo poterit opponere, ante domini declarationem. in l. si alienam, à nu 66. pag. 187.

Iustitiæ duæ sunt partes. prima est facere bonum, sub ratione debiti per comparationem ad proximum, secunda declinare a malo. in l. alia. §. eleganter. nu. 28. pag. 374.

Ius fisci non potest allegari, id est de illo non potest opponi, quando aliquis venit priuandus per sententiam, post illam vero maxime: quod si ipso iure priuetur, quilibet de eo iure opponere poterit. in l. si alienam. à nu. 64. pag. 186. vide eleganter. ibi. num. 71. pag. 189.

Ius tertij non allegatur, seu de illo non opponitur, quando huiusmodi exceptio non permit ius agentis, id est non ostẽdit illam actionem agenti non competere. in l. si alienam. à numer. 55. pagin. 180.

Ius tertij potest allegari, id est de iure tertij potest opponere spoliator, qui expulit emphyteuta, quando dominus vendicat fundum tanquam suum, poterit enim excipere de dominio vtili, quod expulsa competebat. vide eleganter. in l. si alienã. à nu. 57. & sequentibus. pag. 181.

Ius tertij, & cate. vide elegantissime, quare de vtili dominio tertij potest opponi, secus vero de seruitute reali, aut vsufructu tertij. late in d. l. si alienã. nu. 57. 58. 59. & 60. pag. 181.

Ius tertij, quoad vtile dominiũ attinet, etiam iniustus possessor potest allegare. ibi. à nu. 59.

Ius tertij, vtrum si quis rem præscripsit, & cecidit à possessione dominusq; antiquus vendicat eam rem à possessore, poterit ne possessor opponere quod illa res fuerit præscripta per tertium. in l. si alienam. à nu. 58. pag. 181.

Ius tertij debitor vtrum possit opponere de vtili actione alteri competenti, ibidem, & vide. nu. 62. resolutionem: quid si actio realis cedatur, vide ibidem, & nu. 63.

Ius tertij potest allegari, quando hæc exceptio de dominio tertij concludit, ius agendi, ipso iure agenti non competere, & hæc exceptio admittitur. in d. l. si alienã. numer. 64. pag. 185.

Ius tertij potest allegari, seu de eo opponi, quãdo amissio, verbi gratia, emphyteusis pendet à tacita conditione resolutiua, secus vero, si à tacita conditione suspensiua. in d. l. si alienã. à numer. 65. pag. 188.

Iuris tertij exceptio in quocunq; iudicio opponitur. in d. l. si alienam. numer. 72. pag. 190.



L

Laicus & non clericus vnusquisque præsumitur, donec contrarium probetur. in l. Titia. nu. 31. pag. 784.

Laici vtrum sint capaces percipiẽdi fructus, qui sub nomine decimæ debẽtur. in l. Titia. nu 46. pag. 793.

Lata culpa quid sit, inuenies in prælud. l. si mora. nu. 2. & sequenti. pag. 4.

Lata culpa & latior culpa, vtrum idẽ sit. ibid. d. nu. 4. & 5. pag. 5.

Lata culpa diuiditur in duas species per Zasium, sed non recte. ibidem. nu. 6. pag. 6.

Lata culpa nunquam dolus dicitur, licet illi æquiparetur. ibidem. nomer. 8. pagin. 7.

Lata culpa proueniens ex delicto, dolus non est, nec includitur sub dispositione facientementionem de dolo. ibidẽ. nu. 9. pag. 8.

Lata culpa non æquiparatur dolo, quando agitur de pœna corporali, sed mitius venit puniendus, qui illam committit. ibidem. à num. 21. ad finem, & sequenti. pag. 15.

Lata culpa æquiparatur dolo etiam in causis, ex quibus resultat infamia. ibidem. nu. 24. pag. 16.

Latæ culpæ siquid nouæ culpæ addatur, transit in dolum præsumptum, ibidem nu. 25. pag. 17.

Lata culpa per quam quis in rebus suis custodiendis maiorem diligẽtiam adhibeat, quam in alienis transit in dolum præsumptum: quod tamen notabiliter declaratur. ibidem. numer. 26. pag. 17.

Lata

*Lata culpa obligat, etiamsi quis ea solitus sit vti in rebus suis. ibidem nu.31. pag.20.*

Leuis *culpa in dubio non est præsumenda, & sic præsumitur vnusquisque in rebus suis vti communi diligentia. ibid. nu.40. pag.26.*

*Leuis culpa si in societate conuentionali semper venire solet, et si socius eadem vtatur circa res suas, à fortiori idem erit in societate incidenti, aduersus communem. ibidem. nume.42. pagin.27.*

*Leuis culpa in committendo punitur criminaliter, in omittēdo verominime, sed tantum agi potest ad emendationem damni, ibidem. num.29. pag.48.*

*Leuis culpa, vel leuissima non obligat delinquentem ad pœnā corporis afflictiuam. ibidem. nu.23. pag.16.*

Læsio *debet esse vltra dimidiam iusti pretij, alias in vera venditione non succurritur venditori. in l. si æstimatis. nu.21. pag. 917. mulieri vero læsæ succurretur in æstimatione rei, etiāsi læsio sit intra dimidiam, & tunc electio dabitur marito, vt vel rem restituat, vel soluat iustam æstimationē. ibid. & nu.22.*

*Læsio si interueniat in dote dāda, vtrū succurratur maioribus. in l. si æstimatis. nu.23. pag.918.*

Legatum *censetur reuocatum propter inimicitias superuenientes. in. l. si ab hostibus. num.9. pa.100.*

*Legata annua, vel alimenta si solui non possunt ex redditibus hæreditatis, tunc debent vendi res hæreditariæ ad solutionem. vide tamen quo pacto. in. l. maritum. numer.23. pag.238.*

*Legatum inutile censetur, quando id legatur, quod morte testatoris finitur. in l. quia tale. nu.2. pag.209.*

*Legata non imputantur in Falcidiam. in. l. si cum dotem. §. si pater. num.11. pag.431.*

*Legare an videatur maritus vxori animo compensandi, cum ei arras debeat. in. l. si cum dotem. §. si pater. à num.12. pag.432.*

*Legatarius accipiens scienter minorem quantitatem legatam, quam ei debebat testator, qui legauit cū clausula, ne plus peteret legatarius ratione debiti, sibi præiudicat. ibidem. nu.22.*

*Legata vtrum imputentur in Trebellianica. ibid. nu.29. pag.442.*

*Legatum quando censeatur relictum animo liberali. ibidem. nu.31. pag.443.*

*Legato relicto ex eadem causa, ex qua qui legat debitor est, semper præsumitur animus compensandi. ibidem. nu.38. pag.448.*

*Legatum si simpliciter genero sit relictū, sine eo quod nomine filiæ legetur, non præsumitur compensandi animus in socero. ibid. nu.39. pag.448.*

*Legata sibi relicta per patrem, licet filia succedens cum fratribus, nō teneatur conferre. vide tamen casum vbi tenetur conferre. ibidem. numer.43. pag.411.*

*Legatum non censetur relictum animo compensandi, quando dos prius fuit data. ibid. nu.46. pag.452.*

*Legatum factum vxori putatiuæ inutile est. in. l. si cum dotem. §. fin. nu.21. pag.491.*

*Lega-*



*Legatum si sit relictum deportato antequam deportetur, & post deportationem eueniret conditio, legatum nō pertineret ad fiscum, sed ad deportatū, quasi quæsitum post deportationem, in l. si constante. §.1. numero.20. pagina.593.*

*Legatum cum pacto de non reuocando, vtrùm transeat in vim donationis inter viuos. in. l. quæ dotis. à num. 113. pag.716.*

*Legatum quando censeatur esse reuocatum ob inimicitias, in l. si ab hostibus. §.1. à nu.10. pag.101.*

*Legitimatus in regno Portugaliæ nò trāsit in potestatem patris legitimantis, sed redditur habilis, vt possit ei relinquere ex bonis suis quod velit, in l. quæ dotis. nu.165. pag.747.*

*Legitimationis effectum vide ibidem.*

*Legitimatio filij spurij postulat, vt fiat mentio de filijs legitimis, quia per legitimationem diminuitur eis legitima spes succedendi patri, in l. post dotem. nu.8. pag.842.*

*Litigiosa res, et si prohibita sit alienari, hoc non habet locum in prohibitione necessaria, quæ fit propter condemnationem, in l. si constante. §. fin. num.2. pag.598.*

*Leges Hispaniæ permittentes maritō vxorem adulteram occidere, sint ne validæ, an iniustæ, in l. si ab hostibus. §.1 à nu.54. pag.128.*

*Lex quando priuat aliquem propter factum, intelligitur priuatio de quærendis in futurum, & non de iam quæsitis, in d.l. si ab hostibus. §.1. num.62. pag.133.*

*Legis dispositio quæ dicatur, & quæ dicatur dispositio hominis, Vide pulchrè in d.l. si ab hostibus. §.1. à nu.70. pag.138.*

*Lex limitatoria, & exorbitans differūt, & vide quæ sit lex correctoria, in d.l. si constante. in princ. à numero.94. pagina.556.*

*Lex limitatoria recipit extensionem ex similitudinē rationis, nisi in illis sit expressa dictio taxatiua, in l. si constante. in princ. à nu.94. pag.557.*

*Leges exorbitantes non extenduntur ex similitudine rationis: quòd si materia sit pia & fauorabilis, contrarium dices, d.l. si constante. in princ. num.96. pag.558.*

*Lex exorbitans extenditur de vno casu ad alium, quando sunt æquiparati, ibidem numer.99. pag.563. & ibi numero.104.*

*Lex exorbitans extenditur ad casum, qui sub verbis latè sumptis comprehēdi potest, ibidem, nu.100. pag.560.*

*Lex correctoria non admittit extensionem, quanuis ratio in ea sit expressa, ibidem nu.101. pag.561.*

*Lex si generaliter sit concepta, & ratio etiam generalis est, postea quam aliquos casus particulares enumerat, lex illa non tantum casus expressos, sed etiam omnes quibus eius ratio adaptari potest, videtur comprehendere, ibidem nu.102. pag.562.*

*Lex correctoria quando extendatur ad casum æquiparatum, ibi numero. 105. pag.564.*

*Lex quando disponit in certo casu cum ratione, tunc non debet attendi ratio,*



*sed*

sed dispositio tantùm, si lex sit correctoria, siue exorbitans, ibi n.103.p.563.
Lex Tauri.52.quæ hodie est.l.4.titulo.2. lib.5.ordinamenti.declaratur in l.quæ dotis.à nu.82.pag.697.
Libertas si debeatur ex contractu, purificata conditione, agendum est ex cõtractu, vt seruus manumittatur, & sic licita erit retentio: in vltima autẽ volũtate, cũ libertas ipso iure quæratur, retentio dari non potest, in l.si mora.nu.76.pag.75.
Libertatem sibi oblatam nullus potest recusare, cùm libertas sit publica res, & non priuata, in l.alia.§.eleganter. nu.38.pag.379.
Libertus si non præstat operas, quando teneatur dare pecuniam pro illis, in l. si constante.in principio.num. 84.pagina.551.
Libertatis controuersia si extat, multũ interest, vtrùm quis sit in quasi possessione libertatis, vel seruitutis, in l.Titia.nu.5.pag.756.
Libertas præscribitur per spatium decẽ annorum, si adsit titulus, & bona fides.in d.l.Titia.nu.18.pag.764.
Libertas præscribitur per spatium viginti annorum si titulus inductus est, nõ iusto errore facti, sed per iuris errorẽ. in d.l.Titia.num.31.pag.764.
Libertas data per non dominum, non cõfirmatur, et si is succedat domino, & tamen si is velit seruum in seruitutem reuocare, repelletur per eum ope exceptionis.in l.Lutius Titius. à nu. 22.pag.813.
Literas recipiens alterius, vtrùm videatur consentire, in.l. quæ dotis. nu. 158.pag.743. Quid si audiat nuntiũ alterius, & taceat, ibi nu.159.
Lis qualiter dicatur ordinata super causa status, in l.Titia.nu.3.pag.755.
Locatio simpliciter facta, vtrùm ratione proprietatis, an verò possessionis facta censeatur, in l. si alienam. à n. 30.pag.164.
Locator aduersus conductorem, circa restitutionem rei locatæ potest agere actione ex locato, vel conditione ex l.si quis conductionis. C. de locato. & & multũ interest, agat hoc vel illo modo, in l.si alienam.à nu.31.pag.164.
Locator si agat actione ex contractu, conductor non poterit ei opponere de dominio tertij, quia exceptio non concludit, actionem ex locatione actori non competere, in l.si alienam. à nu. 70.pag.192.
Locator si agat modo supradicto, admittetur exceptio de proprio dõnio, quia per eam concluditur, locationem non valuisse, ibidem nu.77.
Locationem factam per vsufructuarium, non tenetur proprietarius obseruare: nec item successor maioratus, quam fecit antecessor, in l.si filiofamiliàs.§.fin.nu.4.pag.617.
Locationẽ factã tenetur obseruare ille, qui successor est per iudicis sentẽtiã. in d.l.si filiofamiliàs.§.fin.nu.5.pag.617
Locationem factam per proprietarium, vtrũ teneatur obseruare vsufructuarius, ibidem à nu.5.pag.618.
Locationẽ factã à rectore alicuius hospitalis, vel etiam à rectoribus ciuitatum, tenẽtur obseruare successores, et si facta sit per aliquot annos, in d.l.si filiofamiliàs.§.fin.à nu.7.pag.619.
Locationem fieri si quis expressè consentiat, tenetur eam præcisè obseruare: quid si tacitè cõsentiat, ibi nu.10.pagin.620.
Locationem factam per eum, qui rãtione pacti reuendit, non tenetur obseruare ille qui rem redemit virtute pacti de retrouendẽdo, ibidem, num.10. pag.620.
Locatio quæ fit ab eo, qui habet dominium temporale, non durat nisi quatenus durat hoc dominium, ibidem, numer.11.pag.621.
Locatio facta per prædecessorẽ, obseruabitur à successore, si ille receperit à locatore pretium locationis, ibidem.
Locatio à marito facta in fraudem mulieris, nullo modo valida est, si constet de fraude vere, vel præsumptiuè: & quomodo hæc fraus probetur, ibi num.14.pag.623.
Locatio facta per maritũ differentiã habet à locatione facta per fructuariũ, ibi num.17.pag.624.
Locationem factam per prælatũ, vtrũ teneatur obseruare successor, ibidem & num.18.pag.625.
Locatio quando reddatur realis per confirmationem episcoporum, seu vicariorum, ibi, num.20.pag 626.
Locatio quando non transit ad sucessorem in beneficio, vtrum conductor possit habere recursum aduersus hæredes locatoris, & ab eis petere quantũ sua interfuit locationem impleri intra declaratum tempus, ibi.n.21.pag.627.
Locatio si fiat rerũ ecclesiarum, quæ res destinatæ sunt ad fabricam, vel alios vsus ecclesiæ, & rector illas locet tanquam talis in vtilitatem ipsius ecclesiæ, teneatur ne successor stare locationi, ibidem nu.22.pag.627.
Locationem factam nomine ecclesiæ, vtrũ successor teneatur obseruare, ibidem à nu.23.pag.628.
Locatio rerum ecclesiæ permissa est bẽneficiario nõ ad longum tẽpus, ibidem nu.24.pag.620. nec exigitur authoritas superioris, ibi.
Locare commoditates ecclesiæ ad longũ tempus non potest prælatus, seu beneficiarius, nisi interueniant solemnitates, quæ in alienatione rerum ecclesiæ à iure requiruntur, ibi nu.26.pag. 630.
Locatio facta ad vitam alicuius, dicitur facta ad longum tempus, nisi talis sit persona, quæ non possit viuere vltra decem annos, ibidem.
Locatio facta ad nouennium, cum pacto de renouando in aliud nouennium, non valet, ibidem.
Locationẽ etiãsi obseruet successor in illis casibus in quibus obseruare tenetur, si tamen prædecessor qui locauit, percepit anticipatas solutiones in vita sua, eas non tenetur obseruare successor, imò conductor habebit recursum aduersus hæredes locatoris, ibidẽ, & nu. 27.pag.630.
Locatio si fiat per anticipatam solutionem, vtrùm successor possit cogere cõductorẽ, vt sibi soluat pensionem de nouo, ibidem.
Locationẽ factã per canonicũ, indistinctè successor nõ tenetur obseruare, ibidem nu.28.
Locatio fructuum canoniæ si fiat à canonica

*nico in quinquennium, nomine ecclesiæ, vtrùm successor teneatur ea obseruare, ibi nu.29.pag.631.*

*Locationem factam per prædecessorem, particularis successor in quibus casibus teneatur obseruare, ibi nu.30.pagin.632.*

*Locatam rem poterit retinere cõductor, donec sibi soluantur impensæ, et si successor eum possit expellere, ibidem.*

*Locatio vtrùm valeat, si pactum est, ne res hypothecata locetur, & tamen contra pactum locata fuit, in l. si filio familiàs. §. fin. nu.33.pag.634.*

*Locator quando possit expellere conductorem durante tempore locationis, & quando non, ibi nu.35.pag. 635.*

*Locatio ad longum tempus est, quæ sit vltra decennium, ibi nu.37.pag.637.*

Lucrum *vbi defertur per pactum, vel aliquã aliã dispositione per mortem alicuius, non habet locum pactum, si paciscens huius mortis causa fuerit, in l. si ab hostibus. nu.9.pag.100.*

*Lucra quæsita constante matrimonio, quam ob causam coniuges non teneantur reseruare filijs primi matrimonij. in d.l. si ab hostibus. numero.70. pagina.146.*

*Lucra quæsita in matrimonio putatiuo, vtrùm communicentur inter coniuges? & quid erit si vnus, vel alter sciuit impedimentum, & interueniat dolus. in l. si cùm dotem. §. si pater. num. 46.pag.452.*

*Lucra quæsita constante matrimonio communicantur inter coniuges in regno Castellæ, nisi contrarium exprimatur, & illa communicatio dicitur fieri per dispositionem legis, in l. si constante. in princip. numer.134.pagina.580.*

*M.*

M*Ala fides authoris vtrùm regulariter noceat particulari successori possidenti cum bona fide, in l. si alienã. à nu.4.pag.170.*

Mandatum *interpretatiuum quando dicatur? & quid operetur? in l. quæ dotis. nu.155.pag.741. & quid si mandato meo quid fiat. in l. quæ dotis. nu.62. pag.681.*

*Mandatum vt inducatur, necessaria est præsentia mandantis, & mandatarij, & inter absentes nuntius, vel epistola, in l. post dotem. num. 18. pagina.848.*

*Mandatum quando inducat voluntas, ibidem, & nu.19.22.& .23.*

*Mandatum contrahitur, etiam per tacitam voluntatem, ibi nu.20.pag. 849.*

*Mãdatum vbicumque præcedit, semper quis cẽsetur procuratorio nomine actum gerere, ibi nu.23.pag.851.*

*Mandatũ nunquam inducit consensus in causa criminali, ibi nu.22.*

Maritus *nõ tenebitur, nisi de dolo, pro rebus dotalibus vxoris, si mulier morã fecerit in dote recipiẽda, quã maritus ei offerebat, etiãsi secundũ naturã cõtractus de dolo, lata culpa, & leui teneatur, ibi in l. si mora. nu.11.pag.37.*

*Maritus dũ vxorẽ nõ cõstituit in mora circa dotis receptionẽ, teneaturne colere fundũ dotalẽ, etiãsoluto matrimonio, in d.l. si mora. nu.88.pag.81.*

*Maritus vtrũ teneatur vxori de fructib percipiendis, ibi à numero.89. pagina 82.*

*Maritus soluto matrimonio negligens culturam fundi, cũ iam mulieri præiudicet, tenetur ei de fructibus percipiendis, ibi nu.91.pag.83.*

*Maritus post moram vxoris, non tenetur fundum colere: quod si sponte colat, fructus perceptos tenetur ei restituere, ibi nu.94.pag.85.*

*Maritus, qui mulieri infirmæ medicum non adhibuit, vtrùm priuetur lucro dotis: vide in l. si ab hostibus. à num. 32.pag.114. & quid si erat pauper, nu. 35.pag.116. & tempore pestis, ibi.*

*Maritus si cùm posset, non liberauit vxorem à periculo mortis, in quo erat constituta, sit ne indignus lucro dotis, necne, ibidem nu.34.pag.115.*

*Maritus expellens vxorem de domo sine causa, reddatur ne indignus eius successionis, vel saltem priuetur lucro dotis, ibidem nu.37.pag.117.*

*Maritus nihil tenetur ministrare vxori extra domum, si illa propria authoritate recessit, ibidem num.38. pagina.118.*

*Maritus qui propria authoritate occidit vxorem adulteram, vtrùm priuetur lucro dotis, ibidem nu.40.pag.119. vbi fit distinctio inter dispositionem legis, & pacti conditionem, ibi à nu. 41.pag.120.*

*Maritus occidens vxorem adulteram etiam ex permissione statuti, vtrùm peccet mortaliter, ibidẽ à n.43.pag.121*

*Maritus occidens vxorem adulteram ex interuallo propria authoritate, licet nihil debeat lucrari ex bonis ad eam pertinentibus, tamen licitè retinebit dimidiam partem bonorum, quæ à principio consumati matrimonij obtinuit, in d.l. si ab hostibus. à nu.60 pag. 132.*

*Maritus qui ex interuallo vxorẽ adulteram occidit, si matrimonium fuit contractum per dotem & arras, non lucratur eius bona: secus si matrimonium fuit contractum secundùm Portugaliæ consuetudinem, ibidem nu. 66. pag.136.*

*Maritus si lucretur partem dotis ex dispositione legis, siue statuti, an teneatur eam partem reseruare filijs primi matrimonij, ibidẽ à nu.71.pag.139.*

*Maritus non potest obijcere vxori repetenti dotem, exceptionem, quòd illa res pertineat ad dominium alterius, in l. si alienam. nu.3.pag.147.*

*Maritus quanuis non possit excipere aduersus vxorem dotem repetentem de dominio alieno, poterit tamen excipere de proprio, allegando, rem dotalem fuisse suam tempore quo ei data fuit in dotẽ, in l. si alienã. à nu.22.pag.159.*

*Maritus pro dote soluenda, in id quod facere potest tantùm condemnatur, vnde non eget remedio cessionis bonorum, nec in carcerem potest detrudi pro huiusmodi debito, in. l. maritum. nu.2.pag.225.*

*Maritus si sua sponte velit vti beneficio cẽssionis bonorum, vtrùm id facere possit? & quid in clerico? vide ibi à nu.3.pag.225.*

*Marito relinquenda sunt necessaria, ne egeat, attenta dignitate, & qualitate personæ, facta exequutione pro dote*

dote restituēda, ibi àn. 5. pag. 227. quid si mulier fuerit pauper, vide ibi nu. 6.
Marito vtrùm sint relinquenda necessaria, non solùm ad se alendum, sed etiā ad familiam, ibidem. num. 8. pag. 229.
Maritus si sit pauper, onus alendi filios incumbit matri, ibidem, numer. 9. pagina. 229.
Maritus si habet aliquod officium ex quo lucrari possit, tanto minus ex dote deducet; vide ibidem. num. 9. & 10 pag. 236.
Maritus si ad piguiorem fortunam perueniat, tenetur vxori restituere id quod propter eius inopiam fuit ex dote deductum, ibidem num. 11. pag. 231.
Mariti ætas vtrùm consideretur in deductione facienda ex dote, ibidem.
Maritus si redditibus propriorum bonorum possit se alere, nihil ex dote diminuetur, aliàs secus, ibidem numer. 13. pag. 232.
Maritus cogitur, vt vendat sua bona ad restitutionem dotis, cùm habeat vnde se alat, ibidem numero. 14. pagina. 232.
Marito incumbat ne onus probandi, se non habere bona sufficientia ad dotis solutionem, ibidem pag. 238.
Maritus non potest renuntiare priuilegio, quòd non conueniatur nisi ad id quod facere potest, ibi numero. 27. pagina. 241.
Marito non præstabit actionem huiusmodi priuilegium ad petendam dotē iam solutam: ad retinendam vero ante solutionem, maximè, ibi num. 29. pagin. 242. & nu. 30.
Mariti priuilegium, ne conueniatur nisi id quod facere potest, non competit ei aduersus tertium, ibi num. 38. pagina. 248.
Maritus à muliere conuentus, vt dotē restituat, si deferatur ei iuramētum, & ipsa iurauerit sibi deberi certam quantitatem nomine dotis, quomodo hoc intelligatur, vide ibi à nu. 38. pagina. 249.
Marito competet ne priuilegium de quo suprà, quando per stipulationem promisit dotem restituere, vel per constitutum: & quid si promisit extraneo, ibi à nu. 39. pag. 249.
Mariti culpa si soluatur matrimonium, vtrùm nihilominus ei competat priuilegium, ibi nu. 43. pag. 252.
Mariti priuilegium vtrùm competat defensori, & quis dicatur defensor? & quis procurator, ibi à num. 44. pagina. 253.
Maritus vtrùm possit ferre testimoniū pro muliere, & è contra, deinde & domestici pro ipso, ibi nu. 55. pag. 260.
Marito conuento pro contractu gesto cōstante matrimonio, actione separata ab actione dotis, habet priuilegiū, etsi conuētio fiat soluto iam matrimonio: secus verò pro contractu gesto soluto iam matrimonio, ibi nu. 49. pag. 285.
Marito competat ne hoc priuilegium, casu quo mulier sit pauper, ibi à nu. 96. pag. 277. quid si hæredes vxoris dotē petāt, ibidem.
Maritus pauper quantumcūque habeat patrē diuitem, nihilominus habet priuilegium, etiamsi vxor sit pauper, cū tamen illa habeat patrem diuitem, vel aliunde potest alimenta consequi, ibidem à nu. 99. pag. 289.
Maritus si dolo dissipauit bona propria, ea mente, ne esset soluendo, amittit suum priuilegium: quid si dolo dissipauit animo præiudicandi alteri, non verò vxori, ibi à nu. 101. pag. 290.
Maritus si per dolum dissipet res dotales, & efficiatur non soluendo, amittit beneficium, etiamsi dolus ad hoc non fuerit destinatus, vt ipse efficeretur non soluendo, ibi à nu. 103. pagina 291.
Maritus vtrùm propter leuē culpam amittat priuilegium, ibi nu. 104. pag. 291. & ad quam culpam teneatur ratione contractus dotalis, ibidem, pagina. 292.
Maritus si conuentus ab vxore, vt dotem restituat, neget cum ea contraxisse matrimonium, de quo posteà cōstet, amittit priuilegium, ibi numero. 105. pagina. 292.
Maritus non cogitur hodie dare vxori donationem propter nuptias, & hoc est per consuetudinē abrogatum, in l. si cùm dotem. §. si pater. numer. 11. pagina. 432.
Maritus & vxor, si fateantur pretiū rei alienæ recepisse, præsumptione iuris credetur, totum pretium ad maritum peruenisse, in l. si cū dotē. §. transgrediamur. nu. 38. pag. 475.
Maritus putatiuus non lucrabitur dotē propter adulterium mulieris putatiuæ, in l. si cùm dotem. §. fin. numer. 19. pagina. 490.
Maritus à quo tempore dicatur, quòd malè vtitur substātia sua, & in qua forma, in l. si constante. in princip. numero. 9. pagina. 509.
Maritus vtrùm teneatur præstare cautionem de conseruanda dote, seu præstare fideiussores, in d. l. si constante. in princ. à nu. 20. pag. 515.
Maritus vtrùm ex eo quod dos sibi non soluatur, possit expellere vxorē à domo sua de iure, ibi nu. 22. pagin. 516.
Mariti inopia superueniente, antequam ei dos tradatur, vtrùm dos trādatur marito, præstita cautione: & quid erit dicendum, si tempore promissionis erat iam pauper, ibi à numero. 23. pagina. 517.
Maritus inops non tenetur vxorem alere, nec filios, ibi num. 52. pag. 534.
Maritum non habere bona sufficientia ad exactionem dotis, quomodo probetur. ibi à nu. 63. pag. 540.
Maritus tenetur restituere vxori ea quæ acquisiuit ratione iuris patronatus, quod habet in seruo dotali manumisso, & qua ratione, vide in l. si constante. in princip. nu. 74. pag. 546.
Maritus manumittens seruum dotalē, vtrùm teneatur restituere vxori illa quæ acquisiuit ratione iuris patronatus, ibi à nu. 77. pag. 548.
Maritus videtur semper gerere negotiū vxoris manumittendo seruum dotalem, quando non constat vxorem habuisse animum donandi, ibi num. 82. pag. 551.
Maritus seruo manumisso cur operas imponere possit, ibi nu. 85. pag. 552.
Maritus à patre exhæredatus, vtrùm habeat aliquod iuris remedium ad repetendā dotē ab hæredibus patris, cui dos tradita fuit, ibi. §. 1. àn. 3. pag. 584.

Maritus vtrùm teneatur obseruare locationem factam per vxorem vel socerum, antequã fundus dotalis ei traditus esset: ibidem.

Maritus tenetur vxori restituere, quod recepit ex locatione, post solutum matrimonium, in l. si filiofamilias. §. fin. num. 42

Marito non competit priuilegium, ne conueniatur vltra id quod facere potest, quando actum est de dote restituenda extraneis, si quantitas restituendi fuit expressa, in l. quæ dotis. num. 2. pag. 645.

Maritus habet vsum, & administrationem earum rerum quæ fuerunt traditæ extra dotem, vxor verò habet dominium, in d. l. quæ dotis. num. 28. pagina. 662.

Maritus si per multum tempus non petijt vsuras sibi debitas ratione dotis promissæ, & non solutæ, vtrùm præsumatur illas remisisse, ibi à numer. 46. pag. 672.

Marito ex officio mariti incũbit paruas impẽsas facere in rebus dotalibus: quod si faciat magnas, videtur fecisse animo gerẽdi negotium mulieris, & quod expendit repetere potest, ibi à nu. 62. pag. 682.

Maritus si propter adulterium vxoris petat dotem, ipsa replicet, illum quoq; commisisse adulterium, vtrùm dotẽ amittat. in l. viro atque vxore. nu. 2. pag. 621.

Maritus vtrùm excludatur ab accusatione adulterij per exceptionem lenocinij, in d. l. viro atque vxore. à nu. 5. pag. 822.

Maritus pœna ordinaria punietur, si vxor, vel adulter excipiant de lenocinio mariti, antequam nomen sit receptum inter reos; si lenocinium probetur, ibi à nu. 7. pag. 823.

Maritus venit puniendus, si post nomẽ receptum inter reos, mulier excipiat de lenocinio mariti: secus verò si maritus excipiat, ibi à num. 10. pag. 825. vide nu. 12.

Marito succurritur, si per ignorantiam, etiam culposam, suscepit debitorem inopem: intolerabile enim est aliquẽ ex coniugibus locupletari cum damno alterius. in l. si æstimatis. numero. 12. pagina. 911.

Maritus vtrùm possit agere de euictione, quando dos incepit à datione. ibidẽ nu. 17. pag. 914.

Maritus non potest agere de euictione, quando dos incepit à datione, ibi num. 17. pag. 914.

Maritus sibi imputet, cum sola datione fuerit contentus, vnde non potest molestare mulierem ratione euictionis sequutæ, nec directè, nec indirectè, ibi nume. 18. pag. 915.

Maritus vtrùm possit agere de euictione, vbi præcedit promissio, ibi nu. 119. pag. 916.

Maritus vtrùm possit agere de euictione, eo modo quo emptor agit de euictione, pro re euicta? aut alio modo, ibi à num. 19. pag. 916. & quando res non est æstimata, interueniat que dolus mulieris, vel soceri, ibi nu. 20.

Maritus vt admittatur ad agendum de euictione, oportet ignorare rem dotalem traditam, esse alienam, aliàs minimè, ibi num. 20. pagin. 917.

Maritus si non sit soluendo tempore soluti matrimonij, venditio quæ propter æstimationem videtur facta, irritabitur, ac si nunquam facta fuisset. ibidem. nu. 21. pag. 920. quòd si tempore matrimonij maritus esset inops, quid dicendum? vide ibi nu. 16.

Maritus si sit inops, nihilominus ad illũ pertinet periculum, si res dotales sint æstimatæ, ibi nu. 27. pag. 920.

Maritus potest alienare res mobiles dotales sine consensu vxoris, ibi nu. 33. pag. 925. & quid de manumissione serui, in l. dotalem. nu. 15. pag. 961.

Maritus vtrùm teneatur de casu fortuito, facta æstimatione in dote, in l. si æstimatis. numero. 36. & sequentibus. pag. 926.

Marito quando incumbat periculũ seruorum, qui in dotem dati fuerunt, ibi à num. 36. pag. 926.

Maritus quando teneatur dare commoditatem fructuum hæredi mulieris, etiam ea mortua, in l. vsufructu. num. 13. pag. 938.

Marito si concessa fuit terra, quoad vixerit, vel etiã pro se, & filio procreando, & ille dedit vxori tertiam partẽ huius terræ in donationem propter nuptias, vtrùm post mortem mariti mulier possit retinere prædictam tertiam partem? & quid ibi censeatur donatũ, in d. l. vsufructu. à numero. 20. pagin. 943.

Maritus constante matrimonio, vtrũ sit verus dominus rerum dotalium, possitque manumittere seruum dotalem, inuita vxore, in l. dotalem. à numer. 1. pagin. 952. vide num. 7. pag. 956. ibi.

Maritus vtrùm hodie possit alienare bona mobilia solus, & libertatem dare seruo dotali, in l. l. dotalem. à nu. 21 pag. 961.

Maritus ipso iure remanet liberatus per solam oblationem quantitatis debitæ, etiam si postea pecunia oblata pereat, & hoc est speciale in dote. in l. si mora. nu. 19. pag. 41.

Matrimonio separato, quasi nulliter cõtracto, dos integra restituitur, nullo habito respectu ad priuilegium mariti. in l. maritum. num. 43. pag. 212.

Matrimonio non sequuto, vtrùm conditi possit illud, quod causa dotis fuit datum, in l. si cùm dotem. §. si pater. nu. 26. pag. 440.

Matrimonium de iure ciuili non poterat contrahi cum seruo, aut serua: de iure canonico maximè: nullo modo tamẽ si erratum sit in conditione personæ, in d. l. si cùm dotem. §. fin. in princip. pagina. 479.

Matrimonium putatiuum tripliciter cõsideratur. in d. l. si cùm dotem. §. fina. num. 21. pag. 491.

Matrimonium non præsumitur, nisi probetur, cùm consistat in facto, & facta non præsumuntur, in l. Titia. nu. 11. pag. 760.

Momentanea quando sint in consideratione. in l. dotalem. numero. 13. pagina 969.

Mater quæ occidit maritum, vtrùm indigna sit etiam respectu hæreditatis filij, in l. si ab hostibus. à numero. 29. pag. 113.

Maioratus constitutus cum pacto de nõ reuocando, vtrùm reuocari possit? in l. quæ dotis. nu. 116. pag. 717.

Maioratus in regno Castellæ, ex suà natura reuocabilis est, ibi numer. 117. pagina. 718.

Minori prohibita est alienatio fundi sterilis, etiam cũ decreto: quòd si stultus emptor pro illo magnam offerat quantitatem, licite alienari potest, in l. maritum. nu. 16. pag. 234.

Minoris restitutio competat ne eius defensori, in l. si maritum. à numer. 46. pag. 254.

Minori si ex facto tertij inferatur præiudicium, competit restitutio, quasi cum minore aliquid gestum fuerit, in d. l. maritum. nu. 47. pag. 255.

Minor cogitur cedere actiones curatoribus condemnatis propter suam negligẽtiam, quas cedet aduersus tutores, pro quibus in effectu soluunt curatores, & hi in exequutione sententiæ possunt opponere exceptionẽ doli, vt dictas actiones cogetur minor cedere, in l. quia tale. nu. 64. pag. 335.

Minoris bona dotem recipientis, vtrũ sint tacitè hypothecata pro dote? in l. si constante. in princip. à nu. 118. pag. 771. resoluitur nu. 119. & 120.

Minori si à priuato res vendatur, cum pacto vt esset hypothecata venditori, donec pretium solueretur, hypotheca illa non subsistet, si decretum non interuenit, in l. si constante. in princip. à num. 122. pag. 537. & in acquisitis titulo lucratiuo, vide numero. 124. & 125.

Minor si emit cum pacto de reuendẽdo, vel simili, valet tale pactum, & ab illo est obseruandum, cùm tunc dominium non simpliciter acquiratur minori, sed affectum prædicto pacto, ibi. nu. 124. pag. 575.

Minor qui sine dubio potest contrahere matrimonium sine decreto, vtrùm ex consequenti, & pro dote obligetur sine decreto, ibi nu. 127. pag. 576.

Minor absque decreto, & authoritate tutoris potest dotem recipere, & in consequentiam ex dispositione legis bona eius hypothecantur pro restitutione dotis, ibi nu. 128. pag. 577.

Minor vxor constituendo dotem, patrimonium suum diminuit, vnde fit, vt decretum iudicis sit necessarium, ibidem.

Minor si fuit tutor, & condemnatur pro mala administratione, poterit impetrare restitutionem in integrum, ibi nu. 131. pag. 578.

Minoris bona illata in domum conductam, vtrùm censeãtur tacitè hypothecata pro pensione, ibi nu. 132. pagina. 575.

Minores etiam comprehendit Ordinatio Portugaliæ. lib. 4. tit. 7. dum disponit, inter coniuges bona communicari, ibi nu. 133. pag. 579.

Minor tenetur obseruare locationem factam per tutorem, etiamsi tutela sit finita, in l. si filiofamilias. §. fin. num. 1. pag. 616.

Minor quare restituatur aduersus omissam querelam, quando fuit exhæredatus, & non aduersus omissam actionem iniuriarum, in l. Lutius Titius. nu. 10. pag. 805.

Minor



Minor fauori suo non potest renuntiare, vnde potest venire contra alienationem per se factam sine decreto, in d. Lutius Titius. n. 22. pag. 812. succurratur ne in delictis, & quando, in l. si mora. nu. 29. pag. 48.

Minor non amittit ipso iure seruitutem realem illi competentem per non vsum, etiamsi vsumfructum per non vsum amittat, in l. vsufructu. n. 24. pag. 945.

Modicum, vel magnum quid dicatur per respectum ad alimenta quæ debẽtur ei, qui non tenetur, nisi in id quod facere potest, in l. maritum, nume. 15. pag. 233.

Mora in iure ciuili accipitur pro dilatione culposa circa debitum soluendũ, vel creditum recipiendum, in l. si mora. in princip. pag. 31.

Mora incurritur ob quamcumque culpam, ibi nu. 4. pag. 33.

Mora quomodo liberetur, qui prouocauit ad iudicium, & è contrario, ibi à nu. 4. pag. 34.

Mora dicitur in se semper dolum includere: quod intellige præsumptiuè, ita vt admittat probationem in contrarium, ibi nu. 7. pag. 35.

Mora censetur delictum, & ideò in dubio non est præsumenda, ibi num. 8. vt debis quomodo intelligatur.

Mora vt incurratur, debitor primò est interpellandus, & sufficit vnica interpellatio, ibi nu. 9. pag. 36.

Mora vt incurratur post interpellationem, non est opus vt interpellatio fiat in iudicio, vel ex iudicis mandato, satis enim est, si propria authoritate fiat, ibi nu. 10. pag. 37.

Mora creditoris solũ liberat debitorem à casu furtuito, vnde fit, vt si ipsius culpa, saltẽ leuissima, pecunia pereat iam oblata, eiusdẽ debitoris periculo peribit, ibi nu. 14. pag. 39.

Mora creditoris non tã odiosa est, quã mora debitoris, illa enim censetur culpa, hæc verò dolus, & ideò grauius punitur, quàm mora creditoris, ibi nu. 16 pag. 40.

Mora præcedẽs purgatur per oblationẽ postea factã à marito, ibi n. 20. pa. 43.

Morã non solũ purgat debitor offerẽdo debitũ, etiã si ante à fuerit interpellatus, sed etiam creditorem in mora cõstituit, ibi nu. 21.

Morã semper potest purgare creditor, debitor tantum vsq; ad litis contestationem, ibi nu. 23. pag. 44.

Mora purgari posteà non potest, lite super facto contestata offerendo interesse, cùm diuersum offeratur, ibi nu. 24. pag. 44.

Mora Vxoris liberat maritum à leui culpa, siue illa consistat in negligẽdo, siue in cõmitendo, ibi nu. 27. pag. 46.

Mora si aliquis vult liberari, & aduersarium in illa constituere, quoad effectum, vt deinceps nõ teneatur, nisi de dolo, & lata culpa, sufficit sola oblatio realis, absque alia depositione, & consignatione, ibi nu. 47. pag. 58.

Mora debitoris, & mora creditoris differunt inter se, & quo pacto vnaquæque noceat. ibi nu. 105. pag. 91.

Mora vtrùm noceat illi cui debentur fructus iure actionis, ibi numero. 105. pag. 91.

Morte

Mortē uxoris si maritus non uendicat, utrùm possit lucrum dotis ab eo auferri tanquam ab indigno, in l. si ab hostibus. §. 1. nu. 57. pag. 101.
Mortis defuncti cui incumbat uendicatio, ibidem, & nu. 18. & 19.
Mulier si à marito uendicet res dotales per reuendicationem, cùm adhuc nulla facta fuerit restitutio, uel solutio, per quam uideatur extincta obligatio, quam respicit hoc priuilegium, habebit locum, & retinebit maritus, in l. maritum. nu. 31. pag. 243.
Mulier suscipiens tutelam filiorum, & renuntians omni legum auxilio, utrū personaliter capi possit, non obstante suo priuilegio, in l. alia. §. eleganter. à nu. 23. pag. 370.
Mulier accipiendo legatum sibi relictū, quod minus ualet quàm dos debita, utrùm sibi præiudicet, in l. si cùm dotem. §. si pater. nu. 21. pag. 437. Et aduerte, quòd erat posita clausula in testamento, quod plus petere non posset mulier, prosequere. numero. 22. & 23.
Mulier utrùm in dubio præsumatur uelle patrem, & filium obligare ad dotis restitutionē, in d. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. à nu. 19. pag. 464.
Mulier non extantibus rebus dotalibus, utrùm alijs creditoribus præferatur, ibi num. 21. pag. 465.
Mulier contrahens cum seruo scienter, utrùm dotem amittat, ibi num. 1. pagin. 479.
Mulier in matrimonio putatiuo, etiam habet priuilegia doti concessa, ibi nu. 1 pag. 480.
Mulier domino serui præfertur, quoad res quasi dotales extantes. ibi à nu. 2.
Mulier serua non transfert dominium dotis in maritum liberum, sine consensu domini, ibi à nu. 10. pag. 485.
Mulier utrùm propter matrimonium putatiunm lucretur arras, ibi d. §. fin. num. 15. pag. 488.
Mulier nubens præfecto prouinciæ, capiet ex eius testamento, licet ille non capiat ex testamento mulieris, in d. §. fin. nu. 28. pag. 495.
Mulier amittit dotem, si scienter cōtrahit incestas nuptias, ibi numero. 31. pagina. 497.
Mulier debet esse particeps infortunij mariti, quod intellige, dummodo dos semper salua sit, in qua conseruanda uertitur utilitas publica, in l. si constante. in princ. nu. 11. pag. 510.
Mulier quando sibi possit præiudicare in dote ex proprio facto, in d. l. si constante. in principio. à numero. 27. pagina. 517.
Mulier præsumitur scienter contraxisse cum marito paupere, ibi numero 28.
Mulier utrùm possit renuntiare remedio legis, si constante. in principio. ff. soluto matrimonio. uide ibi à nu. 37. pag. 525.
Mulier potest renuntiare hypothecæ quā habet in bonis mariti, ibi nu. 38.
Mulier non est alenda ex fructibus dotis, si non sit in seruitio mariti, ita etiam facta dotis restitutione, non aletur ex eisdem fructibus, si propria temeritate recedat à mariti seruitio, in d. l. si constante. in princ. num. 46. pagina. 530.

Mulier



Mulier si stipuletur dotem sibi restitui in omnem casum restituendæ dotis, restituetur ei ob paupertatem mariti constante matrimonio, licet in patre, & extraneo, stipulante per uerba generalia, aliud sit dispositum, ibi num. 57. pag. 536.
Mulier si uoluerit reuocare res mariti a tertijs possessoribus, non sufficit semiplena probatio inopiæ mariti, cùm tunc agatur de magno præiudicio, ibi nu. 69. pag. 543.
Mulier si simpliciter consentiat, ut maritus seruum dotalem manumittat, utrùm præsumatur animo donandi consensisse, et si non constet de expresso, ibi nu. 82. pag. 550.
Mulier in fauorem libertatis, potest sibi in dote præiudicare, ibi numero. 82. pag. 550.
Mulier potest uti remedio legis, si constante. in princip. aduersus unum de duobus reis, qui efficiturnon soluendo, ibi nu. 107. pag. 565.
Mulier utrùm possit conuenire correū, qui est soluendo, propter illum, qui effectus est non soluendo, ibi num. 109. pagina. 566.
Mulier utrùm teneatur obseruare locationem quam maritus fecit constante matrimonio, in l. si filiofamilias. §. final. nu. 1. pagin. 615. uide semper ibi à nu. 12. pag. 622.
Mulier quando non tenetur obseruare locationem, etiam necessitate causatiua factam à marito. ibi nume. 14. pag. 623.
Mulier si promisit marito centum nomine dotis, & adhibuit quosdam, qui stipularentur partem dotis sibi restitui, soluto matrimonio, euenitq; quòd hæc mulier antequam marito solueret dotem promissam, decessit illo hærede instituto, qui adiuit hæreditatē, utrùm stipulatores possent partem dotis petere à marito, in l. quæ dotis. à nu. 1. pag. 644.
Mulieri tenetur restituere id quod accepit, ille qui per eam fuit adhibitus ad stipulandum, ibi nu. 9. pag. 650.
Mulier si adhibet aliquem ad stipulandum dotis restitutionem, in dubio non censetur adhibitus donandi animo, nisi id clarè sit expressum, uide ibi nu. 13. pag. 652.
Mulier si pacta est cum marito, ut post mortem dotem filijs restituat, utrùm possit hoc pactum mutare, ibi nu. 101. pag. 708.
Mulier tacendo, quando uideatur dolum committere, ibi à numer. 167. pagina. 748.
Mulier cuius culpa diuortium interuenit, amittit dotem, si tamen posteà redintegretur matrimonium, culpa censetur remissa, in l. Lutius Titius. num. 1. pagin. 799. per sola autem sponsalia, utrùm hæc culpa censeatur remissa, uide ibi.
Mulier cuius culpa fit diuortium, quam partem dotis amittat de iure? uide in l. uiro atq; uxore. n. 1. pag. 820.
Mulier si dotem repetat, quando possit maritus excipere de adulterio, & utrùm illa replicare de lenocinio, ibi nu. 13. ad fin. pag. 827.
Mulieris priuilegiū, quòd præferatur in dote cæteris creditoribus habentibus

G per-

*personales actiones, vtrùm transeat ad mulieris hæredes? vel in cessionarium, in l. post dotem. num. 57. pag. 872.*

*Mulier si cedat actionem dotis; ita tamen, vt omnis vtilitas ad eam pertineat; vtrùm tunc cessionario competant dotis priuilegia, ibi à numer. 64. pag. 876.*

*Mulier si iusserit aliqua bona restitui filio prioris matrimonij, vtrùm illa præsumãtur iusta causa quæsita, ita vt filio sint restituenda, aut vero cõstante matrimonio, vt maritore stuãtur, in l. Caius. nu. 12. pagina. 893. & cui incumbat onus probandi; vide ibi.*

*Mulier potest dare marito in dotẽ emphyteusim, seu feudum sine domini cõsensu. in l. vsufructu. à numero. 24. pagina. 946.*

Mutuanti *pecuniam, non incumbit onus probandi, vtrùm sit sua, necne? quemadmodum agenti reiuendicatione: satis enim est probare se illã mutuasse. in l. si alienam. num. 7. pag. 149*

*Mutuum recipiens à parato mutuari sub vsuris, non peccat; quia non dat mutuanti occasionem peccandi: nam petens magis vellet gratis accipere, nec etiam peccat vsuras soluendo, in l. alia. §. eleganter. nu. 33. pag. 376.*

N.

N*Egotiorum gestor quando de leuissima culpa teneatur, in præludijs. l. si mora. nu. 43. pag. 27.*

*Negotiorum gestores quando possint petere, sibi salarium constituipro suo labore. in l. si mora. nu. 97. pag. 87.*

Negatiua *quomodo probetur; vide circa materiã in. l. maritũ. n. 23. pa. 239.*

*Negans id quod est causa priuilegij concessi; priuilegiũ amittit. ibi n. 105. p. 292*

*Negatiua vtrùm possit trãsire in notorũ veritatis, in l. si constante. in princip. nu. 65. pag. 541.*

Nepotes *succedẽtes auo, vtrũ dotẽ teneantur cõferre, quæ ex persona matris ad eos transiuit, in l. post dotem. à nu. 46. pag. 867. vide ibi nu. 53. & 54. vide ibi nu. 77. pag. 884.*

Nobilitas *mariti, siue procedat ex genere, siue ex dignitate per accidens acquisita, transit in vxorem, vide eleganter in l. quia tale. à nu. 24. pag. 311.*

*Nobilitas generis mariti, siue ex accidẽti quæsita, vtrũ nobilitet eius vxorẽ, & ad descẽdentes trãseat, ibi nu. 26. pag. 312.*

Nominis *officij, seu administrationis satis est fiat mẽtio, quoad effectũ, vt quis videatur cõtrahere admimstratorio nomine, & hoc siue præcedat nomẽ proprium, siue sequatur, in. l. si filio familias. §. fin. à nu. 23. pag. 628.*

*Nomen receptum inter reos in causa criminali quando dicatur. in. l. viro atq; vxore. nu. 7. pag. 823.*

*Nomen debitoris quando dicatur datũ æstimatum in dotem. in. l. si æstimatis. nu. 8. pag. 909.*

*Nomen debitoris si detur æstimatum & maritus sciens debitorem non esse soluendo, illud accepit, vtrum sibi præiudicet: & quid si ignoranter illũ debitorem inopem accepit, ibi à nu. 8. p. 909.*

*Nomen debitoris inopis qui emit, etiam ignoranter, sibi præiudicat. ibi. nu. 11. pag. 911.*

Noua-



Nouatio *non præsumitur hodie, etiamsi noua persona interueniat in stipulatione, in l. maritum. nu. 41.*

*Nouatio vt inducatur, vtrùm necessaria sit stipulatio, vel possit induci per quẽcumque alium contractum, in l. si cùm dotem. à nu. 7. pag. 397.*

*Nouatio longè distat à delegatione, ibi nu. 9. pag. 397. vide verbo, delegatio.*

*Nouatio præcedentis obligationis quando inducatur, in l. si constante. §. fin. à nu. 9. pag. 601.*

Notarij *solent facere mentionem numerationis; vbi illa corãeis facta fuit, in l. post dotem. nu. 57. pag. 853.*

O.

O*Blatio verbalis sola regulariter nullos effectus in iure producit; & ideo nec purgat moram incursam, nec aduersariũ in mora constituit; in l. si mora. nu. 50. pag. 60.*

Seruitus quæ debetur, intelligitur per eā partem, quæ minus præiudicet seruitutem debenti, ibi numero. 16. ad finem. pag. 306.
Seruitutem realem concedere videtur, qui ius eundi concedit, prout & seruitus videtur concessa, quando dicitur iter, vel viam concedi, ibi nu. 17. pag. 307.
Seruitus si sit concessa respectu certi, & determinati fundi, censetur realis: quod si cōcessio sit incerta, & indeterminata respectu fundi dominantis, vt scilicet poteris aquam ducere, quocumque vis, censetur concessio personalis, ibi à num. 45. pag. 324.
Seruus, vel quiuis alius, si lege permittēte, contractum celebrauit, rectè potest illi solui, quod ratione prædicti contractus debetur, in l. si cùm dotem. §. trāsgrediamur. nu. 1. pag. 454.
Seruitus rustica, vel vrbana, vtrū possit pignori dari, vel hypothecari, vel legari, in. l. vsufructu. nu. 8. pag. 935.
Seruitutes rusticæ regulariter in facto hominis cōsistūt, vrbanæ verò vt plurimum sunt continuæ, & per ipsa ædificia retinentur absque facto hominis, ibi num. 8. pag. 935.
Seruitutis vtilitas, quando possit cōmodari, vt aliquis ea vtatur, in l. vsufructu. nu. 9. pag. 936.
Seruitutis modus consistit in termino à quo, vsque terminum, ad quem: postquam autem peruentum fuerit ad terminum, ad quem, quilibet eadem seruitute vti potest, domino fundi dominantis consentiente, ibi numero. 9. pagina. 936.
Seruitutem realem ad vitam duraturā potest constituere prohibitus alienare, ibi nu. 16. pag. 941.
Seruitutes reales fundo dotali debitas, non potest maritus amittere per non vsum, imò nec libertas seruitutis vrbanæ prædio dotali debitæ præscribi potest, ibi à nu. 25. pag. 945.
Seruus fugitiuus si recipiat pecuniam, quam mutuauerat, vtrùm contingat liberatio: & quid erit dicendum, si rē vendidit, & emptor ei pretium soluit. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. à numero. 1. pagina. 454.
Seruo cui est concessa administratio peculij, potest mutuando contrahere mutuum, ibi nu. 2. pag. 455.
Seruo fugitiuo qui mutuauit, si non fuerit facta solutio per eum qui mutuum retepit, imò alteri soluat de voluntate serui, vel fugitiuus ratam habuerit talem solutionem; vtrùm contingat liberatio, ibi à nu. 3.
Seruus cui peculium concessum est, vtrū possit recipere solutionem eorum quæ debentur ratione peculij, vel nouare, vide in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. à nu. 4. pag. 456.
Seruus signarante domino, dotem acceperit, vtrùm dominus teneatur ad illius restitutionem ex propria persona, vel quatenus est in peculio, ibidem. §. fin. nu. 1. pag. 480.
Seruus non potest, nec etiam expressè hypothecare bona peculij, nisi illi peculij administratio concessa sit, ibi num. 7. pag. 483.
Serua scienter contrahens cum libero, vtrùm habeat dotis repetitionem, ibi nu. 11. pag. 485.
Serui dotalis manumissio, vtrùm valeat inuita vxore, & pretium quando ei restituatur, in l. si constante. in princip. nu. 80. pag. 549.
Seruus dotalis manumissus inuita vxore, etiam soluto matrimonio remanet liber, si maritus pretium offert, vel ipse seruus pro se, ibi nu. 81. pag. 550.
Serui dotalis manumissio vtrùm valeat, quando maritus de voluntate vxoris eum manumisit, quæ seruum ei donauit, vt ab eo manumitteretur si vellet. ibidem.
Serui subiecti restitutioni ratione contractus, manumitti possunt, in l. quæ dotis. nu. 103. pag. 709.
Seruus indistinctè consideratur tanquā liber, ordinata litè super libertate, & ita actiones intendere potest, in l. Titia. nu. 3. pag. 755.
Seruus admittitur ad contestandam litem contra suos debitores, pendēte causa status, & supersedetur; quousque sententia feratur in causa status, ibi à nu. 3. pag. 755.
Seruus vel filius si existens in quasi possessione sui iuris reuertitur in patriā potestatem, vel seruitutem; is etiam ante litem ordinatam potest inducere actiones, ibi nu. 4. pag. 756.
Seruus existens in quasi possessione libertatis, lite ordinata super causa status, non poterit actiones intendere, nisi cōtestando litem, & vlterius non procedetur, ibi à nu. 4. pag. 756.
Seruus dotalis hæres institutus, vtrùm debeat adire, vel repudiare, præcedēte iussu mariti, in l. dotalem. num. 12. pag. 959.
Seruus si manumittatur à marito, satis est, quòd sit soluendo tempore quo dos venit restituenda. ibi à numer. 16. pagina. 962.
Seruus qui ratione contractus subiacet restitutioni, manumitti potest: secus verò si ex vltima voluntate subiectus sit restitutioni. ibi num. 16. pagina. 962.
Seruo alieno, vtrùm libertas dari possit, ibi nu. 18. pag. 963.
Seruo dotali vtrùm maritus possit relinquere libertatem in suo testamento. ibidem.

Ser-

Seruitus respectu rei habet se per modũ accessorij, in l. si alienam. num. 55. pag. 179.

Cessante causa, cessat effectus: intellige hoc non habere locum in his quæ ante finitam causam, effectum suum habuerunt, in l. quia tale. numer. 20. pag. 309

Societatis incidentis, & conuentionalis differentias vide in præludijs. l. si mora. à nu. 41. pag. 26.

Societatis vniuersalis proprium est, vt communicentur omnia inter socios ex quacumque causa quæsita. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. nume. 41. pag. 476.

Socer tenetur alere nurum, tanquam proprios filios inopes, quando fructus dotis ad id non sufficient, in l. maritum. nu. 59. pag. 252.

Socer generum inopem tenetur alere. ibi nu. 60. pag. 253.

Socero scienti se non habere bona sufficientia ad dotem soluendam, si promisit illam, generum decipienti vtrùm competat priuilegium, ne conueniatur vltra id quod facere potest, ibi num. 70. pag. 269.

Socerum conueniri constante matrimonio, vel eo dirupto, quid referat: ibi à nu. 71. pag. 270.

Socero constante matrimonio, indistinctè competit priuilegiũ, ne cõueniatur, & c. nisi gener probet dolũ, quo casu non admittitur culpa, soluto verò matrimonio culpa sufficiens est, ibi num. 73. pag. 271.

Socer si scienter dedit filiam pupillam nuptui, pro maiore, hæc scientia non inducit dolũ, quia in hoc casu à dolo excusatur propter affectionẽ paternam, ibi nu. 74. pag. 272.

Socer qui sub spe acquirendi bona, dotẽ promisit, quam soluere non potuit, dolum commisit, ibi numero. 77. pagina 272.

Socer dotem recipiens sub spe acquirendi bona, vnde possit dotem restituere, dolum non committit: quod etiam de marito intelligendum est, si cùm pauper esset, dotem recepit, quam postea non potest restituere. ibi numer. 76. pagina. 273.

Socer si sibi prouiderit circa dotis restitutionem tantùm in casu quo morte mulieris solueretur matrimonium: fine filijs: & quidem morte fuit solutũ, sed cũ filijs, contraria fiet interpretatio à casu expresso, & ita dos retinebitur per generũ, in l. sicùm dotem. in princ. à nu. 29. pag. 410.

Socer liberatur per solutionem dotis factam filio emancipato, volente & consentente nuru, ibi. §. transgrediamur. à nu. 22. pag. 466.

Socer, nec maritus non tenentur præstare cautionem de dote conseruanda. ibid. nu. 29. pag. 469.

Socero habẽti filiũ in potestate, si tradita fuit dos, deinde socer effectus est pauper, vtrũ remediũ. l. si constante. in princ. competat nurui aduersus illum, vide ibi nu. 72. pag. 145.

Soluere videtur, qui pecuniam, seu debitum deponit, & consignat. in l. si mora. nu. 80. pag. 77.

Solutio vnius correorũ, vtrũ alijs prosit, in l. quæ dotis. à nu. 5. pag. 647.

Solum



Soluens potiori creditori, quando subrogetur eius loco, & quid quando tertius omnino extraneus soluit creditori, in l. post dotem. à nu. 60. pag. 874.

Solui non potest hæredi eius, qui adiectus fuit stipulationi: per mortem autem stipulantis, nõ aufertur adiecto facultas recipiendi solutionem, in l. Caius. num. 14. pag. 896.

Specialia duo nõ possunt simul concurrere quomodo id intelligatur, in l. si alienam. à num. 89. pag. 201. & numero. 98. pagina. 207.

Spes quando est fundata in iure de præsenti, semper est considerabilis, in l. post dotem. nu. 8. pag. 842.

Solennitates quæ solebant interuenire in emancipatione, vide in l. Titia. nu. 21. pag. 789.

Soror si diu passa est fratres possidere hæreditatem paternam, non ex eo censetur partem suã repudiasse, in l. quæ dotis. nu. 44. pag. 671.

Sponsalia contracta per patrem nomine filij præsentis, vt valida cẽsetur. in l. Lutius Titius. nu. 17. pag. 890.

Spoliator non auditur, si opponat aduersus spoliatum de dominio, etiamsi in continenti probando, in l. si alienam, numer. 8. pagina. 150. & num. 9. pag. 151.

Spoliator quando possit excipere de proprio dominio, vel alieno aduersus spoliatum, & quæ ad hoc requirantur, ibi nu. 53. pag. 178.

Statutum si ita conditum sit, vt licentiam præstet occidendi alium ad primam vẽdictã, quæ magis præsumetur semper, quam publica, tanquam nutritiuum nõ valebit peccati, in l. si ab hostibus. num. 44. pag. 121. refutatur hoc, ibidem.

Statuta facta per iudicem temporalem non durant vltra tempus quo durat officium: si tamen fiant de eo consensu populi conuocati, durabunt post finitum officium. in l. quia tale. num. 94. pag. 354.

Stipulatio necessaria est, quando pater dotem promittendo vult in se transferre actionem ad illam petendam soluto matrimonio: quod si in alium transferre voluerit pactum, sufficiẽs est, in l. si cùm dotem. in princip. num. 15. pag. 402.

Stipulatio in continenti dicitur interposita, quando tempore promissionis dotis facta est, vel tempore dationis, quando promissio non interuenit, ibidem.

Stipulatio vtrùm valeat, quando quis stipulatur alteri illud, quod non suum est, nec sibi debitum, in l. quæ dotis. nu. 136. pag 729.

Stipulatio semper intelligenda est, secundùm verisimilem mentem partium, in l. post dotem. numer. 2. pag. 837.

Stipulatus vtrũ sibi videatur, qui impersonaliter stipulatur, & quid respectu dotis dicendum erit, ibi numero. 10. pag. 843.

Stipulatio patris impedit dotem consolidari in persona filiæ, ibi numero. 24. pagina. 854. & vide in numeris sequentib.

Stipulatio patris de dote illi restituenda importat, & quòd post mortẽ illius restituatur hæredibus. ibi nu. 31. pa. 856.

*Stipulari vtrùm poßit mater filijs, & è contrario, in l. Caius. numero. 2. pagina. 880.*

*Stipulari vtrùm poßit pater filio emancipato, vel naturali, ibi numero 3. pagina. 887. & vide numero. 9. pagina 891.*

*Stipulatio ſi non valet, propter legis prohibitionem, nec ex ea directa, vel vtilis actio oriatur, ibi nume. 4. pag. 888.*

*Stipulatio non valet, quando priuatus ſtipulatur fiſco, ibi numero. 5. pagina 889.*

*Stipulatio valida eſt fauore dotis, quãdo extraneus ſtipulatur mulieri dotis reſtitutionem, ibi nu. 7. pag. 890.*

*Stipulatio facta ab auo nepotibus naſcituris, valida eſt, & quæritur vtilis actio, & directa. in l. Caius. nume. 9. pag. 891.*

*Stipulari fiſco, licet alter ſtipulari non poßit, poteſt tamen ſtipulari mulieri dotis reſtitutionem, quo caſu dos magis priuilegiata eſt, quam fiſcus. ibi nu. 10. pag. 892.*

*Stipulatio fauore dotis quando non valeat, ibi nu. 10. pag. 892.*

*Stipulari poſſum reſtitutionem rei meæ, quæ durat mea, ibi numero. 11. pagina 892.*

*Stipulari filio poterit mater, vel aſcendens per lineam maternam reſtitutionem depoſiti. ibi numero. 11. pagina 892.*

*Stipulatio rei quæ nondum eſt mea, vt alteri reſtituatur, valida eſt, dũmodo conferatur in tempus, quo futura ſit mea, ibi numero. 11. pagina 893.*

*Stipulationis validæ, & non validæ, vide aliqua exempla, in d. l. Caius. nu. 13. pag. 894.*

*Stipulatio ſi ita concipiatur: Promittis dare mihi, aut Titio Titius videtur adiectus, vt ei ſolui poßit, ibi num. 13. pag. 894.*

*Stipulationi: alternatiuè concepta, & copulatiuæ, vide differentias, ibi nu. 17. pag. 896.*

*Stipulatio alternatiua, quando cenſeatur inualida. ibi nu. 18. pag. 896.*

*Stipulatio concepta per verba alternatiua, non adiecta perſona ſtipulantis, quid importet, & quando alternatiua reſoluatur in copulatiuam, ibi nu. 19. pag. 897.*

*Stipulatio intelligenda eſt ſemper. ſecundùm ordinem neceſſitatis, non obſeruato ordine literæ, ibi n. 24. pag. 900.*

*Stipulatio alternatiua ſi ita concipiatur, vt præcedat nomen neptis, & ſubſequatur nomen aui ſtipulantis, tunc nepti videtur quæſita actio, & auus cenſetur adiectus ſolutioni, vide è conuerſo, ibi nu. 24. pag. 900.*

*Stipulatio ſi ita ab extraneo concipiatur, vt ſtipuletur dotem reſtitui, cui iure debetur, mulier erit præferenda, ibi nu. 26. pag. 901.*

## T.

*TAcens, & ſciens, licet in ſibi præiudicialibus non videtur conſentire: hoc tamen patitur limitationes, in l. quæ dotis. nu. 19. pag. 656.*

*Tacens, vide verbo, conſentire, & verbo, ſciens.*





*Tertius poteſt ſe opponere, & tãquam dominus vendicare rem, dummodo dominium in continenti probet, & tunc impediendа eſt reſtitutio ſpoliati. in l. ſi alienam. num. 9. pag. 151. & num. 10.*

*Tertius oppoſitor quando admittatur ad excludendos litigantes. in l. Titia à nu. 8. pag. 758.*

*Tertius oppoſitor, ſi ſe oppoſuit poſt latam iam ſententiam, nõ audietur, aget tamen de nouo. ibi numer. 9. pagin. 759.*

*Theſaurus inuentus in fundo dotali, pertinet pro dimidia ad vxorem, quaſi inuentus in proprio fundo mulieris. in l. dotalem. nu. 3. pag. 954.*

*Teſtes qualiter deponere debeant, vbi requiritur notoria probatio, in. l. ſi cõſtante in principio. numer. 66. pagin. 542.*

*Teſti ſi opponatur, quod ſit infamis, vel excommunicatus, non repelletur pars opponẽs, ex eo quod ſimili morbo laboret, quia repulſio teſtium non ſolum pertinet ad commodum partis, ſed etiam iudicis, in. l. viro atque vxore. nu. 17. pag. 829.*

*Teſtator ſi vocat certas perſonas, expreſſa ratione agnationis, non venient omnes agnati, ſed tantùm agnati expreſſi, quaſi ea ratio generalis ad perſonas expreſſas videatur limitata. in. l. ſi conſtante. in principio. nu. 103. pag. 563.*

*Teſtator poteſt diſponere de rebus hæredis, tanquam de proprijs. in. l. poſt dotem. nu. 37. pag. 859.*

*Teſtamentum vt valeat mero iure, ſatis eſt, quod filius inſtituatur, etiam in re minima: tamen quia in hoc caſu filius non obtinet legitimam portionem ex iudicio patris, concedebatur filio querela inofficioſi teſtamenti aduerſus teſtamentum paternum. in. l. ſi conſtante. §. 1. numer. 6. pag. 586.*

*Teſtamentum hodie eſt ipſo iure nullũ, ſi filius ſine cauſa expreſſa exhæredatur. ibi nu. 8. pag. 587.*

*Turpiter quæſita per actũ inter viuos, quomodo à fiſco reuocentur, vide in l. ſi ab hoſtibus. nu. 14. pag. 103.*

*Tutor finita tutela, vtrum teneatur gerere negotia minoris, & litem inchoatam perſequi. in. l. ſi conſtante. §. fin. à nu. 16. pag. 606.*

*Tutela propter quinque liberos ſemel liberatus, à noua tutela non excuſabitur, ſi eo tempore quinque filios viuos non habeat. in. l. quia tale. nu. 20. pag. 309.*

## V

*VAlor cuiuſuis rei vt dignoſcatur, debet perpendi quantitas reddituum, non autem quantũ ex ea vendita percipi poterit. in. l. maritum. nu. 17. pag. 234.*

*Venditione facta ad menſuram, cui incumbat periculum rei venditæ, videbis in. l. ſi mora. à numer. 12. pagin. 38.*

*Venditione facta in ſubhaſtatione publica, adhibita neceſſaria diligentia ad inueniẽdos emptores, ceſſat omnis præſumptio malæ fidei. ibi nume. 60. pag. 66.*

Vendere rem suam si quis cogatur inuitus, prius ei debet solui pretium, neque tenetur de eo fidem habere, ibi nu.73. pag.73.

Vendere res hæreditarias an cogendus sit hæres, si redditus non sufficiant ad alimēta præstāda, quæ alicui fuerunt legata, in l. maritū. nu.20. pag.237.

Venditor si in emptorē cessit omnia iura sua, constituendo eum procuratorem in rem suam, tunc emptor, vel etiam fideiussor, propter cessionem poterit vti exceptione personali competenti principali, ibi nu.86. pag.280.

Venditæ si tibi sint merces à me, vel tibi dedi pecuniam, vt emeres, si illæ extent, ego non præferar alijs creditoribus, in l. si cùm dotem. §. fin. nume.31. pag.493.

Venditor vtrùm habeat priuilegium circa merces extantes, vt alijs præferatur, si merces fuerunt traditæ, habita fide de pretio, ibi num.34. pagina.499.

Venditor si rem tradidit, non soluto pretio, videtur habita fides de pretio, & sic dominiū transfertur, secundùm ius commune: at verò secundùm ius Portugaliæ, minimè, vnde fit, vt primo casu non præferatur alijs creditoribus: in secundo verò maximè, ibi à nu.35. pag.499.

Venditor si rem tradidit, non soluto pretio, credens, quòd sibi soluendum esset intra certum tempus, et si non soluatur, non reuocatur venditio: hoc secūdùm ius commune, contrarium verò est secundùm ius Portugaliæ, sed vide limitationes ibi à nu.36. pag.500.

Vendi rē meā per aliū si cōsentio, is cōsensus efficit, vt illa vēditio valeat in præiudiciū consentientis, acsi ipse venderet, nō tamē videtur donare pretiū vendenti, ibi nu.58. pag.679.

Venditionē rei meæ, quā alius fecit suo nomine, quādo possum ratā habere. in l. quæ dotis. nu.143. pag.722.

Vendere fundum, seu emphyteusim si dominus consenserit emphyteutam, seu vassallum, tanquam res proprias, vtrum videatur totum ius suum remittere. ibi nu.149. pag.725.

Vendens rem alienam tanquam suam, si eā vult euincerē, nō audietur, allegando eam esse alienam, nec etiā audietur eius hæres. in l. Lutius Titius. nu.27. pag.817.

Venditio valida est, & vera, si pretiū conferatur in tertij arbitrium, in l. si æstimatis. nu.1. pag.905.

Venditor non potest recedere à venditione, si pretium non soluatur, aget tamē ad pretij solutionem, ibi num.3. pagina.906.

Venditione perfecta, periculum deteriorationis, & peremptionis pertinet ad emptorē ab eo tempore, quo inter partes conuentum est de re & pretio, ibi nu.5. pag.908.

Venditionem non inducit æstimatio rerum dotalium, quando sunt probabiles coniecturæ æstimationem non fuisse factam ad eum finem, ibi à nu. 29. pag.922.

Verbum, culposa, loquendo de dilatione, lato modo sumptum, dolum & culpam continet, in l. si mora. in princip. pag.31.

Ver-



Verbum, Culpa, simpliciter prolatum, etiam leuissimam comprehendit, nisi subiecta materia aliud suadeat. ibi nu.15. pag.39.

Verbum, Mors, verificatur etiam in morte violenta, & quomodo id intelligatur, in l. si ab hostibus. §. 1. nu.5. pag. 99.

Verba quando sunt dubia, vtrùm referantur ad personam, vel ad rem in beneficijs principum, in dubio censentur relata ad rem, vt resultet concessio realis, quāuis in priuilegijs aliud disponatur, in l. quia tale. à numero. 12. pag.304.

Verba limitatiua si ponantur in contractibus purè celebratis, vel sub conditione, quæ extitit, ex illis sumitur argumentum à contrario sensu, per quod in casu opposito contrarium censetur dispositum, in l. si cùm dotem. in princip. nu.32. pag.411.

Verba conditionalia, cùm ex se limitatiua sint, semper ex illis sumitur argumentum à contrario sensu, & illud, quod ex tali argumento deducitur, dicitur ex coniectura expressum, ibidem pagina.412.

Verba principis enuntiatiua, propter aliud emissa non inducunt dispositionē, nisi quatenus veritas prædictorū verborum probatur. in l. si constante. §. fin. nu.9. pag.509.

Verbum, Euidentissimè, adiunctū facto negatiuo, nunquam intelligitur de notorio veritatis, siue facti: intelligitur tamen de notorio iuris, seu præsumptionis, siue de notorio per opinionē vulgi, ibi in princ. à nu.65. pag.541.

Verbum, Euidentissimè, adiunctum facto affirmatiuo, intelligitur de notorio facti, siue veritatis: & consequenter, quòd factum affirmatiuum habens naturam actus momētanei, & transitorij, efficitur notoriū, ibidem.

Verba clara nullā admittūt interpretationē, in l. quæ dotis. nu.90. pag.697.

Vestes quotidianæ datæ per maritum vxori ad proprium vsum, præsumūtur donatæ, & valet ea donatio, etiā constāte matrimonio, & mortua vxore, ad eius hæredes pertinebunt, ibi à nu.63. pag.683.

Vestis confecta per maritum ex lana propria, vtrùm efficiatur vxoris: & quid si ex aliena, deinde si mulier nomine mariti confecit vestes viriles, dominium cui acquiratur? ibi à num 70. pag.689.

Vestes quotidianæ efficiuntur vxoris, nec sunt per eam restituendæ, et si pretiosæ sint, veluti sericæ, dummodo attenta qualitate personarum, hæ in numero quotidianarum habeantur, ibi nu.73. pag.691.

Vestes quotidianæ, etiamsi excedāt quātitatem fructuum dotalium, non sunt restituendæ ab vxore, ibi numero.74.

Vestes aureæ, argenteæ, & festiuæ, vtrùm restituantur, & vtrùm præsumantur commodatæ, & non donatæ, siue dētur ante matrimonium, siue post. ibidem, & numero.78. pagina.693.

Vestes pretiosas non tenetur maritus vxori donare, sed tantùm in vsum concedere, ibi num.77.

Vestes lugubres si hæres defuncti vxori tradat, & viduales, vtrùm videbitur eas donare, vel ad vsum concedere, quandiu durat status vidualis, ibi numer. 77. pag. 693. & numero. 81. pag. 698.

Vicarij iurisdictio, etsi ordinaria est, nihilominus morte Episcopi expirat: nõ sic dicendum erit in alijs officijs habẽtibus iurisdictionem ordinariam, in l. quia tale. nu. 92. pag. 362. Rationẽ vide ibi nu. 93.

Vidua luxuriosè viuens amittit lucra quæsita constante matrimonio, secundùm l. 5. ad fin. tit. 9. lib. 5. ordinamẽti. quod est intelligendum, non de lucro, quod prouenit ei ex donatione, vel successione. in l. si ab hostibus. §. 1 num. 69. pag. 137.

Vidua Senatoris, vtrùm teneatur contribuere in collectis, vel subsidijs, ad quas in vita mariti non tenebatur, in l. quia tale. nu. 32. pag. 316.

Voluntas potentius declaratur ex actu gesto per modum agendi, quam ex sola patientia, in l. quæ dotis. num. 53. pagina. 676.

Vtile dominium, quando transferatur in conductorem ciuitatis, vel fisci, in l. si filiofamilias. §. final. à nume. 38. pag. 637.

Vsuræ debentur officio iudicis, propter moram in contractibus bonæ fidei: in contractibus verò stricti iuris non nisi in stipulatione deducantur, in l. si mora. à nu. 78. pag. 76.

Vsuræ quo pacto debeantur per conuentionem, etiam nulla interueniente mora., & in quo casu, ibi nu. 81. pag. 77.

Vsuræ quæ debentur marito ratione dotis non solutæ, non censentur lucratiuæ, sed damni accepti restauratiuæ, in l. quæ dotis. nu. 47. pag. 673.

Vsuræ odiosæ, si diu non petantur, vtrũ censeantur remissæ, ibidem & numero. 48.

Vsuræ odiosæ vt videãtur remissæ, oportet, quòd saltem per decennium non sint petitæ, ibi pag. 674.

Vsuras præscribi, vel censeri remissas, multum interest, ibi nu. 49.

Vsuræ quæ debentur iure actionis, vtrũ remissæ censeantur, si non sunt petitæ per spatium longi temporis, ibi nu. 50. pag. 675.

Vsuræ debitæ marito ratione dotis, quando videatur remissæ titulo donationis, ibi & nu. 51.

Vsuras qui soluit, præsumitur vsuras promisisse, quia aduersus facientem facilius præsumitur: qui verò non petijt magis negligit, quam faciat, & aduersus negligentem non præsumitur titulus per longum tempus, si agatur de magno præiudicio, ibi num. 53. pagina 676.

Vsuræ crimen est ecclesiasticum, & si dubitatur, vtrùm contractus sit vsurarius, & consequenter vtrùm aliquis sit vsurarius, cognitio pertinet ad ecclesiasticum, non ad secularem, in l. Titia. nu. 49. pag. 790.

Vsurarium esse contractum, si reus excipiat, remittenda est causa ad ecclesiasticum, & supersedendum est in causa principali, donec vsurarum finiatur, ibidem num. 49. pag. 791. vide tamen ibi à nu. 52. pag. 794.

Vsu-



Vsurarij non possunt puniri per secularẽ nisi postquam constiterit eos esse tales in iudicio ecclesiastico, ibi nu. 49. pag. 791. vide nu. 52.

Vsurarios punire atq; pœnas dare, vtrùm possint seculares adiuuando ius canonicum, ibi num. 49. pag. 792. vide num. 51.

Vsurarum crimen in quo differat à furto, & homicidio, ibi num. 50. pagina 793.

Vsuræ iure gentium videntur permissæ, propter humanas necessitates, & sic excusantur principes, qui eas non prohibuerunt, ibi nu. 50. pag. 793.

Vsuræ quæstio quatenus agitur de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis ad secularem pertinet, ibi num. 50. pag. 794.

Vsurarum crimen vtrùm sit connumerandum inter crimina mixti fori, ibi à nu. 52. pag. 794.

Vsuræ exceptionem licet pars non opponat, feraturque sententia, nihilominus poterit posteà de vsura agere, nec ei obstabit exceptio rei iudicatæ: sententia enim lata in causa vsuraria, nunquam transit in rem iudicatam, ibi nu. 54. pag. 796.

Vsuræ non veniunt in contractu stricti iuris nisi in stipulatione sint deductæ, & quid in fisco, vide in l. post dotem. nu. 62. pag. 875.

Vsusfructus respectu rei habet se per modum accessorij, in l. si alienam. nu. 55. pag. 179.

Vsusfructus seruitus est personalis, & ita cohæret personæ, vt ab ea separari non possit, & ob id cedi non potest, neque transmittitur ad vniuersalem successorem, ibi num. 56. pag. 180.

Vsusfructus commoditas in alium transferri potest, ibidem.

Vsufructuarius omnium bonorum, vtrũ teneatur ad æs alienum soluendum præstationemque legatorum, in l. maritum. à nu. 21. pag. 237.

Vsusfructus non potest separari à persona vsufructuarij, & diuiditur in duas species, deinde alteri cedi non potest sine domini consensu. in l. vsufructu. nu. 1. & 2. pag. 931.

Vsusfructus est seruitus personalis, & cũ persona extinguitur: quid si concedatur alicui pro se, & hærede, vide ibi nu. 1. pag. 931.

Vsusfructus licet non possit in aliũ trãsferri, potest tamen commoditas percipiendi fructus, ibi num. 2. pag. 932. vide ibi nu. 10. pag. 936.

Vsusfructus vtrũ extinguatur per mortem fructuarij vendentis ius suum, aut per mortem ementis, ibi numer. 3. pag. 933.

Vsusfructus commoditas locata alteri, non extinguitur morte conductoris, sed transit ad eius hæredem: aliud verò est, si proprietarius locet vsumfructum proprium alteri, ibi nu. 6. & 7. pag. 935.

Vsusfructus non extinguitur morte concedentis, & tamen extinguitur morte fructuarij, commoditas vero per contrarium, ibi nu. 7. pag. 935.

Vsusfructus vtrum possit pignori dari, seu commoditas illius, ibi à numer. 7. pag. 935.

Vsusfructus si datus sit in dotem, post

 solu-

*solutum matrimoniũ, qualiter debeat mulieri restitui? Circa hanc quæstionẽ vide tres casus, ibidem à nu.10. pag. 937.*

*Vsusfructus restitutio debet fieri eo modo, quo de iure potest, ibi nu.14. pagin. 939.*

*Vsusfructus ius potest esse apud vnum, & commoditas illius apud alium, ibi nu.14. pag.939.*

*Vsusfructus potest vendi domino, ibi numer.21. pag.944.*

*Vsusfructus vtrùm vendi possit sine domini consensu, & vtrùm simulata venditio admittatur, & vtrũ vxori possit vendi, vide ibi à num.22. pagina.944.*

*Vsusfructus minori competens, per non vsum amittitur, tamen per beneficium restitutionis restauratur, ibi nu. 24. pag.945.*

*Vulnerans aliquem, vtrùm teneatur de morte, aut de vulnere, si vulneratus medicum non adhibuit, aut adhibuit imperitum, in l. si ab hostibus. §.1.n.36. pag.116.*

*Vxor fructus, & lucra censetur habere ex causa lucratiua, nõ vero onerosa: vnde fit, vt adultera priuetur dimidia illorum occisa à marito, ibi num. 65. pag.131.*

*Vxor occidens maritum, punitur lege Cornelia de sicarijs, in qua condemnatione venit dotis publicatio, ibi nu. 76. pag.131.*

*Vxor occidens maritum, non lucratur donationem factam per maritum, & quæ eius morte erat confirmanda: in eius enim odium maritus non consideratur tanquam mortuus. ibi num.75. pag.131.*

*Vxorem maritum occidisse, & è contra quomodo probetur, ibi numero.76. pagina.142.*

*Vxor vt non potest donare marito, sic etiam nec socero, qui maritum habet in sua potestate, idẽ & de obligatione dicendum est, in l. maritum. num.61. pag.253.*

*Vxor si aliquid leget marito, & statutũ dictet, quod propter onera matrimonij, maritus lucretur certam partem dotis, tenetur maritus hoc legatum imputare in lucrum dotis, in l. si cùm dotem. §. si pater. à num.8. pag.430.*

*Vxor si secundùm consuetudinem Hispaniæ acquirat partem acquisitorum constante matrimonio, maritusque ei leget, vtrùm hoc casu legatum cum prædicta parte lucrorum compẽsabit. ibi à nu.12. pag.432.*

*Vxor an teneatur ad præstationem legati, si eo soluto, non inuenitur in bonis id quod est necessarium ad solutionem dotis, ibi nu.18. pag.436.*

*Vxor vtrũ possit cedere dotẽ alicui. l. si cõstante. in principio. ff. soluto matrimonio. vide à nu.42. pag.528.*

*Vxor vtrùm possit cedere actionem hãc aduersus tertium possidentem bona mariti, & dotalia. ibi nu. 44. pagina 529.*

*Vxor vtrùm ex proprijs bonis teneatur ad debitum contractum per maritũ, qui accepit mutuam pecuniam pro aledа vxore, & filijs, & ille nõ sit soluẽdo, in d. l. si constante. in princip. nu.52. pag.533.*

*Vxori*



*Vxori vtrùm competat actio mandati aduersus maritum, qui seruum dotalem manumiserit, ideò quia videtur negotium mulieris gessisse, ibi.n.90. pagina.555.*

*Vxori vtrùm detur actio ex annuo promisso, & vtrũ etiam possit cum eo compensare, quod debet marito, in l. quæ dotis. nu.67. pag.686.*

*Vxor vtrùm intentata adulterij actione, super amissione dotis, possit opponere de lenocinio mariti, & eum excludere à sua actione, in l. viro atque vxore. nu.3. pag.821.*

*Vxor potest petere matrimonium redintegrari, & dotem amissam restitui, si post latam sententiam super diuortio, maritus simile delictum committat, verbi gratia, si fornicetur. ibi num.3. pag.821.*

*Vxor exemplo continentiæ docenda est, vt castè viuat: iniquum enim est, vt id exigas, quod præstare ipse non possis, ibi nu.3. pag.821.*

*Vxori non redduntur res soluto matrimonio, quando illæ datæ fuerunt in dotem æstimatæ, nisi pactum expressum circa hoc interuenerit. in l. si æstimatis. nu.1. pag.904.*

*Vxori si maritus, soluto matrimonio, rerum dotalium æstimationem restituere neglexerit, vtrùm illa possit petere res dotales, an verò agere ad æstimationem, ibi à nu.3. pag.906.*

*Vxori aut marito vtrùm pertineat periculum, quando nomen debitoris datur in dotem: & quando nomen debitoris dicatur æstimatum, aut non æstimatum, ibi à nu.6. pag.908.*

*Vxor tenetur de eiectione rerum æstimatarum, quemadmodum venditor, & etiam socer, ibi à nu. 13. pag.912.*

*Vxor nomine eiectionis non tenetur duplum promittere, ibi numero.16. pagina.914.*

*Vxori quando concedatur reiuendicatio pro rebus æstimatis & alienatis per maritum, ibi nu.33. pag.924.*

*Vxori potest restitui vsusfructus de cõsensu proprietarij. in l. vsufructu. nu. 17. pag.941.*

*Vxori vtrùm competat actio personalis ad repetendam dotem, & etiam reiuendicatio, & qua ratione. in l. dotalem. nu.11. pag.919.*

*Vxori quando post solutum matrimonium competat reiuendicatio pro rebus mobilibus alienatis. ibi numer. 19. pag.964.*

*Vxori quando facienda sit restitutio illarum rerum, quæ maritus consequutus est à seruo dotali, quem inuita vxore manumisit; ibi num. 20. pag. 964.*

FINIS.

# Errata ſecundi tomi.

FOlio.6.coluna.2.linea.20.vel,diga,velo. 14.1.27.aliam.alium 44.1.22.cenſeatur in.cenſeantur. 45.2. 42.apertit.apertè. 71.1.2.quod non. quod. 119.2.28.gē:allegat. legem:allegat. 120.1.42.voluerit.noluerit. 125.2.43.in intentata.intentata. 127.2.2.diceres.dicere. 137.2.1.ve.vel. 131.1.27.hoc.hos. y lin. 30.matrimonij. patrimonij. 175.1.30.in domum. in modum. 179.1.15.mino: minio. 183.1.13. expelleret. expellere. 221.1.23.diga dia restitutoria,differentia constituen- 251.1.44.cenſi- conſide- 289.2.7. indi. in. y lin.10.in-indi- 594.1.1.2.20.generalitatem.l. generalitatem gl. 298.1.1.ſtinctè.diſtinctè. 301. 1.9.ſed non his. ſed his. 302.1.13.to.&.tuto.& 317.2.6.gencium.generum. 339.1.1.prodeſt,falta eſto. iuſ ſorem de iudicato ſoluendo,iuxta.& ſin vero reus.Inſtit.de latisdat.reſtitutio minoris prodeſt. 346.1.14.hoc offic.hoc.de offic. 347.2.29.defectus.defectu. 348.2.24.tis in.ti in. 354.1.14. electus ſit à. electus à. 359.1.42.de ctum.delictum. 376.2.7.reg. legē. 374.1.2.tingat. contingat. 390.2.vltim.illi.ille. 394.1.vlt. in pa- in patris. 395.2.13.rei a. rei vxori a. 396.2.39.ctum perfecto. ctum pro perfecto. 357.1.31.ex ea. exea. 405.2.4.affecta. effecta. 412.1.5.profecisi.proficiſci. 415.2.7.hæredi,ſoceridum.heredi ſoceri,dum. 420.2.16.aſsimari.aſsimilari. 448.2.40.hac. hæc.y lin.14.dicta.dictæ. 453.2.43.de ius.de eius. 454.1.10. non ſit.non ſic. 461.2.22.ratione.rationem. 462.1.33.à notatio.annotatio. 466.1.39.nuram.nurum. 466. 2.11.venient.veniam. 467.2.18.dominum.dominium. 469.2.4.C.de. C.ne. 470.1.39.quod intelligi. quod intelige. 470.2.6.Franciæ,id quod. Francia id,quod. 472.1.27.tellegit.tellexit. 473.2.18.cipalis. cipales. 484.1.21.ciuntur. citur. 488.2.5.dicitiam. predicitiam. 494.2.25.cedit. cedi. 497.1.17.vt cedi.vel dedi. 504.1.31.tit,niſi.ti niſi. 528.1.8.re poſſet. re re poſſet. 528.1.12.num.ad. num.1.ad. 530.1.40.eſſe.eſſet. 535.1.22.nox eſt.non eſt. 538.2.32.det.net. 550.1.6.ſeruor ſeruo. 551.2.27.nia.mæ. 576.1.22.iudicijs. iudicis. 628.2.31.tentē.nentē. 630.2.42.prlatiæ.prælati. 656.2.23.num.Alciat.nu.3.Alciat. 669.2.44. ſed is.ſed id. 673.2.22.conſtare.conſtaret. 676.2.28.petiti.petit. 677.2.5.debitis.debiti. 738.1.11. conſentia.conſentio. 741.1.1.tenti centi. 745.1.1.reſolutione.reſolutionii. 748.2.32.pro dolum.per dolum. 767.2.35.tunc valet. valet.y lin.36.ſecularem.per ſecularem. 771.2.19.quoad eſ- quoad eſſe- 779.2.14.Cæterum in. Cæterum. 781.2.33.crecendi. credendi. 787.2.24.tis.ſatis. 793.2.41.obſer- obſerue- 795.2.11. dicit.dici.. 806.1.23.agnoſcenda, agnoſcendę. 808.2.14.ide ideo. 814.2.pen.rem re. 821.1.26.intentatam.intentata. 848.2.39.quantum, quantumcun- 860.1.6.abſtituiſſe,abſtinuiſſe. 870.1.30. enim eius ilenim il- 877.2.31.fiono. ſionum. 886.2.32.actione, actionem. 893.2.34.dicta.dictę. 895.2.3.renta. retenta. 909.1.9.ſua'cita. ſa:ac ita. 929.2.6deli- dili- 934.2.30.neceſ- neceſſa- 947.2.24.emphyteu- emphiteuti. 958.2.43.minum.minium. 959.2.30.to eius. te eius. 961.1.20.mari. mariti. 964.2.32.retenetur. teneretur.

*Iuan Vazquez*
*del Marmol.*



# COMMENTARIORVM

## Ad interpretationem tituli. ff. Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.

*SECVNDVS TOMVS.*

*AVTHORE PETRO BARBOSA LVsitano, iuris ciuilis emerito interprete in insigni Conimbricensi Academia, & à Consilijs inuictissimi Philipi. II. Hispaniarum, & Lusitaniæ Regis potentissimi.*

## SVMMARIA PRÆLVDIORVM

### I. Si mora. 10. ff. Soluto matrimonio.

1 *ERBVM, Culpa, duobus modis accipi potest.*

2 *Interest Reipublicæ delicta puniri.*

3 *Quæ dicatur lata culpa.*

4 *Lata culpa dolus nõ est, quanuis illi æquiparetur.*

5 *Refertur noua opinio Bart. in hac materia, & reijcitur.*

6 *Item & alia noua opinio Zasij.*

7 *In quo differat dolus præsumptus à manifesto.*

8 *Defenditur, latam culpam ex se dolum non esse.*

9 *In delictis appellatione doli non venit lata culpa, etiamsi ciuiliter agatur.*

10 *Contrarium tamen defenditur.*

11 *Explicatur regula. l. igitur. §. potest. J. de liberi causa.*

12 *Errans in iure, censetur esse in lata culpa.*

13 *Qui non inquirit de eo, quod inquiri debuit, censetur esse in lata culpa.*

14 *Qui errat in iure, videtur esse in quodam medio inter bonam, & malam fidem.*
15 *Iuris error non præsumitur, & eum alleganti incumbit onus probandi per probationes, & non per proprium iuramentum.*
16 *Iuris error nunquam excusat, si non fuerunt consulti peritiores.*
17 *Qui consuluit mediocriter peritos, excusatur a lata culpa.*
18 *Expenditur.§. 1. Institut. vi bonorum raptorum.*
19 *In materia.l.si quis in tantam.C.vnde vi.sufficit quæcunque culpa.*
20 *Minor, & rusticus.non excusantur propter iuris errorem, si non consuluerunt peritiores.*
21 *In prohibitis iure naturali, error iuris neminẽ excusat.*
22 *In pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo.*
23 *Pro delicto commisso culpa leui, vel leuissima, non imponitur pœna corporalis.*
24 *In causis infamiæ lata culpa æquiparatur dolo.*
25 *Si quid addatur latæ culpæ, dolus inducitur præsumptus.*
26 *Videtur esse in dolo, qui salnis suis, amisit res alienas.*
27 *Contrarium tamen defenditur,*
28 *Explicatur cap. bona fides. de deposito.*
29 *Et declarantur verba illius text.*
30 *In quo differant contractus bonæ fidei, & stricti iuris.*
31 *Quis tenetur de lata culpa, etiamsi in suis rebus eâdem vtebatur.*
32 *Explicatur ratio.§. præterea. Inst. quib. mod. re contrahitur.*
33 *Dolus præsumptus regulariter idem operatur quod verus.*
34 *Oblatam culpam potest in litem iurari.*
35 *Quæ dicatur leuis culpa, & leuissima.*
36 *Explicatur.l.in rebus.18.ſ.de iure dotium.*
37 *Agitur de intellectu.l.socius socio.73.ſ. pro socio.*
38 *Nunc expenditur.§.fin. Inst. de societate.*
39 *Explicatur ratio d.l.socius socio.*
40 *Licèt vnus socius in rebus communibus vtatur exacta diligentia, sufficit alterum vti communi diligentia.*
41 *Explicatur.l.si constante.§. si maritus.ʃ.eod.*
42 *In societate incidenti, de qua culpa teneatur socius.*
43 *Quando gerens negocia aliena teneatur de leuissima culpa.*
44 *Quando competat actio negociorum gestorum.*
45 *Culpa obijcienda debet esse certa, & limitata, non autem generalis.*

PRAE-



# PRAELVDIA AD INterpretationem.l. Si mora.10. ff. Soluto matrimonio.

IS Textus etiam pertinet ad materiam fructuũ dotaliũ, & agit de fructibus satis, & perceptis per maritum soluto iam matrimonio; & etiam de illis, quos ipse culpa & negligẽtia sua non percepit. Item tractat, quid operetur mora mulieris, quæ res dotales sibi oblatas recipere noluit; probatq; quòd licèt etiam soluto matrimonio, maritus teneatur fundum dotalẽ colere, & aliàs obligetur ad fructus percipiendos. l. videamus. 38. in prin. ſ. de vſur. vbi gloſ. verbo, Ratio, & Salic. rationẽ reddũt, tamẽ ſi maritus ſoluto matrimonio, obtulit fundum dotalem vxori, & illa noluit recipere, ab eo tẽpore poteſt maritus fundum dotalẽ negligere, neque tenebitur de fructibus percipiendis: extollit Alex. conſ. 47. nu. 6. lib. 1. eſtque text. elegãs, & qui alibi non reperitur, tractãs de effectibus moræ incurſæ ex parte creditoris, vt hîc tradunt Paul. Claud. Iaſ. & Zaſi. in princ. nam effectus moræ, quos congerit gloſ. l. mora. 32. verb. difficilis, ſ. de vſur. & gloſ. fin. l. quod te. ſ. ſi certum petatur. reſpiciunt debitorem moroſum: cæterùm de effectibus moræ, quando ea interuenit ex parte creditoris, ſolus is textus agit. Quoniam autem in hoc text. duæ materiæ inculcantur, ſcilicet, culpa, ſiue negligentia mariti circa res dotales, ſine qua mora regulariter non cõtrahitur; item de effectibus moræ incurſæ ex parte creditoris, de vtraque materia ſigillatim agemus, & de prima, quaſi præludia legis præmittentes, agemus, & de ſecunda in peculiari huius legis interpretatione. Deueniendo igitur ad primam partem, præmittendũ eſt, hoc verbum, Culpa, poſſe accipi in genere, & in ſpecie: † ſi in genere accipiatur, comprehẽdit etiam dolũ, vt probat. l. ſi ex cauſa. 10. §. ſi mulier. adiuncta gloſ. ſ. de minorib. tradit gloſ. l. & non tantũ. 21. §. veniunt. verb. prædone. ſ. de petition. hæredit. tradunt omnes. l. quod Nerua. ſ. depoſiti. Connan. libr. 2. cõmentarior. c. 4. nu. 7. Corraſ. lib. 4. miſcellaneor. c. 1. nu. 9. & l. in actionibus. numer. 25. ſ. de in litem iurand. Rebuff. l. latæ culpæ. 223. poſt prin. ʃ. de verb. ſignif. Ex quo inferebat Bart. d. l. quod Nerua. nu. 9. quòd ſi ſcholaris accepit famulum, pro quo interuenit expromiſſor, qui obligauit ſe reſarcire omne damnũ, qd culpa famuli contingeret; q; ſi dolo malo ſerui aliquod damnum factum eſt, & de eo tenebitur expromiſſor: ſubſcribit Panor. c. 1. nu. 13. de cõmodato. Alciat. l. latæ culpæ. in princip. & ibi Rebuff. poſt prin. ʃ. de verb. ſignif. Alex. l. etiã. §. licèt. nu. 8. ʃ. eod. Ang. Aretin. §. præterea. nu. 22. Inſt. de action. Sadolet. l. quod te. nu. 42. ſ. ſi certũ petat. Nauar. in manuali, c. 17. num. 177. & videtur tex. l. quod quis damnum. 204. cũ glo. ʃ. de regul. iur. Sed in contrarium vrget, quòd ſuprà allegati concedunt, prædictũ verbum, Culpa, poſſe accipi in genere, & in ſpecie: ergo ſequitur, quòd ſi ſimus in materia odioſa, vel ſaltem non fauorabili, in dubio debet ſumi in ſpecie, & non in genere. Bart. l. talis. nu. 2. ʃ. de leg. 1. & l. aut facta. in princ. num. 2. ʃ. de pœnis. Panor. c. Rodulphus. num. 3. de reſcript. ergo cum in hoc

1

hoc casu nõ simus in materia fauorabili, sed potius restringibili.l.quidquid astringendæ.ʒ.de verb.oblig. malè præsupponunt suprà allegati in hoc casu, verbum, Culpa,accipiendum esse in genere. Sed respondẽdũ est,imò hoc casu videri agi de materia fauorabili, nã publicè interest delicta puniri. l. ita vulneratus. s. ad leg.Aquil.Bart.l.quemadmodũ.num.4. C.de agricol.& censit.lib.11.atq; ita dispositio tendens ad puniendum delictũ, fauorabilis censetur, saltem quãdo aliàs delictum remaneret impunitum.Bart.l. 2.§.exercitum. post prin.s.de his qui notantur infamia.latè Menoch. de recup. posses.1.remedio.nu.31. Planè in casu proposito delictũ ferè remaneret impunitum,nisi ex promissore teneretur; quia famulus regulariter,vel nihil habet, vel forensis est,à quo damnum vix recuperari potest. Accedat,q; & dispositio punitiua censetur fauorabilis respectu illius, cui iniuria facta est,vt scilicet damnũ sibi resarciatur.glos.l.2.verb.liberis.ad fin. C.de in ius voc.notabiliter Couar.resol.
2 lib.1.c.11.num.5.† vnde cum ex parte offensi materia videatur fauorabilis, in eius fauorem verbum,Culpa, in genere accipietur. Potest etiã respõderi, quòd cum ex promissor obligauerit se pro dãno dato culpa famuli, à fortiori debet teneri de damno eius dolo dato: nã etiã in materia punitiua, qui tenetur pro eo quod est leuius,à fortiori videtur teneri de eo quod est grauius,& magis punibile.l.relegatorum. §. pen. ʒ. de interdictis & relegatis.l.cui seruo.s.de seruis exportand.facit.l.in suis.in fin.ʒ.de liber. & posthum.l.neq; in ea ʒ.de adulter. Et hac ratione sine scrupulo procedit prędictum DD. præsuppositũ. Rursus præmittẽdũ est,quòd verbum,Culpa,in genere sumptũ,diuiditur in quatuor species,scilicet, in dolum,latã culpã,leuem,& leuissimã. glos.§.prætereà.verb.debet. Instit. quib. mod.re contrahitur obligatio.quã magistralẽ appellat Cagnol.l. contractus.nu. 18.ʒ.de regul. iur. Dolus dicitur,machinatio industriosa ad aliquẽ decipiendũ. l.1.§.1.s. de dolo.Lata culpa dicitur, nimia,& dissoluta negligẽtia, propter quã videtur non intelligere quod omnes intelligunt.l.cedere diẽ.211.§.fin.&.l. latæ culpæ.221.in prin.ʒ.de verb.sign.Ex qua diffinitione colligas,quòd lata culpa cõsistit in nimia,& dissoluta negligentia.Si igitur quis per negligẽtiam non intelligat id quod omnes intelligũt (supple tu) vel quod intelligere debent.l.quod te.s. si cert.petat. & similiter,qui propter nimiã negligẽtiam non facit quod omnes faciunt,vel facere debẽt, dicetur in lata culpa constitutus:nã si nõ propter negligentiã,sed propter naturæ defectũ,quis non intelligat quod omnes intelligũt,is magis fatuus dicetur, quã in lata culpa cõstitutus:dũ autẽ Iureconf.subdit,Quod omnes intelligũt,supplẽdum est,scilicet, eiusdem artis,& professionis:nam si per negligẽtiam quis ignoret,id quod homines alterius professionis intelligũt, non solũ non dicetur is in lata culpa, sed etiã omni prorsus culpa vacare: & ita explicat Bar.l.quod Nerua.n.18.s.depositi.& tract.testimonio.nu.109. Panor.c.1.nu. 13.de cõmodat.Roman.consf.426.nu.2. Alex.de Næuo cons.84.nu.7.Alciat.l.cedere diẽ.§.fin.nu.3.ʒ.de verbor.sign.Di-
3 xit autẽ Iureconf. Omnes,† vt significaret,quòd vt lata culpa cõmittatur, oportet per negligentiã non facere id quod omnes homines faciunt,scilicet mediocriter diligẽtes,& qui cõmuni,& ab omnibus recepta diligentia vtũtur:arg.l. neque supina.6.&.l.regula.9. §.sed facti.s. de iuris & facti ignorant.non autẽ exigitur,quòd omnes illa vtantur,sed sufficit maiorẽ partẽ hominũ illa vti:arg.l.quod maior.ʒ.ad municip.& ita glos.fin. explicat.l.cedere diẽ.§.fin. & gl.2. l.latæ culpæ.ʒ.de verb.sign. Huiusque latæ culpæ post alios peculiare exẽplum proponit Curt.Iun.cons.256.nu.9.lib.3.& Nauar. in manuali,c.17.nu.178. Cũ autem lata culpa



culpa per negligentiã, siue imprudẽtiã, & in cõsideratione cõmittatur, vt ex suprà dictis constat,inferri videtur, quòd lata culpa minimè dolus sit, qui ex proposito,& mala mẽte cõmittitur.l.1.§.1. s.de dolo.Idq; tradit Donatus in Hæcira Terentij,inquiẽs, Dolo quid dicitur fieri,quãdo aliquem scienter læserimus: culpa,si nesciẽtes:quorũ alterum sceleris est,alterum stultitię. Et hac ratione Iure cons.passim dicunt, latam culpam dolo æquiparari,quasi illa ex se dolus minimè sit,vt constat ex.l.1.ad mediũ.s.si mẽsor falsum modũ dixerit.l.vbi.8.s.de edẽdo. l.si fideiussor.29.in princ.s.mandati.l.impuberibus. 7.§. 1.ʒ. de suspect. tutorib. l. quæsitũ.8.§.eum quoque.ʒ. de precario. l.de ætate.12.§.qui iusto.s.de interrogato.actio. Est tamen aduertendum,quòd contrariũ, imò latam culpã ex se dolum esse,videtur significare Iureconf.l. magna negligentia.224.ʒ.de verbor.significdum dicit, magnã culpam,& sic latã, dolum esse:quod etiã videtur probare tex. l.quod Nerua.32.s.depositi.l.1.§.is quoque.2.ʒ.de action.& obligat.l.is cui. 5.§. dolũ.ʒ.vt in possessio legator.Pro cõcordia autem horum iurium laborãt interpretes,& in varias scinduntur sentẽtias: nam in primis Accursius in ea fuit sentẽtia,vt lata culpa ex se dolus nõ esset,quãuis dolo in multis æquiparetur:ita Accursius d.l. quod Nerua.verb.dolum esse. & glos.hic verb.culpã.glos.1.l. latæ culpæ. 221.ʒ.de verbor.signific.& melius cæteris comprobat Bald.l. quæ fortuitis. nu. 9.C.de pignor.action.& hanc opinionẽ
4 sequuti sunt antiquiores,quos refert † & sequitur Fulgos.d.l.quod Nerua.à num. 15.& ibi defendit Zasi. in scholijs illius legis.& lib.1.singular.responso.c.2. à numer.8.Connan.lib.4. commentarior. c. 4.num.7.& Corrasi.lib.4.miscellan.c.1. num.15.&.l.in actionibus.num.24.s. de in litem iurand.Iuuenalis. §. item is cui. num.14.Inst.quib.mod. re contrahitur. & eiusdem sententiæ videtur esse Duaren.hic col.2.ad medium.& Rebuff.l.latæ culpæ.col.4.ad medium.ʒ.de verbor. signif.dum dicunt,latã culpam nunquã dolum esse,sed tamẽ ita esse dolo proximam, vt dolo regulariter æquiparetur. Quod ita cõstitutũ fuisse dicũt,ne aliàs facilè quis suas malitias,& fraudes ignorantiæ velo obtẽderet,& quasi adũbraret:quod in effectu probat Zasi.lib.1.singulariũ responsor.c.2.num.32. Pro qua sententia glos.d.l.quod Nerua.verb.dolum. duas adducit vrgẽtes rationes. Prima est,quòd dolus insurgit ex fraude & malitia,culpa autem lata ex nimia negligentia,vt suprà diximus: ergo lata culpa dolus esse non potest: & hac ratione passim iura distniguũt dolũ à lata culpa. §. prętereà.Inst.quib.mod.re contrahitur. l.socius socio.73.s.pro socio.§.fin.Instit. de societate.l.de ætate.12.§.qui iusto.s. de interrogator.action.l.electio.§.fin.s. de noxalib. Secunda ratio est, quia iura passim dicunt,latam culpã dolo æquiparari:ergo lata culpa dolus non est; quia aliud est esse tale, aliud æquiparari alteri rei,vel illi esse simile, vt ex Aristotele tradit glos.d.l.quod Nerua.verb.dolum. in fin.& gl.l.3.§.fin.verb.à reo.ʒ.de duobus reis.&.l.1.in princip.verb.sed ego.s. quod iussu.& glos.2.c.capitulũ.de rescriptis.vbi Felin.nu.4.adducit concordantes,& Tiraq.libr.1.retract.§.1.glos.9. nu. 39. Quam opinionem si admittas, ex ea infertur explicatio ad d. l. quod Nerua. vt dum ibi fit mẽtio culpæ latioris,intelligendũ sit, ibi comparatiuum poni pro positiuo,& exponendum esse,id est,latę culpæ:& ita glo.1.ibi,quã probant suprà citati,& Alciat.l.magna negligentia.nu. 3.ʒ.de verbor.signif.Corras. l. in actionibus.nu.26.s.de in litẽ iuran.Cagnol.l. cõtractus.nu. 3.&. 7.ʒ. de reg.iur.& ibi Petrus Faber pag.74.& Ferrarius pag.157. Iuuenalis.§.item is cui. nu.14. & ibi Bodeus.Inst.quib.mod.re contrahi. Itẽ infertur,quòd dum d.l.quod Nerua.dicit, latiorem culpam esse dolum,debeat ex-

ponì, id est, dolo æquiparari, iuxta iura su-
5 prà citata: † & ita in specie glos. d. l. quod Nerua. verb. dolum, quā in effectu probant suprà citati. Cæterū hanc glos. opinionem improbat Bar. d. l. quod Nerua. nu. 4. quia per eam nimis impropriantur verba d. l. quod Nerua. quæ apertissimè probāt, latiorē culpā dolum esse, nō autē dolo æquiparari, & idcò ipse nouam proponit opinionem, quòd sit constituēda differentia inter latam culpā, & latiorē, de qua loquitur d. l. quod Nerua. Latior igitur culpa est dolus, scilicet præsumptus, d. l. quod Nerua. Quæ latior culpa, tunc deprehenditur, quando quis minorē diligētiā adhibet in rebus alienis, quā in suis adhibeat, vt colligitur ex d. l. quod Nerua. in fin. subscribit Paul. ibi, & idem tenet Bart. tract. testimonio. nu. 107. Panor. c. 1. num. 13. de cōmodato. Bald. l. si cōstāte. §. si maritus. ff. eod. col. 2. & l. quæ fortuitis. n. 9. C. de pignor. actio. Claud. §. prætereà. Inst. quib. mod. re contrahit. obligatio. pag. 721. Boulenchus. l. capitalīū. §. famosos. nu. 156. ff. de pœn. Adrian. in 4. tit. de restitutione. §. vtrū in foro cōscientiæ. col. 2. pag. 73. Nauar. in manuali, c. 17. nu. 177. & defendit Igne. l. cōtractus. à nu. 9. & ibi Ferrarius pag. 157. ff. de reg. iur. Sed hāc Bart. opinionem improbant suprà citati, qui glos. opinionē probant: & ex eo venit reijcienda, quòd Iurecons. non solū latiorē culpam dicunt dolū esse. d. l. quod Nerua. sed & latā culpam, simpliciter etiā dolum appellant. l. magna negligentia. 224. ff. de verb. signif. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de action. & obligat. l. is cui. 5. §. dolum. ff. vt in possessio. legator. Itē, quia præsupponit prædicta opinio, quòd latior culpa, & sic dolus præsumptus, cōmittitur, quando quis est diligentior in suis custodiendis, quàm in alienis: quod quidem non videtur esse verum, nam natura ipsa vrgemur, vt potius nostra conseruemus, quàm aliena. ff. præses. C. de seruitut. & si aliqua culpa in hoc considerari posit, tantū leuis culpa deprehendetur, vt tanquam receptum tradit Aymon. consil. 100. num. 10. ergo non est verū, quod in hoc casu incurratur latior culpa, siue dolus præsumptus, vt infrà latiùs ostendemus. Quare Zasi. in scholijs ad d. l. quod Nerua. & l. quod te. num. 35. §. si certū petat. & latiùs lib. 1. singular. responsor. c. 2. à num. 11. existimat, latam culpam ff. in duas diuideri dā 6
esse species: vt quædam lata culpa dicatur desidiæ, & negligentiæ; & hæc dolo non æquiparetur, vt & ibi tradit nu. 26. allegat. §. prætereà. Inst. quib. mod. re cōtrahit. & l. socius socio. 73. §. pro socio. Quædā verò est lata culpa versutię, quā dolo scilicet, quis versuto & malo proposito, animoque perfido, & exulcerato alienas res, vel negocia, affectata quadā imprudentia, malignè, vel negligit, vel dissimulat, & qui versutiā sub negligētiæ velita subuoluit, vt manifesti quidem doli crimē colore, & velamine negligentiæ à se amoueat, dolitamē machinatione non careat: & hæc lata culpa versutię (vt ipse ibi dicit nu. 32.) non est verè dolus, cum verus dolus manifestam imposturā inferat, & lata culpa sub velamēto negligētiæ fraudē subuoluat, & quia tamē dolo proxima est, ipsi dolo æquiparatur: subscribit Cagnol. d. l. contractus. nu. 7. Balduin. §. prætereà. Inst. quib. mod. re contrahit. Oldobrandin. §. suspectus autem. num. 13. Institut. de suspect. tutoribi. Bracheus. l. latæ culpæ. ff. de verb. signif. Bodeus. §. item is cui. Inst. quib. mod. re contrahit. Sed neq; hæc opinio placet, quia licèt in verbis videatur differre ab opinione Bart. tamen in effectu eadem cū illa est. Item non est verum, quod Zasi. præsupponit, quòd lata culpa desidiæ & negligentiæ, non æquiparatur dolo: nam si desidia & negligentia tāta sit, vt mereatur nomen latæ culpæ, vtique ea æquiparabitur dolo, quanuis ex malitia non proueniat, vt apertè colligitur ex §. prætereà. Instit. quib. mod. re contrahit. & in specie probat. l. impuberibus. 7. §. 1. ff. de



ff. de suspect. tutoribi. & pro constanti tenet Alciat. l. latæ culpæ. num. 4. ff. de verbor. signif. Duaren. hic col. 2. ad medium. Connan. lib. 7. commentarior. c. 4. nu. 7. & est de mente omnium. Præterea si lata culpa versutiæ procedit ex versutia, & malo proposito, perfidoque animo, magis dolus debet dici, quàm lata culpa: nā licèt sub velamento negligentiæ, fraudē inuoluat, id tantùm efficiet, vt non dicatur dolus manifestus, dicetur tamē præsumptus: cui dolo præsumpto magis cōuenit diffinitio doli, quàm latæ culpæ. † l. si procuratorem. 8. §. fin. iuncta glo. verbo, dolo. §. mandati. tradit Bart. d. l. quod Nerua. nu. 13. Bald. l. si constante. §. si maritus. col. 2. ff. eod. Et ex alijs etiā prædictā Zasi. opinionem reijciunt Corras. lib. 4. miscellan. c. 1. num. 7. & l. in actionibus. num. 23. ff. de in litem iurand. Rebuff. l. latæ culpæ. col. 4. ad fin. ff. de verbor. signif. Quibus adde, in eo tantùm dolum præsumptum à manifesto differre, quòd manifestus clariora indicia requirit. l. dolū. cum glos. C. de dolo. præsumptus autem ex obscurioribus indicijs procedit. Bart. d. l. quod Nerua. num. 14. & tracta. testimonio. num. 108. Alex. consil. 103. num. 13. lib. 1. Catellian. in memorabilib. verbo. iuramentum in litem. Quarto igitur loco Alciat. l. magna culpa. num. 3. ff. de verbor. signific. existimat, latam culpam dolum præsumptum esse, ac ob id includi in omni dispositione facientē doli mētionem: allegat. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de action. & obligat. & l. is cui. 5. §. dolum. ff. vt in possessio. legator. subscribit Bellon. §. prætereà. num. 10. Instit. quib. mod. re contrahit. & in effectu Corras. lib. 4. miscellan. c. 1. nu. 13. & l. in actionibus. nu. 25. ad fin. §. de in litem iurand. resoluens, quòd iura quæ dicunt, latam culpā dolo æquiparari, sint ita intelligēda, vt dolus præsumptus puniatur ad instar veri, & manifesti doli. Sed neque hæc opinio placet, quia dolus manifestus, & præsumptus nō æquiparantur, sed potius idē debent reputari: arg. l. cum quid. §. si certū petat. & in specie quòd latā culpa differatà dolo manifesto, & etiā præsumpto, probat. l. impuberibus. 7. §. 1. ff. de susp. tutoribi. l. si procuratorē. 8. §. fin. iuncta gl. verbi. dolo. §. mandati. l. magistratus. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinent. l. si liberti. 10. C. de administ. tutor. & agnoscit Bald. l. si constante. §. si maritus. col. 2. ff. eod. Reiectis igitur prædictis opinionibus, ad verā resolutionem huius articuli tres in proposito sunt constituēdæ cōclusiones. Prima sit: Lata culpa ex se dolus nō est: cum enim dolus procedat ex malitia. l. 1. §. 1. §. de dolo. lata autē culpa ex imprudētia, & inconsideratione, vt agnoscunt Bart. d. l. quod Nerua. nu. 27. Panor. c. 1. nu. 13. de cōmodat. Romanus consil. 426. nu. 3. & passim DD. impossibile est, latam culpam esse dolū. † Et 8
ideò meritò glos. l. in fine. l. si liberti. 10. C. de admin. tutor. tradit, quòd licèt in omni dolo insit culpa, tamē in culpa nō inest dolus. Sed nihilominus, quia hæc lata culpa dolo proxima est, quo ad ius attinet, eodem modo punietur, quo verus dolus: & ideò illi dicitur comparari. l. 1. §. fin. §. si mensor falsum modum dixerit. notabiliter Bald. l. quæ fortuitis. nu. 9. C. de pignor. actio. Idq; pro regula tradit Socin. reg. 95. & prosequitur Boulench. l. capitalīū. §. famosos. à num. 156. ff. de pœn. Quo fit, vt licet lex expressè requirat dolū, tamē etiam verificabitur in lata culpa: nā cū illa dolo æquiparetur, succedit traditio glos. fin. cōmuniter receptæ l. si quis seruo. C. de furt. Quod in specie videtur probare text. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de actio. & obligation. dum dicit, latam culpā cadere in crimine doli: nā sentit, latam culpā in substātia à dolo differre, sed nihilominus includi in dispositione de dolo loquente. Idem colligitur ex l. contractus. ff. de reg. iur. adiuncto. §. prætereà. Inst. quib. mod. re contrahit. Colligitur etiam ex l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. dum dicit,

quòd lata culpa repræsentat dolũ, id est, eius locum obtinet, & tantũdem valet, vt exponit Prateius in lexico iuris, verb. repręsentare: idem etiã probat. l. is cui. 5. §. dolum. ff. vt in possessio legato. vbi sub nomine doli includitur lata culpa. Denique expendo. l. si fideiussor. 29. §. mãdati. nam dicit, quòd fideiussor qui scienter omisit exceptionẽ principali cõpetentẽ, videtur esse in dolo; & quasi reddens rationẽ subdit; quia dissoluta negligentia prope dolus est, quasi dicat, quòd quatenus ad iuris dispositionẽ pertinet, idẽ est versari in dolo manifesto, vel præsumpto, vel in dissoluta negligẽtia; quia cũ illa prope dolum sit, tanquã dolus punitur ex iuris dispositione: id quod pro cõstanti tenet Alciat. l. magna negligentia. num. 3. ff. de verbor. signif. Cõnan. lib. 7. cõmentarior. c. 4. num. 7. & Corrasi. libr. 4. miscel. c. 1. num. 13. & l. in actionibus.
9 num. 25. ad fin. §. de in litem iuran. † Hęc tamen prima cõclusio recipit aliquas limitationes, de quibus necessariò agendum est. Prima igitur sit limitatio, vt conclusio sit vera, quando dispositio faciens mẽtionẽ doli, facta est super actione descendẽte ex cõtractu, vel quasi: nã si facta sit super actione descendente ex delicto, vel quasi, ea dispositio non verificabitur in lata culpa, quantumcunque de sola pœna pecuniaria agatur. Hãc limitationẽ asignauit Bart. d. l. quod Nerua. num. 20. allegat text. l. 1. §. si quis. iuncta glos. verb. putabat. ff. ne vis fiat. & l. 2. §. hac actione is demum. ff. vi bonorum raptorum. Quam sentẽtiã tenuit etiam Bart. l. 1. §. non autem. num. 1. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. subscribit Salic. l. 1. num. 5. C. depositi. Socin. regula. 95. num. 2. Ias. l. in actionibus, num. 25. §. de in litem iurand. Felin. c. 2. col. 3 & ibi latè Mantua num. 38. de constitution. Alciat. l. magna negligentia. nu. 3. ff. de verbor. signif. Plotus tract. de in litẽ iurand. §. 6. num. 30. Tiraq. de pœnis tẽperand. causa. 14. nume. 7. Boulenchus. l. capitaliũ. §. famosos. nu. 159. ff. de pœnis. Villemata. l. diuus. nu. 51. ff. de sicarijs. & ante omnes glos. 2. in fin. l. magna negligentia. 224. ff. de verb. signif. Sed hæc limitatio nunquam mihi placuit, neque enim in his terminis videtur esse recedẽdum à generali regula iurium suprà allegatorũ, quòd lata culpa æquiparatur dolo: quod videtur esse de mente glos. l. in actionibus. verb. non etiã. §. de in litẽ iurand. & glos. hîc verb. culpam. & glos. l. 1. verb. cõparabitur. §. si mẽsor falsum modũ dixerit. & glos. l. si fideiussor. 29. verb. dissoluta. §. mandati. dũ à regula de qua suprà, q̃ lata culpa æquiparetur dolo, solũ duos casus excipiunt, de quibus infrà. Idem clarè sentit glo. 2. in. l. lege Cornelia. ff. de sicar. gl. fin. c. ad falsariorũ. de crimine falsi. & tenent Afflict. lib. 1. cõst. rubr. 24. num. 16. defendunt Deci. d. l. in actionibus. nu. 17. & ibi Duaren. nu. 33. ad fin. Zasi. lib. 1. singular. responsor. c. 1. à num. 38. Deci. c. 2. 1. lect. num. 9. de cõstit. & ibi Beroius num. 32. Corras. lib. 4. miscel. c. 2. nume. 11. & videtur text. clarus. l. 1. §. non autem. iuncto princip. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. l. 1. §. si mẽsor falsum modum dixerit. nam in illis agitur de obligatione descendente ex delicto, vel quasi, & licèt dolum requirant, tamen sufficit lata culpa: idem probat. l. vbi. §. de edendo. iuncta. l. 1. §. si quis ius dicẽti nõ obtẽperauerit. text. elegãs. l. si fortuito. 11. ff. de incend. ruina, naufragio. † Et meritò, quia lata culpa ita dolo
10 est proxima, & ita vehemens, & indubitata est hæc præsumptio, vt etiam quoad pœnam imponendam pro veritate habeatur. Felin. c. sicut dignum. in fine. de homicid. Beroi. c. 1. num. 242. de constit. Hippol. Rimin. consil. 398. nu. 22. lib. 4. Atq; ita ex his indistinctè verior est hæc opinio aduersus suprà allegatos, quidquid distinguat Villemata. l. diuus. n. 52. ff. de sicar. Et retẽta hac opinione, nõ obstant suprà adducta pro contraria: nam ad primũ de. l. 1. §. si quis. ff. ne vis fiat ei. respon-



respondetur, text. illum tantũ dicere, q̃ si quis prohibuit possessionẽ capi per eũ, cui prętor iusserat illam capere, quia scilicet putabat rẽ illã esse suã, vel sibi obligatã, non incidit in pœnas illius edicti, quod dolũ requirit: quod tamẽ ex suprà traditis ita explicãdũ est, vt si impediẽs, putaret rẽ illam esse suam, vel sibi obligatã per latã culpã, ignorando id, quod omnes sciebant, quòd is error, eum minime excusabit à pœna illius edicti, iuxta regulã. c. Apostolicę. de cleric. excõmunicatis ministrante. & c. 2. de cõstit. in. 6. & ibi Dominic. num. 5. & in nostra materia tradit glos. 1. c. si verò. 2. de sentent. excõmunicat. Et colligitur ex regula generali, quæ habet, non esse audiendũ illum, qui allegat se ignorasse illud, quod omnes sciebant. c. 1. de postulat. prælator. c. fin. qui matrimoniũ accusare possunt. l. sed etsi pupillus. §. proscribere. §. de institoria actione. Roman. cons. 59. num. 5. Prędicta igitur. l. 1. §. si quis. ff. ne vis fiat ei. tantùm procedit, quando ille, qui prohibuit, piustè, tantùm leuẽ culpam cõmisit: & aliud erit, si latã culpam incurrat: & ita expressè Corras. lib. 4. miscel. c. 2. nu. 11. ad fin. Ad quod expẽdo. l. de ætate. 12. §. qui iusto. §. de interroga. actio. vbi ignorantia tunc excusat errantem à pœna, quando error leuem culpam inducit: secus si latam, & dolo proximam. Vnde infertur, quòd dum glo. d. §. si quis. verb. putabat. intellexit illum tex. procedere, etiã quãdo per latam culpã prohibens existimauit illam rem esse suam, nõ est vera ex suprà dictis. Neq; pro ea facit regula. l. igitur. 12. §. potest. ff. de liber. causa. quòd in
11 iustus etiam error excusat à dolo: † nam est intelligẽda, nisi error ille iniustus inducat latam culpam, tam si inducat, tũc perinde haberetur, ac si per dolũ & malitiam illud fecisset. l. impuberibus. 7. §. 1. ff. de suspect. tutorib. l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. text. optimus. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de action. & obligationib. Et facit, quia licèt iniustus error excusetà dolo, non tamen excusat à lata culpa, vt tradit Iason. l. iustè possidet. num. 31. ff. de acquir. possess. asignãs rationem differentiæ, & Gomez. §. ex maleficijs. num. 30. Instit. de action. Menoch. de recup. possess. 5. remedio. num. 61. Cùm igitur non obstante errore iniusto, lata culpa inducatur, succedit regula iuriũ supra allegatorũ, quòd de ea idẽ iudicabitur, quod de vero dolo. Vnde colligitur, quòd licèt d. l. igitur. §. 1. ff. de liber. causa. probet, q̃ moratus in libertate, etiam ex iniusta causa liberatur à dolo, non ob id probat eũ liberari à lata culpa, & consequenter neque à pœna, quæ dolosoimponitur, iuxta rationem d. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de action. & obligat. quidquid contrarium sentiat Bart. l. iustè possidet. in fin. ff. de acq. possess. Item neque obstat opinioni, quã defendimus. l. 2. §. hac actione is demum. ff. vi bonorum raptorum. nam text. ille tantùm probat, in ea actione requiri dolum, atque proinde, quòd si quis sine dolo rapuerit, nõ incidet in illud edictum, non tamen ob id sequitur, in eo edicto culpam latam non sufficere; cum in contrariũ sit regula. l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. & ita Alex. l. iustè possidet. nu. 37. ff. de acquir. possess. Corrasi. libr. 4. miscellan. c. 2. num. 11. ad fin. Ad quod expendo. l. 2. §. si publicanus. ff. vi bonor. raptorum. vbi tex. requirit, quòd vt quis non incidat in illud edictum, oporteat errasse, & dolo caruisse. Planè qui in lata culpa est, magis similis est doloso, quàm errantiㄴ. l. si fideiussor. 29. §. mandati. l. impuberibus. 7. §. 1. ff. de suspect. tutoribus. l. 1. §. is quoque. 2. ff. de actionib. & obligationibus. Cæterùm aduertendum est, quòd aduersus istam responsionem nimis videtur vrgere. §. 1. Institut. vi bonorum raptorum. vbi expressè probatur, quòd si quis errando in iure, putauerit sibi licitum esse, propria authoritate occupare res suas, etiam per alium possessas, quòd excusatur ab actione

vi bonorum raptorum: & tamen errans
12 in iure, censetur esse in lata culpa: † nam
cum leges ab omnibus sciri debeant. l. le
ges sacratissimæ. C. de legib. qui eas igno
rat, vtique ignorat quod omnes sciunt,
& consequenter censetur in lata culpa:
& ideò errantem in iure, stultum appel-
lat Iureconsl. l. regula. §. penul. in fin. s. de
iur. & facti ignorant. & quòd errans in
iure censetur esse in lata culpa, tenet gl.
l. liberorũ. §. notatur. verb. nõ iuris. s. de
his qui notant. infamia. glos. §. suspectus.
2. verb. non æque. in fin. Inst. de suspect.
tutorib. Bart. d. l. quod Nerua. nu. 19. Sa-
lic. l. si nulla. n. 7. & 9. C. de pignor. actio.
& asserit receptum Gomez. §. ex malefi-
cijs. nu. 30. Inst. de action. Alciat. de præ-
sumption. regula. 3. præsump. 31. in fin. ac
ita d. §. 1. Inst. vi bonor. raptorũ. videtur
probare, quòd vbi dolus requiritur, non
sufficit lata culpa ad incurrendam pœ-
nã, etiamsi illa sit pecuniaria: & ita Ang.
ibi. 2. notab. Platea, & Balduin. Sed de-
fendendo nostram opinionẽ, ad d. §. 1. in
primis respondetur, non videri verũ, ig-
norantiam iuris esse latam culpã, nisi in
Iureconsulto, vel in alijs, qui ratione offi
cij tenẽtur scire leges: arg. l. 2. §. Seruius.
s. de origine iuris. & ita Corras. lib. 4. misc-
cel. c. 2. num. 11. ad fin. & num. 13. & l. in
actionibus. num. 27. versi. mihi verò. s. de
in litem iurand. Sed non placet hæc re-
sponsio, quia aduersatur receptæ opinio
ni suprà relatę, quòd ignorantia iuris cẽ-
setur esse lata culpa. Et probatur ex eo,
quia licèt iuris ignorantia per se conside
rata, cum consistat in intellectu, non sit
peccatum, neq; culpa; quia hæc resident
in voluntate: tamen quia errans in iure
fuit negligens in cura sciendi quod scire
tenebatur, propter hanc negligentiã di-
citur culpam, vel peccatum incurrisse:
nã tenetur quis ratione naturali, scire il-
lã legẽ humanã, cuius obseruatio est ne-
cessaria ad iustè agendum id quod face
re aggreditur: alioquin si per iuris igno-
rantiã aliquid iniustè faciat, vtique pec-
cabit, habet enim id culpam malitiæ an-
nexã: nam vel tenebatur ab illo actu de-
sistere, vel diligenter peritos consulere,
quid leges ad iustitiam illius actus exige-
rent, aliàs actũ temere videtur agere, &
exponere se ratione ignorãtię, & erroris,
periculo obtinẽdi rem alienã, aduersus
iustissimas Reipublicæ sanctiones, vel
actũ illum iniustè agendi: quod peccatũ
est, & quidẽ grauissimũ, vt eleganter tra-
dit Couar. c. possessor. de regul. iur. in. 6.
2. par. §. 7. num. 7. versic. tertium. Ergo is
qui prædictam negligentiam admisit, in
13 magna negligentia esse videtur, † & cõ-
sequenter in culpa lata. l. magna culpa. ff.
de verbor. significat. notat Salic. l. si nul-
la. nu. 9. in fin. C. de pignor. action. & ele
gãter prosequitur Bar. tract. testimonio-
rum. nu. 110. Vnde meritò Bald. consil.
463. statuto. nu. 1. lib. 3. inquit, quòd non
inquirere de eo, quod consueuit, & de-
buit inquiri, est species latæ culpæ: arg. l.
doli. §. fin. ff. de nouation. Neque his re-
pugnat. l. 2. §. Seruius. s. de origine iur. nã
procedit in eo, qui ratione professionis
tenetur scire leges: si enim is per se leges
ignoret, in lata culpa censebitur: alius au
tem in culpa lata censebitur, si nõ cura-
uit consulere peritos, quid leges in eo ca
su statuerent. l. in bonorum. ff. de bonor.
posses. tradit Alexan. l. 1. §. si quis ita. nu-
mer. 9. ff. de verbor. oblig. Alciat. de præ-
sumption. regul. 3. præsumpt. 10. num. 8.
Felin. c. de quarta. num. 28. de præscri-
ption. Curt. Iunior. l. si quis id quod. nu-
mer. 34. s. de iurisd. omnium iudicũ. Va-
lasc. consultat. 83. num. 24. Quo fit, vt li-
cèt ille, qui ratione professionis non te-
netur scire leges, excusetur à culpa, si cõ-
suluit peritiores, & ab illis fuit dece-
ptus. l. in bonorum. ff. de bonorum pos-
sessione. non sic excusabitur, qui ratione
professionis tenetur scire leges: nam
quanuis is consulat peritiorem, & per eũ
sit deceptus, tamen nõ ob id excusatur.
l. professio. cum glos. C. de munerib. pa-
trimon. lib. 10. tradit Bart. l. in bonorum.

ad



ad finem. ff. de bonorum possession. De-
cius. l. iuris ignorantia. 1. lectur. nume. 4.
C. qui admitti. Reiecta igitur prædicta
Corrasij responsione, secũdò respondetur,
quòd licèt iuris ignorantia, lata cul-
pa esse censeatur: tamen non est de latis
culpis, quæ sint dolo proximæ, sed spe-
cies est latæ culpæ, quæ sit omnino à do
lo separata: ita videtur tex. l. sed etsi lege.
§. scire. s. de petition. hæred. vbi text. pro-
bat, errantem in iure, non esse prædo-
nem, & ob eam causam excusari à fru-
ctuum restitutione. Ex quo text. colle-
git Bartol. ibi numer. 2. & 4. quòd errans
in iure, neque est in bona fide. l. nunquã,
ff. de vsucapionib. neque etiam in mala
14 fide, cum prædo non sit. dict. §. scire. †
& sic propter errorem iuris constituitur
in quodam medio, quod datur inter bo
nam, & malam fidem, iuxta traditionem
glos. l. 3. §. fin. verb. non bona. ff. de acqui
rend. possessione. & glos. 1. l. potest. ff. de
vsucapionib. subscribit Panormitan. cap.
grauis. numero. 17. de restitut. spoliator.
Cæpolla. l. venditioni. num. 37. C. de vsu
15 capion. pro emptore. Paris. c. de quarta.
num. 9. & ibi Beroi. num. 31. de præscri-
ption. Addo Bart. l. quod Nerua. nu. 24.
s. depositi. tradentem, eam esse differen-
tiam inter dolum, & latam culpã, quòd
dolus inducit malam fidem, lata verò
culpa illam nõ inducit, ac ob id non im-
pedit fructuum acquisitionẽ. d. §. scire.
Si igitur iuris ignorantia inducit latę cul
pæ speciem, quæ sit omnino separata à
dolo, consequitur, nos esse extra termi-
nos iurium æquiparantium latam culpã
dolo. Sed neque hæc responsio placet:
nam traditio Bart. suprà relata nõ est tu-
ta, vt ostendit Couarru. cap. possessor. 2.
part. §. 7. nu. 7. versic. quartò. Item quan-
uis admittatur, tamẽ intelligenda est in
eo sensu, vt iuris quidem ignorantia ex-
cludat dolum & consequẽter malam fi-
dẽ, quæ ex dolo procedit. Vnde hoc ca-
su nõ habebunt locũ iura, quæ loquũtur
in malæ fidei possessore, siue in prædo-
ne. Cæterùm non excludit eam malam
fidem, quæ insurgit ex lata culpa, & solet
dolo æquipararari: nam cum omnes cõce-
dant, per iuris ignorantiam latam culpã
induci, inducenda videntur iura latam
culpam dolo æquiparantia: quod ita in
specie sentit Cæpolla consil. crimin. 21.
num. 32. & consi. 24. num. 10. Vnde non
videtur verum, quòd errans in iure, fru-
ctus faciat suos, sed imò tanquam malæ
fidei possessori æquiparatus, illos suos nõ
faciet. l. certum. C. de reiuen. Neq; con-
trarium probat d. l. sed etsi lege. §. scire. s.
petition. hæred. nam tantùm dicit, excu
sari errantem in iure à nomine prædo-
nis, & consequenter à fructibus percipiẽ
dis: non autem probat text. quòd faciat
fructus suos, ita vt illos domino restitue-
re non teneatur, vt aduertit Pinel l. 2. C.
de rescind. vend. 2. par. c. 4. nu. 35. Quod
tamen neque simpliciter admittere, nisi
quando errans in iure consuluit perito-
res, iuxta l. in bonorum. ff. de bonor. poss.
& latiùs dicemus in sequenti respon sio-
ne. † Quare tertio loco pro vera respõ-
sione d. §. 1. Inst. vi bonorum raptorum.
præmittendum est cum Platea ibi post
princ. quòd dicenti se errasse in iure, nõ
credetur, nisi adsint aliqua indicia, &
præsumptiones, per quas id fiat verisimi-
le: nam iuris error in dubio non præsu-
mitur: & ideò eum alleganti incumbit
onus probandi. l. si hęres ab eo. 68. §. fin.
ff. ad Trebellian. Bartol. l. non fatetur. nu-
mer. 12. ff. de confess. Rubeus consil. 85.
ad finem. & consequenter præsumetur
iuris scientia, ita vt alleganti iuris erro-
rem, plenior incumbat probatio, cum
iuris præsumptio ei aduersetur, vt colli-
gitur ex d. l. si hæres ab eo. §. fin. c. qui cõ-
tra. de regul. iur. in. 6. tradit Bart. l. sed etsi
lege §. scire. nu. 3. s. de petition. hæred.
Bald. l. venditioni. numer. 3. C. de vsucapi-
on. pro empto. Imol. cap. fin. nume. 13.
de præscription. Aretin. l. quod vxor. nu
mer. 2. ff. de acquiren. posses. Corne. con
sil. 136. num. 14. lib. 2. notabiliter Alciat.

de

de præsumption. regula. 3. præsump. 31. numer. 2. quidquid absque fundamento contradicat Pinel. l. 2. C. de rescind. vendit. 1. part. cap. 2. num. 31. Ex quo consequitur, quòd cum iuris præsumptio aduersetur alleganti iuris errorem, non stabitur eius iuramento, quòd in iure errauerit: nam licèt in depẽdentibus ab animo, soleat stari iuramento allegantis. glos. §. sed aliæ. Inst. de action. id tamen non procedet, quando alleganti aduersatur iuris præsumptio. c. vidua. de regularib. Bart. l. inter omnes. §. rectè. num. 2. ff. de furtis. & in specie Aretinus. l. quod vxor. ad finem. ff. de acquir. posses. & Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. 2. part. cap. 4. numer. 42. ad finem. quidquid standum esse iuramento allegantis per iuris errorem aliquid fecisse, dixerit. Bald. l. 2. numer. 1. C. si quis ignorans rem minoris. Angel. l. si plagij. nu. 1. post medium. C. de plagiar. Cæpolla consil. criminal. 21. num. 32. Curt. Senior consi. 72. à num. 6. Balbus. l. Celsus. numero. 27. ad finem. ff. de vsucapion. Alciat. de præsumptionib. regula. 3: præsump. 30. ad fin. Item secundò præmittendum est, quòd licèt adsint indicia, & præsumptiones, quibus fiat verisimile, quem errasse in iure, vel sit tale factum, in quo ratione aliqua naturali, vel grosso modo, prædictus error potuit
16 interuenire, † vt dicit Bald. l. 1. §. item solent. 1. lect. numer. 3. ff. de offic. præfecti vrbis. tamen is iuris error in nihilo eum excusabit, nisi constet consuluisse peritiores, à quibus fuerit deceptus. l. in bonorum. ff. de bonor. posses. expressè Angel. l. sed etsi lege. §. scire. num. 2. ff. de petition. hæred. Alexand. consil. 121. numer. 14. lib. 4. Et meritò, quia cum iuris errori adiũcta sit notabilis negligentia, inducetur lata culpa dolo proxima. Vnde pro regula cõstituitur, quòd iuris ignorantia nunquam excusat, quando ille nõ consuluit peritiores. l. in bonorum. ff. de bonor. posses. Roman. l. si duo. nu. 4. ff. de acq. hæred. Alexan. l. iustè posidet. nu. 37. ff. de acq. posses. & l. 1. §. si quis ita. num. 9. ff. de verb. oblig. Felin. c. de quarta. nu. 28. de præscription. Alciat. de præsumpt. regula. 3. præsump. 10. nu. 8. Nisi peritiores nõ potuit consulere, quia tũc propter solam iuris ignorantiam excusaretur. Roman. l. si duo. num. 4. in fin. ff. de acq. hæred. Felin. c. de quarta. nu. 27. ad fin. de præscription. Ex quibus ita præmissis dicendum est, quòd dũ d. §. 1. Inst. vi bonor. raptor. probat, iuris ignorantiam excusare illum, qui suã rem ab alio possessam rapuit, debet intelligi, quando adsunt indicia, ex quibus fiat verisimile, eum in iure errasse. Item quãdo simul consuluit peritiores, vel saltem constat eos consulere nõ potuisse; quia aliàs iuris error nullã ei excusationem potest præstare: & ita in specie Ang. d. l. sed etsi lege. §. scire. num. 3. Alexan. l. iustè posidet. num. 37. ff. de acq. posses. Felin. c. de quarta. num. 28. de prescript. Et est ratio, quia tunc propter prędictam diligentiã, siue impotentiam consulendi peritos, quantumcunque in iure errauerit, nõ dicitur esse in lata culpa. l. regula. §. sed iuris. ff. de iuris & facti ignorãtia. l. in bonorum. ff. de bonor. posses. glos. 2. ad fin. c. ad falsariorũ. de crimin. fals. Videtur tamẽ obstare huic respõsioni, quòd ille qui cõsuluit peritos, eorũque respõsum habuit, fecit omne id, quod agere tenebatur ad expellendũ iuris errorem, & eius scientiam acquirendã. Is igitur secundùm responsum iuris peritorũ errans, inuincibilẽ habet ignorantiã, quæ eum non solum à lata culpa, sed ab omni prorsus liberat, vt tradit Couarr. c. possessor. 2. par. §. 7. nu. 9. ff. de reg. iur. in. 6. ergo d. §. 1. Inst. vi bonor. raptor. careret omni dubio secũdũ intellectum suprà assignatum. Sed huic difficultati respõdendum est, quòd si is consuluit peritissimos in arte, proce
17 det argumentũ: † sed si cõsuluit mediocriter peritos, quãuis tunc nõ excusetur à culpa. Angel. l. plagij. nu. 1. ad fin. C. ad leg. Flauiam. de plagiar. Dec. l. iuris ignorantia.



rantia. vtrâque lectura ad finẽ. C. qui admitti. tamẽ liberabitur à culpa lata, quia qui credit illi, qui peritus in arte habebatur, habet iustam causam erroris, & cõsequenter liberabitur à lata culpa, vt colliges ex Bar. l. in bonorum. n. 4. ff. de bono. posses. bonus tex. l. si verò non remunerãdi. 12. §. si quis mãdauerit. in fine. ff. mandati. & in his terminis procedet d. §. 1. Inst. vi bonorum raptorum. explicatus vt suprà. Et ad hũc modum venit explicãdus Iason l. iuris ignorantia. ad finem. C. qui admitti. dũ dicit, consulendos esse bonos DD. & nõ illos, qui nomine tantũ sunt literati: & subscribit Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. 2. par. c. 4. n. 42. ad finẽ. Valasc. consultatio. 83. col. pen. nã id verum erit, vt excusetur ab omni culpa: nam si consulat minus peritũ; quãuis tunc à culpa lei non excusetur, tamen excusabitur à lata, iuxta suprà tradita. facit l. semel. C. de re milit. lib. 12. auth. de non alien. §. quia verò Leonis. col. 2. Et ex hac responsione ita explicata infertur explicatio ad d. §. 1. Inst. vi bono. raptor. vt procedat in terminis de quibus suprà. Quare si is nullo præhabito consilio peritioris, quem facilè consulere potuisset, propria temeritate rem suam ab alio possessam inuaderet, iuris error minimè illum excusaret, iuxta regulam. l. regula. §. sed iuris. ff. de iuris & facti ignorãtia. & l. in bonorum. ff. de bono. posses. & quæ Bal. c. cum super. nu. 5. de causa possessio. & in specie Alex. l. iustè posidet. n. 36. ff. de acq. posses. nã is videtur esse in lata culpa, dolo proxima. Bartol tract. testimonio. n. 110. Salic. l. si nulla. nu. 9. in fine. C. de pig. actio. quæ cum dolo comparetur, sufficiens erit ad producendam actionem vi bonorum raptorum, vt suprà probauimus. Quinimo hodie iuris ignorãtia minimè excusabit ab ea actione vi bonorum raptorum, vel furti, vel condictionis. l. si quis in tantam. C. vnde vi. vt clarè exprimitur. d. §. 1. Inst. vi bonorum raptorum. & ibi Platea, Baldui
18 nus, Bodeus, & Linius, † Menoc. de recu-



per. posses. 9. remedio. num. 29 Ita vt mirum sit, glos. 1. l. regula. post princip. ff. de iuris, & fact. ignorant. dicere, errorem iuris hodie excusare ab actione furti, & nõ excusare à condictione. l. si quis in tantã. C. vnde vi. cum tex. dict. §. 1. Instit. vi bonorum raptorum. probet, iuris ignorantiam hodie vtroque casu non excusare. Et expende vltra alios, quòd dict. §. 1. intellectus vt suprà, videtur probare, quòd hodie errans in iure, & qui consuluit peritiores, non excusabitur, quantumcunque in lata culpa non videatur, iuxta suprà tradita Quod apertè repugnat traditis per Fulgos. l. si quis in tantam. numer. 10. C. vnde vi. dum asserit DD. sentire, quòd vt pœnæ illius legis sit locus, oporteat interuenire saltem latam culpam: quod etiam colligitur ex Bart. l. 1. §. non autem. ad finem. ff. si quis test. liber. esse iussus fuerit. Faber, & Ang. d. §. 1. col. 2. ad finem. Instit. vi bonorum raptorum. nã contra illos est text. d §. 1. Instit. vi bonorum raptorum, dum dicit, olim errorem iuris liberare occupantem rem suam ab alio possessam: quod necessariò est intelligendum, quando iuris error non cadebat in latam culpam, vt quia cõsuluit peritiores, vt suprà dictum est. Cum igitur subdat, constitutionibus Imperatorum contrarium esse statutum, apertè significat, quòd ad incurrendam pœnam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. non requiritur dolus, & consequẽter nec lata culpa, sed quælibet culpa sufficit: quod clarè fẽtit Bart. l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsucapio. cum quo ibi transeunt Romanus, Paulus. Et Imola, & est ratio, quia mens Imperatoris in dict. §. i. Inst. vi bonorum raptorum. est, quòd quis debeat omnino abstinere à re per aliũ possessa, & quòd si propria authoritate illam occupet, incurrat in pœnas constitutionibus præscriptas; neque audiatur, si iusta causa, vel iniusta motus id fecerit, vt ibi tradit Theophilus in fine. & declarat Bartolus l. si quis in tantam. num. 16. C. vnde

vi.quem sequitur Ang.d.§.1.col.2.ad finem.Inst. vi bonorum raptorũ. Neque est verum,quod glo. & DD.d.l. si quis in tantam,sentiant,quòdad incurrẽdas pœnas illius legis, requiratur dolus, vel lata culpa:nam si benè aduertas,gl.magna d. l.si quis in tantam.in.8.quæstione constituit differentiam, vtrũ quis putet sibi licere occupare rem suam,ab alio possessã & inter eũ qui putat se possidere rẽ, quã alius revera possidet.Primo casu vult,eũ minimè excusari. In secundo autem casu vult excusari,† si iusta causa motus putauit possidere, quod alius re vera possidebat;quia hoc casu nõ habuit animũ occupandi rem per alium possessam: & sic sumus extra terminos constitutionis. In his ergo terminis obseruabitur ius antiquum relatum d.§.1.Inst.vi bon. raptor. quòd error iuris excusabit istum,dum tamen is error non cadat in latam culpam: nam tunc non excusabit,vt declarat Salic.d.l.si quis in tantam.in.11.&.12. quæstione. & sic quando consuluit peritiores:nam aliàs censebitur in lata culpa, vt suprà diximus. Sed quando occupauit rem per aliam possessam, propter leuem culpã hodie incurret pœnam d. §. 1. Insti.vi bonor.raptor.vnde ex his benè cõfirmãtur suprà tradita.Infertur etiam ex prædictis explicatio ad l. sed etsi lege. §. scire.s.de peritio.hæred.dum probat,errorẽ iuris excusare possessorẽ à nomine prædonis,id est, à fructib⁹ percipiẽdis,vt intellexit Pinel.suprà relatus:namex prædictis dicendum est,id posse admitti in eo,qui errauit in iure, consulendo peritiores,vel etiam in eo qui non potuit eos consulere:nã aliàs non excusabitur,quia incurrit latam culpam dolo proximam, quæ neminem excusat.l.de ætate. 12. §. qui iusto.s.de interrogato.actio.l.si fideiussor.29.s. mandati. cum similibus.tradit Salic.l. si quis in tãtam.11.q.&.12.C. vnde vi.Præterea ex supradictis infertur explicatio ad tradita per Bar.l. non fatetur.n.12.j.de confessis. dum sentit,errorem iuris probari, ex qualitate personarum,vt quia est fœmina,minor,vel rusticus,&sentit, hos probato prædicto errore excusari:allegat l.si adulterium.38.§.i. j.de adulter.subscribit Imol.c.fin.nu.13. de præscriptio.Anania c. ad falsariorum. nu.14.de crimin.falsi.Balbus l.Celsus.n. 27.j.de vsucap.quibus adde Bal.l. venditioni.n.3.C.de vsucap.pro emptore. Afflict.lib.1.consti.rub.24.nu.16.ad finem. nam ex prædictis resoluẽdum est, quòd in prædictis personis facilè iuris error præsumitur.gl.auth.de incest.nuptijs.in prin.verb.sciens.colla.2.Deci.l.si quis id quod.n.33.s.de iurisd.omn.iud. Sed nihilominus minimè propter illum excusa
19 buntur,† nisi simul probauerint se consu
20 luisse peritiores:nam aliàs error iuris incidit in latam culpam dolo proximã, quæ neminẽ excusat ,vt suprà dictũ est:& ita Alex.l.iustè possidet.à n. 37.j.de acquir. possess.Feli. c. de quarta.n.28. ad finem. de præscription.Tiraq.de pœnis temperand.causa 11.à n.20.Ripa.c.sæpè.nu.90. de rest.spolia.Vnde cauẽdũ est à Bar.l. si quis in tantam.n. 6. C.vnde vi.dũ tenet, quòd si prædicti occupauerint rem suã per aliũ possessam, non incident in pœnã illius legis:motus, quia inuadere rem meã ab alio possessã,nõ est prohibitũ iure naturali,sed tãtũ iure positiuo,vt colligitur ex §.i.Inst.vi bonorũ raptorũ, dũ probat,istocasu errorẽ iuris excusare.Cũ igitur in prædictis præsumatur iuris error,vt suprà dictũ est,& agatur de prohibitis iure positiuo,succedit cõmunis traditio,quòd in prohibitis iure positiuo, error iuris excusat rusticum, minorem, & mulierẽ,vt tradit Iason.l. si quis id quod. n.33.& ibi Dec.n.32.s.de iurisd.om.iud. Cæterũ hæc opinio ex supradictis confunditur: nam d.§.1. Instit. vi bono.raptor. probat, hodie errorem iuris minimè excusare à pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ergo cum prædicti solo errore iuris velint se defendere, non sunt audiendi,nisi simul probent,se consuluisse



suluisse peritiores, & sic esse extra latam culpam dolo proximam:& ita Ang.l sed etsi lege §.scire.nume.2.s. de petitio.hęred.Alexand.l.iustè possidet.num. 38.j. de acquirend.possess.Ripa.c.sæpè. num. 60.de restit. spoliat. Menoch. de recup. possess.9. remedio.à num. 26. Quinimo dum hi sentiunt prædictos excusari,quãdo consuluerunt peritiores, in terminis l.si quis in tantam. C. vnde vi.falsum est ex suprà traditis,numero.18.& tantũ eorum traditio admitti potest extra terminos.d.l.si quis in tantam. vt constat ex suprà traditis. Illud certum est,quòd si prędicti non occupauerint rem suam per alium possessam,sed occupauerint rẽ,quã sciebant esse alienam, & per alium possideri,tunc nullo modo excusabũtur propter iuris errorem,quia occupando rem alienam,& ab alio possessam,errant iniure naturali, prohibẽte res prorsus alienas occupari.l.1.j.de furtis.l.probrum. 42.j.
21 de verb. signif. † Et quanuis iuris error prædictos excuset in prohibitis iure positiuo,non sic eos excusat in prohibitis iure naturali.l.2.C.de in iusvocan l.si adulteriũ.38.§.1.j.de adulter.& ita Bartol.l.si quis in tantam.num.6.C.vnde vi.quem in his terminis recipit Angel.l. si plagij. numero.1.post princip. C. ad l. Flauiam de plagiar.Alexand.consilio.103.nnmero.12.libro.1.Cæpolla consil.crimin.21. numero.31.Deci.l.si quis id quod. num. 32.s.de iurisd.omn.iudic. Alciat.de præsumptio.regula.3.prę̃sumptio. 30. numero. 2. Quinimo licet in prohibitis iure positiuo, in prædictis præsumatur error iuris,non sic præsumetur in prohibitis iure naturali,imò credetur, quòd scienter, & per dolum illud perpetrarunt l. auxilium.§.in delictis.s.de minoribus. & post Dyn.tradit Angel.l.ex consensu.§.finali. j.de appellatio.Alexander consilio.103. numero.12.libro.1.notab. Aretinus cap. fraternitatis numero.49.de testib. Alciatus l.1.§.nuntiatio.numer.68.iuncto numero.70.j.de noui oper.Palac.rep. c. per vestras.§.26.à numero.7.pagina.161. Et hæc de prima conclusione. Succedit igitur secunda principalis conclusio in hac materia,quòd vbi lex requirit dolum, & agitur de pœna corporali, tunc lata culpa non æquiparatur dolo, neque eadem pœna imponitur committẽti per latam culpam,sed mitior.l.in lege Cornelia. & ibi Bart.j. de sicar.Bart.l.1.§. non autem. post principium.j.si quis testam.liber esse.&.l.quod Nerua.numero.20.s.depositi.Claud.l.1.à numer.32.s. de legib. & ibi Iason numero.18.asserit receptum.Decius consilio.622.à numero.3.Gramma. voto.21.à numero.15.latè Iulius Clarus in practica criminali.§.finali.q.84.numero.1.Quibus adde Villematam. l. Diuus numero.49.j.de sicar.Boulenchum l.capitalium.§.famosos.numer.157.j. de pœnis.Auendan.libro.2.de exequend.mandatis.cap.16.num.12.Ratio huius cõclusionis colligitur ex doctrina Iureconf.l. in seruorum.j. de pœnis. Ex qua inferas, id procedere, non solùm quando agitur de pœna capitali,sed & de quacunque alia pœna corporali, neque enim tunc la-
22 ta culpa æquiparabitur dolo, † vt sentit gloss.verb.nõ etiam.l.in actionibus. s. de in litem iurand.& tradit Corrasi.libro.4. miscellaneo.capit.2.numero.1. Vnde cauendum est à Maranta in practica.4. parte .distinctio.1.numero.59. pagina. 100. dum asserit receptum,quòd prolata culpa potest quis puniri corporaliter,quanuis mitiori pœna:nam id cõfunditur ex suprà traditis,& in specie eum improbat Iulius Clarus in practica criminali.§.fin. quæst.84.nu.1.ad finem. Magis ergo dicendum est, quòd lata culpa non debet quidem remanere impunita. Bart.d.l.in lege.Iason.l.in actionibus.nu.30.s. de in litem iurand.Dec.cons.9.à nu.3. Nõ imponetamẽ pœna corporis afflictiua,sed tãtũ pœna pecuniaria, vel pœna exilij, p modo culpæ,& ita Gram.voto.21.à n.11.& ita seruari asserit Bossius in praxi.titul. de defẽsionib. reorũ. n. 68. & Iuli⁹ Clar. in

praxi.§.homicidiũ.n.3.Infertur etiam,cauendum esse à Zasi.li.1. singula.responso.c.2.n.49.dum vult,pro lata culpa versutiæ,posse quem puniri corporaliter: nam vt suprà ostendimus,ista lata culpa versutię, magis dolus est præsumptus. Planè quando dolus tantùm præsumptiuè probatur, nõ solet imponi pœna corporalis. c.afferte.de prę sũ.& ibi Feli.n.6.Hippo. l.repeti.à n.24.j.de quæst.Rationem reddit Bart.l.quod Nerua.nu.14.s. depositi. Quinimò Hippol.l.1.n.61.C.de sicar.& in practica.§.quoniam.n.95.in ea est sententia,vt existimet,vt si propter aliquam causã pœna ordinaria veniat mitigãda, non debeat imponi pœna corporis afflictiua,sed tantũ pœna pecuniaria,vel exilij:subscribit Grammatic. voto.23.à nu. 20.Cassan.in consuet.Burgũd.rub.1.gl. Alarbitraige.nu.22.quod tamen verum non est. Sed resoluẽdũ est, quòd vbi delictũ non fuit commissum dolo,sed lata culpa, vel etiã dolus tantũ præsumptiuè probatur, nõ debet imponi pœna corporis afflictiua,vt suprà dictum est. Cæterũ si delictũ fuit cõmissũ dolo,& is dilucidè probatur, & nihilominus propter aliquã causãvenit mitigãda pœna ordinaria,poterit imponi pœna corporis afflictiua,mitior tamẽ.Neuizan.cons.75.n.7.&elegãter cõprobat Auendan.li.2.de exequẽd.
23 mãdatis.c.16.à n.17.†Infert etiãex prædictis, q̃ à fortiori pro delicto commisso culpa leui, vel leuissima, nõ poterit imponi pœna corporis afflictiua, imò neq; 24 pœna pecuniaria,sed tantũ fiet cõdẽnatio ad restaurationẽ dãni dati.l.qui ędes. 9.j.de incẽd.ruina,& naufragio.l.in lege Aquilia.45.s.ad l. Aquil. & videtur text. benè expensus.l.si liberti.C.de admi.rutor.tradit Cyn.l.si quis non dicam.ad finem.C.de episc.& cler.& prosequuntur notab.Bosius in praxi.tit.quomodo procedatur peractionem in delictis.n.37.pagin.46.Iul.Clar.in praxi. §. homicidiũ.n. 3.Cæterũ quia hæc cõclusio non transit sine dubio,vide vnam distinctionẽ per Bal.l.data opera.n.5.C.qui accusare non possunt.quã probat Gram.decisio.47.n. 7.& aliam Salicet.l.1.ad finem. C. de sicar.quas latè recitat,& examinat Claud. l.1.n.36.s.de legib. & est videdus omnino Maranta in practica.4.par.1. distinct. n.67.pag.102.Prædicta tamè cõclusio.q̃ lata culpa nõ æquiparetur dolo, quando agitur de pœna corporis afflictiua, multas habet limitationes,de quibus per Salic.l.1.col.fi.C.depositi.Boulenchus l. capitaliũ.§. famosos.n.158.j.de pœnis. Bernar.Diaz reg.540.Corras.li.4.miscel.c.2. à n.2. Sunt tamẽ omnes casus speciales, & speciali ratione nitentes, vt declarat Felin.c.cognoscẽtes.n.4.de constit. Neque est omittẽdũ,quod quẽadmodũ lata culpa nõ æquiparatur dolo, quãdo agitur de pœna corporis afflictiua, pariter neque æquiparabitur dolo,quando agit de causa,per quã incurritur infamia: nã cũ fama vitę æquiparetur.l.iusta.j.de manum.vindict.prout lata culpa nõ æquiparat dolo.quãdo agit de causa vitę, pariter neq; quãdo agitur de causa infamiæ: & videtur tex.§. suspectus. 2. Insti.de suspect.tutor.&ibi tradit gl.cõmuniter recepta,tradit post alios Bouleẽchus.d.§.famosos.n.161.Iulius Clar.in praxi. §. fi.q. 84.nu.1.ad finẽ.post glo.l.in actionibus. verb.nõ etiã.s.de in litẽ iurand.quã ibi asserit receptã Rom.n.16. Sed his non obstantibus,verius est contrariũ, quòd etiã in causis infamiæ lata culpa æquiparetur dolo,†vt tenet Zasi.li.i.singula.respõso.capit.2.à num.36.Corrasi.lib.4.miscellaneo.capit.1.num.8.& ante eos Fulgos. dict.l.in actionibus. à numero. 13. Curtius Iunior numero.14.Corrasi.numero 28.Petrus Faber l.contractus.pag. 74.ad finem.j. de reg.iuris.& videtur tex.l.liberorum.§.fin.s.de his qui notant.infamia. vbi contrahens matrimonium cum aliqua intra annum luctus, efficitur infamis,etiamsi in iure errauerit,& cõsequẽter sit in lata culpa;ergo ibi est textus expressus aduersus communem:nam differentia,



rentia,quam ibi voluit constituere gloss. ver. nõ iuris. nulla probabili ratione nititur.Item condemnatus in actione depositi, efficitur infamis.l.1.s. de his qui notãt.infamia.& tamen in ea causa lata culpa æquiparatur dolo. §. prætereà. Instit. quib.mod. re cõtrahit.obligatio.Deniq; videtur textus expressus.l.impuberibus. 7.§.1.s.de suspect.tutorib.adiuncto §.suspectus. 2. Instit. de suspect. tutoribus. Neque obstant rationes suprà adductæ pro magis communi sententia, quia ad primã de l.iusta.j.de manum.vindict. respondetur,quòd ibi vita,& fama, non æquiparantur per viam regulæ, sed tantũ in casu particulari,de quo ibiagitur:nam extra eum casum certum est, causam vitæ præponderare omni alij causæ, etiam si famæ sit, vt colligitur ex l. si adulteriũ. 38.§.liberto.in fine.j.de adulte.& in specie Corrasi.lib.4.miscellaneo.cap. 2. numero.10. Et argumentum ab æquiparatis non procedit,nisi quando ea æquiparatio facta inueniturper viam regulæ,vt post Ang.tradit Deci.c.translato.n.4.de constit. Non obstat secũdũ de §. suspectus. 2.Instit.de suspect. tutorib.nam dũ dicit,tutorem remotum ob dolum effici infamẽ,supplendũm est,vel oblatam culpam,vt est expressum. l.impuberibus. 7. §.1.j. de suspect. tutorib. Vnde dum postea subdit,remotum ob culpam non efficiinfamẽ, intelligendum est de remoto ob culpam leuem:cuius rei proponũtur exempla l.2.§.fin.j.de suspect.tutoribus.Et hæc de secunda conclusione.Succedit igitur tertia principalis conclusio in hac materia, quòd si vltra fines latæ culpæ,aliquid nouæ culpæ accedat, tũc illa lata culpa transit in dolum, scilicet præsumptum.† Quam cõclusionem posuit Connan.lib.7.commentario.cap. 4.
25 num.7.vers.summa igitur.inquiẽs,quòd latæ culpæ sũma est,ignorare, quod omnes intelligũt:si quid autem addat huic summæ negligentiæ,magis malitia censebitur, quæ dolo tribuitur.Pro qua conclusione expendo.l.magna negligentia. 224.j.dever.signif.dũ dicit,quòd magna negligentia culpa est, scilicet lata : nam lata culpa & magna negligentia pro eodem ponũtur.l.mulier.22.§. sed etenim. iuncta glo. verb. consueta.j. ad Trebell. l.1.§.is quoque.iuncta gloss. verb. negligentiam.j.de actio.& obligat. Quo præsupposito,dum posteà d.l. magna negligentia.subdit, quòd magna culpa dolus est:ita debet explicari, vt si ea magna negligentia,quæ resoluitur in culpam latã, efficiatur magna culpa,id est,ei aliqua alia culpa de nouo accedat,dolus est. Et hoc etiam modo venit interpretandus textus d. l.quod Nerua. s.depositi. dũ dicit,quòd latior culpa dolus est : nam debes expendere, quòd illud verbum, Latior,tanquam comparatiuum præsupponit positiuum.l. vbi autem.in princ.j. de verbor.obligatio.& sic quòd vltra latam culpam,aliquid nouæ culpæ accessit. Ex quo fit, quòd illud, quod aliàs erat lata culpa,efficiaturdolus,scilicet præsũptus: cuius rei proponit exẽplũ Iurecõs.d.l. q̃ Nerua. quãdo scilicet depositarius non adhibuit in rebus depositis eã diligẽtiã, quã solet adhibere in suis:ex quo Bar. ibi n.4.& n.29.collegit,q̃ si quis adhibet maiorẽ diligẽtiã in suis, quã adhibet in alienis,cẽsetur esse in dolo præsũpto:& sequit Pau.ibi Bal.l.si cõstãte.§.si maritus.j.eod. Pau.l.sivt certo.§.nũc videdũ.n.9.s.cõmodati Alex l.etiã.§. licet.nu.3.j.eo. Corn. cõs.61.n.6.li.1.Alcia.l.larę culpę.n.3.j.de ver.signif.Cagnol.l.cõtractus.n.57.j. de reg.iur.Alex.de Næuo cõs.84.n.9. Hyppol.Rimin.cõs.273.nu.75.lib.3.Claud.§. prætereà.Inst.quib.mod.re.pag. 127. qd & clarè tenet Harmenop. in promptuario iuris li.3. titulo de deposito.pag. 153.
26 † & pro illis videtur text. cap. bona fides. de deposit. dum dicit, quòd bona fides abesse videt,quãdo res depositæ pereunt,saluis rebus depositarij. Si ergo cessat tunc bona fides, vtique videtur adesse mala fides, id est, dolus præsũptus,

vt ibi per gl.1.& communiter DD.Cæterũ hæc collectio & traditio nunquã mihi placuit,nam cum quasi natura impellente,magis amemus nostra, quàm aliena.l.præses.C.de seruit. ex hoc nõ debet præsumi animus nocendi alteri,&sic neque dolus,vt aduertit Bald.l. quę fortuitis.numer.9.C.de pigno.actio.Quòd igitur mea præferam alienis, magis culpa, quã dolus debet iudicari: quod de plano admittit Bar.l.si vt certo. §.qđ verò senectute.s̃.commodati.idem l.tutor.secundũ dignitatem.§.1.j̃.de administr. tutor. Bald.cons.404.in isto contractu libro. 2. Aymon consilio.97.numero. 1. Hippol. Riminald.consil. 441.numero.43.libr.4. Et pro illis expendo d.l.si vt certo. §. nũc videndum.vers. quod verò senectute. s̃. commodati.vbi proponiturregula,quòd commodatarius nõ tenetur de casu fortuito,nisi culpa pręcedat casum. Et inde infertur,quòd si res commodata pereat incendio,ruina, vel aliquo alio fatali casu,non tenebiturcommodatarius,nisi cũ res depositas saluas posset facere,suas prætulit:vt igitur hæc illatio conueniat regulæ suprà positæ,debemꝰ intelligere, ideò teneri,quia culpa præcessit casum, & sic colligitur, quòd non adhibere in rebus commodatis eam diligentiam, quã quis adhibet in suis,est culpa,& nõ dolus : qđ securè tanquam receptum tradit Aymõ consilio.100.numer.10. Et confirmatur, quia regula,quæ dictat,Quem teneri de casu fortuito,quem culpa pręcessit, debet intelligide ea culpa ad quam quis te-
27 nebatur secundũ naturam contractus:† nam si secundùm naturam contractus, tantũ tenebaris de leui culpa, & tantùm culpa leuissima præcessit casum,vtiq; nõ teneberis de eo casu,quem prædicta culpa præcessit, vt eleganter tradit Paul.l.in rebus.numero.4.s̃.commodati.Cagnol. l.contractus.numero.88.j̃. de regul.iur. & sic constat, quòd in d.vers.quod verò senectute,præferre res suas rebus cõmodatis,censetur tantùm leuis culpa, vel etiam leuissima,ad quamcommodatarius tenetur secundùm naturam contractus. d.l.si vt certo.§.nunc videndum. Neque obstant in contrarium adducta: nam ad primũ de l. q; Nerua. s̃. depositi respondetur,aduertendo, quòd Iureconsultus loquitur in eo,qui non adhibet etiam in suis diligentiam quã hominum natura desiderat, & sic in eo,qui est in lata culpa, & hunc vult, quòd si adhuc in rebus depositis minorem adhibeat diligentiã, cẽsetur esse in dolo præsumpto. Non ergo ex eo text.colligenda est generalis cõclusio,quòd ille,qui minorem diligentiã adhibet in rebus suis,quã in alienis, censetur esse in dolo præsumpto,sed restringenda est hoc modo, quòd si ille,qui in suis non adhibet diligentiam,quã desiderat hominum natura, & adhuc minorẽ adhibet diligentiam in rebus depositis, censetur esse in dolo,quia tũc priori culpæ accedit alia noua,& sic facit latã culpam transire in dolum præsumptum, vt suprà dictum est. Ratio igitur posita d. l. quod Nerua.in fine. non est generaliter accipienda,sed est restringenda ad casũ præcedentem,vt constat ex suprà traditis. Nonobstatsecundũ de c.bona fides. de deposito.nam in primis debes aduertere,quòd ibi verbum,Bona fides, nõ accipitur in ea significatione,secundũ quã bona fides est contraria malę fidei, siue dolo:prout accipitur l.3.§.fin.s̃.prosocio. nam quanuis gl.1.d.c.bona fides. in hoc sensu prædictum verbum acceperit,& etiam Bal. l. quæ fortuitis. numero. 8. ad finem. C. de pignor.actio. tamen verius est,quod debet accipi,vel pro conscięntia, & bona æquitate, prout accepit diuus Antoninus in summa.1.par.tit. de regul. iur.in regula Bona fides. & Cagnol.l. bona fides.numero.2.j̃.de regul.iur. vel pro ęquitate, & iustitia distincta à rigore,& stricta verborum significatione.l. bona fides.s̃ deposit.tradit Gom.§.actionum. num.1.Inst.de actio.Couarru. c. possessor.2.part.§.6.num.2.de regul.iuris.in.6.

Valas.



Valasc.de emphyteusi.q.5.num. 2. & secundũ quã iudex statuit,quid,& quantũ præstandum sit:ex bono,& æquo,quan-
28 uis verbis nõ fuerit expressum. † l. quia tantũdem.s̃.de neg.gest.§.in bonę fidei. Instit.de actio. Alciat.in rub.ad finem.s̃. si certum petat. Accipiendo igitur verbũ, Bona fides ,in hoc sensu, probabit d. c.bona fides,quòd illa bona fides,quæ iubet præstari id, quod æquum, & bonum est,quãuis verbis non sit expressũ,præsumitur abesse, quando rebus suis saluis depositæ perierunt,id est,quod illud,quod prædicta bona fides suadet obseruandũ, non videtur in eo casu obseruatũ.Quod vt clariùs percipias,cõsidera, quòd dicta bona fides prædicto modo modo sũpta, iubet te eandem diligentiam adhibere in alienis,quã in tuis adhibes: argumẽto.c.1.in.1.distinct.ita vt quanuis secũdũ naturam contractus, non tenearis præstare tantam diligentiam. tamen si eam exuberantem diligentiam in tuis adhibeas,eandem teneberis præstare in alienis,aliàs & eam culpam præstabis:textus est elegans.l.in rebus.18.s̃. de iure dotiũ, vbi textus probat,quòd licet maritus secundũ naturam contractus dotis nõ teneatur nisi de dolo, lata culpa, & leui, quia contractus vtriusque respicit vtilitatem.l.si vt certo.§.nunc videndum.s̃. cõmodati tamẽ si in suis rebus erat diligentissimus, & eandem exactam diligẽtiam non ponat in seruandis rebus dotalibus, etiam eam culpam tenebitur vxori præstare,& sic leuissimam culpam,vt ibi notat gl.1. cum qua transeunt Bal. Alberic. & Iacob.ibi.Bald.l.quæ fortuitis.n.27.C. de pigno.actio.Nicolaus de Neapoli relatus per Alexand.l.etiam.§.licet.num.3.j̃. eod.dicens , per hoc limitari omnia iura dicentia aliquem secundũ naturam contractus teneri tantũ de lata culpa,& leui, nam & tenebitur etiam de leuissima,si in rebus suis seruandis erat diligentissimus: subscribit Deci.l.contractus. numer. 36.
29 j̃.deregul.uris.† Secũdũ hæc igitur vult dicere d. c. bona fides.quod illa bona fides,& ęquitas quæ vltra naturam cõtractus obligat te ad præstandam eam diligẽtiam in alienis,quã in tuis præstas,quã uis id verbis non fuerit expressum,videtur abfuisse, quando tuis rebus saluis depositæ perierunt,nisi alleges iustam causam,propter quã prædicta ęlidatur præsumptio,vt tradit glos.l.si vt certo.§. nũc videndũ.vers.quod verò senectute.verb. saluas.s̃.commodati.Bart. d.l.quod Nerua.num.4.ad finem. & Ancharran. d. c. bona fides.num. 11. & quòd ob id teneberis etiam in deposito,quia tacitè videris te obligasse ad præstandam in rebus depositis custodiendis eam diligentiã, quã solebas in tuis adhibere:& colligitur ex §.præterea.Inst.quib.mod.re.ibi,Negligenti,à contrario sensu, & infrà dicemus. Et iuxta hæc inferas,nõ bene deduci ex d. c. bona fides. quòd præsumatur mala fides,id est dolus, quãdo rebus tuis saluis,depositæ perierunt: sed illud tãtũ, quòd ea bona fides, quæ obligat te vltra naturam contractus,ad præstandam diligentiam in alienis,quam in tuis adhibes, videtur abfuisse, quando rebus tuis saluis,depositæ perierunt. Et confirmatur, quia aut verbum,Bona fides,referturad initium contractus,& tunc videtur accipi in ea significatione, quatenus est contraria malæ fidei.l.3.§.fi.s̃. pro socio.l. bonam fidem.C.de actio. & obligatio. l. 3. cum gloss fina.C.de peric. & cõmod.rei vẽd.Sed si referatur ad ea, quæ accedũt, contractu iam perfecto, bona fides sumitur pro æquitate de qua suprà.l.quia tantũdem.s. de neg.gest.l.bonafides.s̃.depositi.l.si fideiussor.29.§. quædam. s̃. mandati.l. 2. in fine.j̃.de actio.& obligatio.§. vnico.ad finem.Instit.de obligatio. quæ ex consensu.text.elegans.l.cum duobus. 52.§.venit.s̃.pro socio.sed in d.c.bona fides.verbũ illud refertur ad id, quod accidit contractu iam perfecto : ergo debet sumi in prædicta significatione.Et hoc etiã modo debet accipi d.l. quod Nerua.

in fine.ibi,Salua fide,quidquid aliter exponat Bal.l.quæ fortuitis,numero. 8. ad finem.C.de pignor.actio. Infertur etiã, quòd cum bona fides, sumpta in prædicta significatione,sit aliena à contractibus stricti iuris. §. actionum. Instit.de actio.c.cum venerabilis.de exceptio. Tiraquel.libro.1.retract.§.35.glos.1.in princip. conclusio de qua suprà tantùm locum sibi vendicabit in contractibus bonæ fidei,†neque illi erit locus in contra-
30 ctibus stricti iuris,in quibus tantùm idvenit, quod verbis expressum fuit.l. quidquid astringendæ.ʒ.de verbor.obligatio. & videtur in specie colligi ex l. quia tantũdem.s̃.de negoc.gest.quanuis Corne. cons.61.numero.6.libro.1.& Parisius cõsil.123.numero.8.libro.1. generaliter dicant,semper teneri eum,qui minorẽ diligentiam adhibuit in alienis, quã in suis. Deniq; infertur, quòd licet quis nõ obseruet id, ad quod bona fides eum obligat,non ob id cẽsetur esse in dolo, vt cõstat ex suprà traditis:nam & quando contractus, vtriusque contrahentis vtilitatẽ respicit, tenentur diligentiam communẽ adhibere partes.d.l.si vt certo.§.nunc videndum. & tamen si eam non adhibeant,non censentur esse in dolo, sed tãtũ in leui culpa.l.contractus. ʒ.de regulis iuris.Cauendum igitur est ab Alciat.responso.20.num.1.in.8.tomo. & ab Hippol.Riminald.consil.273.numero.81.libro.3.dum dicunt,quòd si quis obligauit se prestare diligentiam,& eam non adhibuit,præsumitur esse in dolo.l.dolus est. s̃.mandati.nam id ex supradictis manifestè confunditur, & ex traditis per Riminald.cons.309.à num.4.libr. 2. quòd debuit præsumi potius per culpam,& negligentiam quid non fuisse factum, quàm per dolum,qui in dubio præsumi nõ debet.l.quoties.§.qui dolo.s̃. de probation. Neque obstat d.l. dolus est. s̃. mandati. quia debet intelligi,quando quis requisitus,vt faceret id,ad quod tenebatur, cõtumaciter noluit illud adimplere: tunc enim dolus presumetur: sed aliàs dolus non præsumetur,sed potius culpa,& negligentia,iuxta suprà tradita. Si sanè quis ratione officij teneatur quid custodire, & id nõ faciat, tunc præsumetur dolus. gloss.l.cum ita.§.species.verb. neque dolo.ʒ.de leg.2.Aymon cons.132.nu.4.Neque est omittẽdum,quòd d.l. quod Nerua.in ea parẽthesi(Nisi tamen ad suũ modum)sẽtire videtur,quòd si depositarius etiam in suis rebus seruandis admittebat latam culpam, tunc pariter excusabitur à lata culpa, quam in rebus depositis custodiendis cõmisit:& ita ibi Zasi. in scholio ,diligẽs,&in scholio,præstet,&in scholio finali,dicens pro hoc esse tex expressum in ratione sua.§.præterea.Inst.quib.
31 mod.re contrahit obligatio.†Contrariũ tamen tenuit gloss.d.l.quod Nerua. vernam & si quis.adducens bonum text.in l.si constante.§.si maritus.ʒ.eod. subscribit Bar.d.l.quod Nerua.num.4.& num. 26.vers.ad secundum & l.1.num.5.s̃. de solutio.Petrus Faber l.contractus.pagin. 73.s̃.de regul.iur.quibus adde glos.fin.l. in rebus 18.s̃.de iure dotium & gloss.l.si mulier.22.§.sed etenim.verb. consueta. ʒ.ad Trebellian.quam ibi extollit Claud. col.1.ad finem.Et pro hac sententia videtur tex.expressus d.l.mulier.22.§.sed etenim.ʒ.ad Trebellian. ibi, Et in suis rebus assueta negligentia.nã referendo ad verbum præcedẽs,Lata culpa, clarè probat, quòd de lata culpa quis tenetur, etsi eãdem lata culpa fuerit vsus in rebus suis conseruandis. Neque obstant fundamẽta Zasij:nam ad primũ de d.l. quod Nerua.s̃.depositi, respondetur,tex.tãtũ probare,quòd si lata culpa vtatur in suis,quã etiam vtitur in rebus depositis, tunc nõ videtur esse in dolo præsumpto: nã tunc vltra latam culpam,nulla noua culpa videtur accessisse, quæ faciat eam transire in latiorem,siue in dolum præsumptum, vt aduertit idem Zasi.lib.1.singula.respõsor.c.2.num. 13. Non igitur inferri inde potest,quòd illius latæ culpæ,vti talis,nõ teneatur



teneatur rationem reddere:nam cũ accipiendo depositum secundũ naturam cõtractus,videatur se obligasse de dolo, & lata culpa.l.1.§.is quoque. 2.ʒ.de actio.& obligatio.non poterit se ab ea obligatione liberare,eo prætextu, quòd eãdem latam culpam in suis rebus custodiendis admittat.Non obstat secundũ de §.præterea.Insti.quib.mod.re contrahit.quia loquitur in culpa leui, & leuissima, ad quas non videtur se obligasse depositarius,neque secundũ naturam cõtractus, nec etiam secundùm bonam fidem, cũ eãdem culpa in suis seruandis vtatur.Nõ igitur negat,teneri eum de lata culpa,ad quam præstandam secundũ naturam cõtractus videtur se obligasse,vt est expressum.l. 1.§. is quoque. 2. ʒ. de actio. & obligatio.Vnde ratio expressa.d.§.præterea,Quia qui negligenti amico,&c. tantũ concludit quoad leuem culpam, non autem quoad latam,ad quam præstandã, amicus etiam negligens videtur se obligasse secundũ naturam contractus depo-
32 siti:†& quia vt inquit Castren.l. vbi.n.2. s̃.de eden.lata culpa accipientis, debet præponderare culpæ leui eligentis amicũ negligentem:arg.l.item si obstetrix.s̃.ad l.Aquil.Illud igitur potius ex prædicta ratione colligendũ est, quòd si depositarius in rebus suis custodiendis erat negligẽs, ita vt in proprijs admitteret leuẽ culpam, minimè tenebitur præstare leuem culpã deponenti,vt est expressum.l.mulier.22. §.sed etenim.ʒ.ad Trebellian.& per argumentum à contrarijs. Quòd si in suis custodiendis erat diligens,ita vt in proprijs non admitteret leuem culpam, si eandẽ non præstet in depositis, vtique tenebitur de leui culpa, per tradita suprà, non quidem secũdũ naturam cõtractus depositi,quæ tantũ obligat ad dolum, & latam culpam, sed propter bonam fidẽ quæ obligat accipientem vltra naturam contractus, vt præstet eandem diligentiam in alienis,quã in suis præstabat.c.bona fides.de deposito.& suprà dictum est. Pro quo expendo. l. mulier.22.§.sed etenim.ʒ.ad Trebellian. dum probat, heredem in rebus per fideicommissum relictis,debere præstare rationem doli, & latæ culpæ,nõ autem leuis, & in rebus suis consuetæ negligẽtiæ: significat enim de lata culpa indistinctè teneri, nõ autẽ de leui,si eãdẽ suetus erat vti in rebus suis: ergo à contrario sensu, si ea nõ vtebatur in suis,tenebitur eam præstare fideicommissario,ob rationem de qua suprà:quia actio ex testamento sortitur naturã contractus bonæ fidei.l. in minorum. C. in quibus causis in integrum restitutio nõ est necessaria, ac ita etiam in ea locum habent suprà resoluta. Neque putes hãc disputationem, vtrũ lata culpa sit dolus præsumptus:esse inutilem: multũ enim interest, quid committi per dolum præsumptum, vel per latam culpam:nam dolus præsumptus regulariter idem operatur quod verus:argum.l.cum quid.s̃.si certũ petat. atque proinde etiam in illis casibus,in quibus lata culpa non solet æquiparari dolo, tamen in eisdem regulariter dolus præsumptus idẽ operabitur quod verus dolus.gloss.1.c. ad falsariorum. de crimine falsi.& ibi Anan.numer.7. ad finem.†Quo fit,vt licet propter latam cul-
33 pam non possit iurari in litem,glo.recepta.l.in actionibus.verb.non etiam.s̃. de in litem iurand.tamen propter dolũ præsumptum iuratur in litem.l.qui reperto rium.in princ.s̃.de administ. tut. vbi aduersus tutorem non conficientem inuẽtarium,iuratur in litem,quia censetur esse in dolo præsumpto; vt ibi tradit gloss. 2.& sic apertè probat, propter dolũ præsumptum iurari posse in litem: quod ibi tradit Bart.num.21.& probat Soc.consilio.213.consilijs.num.3.libr.2.Duaren.l. in actionibus.nume.35.s̃. de in litem iurãd.& prosequitur Plotus tractat.de in litem iurand.§.49.numero.31. Est nihilominus aduertendum,quòd imò propter dolum præsumptum,non posse iurari in litem, tenet Iason cons. 174. spectabilis. col.

col.pen.ad medium.li.2. & Catellian. in memorabilib.verb. iuramẽtum in litem. allegant Bar.d.l.qui repertorium, nu.21. Et quia aliàs duo specialia concurrerent eodem tẽpore circa idem,scilicet, quòd actori iuranti credatur in propria causa, contra regulam.l.nullus idoneus.s̃. de testibus.item quòd præsumatur dolus,aduersus regulam l.meritò.s̃.pro socio.per quam rationem idem tentauit Corne. consil.81.quamquam. numero.5.libr.4. Sed non est recedẽdum à prima opinione:neque obstant contraria, nam ad primũ de doctrina Bart.d.l. qui repertoriũ. num.21.respondetur, Iason.& Catellianum allegare Bart.secundùm literã corruptam:nam secundũ veram literam Bartol. ad text.relatus apertè vult, propter dolum præsumptum iurari posse in litẽ: in quo sensu eum allegant Socin.& alij suprà relati,qui cõmunem probant. Nõ obstat secũdũ,quia nulla specialitas est, quòd dolus præsumatur,si adsint indicia sufficiẽtia.l.dolum.C.de dolo. Neq; placet concordia Ploti de in litem iurand. §.49.numer.31.quòd si indicia doli fuerint vrgentia, tunc propter dolum præsumptum iuretur in litem,aliàs secus: nã verius est, propter quemcunque dolum præsumptum,iurari posse in litem, cũ iuris præsumptio ꝓ liquidissima habeatur probatione.glo.l.pen. C.de peric. tutor. quod ita in specie tenet Bald.l.in actionibus.ad finem.s̃.de in litem iurand.& consil.119.statuto.numero.3.ad finem.libro 2.Quinimo,& tentari potest, propter solam latam culpam iurari posse in litem: nam licet d.l. in actionibus. quoad hoc
34 requirat dolum,non ob id videtur excludere latam culpam dolo proximã: † de hac enim idem iudicatur, quod de dolo, quando agitur de pœna pecuniaria,vt suprà probauimus,& in specie videtur tex. l.is qui.C. de in litem iurand. & l. si filiofam.26.§.1.& ibi gloss.verb.& culpam.j̃. eod.quam opinionem aduersus gloss.& magis communem probant Fulgos.d.l. in actionibus.numero.15.& ibi Curt.Iunior numero.15.Duaren.numer.34.Corasi.num.27.Zasi.libro.1.singula.responso.cap.2.num.35.& Corrasi.lib.4. miscellaneo.cap.2.num.11.Petrus Faber l. contractus.pag.74.ad finẽ.j̃.de reg. iur. Adde,quòd licet secundũ communem opinionem,propter latam culpam non incurratur infamia.gloss.recepta. §. suspectus.2.Inst.de suspect. tut. tamẽ propter præsumptum dolum, condemnatus incurrit infamiam,vt colligitur ex l.3.§. tutores.j̃.de suspect.tutorib.& est text.clarus.l.fina.§.fin.ad finem.C. arbitrium tutellæ.adiuncta traditione gloss.2.l. tutor qui repertorium.8.j̃.de administra.tuto. Denique si per plenas probationes constet de delicto cõmisso, tunc dolus præsumptus,qui omni inest delicto,sufficiẽs est ad imponẽdam pœnam ordinariam delicti, vt efficaciter probat. l. 1. C.ad l. Cornel. de sicarijs. ad quod lata culpa nunquam sufficit. l.in lege Cornelia.j̃. de sicarijs. quòd si de delicto commisso non cõstet per veras probationes, sed tãtùm per præsumptiones, tũc verum est, nõ esse imponendam pœnam ordinariã delicti,iuxta regulam.l.fina.C. de probatio.&probatur c.afferte.de præsumptio. Et ad hunc modum est explicandus Bartol.d.l.quod Nerua. nu.14.& tractat.testimonio.num.108.Et hæc de lata culpa. Leuis autem culpa dicitur,quæ procedit ex desidia,& negligentia. glos. §. præterea.verb.debet.Inst.quib.mod.re cõtrahit.obligatio.Subscribit Alexan.de Nævo cons.84.num.6.Aymon consil.97.numero. 5. Hippol.Rimin.cons.441.n.24. lib.4.& diffinitur à Bar.d.l quod Nerua. num.26.esse incircumspectam deuiationem ab ea diligentia,quam solent adhibere homines diligentes eiusdem condi
35 tionis l.si putator.s̃.ad l.Aquiliam,† & eãdem repetit Bar.tract. testimonio. num. 115.Bal.l.quæ fortuitis.n.12.C.de pigno. actio.Panor.c.1.nu. 13. de commodato. Roman.cons.426.n.3.Cagnol.l. contractus.



tractus.num.13.j̃.de reg.iur.Decia.cons. 29.num.2.libro.1. Cephalus cons. 640. à n.18.li.5. Huiusque leuis culpę exempla proponit Faber.§.item is cui.nu. 2. & ibi Bellon.num.12.Inst.quib.mod.re cõtrahit.obligatio. Bar. tract. testimonio.numero.116.Bal.l.quæ fortuitis.numer.12. ad finem.C.de pigno.actio.Curt.Iunior cons.356.num.10.lib.3.Duaren.hic col. 2.post medium.Nauarr.in manuali cap. 17.nu.177. Leuissima autem culpa dicitur deuiatio incircumspecta ab ea diligẽtia,quam habent homines diligentissimi eiusdem professionis.Bar.d.l.quod Nerua.numero.27.& tractat.testimonio.numero.124.Salic.l.si nulla.num.11. C. de pig.actio.Decia.cons.29.num.2.libr.1.& Cephalus cons.640.num.22.lib.5.Petrus Faber l.contractus.pagina.80.j̃.de reg.iuris.Et ideò Bal.cons.404.in isto.libr.2. tradit,quòd culpa leuissima dicitur,quando quis non adhibet solicitissimam diligentiam:& glo.§.præterea.verb.debet. Inst. quib.mod.re cõtrahit. obligatio. inquit, culpam leuissimam dici,quãdo quis quocunque modo potuit prouidere, & euitare damnum,& nõ fecit: subscribit Aymon.cons.97.num.3.Menoch.cons. 55. numero.20.lib. 1. Exemplaque huius leuissimę culpæ proponit Faber d. §. item is cui.num.2.Bar.tract.testimonio.num. 125.Salicet.dict.l.si nulla.num.19. C. de pignor.actio.Curt. Iunior. d. cons. 256. num.10.& Nauar.vbi suprà. His ita explicatis, secundò & illud sciendum est in hac materia,quòd ad cognoscendũ quæ ex istis culpis veniat in contractu,recurrendum est ad celebrem distinctionem Iureconf.l.si vt certo §.nunc videndum. s̃.commodati.&.l.contractus.j̃. de regul. iuris.ex qua colligitur, quòd cũ contractus dotis fiat gratia vtriusque coniugis, tenebitur maritus de dolo,lata culpa, & leui:quod clarè probant prædicta iura,& l.etiam.19.§.1.j̃.eod.notauit gl.hic verb. culpam.communiter recepta, vt asserũt Iason hic n.1.Zasi.n.7.Alex.cons.47.n.6. lib.1.Sed in contrarium vrget.l.in rebus. 18.s̃.de iure dotium.vbi maritus tenetur præstare exactissimam diligentiam in rebus dotalibus,& sic innuitur,quòd teneatur de leuissima culpa,vt ibi notat glo.1.
36 quod apertè repugnat suprà traditis.Sed respondendum est,† quòd aut quæritur, vtrùm maritus teneatur de leuissima culpa,secundũ naturam contractus dotalis? & respondendũ est, non teneri iuxta iura suprà citata: aut verò quæritur,vtrùm teneatur de leuissima culpa propter bonam fidem, quæ versatur in ijs contractibus,& obligat præstare eam diligentiam in alienis,quã in suis prestat? & dicẽdum est teneri de ea culpa,iuxta illa quæ suprà tradidimus. Cum autem contrariorum eadem sit disciplina, videtur inferẽdum, quòd si in rebus dotalibus adhibeas eandem diligentiam, quam adhibes in tuis, excusaberis,etiamsi minor sit,quã exigat natura contractus: ad quod videtur tex. in ratione sui.l.socius socio. 73. s̃. pro socio.per quam dixit Deci.cons.413.n.11. quòd qui fecit de rebus alienis idem qd̃ fecit de suis,non videtur esse in culpa:& idem Deci.cons.430. nu. 4.inquit,quòd qui fecit in re aliena,illud quod verisimiliter in sua fecisset, non videtur esse in culpa: & idẽ tenet Aymõ cons. 247. col. pen.ad medium.quòd culpa non potest imputari illi, qui fecit de re aliena id qd̃ fecit de sua:allegat l.hæredes.26.§. nõtãtũ.s̃.famil.ercisc. quam etiam ad hoc notauit Rom.cons.413.num. 17. & in specie ita prædictam conclusionem firmat Pau.l. si constante.§.si maritus. n. 3.j̃.eo. & ibi Cuma.in fine.& ante eos Cyn. ibi in additionibus,quem retulit Bal.colum. 2.ibid.& Gab.Mudeus l. socius socio. ad finem.s̃.pro socio.Sed verius est, maritũ semper teneri de leui culpa,secũdũ naturã cõtractus,etiamsi maritus eandẽ leuẽ culpã in suis admittat:ita gl.d.l.si constãte.§.si maritus.ver.culpãda. ad finẽ.j̃.eo. quã esse cõmuniter receptã fatetur Pau. ibi n.3.& idẽ tenet Bar.l.quod Nerua.n.

26 ſ.depoſiti.&l.1.ſ.deſolutio.num.5.& hanc eſſe receptam opinionem aſſerit Alex l.ſi conſtante.§.ſi vxor.n. 3.ſ.codē. Neque obſtant ſuprà adducta in contrarium:nam ad primum argumentum reſpōdetur,illud tantū euincere,quòd ſi in bonis tuis fueris negligens,bona fides cōtractus obligabit te ad præſtandam maiorem diligentiā in alienis, quā in tuis adhibeas:ac proinde ſi ſecundū naturam contractus nō tenebaris de leui culpa,in prædicto caſu illam non præſtabis: quod probat l.mulier.22.§.ſed etenim.ſ.ad Trebel
37 lian.† Cæterū ſi ſecūdū naturā cōtractus teneris de leui culpa, minimè excuſāberis eo prætextu,quòd eandem culpam in tuis adhibeas: nam cum iuxta naturam contractus videaris te obligaſſe.l.ſi duo. ſ.de acq.hæred.tacitè videris te obligaſſe ad leuem culpam, quantūcūque eādē committeres in rebus tuis. Nō obſtat ſecundū de l. ſocius ſocio. 73.ſ. pro ſocio. quia DD.cōmuniter ita diſtinguūt, vt ſi quis ſit negligens in rebus ſuis,nō excuſabit,ſi eādē negligētia vtat in rebus prorſus alienis:ſed de leui culpa nihilominus tenebitur, ſi ſecundū naturam contractus de illa tenebatur:& ita procedit cōcluſio quam defendimus. Si verò res ſint cōmunes,quia tunc quodāmmodo ſuæ eſſe videntur.l.illud.ſ.de ritunuptiarum, ſufficiet eam diligentiam adhibere, quā in ſuis adhibet,attento tempore contractæ ſocietatis,&nō attēta negligētia,quę forſitā poſtea ſuperuenit; ita vt ſi tēpore cōtractæ ſocietatis in ſuis negligēs ſit, & eādē negligētia vtatur in rebus cōmunibus, de prædicta leui culpa minimè teneatur:& in his terminis procedit.d.l. ſocius ſocio.ſ.pro ſocio & tex.ſimilis.§.fin. Inſt.de ſocietate.quam reſolutionem poſuit Bart.d.l.quod Nerua.num.26.&.l.1. num.5.ſ.de ſolution. & tractat. teſtimonio.num.120.Bal.l.quæ fortuitis. nume. 12.C.de pignor.actio. Alex.conſ.47. numer.7.lib.1.& conſ.209.num.2.li.7. Deci.l.contractus.nu.39.ſ.de reg.iur.& conſil.441.num.7.& latè probat Igneus d.l. contractus à n.51. & in effectu Mudeus d.l.ſocius ſocio.n. 5.ſ.,p ſocio. Hæc tamē communis diſtinctio nūquam mihi placuit,quia pars ſocij vtique prorſus aliena eſt.l.ſi ſocius.ſ.ſi cert.pet. atque ita quoad eum locum habet regula.l. quæ de rota.ſ.de rei vend.& videtur expreſſum.l.ſi ambo.10.in princ.ſ.de compenſatio. Itē iura paſsim dicunt,ſocium teneri de leui culpa,propter naturam contractus,quia reſpicit vtriuſq; vtilitatem.l.ſi vt certo §. nunc videndum.ſ.commodati.l. contractus.23.ſ.de reg.iur.quæ vtiq; iura nimis reſtringerentur, imò ferè inania redderētur, ſi ſecundū communē nō eſſet inſpicienda natura contractus; ſed diligentia, qua vtebatur ſocius tēpore contractę
38 ſocietatis.† Præterea, pone iſtum ſocium tempore contractę ſocietatis eſſe negligentē circa res ſuas: is poſtea contrahendo ſocietatē,videtur ſe obligaſſe ſecūdū naturam cōtractus:arg.l.ſi duo.ſ. de acq. hæred.& conſequēter ſe obligaſſe ad leuē culpā,quātūcūque antea in rebus ſuis eādē cōmitteret.Itē & vltra alios contra cōmunē retorqueo.§.fi.Inſt de ſocietat. nā refert dubitatū fuiſſe apud antiquos, vtrū ſocius tantū teneret de dolo,& lata culpa vel etiā de leui:& dicit fuiſſe cōcluſū,etiā de leui teneri,quātūcūq; depoſitarius tātū de lata teneat.Expēde igit, ,p ſi apud depoſitariū aliàs negligētē res deponit,ipſe nō tenet de leui culpa,quia natura cōtract' ad hoc eū nō obligat, vt eſt expreſſū.§.pręterea.Inſt.quib.mod.re cōtrahit.obligatio.vtergo interdepoſitū,& ſocietatē ſit differētia, fatēdū eſt in eiſdē terminis ſociū teneri de leui culpa, quia ad eā natura cōtractus eū obligat. Cōfirmo,quia ratio expreſſa in d. §. præterea, ob quā depoſitarius nō debeat teneri eo caſu de leui culpa,etiā reperitur in ſocio. d.l.ſocius ſocio.73.in fine.ſ. pro ſocio. & cum nihilominus d.§. fin. Inſt. de ſociet. differentiam conſtituerit inter depoſitum,& ſocietatem,fatēdū eſt, ,p in prædicto



dicto caſu depoſitarius non tenebitur quidem de leui culpa, & tamen ſocius tenebitur. Vnde infero, quòd non ſolū in eo erit differentia inter depoſitum, & ſocietatem, quòd ſi ſocius tēpore ſocietatis erat diligens, & poſteà efficitur negligens,tenetur de leui culpa; de qua tamen depoſitarius nunquam tenetur, vt admittit glo.d.§.fin.verb.ſolet. Inſtit. de ſocietat.glo.l.hæredes.§. non tantū. & ibi Florian.ſ.famil.erciſc.gloſſ.l. cum duobus.52.§.1.verb. culpā. ſ. pro ſocio. Bald.in rub.in fine.C. pro ſocio. Igne.l. contractus.num.51.ad finem.ſ.de regu. iuris. ſed etiam in eo erit differentia, ,p ſi tempore contractus depoſitarius erat negligens,non tenebitur de leui culpa: & tamen de ea in prædictis terminis tenebitur ſocius, vt conſtat ex ſuprà traditis: quidquid magis communis contrarium ſentiat. Quam opinionē aduerſus communem,licèt non ita fundatam,tenet Petrus Faber.l.contractus.pagin.76. poſt medium.&pagina.78.ad fin.ſ.de re
39 gul.iuris.† Et retenta hac opinione,nō obſtant in contrarium adducta: nam ad primum de.l.ſocius ſocio.73.ſ.pro ſocio. (cuius etiam verba retulit Harmenopulus in promptuario iuris.lib.3.tit.10. pagina.155.) reſpondetur,quòd text. ille bene expenſus apertè impugnat cōmunem ſententiam: nam in principio dicit,ſocium teneri de leui culpa, ſecundùm naturam contractus, non autē de leuiſsima culpa:& reſpectu iſtius leuiſsimæ culpæ additur ea ratio,quòd ſibi imputare debet, qui adhibuit ſocium parū diligentem. Expēdenda ſunt verba, Parum diligentem:nam præſupponunt,ſocium quidem eſſe diligentem, non tamen exactæ diligentiæ: qui tamen de ea exacta diligentia non præſtita non tenebitur,propter rationem in eo text. expreſſam: quam tamen præſtare teneretur,ſi in ſuis ſocius exactam diligentiā adhiberet:argu.l.in rebus. 18.adiuncta glo.1.ſ.de iure dotium. Tantū ergo probat d.l.ſocius ſocio. ſocium tantū teneri de leui culpa; non autem de leuiſsima; quia ad hoc natura contractus eum non obligat. Sed dices obſtare huic reſpōſioni,quòd ratio expreſſa in d.l. ſocius ſocio.in fine.eſt generalis; & militare etiā videtur in ſocio,qui tempore cōtractus erat negligens: nam adhuc imputandū videtur ſocio,qui talem elegit. Obſtare etiam quod tex.dicit,quòd eam diligentiam tenetur ſocius adhibere,quam adhibet in ſuis. Sed defendendo prædictā reſponſionem,ad primam difficultatem reſpondeo,quòd d.l.ſocius ſocio.in fine. tantū dicit,imputandum eſſe ſocio, qui ſocium minus diligentem elegit:in quibus verbis præſupponitur, ſocium quidem diligentem eſſe, non tamen exactæ diligentiæ,ac proinde ſocium ab eo exactam diligentiam exigere non poſſe,vt ex ſuprà dictis conſtat:quidquid aliter explicet Bart.tracta. teſtimonio. nu. 120.& Igne.l.contractus.nu.57. ad finē. ſ.de regul.iuris. Et ex his intelliges rationem differentiæ, quam inter depoſitū, & ſocietatem conſtituit tex.§. fin. Inſti. de ſocieta.nam in depoſito imputatur illi qui depoſitarium negligentem elegit. §.præterea.Inſt.quib.mod.re contrahit. obligatio. & ideò deponens ab illo non poteſt exigere leuem culpam, ſed ſocio tantùm imputatur,quòd ſocium minus diligentem elegerit d.l.ſocius ſocio. in fine. † & ſic ab eo non poteſt quidem
40 exigere exactam diligentiam: ſed tamē leuem culpam exigere poteſt, ad quam ſocius ſecundùm naturam contractus videtur ſe obligare. Et expendes, quòd d. l. ſocius ſocio.videtur ſentire,quòd licèt vnus ex ſocijs ſit exactiſsimæ diligentiæ: tamen non poteſt ab alio ſocio eandem exactiſsimam exigere diligentiam, ſed ſatis eſt ſocium præſtare communē diligentiam ſecundùm contractus naturā. Quāuis igitur, ſi ambo fuerint pariter negligentes,inducēda ſit compenſatio. l.ſi ambo.10.in prin.ſ.de cōpenſatio.l.ſi duo,

duo.37.ſ.de dolo.gloſſ.§.final. Inſtit.de ſocieta tamen non idem obſeruabitur,ſi vnus ponat in ſocietate exactiſsimam diligentiam, & alius communem: neque enim ob id alius ab alio aliquid exigere poteſt:quia ſatis eſt,ſocium eam adhibere diligentiam,ad quam ſe obligauit ſecundùm naturam contractus. Ad ſecundam difficultatem reſpondeo, quòd Iureconſ.dicit, ſocium non teneri præſtare exactiſsimam diligentiam,ſed ſatis eſſe,eam præſtare diligentiam,quam in rebus ſuis præſtat, præſupponens eum in ſuis præſtare communem diligentiam, ita vt euitet culpam negligentiæ, & deſidiæ,id eſt,leuis culpæ: nam præſumendum eſt, quem in rebus ſuis vti communi diligentia,& ſic carere culpa leui, cũ illa in dubio non ſit præſumenda. gloſſ. fin.in fine l.exceptione.68.ſ. de fideiuſſorib. & infrà dicemus: & ita in ſpecie colliges ex.l.ea igitur.14.ſ. de pignorat. actio.Tantùm igitur probabit d.l. ſocius ſocio,quod ſi quis in rebus ſuis vtatur cõmuni diligentia, ita vt euitet nomen leuis culpæ,ſufficiet,eam diligentiam præſtare in rebus communibus, quantumcunque alius ſocius exactiſsimam expar te ſua ponat diligentiam. Et iuxta hæc venit explicandus tex.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ſ.eod.dum probat, quòd maritus tenetur in rebus dotalibus eam præſtare diligentiam, quam in ſuis præſtat: ac ita videtur ſẽtire, quòd ſi maritus fuerit negligens tempore acceptæ dotis in ſuis rebus,non tenebitur de leui culpa,ſi eâdem vtatur in rebus dotalibus: quod ſentit gloſſ.1.d.l.ſocius ſocio. & ibi Fulgoſ. & Mudeus ad finem. ſentit etiã Bal. l.quæ fortuitis.num.23.C.de pignorati. actio.Cuman. d. §. ſi maritus in fine. & ibi Paul. num.3.Sed hæc opinio vera eſſe non poteſt ex ſuprà reſolutis: † maritus enim tenetur præſtare leuem culpã commiſſam circa res dotales,etiamſi eâdem vſus fuerit circa res proprias, vt ſuprà probauimus.Neq; obſtat d.§. ſi maritus.quia vltra reſponſionẽ Petri Fabri l. contractus.pag.76.ad med.ſ.de regul.iuris.reſpõdetur, d.§.ſi maritus.tantũ.probare,quòd ſi maritus in rebus ſuis vtatur cõmuni diligẽtia(vt in dubio præſumendũ eſt)eam tantũ tenetur præſtare in rebus dotalibus,nõ verò exactiſsimã: non autem probat, quòd ſi fuerit negligẽs circa res ſuas, non teneatur de leui culpa,ſi eâdẽ negligẽtia vtatur circa res dotales,vt aduertit Alex.d.l. ſi conſtante.§.ſi vxor.num.3.ſ.eod. Quinimò d.§. ſi maritus.videtur probare, in prædicto eaſu maritum de prædicta negligentia teneri,cũ probet ;quòd ſi ſæuitia vtatur aduerſus ſeruos dotales,tenebitur de ea culpa ,quanuis eâdem vtatur erga ſuos proprios,vt expendit Igneus. l. contractus.38.ſ. de regul.iuris. Vlterius neque opinioni quam defendimus,obſtat.l.hæredes.26.§.non tantùm.ſ.famil. erciſcũ. quia cõmunis intellectus illius text. eſt, procedere in ſocietate incidenti, inter quam,& conuentionalem.ea eſt differẽtia,quòd in conuentionali ſocius ſemper tenetur præſtare eã diligẽtiam, qua in rebus ſuis tẽpore cõtractus vtebatur: quia ea diligẽtia videtur ſocius eſſe cõtractus:arg.l.quicũ alio.ſ.de regu.iuris.Quare ſi poſteà efficiatur negligẽtior in ſuis, nihilominus in rebus cõmunibus eã tenebitur præſtare diligẽtiam,quam tempore contractus in ſuis ſolebat præſtare. In incidenti autem ſocietate ſemper ſatis eſt eam præſtare diligentiam , quam tempore actus celebrati ſolebat in ſuis ponere:non attẽta diligẽtia , qua vtebatur in ſuis tẽpore incidẽtis ſocietatis; ita vt ſi tẽpore incidẽtis ſocietatis erat diligẽtior circa ſua,& poſteà effectus ſit negligẽtior,non tenebitur de leui culpa, ſi tẽpore actus celebrati ſuper re cõmuni, eam adhibuit diligẽtiam, quam tunc tẽporis in ſuis ſolebat adhibere: & ita gloſſ. & Florian.d.§.non tantũ.† Bar.d.l. quod Nerua.nu.26. & tracta. teſtimonio. nu. 119.Bald.l.quæ fortuitis . num.12.C.de pign.

41

42



pigh.actio.Angel.§.fin.nu.5.Inſti.de ſocieta. Alex.l.etiã.§.licèt.nu.3.adfin.ſ.eo. Deci.l.contractus.n.40. & ibi Cagnol. nu.69.Igne. à nu.53.ſ.de regul.iur. Sed in primis eſt aduertendũ,q; hæc differẽtia cõmunis aſsignata inter ſocietatem incidẽtem,& conuẽtionalem , nõ videtur tuta:maior enim ratio eſt,q; in incidenti ſocietate ſocius teneatur præſtare eã diligentiã,qua circa res ſuas vtebatur tẽpore initæ ſocietatis incidẽtis, quã in conuẽtionali. Ad quod expẽdo.§. final. Inſti.de ſocieta.dũ ibi refertur,dubitatũ fuiſſe apud veteres, vtrũ in ſocietate teneretur ſocius tantũ de lata culpa?prout & depoſitarius de ea tãtũ tenetur. Quæ ratio dubitandi ex eo videtur proceſsiſſe, quia ratio expreſſa in depoſito, propter quã depoſitarius tantũ tenetur de lata culpa §. præterea. Inſti.quib.mod.re contrahit.obligat. etiã videtur militare in ſocietate conuẽtionali, vt conſtat ex l.ſocius ſocio.73.in fin.ſ.pro ſocio. Facit l.cũ mandato.24 in fin.ſ. de minorib. l. ſed etſi quis.7.§.final ſ.de inſtitor.actione. Quæ dubitandi ratio non potuit cadere in ſocietate incidẽti , vtrũ is ſocius teneret de leui culpa? quia non fuit contracta ſocietas,ſed in illam ſocij inciderunt,quaſi eo caſu culpamalæ electionis non poſsit imputari alteri ſocio,vt etiam aduertit Fulgoſ.l.ſocius ſocio.num.2. ſ. pro ſocio.& ideò in ſocietate incidenti, ſemper Iureconſ pro conſtanti habuerunt,venire leuẽ culpã.l.contractus.23. ſ.de regul.iur.l.pen.ad fin.C.cõmun.diuid. l. & puto.16.§.ſed etſi dolo.ſ. famil. erciſc. Vnde verius reſoluendũ eſt,quòd prout ſuprà concluſimus in ſocietate cõuẽtionali ſempervenire leuẽ culpam,etſi ſocius eâdẽ vtatur circa res ſuas; à fortiori idẽ ſit recipiendũ in ſocietate incidẽti: quã ſententiã aduerſus cõmunem probat Petrus Faber.l.contractus. pagi. 78.ad fin. & ſeq.ſ. de regul.iuris. Neque huic opinioni repugnat d.§.non tantũ. quia quatenus pertinet ad contractũ ſocietatis incidẽtis, pro conſtanti habet, ſociũ indiſtinctè teneri de leui culpa, vt ſuprà expẽdimus.† Cæterũ, quia in hac ſocietate incidẽti etiã cõcurrebat illud, quòd ſocius videtur gerere negociũ alterius ſocij abſentis,videbatur dicendũ, quòd ſaltẽ hoc reſpectu , & leuiſsimam culpã teneretur præſtare ſi ſocius abſẽs circa res ſuas ſoleret eſſe diligẽtiſsimus, vel etiam alius diligẽtiſsimus erat paratus illud negociũ facere: quibus caſibus certũ eſt,negociorũ geſtorẽ teneri de leuiſsima culpa , quanuis aliàs regulariter tantũ teneatur de leui culpa.§ igitur.ad fin.& ibi Theophil.Inſti. de obligation. quæ ex quaſi cõtractu.l.ſi pupilli.5.§.fin. ſ.de negoc.geſt.tradit gl.2.l.ſi negocia. 12.ſ.de negoc.geſt. Igne. l. contractus. n.49.ſ.de regul.iuris. Qua ratione dubitandi non obſtãte, contrariũ concludit Iureconſ.d.§.non tantũ. vt ſatis ſit præſtare ſociũ eam diligentiã,quã in ſuis adhibet,ſcilicèt cõmunẽ , & quæ effugiat nomen leuis culpæ , vt ſuprà declarauimus.Et ad rationẽ dubitandi ſuprà relatam tacitè reſpondet Iurecõſ.d.§.nõ tãtũ. quòd in caſu ibi propoſito ſocius ex neceſsitate geſsit negociũ abſentis,quia ſcilicèt res cõmunis erat indiuiſa,&ideò negociũ ad totã rẽ neceſſariò referri debebat.Et hac ratione ſocio gerẽti,aduerſus ſociũ abſentẽ non conceditur actio negociorũ geſtorũ. Quod declarat gl. d.§.nõ tãtùm.verb.non cõpetat.verum eſſe,quando negocium ſuper re cõmuni factum,tale erat,vt diuiſim pro parte expediri nõ poſset:aliàs enim cùm magis voluntariè negocium videtur feciſſe, ſuper parte abſentis concedetur ei actio negociorum geſtorum, vt expreſsim diſtinguit Iureconſ.l.ſi quis putans. 6.§.1.ſ.commun.diuid.&.l.ſi cõmunes. 42.ſ.de neg.geſt. Cùm igitur in ſpecie d.§.non tantùm. id quod factum eſt,in parte abſentis ex neceſsitate factum ſit; quia pro parte expediri nõ poterat; huic ex neceſsitate faciẽti ſuccurritur etiam in

43

in casibus de quibus suprà, iuxta regulã l.si fideiussor.§.si necessaria.s.qui satisda.
44 cogant.†Vnde infertur, quòd si illud negociũ pro parte expediri potuit,& sicvolũtariè videtur gessisse negociũ pro parte absentis, prout tũc cõpetit actio negociorum gestorum, sic etiam gerens in prædictis duobus casibus tenebitur de leuissima culpa Infertur etiam explicatio ad literam d §.non tantũ.dũ dicit, q; cohæres non tenetur præstare eã diligentiã, quã præstat diligens paterfamiliàs,sed qd̃ satis est præstare eam diligentiã,quam in suis præstat: nam cũ Iurecons.iã dixisset,in societate incidẽti sociũ teneri de leui culpa,ne sibi contradicat,interpretandũ est, voluisse eũ non teneri de leuissima culpa, ac proinde ea verba,Diligẽs paterfamiliàs, debent exponi,id est,diligẽtissimus,sæpe enim positiuũ solet poni pro superlatiuo.§. item is cui.iũcta glo.verb.exactã.Instit. quib. mod.re contrahit.l.si vt certo. §. custodiã.s.cõmodati.l.in re mandata.&ibi gl. verb.exacto.C.manda. Quod necessariũ reddit in specie d.§ non tantũ.in quo Iurecons prædixerat, socium teneri de leui culpa:nã tunc ne videatur sibi contrarius,necessariò verbum, Diligẽs, id est, Diligẽtissimus,debet exponi;prout & ratione subiectæ materiæ superlatiuum pro positiuo accipitur.§.pen.&ibi glo.Inst.de locatio.Postremò in hac materia culparum illud tenebis mẽti,quòd si quis faciat actũ suapte naturã pertinẽtẽ ad leuẽ culpẽ:tamẽ faciẽs ab ea liberabitur,si cõsuetudo loci facit eũ actũ nõ culpabilẽ:ita sentit Bar.l.si pignore.§.fin. nu.1.s.de pignor.actio. Extollit Iason.l. certi cõdictio.§.si numos n.27.s. si certũ peta.Hippoly.sing.641.& in notabili ea su tradit Bald.cons.441.quidã nu.1.ad finẽ.lib.1.Et in alio Angel.cons.312.nu.2. Et in alio Aymon cons.6.nu.78.& prosequitur Decian.cons 29.à.n.16.lib.1.Quibus adde glo.l.si negocia.12.verb. sit solitus.in fin.s.de negoc.gest.Et per cõtrariũ ille dicetur in culpa, qui non fecit id qd̃cõmuniter per alios in simili negocio fieri solet.Bald.cons.463. statuto. nu. 1. lib.3.Aymon cons.97.nu.6.Hippoly. Riminal.cons.398.nu.24.lib.3.†Itẽ, quòd
45 quando culpa alicui objicitur, non debet esse generalis,sed debet esse certa,& limitata ad certũ casum.Bart. cons. 193. nu.3.Alex.cons.100 nu.3.lib.1.& notabiliùs cons.183.nu.6.lib.7. Ruin. consil. 93.n.8.lib.5.Itẽ,quòd si simus in dubio, culpa nunquã est præsumenda, nisi clarè probetur:vt argu.l.quoties.§. qui dolo.s .de probatio.tradit gloss.fin. in fin.l. exceptione.68.ʃ. de fideiussorib.gloss.l. si quis fundũ 10.§.Imperator.verb.probari.ad finẽ.s.locati.glo l.si creditor. C. de pignor.actio. & maximè quãdo sunt casus,qui regulariter absq; culpa euenire solent.Bart. l. si quis ex argentarijs. §. an hæredi.ad finẽ. s.de edend.Ruin. cõsil.93.nu.7.lib.5.Quinimò in dubio credendum est,quem fecisse illud, quod sine culpa omittere non potuisset.Decia. consil.29.nu.14.lib.1. Cui adde Angel. l.sed si dãnum.§.1.nu.2.s.de peculio.Itẽ, quòd vbi dubium est, vtrũ quid sit culpa,necne? nunquã ob id quis damnari debet.Bal.d.l.si creditor.ad fin.C.de pignor.actio.Alex.cons.183.à.n.6.lib.7. Aymon cons.247.in fine. & latiùs prosequitur Hippolytus Riminald.consilio. 200. à num.67.lib.4.

SVM-



## SVMMARIA LEGIS SI MORA.
### 10. ff. Soluto marimonio.

1 *PRopter solam culpam mora incurritur.*
2 *Mora multum differt à culpa,quã secundũ naturam contractus quis præstare debet.*
3 *Debitor interpellatus,vt soluat, si differat solutionem,iustam causam habere debet, vt excusetur à mora.*
4 *Explicatur.l.illud.s. de petitio.hæred.*
5 *Explicatur.l.qui sine dolo.ʃ.de regul. iuris.*
6 *Quis excusetur à mora,propterea quòd interpellans non venit ad iudicium.*
7 *Quando non faciens id ad quod tenetur, cẽseatur esse in mora.*
8 *Mora in dubio non præsumitur.*
9 *Vt incurratur mora, sufficit vnica interpellatio.*
10 *Et sufficit interpellatio extra iudicium.*
11 *Lapsus diei constituit debitorẽ in mora, absq; vlla interpellatione.*
12 *Explicatur.l.qui decem.72.in princ.ʃ.de solutio.*
13 *Venditio facta ad mensuram,perfecta esse cẽsetur.*
14 *Quando debitor obtulit pecuniam creditori, & ille noluit recipere,si pecunia pereat casu fortuito,liberatur debitor.*
15 *Verbum,Culpa,simpliciter prolatum, de qua qua culpa intelligatur.*
16 *Offerens liberat se à mora,& aduersarium in mora constituit.*
17 *Mora debitoris grauius punitur, quàm mora creditoris.*
18 *Pecunia oblata,quando habeatur pro soluta.*
19 *In causa dotis cur offerens liberetur ipso iure.*
20 *Explicatur.l.qui decem.72.in princ.vers.fin. ʃ.de solutio.*
21 *Maritus offerendo vxori, eam in mora constituit.*
22 *Explicatur.l. sed si alia. 17.s. de constit.pecunia.*
23 *Periculum interitus rei ad quem pertineat.*
24 *Quando mora purgari possit.*
25 *Maritus in terminis huius textus,de dolo,& lata culpa tenetur.*
26 *Leuis culpa in committendo cẽnsetur quasi lata culpa.*
27 *Verius tamen esse contrarium clarè ostenditur.*
28 *Aliud est,quem teneri actione ex contractu, vel actione legis Aquiliæ.*
29 *Pro culpa in omittendo non datur actio legis Aquiliæ.*
30 *Propter incendium quis non cõuenitur actione legis Aquiliæ.*
31 *Explicatur.l.si seruus seruum.27.§.si calicẽ. s.ad leg.Aquil.*
32 *Quando pro culpa leuissima quis conueniatur actione legis Aquiliæ.*
33 *Actio legis Aquiliæ competit pro damno quacumque culpa illato.*
34 *Explicatur.l. si seruus seruum.27.§. si fornicarius.s.ad leg.Aquil.*
35 *In casu illius tex.quæ culpa exigatur.*
36 *Quisnõ tenetur de incẽdio,quãdo cognoscitur author incendij.*
37 *Explicatur.l.si seruus seruum.27.§.Proculus s.de vsufr.*
38 *Propter malam electionem dominus tenetur de delicto serui.*
39 *Quando quis tenetur pro libera persona, quod pro ea soluit, repetere potest.*
40 *Excusatur qui seruum domesticum malum habet.*
41 *Dominus sciens delictum serui, & non prohibens,tenetur, ac si delictum eius iussu commissum esset.*
42 *Quod tamen eleganter declaratur.*
43 *Dominus non tenetur in prædicto casu, quasi deliquerit.*
44 *Pœna quando debeatur in foro conscientiæ.*
45 *Sola oblatio verbalis,regulariter nullum effectum operatur.*
46 *Quæ realiter offerri non possunt, sufficit verbaliter offerri.*
47 *Respondetur quibusdam rationibus.*
48 *In immobilibus quando sufficiat oblatio verba-*

verbalis.

49 *In illis sola oblatio realis habet vim depositionis, & consignationis.*

50 *Quid significet verbum, Consignare.*

51 *Sufficit verbalis oblatio, quando creditor dicit se nolle recipere.*

52 *Ostenditur contrarium defendi posse.*

53 *Citatio minus legitima per comparationem citati confirmatur.*

54 *Oblatio verbalis non sufficit, si creditor taceat.*

55 *Oblatio facta in iudicio, quid operetur.*

56 *Agitur de intellectu. l. penultim. §. de rescind. vend.*

57 *Appellatio extra iudicialis ponentis se sub protectione iudicis, quid operetur.*

58 *Quæ solennitates requirantur, quando venduntur bona per fiscum.*

59 *Venditio facta per fiscum, debet fieri iusto pretio.*

60 *Venditio facta per fiscum, in dubio non præsumitur facta per gratiam.*

61 *Explicatur. l. 2. C. de fide instrumentorum. lib. 10.*

62 *Assignatur verus intellectus ad. l. penul. §. de rescind. vend.*

63 *Quando debitum non est liquidũ, sufficit oblatio verbalis.*

64 *Ante debitum liquidatum non videtur debitor esse in mora.*

65 *Pignus quando vendi possit per creditorem.*

66 *Explicatur. l. 2. C. de iure fisci. lib. 10.*

67 *Creditor habẽs iustam causam recusandi, per oblationem, etiam realem, debiti, non constituitur in mora.*

68 *Conditio habetur pro impleta, quando stat per eum cuius interest non impleri.*

69 *Agitur de intellectu. l. si à te. C. de pact. inter emptor.*

70 *Pactum conceptum sub forma legis commissoriæ non rescindit contractum ipso iure.*

71 *Expenditur. l. si prædium. C. de ædilit. actio.*

72 *Explicatur. l. 2. C. de pact. inter emptor.*

73 *Vt quis eo casu fructus faciat suos, requiritur interpellatio.*

74 *Explicatur. l. fin. §. de lege commissoria.*

75 *Explicatur doctrina Bart. l. acceptam. nu. 3. C. de vsur.*

76 *Purificata conditione, vtrùm possit purgari mora?*

77 *In vltimis voluntatibus pecunia semel oblata non est iterum soluenda.*

78 *Conditio facilius habetur pro impleta in vltimis voluntatibus, quam in contractibus.*

79 *Agitur de intellectu. l. acceptam. C. de vsuris.*

80 *Declaratur. l. 2. C. de iure emphyteotico.*

81 *Vsuræ debentur sine mora, quando ita conuẽtum est.*

82 *Oblatio, depositio, & consignatio priuata voluntate fieri possunt.*

83 *Quid operetur consignatio pecuniæ.*

84 *Depositum irregulare in multis differt à mutuo.*

85 *Qualiter depositum fieri debeat, vt habeat locum solutionis.*

86 *Deponens pecuniam, potest si velit, eam recuperare.*

87 *Vt depositio habeat vim solutionis, non requiritur, quod à principio transferatur dominium.*

88 *Depositio facta ex iussu iudicis sine eius mandato, reuocari non potest.*

89 *Fauorabilius est petere quod aliquando fuit meum.*

90 *Maritus non æquiparatur venditori, sed magis emptori.*

91 *Emphyteuta non amittit ius suum, si tantùm in fructibus damnum contingat.*

92 *In conditione ob causam cur veniant fructus.*

93 *Explicatur. l. videamus. 38. in princip. §. de vsuris.*

94 *Mora re ipsa non sufficit, vt quis teneatur de fructibus percipiendis.*

95 *Transacto anno, quando videatur facta reconductio.*

96 *Custos castri consideratur tanquam conductor.*

97 *Multum interest, vtrũ quis teneatur tanquam custos castri, vel tanquam conductor.*

98 *Quãdo negociorum gestor possit petere salarium.*





99 *Iure Digestorum dominium rerum dotalium transit ipso iure in mulierem.*

100 *Inducitur. l. fin. §. fin. §. de fundo dotali.*

101 *Explicatur. l. venditor ex hæreditate. vers. quẽ admodum. §. de hæred. vel actio. vend.*

102 *Quoad fructus differentia est inter maritum, & vxorem in hac materia.*

103 *Quando requiratur negligentia fideicõmissarij, vt hæres faciat fructus suos.*

104 *Plus nocet mora quã negligentia.*

105 *Declarantur quædam dicta Alexan. in hac materia.*

106 *Fructus regulariter debẽtur officio iudicis.*

107 *Mora emptoris quãdo ei noceat quoad fructus.*

# INTERPRETATIO l. Si mora. 10. ff. Soluto matrimonio.

EXpedita prima parte, iam ad secũdam deueniendum est, in qua de mora, & eius effectibus est agendum. Et in primis præmittendum est, quòd licèt verbum, Mora, varijs modis soleat accipi: tamen in iure ciuili accipitur pro dilatione culposa circa debitum soluendum, vel creditũ recipiendum: & ita Salicet. l. quod te. post princ. & ibi Socin. nu. 2. §. si cert. petatur. Salic. repet. l. semel mora. nu. 8. ff. eo. Ias. l. si ita quis. §. Seia cauit. nu. 19. in fin. ff. de verbor. obligatio. Dicitur autem dilatio culposa, quia si non præcedat culpa secũdũ ius ciuile, mora non censetur, neque est punibilis l. sciendũ. 21. §. de vsuris. l. si pupillus. 127. ff. de verbor. obligation. l. si debitori. §. de iudic. Accipietur autẽ prædictũ verbũ, Culposa. largo modo, vt & dolũ, & culpã contineat: nam is, qui est in mora soluendi id quod debet, censetur esse in dolo præsumpto. l. si procuratorem. 8. §. fin. §. mandati. Et hac ratione gloss. l. mora. §. 1. verb. non tenetur. in fine. §. de vsuris. tradit, quòd qui est in mora, censetur esse in dolo. Sed etsi propter aliquam causam excludatur præsumptio doli: tamen propter solam culpã mora incurretur, vt colligitur ex. l. quod te. §. si cert. petat. ibi: Scire debebas. nam ea verba magis designant culpã, quã dolũ, vt ibi expendunt Deci. 2. lect. nu. 12. Butigel. num. 7. Curt. Iunior nu. 5. † Sed quoniam ex vera resolutione huius articuli, maximè pendet vera declaratio huius materiæ, proponitur disputãda quæstio, Vtrũ ad incurrendam moram oporteat præcedere dolum, saltẽ præsumptũ? vel sufficiat præcedere culpam? Et quòd requiratur dolũ præcedere, tenet Paul. d. l. quod te. nu. 4. quẽ defendunt Riminal. à nu. 2. Deci. 1. lect. à nu. 2. & pro illis videtur tex. l. qui sine dolo. 63. ff. de regul. iuris. vbi qui sine dolo ad iudicium prouocat, non cẽsetur esse in mora: ergo dolus requiritur, vt quis in mora constituatur. Sed quòd imò sufficiat culpam præcedere, vt mora incurratur, sentiunt Fulgos. d. l. quod te. nu. 2. & ibi Alex. nu. 2. Iason nu. 7. Purpura. n. 51. Ripa nu. 15. & magis esse receptũ asserit Cagnol. ibidẽ nu. 38. & probat Petrus Tholosanus in syntagmate iuris. lib. 21. cap. 14. num. 6. & 7. & videtur tex. d. l. quod te. ibi: Scire debebas. Sed concordandæ videntur opiniones, cum Bart. d. l. quod te. nu. 14. ad fin. vt ad incurrendam moram sufficiat lata culpa: alia verò minimè sufficiat: & cum eo transeunt omnes, vt ibi asserit Curtius Iunior numer. 42. & probat Decius. l. qui sine dolo. in princip. & ibi Cagnol. num. 1. ff. de regul. iuris. ita vt meritò

videatur asseruisse Alcia. d. l. qd̃ te. n. 17. moram non contrahi absque dolo, vel lata culpa præcedente. Tu aduerte, hãc concordiam non disserepare à prima opinione: nam cùm dicat, latam culpam requiri, satis innuit dolum requiri: nam cũ agamus de re pecuniaria, lata culpa equiparatur dolo, vt suprà diximus. Itẽ, quòd retenta hac opinione, non obstabit d. l. quod te. ibi: Scire debebas. nam ignorãtia in his quæ scire debemus, lata culpa censetur: & ita neminem excusat. cap. turbatur. versic. notandum. 1. quæstio. 4. gloss. c. schisma. verbo, ignorantia. 24. q. 1. & præsumitur simulata ignorantia. l. 1. §. 1. versic. si autem. & ibi Bald. j. si quis omissa causa testament. Gomez. cap. 2. in princip. num. 55 de constit. in. 6. Sed pro vera resolutione huius articuli, aduertendum est, in hac materia duos casus esse diuersos, & omnino distinguendos. Primus est, quãdo culpa respicit obligationem contractus. Secũdus est, quando respicit solutionem debiti, vt sentit glo. l. fin. §. 1. verb. dolo. in fine. s. ad legẽ Rhodiam de iactu. & Alex. hîc ad finẽ. dum dicunt, plus nocere moram, quàm culpam, & sic sentiũt, terminos esse omnino diuersos. Primus non pertinet ad hanc materiam, sed de eo tractatur: l. si vt certo. § nunc videndum. s. commodati. & de eo iam suprà tractauimus in præludijs. Secundus autem pertinet ad nostram materiam, & ad moram, ac proinde de eo tantũ in proposito erit agendum. Vnde infero, non bene hanc materiam percepisse Alex. d. l. quod te. n. 2. & ibi Curt. Iunior nu. 42. Alciat. nu. 15. dum sentiũt, quòd si precedit culpa debitoris, de qua ipse tenetur secundũ naturam contractus, † quòd tunc frustra
2 quæritur, vtrũ debeat præcedere culpa ad incurrendam moram: nam imò tunc propriè videtur cadere illa dubitatio. Cũ enim propter culpã secundũ naturã cõtractus teneatur soluere, tũc propriè cadit quæstio, vtrũ si putet per culpã, saltẽ leuẽ, se nõ teneri soluere, ni hilominus incurrat morã? Infertur etiã annotatio ad tradita per Bar. l. si vt certo. §. sed interdũ post prin. s. cõmodati. quòd si culpa non cadit in morã, vt quia tãtũ respiciat naturã contractus, & obligationis, distinguendũ est, quòd aut ex illa casus aliquis nullo modo sequi potuit: & tũc de casu non tenebitur, neq; ea culpa imputatur debitori. l. is qui ex stipulatu. 44. j. de actio. & oblig. l. nõ omne. j. de statu lib. tradit Ias. l. nõ amplius. §. 1. n. 4. j de legat. 1. Dec. l. cõtractus. nu. 47. j. de regul. iur. Aymon cons. 8. nu. 29. & cõs. 247. col. pen. ad fin. Decian. cons. 29. n. 29. lib. 1. Hippoly. Riminal. cons. 400. n. 75. lib. 4. Aut ex culpa potuit sequi ille casus, & tũc de eo casu tenetur debitor, & illa culpa ei imputatur. d. l. si vt certo. §. sed interdũ. c. 1. de commodato. Beroi. consilio. 144. nu. 9. lib. 1. Declarãdo tamẽ vt per Paul. l. in rebus. nu. 4. s. cõmodati. & Cagnol. l. contractus. nu. 88. j. de regul. iuris. Si verò culpa cadat in moram, vt quia respiciat solutionem, quæ fieri debebat, tunc indistinctè debitor tenebitur de casu. l. quod te. s. si certum petatur. l. si ex legati causa. 23. j. de verborum obligatio. & sic sentit Bar. vbi suprà, quòd licèt hoc casu culpa non sit ordinata ad casum: tamen de ea debitor morosus tenebitur, vt aduersus Decium aduertit Cagnolus dict. l. quod te. num. 38. & sentit gloss. l. final. §. 1. verbo, dolo. in fine. s. ad legem Rhodiam de iactu. Imola. l. creditor oblatam. in principio. post medium. j. de solutionibus. Afflictis decisione. 150. numero. 32. Portius. §. item is cui. numer. 10. ad finem. Institu. quib. mod. re contrahit. Et hoc respectu dicitur plus nocere moram, quàm culpam. gloss. l. final. §. 1. verb. dolo. s. ad leg. Rhodiam de iactu. & Alexander hîc ad finem. nam ex prædictis dicendum est, quòd vbi culpa respicit contractum, & obligationem, nunquam cadit in moram, ac proinde vtrũ propter eã quis te



teneatur de casu recurrendum est ad di
3 stinctionem suprà relatam: † sed vbi culpa respicit solutionem, tunc cadit in moram, & si res posteà casu pereat, indistinctè perit periculo debitoris, vt suprà dictum est. Ex quibus ita præmissis, in nostra quæstione conclusio sit. Vt debitor, qui requisitus vt soluat, differt solutionẽ, liberetur à mora, debet ex iusta causa id facere; ac proinde si ea causa non sit omnino iusta, quia ei culpa differentis solutionẽ immixta est, cõsebit in mora cõstitutus. Hanc conclusionem clarè tenuit Bart. l. item si verberatum. §. final. ad me diũ. s. de reiuend. inquiens, quòd vt differens solutionem excusetur à mora, oportet, quòd eam differat propter iustam causam, id est, talem, quæ liberet ab omni culpa debitorem differentem: aliàs si ei culpa imputari potest, non liberatur à mora: allegat. l. quod te. s. si certum petat. & l. sciendum 21. s. de vsuris. Ex qua conclusione necessariò consequitur, q̃ si debitor differat solutionem, ob causam, quæ eum omnino non liberet à culpa, dicetur esse in mora: & ita Bart. l. si insulam. num. 14. & ibi Angel. in repet. numer. 7. & Imol. num. 28. j. de verbor. obligatio. idem clarè sentit Bart. l. non solũ. §. morte. numer. 48. ad finem. j. de noui oper. nuntiatio. Alexand. l. si seruum. in princip. num. 4. j. de verbor. obligation. Pro qua sententia expendo text. l. si quis solutioni. 24. in princ. s. de vsuris. vbi si quis distulit soluere, quia prouocauit ad iudicium, non aliàs excusabitur à mora, quàm si constiterit ex iusta causa prouocasse ad iudicium, & sic ex causa, quæ tanquam iusta eum omnino liberet à culpa: notauit gloss. l. quod te. verb. detrimentum. & l. vinum. verb. cùm petitum. s. si certum petatur. gloss. l. si plures. §. fin. s. de positi. Paul. l. final. ad finẽ. s. de condict. furtiua. Deci. & Cagnol. l. qui sine dolo. 63. j. de regulis iuris. Beroius consilio. 193. num. 27. lib. 1. Ad idem expendo. l. illud. 43. s. de petitio. hæreditat. dum probat, bonæ fidei possessorem nõ teneri de interitu rei, etiam post litem contestatam, quia non videtur esse in mora; cùm non esset cogendus temere ius suum indiscussum relinquere: nam in verbo, Temere, significat, tunc demũ non videri in mora, neque teneri de rei interitu; quando si ius suum indiscussũ relinqueret, videretur temere facere, id est, inconsideratè, & sine iusta causa, vel probabili. l. eũ qui temere. 79. adiuncta gloss. 1. s. de iudic. & in rubr. Institu. de pœna temere litigantium. † ergo significat, tunc demum excusari a mora, quã
4 do ob iustã causam perseuerat defendere rem, quam bona fide possidebat, ita vt nulla omnino culpa ob hoc ei imputari posset: & ita in specie Bart. l. item si verberatum. §. fin. ad medium. s. de reiuendicatio. Donellus tracta. de mora. pagina. 106. ad finẽ. Ex quibus infertur aduersus suprà allegatos, moram incurri ob quamcumque culpam: & tunc demum excusari debitorem, qui differt solutionem, à mora, quando ob iustam aliquam causam id facit, id est, talẽ, quæ eũ omnino liberet à culpa, vt constat ex suprà traditis. Neque his repugnat text. l. qui sine dolo. 63. j. de regul. iuris. nam in primis est aduertendum, illi textui videri repugnare. l. nemo rem suam. 82. §. fin. j. de verbor. obligatio. vbi dicitur in mora esse, qui maluit litigare, quàm restituere: quod etiam significat. l. si in Asia. 12. §. fin. s. depositi. Sed cõcordia colligitur ex l. si quis solutioni. 24. in ptin. s. de vsuris. q̃ si quis habuit iustã causam prouocandi ad iudiciũ, id est, seclusã ab omni culpa: vt declarat Bart. l. item si verberatũ. §. fin. ad med. s. de reiuend. tunc liberetur à mora: aliàs verò censebitur in mora: vt enim notab. inquit Donellus tractatu de mora. pagina. 108. qui iustè, & non frustrandi actoris causa, ad iudicium prouocat, hunc nemo dicit ideò litigare, quia facere ei illud placeat, ne rem restituat, sed potiùs quia

quia ignorat an debeat, paratus alioqui restituere, si quis doceat id eum facere debere. Cùm igitur non sit nouũ, vnam legem per aliam intelligere, dicendum videtur, quòd d.l.qui sine dolo. debeat intelligi, Sine dolo, id est, iustè, & bona fide, & non solùm animo differendi: & ita expressè Petrus Faber d.l.qui sine dolo. post medium. & ibi Ferrarius ad finẽ. & sentit gloss.final.d.l. quod te.dũ dicit, in d.l.qui sine dolo. supplendum esse (& sine culpa) quanuis Bart.ibinum. 14. ad finem. eam intelligat de lata culpa. Sed quia hæc responsio vim facit literæ d.l. qui sine dolo. ideò secundò respondeo, quòd d.l. qui sine dolo. tantùm probat, quòd si quis interpelletur, vt soluat debitum, & ipse prouocat ad iudicium, excusatur à mora. Intellige tu, quando interpellator vlterius non procedit, † sed cessat à prosequutione in iudicio: nam tũc verum est, istum excusari à mora, vt est expressum. l. paratum. 47. ℣. de vsuris. notat Beroius consilio. 193. num. 4. libr. 1. Ratio redditur. l. mora. 32. in fi. princ. ℣. de vsuris. Si tamẽ interpellatus, per dolũ prouocet ad iudicium, etiamsi interpellator desistat, non ob id excusabitur à mora, vt est expressum. l. final. & ibi Alberic. & Græci glossatores. ℣. de condictio. furtiua. l. nemo rem suam. 82. §. fin. J. de verborũ obligatio. Facit. l. si modo. 22. ℣. de vsuris. & quod Bald. l. 1. §. si autem. J. si quis omissa causa testamenti. & tradit etiam Beroi. dict. consi. 193. num. 27. lib. 1. Et ad hũc modum poterũt concordari opiniones, vt si quis interpellatus vt soluat, non prouocet ad iudiciũ, sed differat soluere, indistinctè in mora constituatur. l. si ex legati causa. J. de verbor. obligatio. Bart. l. non solùm. §. morte. num. 50. J. de noui oper. nuntiatio. Si verò interpellatus prouocet ad iudiciũ, & aduersarius litem prosequatur, tunc prouocans ad iudicium liberabitur à mora, si posteà constet, iustè ad iudicium prouocasse. l. si quis solutioni. 24. in principio. ℣. de vsuris. id est, ex causa immuni ab omni culpa. Bartolus. l. item si verberatum. §. final. ad medium. ℣. de reiuendicatione. Quòd si creditor interpellans non prosequatur litem, in qua interpellatus prouocauit ad iudicium: tunc si prouocans ad iudicium, fuerit in dolo, nihilominus censebitur esse in mora. l. final. ℣. de condictione furtiua. Si verò non fuerit in dolo, vel lata culpa, sed in alia leui, tunc excusabitur à mora, in prædictis terminis. l. qui sine dolo. 63. J. de regulis iuris. secundũ interpretationẽ de qua suprà. Ratio differentiæ est, quòd primo casu, vt quis excusetur à mora, requiritur iusta causa. l. si quis solutioni. 24. in principio. ℣. de vsuris. Iusta autem causa dici non potest, quæ habet culpam admixtam. l. si culpa. 63. ℣. de reiuendicatione. l. si liberti. cum gloss. C. de administratione tutorum. & in specie Bartolus. l. item si verberatum. §. fin. ad medium. ℣. de reiuendicatione. Sed in secundo casu interpellans, si causam non prosequitur, videtur interpellationi renuntiare. l. mora. in fine principij. ℣. de vsuris. & ideò procedit quod sentit. l. qui sine dolo. 63. J. de regulis iuris. † Neque placet hac in re traditio Castrẽsis. l. final. ℣. de condiction. furtiua. quòd si quis erat iam constitutus in mora, & posteà sit paratus subire iudicium, non excusabitur à mora, etiamsi aduersarius desistat. dict. l. final. quam sic intelligit: si verò adhuc non sit constitutus in mora, tunc procedit regula. l. paratum. 47. ℣. de vsuris. subscribit Beroius consilio. 193. numero. 27. libro. 1. & idem tenet Donellus tractatu de mora. pagina. 104. Sed hæc traditio est contra generalitatem dictæ. l. qui sine dolo. explicatæ vt suprà, & in specie contra textum. l. mora. in fine princip. ℣. de vsuris. vbi textus probat, quòd si denuntiatum fuit debitori, vt solueret, & is posteà offerat, se paratum esse



esse subire iudicium, & creditor omittit instantiã debiti repetendi, mora non videtur contracta. Expende igitur, quòd in d.l. mora. per primam interpellationẽ debitor fuit constitutus in mora. l. si ex legati. 23. J. de verbor. obligatio. & debitor iam in mora constitutus, posteà ex interuallo dixit, se paratum esse subire iudicium, & per hoc excusatur à mora. Neq; repugnat. l. fina. ℣. de cond. furtiua. quia alium habet intellectum de quo suprà. Ex prædictis igitur ita resolutis infertur annotatio ad tradita per Iason. cons. 34. ad finem lib. 3. dum dicit, quòd cùm mora præsupponat dolum. l. dolus est. 44. ℣. mandati. & à dolo quælibet causa etiam iniusta excuset. l. igitur. §. 1. J. de liber. causa. ergo etiam & causa iniusta excusabit à mora: subscribit Aymon cons. 848. num. 3. Decian. consilio. 11. num. 8. lib. 2. Addo Iasonem. l. si ita quis. §. Scia cauit. num. 20. J. de verbor. obligatio. & pro constanti tener Parpalia d. l. quod te. num. 4. Hæc enim traditio confundi tur ex suprà dictis, in quibus conclusimus, iustam causam requiri, & semotam ab omni culpa, vt debitor liberetur à mora: ergo nõ sufficiet causa iniusta: quod clarè sentit glos l. in hac. verb. mora. post princ. ℣. de cond. triticar. dum dicit, excusari debitorem à mora, & consequenter ab interesse, quod propter illam solet deberi, si habuit iustam causam litigandi, & credendi se non esse debitorẽ: subscribit Aretin. cons. 149. num. 9. Alexand. consil. 119. num. 12. lib. 2. Beroius cons. 88. num. 36. libr. 1. Aymon consil. 837. num. 17. ergo apertè sentiunt, iniustam causam, & sic habentem in se culpam, minimè à mora liberare: † quod ita in specie pro constanti tenet Angel. rep. l. in insulam. num. 7. & ibi Imol. num. 28. J. de verbor. obligatio. & Paul. consil. 88. num. 1. ad finẽ. lib. 2. & Signorol. consil. 121. col. 2. ante mediũ. Loriot. tract. de mora. axiom. 5. Neq; obstat fundamentum contrarium tenẽtium, quia respondeo, tex. d.l. dolus. tãtùm probare, quòd si quis non soluat id ad quod tenetur, videtur esse in dolo: & consequenter etiã tunc mora includet in se dolum: non tamen sequitur, semper id requiri, vt mora incurratur, cùm ex lata culpa, & leui, illa etiam incurratur, vt suprà probauimus. Et si replices, quòd cùm existens in mora soluẽdi, semper in dolo esse præsumatur. d.l. dolus est. semper etiam & mora includit in se dolum: respondetur, quòd id est præsumptiuè, & potest contrarium probari; quo casu mora sine dolo consistet. Item, quòd d.l. dolus est. debet intelligi, quando quis interpellatus vt solueret, sine vlla causa noluit soluere id ad quod tenebatur, tunc enim censebitur esse in mora includente in se dolũ præsumptum. l. 3. §. fin. vers. mora. ℣. de actio. empti. l. quoties. 21. vers. in potestate. ℣. de noxalib. Loriot. de mora. axiomate. 1. Sed si allegetur aliqua causa, quę excuset à dolo præsumpto, nihilominus incurretur mora, si ea causa non fuerit iusta, iuxta suprà tradita: nam quanuis causa etiam iniusta, excuset à dolo. l. igitur. §. 1. J. de liber. causa. non tamen excusat à culpa, etiam lata. Bart. l. iustè, in fine. J. de acquir. possessio. & ibi Iason. nu. 32. Gomez. §. ex maleficijs. num. 50. Instit. de actio. & multo minus excusabit à leui culpa: in quibus casibus nihilominus mora censebitur contracta, iuxta suprà resoluta. Et confirmatur, quia neque iniusta causa excusat à contumacia, vt aduersus glossam resoluit Alexander l. 1. §. final. numero. 13. ℣. si quis ius dicenti non obtemperauerit. Menochius libro. 2. de arbitrarijs. casu. 153. ergo neque excusat à mora, quæ ex contumacia debitoris videtur procedere. † Et iuxta hæc venit explicandum, quod sentit Bart. l. gerit. num. 28. J. de acquir. hæredita. quòd mora censetur delictum, & ideò in dubio non est præsumenda: subscribit Iason. l. si ita quis. §. Scia cauit. num. 18. J. de verbor. obligat.

& Aymon conſ. 609. num. 9. vbi confirmant, quòd mora dolus eſt. l. dolus. 44. ſ. mandati. Alexand. hîc num. 13. & dolus delictum cenſetur. l. 1. §. nũc tractemus. ſ. de tutelis, & rationib. diſtrahen. gloſſ. l. ſi plures. 39. verb. ratio. ſ. de adminiſt. tutor. Sed ex prædictis dicendũ eſt, id poſſe admitti, quando mora cõtrahitur propter dolum. Addẽdo tamen, quòd tunc impropriè dicetur delictum, cùm conſiſtat in omittendo, vt tradit Deci. d. l. qd̃ te. 2. lectur. num. 6. & in ſpecie Bald. hîc colum. 2. ante medium inquiens, quòd mora conſiſtit in culpa in omittendo, & propriè non dicitur delictum. Item admitti poſſe, quando mora eſt coniũcta cum contemptu iudicis: nam tunc etiã cũ dolo coniuncta eſt. l. non poteſt. dolo. 159. ſ. de regul. iuris. Sadole. d. l. qd̃ te. num. 25. nam & contumacia delictum cenſetur. glo. l. ſi filius. 13. verb. ſuccurrẽdum. ſ. de interrogat. actio. Alexand. hîc num. 13. impropriè tamen, & largo modo. Bart. l. omne delictum. in princ. ſ. de re militari. Felin. cap. ex literis. num. 27. de conſtit. tamen ſi mora contrahatur propter culpam laram, vel leuem, nullo modo dicetur delictum, iuxta ſuprà tradita, imò tunc ſub nomine culpæ mora continebitur. gloſſ. l. fundum Cornelianum. verbo, ſine culpa. ſ. de nouation. & ibi Imol. num. 3. gloſſ. l. in minorum. verbo, moram. C. in quib. cauſis. in integr. reſti. Licèt illud verum ſit, quòd mora indiſtinctè non præſumatur. Bart. d. l. geriſ. num. 28. Alexand. conſil. 92. num. 12. lib. 1. & conſil. 194. num. 6. lib. 6. notabiliter Sadolet. d. l. quod te. num. 125. quia neque culpa in dubio eſt præſumenda. gloſſ. fin. l. exceptione. 68. ſ. de fideiuſſorib. Itẽ ex prædictis infertur annotatio ad tradita per Sadolet. d. l. quod te. num. 25. dum dicit, quòd mora ex parte debitoris cẽſetur dolus. l. dolus eſt. 44. ſ. mandati. & mora ex parte creditoris cẽſetur culpa, vt ſentit glo. hîc. verb. dolũ. & glo. 1. l. ſi is qui. 57. in princ. ſ. de iure dotium. nam eſt dicendum, id non eſſe ſimpliciter verum, quia etiam mora ex parte debitoris poteſt cenſeri culpa, vt ſuprà dictum eſt: licèt fateamur, facilius poſſe præſumi dolum in mora debitoris, quã creditoris. Vltimò & illud præmittendũ eſt, quòd vt prædicta mora incurratur, oportet, quòd debitor ſit interpellatus
9 per creditorem, vt ſoluat. † l. ſi ex legati cauſa. 23. ſ. de verbor. obligatio. dat. Dueñas regula. 181. & ſufficiet vna interpellatio. l. Titia Seio. 89. §. vſuras. & ibi gloſſ. & Bart. ſ. de legat. 2. tradit gloſſ. l. mora. 32. verb. difficilis. ſ. de vſuris. & eſſe receptam ſententiam aſſerit Alexand. l. qui Romæ. § cohæredes. nu. 2. ſ. de verbor. obligatio. & conſil. 81. in princip. libr. 4. Felin. cap. ex literis. num. 8. de conſtitu. Iaſon. l. cùm procurator. §. 1. num. 3. ſ. de noui oper. Purpura. l. vinum. num. 42. ſ. ſi certum petat. & defendit Petrus Tholoſanus in ſyntagmate iuris. lib. 21. c. 14. num. 4. & Donellus tracta. de mora. pagina. 104. & ſeq. Contrarium tamen, imò ad incurrẽdam moram non ſufficere vnicam interpellationem, ſed plures requiri, tenet Fulgoſ. l. mora. ad finẽ. ſ. de vſuris. & eo non relato Corraſ. lib. 2. miſcel. cap. 6. num. 3. moti per text. l. mora. 32. in fin. princ. ſ. de vſuris. Sed non eſt recedẽdum à recepta traditione, quæ bene deducitur ex mente d. ſi ex legati cauſa. ſ. de verbor. obligation. Neq; obſtat tex. l. mora, in fin. princ. ſ. de vſuris. quia reſpondeo, mẽtẽ illius tex. eſſe, q; ſi debitor interpellatus dicat, ſe paratũ eſſe agere in iudicio, vtrũ debeat, necne? & creditor non inſtet in iudicio illud petere, non videtur mora incurſa: vt probatur. l. paratum. 47. ſ. de vſuris. quidquid aliter intelligat Donellus tracta. de mora. pagina. 104. ad finẽ. Si igitur interpellatus non prouocet ad iudicium, cenſebitur eſſe in mora propter vnicam interpellationem: ſi verò prouocet ad iudicium, procedet d. l. mora. vt etiam iam ſuprà diximus. Et ex his cauendum eſt à glo



gloſſ. 1. l. ſemel mora. ſ. eo. & ibi Salice. in rep. n. ii. dum dicunt, quòd vt mora incurratur propter interpellationem, debet eſſe facta cum inſtantia, & ſæpius repetita. allegat d. l. mora. ad finem princ. quæ id minimè probat, ſecũdũ intellectũ ſuprà aſsignatũ: & receptius eſt, ſufficere ſemel debitorẽ incitari ad ſoluendum, ſiue ea incitatio ſit expreſſa, ſiue tacita. Bar. l. nõ ſolũ. §. morte. n. 53. ſ. de noui oper. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. n. 11. ſ. de acquirend. hæred. † Adde,
10 quòd vt interpellatio conſtituat debitorem in mora, non eſt neceſſarium, quòd fiat in iudicio, vel ex iudicis præcepto & authoritate, ſed ſufficiet interpellatio extra iudicium facta propria authoritate creditoris: vt colligitur ex d. l. ſi ex legati. tradit gloſſ. l. qui Romæ. 122. §. cohęredes. verb. teſtato. ſ. de verborum oblig. communiter recepta, vt aſſerit Tiraq. libro. 2. retract. §. 4. gl. 6. n. 39. Dueñas reg. 18. nam & verbum, Interpellare, propriè ſignificat, interim debitorem appellare, vt ſoluat ante quam iure cum eo agatur, vt aduertit Donellus tract. de mora. pag. 90. Adde, quòd interpellatio tunc eſt neceſſaria, quando in obligatione dies certa expreſſa nõ fuit: nam ſi dies ſit expreſſa, ea loco interpellationis habetur, ita vt per eius lapſũ debitor in mora videat cõſtitutus. l. magnã. C. de contrah. & committend. ſtip. l. traiectitiæ. 22. ſ. de actio. & oblig. l. vinũ. ſ. ſi cer. pet. l. fi. ſ. de cond. triticar. Et eſt ratio, quia quando obligatio à principio fuit pura, vel ex poſt facto certificatur per implementum conditionis, neceſſaria interpellatio eſt; quia q̃ creditori ſoluas, illius tãtũ commodũ & volũtatẽ reſpicit, vt illi ſoluatur, quando ſibi ſolui velle oſtenderit; neq; enim illi quibus aliquid debetur, voluntid ſibi ſtatim depẽdi, ſed expectãt, ne fortè debitoribus ſuis moleſti ſint, ſatiſq; eſſe putant, ſi tũc id ſibi præſtetur, cũ commodũ erit, idque à debitore petierint: quin etiã ſtatim accipere non ſẽper expedit: ſic fit, vt ante quã petierint, per debitorẽ nihil ſtetiſſe videatur. Quę ratio ceſſat in obligatione diẽ certã habẽte: nã conſtat de voluntate creditoris, quòd ſibi ſoluenda ſit pecunia in die præſtituta, vt eleganter conſiderat Donellus tractat. de mora. pag. 91. & de materia latè agũt Iaſon. l. ſi ex legati. à n. 12. ſ. de verb. oblig. Gom. §. ſic itaq;. à n. 35. Inſt. de actio. Dueñas reg. 180 Quod ꝓcedit, etiã in die nõ expreſſa per partes, ſed per legẽ ſubintellecta. l. 2. C. de iure emphyteutico. & ibi notat Iaſ. n. 35. c. licet cano. de elect. in. 6. & tradit gl. 1. hîc. Aret. 3. notab. in fine. & Bologni. in nouis interpretationib. Iaſ. l. vinũ. n. 9. & ibi Purp. n. 15. ſ. ſi cer. pet. Pariſ. cõſ. 19. n. 198. lib. 2. Itẽ procedit in die conceſſa per legẽ miſerationis gratia: nã & eius lapſus cõſtituit debitorẽ in mora, abſque alia interpellatione. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. † Cõſiderãdo, quòd ille
11 annus qui datur marito ad reſtituendas res dotales mobiles, ei cõceditur miſerationis gratia. Bartol. receptus. l. ita ſtipulatus. n. 35. ſ. de verborum obligat. & tamẽ lapſus illius anni conſtituit debitorem in mora, abſque alia interpellatione: vt probatur d. §. exactio. & notat gl. 1. hîc, quam extollit Matheſ. ſing. 122. Iaſon hîc nu. 22. & aſſerit receptum Socin. conſ. 126. num. 5. lib. 1. quidquid cõtrarium tentet Paul. hîc num. 12. ea ratione, quia prædictum tempus conceditur in fauorem debitoris: vnde ſuccedit regula. l. quod fauore. C. de legib. Sed communem defẽdit Aret. hîc num. 3. pro ea inducens. l. 3. in prin. ſ. de vſur. Neque obſtat Paul. ratio: nam reſponderur, quòd tempus conceſſum miſerationis gratia, ea mente cõceditur, vt eo durante non cogatur debitor ad ſoluẽdum: tamen vt eo elapſo abſque vllo ſubterfugio ſoluat: & hoc reſpectu lapſus illius diei videtur debitorẽ in mora conſtituere. d. §. exactio. Quib⁹ ita præmiſsis, & explicatis, ex hoc tex. ſpecialis colligenda eſt cõcluſio, quòd ſi mulier moram fecerit in recipienda dote,

quam maritus ei offerebat, ab eo tempore non tenetur maritus pro rebus dotalibus vxoris, nisi de dolo; ita vt quãuis secundũ naturam cõtractus maritus teneatur in rebus dotalibus de dolo, latà culpa,& leui.l.si vt certo.§.nũc videdũ.s. commodati. tamen propter prædictam moram mulieris liberabitur à prędicta obligatione, & tantũ tenebitur de dolo. Cui tamen cõclusioni nimis videtur obstare.l.qui decem.72.in prin.j.de solutio. vbi debitor obtulit pecuniam creditori, & ille noluit recipere,& sic fuit constitutus in mora, deinde pecunia oblata, per casum amissa fuit:quæritur,ad quem pertineat periculum pecuniæ amissæ, quæ antea fuerat oblata creditori? Et respondet Iureconf.pertinere ad creditorẽ morosum, si modò prædicta pecunia amissa fuerit sine culpa debitoris. Ergo apertè probat tex.oblationem debitoris liberare eũ à casu fortuito, non autem ab vlla
12 culpa,ad quã aliàs tenebatur.† Sed defẽdendo cõclusionem huius tex.ad d.l.qui decem.respondet Bart. hîc num. 8. &.l. acceptam.n.3. C.de vsuris.rex.illũ loqui, quãdo maritus vxori fũdũ obtulit dotalẽ,quẽ illa noluit recipere,vt ex fine text. cõstat.Vt ergo mora in aliquo noceat vxori, iuxta regulam. c. mora.de reg. iur. in. 6. liberabitur maritus à culpa leui, ad quam aliàs tenebatur iuxta naturam cõtractus.Sed in d.l. qui decem.debebatur quantitas,& ea fuit oblata: & cum debitor quantitatis etiam de casu fortuito teneatur. l. incẽdium. C. si certum pet. satis mora nocet creditori,si debitor liberetur à casu fortuito, ad quẽ aliàs tenebat, quantũcũque non liberetur ab vlla culpa:& cum Bar.transeunt omnes, vt asserit Iaf.hîc n.14.subscribit Aret. l. si seruũ. §.sequitur.col.pen.ad finem.j.deverb.oblig.Loriot.tract.de mora axiomate.18. Donellus tract.de mora. pag. 126. Hanc nihilominus communem resolutionem impugnat Ruin.hîc numer.13.quia licet quãdo debetur species, possit cõsiderari secundaria obligatio, quæ resultat propter dolum,vel culpam. Bart.l.eãdem.n. 3.j.de duobus reis.tamen quando debetur quantitas,non potest considerariprę dicta obligatio secundaria; quia cum nihil certum debeatur,non etiam datur aliquid, cuius respectu possit considerari dolus, vel culpa.Item aduersus communẽ inducit.l.si per emptorẽ.s. de peric.& commod. rei vend. vbi vẽditio facta fuit ad mensuram, ac proinde periculum rei venditæ interim pertinebat ad venditorem, & non ad emptorem. l.quod sæpè. 35.§.in his.s.de contrah.emptio.Et tamẽ si per emptorem steterit,quominus vinũ mensuretur, venditor omnino liberatur à periculo, & de solo dolo tenetur: ergo idem dicendum fuerat in specie. d.l. qui decem.Sed his non obstãtibus nõ est recedẽdũ à cõmuni resolutione. Neq; obstãt Ruini rationes,quia ad primã respõdetur,quòd postquã certa pecunia oblata est,exinde incipit considerari pecunia tãquã debita in specie:ar.l.sed si certos.j. deleg. 1. & ideò quoad eã incipit etiã cõsiderari obligatio secũdaria quoad dolũ, & culpã,vt efficaciter probat d. l. qui decem.Neque etiã obstat l.si per emptorẽ.
13 5.s.de peric.& cõmod. rei vend. † nã est aduertendũ, quòd quando quid venditur ad mensuram,venditio cõsideratur tanquam perfecta,& pura quoad omnes effectus.l.si in emptione. 34. §. item si emptor.ver.alia causa.s.de cõtrah.emp.pręterquam quoad periculum peremptionis,& deteriorationis, quod licèt quando venditio est simpliciter facta,pertinere soleat ad emptorem.§ cũ autem.Inst. de emptio.& vend.l.i.C.de peric. & cõmod.rei vend.tñ in prædicta venditione facta ad mensuram, pertinet ad venditorem,antequam mẽsuretur; quasi quoad hunc effectum subintelligatur conditio, Si mensuratũ fuerit, vel appensũ.l. quod sæpè.34.§.in his.s.de contrah.emptio.& ibi gl.verb.perfecta.gl.l.2.verb.imperfecta.C.de peric.& cõmod.rei vẽd.notab.

Paul.



Paul.l.sicut.nu.2.C.de actio.empti.Affli ctis decisio.280.num.5.Paris. consil. 64. à num.14.libro.1.Rimin.consil.86.nu.4. lib.1.Prædicta igitur tacita conditio,quę ad solũ prædictum effectum subintelligitur,pro impleta habetur, si per emptorẽ factum fuerit,quominus impleatur, iuxta regulam l.Labeo.scribit.50.s. de cõtrahend.emptio.&.l.iure ciuili.j. de condi. & demonst.& consequẽter exinde,quoad omnem effectum habebitur vẽditio pro omnino pura:vnde meritò periculũ interitus ad emptorem incipiet pertinere,iuxta regulã.l.1.C.de peric.&cõmod. rei vẽd. Et quoniã in specie d.l. si & per emptorem. vlteriùs ex parte venditoris interuenit interpellatio,vt vinum mẽsuraretur,& emptor noluit: vnde propter hanc interpellationẽ videbitur emptor in mora cõstitutus:quod efficiet,vt quãuis vẽditor teneatur de interitu rei, quãdo interitus superuenit, culpa saltem leui illius præcedente.l.si vt certo.§.nunc videndum.s commodati.§.cum autem. Instit. de emptio.& vend. nunc propter moram emptoris tantũ tenebitur de dolo,& lata culpa, & liberabitur ab obligatione leuis culpę,iuxta decisionem huius text. quia eadem militat ratio:quia,& in specie d. l. si & per emptorẽ.agebatur de specie vẽdita,id est,vino, vt in specie probat.l.illud.in principio.s. de peric. & cõmod.rei vend. Inde igitur inferri nõ potest ad speciem positam in d. l. qui decẽ.
14 in qua agitur de debitore quãtitatis, qui tenebatur, etiamsi pecunia periret casu fortuito.l.incendium.C. si certum peta. nam tunc propter moram creditoris liberabitur quidem à casu fortuito,nõ verò ab aliqua specie culpæ. Vnde ex mente dict.l.qui decem.colliges,quòd quanuis debitor habeat paratam pecuniã ad soluendum,& illam amittat casu fortuito, eius nihilominus periculo perijt:notat Paulus l.si soluturus.num.3.j. de solutio.facit l.2.cum gloss.fin.C.de vsuris. Si verò non solũ debitor habuit pecuniam paratam solutioni,sed eam obtulit creditori,& ille noluit recipere, tunc propter moram creditoris,si pereat casu fortuito perijt periculo creditoris. dict. l. qui decem. l. si opera. j. de doli exceptio. Iasõ l.si à furioso.num.4.s si certum petat. Beroius cons. 194.nu.28.lib. 1.Quòd si non casu fortuito, sed culpa,saltem leuissima, debitoris,pecunia oblata pereat:tunc periculo ipsius debitoris peribit,quia mora creditoris tãtùm liberat debitorem à casu fortuito:& ita resoluit Alexand.hîc n. 8.Sadolet.l.quod te.nu.40.s.si certũ pet. Neguf.de pignorib.3.parte.3.memb.5. partis principalis.n.2.versic.secũdus effectus.Contrarium tamẽ, imò quòd in specie d.l. qui decem. debitor offerens pecuniam debitam,non solùm liberetur à casu fortuito,sed etiam à culpa,saltem leuissima,tenet Bal.l.acceptam.n.17.C.de vsuris.Claud.hîc n. 12. expẽdẽtes verba d.l.qui decẽ. ibi, Sine culpa:nam verbũ, Culpa,simpliciter prolatum, refertur ad leuem culpam: vt sentit gloss. hîc verb. Culpam:quam ad id expẽdunt Iason n. 8.Zasi.n.9.& est similis.§.præterea.verb. Culpæ.Inst.quib.mod.re contrahit.obligatio glo.l.in venditione.8.verb. ex culpa.j.de bon.autho. iudic. cum similibus. de quibus per Deci.l.contractus. nu.25. j. de regulis iuris.Sed non est recedendũ à magis recepta sententia.Neque obstat fundamentum contrariæ opinionis: nã respondetur verius esse,verbum, Culpã,
15 simpliciter prolatum, etiam leuissimam culpam comprehendere,† nisi subiecta materia aliud suadeat,vt probat Alciat.l. rogasti.in principio.num. 3. s. si certum petat.cui adde Panormit.c.final.nu.1.de iniurijs.& Alex.cons. 50.num. 9. ad finẽ. libr.1.Vel pro cõcordia dici potest,quòd aut verbum, Culpa,profertur affirmatiuè,& tũc referatur ad leuem:aut profertur negatiuè,& tunc omne genus culpæ censetur exclusum, Deci. l. quod te. vltilectur.num. 27.s.si certũ pet. Cũ igitur in specie d.l.qui decẽ.verbũ, Sine culpa,

sit negatiuè prolatum, omne genus culpæ debet cẽseri exclusum à persona debitoris, vt communis vult. Vnde dũ Bar. hîc num.8.in fine.&.l.acceptam.numero.3.in fin.C.de vsuris.dicit, quòd in specie d.l.qui decem. debitor offerẽs pecuniam, liberatur à casu fortuito, & quòd nihilominus tenetur de dolo, lata culpa, & leui, debet suppleri, & etiam de leuissima, iuxta suprà resoluta: & ita expressè declarat se idem Bar.d.l.qui decem.ad finẽ.& ibi Pau.ĵ.de solutio. Ex quibus à fortiori venit reijciendum, quod tẽtat Bald. hîc post prin. quòd debitor offerẽs pecuniã, nõ solũ liberatur à casu fortuito, sed etiam à culpa leui consistente in omittẽdo. Expẽdit pro hoc istum tex. iuncta gl. 1. quę intellexit maritum fuisse in mora restituendi dotẽ, atque proinde ratione moræ fuisse obligatum præstare casũ fortuitum l.si filiofam.26.§.si post.ĵ.eodem. & tamẽ si is posteà offerat dotẽ vxori, nõ solũ liberatur à casu fortuito, sed etiam à leui culpa consistẽte in omittẽdo, iuxta hunc textum. Cæterũ hæc opinio ex suprà traditis clarè exploditur, & in specie improbat Alex. hîc nu. 10. quẽ sequit Ne gus. de pig. 3. p. 3. mẽb. 5. partis principalis n. 2. ver. secũdo effectus. neq; repugnat is tex. inductus vt suprà: quia procedit, quãdo maritus tenebatur de casu fortuito, non secũdũ naturam contractus, sed ex accidẽti propter moram suam: tũc enim posteà offerẽdo non solũ liberat se à prima mora, & consequenter ab effectibus per eam inductis, sed & mulierẽ de nouo in mora recipiẽdi constituit. l. illud. s̃. de peric. & commod. rei vẽd. l. si & per em-
16 ptorẽ. 53. §. fina. s̃. de actio. empti. † tradit Bar. hîc n. 12. Ias. n. 19. ad finẽ. Ruin. num. pen. ad finem. Propter purgatam igitur moram suam, liberabitur à casu fortuito, de quo propter moram suam tenebatur: & vlterius, quia etiam mulierem in mora constituit, liberabitur à leui culpa, de qua aliàs tenebatur secundùm naturam contractus dotalis. Sed si quis teneatur de casu fortuito, secundũ naturam cõtractus, vel rei debitæ, procedet d.l.qui decẽ. explicata vt suprà: & tradit Bar. hîc num. 11. Est tamẽ in hoc articulo vltra alios aduertẽdũ, quòd si debitor, secũdũ naturã contractus non tenebatur nisi de leui culpa, & in mora constituatur, vtiq; tenebitur non solũ de leuissima culpa, sed etiam de casu fortuito, vt probat l. quod te. s̃. si cerpetat & l. si ex legati causa. 23. ĵ. de verb. oblig: Et hac ratione maritus, qui secũdũ naturam contractus dotalis non tenebatur nisi de leui culpa. l. si vt certo. §. nunc videdum. s̃. commodati. si in mora constituatur, tenetur, si casu res pereat. l. si filiofam. 26. §. si post. ĵ. eod. & sic mora debitoris, non solũ auget vnum gradum culpæ, vt scilicet teneatur de leuissima culpa, sed etiam facit eum teneri de casu fortuito: Cũ igitur creditor & debitor à pari iudicari debeant. l. fi. ĵ. de acceptilatio. videbatur dicendum, quòd mora creditoris non solùm liberaret debitorem à casu fortuito, sed etiam à culpa, saltem leuissima. Sed respondendum est, quòd mora creditoris minus odiosa est, cum differat accipere id quod suum est: ex parte autem debitoris magis odiosa est, cum domino inuito retineat alienum, & ideò mora creditoris censetur culpa, vt sentit glossa. 2. hîc, & glossa. 1. l. si is qui. in princ. s̃. de iure dotium. Mora autem debitoris censetur dolus. l. dolus est. 44. s̃. mandati. tradit Sadoletus dict. l. quod te. numero. 25. & additio repertorij Alberici verbo, mora non est: & hac de causa mora debitoris grauiùs punitur, quàm mora
17 creditoris. † Vnde infero, quòd si in specie huius textus maritus fuisset in mora restituendi dotem, quia tunc videtur agi de mora debitoris, non solùm tenebitur de leuissima culpa, sed & de casu fortuito, vt est expressum. l. si filiofamil. 26. §. si post. ĵ. eodem. tradit Salicetus rep. l. semel mora. num. 4. ĵ. eodem, in quo labuntur Igneus. l. contractus. n. 42. ĵ. de regul. iur. & ibi Cagnol. n. 58. qui mari-



maritum morosum in restituenda dote, ad solam leuissimam culpam obligant. Neque est omittendum ad perfectã declarationẽ d.l.qui decem. q̃ eo casu, quo
18 pecunia oblata casu fortuito perijt, nõ remanet debitor liberatus ipso iure, sed tantũ opposita doli mali exceptione, vt tex. ille clarè probat, & ibi notant glos. & Bart. Idẽ probat. l. si opera. ĵ. de doli exceptio. tradit Bar. d.l. quod te. num. 4. & cũ eo transeunt omnes, vt ibi asserit Cur. Iunior num. 13. ad finem. Ruin. consil. 116. num. 11. libr. 5. Dueñas regula. 176. nu. 1. Contrariam tamẽ opinionẽ, imò quòd liberatio ipso iure contingat, defẽdit Butigela d.l. quòd te. à num. 25. & ibi Curt. Iunior num. 14. & eis non relatis, Carol. de indiuiduis. 1. par. 2. principalis. nu. 146. & ante omnes Lancelot. Deci. hîc ad finẽ. & pro ea sentẽtia expẽdunt verba d. l. qui decẽ. ibi, Pro soluto oportet esse, ergo ipso iure contingit liberatio: prout certum est, secuta solutione, ipso iure perimi obligationem. in principio. Instit. quib. mod. tollitur obligatio. Itẽ expẽdũt, quòd d.l. qui decẽ. vers. fina. quasi per modum illationis subiungat, maritum offerẽtẽ pecuniã dotalẽ liberari ipso iure: ergo idẽ recipiẽdum est in casu præcedẽti, à quo fit prædicta illatio. Sed nõ est recedẽdum à prima opinione, quæ clarè probatur d.l. qui decem. Et confirmatur ratione, quia quantitas debita in genere, non censetur esse in obligatione antequam per solutionẽ certificetur. l. cum incertus. 13. ĵ. de leg. 1. Bart. l. 2. §. & harũ. in fine. ĵ. de verborum obligation. Sed sola oblatio non habet vim solutionis. l. acceptam. C. de vsuris. ergo ea pecunia oblata, adhuc non potest videri esse in obligatione, antequam cum effectu soluatur: ac ita adhuc mero iure videtur locũ habere regula. l. incendium. s̃. si certum petat. tamẽ quia non est ęquum, quòd si debitor obtulit pecuniam creditori, & ille noluit recipere, & ea postea casu pereat, idem debitor nihilominus remaneat obligatus. d.l. qui decẽ. ea ratione cõceditur ei doli exceptio. l. qui æquitate. ĵ. de doli exceptio. † Et aduertit Paulus d.
18 l. qui decẽ. numero. 1. ad finem. Iason hîc num. 18 Ripa d.l. quod te. num. 23. & ibi Cagnol. num. 57. Neque obstant rationes adductæ in contrarium, quia ad primã respondetur, quòd d.l. qui decẽ. nõ probat simpliciter, pecuniam oblatã haberi prosoluta, sed restringit se, quãdo pecunia oblata fuit amissa per casum; nam tunc ea pecunia habetur pro soluta, opposita scilicet doli mali exceptione. Vnde si pecunia oblata, culpa debitoris periret, vel adhuc extaret, nullo modo cõtingeret liberatio, vt est expressũ. l. sed & si postea. 29. s̃. de arbit. & tradit gl. 2. d.l. qui decẽ. Neq; obstat replicatio Butigelæ d. l. quod te. n. 25. quòd imò pecunia oblata debet indistinctè haberi p̃ soluta, iuxta regulã. l. iure ciuili. ĵ. de cõd. & demõstr. & potuisser allegare tex. l. si stipulatus sũ, 9. §. fi. in fine. ĵ. de solutio. vbi hoc videt expressũ: quia respõdet, regulã d.l. iure ciuili locũ habere in cõditione, quę facilè habet pro impleta, quia quod est in cõditione, nõ cẽset esse in obligatione. l. si quis sub cõditione. ĵ. si quis omissa causa testa. Sed in d.l. qui decẽ. agitur de his quæ sũt in obligatione, in quibus sola oblatio pro solutione nõ habetur. l. obsignatione. C. de solutio. nisi in casu de quo suprà: & in specie aduertunt Bar. & Imol. d.l. qui decem. ad mediũ. & ibi Pau. in fine. Neq; etiã obstat. l. si stipulatus. 9 §. fi. ĵ. de solutio. quia tãtũ dicit, eum qui obtulit pecuniã, liberari: quod cum gl. fin. ibi interpretandum est iuxta decisionem d. l. qui decẽ. vel quòd ibi vltra oblationem interuenit depositio, & consignatio, quibus simul interuenientibus, ipso iure contingit liberatio. l. obsignatione. C. de solutio. & ita Imol. d.l. si stipulatus. §. fina. in fine. ĵ. de solutio. Præterea neque opinioni quã defendimus, obstat dict. l. qui decem. vers. fin. expensa vt suprà: nam respondet gloss. ibi verb. Ipso iure, speciale esse in

dote, vt per solam oblationem quantitatis debitæ, ipso iure contingat liberatio, si postea pereat oblata pecunia, vt per hoc magis inuitentur mariti ad dotem offerendam, & restituendam: sequuntur Bart. Paul. & Imol. gloss. 1. hic ad finem. & gloss. semel mora. 27. verb. non debebit. J. eod. Platea l. 1. col. 1 post medium. C. de susceptor. lib. 10. & asserit receptũ Ripa d. l. quod te. numero. 23. & pro speciali dotis priuilegio refert Baptist. de priuileg. dotalibus. centuria 2. num. 35. Cæterũ hęc communis solutio improbatur à Lancelot. Deci. hic ad finem. & à Cur. Iunior. d. l. quod te. nu. 14. & ibi Ripa. n. 23. aduertentibus, non posse dici fauore dotis; quod per oblationem quantitatis debitæ, ipso iure liberetur maritus; nã potius damnum dotis esse videtur. Nec fauor ille per glo. consideratus, debet esse in consideratione; cùm ius maritos obliget ad statim dotem restituendam, & aliàs eos puniat. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & ideò in pecunia oblata per maritum, nullũ dotis priuilegiũ cõtineri contendunt Salicet. rep. l. semel mora. n. 6. J. eo. Goffred. l. si ita quis. num. 9. ad finem. J. de cond. institutio. Sed quidquid prædicti dicant, ego specialitatem dotis agnosco: quã tũ vltra DD. inde deduco, quòd licet in contractibus bonæ fidei, ex bono & æquo soleat procedi. §. vnico. in fine. Inst. de obligatio. quæ ex consensu. tamen in dote plus atrẽditur æquitas, & magis etiam operatur, quã in alijs contractibus bonæ fidei. l. eas. s. de capit. dimi. & ibi gl. fin. ad medium. Odoffred. Bal. & Alb. l. iure succursum. 7. §. fi. s. de iure dotium. dixi in rub. s. eod. 3. parte. Aequitas igitur, quæ in cæteris obligationibus tãtũ ope exceptionis parit liberationem, si pecunia oblata pereat, tamen in obligatione dotis inducit liberationem ipso iure. Et ex his intelliges mentem Iureconf. in illatione, quam facit in d. l. qui decem. vers. fi. nã cũ suprà dixisset, æquũ esse in prædicto casu succurri debitori offerẽti, & qui posteà amisit pecuniam, infert, q; in causa dotis inducetur eo casu liberatio ipso iure, vt sic æquitas magis operet in causa dotis, quã in alijs obligationibus, iuxta supra dicta. † Et hinc etiã intelliges, qua ratione in d. vers. fina. coniungãtur duo casus separatam rationem habentes: nam dicitur ibi, quòd si seruus dotalis fuerit oblatus, vel pecunia dotalis, ipso iure contingit liberatio, si post oblationẽ pereat: nam primo casu certum est, perempto seruo, etiam ante oblationem, maritum ipso iure liberari. l. si ex legati causa. J. de verbor. obligatio. & tamen in secundo casu necessaria est oblatio: & adhuc in causa dotis speciale est, quòd ipso iure cõtingat liberatio, si pecunia oblata pereat. Bart. Paul. & Imol. d. l. qui decem prædictam differentiam inter illos casus agnoscunt, non tamen declarãt rationem propter quam eos Iureconsul. parificauerit. Quare Salicet. l. semel mora. numero. 6. J. eod. & Goffred. l. si ita hæres. numer. 9. ad finem. J. de cond. instit. intelligũt ind. vers. fin. agi de quantitate, quæ debetur tanquam species, & hac ratione debitum serui, & quantitatis æquiparari. Sed mera diuinatio est, & ideò ego declaro, ideò Iureconf. in causa dotis prædictos casus æquiparasse, vt tacitè ostenderet, quòd licet in alijs causis prædicti casus multum differant: tamẽ in causa dotis, facta oblatione, & perempta postea re, à pari procedunt. Vnde quemadmodum perempta specie, ipso iure certum est contingere liberationem. d. l. si ex legati. & glo. d. l. qui decem. verb. exceptione. sic etiam oblata quantitate, & perempta, in causa dotis, ipso iure continget liberatio. Item quemadmodum oblata specie debita, maritus tantùm tenetur de dolo, & lata culpa iuxta hunc textum, sic etiam & in causa dotis, oblata pecunia dotali, maritus tantũ tenebitur de dolo & lata culpa, ita vt quamuis in principio d. l. qui decẽ. debitor offerens tãtùm liberetur à casu fortuito, & si pecunia oblata pereat, quacunque



que eius culpa, minimè liberetur, vt suprà diximus: tamen aliud erit in vers. fina. eiusdem. l. vbi non repetitur verbum, Sine culpa, quo Iureconf. vsus fuerat in prima parte. Et est ratio, quia cum in causa dotis ipso iure contingat liberatio, necessariò omnis etiã obligatio mariti tollitur, præterquam si eius dolo res perẽpta sit, quia is casus semper videtur exceptus. l. creditor. 60. § Lucius. s. mandati. facit l. si & per emptorem. 53. §. fin. s. de actio. empti. His ita visis, conclusionem huius tex. explicatam vt suprà, ampliabis primò, procedere, etiãsi maritus prius fuerit in mora, vt quia interpellatus dotem nõ restituat: nam si mutato consilio, posteà dotem offerat mulieri, & illa nolit recipere, adhuc vendicabit sibi locũ decisio huius textus, quem in his terminis accepit glos. 1. hic. † Et est ratio, quia oblatio posteà facta per maritum, non solũ præcedentem moram purgat. l. illud. s. de peric. & commod. rei vend. sed etiam & ipsam vxorem in nouam mora constituit, ex qua resultabit effectus, de quo in hoc text. quod clarè probat d. l. qui decẽ. 72. J. de solutio. ibi, Quamquam aliquando interpellatus non soluerit. probat enim quòd licet debitor aliquando fuerit in mora: tamen si postea offerat debitũ, & creditor nolit recipere, non solũ purgat moram, sed & creditorẽ de nouo in mora constituit: ex quo sequitur effectus de quo ibi: & ita expendit Imol. ibi aduersus Bald. & Angel. quos refert: expendit etiam Aretin. l. si seruum. §. sequitur. columna penultima. ad finem. J. de verb. obli. idem etiam probat l. si & per emptorem. 53. §. fina. s. de actio. empti. & colligitur ex l. Celsus. 28. §. fina. cum l. sequen. s. de recep. arbitr. tradit Bar. hic numer. 12. Iason num. 19. Salicet. l. quod te. num. 43. s. si certum petat. Negus. de pignorib. 3. part. 3. mẽbr. 5. partis principalis. num. 2. vers. secũdus effectus. Cæterũ est aduertendum, quòd aduersus hanc receptam ampliationem nimis videtur obstare. l. sed si alia. 17. s. de consti. pecunia. ex qua Salic. ibi num. 1. col. legit, quòd vbi creditor prius fuit in mora constitutus, & velit moram purgare, & præterea debitorem de nouo in mora constituere, requiritur, quòd interueniat iudicium, & litis contestatio, ita vt extraiudicialis oblatio prædictum effectum minimè inducere possit: quod etiam tenet Salic. repet. l. semel mora. num. 34. J. eod. & l. si pacto quo pœnam. num. 40. C. de pact. & defẽdit Iason l. vinum. num. 16. s. si certum petat. & l. si ex legati causa. num. 17. J. de verbor. obligatio. Sed defendendo communẽ cõclusionem, respondendum est, hanc opinionẽ Salic. esse falsam, & confundi per iura suprà allegata: & ita in specie eam improbat Alexand. l. si insulam. numer. 49. J. de verbor obligatio. & ibi Alciat. num. 32. idẽ Alexand. l. qui Romæ. §. coheredes. num. 6. eod. tit. & l. vinum. numer. 11. & ibi Purp. num. 45. Sadolet. l. quod te. n. 44. s. si certum petat. & opinionem Salic. communiter reprobari asserit Loriot. tract. de mora axiomate. 8. † Neq; pro Salic. facit d. l. sed si alia. nã in primis est aduertẽdum, Salic. in hoc suo intellectu præsupponere, quòd litis contestatio inducit moram in debitore; quod tamen nõ videtur verum, quia litis contestatio nõ est terminus inducẽs moram, imò est terminus vsq; ad quem mora purgari potest. l. l. si insulam. 84. J. de verbor. obligatio. Sed qui vellet defẽdere Salic. huic argumento posset respondere, distinguẽdum esse rem ab actore: nam reus moram incurrens, non potest purgare moram, nisi vsque ad litis contestationem. d. l. si insulã. Sed in creditore, siue actore, litis contestatio non est terminus vsque ad quẽ purgari posit mora; imò est terminus inducẽdi moram in debitore, qui antea in illa non fuerat constitutus. l. 3. in principio. s. de vsur. Ratio colligitur ex l. non solet. 86. J. de regulis iuris. & l. aliam. J. de nouatio. Et ita in nostro proposito prædictam differentiam inter reum & actorem constitue-

ſtituebat Ang.rep. l. ſi inſulam.num.12. & ibi Imol.num.10.ĵ de verborum obligation. Sed quanuis intellectus Salic. à prædicta difficultate ſaluari poſsit: tamẽ ex eo non placet,quia Salicet.præſupponit,in d.l.ſed ſi alia. agi de mora creditoris,qui vult moram ſuam purgare,& præterea debitorem in mora cõſtituere: qd̃ planè repugnat literæ d.l. ſed ſi alia. quæ continuatur cum.§.fina.l.præcedẽtis. in quo dictum erat, quòd ſi debitor nõ obtulit conſtitutum,in tẽpore conuẽto periculum interitus ad eum pertinet,iuxta regulam.l.magnã.C. de contrahend. & commitend.ſtip. Quod tamen limitat d. l.ſed ſi alia.niſi debitor alia die offerat debitum: ergo agit de ſola mora debitoris purgãda,& non de mora creditoris. Verus igitur intellectus d.l.ſed ſi alia.ille eſt, quòd loquitur de mora debitoris, & probat,quòd licet debitor non offerẽs debitũ in tẽpore conuẽto, ex hoc cẽſeatur in in mora d.l.magnam.&conſequenter periculum interitus ad eum pertineat. l. ſi ex legati cauſa.ĵ.de verbor.obligation.& in ſpecie d.l.ſi duo.§.fina.s̃.de conſtit. pecunia.tamen ſi poſtea alia die offerat,& creditor nolit accipere ſine iuſta cauſa, non ſolum purgabitur mora, ſed & hoc
23 vltimum factum nocebit creditori, † quia ſcilicet periculum interitus in eum tranſfertur.l.illud.s̃.de peric.& commod. rei vend.&ita Bart.l.interdum. §. fina.ad finẽ.&ibi Alex.nu. 3.ĵ. de verborum obligatio.& clarius idẽ Alexan.l.qui Romæ. §.cohęredes.num.6.ĵ. de verborum obligatio.Alciat.l.vnica.ca.8.num.10. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. &.l.ſi inſulam. num.32.ĵ.de verbor. obligatio. Ideò autem fecit mẽtionem litis conteſtationis, quia cum agat de reo purgãte moram,litis conteſtatio eſt terminus,vſque ad quẽ ille moram purgare poteſt. d.l.ſi inſulam.84.ĵ.de verborũ obligatio. quaſi dicat,debitorẽ poſteà offerẽdo poſſe purgare moram,dummodo hanc oblationẽ faciat ante litẽ conteſtatam: nam poſtea nihil ei oblatio pderit. Et ſecũdũ hanc explicationẽ text.d.l.ſed ſi alia retorquebitur contra Salicet. nam probat, quòd debitor ſemel in mora cõſtitutus, poſteà offerẽdo purgat moram,& creditorẽ de nouo in mora conſtituit. Cũ igitur debitor & creditor à pari iudicẽtur. l fin.ĵ.de acceptilatio. ita etiam & creditor in mora conſtitutus,poſtea petendo debitũ, purgabit moram, & debitorem de nouo conſtituet in mora: in hoc tamẽ erit differẽtia,quòd creditor ſemper moram purgare poteſt: debitor autẽ tãtũ vſque ad litis conteſtationẽ, vt ſuprà diximus:& rationẽ reddit Bart.d.l.ſi inſulam. num.16.communiter receptus, vt ibi aſſerunt Zaſi.numer.29.Ripa.nu.76. Sed ſolidior videtur ratio Imol. ibidẽ n. 39. quòd per litis conteſtationem quaſi contrahitur.l.3.§.idem ſcribit.s̃.de peculio. Vnde poſteà à prædicto quaſi contractu recedi non poterit: quod in effectu eſſet, ſi poſteà liceret moram purgare: & ſubſcribit poſt alios Alcia.ibi num.2. Ex qua ratione infertur,regulã d.l. ſi inſulã. non ſolùm procedere,quando litis conteſtatio fit ſuper petitione intereſſe, & poſteà offertur factum,ſed etiam quando litis conteſtatio facta eſt ſuper facto, & poſtea offertur intereſſe, quia vtroq; caſu pariter militat prædicta ratio: & ita Alcia.d.l.ſi inſulam.num.3.Et pro eo poteſt expẽdi d.l.ſed ſi alia. explicata vt ſuprà: nam in ſua generalitate, vtrũque caſum comprehẽdit:quidquid Imola d.l.ſi inſulam.num. 39. poſt medium,teneat, eam legem non procedere, ſi litis conteſtatio facta ſit ſuper facto, & poſtea offertur intereſſe: quem ſequuntur ibi Ripa num.69.&Duaren.ad finem.Anton.Rube.l.vinum.numero.177.s̃.ſi certum pe-
24 tat. Aduerſus quos reſoluẽdũ eſt, † quòd etiamſi lis conteſtetur ſuper facto,nõ poterit poſtea mora purgari,& offerri intereſſe:nam cum ex quaſi contractu reſultante ex liris conteſtatione, reus videatur ſe obligaſſe ad prẹſtationẽ facti: ſi victus fuerit,non poterit ſe liberare ab hac obligatione,diuerſum offerẽdo, ſed debet id,ad quod obligatus eſt,cum effectu ſoluere: tunc enim continget liberatio,
47 l.interdum.ĵ.de acq.posses.† Vel etiã potest ducere creditorẽ in cõspectum fundi,& dicere,quòd illi fundum tradit: nã ex hoc etiam dominium in eum transferet.l.1.§. si iusserim.ĵ. de acq. posses. Vel etiã protestari, quòd habet rem pro derelicto;nam tunc satis etiã realiter videbitur offerre.l.1.ĵ.de vsucap. pro derelicto.l.1.§.licet.s̃.de peric.& commod.rei vend. Sed his non obstãtibus,non est recedendũ à recepta traditione. Neq; obstant rationes in contrariũ adductæ: nã ad primam respondetur,in hac materia duos casus esse distinguẽdos.Primus est, quando quis vult se omnino liberare ab obligatione principali,& tũc in his rebꝰ, in quibus potest cadere depositio, & cõsignatio,verũ est, quòd vltra oblationẽ requiritur depositio, & cõsignatio.l. acceptam.19.C.de vsur.l.obsignatione.C. de solution.Sed quando tantũ vult se liberare à mora, & aduersarium in mora constituere,quoad effectũ, vt deinceps non teneatur nisi de dolo, & lata culpa, tunc etiã in his quæ deponi,& consignari possunt,sufficiet sola oblatio realis,absque alia depositione, & cõsignatione: vt hîc tradunt Paul.nu.8.& Alexan. nu. 7. Paul.l.acceptam. num. 12. C. de vsuris. Vnde licèt in hoc tex.ageretur de re mobili,tamen quoad effectus, de quibus in hoc text.sufficeret oblatio realis absque alia depositione,& consignatione: & in re immobili sufficiet sola oblatio verbalis,cum in ea cadere non posit realis, vt suprà diximus. Secundò respõdeo,quòd nos agimus de casu, quo maritus obtulit, & mulier noluit recipere: quo casu etiam in rebus, in quibus cadere potest oblatio realis,depositio, & consignatio, sufficit sola oblatio verbalis:nam cũ creditor nolit recipere, frustra eo casu prædicta requirerentur:quod admittit Aretin. hîc colum.3.post princ.Capic.decisione.19.num 2. Loriot. tract. de mora, axiom.19.& infrà latiùs dicemus. Si sanè creditor diceret se esse paratum reci
48 pere,tunc verbalis oblatio etiam in immobilibus nihil operaretur, sed oportet,rem cum effectu tradi,† iuxta doctrinam Bar.l.pen.ad finem.s̃. de distractio. pignorum.tradunt Alexand.hîc num.6. Iason.l.2.nu.183.C. de iure emphyteut. Boeri.decisione.124.nu.30.Gerard. singul.91.Catellian.in memorabilib. verb. oblatio. Et in his terminis posset colorẽ habere opinio Aretin.& Ruin. suprà relata:facit.c.ecclesias.§.ad hæc.13.q.1.Itẽ tertiò respondeo,quòd etiam si ageretur de liberando omnino marito à principali obligatione,adhuc non esset vera opinio Aretin.&Ruin.suprà relata,quia presupponunt prædicti, quòd ad prædictũ effectum exigitur dominij translatio in creditorem.Quod tamen non est verũ, neque enim requiritur dominij translatio,vt colligitur ex.l.1.in fine.C.qui potior. in pignor. l. debitor. 7. s̃. de vsuris. tradit glos.l.acceptam.verb.inhibeatur. C.de vsuris. Quanuis oporteat,offerentem, & deponentem eum habere animum,vt vbi primum velit creditor recipere oblationem,dominium rei oblatæ in eum transferatur. Bart.l. si soluturus. numer.5.ĵ.de solution.Paul.l.acceptam. num.12.C.de vsuris. Sufficiet igitur, rẽ immobilem ita offerre,vt cum creditor velit,posit illius accipere possesionem, & sic dominium,cum voluerit,quærere. l.2.C.de acquiren.posses.l.prædia. cum ibi notatis per Bart.ĵ.de acquirend. possesione. & ideò oportet, quòd tempore oblationis sit res parata solutioni:

argum.



argum.l.qui decem.72.§.1.in fin.ĵ. de solution.Bald.l.acceptam.numer.6. C. de vsuris.Alexand.hîc nu.4. Negus. de pignorib. 2. membr. 3. partis. 5. principalis. num.3.Item q; oblatio fiat purè, nam si in ea ponatur cõditio, etiam intrinseca, non valeret prædicta oblatio:sed ita fieri oporter; vt relinquatur in potestate creditoris libere accipere rem quando velit. Bartol.d.l.si soluturus.num.5.ĵ. de solution.Bald.l.acceptam.num.6. & numero.14.C.de vsuris. Quartò & vltimò respondeo, quòd si tempore oblationis creditor taceat, vel etiam dicat se velle deliberare,adhuc sola oblatio rei immobilis pariet omnimodam liberationem à debito principali;si id offerens præten
49 dat: † nam cum in re immobili non cadat oblatio realis,neque depositio, neque consignatio,sola oblatio verbalis habet vim oblationis,depositionis, & consignationis.Bartol.l.acceptam.numer.3. C.de vsuris:ergo prout ex oblatione,depositione,& consignatione,oritur plena liberatio debiti principalis.l. obsignatione. C. de solution. ita etiam inducetur ex sola oblatione verbali in immobilibus: & ita Paul.hîc numer.11.& notabiliter Goffred.l. si ita hæres. nu.10.ĵ.de cond.instit.nam quãdo agitur de re immobili,satis dicitur realiter offerre, qui dicit se paratum rem tradere in loco vbi est.Bald.d.l acceptam.num.6.vel quòd dat licentiam creditori, accipiendi possesionem propria authoritate, vt suprà diximus.Est tamen aduertendum,quòd Paul.l.acceptam.nu.12.C.de vsuris. existimat,per solam oblationem rei immobilis non liberari offerentem à principali obligatione,nisi posteà res oblata perempta sit:allegat text. l. qui decem.72. versic.& sanè.ĵ.de solution. Sed non est recedendum à præcedenti cõclusione, & ad d.l.qui decem.versic.& sanè. respõdetur,quòd loquitur in seruo dotali oblato,in quo cadebat oblatio realis, & etiam depositio.l.1.§.quæ depositis.s̃.de positi.Per solã igitur oblationẽ etiam realem,non continget liberatio:nos autem loquimur in re immobili, in qua sola oblatio verbalis cadere potest, & ideò ea sola inducit liberationẽ à debito principali:nã & res mobilis animata, si offeratur,& deponatur,plenã inducet liberationẽ,licèt non interueniat cõsignatio, quæ in illa cadere non potest, vt hîc tradunt Angel.nu.2.Paul.nu. 11. Alex. nu. 7.Claud.num.11.Negus. de pignorib.2. memb.3.par.5.principalis.nu.15. Vnde infertur,quòd si in specie d.l. qui decẽ. versic.& sanè. seruus dotalis nõ solùm à principio fuisset oblatus,sed etiã depositus,tunc etiam ante illius mortẽ maritus esset liberatus ipso iure à principali obligatione.Paul.hîc n.11. Cõclusio secũda ex Bart.hîc nu.5.ea est,quòd vbi res mobilis debetur,tũc,vt quis liberetur,oportet eam offerri realiter simul & deponi; & cõsignari.auth.dos data. C. de donat. ante nupt.l.acceptã.19.C.de vsur.quod glos.1.hîc intellexit in rebus mobilibus
50 inanimatis: † nam in se mouentibus, cũ impossibilis sit cõsignatio,absque ea cõtinget liberatio:subscribit Bart.nume.7. & Ias.nu.13. Circa quod aduertendum est,quòd consignare propriè significat, quid includi in sacco consignato sigillis. Paul.hîc num. 10. quod impossibile est cadere in re animata. Bald.d.l. acceptã. nu.8. Prout etiam impossibilis est depositio prædicto modo,scilicet, quòd includatur in sacco:glos.1.hîc & Iason nu. 12. tamen,quia simplex depositio in illis cadere potest.l.1.§.quæ depositis.s̃.depositi. vt hoc casu contingat liberatio, non sufficiet oblatio etiam realis, nisi interueniat simul prædicta depositio, vt suprà diximus. Et intellige prædicta iuxta ea, quæ statim dicemus. Non obstat secunda difficultas suprà mota aduersus istum textum de l.acceptam. 19. C. de vsuris: nam illa loquitur in pecunia, vel re mobili, in qua potest cadere oblatio, depositio, & consignatio.

Item

Item loquitur, quoad effectum consequendi plenam liberationem: nam si tantum prætendatur purgario moræ, & creditorem in mora constituere, tunc etiam in re mobili sufficiet sola oblatio realis. l. si per te. 9. C. de vsuris. l. qui decẽ. 72. ff. de solution. & tradunt Paul. hîc nu. 8. Alex. nu. 7. Non obstat tertia difficultas, quia respõdetur, quòd maritus offerendo, in nihilo obligat vxorẽ, sed tantũ offerendo, illã in mora constituit, & ius ad puniẽdam morã vxoris, inducit effectus, de quibus in hoc text. Defensa sic conclusione huius text. quia tamen hîc est locus præcipuus in hac matera oblationis, ideò ad perfectam explicationẽ materiæ, nonnullas in ea proponam cõclusiones, quarum prima sit: Sola oblatio verbalis regulariter nullos effectus in iure producit. Bart. receptus l. prætor ait. §. si quis paratus. nu. 1. ff. de noui operis nuntiat. & suprà diximus: & ideò neque purgat moram iam incursam neq; aduersarium in mora cõstituit. Iason. l. si ita quis. §. Seia cauit. à num. 18. ff. de verbor. obligat. ex hoc reprobans Bart. contrariũ sentientem l. acceptam. 1. lect. numer. 1. C. de vsuris. Qui tamẽ non merẽtur reprehendi, quia tãtũ dicit, solã oblationem purgare moram, non autẽ inducere liberationem: allegat. l. illud. §. de peric. & comod. rei vend. non tamẽ declarat Bart. se loqui in oblatione verbali: & ideò intelligendus est de oblatione reali, ex eodem Bar. d. §. si quis paratus. & in specie ita Bartolũ saluat Ripa. l. si insulã.

51 num. 66. ff. de verbor. oblig. † Habet tamen hæc cõclusio aliquas limitationes, de quibus per Hieron. Gabrielem consil. 36. num. 64. lib. 1. ego circa notabiliores insistam. Prima est, nisi ille, cui verbalis fit oblatio, dicat expressè se nolle recipere: nam tunc ea oblatio verbalis trãsibit in vim realis, & omnes operabitur effectus, quos realis solet producere: nã frustra exigeretur præsentia rei oblatæ, quam creditor dicit se nolle recipere: argum. c. 2. de dolo. & contumac. in. 6. & cap. venerabilibus. §. porrò. versic. sanè. de sentent. excõmunicat. in. 6. & ad glo. fin. c. pastoralis. de offic. ordinar. Bald. l. 1. num. 4. C. ne liceat in vna, eademque causa. Alexand. hîc numer. 6. Neguss. de pignorib. 2. memb. 3. part. 5. principalis. numer. 7. Iason. l. si ita quis. §. Seia cauit. nume. 19. ad finem. ff. de verbor. obligat. Catellian. in memorabilib. verb. oblatio. latè additio Matthesilan. singul. 128. numer. 1. Boeri. decis. 124. numer. 26. Tiraquel. lib. 2. retract. §. 4. gloss. 6. nume. 21. Adde Fulgos. consil. 201. ad finem. Neuizan. consil. 49. numer. 5. Cassanc. consil. 41. à numer. 2. Capic. decision. 19. num. 2. exemplificando vt per Nattam consil. 631. numer. 4. lib. 3. Pro qua sententia videtur l. qui Romę. in princip. 122. ff. de verborum obligationib. nam ibi interuenit tantùm oblatio verbalis, & præsupponitur, eam legitimam fuisse, cùm tantùm ex eo reijciatur, quòd non fuerit facta congruo loco & tempore: quod quidem nulla alia ratione præsupponi potuit, quàm quòd creditor dixerit, se nolle eam solutionem recipere, vt ibi tradunt Cuman. Paul. & Alexand. num. 2. Zasi. numer. 5. & sic videtur ibi text. expressus pro communi. Nihilominus cõtrariam opinionem defendit Aretin. d. l. qui Romæ. in. 1. notab. & ibi Socin. numer. 5. Claud. hîc numer. 9. quia oblatio verbalis illegitima censetur, & sine effectu. Bart. d. §. si quis paratus. vnde perinde haberi debet, ac si facta non fuisset. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicat. Planè quando nulla facta oblatione, creditor dicit, se non esse recepturum solutionem, etiamsi offerretur, in nihilo sibi præiudicat. Bald. l. deberi. nume. 1. per illum tex. C. de fideic. libertat. † Secundò

52 expenditur. l. acceptam. 19. C. de vsuris. vbi text. in ptin. probat, quòd si offertur debitum, & creditor nolit recipere, non ob id debitor remanet liberatus, nisi debitor oblatã pecuniã deponat, & cõsig-

net:



net: ergo prout oblatio realis non habet vim depositionis, etiamsi creditor nolit

53 eam recipere, pariter & verbalis oblatio non debet habere vim realis, etiamsi creditor dicat, se nolle eam recipere. Tertiò videtur tex. l. qui decẽ. 72. in princ. ff. de solutio. vbi creditor recusauit accipere pecuniam oblatam: & tamẽ text. præsupponit, quòd vt per eam oblationem creditor constituatur in mora, debuit esse realis, vt ibi expẽdit Paul. post princip. Et tenẽdo hãc opinionẽ, ad rationes cõmunis facilè responderi poterit: nam ad primũ de. c. 2. de dolo, & contuma. lib. 6. respõdetur, terminose sed differẽtes: nam qui vocatus ad iudiciũ dicit, se nolle venire, videtur contẽnere iudicẽ, & ideò tanquã contra manifestũ contumacẽ procedi potest in absentia, & absq; alia citatione. c. venerabilibus. § porrò. vers. secus. de sent. excommunicat. in. 6. glos. final. ad finem. l. final. ff. de in integr. restitutione. Sed creditor, qui non vult recipere solutionem verbalem, neminem contemnit, sed eam tanquam minus legitimam non vult admittere: & ideò in nihilo sibi præiudicare debet. Neque etiam obstat d. l. qui Romæ. in

56 princip. ff. de verbor. obligation. nam cũ ibi præsupponatur, oblationem fuisse legitimam, debẽt præsupponi termini habiles. l. qui testamento. §. 1. ff. de testamẽt & sic est intelligẽdus text. de oblatione reali, quando debitor habebat pecuniã præ manibus, vt intellexerunt Iacob. de Aren. Albericus, & alij communiter d. l. qui Romæ. vt ibi Asserit Alciat. num. 8. & nihilominus non admittitur, quia nõ fuit facta congruo loco, & tempore. l. si solutũrus. ff. de solutionib. & sic hæc opinio aduersus Communem, videtur verior. Sed si quis Communẽ defendere vellet, etiam ad rationes contrariæ opinionis facilè respondebit: nam ad primam, quòd oblatio verbalis cẽsetur minus legitima, id negandum est, quia imò legitima cẽsetur: quanuis si creditor eã non recuset accipere, careat effectibus

53 realis oblationis. † Et ideò cùm exse sit legitima, effectus facilè recuperabit, propter repugnantiam creditoris: vt in simili probatur. l. cùm hic status. §. siue autẽ. ff. de donationibus inter virum. Item, & quòd minus legitimè factum est, propter id quod posteà superuenit, confirmatur. Vnde videmus, quòd & citatio minus legitima, per comparitionem citati confirmatur. gloss. l. 1. §. 1. verbo, sententia. in fine. ff. de ferijs. Felinus cap. 1. num. 18. de iudic. Hippoly. l. de vnoquoque. num. 43. ff. de re iudicat. Non obstat secundũ de. l. acceptã. 19. C. de vsuris. nã respõdet elegãter Iason d. l. qui Romæ. in princ. nu. 10. ad finem. quòd ideò oblatio realis non habet vim depositionis, quia oblatio realis fit parti, & depositũ debet fieri apud tertium: sed oblatio verbalis fit parti, & etiam realis, & ideò facilè verbalis potest acquirere vires realis, iuxta regulam. l. in rem actio. §. item quæcumque. ff. de reiuẽdication. cap. 1. de sacra Vnctione. Non obstat tertium, quia dict. l. qui decẽ. ff. de solutionib. generaliter loquitur de oblatione, & sic potest etiam intelligi de verbali, quæ tamen propter recusationem creditoris transiuit in realem, iuxta Communem de qua suprà: & in specie tradit Cassan. consilio. 41. numero. 3. Inuenio tamen, quòd has opiniones concordat Alciat. dict. l. qui Romæ. in princip. num. 8. quòd aut creditor, cui verbaliter offertur pecunia, respondit, quòd etsi pecunia realiter offerretur, tamen eam non reciperet; & tunc procedat communis opinio: frustrà enim realis oblatio fieret illi, qui iam declarauit se illam non esse recepturum. Si autem simpliciter recusauit accipere, magis credendum est ideò noluisse eam admittere, quia sciebat eam oblationem nullum sibi afferre præiudicium: & quia sciebat ius suum durare, eam recusauit accipere:

argu.l.ſicut.§.non videtur.ſ.quib. mod. pignus. Et quia in dubio magis hæc debet fieri coniectura,&interpretatio,quã conuertere oblationem verbalem in realem,præter partis intẽtionem. Addo, q; eandem concordiam poſuerũt Claud. hîc num.10.Caſſane. conſil. 41. num. 3. dum dicunt, quòd oblatio verbalis creditori facta,illi non prẹiudicat,niſi declaret,nolle ſe illam quocumq; modo recipere: † vt in ſimili etiam tradit Alexan. hîc nu.8.ad finẽ.Vnde à fortiori, ſi debitor verbaliter offerat,& creditor taceat, & nihil dicat,nihil præiudicabit illi prædicta oblatio.Alex.l ſi ſeruus.in fin.ſ. de vulgari.Ripa.l.quod te.nu.20.ad fin.ſ.ſi cert.petat.Iaſon.d.l.qui Romæ.in prin. nu.11.ĵ.de verbor.obligatio.Roland.cõſil.53.nu.37.lib.1.quidquid contradicat Neguſ.de pignorib.3.memb. 3. partis. 5. principalis.nu.9. & Cephal. conſil. 207. num.58.lib.2.allegando Barto.l. prætor ait.§.ſi quisparatus.in fin.ĵ.de noui oper. qui tamen loquitur,quando oblatio eſt realis:nam ſi tantùm fuerit verbalis,creditor tacendo,in nihilo ſibi præiudicat, iuxta ſuprà tradita. Secũda principalis limitatio ad concluſionẽ de qua ſuprà, ea eſt,ſi verbalis oblatio fiat in iudicio: nã tunc habebit vim realis oblationis,depoſitionis,& conſignationis: ita vt producat liberationẽ omnimodam.l. ſi rem.9. §.fin.& ibi Bart.in fin.ſ.de pignor. actio. Et quanuis in eo text.clarè non exprimatur,eam oblationem fuiſſe verbalem:tamen eũ procedere etiam hoc caſu probat Goffred.l.ſi ita hæres.ad fin.ĵ.de cõditio.inſtit. Iaſon.l.qui Romæ.in princ. num.11.ĵ.de verbor.obligatio.&.l. quidam æſtimauerunt.num.2. poſt mediũ. ſ.ſi certum petatur.Corne.conſil.85.numer.8.lib.4.Ripa.l.ſi inſulam.nu.70.ĵ.de verbor.obligatio.Boeri.deciſio.124.nu. 27.& num.29.Loriot tractatu de mora. axiomat. 19.Hippoly.Riminald. conſ.5. à num.81.lib.1.Marcus Anto.conſ.631. nu.3.lib.3.Adde Ripã.l.quod te. nu.20.

ſ.ſi cert.petat.aſſerẽtẽ, oblationẽ verbalẽ hoc caſu veſtiri, & confirmari calore iudicij.Sed cauendũ eſt, quia imò receptius eſt,oblationẽ verbalẽ in iudicio facta nullos effectus producere,ſed requiri,eam eſſe realẽ:ita enim eſſe de mente DD.aſſerit Neguſ.de pignorib.3.mẽbr. 3.partis.5.principalis.nu.5.ad fin.ex hoc reprehendens Corne.conſ 85.nu.8.lib. 4. ſentientẽ,in iudicijs,oblationẽ verbalem ſufficere.Qui tamen non meretur reprehẽdi,quia apertè loquitur de offerẽte in iudicio,qui pecuniã habebat præ manibus: & prædictam opinionẽ clarè ſenſit Bar.l.item liberatur.§.qui paratus. poſt princ.ſ.quib.mod.pignus.& ex profeſſo defendit Deci.l. quidam æſtimauerunt.nu.2.ſ.ſi certum petat.additio Mat
55 theſil.ſing.128.num.4.l.†& ſentit.glo.2. l.ſi reſiduũ.C.de diſtract.pignorũ.quam extollit Aluiſius de Albertis, ſingul. 49. Vnde ſpecialitas oblationis factæ in iudicio,in eo conſiſtit,quòd licèt oblatio realis facta extra iudicium,non liberet pignus,neque impediat venditionem,neq; offerenti tribuat pignoratitiam actionem:quia ad hoc vltra oblationem realem, requiritur depoſitio, & conſignatio.l.ſi priusquam.C.de diſtractio.pign. tamen ſi oblatio realis fiat in iudicio,tũc ſola liberat pignus, & conſequenter impedit illius venditionem, & offerenti tribuit pignoratitiam actionem. d. l.ſi rẽ. 9. §. final.ſ. de pignoratitia actione. & ita gloſſ. l. item liberatur. in principio. verbo, ſoluere. ſ. quibus modis pignus. gloſſa. 2. l. ſi priuſquam. & ibi Salicetus ad finem. C. de diſtractione pignorũ. notabiliter Bartolus.l. final. numero.4. ſ. de diſtractione pignorum.Et ad hunc modum ſunt explicandi Paul.hîc num. 10.Aretinus column.4.in principio.Baldus.l.acceptam.numer.15. C.de vſuris. Ripa.l.ſi inſulam.num.70. ĵ. de verborũ obligatio.Boeri.deciſio.124.nu.29.dum prædictæ ſpecialitatis faciũt mentionẽ. Quinimò aduertendum eſt,quòd liberatio



ratio,quæ ex dicta ſpecialitate reſultat, non eſt generalis, ſed reſtringitur ad liberandũ pignus:ac ita debitũ principale adhuc ſubſiſtet. Quãuis igitur in ſpecie d.l.ſi rẽ.§. fin. quaſi liberato pignore per oblationem realem factam in iudicio,creditor obtineat pignoratitiam ad repetendum pignus pro debito principali datũ,iuxta.§.fin.Inſtit.quib. mod. re contrahit.obligat. tamen creditor debitum principale liberè petere poterit: quia per illã oblationẽ realem, debitor non cẽſetur liberatus à debito principali:& ita Bart.l.ſi debitor.num.1.ĵ.de ſolutio.Deci.l.quidam æſtimauerũt.nu. 2.ſ. ſi certũ.petat. & aſſerit receptum Neguſ.de pignor.3.memb.3.partis.5. principalis.num.5.Et rationẽ differẽtiæ reddit Salicet.l.acceptam.col.fin. C.de vſuris. Vt igitur debitor omninò liberetur etiam à debito principali, vltra oblationem realem,debet deponere,& conſignare,iuxta regulam.l. obſignatione. C. de ſolutio.tradit Matthesil. ſingul. 127. Et alia de materia d.l.ſi rẽ.§.fin. vide per Aretin.hîc col.4.poſt prin.&. l. ſi ſeruus. num.5.ĵ.de vulgari.per Imol.l. ſi inſulã. n.10.ĵ.de verbor.obligatio.† Tertia prin
56 cipalis limitatio ad regulã de qua ſuprà, deducitur ex.l.pen.ſ.de reſcind. vendi. vbi probari videtur, quòd ſi debitor fiſci verbaliter dixerit ſe eſſe paratum ſoluere: & nihilominus res debitoris poſteà vendatur,propter illam oblationẽ,venditio poſteà facta reſcindetur: & ibi notant Bart.& Bald.&dicit receptũ Fulgoſ. nu.2.tradit gl.2.l.ſi reſiduũ.C.de diſtractio.pignor. Et hũc ſolũ effectum oblationis verbalis in iure reperiri, expreſſũ aſſerit Bartol.l.prætor ait.§. ſi quis paratus.ad finẽ.ĵ.de noui operis.&.l.acceptã. numer.2.C.de vſuris. & notabiliter ampliat Paulus.l. final. num. 2. C.ſi aduerſus fiſcum.ſubſcribit Alexand.hîc num. 4. in ſecũda limitatio. & receptam eſſe concluſionem aſſerit Neguſ. de pignor. 2.memb.3.partis.5.principalis. num.4 additio Matthesil.ſingul.127.nu.5.Cæterùm hanc limitationem non admittũt Bald.l.acceptam.num.7. & ibi Paul. nu.11.C.de vſuris. Neque Salic.l.ſi reſiduũ.C.de diſtract.pig. neq; Roman.hîc nu.21.Aretin.col,3.poſt med. & Claud. numer.5.nam ſi verbalis oblatio nõ purgat morã,vt ſuprà dictũ eſt: ergo neque poteſt facere, vt reſcindatur venditio propter moram facta de bonis debitoris.Neq; pro contraria opinione facit. l. pen.ſ.de reſcindend.vend. quia reſpondet Salicet.l.ſi reſiduum.in fine.C.de diſtractio.pignor.quòd ibi cauſa reſcindẽdi venditionem,non fuit oblatio verbalis,vt communis præſupponit: ſed potiùs,quia cùm debitor profeſſus eſſet,ſe velle integrũ vectigal exoluere,& quòd non venderetur pignus:& nihilominus poſteà prædium fuit venditum pro minori pretio, quàm deberetur pro vectigali integro, reſcinditur venditio in fauorem fiſci, ne aliàs remaneat fraudatus in vectigali ,quod ſibi debebatur: & hunc intellectum, Saliceto non relato, probarunt Aretinus hîc columna.3. ad finem. & Claudius numer. 5. Sed is intellectus non placet, quia vt procedat, oportet præſupponere, debitorẽ vectigalis nulla alia habere bona ad exoluendum vectigal, quàm fundum venditum. Neque enim aliter conſiderari poteſt fiſci præiudicium, cui poterat eſſe conſultum per alia bona ſui debitoris, quæ fiſco cenſentur tacitè hypothecata pro debito, & tributis. l. 1.C.in quibus cauſis pignus. l. 1.C. ſi propter publicas penſitationes. quod tamen manifeſtam continet diuinationem, quoad terminos dictæ.l.penul
57 timę. † Item, ſi verum eſſet in caſu dictæ.l.penultimæ. totum feciſſe damnum fiſci, ſequeretur, quòd vbi venditio facta eſſet minori pretio, quàm eſſet debitum fiſci, ſemper debitor poſſet reſcindere venditionem, ſi offerat ſe paratum eſſe totum debitum

exoluere,quia adhuc militat fisci fauor: & tamen id esset aduersus generalitatẽ l.1.C.si propter publicas pensitatio. & rationem text.l.si hypothecas.C. de remissio.pignor.Quare secundo loco Bar. l.final. num.10.j̃ de appellationib. recipiendis.existimat,quòd ea ratione in casu dict.l.penultim.rescinditur venditio, q̃ debitor obtulit se paratũ soluere integrum vectigal,& posuit se sub protectione iudicis,& ex illius parte protestatus est,ne fieret aliqua nouitas.Et hac ratione alienatio interim facta, tanquam attentatum reuocabitur per iudicem: dicitque hoc apertè probari d.l. penulti. sequitur Angel.Aretin.d.l.final.num.13. Neguſ. de pignorib. 1.memb. 6. partis. num.29. Sed & hic intellectus apertè diuinat quoad terminos d.l. pen. neque enim ex eo text. constat, quòd debitor posuerit se sub protectione iudicis, & illius nomine fuerit protestatus, ne aliqua nouitas interim fieret:quod tamen requiritur,vt censeatur extraiudicialiter appellatum, & sic vt interim factum,tãquam attentatum reuocetur. Neque enim in his terminis sufficit conqueri: sed oportet appellare,vel expressim, vel virtualiter,vt in specie colligitur ex.l. final.C.debitorem venditio.pignoris.tradit Innocen.c. quoad consultationem. in fin.de re iudicat.Imol.l.ille à quo.§.de testamento.col.fin.j̃.ad Trebellianum. Bene fateor prædictũ intellectum in se verum esse,& summè notandũ: ex quo desumpta fuit.Ordin.libr.3. tit. 62.§.8. Vnde pari ratione, si pro paruo debito vendatur pignus magni valoris, & antequam fieret venditio, ab exequutione appelletur ob prædictam rationem,iuxta tradita per gloss.l. ab exequutione.C. quorum appellatio. non recipiãtur. & per Bart.l.à Diuo Pio.§. in venditione. num.5.j̃.de re iudicat. interim venditũ
58 tanquam atẽttatum reuocabitur.† Quare tertio loco gloss.1.d.l.pen.s̃.de rescindend.vend.intellexit, ideò eo casu reuocari venditionem,quia non fuerunt obseruatæ solẽnitates, quæ in publicis subhastationibus iure requirũtur,de quibus l.1.C.fide instrument.lib.10. subscribit Bald.l.acceptam.nu.7.& ibi Paul.nu.11. C.de vsuris.Sed neq; iste intellectus placet,tũ quia diuinat,tũ etiam,quia ipsa vẽditio esset ipso iure nulla, & reuocaretur quatenus de facto processit.l.fin. ad fin. C.si aduersus fiscũ.& ibi Paul.nu.3.& Iacob.nu.5.l.1.&.2.C.de fide instrumen. lib.10.l.2.C.si propter publicas pensita. Vnde quarto loco Bald.d.l.acceptã. nu. 7.& ibi Paul.nu.11.aliter intelligũt,q̃ in casu d.l.pen. venditio fuit facta minori pretio,quã res valeret: & ideò quasi facta per gratiã reuocatur,iuxta tex.l.3.C. de iure fiscili.bro.10.l.2. C. de fide instrumentor.lib.10.l.fin. C. si aduersus fiscũ.l.si quos,C de rescind.vend.tradit glo.notab.l.1.in princ.verb. magni pretij.& ibi Bart.nu.8.j̃.de iure fisci.Ex quorũ mente colligitur, quòd oblatio non est causa immediata,vt rescindatur venditio,sed potiùs gratia illius, qui vendidit fundum:quæ gratia propter oblationem censetur probata: nam cùm debitor pro fundo vendito offerat integrũ vectigal,& minori pretio posteà res fuit vendita,ex hoc præsumitur per gratiam factam fuisse venditionem, & hac ratione retractatur. Et confirmatur is intellectus,quia quãdo ille, cui incũbebat vectigal exigere, vẽdidit rẽ debitoris fisci paruo pretio,cũ illa multũ valeret: ex hoc pręsumitur per gratiã,vel dolũ factã fuisse illã vẽditionẽ: ita videtur probare tex.l.2.C.de fide instrũ.lib.10.&.l.2. C. si propter publicas pẽsitatio.l.si quos. C. de rescin.vẽd.l.1.C.de præscrip.triginta annorũ. Et hac ratione gl.l.1.verb.omni. C.de fide instru.lib.10.& glo.l.1.verb.vili.C.de præscriptio.triginta annorũ. & ibi Bart.gloss.l.si quos.verb.æstimetur.C. de rescind. venditione. inter requisita vẽditionis factæ per fiscum, illud ponit, quòd vẽditio fiat iusto pretio: & subscribit Angel.§.fin.ad finẽ.Institu.de vsucapio.& sic sentiũt,quòd si res venditur viliori pretio,quàm vale at, ex hoc posit
59 rescindi illa venditio: † & clarè voluit Fulgos.l.1.num.2.C.de præscriptio. triginta annorũ.inquiens, quòd licèt vendenti rem propriam non succurratur, nisi læsus sit vltra dimidiam iusti pretij. l.2.C.de rescinden.vendit.tamen quando per fiscum venditur res debitoris, illi succurritur, si ea venditio iusto pretio facta non sit:& idem Salice.l.si quos. ad finem C.de rescind.venditio.Qui tamẽ ita intelligendi sunt,vt propter læsionẽ, principaliter non rescindatur venditio, sed quia per gratiam, vel dolum præsumitur facta,iuxta suprà tradita:& ita Lucas de Penna.l.2.ad medium. C. de fide instrument.libr. 10. & ibi sentit Bartol. num.2.Gamma decisio.40.nu.6.Et vlterius confirmatur prædictus intellectus: quia in venditionibus faciendis per officiales fisci,debet obseruari bona fides.l. 2.C.si propter publicas pensitationes. l. 3.§.diui.j̃.de iure fisci.& qui rem magni pretij vili pretio vendidit, non videtur obseruasse bonam fidem. l.magis puto. §.ne passim.vers.item prætor.j̃. de rebus eorum.l.1.iuncta gloss.verbo,dolo.C. si vendito.pignor.agatur.& glos.fin.l. quã diu. C. de distract. pignorum. Bartol. l. alio.num.3.in fine.& nu.14.j̃.de alimen. & cibar.legatis.&.l.fin. num.3.in fine.s̃. de distract. pignor. Gamma decisione 77.num.4. Sed licèt ex his prædictus intellectus videatur verus:tamen mihi nõ placet.Primò,quia præsupponit,propter oblationem debitoris, quòd soluere t in tegrum vectigal, venditionem factam minori pretio præsumi fuisse iniustam. Quod tamen non est verum: quia venditio facta in publica subhastatione, præsumitur iusto pretio facta.l.1. C. de præd.decurio.lib.10.& ibi Bartolus, & Angelus:& quòd debitor obtulerit soluere integrum vectigal,non arguit rem illam plus valere, quàm pro pretio quo vendita est, cùm ipse debitor potuerit habere affectionem ad rem suam: & ideò plus pro ea offerre,quàm re vera valeret.Secundò,quia præsupponit prædictus intellectus, quòd si venditio fiat minori pretio,quàm res valeat,ex hoc præsumitur facta per gratiam, vel dolum officialium fisci. Quod tamen est contra regulam generalem.l.quoties.§. qui dolo.s̃.de probationib.&.l.dolus. C. de rescinden.vend.& ideò addictio etiam facta minori pretio, non præsumitur facta per gratiam,vel dolum, nisi id clarè
60 probetur:† vt apertè probat.l.3.C.de iure fisci.lib.10.& ibi Platea in fine.l.final. C.si aduersus fiscum. & ibi notat Areti. in fine.Idem colligitur ex.l.3.§. fin. post medium.s̃.de eo quod certo loco.l.creditor.4.C.de distractio.pignor.l.1.C.de præscriptio.triginta annorum.l. 1.C. si vendit. pignore agatur. tradit Bald.l.3. in fine.C. eodem titulo. Vnde in terminis.l.1. C. si vendito pignore agatur. ille qui allegat, per gratiam, vel dolum factam esse venditionem, debet hoc clarè probare, vt tradit Fulgosius consilio.126. numero.3. quidquid contrarium sentiat glo.dict.l.1. verbo, dolo facit.l. si cessante.C. de distract. pignorũ.&elegans traditio Bald.l.2.in.3.oppositione. C. de rescindenda venditione. Neque obstant suprà adducta pro prædicto intellectu: nam ad primum respõdetur, quòd in dict.l.penultim.non constat, vẽditionem illam factam fuisse per gratiam: neque hoc in dubio est præsumendum, nisi clarè de hoc constet, vt constat ex suprà traditis. Non obstat secundum,quia non est verum, quòd ex hoc quòd venditio reperiatur facta minus iusto pretio,pręsumatur facta per gratiã,vel dolũ,nisi id clarè probetur,vt suprà probauimus:& iura adducta in cõtrariũ,si bene aduertas,loquũtur quãdo gratia,vel dolus notorius est, vel ,de illis aliàs cõstat.l.3.C.de iure fisci.lib. 10.l.si quos.C.de rescin.vend.vt aduertit Ang.

l. pretia rerũ. §. 1. nu. 3. ff. ad legem Falcid. Vnde Doctores qui dicunt requiri, venditionem factam per officiales fisci, debere esse factam iusto pretio, debent intelligi in eo sensu, vt si probetur per gratiã, vel dolũ id factũ fuisse, rescindi possit ea venditio: sed tamen de hoc debet constare, vt clarè probat d. l. 3. C. de iure fisci. lib 10. & l. fin. C. si aduersus fiscum. Et ad hũc modũ debet declarari. l. 2. C. si propter publicas pensit. Nõ obstat tertiũ, quia id quod dicitur, quòd non videtur vsus bona fide, qui rẽ magni pretij vendidit pro paruo, debet intelligi, quãdo id scienter, & propria authoritate, nõ adhibita necessaria diligentia ad inueniendos emptores fecit. Sed si res venditã est in publica subhastatione, & adhibita diligentia, nõ inuenitur alius, qui plus pro ea daret, cessat omnis præsumptio malæ fidei. l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10. l. mortis causa. 18. §. fin. ff. de donatio. mortis causa. Maximè cùm venditio ob tributa non fiat, nisi præcedente permissione præsidis. l. 2. & l. final. C. si propter
61 publicas pensitatio. † Et iuxta hæc venit explicandus text. l. 2. C. de fide instrumẽtor. lib. 10. vbi rescinditur vẽditio, si per gratiam res magni pretij vendita est pro paruo debito: & si ea venditio fuit facta in damnum rationũ fiscaliũ: nam videtur sentire, quòd vt prædicta venditio rescindatur, requiratur, quòd per eam inferatur non solũ præiudicium debitori, sed & fisco: vt expendit Pinel. l. 2. C. de rescind. vẽditio. 2. parte. cap. 2. num. 19. nam ex prædictis dicendum est, quòd vt rescindatur venditio, ex eo quòd res magni pretij pro paruo vendita est, oportet, quòd id fiat per gratiam, vt probat d. l. 2. ibi, Gratiosam. & tunc non requiritur, quòd etiam fiat præiudicium fisco: nam ob primam tantùm causam rescindetur. l. 3. C. de iure fisci. lib. 10. l. fin. C. si aduersus fiscum. Quòd igitur in d. l. 2. fit etiam mentio præiudicij fisci, non est intelligendũ id esse necessariũ ad rescissio-

nem venditionis, sed quòd ita euenit. Et poterit exemplificari, quando debitor ille alia bona nõ habebat, ex quibus posset satisfacere fisco: vel etiam quia debebat præterita tributa, pro quibus licèt possessor quilibet conueniri posset. l. Imperatores. ff. de publican. non tamen ille possessor, qui à fisco causam habet. l. final. & ibi Bart. C. de fide instrumentor. lib. 10. In quibus casibus dicendũ est, fiscũ posse reuocare eam venditionẽ, etiã si non probaretur per gratiam, vel dolũ factam fuisse: nam prout Respublica restituitur. l. Respublica. C. ex quibus causis maiores. ita etiam & fiscus. Boeri. decisio. 79. num. 4. & decisio. 265. Rebuff. l. bona ciuitas. 15. colum. 1. ff. de verbor. significat. Aretin. hîc col. 3. ad finẽ. probat. l. 10. tit. 19. part. 6. & ita de stylo, & cõsuetudine obseruari asserit Guido decisio. 302. Vnde prout minor læsus circa pretiũ restituitur. l. si quidẽ. C. de præd. minorũ. ita & fiscus. Alberic. l. etsi fine. §. quæsitũ. ad fin. ff. de minorib. Quam restitutionẽ ei iudex ex officio suo potest concedere. Aretin. hîc col. 3. ad fin. Vel cùm fiscus non habeat superiorẽ, absq; alia restitutione rescindetur prædicta venditio. Zasi. l. princeps. num. 6. ff. de legib sentit Ordin. lib. 2. tit. 17. §. 22. ad finẽ. Et in hoc sensu potest accipi. l. 1. post
62 princ. ff. de iure fisci. quanuis glo. ibi. verbo, magni. aliter intelligat. † Reiectis igitur prædictis intellectibus, verus intellectus ad d. l. pen. ff. de rescinden. vend. ille esse videtur, quòd ibi fuit oblatio realis: arg. l. cùm possessor. §. final. ff. de censib. non autem verbalis, vt est de mente glo. 2. ibi, & probabit tex. quòd licèt propter oblationẽ realem, factam extra iudiciũ, non impediatur venditio rei pignoratæ, nisi sequatur depositio, & consignatio. l. si prius. C. de distract. pignorũ. & ibi gloss. & Salic. in fine. gloss. l. item liberatur. §. 1. verbo, soluere. ff. quib. mod. pignus. l. 2. C. debitorem venditio. pignoris. tamen sola oblatio realis in specie dict. l.

pen.



pen. impediet venditionem pignoris, & factam reuocabit. Et est ratio, quia in specie illius text. fundus vendebatur propter vectigal non solutum Reipublicæ, quasi propter hoc fundus incidisset in commissum, iuxta. l. final. C. de exactorib. tributor. lib. 10 & l. cùm possessor. §. final. ff. de censibus. l. 1. & 2. C. si propter publicas pensita. Et speciale est in debitore vectigalis, vel tributi, vt si realiter offerat pecuniam, & officialis cui incumbebat, iuxta. l. 2. C. si propter publicas pẽsitat. noluit eam accipere, excusetur ab hoc commisso, ita vt propter eam causam fundus vendi non possit. l. 1. C. de susceptorib. lib. 10. & ibi Platea num. 1. ad finẽ. Salic. l. acceptam. num. 15. C. de vsuris. Goffred. l. si ita quis. num. 11. ad finem. & seq. ff. de cond. instit. Facit. l. fin. §. final. ff. de publican. & quod Paul. l. fin. nu. 2. C. si aduersus fiscũ. Hæc igitur fuit vera causa, propter quam præses rescindit venditionem in specie d. l. pen. Quare tò limita conclusionem de qua suprà, vt sufficiat oblatio verbalis, dummodo offerens dicat, quòd in continenti realem faciet: argumen. l. si is à quo. ff. vt in possess. legator. & ita Imol. l. si plures. num. 3. ff. de fideiussorib. Alexand. l. 4. §. ait prætor. ad finem ff. de re iudicat. dũmodo in continenti realẽ faciat, vt promisit; quia tunc videtur à principio realẽ fecisse: argumen. l. lecta. ad finem ff. si certũ petat. Alexan. hîc num. 4. ad finẽ. Vltimò limita conclusionem de qua suprà, vt procedat, quando debitũ est liquidũ: nã si non fuerit liquidũ, sufficiet sola oblatio verbalis, quòd debitor paratus est soluere, quidquid liquidabitur. l. si residuum. C. de distract. pignor. † Generale enim est,
63 quòd vbi debitum non est liquidũ, sufficiet oblatio verbalis prædicto modo facta. l. statuliber. 5. ff. de statuliber. sentit gloss. 2. l. obsignatione. C. de solution. gloss. 2. l. acceptam. C. de vsuris. Et est ratio, quia id quod non est liquidum, non potest realiter offerri. Corne. consil. 85. num. 6. libr. 4. Beroi. cap. 1. num. 34. ad finẽ. de restit. in integ. & ideò hoc casu lex contenta est oblatione verbali, cui in eo tantùm locus esse potest. Et hinc dicit Bart. l. final. num. 4. ff. de distract. pignor. quòd vt impediatur venditio pignoris, quam creditor vult facere, antequam liquidetur debitum, debet debitor petere à iudice calculatores, qui rationes inspiciant, & declarent, quid liquidò debeatur, & verbaliter dicat, se paratũ esse soluere, quod liquidabitur. l. si residuũ. C. de distract. pignor. subscribit Aretini consil. 142. num. 14. Et expende, quòd Bart. sentit, non requiri hoc casu offerri fideiussores pro eo quod liquidabitur: sed satis esse fieri oblationem verbalem, modo de quo suprà: & ita aduertit Alexand. l. 4. §. ait prætor. num. 2. ad finem. ff. de re iudicat. & ibi Ripa num. 8. Aretin. l. si seruus. nu. 4. ff. de vulgari. Iason. l. prætor ait. §. 1. num. 7. ff. de noui oper. Negus. de pignor. 2. memb. 3. part. 5. principalis. num. 5. Habet nihilominus hæc limitatio duas arduas difficultates. Prima est, quòd non potest quis videri in mora, quandiu ignorat quantum debeat. l. nõ potest videri. 99. & ibi Deci. ff. de regulis iuris. glo. l. si residuũ. C. de distract. pign. Et ideò Bald. l. acceptam. num. 11. C. de vsuris. pro regula tradit, quòd pro non liquidis nunquam debitor videtur in mora constitutus, antequam per iudicem declaretur quantitas debita. Et est communiter receptum, vt asserit Alexand. consil. 46. num. 3. libr. 2. Ruin. consil. 64. num. 15. lib. 1. ergo cùm ante liquidationem non sit in mora, frustrà videtur exigi oblatio verbalis, de qua suprà. Secunda, quia præsupponit prædicta limitatio, quòd in non liquidis sufficit oblatio verbalis ad impediendam pignoris venditionem, quantumcunque non offerat fideiussores pro liquidandis: & tamen in contrarium vrget. l. statuliber. 5. & l. seruus si hæredi. 34. §. final. ff. de statulib. in quibus probatur, in non liquidis fa-

ciendam esse oblationem verbalem, & pro eo quod liquidabitur, dandos esse fi
64 deiussores: † notat Cæpolla cautel. 27. Alexan.consil.24.num.9.lib.4.Iason.l.1. num.2.s.qui satisda.cogantur.&.l.quod te.num.8.& ibi Purpura.num.76.s.si certũ peta. Sed defendendo receptam limitationem, ad primam difficultatem respondetur, verum esse, quòd antequam liquidetur debitum, non potest debitor videri in mora respectu solutionis: & cõsequenter non est necessaria oblatio ad purgandam hanc morã, quæ ante oblationem nulla est: sed quando creditor petit debitum non liquidum, & debitor opponit, quòd non est liquidũ, videbitur esse in mora liquidationis debiti, & soluendi id quod liquidabitur, nisi faciat oblationem suprà relatam, vt diximus. l. diuortio. §. fi. s. eo. quod clarè probat. l. si residuũ C. de distract. pignor. dum præsupponit, quòd etiam quando debitum non est liquidum, debet debitor facere oblationem, de qua suprà: & quòd aliàs creditor potest vẽdere pignus: ergo censetur in mora cõstitutus, respectu liquidationis debiti & soluẽdi id quod liquidabitur, nisi prædictam faciat oblationẽ: neq; enim absq; mora debitoris præcedẽte, creditor potest vẽdere pignus. l. cũ soluẽdæ. 4 s. de distract. pignor. l. soluitur. in fin. princip. s. quib. mod. pignus. l. debitores. 10. cum gl. C. de pignorib. tradit Bar. l. fi. n. 3. s. de distract. pignor. &. l. 3. nu. 17. & ibi Salic. nu. 28. C. de pignor. Adeò quidẽ, vt licèt quando interuenit expressum pactũ, quòd creditor posset vẽdere pignus, posit vendere, absq; alia debitoris requisitione. glo. l. creditor. 4. verb. testato. C. de distract. pignor. quã extollit Roman. singul. 469 Iason. l. fin. num. 5. C. de iure emphyteu. tamẽ vt legitima cẽseatur pignoris vẽditio, oportet, quòd debitor prius fit constitutus in mora, respectu debiti principalis. Paul. l. si conuenerit. 1. num. 2. s. de pignoratit. actio. Neguſ. de pignorib. 1. mẽb. 6. part.

num. 1. Si autem prædictum pactum nõ sit interpositum, tunc non solùm erit necessaria mora debitoris, vt pignus vendi posit: sed debet creditor prius denũtiare debitori, quòd soluat cũ protestatione, quod aliàs vẽdet pignus. † l. fin. post
65 princip. iuncta gloss. verbo, ex denũtiatione. C. de iure domi. impetrand. Neguſ. de pignorib. 1. mẽb. 6. partis. num. 2. Quinimò si pactum sit interpositum, ne pignus vẽdi posit: non obstante pacto vẽdi poterit, si ter moneatur debitor, q; soluat, cum protestatione, quod aliàs pignus vẽdetur, vt probat text. elegans. l. 4. s. de pignora. action. de cuius intellectu notabiliter agit Pinel. l. 2. C. de rescind. vend pag. 86. à nu. 4. Vt igitur euitetur mora in non liquidis, debet vti debitor remedio d. l. si residuũ. sed postquã fuerit liquidatum debitum, poterit statim vẽdi pignus: quia satis debitor censetur in mora constitutus, si quantitatem liquidatam non soluat. l. 2. ad finem. C. de vsuris, & fructib. legator. sentit Bald. l. acceptam nu. 11. C. de vsuris. ita vt in terminis d. l. si residuum. postquam debitũ fuerit liquidum, oporteat realiter illud offerri, vt impediatur pignoris venditio, vt text. ille sentit, & tradit Bart. l. fin. nu. 4. s. de distract. pignor. Et ideò Bald. l. cũ testamento. nu. 4. C. de testamentar. manumiſ. meritò tradit, quòd liquidato debito, debet purgari mora solutione eius quod debetur. Sed tamen aduertendũ est, quòd Bart. l. 3. num. 17. C. de pignor. apertè vult, quòd licet debitum sit liquidatum, tamen vt pignus vendi posit, oportet, quòd creditor interpellet debitorem, vt summam iam liquidatam exoluat, iuxta regulam. l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligat. Pro concordia dicendum est, quòd postquam debitum liquidatũ est in iudicio, videtur de eo liquere ex probationibus factis in iudicio, etiam antequam iudex per sententiam suam id declaret. l. 2. adiuncta gloſ. verb. diffiniet. C. de vsuris, & fructib. legator.

Solæ



Solæ enim probationes absq; sententia, faciũt rẽ manifestam. cap. cùm olim. de verbor. signific. l. fin. C. de reb. credit. ita ita vt super liquidato per probationes, procedi posit summariè, & via exequutiua, vt post Bart. resoluit Alex. l. 1. nu. 13. ff. de legat. 2. Ruin. consil. 64 à nu. 16. lib. 1. In his igitur terminis, quia adhuc nõ est lata sententia, vt quid posit prætendi tanquam cõtra morosum, necessaria
66 erit interpellatio, † iuxta regulã d. l. si ex legati. Et in his terminis potest admitti: quod sentit Bart. d. l. 3. n. 17. C. de pign. Sed postquã facta fuerit declaratio per iudicẽ, per solã sentẽtiã videbitur in mora constitutus. l. 3. in princ. s. de vsuris. & videtur tex. l. 2. in fin. C. de vsuris & fructib. legato. tradit Bald. l. acceptã. nu. 11. C. de vsuris. Vnde notab. infertur, q; si rationes calculandæ sint cõmissæ discussori, vel arbitro, iuxta d. l. residuũ. &. l. 2. C. de vsuris & fructib. legator. cùm horũ sit officiũ computare, & referre iudici, qui iuxta eorũ relationẽ debet sententiã ferre. l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. & ibi Bart. num. 6 idẽ Bart. cons. 149. n. 2. Bald. d. l. 2. n. 4. in fin. C. de vsuris, & fructib. legator. Vnde in his terminis, cũ tantũ videatur liquere de quantitate, necessaria erit interpellatio creditoris, vt debitor videatur in mora cõstitutus, iuxta suprà tradita: sed si discussor, vel arbiter non solũ liquidauit debitũ, sed etiam in eo condẽnauit, prout potest facere, si velit. Paul. l. si cui libertas. ad finẽ. per illũ tex. ff. de cõdit. & demonst. Corne. consil. 43. n. 7. lib. 1. Stracha de mercatore. 2. parte. nu. 67. tũc à tẽpore condẽnationis cẽsebitur debitor in mora constitutus, iuxta suprà resoluta. Et hæc de prima difficultate. Non obstat etiam secũda difficultas de l. statuliber. 5. ff. de statuliber. nam distinguendum est, quòd aut quis tantùm vult purgare moram, vel ab illius incursu se defendere: & tunc si debitum non est liquidum, sufficiet offerre modo expresso in d. l. si residuum. C. de distract. pignor. Nam prout ea casu, per interpellationem verbalem creditoris, debitor in mora constituitur, nisi offerat: ita etiã & offerendo verbaliter prædictam moram purgabit. Bart. l. final. ad finẽ. s. de distractio. pignor. Baldus. l. acceptam. n. 7. C. de vsuris. Sed si offerẽs vlterius prætendat aliquod ius acquirere de nouo, procedit d. l. statuliber. cum similibus. & ita Aretin. l. si seruus. num. 4. ff. de vulgari. Benintendis decisio. 77. †notabili-
67 ter Ruinus videndus consil. 33. num. 7. lib. 3. Cephal. consil. 207. à num. 47. libr. 2. diximus. l. diuortio. §. fin. s. eodẽ. Et tenebis menti in hac materia, quòd vbi creditor habet iustam causam recusandi receptionem debiti, tunc per oblationem etiam realem, non videbitur in mora constitutus. l. qui decẽ. 72. in prin. ff. de solutio. ibi: Sine iusta causa, à contrario sensu, & ibi notat Paul. post princip. l. sciendum. s. de vsuris. Exemplum ponitur. l. si soluturus. 39. &. l. creditor. 102. ff. de solutio. l. qui Romæ. in princip. 122. ff. de verborum obligationibus. tradit Bart. l. sed si alia. num. 2. s. de constitut. pecun. Sadolet. l. quod te. num. 47. s. si certum petat. prosequitur Roland. consil. 53. num. 38. lib. 1. Menochius consil. 293. num. 10. lib. 3. Secunda principalis conclusio in hac materia sit: Ad sciẽdũ, quando sufficiat sola oblatio, vel etiam vlterius requiratur depositio, & cõsignatio, recurrendum est ad doctrinam Bar. l. acceptam. num. 3. C. de vsuris. Ex cuius dictis prima sit conclusio. Si actor in contractibus prætendat acquirere actionem de nouo ad aliquid petendum, nõ sufficit oblatio etiam realis, sed vlterius requiritur depositio, & consignatio: allegat. l. si à te. C. de pact. inter emptor. & ibi notant Bartol. & Salicet. adducit etiam. l. 1. §. sin autem socius. C. de commun. seruo manumiſ. & l. final. s. de lege commissor. subscribit Anchar. consilio 331. numer. 2. Roland. consil. 53. num. 35. libr. 1. additio Matthesil. singul. 128.

nu. 9.

num.9.Benintendis decisio.77. num.7. Cephal.consi. 207.num.47.libro.2. Ex qua conclusione inferri videtur, quòd in terminis.l.2.C.de pact. inter emptorem.cùm agatur de actione acquirēda de nouo,vt offerenti res,aliàs vendita,ei restituatur, non sufficiet oblatio quantitatis,sed requiretur etiam depositio, & consignatio:& ita gloss. penul.ibi allegat d.l si à te. & est magis recepta sentētia,vt constat ex plenè relatis per Tiraq. lib.1.retract.§.6.gloss.3.in princip.Hæc tamen communis conclusio nunquam mihi placuit:aduerto enim in iuribus suprà citatis stare per eum, cuius interest conditionem non impleri,ne scilicèt ea impleta teneatur rem restituere. Planè etiam in contractibus si stat per eum,cuius interest cōditionem non impleri,cōditio habetur pro impleta.l. iure ciuili.ʃ. de conditio.&demonstrationib.l in iure ciuili.ʃ. de regulis iuris. notat Corne.
68 consilio.236. num.46.lib. 1. † & in materia notabiliter Goffred. l. si ita hæres. num.4.ʃ.de condition. instit. & consequenter ex conuentione tanquam iam purificata per oblationē, debet offerenti competere actio,& obligatio.l.3.§. final.s̄. de condiction. causa data.l. si per te.9.C.de vsuris.&in specie videtur tex.l. 2. C. de pactis inter emptorē. nam ibi ille qui volebat sibi rem restitui, obtulit pecuniam,pro qua rem vendiderat, & ob hoc conditio restitutionis habetur pro impleta,ita vt à tempore oblationis incipiant fructus ad offerentem pertinere,iuxta regulam.l.fructus.C. de action. empti.vt expendunt Fulgos. dict.l.2.nu. 3. & ibi Paul.num.7.Cagnol.num.23.& ante eos Baldus.l.acceptam.nu.15.C.de vsuris.& ibi Paul.in fine.idem Paul.l si à te.in principio. C.de pact.inter emptor. & defendit Aretinus hîc colum. 4. post principium.& tenent multi alij, quos refert Boerius decision. 124.numero. 25. & num.27. Tiraq.libr.2.retract. §.4.glo. 6.num.2.Cassane.consil.41.num. 7. & notabiliter Ruinus consil.33.num.4. & 7.libr.3.ergo ex illo tex. ita intellecto apertè confunditur communis traditio. Et retenta hac opinione,non obstant argumenta suprà adducta in contrarium: nam ad primum de.l.si à te.C. de pactis inter emptorem respondet Bald. d.l.acceptam.nu.15.quòd in eo casu pactum ita erat conceptum, vt soluta pecunia fundus esset inemptus: & sic agebatur de rescindendo contractu iam facto; & hoc casu ad rescindendum,vltra oblationem,necessaria erit depositio, & consignatio:quia cùm agatur de rescindendo contractu,pretium acceptum debet cū effectu restitui per illum qui rescisso cōtractu vult suam rem habere.l.3.C.de iure fisci.lib.10 l.pen.s̄.de rescindend. vēditio. & consequenter requiritur oblatio,depositio,& consignatio, quæ loco solutionis sunt.l.obsignatione.C.de solutionib.Sed si non agatur de rescindendo contractu,sed de contractu de nouo inducendo,vel confirmando, tunc sola oblatio purificabit conditionem:& consequenter ex eo contractu, tanquam iā purificato daretur actio, vt probatur in dict.l.2. C.de pact.inter emptor. Quam Bal.responsionem probat Paul.d.l.acceptam.in fine.& d.l.si à te. num.1. Aretinus hîc colum.4.post principium. Cassaneus consil.41. num. 7. Boerius decis.
69 124.num.25.† Hippolytus Riminal.cōsilio.5.num.71.lib.1. Et potest confirmari ex traditis per Goffred. l. si ita hæres. num.5.ʃ.de cond.instit. vbi considerat, quòd qnando ponitur pactum resolutiuum contractus,mēs partium est,vt adueniente pacti conditione, resoluatur contractus,& perinde habeatur, ac si nunquam fuisset celebratus.l.3.s̄.de cōtrahēd.emptio.l.eum qui.§.cùm igitur. ʃ.de in diem adiectio.Sed si venditio nū quam fuisset celebrata,pretium proculdubio, quòd primus emptor accepit,esset illius, qui sub prædicto pacto rem emit:ergo oportet, quòd vt prædicto pacto



pacto locus sit,pretium ei soluatur verè, vel fictè. Quæratio cessat in pacto,qd nō non est resolutiuum contractus iam celebrati,& ideò tunc locum habet d. l. 2.explicata vt suprà. Sed nō placet hæc responsio,quia licèt in terminis de quibus suprà,pactum quoad verba videatur continere resolutionem contractus:tamen quoad ius attinet, non possunt inducere prædictū effectū,sed etiā quādo aduenerit conditio prædicti pacti,res retineretur per eum, qui eam emit, & pretium per eum qui rem vendidit: & oportet,quòd mediantibus traditionibus fiat prædicta resolutio: nam prout dominia traditionibus,& non conuentionibus transferuntur.l.traditionibus. C.de pactis.ita etiam vt resoluātur, traditionibus opus est. gloss. magna.ad fin. l. 1. C.de inoffic. donation.& ideò receptum est,quòd ex solo pacto legis cōmissoriæ,& addictionis in diem, dominium retransferatur ipso iure: & diuersum erit in alijs pactis,etiam ad eorum formam celebratis: vt tradit Bartolus.l. 1.numer. 10.ʃ. de donationib. Cuius opinio communiter recepta est, vt asserit Alexand.consilio.10.num.5.libro.1. Iason.l.ab emptione.numer.8.s̄. de pactis.Decius.l.traditionibus.num. 13. C. de pactis. & ibi Curtius Iunior numero 24. & alij relati per Couarru. resolutio. libro.3.cap.8. num.2. ergo in specie d. l.si à te. quantumcunque pactum videatur conceptum sub forma legis commissoriæ, non tamen resoluet contractum ipso iure, & sic cessat prædicto
70 rum consideratio. † Et confirmatur, quid eo casu, ille qui vendidit, rem tradidit,& accepit pretium:quod multum differt à pacto legis commissoriæ, in quo quidem traditur res, & tamen nō soluitur pretium, sed additur pactum, quod si pretium non soluatur intra certum tempus, res sit inempta: ergo cùm differat dict.l.si à te. à pacto legis commissoriæ, & sic non resoluatur contractus ipso iure, nihil impedit per solam oblationem videri purificatam conditionem,vt sic ex eo agi possit,vt ex vtrâque parte resoluatur contractus, iuxta prædictam conuentionem. Neque replices, imò verius videri in specie dict. l. si à te. ipso iure resolui contractum, restituta pecunia, iuxta verba pacti. Primò quia id colligitur ex verbis tex. dum vult, quòd post aduentum conditionis, aduersarius non potest retinere rem iure dominij, & sic præsupponit, dominium ipso iure retransferri, vt ibi expendit Paulus num.3. Item quòd verius videtur, quòd vbi pactum concipitur sub forma legis commissoriæ, habet etiam effectus prædictæ legis: & consequenter inducat translationem dominij ipso iure, vt tenent plures, quos refert, & sequitur Boerius decision. 124. num.27. Cassaneus consilio.41.num.7. Tiraquellus libro.2.retract. §.1.gloss.7. numer.15.vbi agnoscit,hanc esse magis communē opinionem, vt etiam agnoscit Couarr.resolution.lib.3.cap. 8. nu. 2.& dicēs pro ea videri text.expressum, cui non potest responderi.l. voluntate. §.fin.s̄.quibus modis pignus. Cuius Doctorum controuersiæ meminit Aymō consilio.101. num.3.Nam respondetur, his non obstantibus, imò primam opinionē veriorē esse, & magis receptam, pro qua est text.l.si prædium.C.de ædil. actio.vbi pactum simile legi commissoriæ, fuit celebratum,& text.vult, quòd aduenientē conditione,competat redhibitoria actio, per quam certum est, non rescindi contractum ipso iure, sed tantùm per eam cogi venditorē rem accipere,& pretium restituere.l. cùm autē. 23. §.Iulianus ait.s̄.de ædilit.edicto.Ergo idem recipiēdum est in pacto resolutiuo, formato ad formam legis commis
71 soriæ. † Quo fit, vt licèt resoluto pacto propter pactum legis commissoriæ,fructus retrò percepti debeant restitui venditori.l.lege commissoria. s̄. de lege cōmis

missoria. tamen diuersum erit in pacto illi simili, quia non rescindit retro ipso iure. Imol. cap. illo vos. colum. 4. ad finẽ. de pignoribus. Neque obstant suprà ad ducta in contrarium: nam ad primum de l. si à te. respondetur, text. quidem probare, quòd postquam pecunia restituenda, fuerit oblata, deposita, & consignata, non poterit aduersarius dominiũ rei venditæ retinere; non quia ipso iure dominium transferatur: sed potiùs quia per actionem ex vendito cogetur præcisè rem tradere: cùm illius tradendæ facultatem habeat, iuxta traditionẽ gloss. §. cùm autem. Instit. de emption. & venditione. & in specie Cagnolus l. 2. numero. 128. C. de pactis. inter emptorem. Neque etiam obstat. l. voluntate. §. final. s̃. quibus modis pignus. nam text. ille tantùm probat; quòd si creditor vendidit pignus, ac ita illius transtulit dominium, iuxta regulam. l. non est nouum. j. de acquiren. rerum dominio. &. §. 1. Institut. quibus alien. licet. si ea venditio quocumque modo resoluatur, dominium rei non reuertetur ad creditorem, qui illud transtulit, sed ad verum rei dominum. Non autem intelligas, q̃ reuertatur ipso iure; sed post factam restitutionem. Quod ex eo constat, quòd text. ille etiam ponit exemplum in homine redhibito propter vitiũ occultũ, quo casu certum est, dominium non retransferri ipso iure, sed mediante emptoris restitutione. l. cùm autem. §. Iulianus ait. s̃. de ædilit. edicto. Reiecta igitur responsione Bald. suprà relata, succedit secunda, quæ fuit: Fulgosij dict. l. si à te. ad finem. & Pauli ibi nume. 1. quòd in eo text. ita pactum fuit conceptum, vt soluta pecunia res esset inempta: ac ita vt pacti conditio verificetur, oportet quòd pecunia sit soluta, verè, vel fictè. Cæterùm in dict. l. 2. C. de pactis inter emptorem. pactum ita fuit conceptũ, vt oblata pecunia, res restitueretur, & ideò ad verificationem pacti, & conditionis in eo inclusæ, sufficiet sola oblatio: subscribit Cassaneus consil. 41. num. 7. & num. 17. Hippolytus Rimin.
72 consilio. 5. num. 71. libr. 1. † Sed neque hæc responsio placet, quia regula. l. iure ciuili. j. de condit. & demonstration. euincit, conditionẽ debere haberi pro impleta in vtroque pacto: cùm steterit per eum, cuius intererat, ne impleretur: & latissimè exornat Tiraquellus libro. 1. retractu. §. 1. glossa. 2. numero 7. Si igitur conditio habetur pro impleta, propter solam recusationem accipere debentis, hoc solùm sufficiet, vt in vtroque pacto, quasi ex contractu purificato, competat actio ad petendũ, quòd resoluatur contractus. Reiectis igitur prædictis responsionibus, vera respõsio ad d. l. si à te. ea est, q̃ ibi offerẽs nõ solũ volebat purificare conditionem, sed petebat, domum venditam sibi restitui, & in se transferri. Planè licet propter recusationem accipere debentis, contractus habeatur pro purificato, iuxta regulã dictæ. l. iure ciuili. tamen & quando contractus est purus, qui petit sibi rem restitui, tenetur pretium offerre, & illud soluere verè, vel fictè, illi, quem vult sibi rem restituere. l. Iulianus. §. offerri. cum gloss. s̃. de action. empti. obseruat Iason. l. si ita quis. §. Seia cauit. numer. 6. j. de verborum obligationibus. Et in specie Cephalus consilio. 207. numero. 53. libro. 2. Sed si tantùm vellet purificare conditionem, & acquirere actionem de nouo, vt posteà in nouo iudicio posit petere rem sibi restitui, ad hunc effectum sufficiet sola oblatio, iuxta suprà tradita: & ita Fulgosius. l. 2. numero. 3. C. de pactis inter emptorem. Vnde infertur elegans explicatio ad dictam. l. 2. C. de pactis inter emptorem. vt in terminis illius textus offerens acquirat actionem ad petendam restitutionem in alio iudicio: sed si vlterius deponat, & consignet pecuniam, in eodem iudicio pote-



poterit petere, quasi fictè soluerit, vt res sibi restituatur. d. l. si à te. Panormitanus consilio. 56. in principio. libr. 1. Infertur etiam explicatio ad dict. l. 2. in fine. dum probat, fructus pertinere ad offerẽtem, à die quo obtulit pecuniam: nam debes intelligere, pertinere ad eum ex regula. l. fructus. C. de actio. empti. debet tamẽ soluere vsuras pretij, pro quantitate fructuum, quos recipiet, † vt declarat Areti-
73 nus consilio. 158. numero. 14. Si igitur liberè fructus suos vult facere, oportet quòd vltra oblationem, debitorẽ in mora constituat per interpellationem: nam à tempore moræ, securè, & sine vlla compensatione, fructus ad eum pertinebũt, iuxta regulã. l. initio. C. de pact. inter emptor. tradit Socinus consilio. 80. numero 4. libro. 3. Cagnol. dict. l. 2. numero. 128. C. de pact. inter emptor. notab. Capicius decisio. 19. numero. 1. Nec dicas, quòd per solam oblationem satis in mora videtur constitutus ille, qui rem restituere tenetur; quia respondetur, quòd ea oblatio purificauit quidem conditionem: vnde simul non potuit moram inducere, iuxta notata. l. quoties in diem. j. de verbor. obligation. & ideò necessaria est noua interpellatio, vt ille in mora cẽseatur cõstitutus, vt diximus in rubr. suprà eod. 3. parte. Quãuis id non satis perceperit Caballin. milleloquio. 333. numero. 2. Patet igitur, dict. l. si à te. minimè probare conclusionem Barto. suprà relatam, quam etiam non probat l. vnica. verficul. sin autem. C. de communi seruo manumiss. nam eo casu socius non solùm volebat acquirere actionem de nouo aduersus socium, sed & priuare illum parte dominij, quam habebat in seruo communi, vt offerens in solidum posset ei præstare libertatem, & ideò quoad hunc effectum requiritur solutio vera, vel ficta, quia militat eadem ratio, quæ in d. l. si à te. explicata vt suprà: eo maximè, quia socius inuitus cogitur partem, quam habebat in seruo, transferre in socium: vnde succe-



dit regula, quòd in casibus, in quibus quis cogitur inuitus vendere rem suam, prius ei debet solui pretium, neque tenetur de eo fidem habere: gloss. d. l. vnica. ver. necessitatem. C. de commun. seruo manumiss. quam ibi extollit Bald. Tiraquellus libro. 2. retract. §. 3. gloss. 3. nume. 1. facit tex. in ratione sui. auth. de fideiussor. §. fi. vers. rerum. collat. 1. quidquid alium intellectum ad d. l. vnicam. versic. sin autẽ. assignet Bar. l. si ita hæres. num. 1. j. de cõdit. instit. quẽ probat Iason l. si seruus numero. 6. j. de vulgari. Boeri. decisio. 124. numero. 24. Neque etiam obstat l. final.
74 s̃. de lege commissor. † nam dum dicit, emptorem obtulisse, & deposuisse; ita explicandum est, vt quatenus prætendit se liberare à conditionis implemento, satis sit obtulisse, iuxta regulam. l. iure ciuili. j. de conditio. & demonstratio. & cũ conditio habeatur pro impleta, iam ampliùs res vendita non potest videri inempta ratione prædictæ conditionis, siue legis commissoriæ: vt colligitur ex l. si fundus. 4. §. fi. s̃. de lege cõmisso. Si verò vult omnino se liberare à vẽditore, & ab obligatione pretij soluendi, tunc illud deponat, & consignet, iuxta regulam. l. acceptam. 19. C. de vsuris. Ex quo infertur, q̃ cum in specie. d. l. fina. s̃. de lege commissoria, emptor principaliter prætenderet, vt conditio haberetur pro impleta, ne ratione legis cõmissoriæ, vnquam res redderetur inempta, sufficiebat sola oblatio, vnde depositio tantũ potest videri facta ad maiorem cautelam: & ita Gozad. consil. 66. num. 11. Cagnol. l. si quis maior. n. 96. C. de transactio. Prout & protestatio, cuius fit mentio in d. l. fi. quòd emptor erat paratus totam pecuniã soluere, volũtariè facta est, & non ex necessitate: nam cùm in eo casu proponatur, creditorem, siue debitorẽ esse absẽtẽ tẽpore quo soluẽda erat, nõ fit locꝰ legi cõmissoriæ, quã tũcũq; emptor nihil ptestet. l. si fũdus. 4. §. fina. s̃. de lege commissoria. l. cum quidam. §. si pupillo. s̃. de vsuris. tradit in spe-

cie Alex.conſ.92.num.12.lib.i.notab.Aretin.conſ.162.col.2.Gozad.conſ.66 numer.11. Quinimo cum præſupponatur, denuntiatum fuiſſe emptori per iudicẽ, ne pretium ſolueret vẽditori, hoc ſolùm ſufficiebat,ne lex commiſſoria videretur commiſſa, quantumcunque ob prædictam rationẽ emptor in tempore cõuento pretium non ſoluiſſet, vt ex mente d. l.fin.§.de lege commiſſoria.deducunt Iaſon l.non ſolum.§.morte.num. 29. & ibi Ant.Rub.num.387.ĵ.de noui oper.Purpur.l.quod te.num.65.&.nu.84.§.ſi cert. petat.notab.Afflict.deciſ.328.à n. 2. Gãma deciſ.189.n.3.Atque ita conſtat,opinionem,quam defendimus aduerſus magis communẽ,veriorem eſſe. Ex qua infertur annotatio ad differentiam, quam in hac materia inter contractus & vltimas voluntates conſtituit Bartol. dict. l.
75 acceptam.numero. 3. C. de vſuris. † ſcilicet, quòd in contractibus non ſufficit ſola oblatio ad acquirẽdã actionẽ de nouo:& tamẽ ſola oblatio in vltima volũtate purificat conditionẽ in legatis,vt illud tanquam purum tranſmittatur,quãuis adhuc cogatur legatarius offerẽs pecuniam oblatam iterum ſoluere.l. cui fũdus.55.ſecundũ intellectum Bar. ibi numer.4.ĵ. de cond.& demonſt.Quam differẽtiam admittunt etiam Bal. d. l. acceptam.num.15.& ibi Paul.ad finem.idem Pau.l.2.num.7.C.de pact. inter emptor. Caſſane.conſ.41.num.15.Boer. deciſio. 124.n.23.Nã imò ex ſuprà reſolutis dicẽdum eſt, q̃ quoad effectum purificandi actum,& conſequẽter acquirẽdi actionẽ de nouo,nulla eſt differẽtia inter contractus & vltimas voluntates: vt conſtat ex ſuprà traditis,& aduertit Aret.hic col. 4. poſt medium. Quanuis quoad alios effectusverũ ſit,etiam in hac materia aliquas eſſe differẽtias inter contractus & vltimas volũtates.Prima eſt, quòd purificata cõditione in cõtractibus,incipit cõpetere actio ex contractu.l. 2. C.de pact. inter emp.tamen in vltima voluntate nõ ſolũ quæritur actio ex teſtamẽto,ſed etiã dominiũ transfertur ipſo iure in legatarium.l.1.C.cõmunia.de legat. Quo fit, vt licet in contractibus fructus non pertineant cum effectu ad offerentem, niſi poſtquam de nouo conſtituerit vendere debẽtẽ in mora, vt diximus ſuprà: tamẽ in vltima voluntate, omnes fructus cum effectu pertinebunt ad legatarium tanquã rei dñm.l.Herẽnius.42.§. de vſuris.Item fit etiã,q̃ cũ in contractibus, purificata cõditione,tantũ cõpetat actio ex contractu,ille,qui ſemel noluit recipere,
76 poteſt pœnitẽdo pecuniam oblatam & recuſatã iterũ recipere.l. qui decẽ.72.in prin.ĵ. de ſolutio.l.ſi per te.9. C. de vſur. tradit Iaſ.conſ.172.col.2.verſ.præterea.libro.2. tamen in vltima voluntate, cum purificata conditione per oblationem, dominium transferatur in legatarium, vt ſuprà diximus,& ſic facta ſit executio per legem,non eſt licitum amplius moram purgare.l.is cui.19.ĵ.de leg.2.& conſequẽter ille qui ſemel pecuniam recuſauit accipere,non poteſt illam pœnitẽdo iterũ petere:quod videtur probare text. l.fina.in fine.C.de cond.inſertis. † & tenẽt Bald.d.l.1.ad finem.& ibi Fulgoſ.numero.2.C.de inſtitutio. Bald.l. ſi plures. num.35.C.de cond.inſer. Salicet.l.acceptam num.14.C.de vſuris.Fulg.d.l.final. nu. 2.C.de cond.inſer.Cuman.l.cui fundus.num.1.ĵ.de cõd.& demonſtr.Platea l.1.col.1.ad finẽ.C.de ſuſceptor. libr. 10. Goffred.l.ſi ita hæres.n.4.ĵ.de cond.inſt. Sed aduertẽdum eſt, q̃ aduerſus hũc ſecundũ effectum tenet Bar.d.l.cui fũdus. nu.4.perillũ tex. quem ſuprà retulimus, & cũ quo magis communiter tranſeunt DD.Qua retenta opinione, nõ obſtabit tex.d.l.ſi.ad finẽ.C.de cond.inſertis.quia reſpondẽt Bartol.ibi ad finem. Paul. nu. 3.quòd loquitur in libertate, quæ cũ habita conditione pro impleta,ſtatim competat, nihil habet hæres quod retinere poſsit: ſed ſi aliqua pecunia, vel ſpecies præſtanda ſit,hæres, qui ſemel recuſauit acci.



accipere pecuniam oblatam, cauſa cõditionis implendę,pœnitendo, poterit rẽ legatam retinere, donec pecunia ſemel oblata,& ſemel recuſata, ſibi iterum ſoluatur:ſubſcribit Aretin.l.ſi ſeruus.numero.5.ĵ.de vulgari.Paul.l.iure ciuili. numero.3.& ibi Soc.nu.4.ĵ.de cond.& demonſtrat.Alexand.l. ſi hæres cui. ad finem. ĵ. ad l.Falcid. Secundũ quã reſpõſionẽ adhuc colliges elegantem differentiam inter contractus & vltimas voluntates, nã ſi libertas debeatur ex contractu, purificata conditione,agendum eſt ex contractu,vt ſeruus manumittatur, & ſic licita erit retentio:in vltima autem voluntate, cum libertas ipſo iure quæratur, procedet d.l.fina.ad finem.C.de condi.inſert. explicata vt ſuprà.Et eodem modo ſi res debeatur ex contractu, & ſine vitio perueniat ad eum, cui tradi debet, adhuc per debitorem vendicatur, cum dominium in alterum translatum non ſit,iuxta regulam.l.traditionibus.C.de pact. & ſic retinẽdo poterit efficere, vt pecunia oblata,& per eum recuſata iterum ſoluatur.Diuerſum erit in vltima volũtate:nã cum dominium translatum ſit in legatarium,ſi res ad eũ ſine vitio peruenit,neq; hæres eam vendicare poteſt,&conſequẽter,nec retinere:& ſic legatarius non cogetur pecuniam quam ſemel obtulit,iterum ſoluere.Bar.l.nemo poteſt.nu.18.ĵ. de leg.1.arg.l.militis codicillis. §. veteranus.ĵ.de milit.teſtamen,quod eleganter exemplificat Coſta.c.ſi pater.1.part.ver. in ſuo teſtamẽto.numero.14. de teſtam. in.6.Gamma deciſio.347.num.2. Adde, quòd verius videtur,quòd in vltima vo-
77 luntate pecunia ſemel oblata,† indiſtinctè non eſt iterum ſoluẽda. Primò, quia cum per oblationẽ conditio habeatur p impleta.l.iure ciuili.ĵ.de cond. & demõ-
78 ſtrat.ſuccedit regula, quòd ſufficit conditionẽ ſemel impletam fuiſſe. l. ſi quis hæredẽ.C.de inſtit.& ita in ſpecie Coſta ſelectar.lib. 1. cap.24.col.fin.Itẽ videtur tex.l.ſi hæres cui.89.ĵ.ad l.Falcid.inducẽdo, vt ibi per Imol.& Roman.ſing. 607. Itẽ vrget d.l.ſi.ad finẽ.C. de cond inſertis.Neque obſtat reſponſio Bar. ſuprà relata,quia deciſio illius tex. etiam locum habet,in ea libertate directa, quæ oblata ſemel pecunia,adhuc non competit: nã & hoc caſu hæres pecuniam ſemel repudiatam iure retentionis non poterit obtinere,vt ſibi iterum ſoluatur, vt conſtat ex l.3.§.Stichus annua. ĵ. de ſtatuliber.l. pater Seuerinã 100.§.fi.ĵ.de cond.& demonſtratio. obſeruat Goffred.l. ſi ita hæres.numero.4.ĵ.de cond.inſtit. Si ſanè libertas fideicommiſſaria eſſet relicta, ita vt poſt impletam conditionem,eſſet petenda ab hærede,poſſet admitti contraria opinio,quia militat eadem ratio,quæ ad l.qui decem.72.in principio.ĵ.de ſolutio. Et retenta hac opinione,non obſtabit text.l.cui fundus.55.in fine ĵ. de conditio. & demonſtratio. quia textus ille procedit per viam regulę: vnde ad eum poſſunt aſsignari exempla, attentis iuris principijs,abſq; aliqua diuinatione.l.qui teſtamento.§.1.§.de teſtamen. Exemplificari igitur poterit in caſu, de quo per Baldum l.ſi plures.numero.35.C.de condit inſertis. Item in alio, de quo per Soc. l.qui hęredi §.ſi duorũ.in fine.ĵ. de cõdi. & demonſtra. item & in alio,de quo per Socin.Iunior.l.4.§.Cato.numero.184.ĵ. de verbor.oblig. Adde vltra alios elegantem differentiam inter contractus & vltimas voluntates in hac materia, quòd in vltima voluntate cõditio habetur pro impleta,ſi ſtat per eum,in cuius perſona implenda eſt, etiamſi nihil interſit eius conditionem non impleri.l.1.C.de inſt. l.5.§.item ſi qua.ĵ.quando dies legati cedat:† tamen in eiſdem terminis in cõtractibus non habebitur conditio pro im-
78 pleta:nã extra terminos.l.iure ciuili.ĵ.de cond.& demonſtratio.non inuenitur iure cautum, quòd in contractibus per oblationem conditio habeatur pro impleta,vt reſoluit Alex.l.1.n.10.& ibi Cor. in fin.Iaſ.n.6.C.de inſt.& ſubſt.& elegãter

Costa.l. cũ tale.§.si arbitratu.6.limit.nu. 18.ff.de cond.& demõstr. Secunda principalis conclusio ex Bar.d.l.acceptam.n. 3.ea est,quòd si vsuræ adhuc non incepe runt currere, sola oblatio impediet, ne currere incipiant.l si per te.9.C. de vsur. Sed si inceperunt iam currere,tunc vt ea rum cursus iam inceptusimpediat,necessaria est oblatio,depositio,&consignatio l.acceptam.19.C.de vsuris.quã resolutio nẽ prius posuit gl.d.l.acceptã.verb.inhibeatur.in fine.& gl.2.d.l.si per te.probat Goffred.l.si ita hæres.n.3.ff.de cond.inst. Platea l.1.col.1.ad medium. C.de susceptorib.lib. 10. & esse receptam resolutio nẽ asserit Negus.de pig.3.mẽb.3.p.5.principalis.n.2.ver.quart⁹ effectus.Cassa.cõsil.41.n.3.Alex.cons.92.n.10.lib.i.Tiraq. lib.2 retract.§.4.gl.6.n.4.Benintendis decisio.77. num.7. Sed & hanc secundam conclusionem impugnant Baldus dict. l.acceptam.numer.9.& ibi Pau.num.10. idem Paul.l.ex prædijs.C.de vsur.cõcludentes,quod etiam cursus vsurarum iam inceptus impediatur per oblationẽ realẽ,quia per eã certum est purgari morã. l.si seruũ.§.sequitur.ff.de verb.obli & cessante mora,vsuræ currere non possunt.l. lecta.vers.sed &.sortis.§.si cer.pet.vt & aliàs considerat Bar.l.fin.n.4.ff. de distract. pign.& vrget pro illis generalitas.l.si per te.9.C.de vsuris.& videtur tex.l. qui Romæ.in prin.122.ff.de verb.oblig.vt ibi expẽdit Soc.n.2.ver.sed aduerte.& Ias.n.9. Et retẽta hac opinione, nõ obstabit tex. d.l.acceptam. quia respõdebat Ioannes relatus ibi ab Accursio,verb.inhibeatur. faciendam esse differentiam inter cõtractus bonæ fidei,in quibus vsuræ debent officio iudicis propter moram.l.mora.§. in bonæ fidei.ff.de vsuris.& inter contractus stricti iuris,in quibus vsuræ non de-
79 bentur, nisi in stipulationem deductæ sint.l.3.C de vsuris.† Primo casu per solã oblationem impedietur indistinctè cursus vsurarum,cum propter prædictam oblationem cesset mora,sine qua vsurę officio iudicis minimè debentur:sed secundo casu, vt impediatur cursus vsurarum iam inceptus,necessaria est depositio,& consignatio d.l.acceptam.quæ loquitur in mutuo,& sic in contractu stricti iuris. Et quanuis Accurs. ab hac distinctione recedat,indistinctè concludens, quoad prædictum effectũ necessariam esse depositionem,& consignationem: tñ prædictam Ioannis distinctionẽ probãt Bal. d.l.acceptam.n.9.Paul.l.ex prædijs.C.de vsuris.Sed non placet,quia etsi vsuræ promittãtur per stipulationem : tamen non debentur,nisi præcedat mora debitoris. l.lecta.ver.sed etsi sortis.ff.si cer.pet.& ibi notat Alciat.ad finem.Ergo vtroque casu militat eadem ratio,vt etiam aduertit Paul.d.l.acceptam. numero. 10. & ideò reiecta prædicta distinctione, ego aduerto,quòd in d.l. acceptam,debitor nõ solum volebat se liberare à cursu vsurarũ iam inchoato,sed etiam à debito principali,&luere pignus pro mutuo datum: & hac ratione ibi requiritur oblatio,depositio,& consignatio : nam licet quoad purgandam moram,& consequenter ad impediendum cursum vsurarum sufficiat sola oblatio,vt suprà probauimus: tamen ad consequendam plenam liberationem,necessaria est etiam depositio,& consignatio.l.obsignationem.C de solutio.Et pro hac responsione in specie expendo text.dict.l.si per te.9.C.de vsuris. nam generaliter probat,per oblationem impediri cursum vsurarum, quia ea facit cessare moram debitoris. Cæterùm quia creditor potest mutata voluntate, iterum petere oblatam pecuniam, & si non reddatur,de nouo constituere debitorem in mora, & consequenter de nouo inducere cursum vsurarum.l. qui decem.72.in principio.ff.de solutio.l.illud. ff.de peric.& commod.rei vend.tradit Iason consilio.172.col.2.vers. præterea,libro.2.subdit d.l. si per te.in fine. quòd si debitor vult omnino se liberare à metu soluẽdarũ vsurarũ,deponat, & cõsignet: nam





nam tunc quasi iam soluerit, non poterit respectu illius debiti iterum constitui in mora, & consequenter neque vnquã vsuras poterit debere.† In his igitur ter-
80 minis accipiẽda est d.l.acceptam. vt per Carol.in consuetud.Paris.§.45.num. 14. Pro qua responsione etiam expẽdo tex. l.2.C.de iure emphyt.dum dicit,quòd si quis vult euitare pœnam caducitatis,offerat,deponat,& consignet debitam pẽsionẽ:dubitant DD.ibi,cur requirat depositio,& consignatio,cum ad euitandã pœnam commissi, sola oblatio videatur sufficere.l.Celsus. 28.§. fina.cum l.seq.ff. de arbitris.l.1.C.de susceptorib. libr. 10. tradit Alex.cons.92.num.10.libr. 1. Cui difficultati communiter respondetur, quòd si vult omnino euitare periculum deiectionis,deponat,& consignet,vt explicat Ias.d.l.2.n.182.Boer.decis.124.n.28 Et quãuis Iasõ vbi suprà dicat,huic communi interpretationi repugnare verba d.l.2.in fine. quę ad euitandam pœnam caducitatis, videt exigere depositionẽ: tñ facilè respondetur,quòd tex. dicit,q; si non vult timere periculũ deiectionis,deponat:nã si tãtũ offerat,euitabit quidem pœnam caducitatis, sed non omnino, quia potest dominus mutata voluntate petere iterum pẽsionẽ sibi oblatã: quã si emphyteuta non reddat, incipit ponere se in periculo deiectionis, quia per illam nouam petitionẽ domini,in mora de nouo constituitur.l.illud.ff.de peric.& commod.rei vend.Si ergo à prædicto periculo vult se omnino liberare,tunc deponat & consignet:nam cum tũc videatur solnisse.l.obsignatione. C. de solutio.noua petitio domini non potest eum in mora constituere,& consequẽter,neq; ad periculum deiectionis obligare, vt notab. aduertit Goffred.l. si ita hęres.n. 11.ff.de cond.inst. Ergo ad hunc etiam modum debet intelligi.d.l.acceptam.Et magis in specie,quòd cessãte mora,indistinctè cesset cursus vsurarum:& quòd tamẽ,vt omnimoda contingat liberatio, requiratur etiam depositio,& consignatio,colliges ex.l.cum quidam.§.si pupillo.ff.de vsuris. adiuncta l.ait prætor.7.§.1.ff. de minoribus. Poterit nihilominus communis traditio saluari, quando vsuræ debẽtur etiã sine mora,quia ita expressè conuẽtũ est,
81 ‡iuxta.l.lecta.in fine.ff.si certum petat.& ibi notant Alexand.nu.10. Curt. Iunior num.11. Alciat. ad finẽ. nam cũ tunc ad cursum vsurarũ non exigatur mora,non euitabitur earum cursus per solam oblationẽ,nisi interueniat depositio,& consignatio,& sic ficta solutio:& ita Paul. d.l. acceptam.num.10.Nec putes hanc saluationẽ hodie non posse in praxi deduci, cum vsura sit prohibita,& absq; mora nõ posit deberi,vt probauimus.l. de diuisione.ff.eod.quia respondetur,imò etiã hodie deberi posse absq; mora,propter solã conuẽtionẽ in casibus, de quibus egim⁹ d.l.de diuisione. à num.71.in quibus prædicta saluatio etiam hodie locum habere potest. Quarta cõclusio ex Bar.d.l.acceptam.nu.4.ea est,quòd si debitor vult se omnino liberare à debito principali,& liberare pignus,ita vt ei competat pignoratitia actio ad illud petẽdum , oportet quòd offerat,deponat,& consignet. d.l. acceptam.& ibi gloss.fina.l. obsignatione.C.de solutio.Quæ conclusio per omnes recepta est. Cui tamẽ addẽdum est, quòd vt depositio, & consignatio operẽtur prędictũ effectũ, multa debẽt interuenire. Primò, quòd illa fiant mandato, & authoritate iudicis cõpetẽtis. d.l.acceptam. ibi, Competẽs iudex:nam si pars ꝓpria authoritate deponat, & cõsignet, non sequetur prædictus effectus:& ita videtur tex.l.2.C. de vsuris.tradit Panorm. cons.56.col.fin.lib.i.Alexand.consil.75. num.7.libro.7.Tiraquel.notab.libr.2.retract.§.4.gloss.7.num.11.Sed aduertendum est, hanc declarationẽ non videri veram: nam imò quòd etsi prædicta fiãt extra iudicium propria authoritate partis,operẽtur prædictũ effectũ,probat l.obsignatione.C. de solutio.l.2.ad finẽ.C.de iure

iure emphyteutico. l. creditor. C. de pignorib. sentit Bar. l. si soluturus. nume. 2. ff. de solutio. Bal. d. l. acceptam. num. 2. & ante eos Speculator tit. de locato. §. nũc aliqua. num. 45. Quanuis dicat, tutius esse deponere iussu iudicis: & ita etiam resoluit Neguſ. de pignorib. 2. memb. 3. partis. 5. principalis. num. 12. ad finem. Neq; obstant contraria, nam ad primum de l. acceptam. C. de vsuris. respondetur procedere, quando oblatio, depositio, & cõ-
82 signatio, fit post litem contestatam, † vt ex illo tex. colligitur: tunc enim debent prædicta fieri iussu iudicis: sed ante litẽ contestatam, si fiant propria authoritate partis, operabuntur prædictum effectum, vt probant iura suprà citata: prout & post litem contestatam iudex debet declarare locum, & personam apud quã debebat fieri depositum. d. l. acceptam. Curt. Iunior consil. 28. nu. 1 Roland. consil 62. num. 32. libro. 1. & tamen quando fit extra iudicium, pars potest eligere locum, & personam, apud quam deponat: Bald. d. l. acceptam. nume. 2. Non obstat secundũ de. l. 2. C. de vsuris. quia tex. tãtũ probat, prius offerendam esse pecuniam creditori, & si ille nolit recipere, tunc deponatur, & consignetur: si verò non præcedente oblatione deponatur, & consignetur, non sequetur prædictus effectus, vt declarat Neguſ. vbi suprà. Requiruntur & alia multa, quæ eleganter commemorat Iason consil. 8. num. 15. libro. 1. Inter quæ illud est præcipuũ, quod pecunia non solũ deponatur, sed & cõsignetur. d. l. acceptam. Et dicitur pecuniã consignari, quãdo pecunia prius numerata clauditur in sacculo, & saccus sigillo obsignatur. l. fin. ſ. de lege commissoria. l. 1. §. si pecuniam in sacculo, ſ. depositi. l. die sponsaliorum. §. fin. eod. tit. & in specie tradit Neguſ. de pignorib. 2. membr. 3. partis. 5. principalis. nu. 13. Et ideò falluntur practici, qui offerunt, & deponũt absque consignatione, putantes depositionem sine consignatione habere vim solutionis: quod tamen non est verũ, vt constat ex d. l. acceptam. & ita Neguſ. de pignorib. 3. memb. 3. partis. 5. principalis. num. 8. in fine. quod repetit. 2. memb. 3. partis. 5. principalis. num. 13. & num. 15. ad finem subscribit Tiraq. libr. 1. retract. §. 7. gloſſ. 3. num. 10. Et ratio est, quia quãdo pecunia deponitur consignata in sacculo, non videtur dominium, vel possessio pecuniæ trãslatum in depositarium, imò tacitè videtur cautum, ne ea vtatur, sed eam conseruet eo modo, quo deposita est: adeò quòd si pecunia ea depositarius vtatur, furtum dicatur committere. l. 3. C. depositi. l. si sacculum. & ibi Paul. ſ. depositi. † Vnde cum pecunia eo modo
83 deposita, semper salua sit, vt cum creditor velit, posit eam recipere, loco solutionis habetur, sed quãdo pecunia deponitur non signata, transfertur dominium, & possessio pecuniæ in depositarium: nam tacitè videtur concessa facultas depositario, vt ea vti posit, & sufficiat tãtũdem reddere. l. Lucius. 1. ſ. depositi. l in naue Saupheli. 34. ad medium. ſ. locati. tradit gl. fin. l. 3. C. depositi. Bal. l. incendium. num. 3. C. si certum petat. Iasõ l. si quis neq; causam. in princip. nu. 6. ſ. si certum petat. Capella Tholosana. q. 168. Cum igitur ea pecunia, quam deposuit debitor, non debeat necessario deuenire ad creditorem, non potest habere vim solutionis: & ita Neguſ. de pignor. 2. mẽbr. 3. partis. 5. principalis. numer. 13. &. 3. membr. eiusdem. 3. partis. 5. principalis. num. 8. cui accedit Tiraq. libr. 1. retract. §. 7. gl. 3. num 10. Sed obstat huic rationi, quòd etiam vbi depositum ita fit, vt depositarius pecunia vti posit, adhuc dicitur depositum, quanuis irregulare. l. Lucius. 24. & l. die sponsaliorum. 25. §. fina ſ. depositi. tradit Ang. §. præterea. numero. 5. Insti. quib. mod. re contrahit. Alcia. l. 2. in principio. nume. 11. & num. 20. ſ. si certum petat. & non solũ nomen depositi habet, sed omnes illius effectus, vt aduersus Deci. probat Costa. l. si ex cautione.



ne. 2. fallentia. nu. 4 C. de nõ num. pecu. Corrasi. lib. 3. miscellaneo. cap. 10. numero. 4 & dicit receptum Roland. consi. 17. numer. 6. libro. 1. quidquid repugnet Plotus l. si quando nume. 429. C. vnde vi. Et hinc est, quòd ei competunt omnia priuilegia regulari deposito cõcessa, vt colligitur ex l. die sponsaliorum. §. fi. ſ. depositi. tradit Iason l. 2. in princ. num. 5. & ibi Curt. Iunior num. 15. ſ. si certum petat. Alciat. in rub. num. 11. eod. tit. Curt. Iunior. l. bona fides. numero. 11. ſ. depositi. quidquid reluctetur Ripa l. si ventri. §. in bonis. nu. 3. ff. de priuileg. creditor. Vnde prout repetenti depositum regulare, nõ potest obijci compensatio. l. pen. C. depositi. ita etiam neque repetenti depositum irregulare, vt colligitur ex d. l. penultima, ibi, Pecunias, vbi notat Salicet. numero. 2. ad finem. & subscribunt Corne. consi. 61. col. pen. post principiũ. libro. 3. Socin. consil. 143. numero. 14. ad finem. libr. 1. Similiter quẽadmodũ depositũ regulare potest statim repeti, neq; valet
84 pactũ in cõtrariũ. l. i. §. pen. ſ. depositi. ita & irregulare statim repeti poterit, vt colligitur ex generalitate. c. bona fides. † de deposito. & deducit Costa. l. si ex cautione. 2. fallentia. à n. 7 C. de nonnu. pecun. quanuis mutuum intempestiuè, & confestim repeti non possit. Bar. l. si pœnam. numero. fina. ff. de verborum obligatio. Capic. decisio. 116. numero. 2. Purp. l. rogasti. §. si tibi. numero. 13. ſ. si certum pet. Similiter nec aduersus depositum regu-
85 lare, & irregulare, admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de nonnu. pecun. & ibi Bal. 2. q. Salicet. num. 4. Paul. col. 2. Felin. c si cautio. numero. 54. de fide instrumento. Purp l. singularia. numer. 43. ſ. si cert. petat. & alij relati per Tiraq. lib. 2. retract. §. 4 gloſſ. 6. numero. 8 Ergo differentia suprà constituta inter depositũ regulare, & irregulare, non videtur probabilis. Sed defendendo communẽ, prædictæ difficultati responderi potest, quòd licet regulariter depositum regulare & irregulare à pari procedant: tamẽ quoad effectum de quo agimus, necessariò inter prædicta deposita differentia constituenda est: nam fictio imitatur naturam & veritatem. §. minorẽ. Inst. de adoptio. Prout igitur in vera solutione exigitur, quòd id, quod soluitur, transeat in dominium creditoris, & ei acquiratur. in princip. Inst. quib. mod. tollit obligatio. sic & ficta solutio debet veræ, quatenus fieri possit, assimilari, vt posit producere effectus veræ solutionis. Depositio ergo, & cõsignatio habebũt loco veræ solutionis, quia debitor quatenus fieri potest, debitã pecuniam tradit, & transfert in creditorẽ, ita vt sola repugnantia creditoris id impediat: & tamen sit in eius potestate, eã recipere quando velit. Bart. l. si soluturus. numer. 5. ff. de solutio. Hæc autem similitudo veræ solutionis non inuenitur in deposito irregulari, cum debitor nõ trãsferat pecuniam in creditorem, sed potiùs in depositarium, & nõ pecunia, quã ipse deponit, debeat deuenire ad creditorẽ, sed alia diuersa. Cum igitur quoad hoc nullam similitudinem habeat cum vera solutione, non obtinebit effectus illius: ad quod expendo d. l. acceptam. in fine. vbi concedit creditori actionem ex deposito, aduersus depositarium, vel actionem in rem ad pecunias depositas, & ibi notat gloſſ. verb. actione. & verb. in ipsas. cum qua ibi transit Bar. in fine. & probat
85 Salic. 2. q. Neguſ. de pignorib. 2. membr. 3. partis. 5. principalis. num. 29. † Ex quo manifestè colligitur, quòd vt depositum habeat vim solutionis, ita debet fieri, vt cũ primum creditor velit recipere pecuniam, dominium illius in eum transeat, ita vt habeat reiuendicationem ad illã petendam: quod tãtùm verificari potest in deposito regulari, minimè autem in irregulari: nam cum dominium pecuniæ in deposito irregulari transeat in depositariũ, & ille teneatur reddere pecuniã in genere, nullo modo dominium illius

potest acquiri creditori, sed necessario per actionem depositi illam repetere debet. Si sanè depositum nõ consignatum, ita fiat, vt depositarius ea pecunia vti nõ posit, idem erit in hoc deposito, quod in consignato, quia militat eadem ratio. Exemplum erit, si fuerit expressum, quòd depositarius teneatur pecuniã custodire, & conseruare: nam tacitè videtur cautum, quòd ea non vtatur: nam pecuniã, qua vtimur, non cõseruamus: & ita Rui. cons. 108. à nu. 2. lib. 1. Et idem si expressum fuerit, quòd eadem pecunia reddatur. Ripa l. si ventri §. in bonis. num. 17. de priuileg. creditor. vel etiam ex qualitate personarũ colligatur, depositum ea mente factũ fuisse, vt pecunia nõ cõsumeretur, sed reseruaretur, vti data fuit, vt post Dec. tradit Purp. l. cum quid. nume. 136. ad finem. §. si certum pet. & in notab. casu Parisius consil. 131. à numero. 10 libro 4. Adde aliam differentiam inter mutuũ regulare, & irregulare, quòd depositũ regulare, cũ quoad dominium remaneat in bonis deponentis. l. licet. §. depositi. perijt eius periculo, iuxta regulã. l. neque pignus. C. de pigno. actio. depositum autẽ irregulare, cum quoad dominium transeat in depositarium. l. in naue Saupheli. §. locati. semper perijt depositarij periculo, iuxta regulam. l. incendium. C. si cert. petat. ita vt quoad hunc effectum depositum irregulare sapiat naturam mutui. Roman. consil. 520. numero. 1. Deci. l. cõtractus. numer. 8. ff. de regul. iuris. Si ergo pecunia deposita sit consignata, vel aliàs constet, quòd ea vtendum non sit, peribit ea pecunia periculo creditoris, 86 quia debitor, qui eam deposuit, & consignauit, soluisse videtur: quod probat à fortiori. l. qui decem. 72. in principio. ff. de solutio. & colligitur ex mente d. l. acceptam. tradit Panormit. cons. 56. post principiũ. lib. 1. Postremò in hac materia tenendũ est menti, quod probat d. l. acceptam. in fine. quòd si debitor, qui consignauit pecuniam, velit eã repetere à depositario, poterit: & tunc ficta illa solutio resoluet. idem probat l. i. C. qui potio. in pigno. habeatur exornat Boeri. decis. 23. numero 33. & Tiraquel. lib. 2. retract. §. 4. glos. 10. Ex quo Bar. d. l. acceptam. numero. 5. collegit, quòd si pecunia deponatur apud aliquem, propter culpã creditoris, qui noluit eam recipere, potest depositarius eã licitè deponenti reddere, quantumcunque illud depositum ad fauorem creditoris factum fuerit: subscribit Bald. ibi nu. 5. Neguſ. de pignorib. 2. membr. 3. partis. 5. principalis. num. 28. Cassane. cons. 41. numero. 19. ad finem. Cui tamen cõclusioni videtur obstare, quia si per depositum consignatũ, debitor liberatur à principali debito, necessariò fatendum est, dominium pecuniæ fuisse translatum in creditorem: vt significat d. l. acceptam. in fine. dum ei tribuit actionem in rem: & notat Bald. l. obsignatione. in principio. C. de solutio. ergo succedit regula. l. id q̃ nostrum. ff. de reg. iuris. Item & regula. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. quòd actio semel extincta, ampliùs non reuiuiscit. Sed respondendum est, non esse verum quòd pecuniæ depositæ, & consignatæ, à principio transferatur dominiũ in creditorem: cum enim ipse recuset accipere dominium, ei quæri non potuit. l. si ego. §. si certum petat. Cũ igitur creditori quæri nõ posit necessariò apud deponẽtem remanet iuxta regulam. l. neque vtilem. §. quib. caus. ex causis maiores: vnde meritò tanquam pecuniam suam repetere poterit. Si sanè ante repetitionẽ creditor vellet recipere pecuniã, & deponens posteà vellet repetere, minimè audietur: nam cum secuta voluntate creditoris, exinde in eum dominium transferatur, vt sentit d. l. acceptam. in fine. incipit militare regula. l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris. facit. l. 3. C. de nouatio. & ita expresse Bald. dict. l. acceptam. numero. 5. Neguſ. de pignorib. 2. memb. 3. partis. 5. principalis. num. 28. Tiraquel. libro. 2. retract. 87 §. 4. gloss. 9. in principio. † Iuxta quæ dicen-



cendum est, quòd vt oblatio, depositio, & consignatio, habeant vim solutionis, non est necessarium, quòd à principio transferatur dominium in creditorem, quod sentit. d. l. acceptam. versi. cũ Seruiana. & ibi notat glos. verb. inhibeatur. 88 sed satis est, ita fuisse depositã pecuniã, vt cũ primũ creditor vellet, dominiũ in eũ transferretur, quasi concurrẽte simul voluntate deponentis, vt suprà diximus: & hoc in odium creditoris, nolentis pecuniam recipere, iure introductũ fuit. Neque etiam obstat regula. l. qui res. §. areã. ff. de solutio. nam vt quoad prædicta, depositio, & cõsignatio, loco solutionis habeatur, fuit introductum, in fauorem debitoris, & in odiũ creditoris. Potuit ergo debitor renuntiare fauori suo. l. pen. C. de pactis. & depositum repetere: neque omnino interim actio videtur extincta, quia subintelligitur conditio resolutiua, Nisi ille, in cuius fauorem hoc introductum fuit, velit suo fauori renuntiare. l. 2. in prin. C. de iure emphyt. l. scimus. cũ gloss. 2. C. de inofficios. testament. Et ad hunc modum explicanda est gl. d. l. acceptam. verb. eas. dum ex tex. colligit, q̃ si debitor reuocat depositum, perinde est, ac si nunquam illud fecisset: & idcò reuiuiscit actio creditoris, quæ propter fictam solutionẽ videbatur sublata: subscribit Bar. ibi num. 4. ad finem. Angel. l. 1. C. qui potio. in pigno. Cassan. cons. 41. num. 20. Neguſ. de pigno. 2. memb. 3. partis. 5. principalis. numer. 27. Tiraq. libr. 2. retract. §. 4. glo. 10. numero. 1. Ratio colligitur ex suprà resolutis: cum enim ex natura rei subintelligatur prædicta conditio resolutiua, ea aduenientẽ, retro resoluitur actus, ac si nũquã factus fuisset. l. 2. §. de in diem adiectio. Et amplia prædicta procedere, etiamsi depositum sit factũ authoritate, & mandato iudicis, vt efficaciter probat d. l. acceptam. in fine. iuncto principio. & quia adhuc militat ratio §. assignata. Vnde cauendũ est à Pau. d. l. acceptam. nume. 3. ad finẽ. & Rom. consil. 287. in proposita. post mediũ, dum dicunt, quòd si depositio sit facta mandato iudicis, non poterit depositarius deponenti restituere depositum absq; mãdato iudicis, † iuxta regulam. l. si vt proponis. C. de nuptijs. & sequitur Tiraq. lib. 2. retract. §. 4. gl. 9. nume. 2. nam id ex supradictis confunditur. Nec obstat eorũ ratio, quia cum id totũ factum fuerit in fauorem deponentis principaliter, sẽper locum habet ratio deducta ex regula. l. penul. C. de pactis. Si sanè depositum fieret in fauorem alterius æquè principaliter, qui nullo odio dignus esset, non posset deponens depositum reuocare, sine voluntate alterius. l. si oleum. & ibi glo. & Bar. §. de dolo. & in notab. casu Paul. Castrens. cons. 433. visis. num. 2. ad finem. libro. 1. Postremò tenebis menti, quòd licet post reuocationem depositi, ficta solutio resoluatur, ac si nunquam facta fuisset, vt suprà diximus: id tamen intelligendum est, quoad effectus resultantes ex ficta solutione. Cæterũ oblatio realis, quæ simul facta fuit, adhuc durabit, & fucs effectus producet, iuxta regulam. c. vtile. de reg. iur. in. 6. & tradit Cassan. cons. 41. num. 20. Tiraq. lib. 1. retract. §. 7. glo. 3. n. 4. Et hæc de ista materia. Ex secunda igit parte huius tex. duæ colligẽdę sunt conclusiones, prima à contrario sensu: secunda in sensu directo. Conclusio à cõtrario sensu ea est, Quòd quandiu maritus non constituit vxorem in mora recipiẽdi dotem, tenetur etiam soluto matrimonio fundum dotalem colere: aliàs tenetur ei restituere, nõ solũ fũdum, sed & fructus quos colligere potuisset, si fundũ dotalẽ coleret. cõclusio autem in sensu directo est, quòd postquam maritus constituit vxorem in mora recipiendi dotem, exinde non tenetur fũdum dotalem colere, & consequenter si non colat, nihil eo nomine tenebitur restituere vxori: si tamẽ sponte nihilominus colat fundum dotalẽ, & ex eo fructus percipiat, tenebit fructũ perceptos vxori restituere. De vtraq; conclu

conclusione sigillatim videbimus. Et prima quidem conclusio difficultatē paritur ex l. venditor ex hæreditate. 21. vers. quemadmodum §. de hæred. vel actio. vend. vbi ille, qui vēdit fūdum, licitè negligit culturam fundi. Ergo pariter & id poterit maritus: arg. l. ex promissione. §. de actio. & obligatio. † Huic tamē difficultati respondet Bart. hîc num. 3. per actionē dotis peti id, quod aliquādo fuit vxoris per actionem autē ex empto; peti tur quod nūquam fuit emptoris: & hinc descendit prædicta differētia inter maritum & vēditorē, vt aliàs inter hos casus differētiam constituit Iureconf. l. videamus. 38. §. si actionē. §. de vsuris. & cū Bartol. transeunt omnes, vt hîc asserit Alex. num. 17. Claud. num. 17. Iason num. 2. & nu. 19. adde Bart. l. si seruum. in princ. numer. 2. & ibi Iaf. num. 7. §. de verb. obliga. Quæ tamē responsio non tollit difficultatē: nam verum est, eam esse differētiā inter casus, quando peto id, quod aliquādo fuit meum, vel quod nunquam fuit meum; quòd primo casu in cōtractibus stricti iuris veniūt fructus à tempore moræ, & in secundo veniunt tantùm à tēpore litis contestatæ. l. cum fundus. in prin §. si cer. pet. ita enim ex d l. videamus. §. si actionem. collegit gl. 2. §. actionum. Inst. de actio. Soc. l. pacta quæ contra numero. 3. C. de pactis. Iaf. l. cum fūdus. in princip. num. 2 & ibi Alciat. num 11. §. si cer. petat. Cremens. l. 2. num. 174. ad finem. C. de rescind. vend. Sed inde inferri non potest ad nostrum casum, quòd maritus negligens culturam fundi, teneatur de fructibus percipiendis; non sic venditor, quinimo videbatur dicendum maritū minimè teneri de fructibus percipiēdis: considerādo, quòd isto iure dominium dotis non transferebatur ipso iure in mulierē, vt hîc fatētur omnes, & sic etiam soluto matrimonio maritus videbatur res dotales retinere per titulum dotis: ergo debuit liberari à fructibus percipiendis: nam qui rem detinet ratione alicuius titulī, etiam inualidi, & reuocabilis, nihilo minus propter illum excusatur à fructibus percipiendis. l. si fundum. cum gl. fin. C. de rei vend. l. si partem. 5. & ibi Fulgos. & Cæpolla num. 6. C. de vsucapio. pempore. & asserit receptum Iason. l. apud Iulianum. §. fructus. nu. 11. §. de leg. 1. Reiecta igitur communi solutione, variæ aliæ dantur concordiæ inter prædicta iura, de quibus latè egimus. l. de diuisione. §. eod. ad ibi tradita recurrendum est. Illis igitē reiectis, vera concordia inter prædicta iura, & vera resolutio in hac materia sit, † quòd maritus non æquiparatur vēditori, sed magis emptori. l. ex promissione. §. de actio. & obligatio. vnde consequitur, quod in causa dotis, maritus non est comparandus venditori, sed potius vxor. Quare etsi vxor negligat colere fūdum dotalem, ad instar venditoris, non tenebitur marito de fructibus percipiendis: tenet gloss fin. communiter recepta l. de diuisione. §. eo. Maritus autem, quia æquiparatur emptori, si fundum quē restituere debet vxori, neglexerit colere, tenebitur illi de fructibus percipiendis. & ratio fundamentalis huius differentiæ est, quòd venditor antequam fundū tradat, simpliciter est dominus fundi venditi, & ideò tāquam dominus potest illius culturam negligere iuxta regulam. l. sed etsi legē. §. consuluit. §. de petitio. hæred. in re mandata. C. mandati. Nec enim natura contractus venditionis obligat eum colere fundum, sed tantùm eū custodire. l. quod sæpè. 35. §. si res. §. de contrah. emptio. l. custodiam. §. de pericul & commod. rei vend. l. si ea res. 32. §. de actio. empti. Sub qua custodia continet ipsius rei venditæ conseruatio, ne scilicet culpa vēditoris pereat, vel deterioretur. l. si nolit. 31. §. si mancipiū. §. de ædil. edict. §. cum autē. Inst. de empti. & vend quæ ratio etiam militat in muliere, antequā fūdum promissum tradat marito: & hac ratione prædicti excusantur à fructibus percipiendis. Cæterū maritus licet dicat dominus

89

90



dominus dotis. l. doce. C. de rei vend. tū non est simpliciter dūs, neq; quoad omnes effectus, sed tantū quoad ius administrandi, & percipiendi fructus pro oneribus matrimonij, vt diximus. l. diuortio. §. si fundū. §. eod. Cum igitur quasi ex re aliena fructus percipiat, videtur se obligare ad necessariū antecedēs, scilicet ad colendū rectè fundū, vt efficaciter probat. l. item si fundi. 10. in prin. §. de vsufru. Quæ tacita obligatio cum sua qualitate durat, donec cum effectu dos sit restituta vxori. l. videamus. 38. in princ. §. de vsuris. Alex. conf. 47. num. 6. libr. 1. Et hac ratione procedit is tex. & sic constat illi nō obstare regulam. l. si fundum. C. de rei vend. nam procedit in eo, qui non obligauit se tacitè, vel expressè ad colendum fundum: aliàs procedet is tex. propter rationē suprà asignatam. Vnde infero; ꝙ licet si maritus constante matrimonio fūdi culturam negligat, nō possit ob hoc conueniri, quia cū fructus eo tēpore ad eū pertineant, veniēdo contra prædictā tacitā obligationē, sibi, & non alteri præiudicauit: tamē soluto matrimonio, cū fructus iam ad eū non pertineant, si negligat culturam fundi, veniendo contra suam tacitā obligationē, cū iam mulieri præiudicet, tenebitur illi de fructib⁹ percipiēdis. Infero secūdò, quòd licèt si emphyteuta non bene colat fundū emphyteuticum, ac ob id minores fructus percipiat, quā percipere potuisset, non amittat emphyteusim, quia hoc casu sibi, & non domino præiudicauit. Bal. receptus. auth. qui rem. n. 9. C. de sacro. eccl. tamē si finita emphyteusi, id contingat, tenebitur dño de percipiendis: quia militat ratio huius tex. Quinimo si ex hac negligētia culturæ fundus in substantia, siue qualitate redderetur deterior, iuxta tex, l. ei qui. 57. §. fina. §. de petitio. hæredita. & l. si merces. 28. §. conductor. §. locati. etiam durante emphyteusi, amitteret emphyteuta ius suum, iuxta auth. qui rē. C. de sacr. eccl. quanuis Iason ibi numer. 7. & l. 2. num. 98. in fine. C. de iure emphy. hæc non videatur satis percepisse. Infertur tertiò explicatio ad l. 2. C. de pact. inter empt. vt in casu illius tex. si post oblatam pecuniam, emptor teneatur rem restituere primo venditori, & cessante mora, fundi culturam negligat, non tenebitur de percipiendis, quia militat in eo eadem ratio, quā suprà asignauimus in vēditore: & vēditor, & emptor regulariter à pari procedunt. l. fin. §. de acceptilatio. Vltimò infertur intellectus ad l. videamus. 38. in principio. §. de vsuris. Proponituribi casus, quòd contracta fuerunt sponsalia, & nomine matrimonij futuri traditus fuit fundus sponso, & consequenter dominium in eum translatum. l. sed nisi. 9. §. de iure dotiū. Posteà dissoluta fuerūt sponsalia: quæritur, vtrùm fructus percepti durantibus sponsalibus, sint restituēdi sponsæ? & à quo tēpore incipiat prædicta obligatio? Et respondet Iureconf. venire omnes fructus perceptos à tempore fūdi traditi, vsque ad tempus, quo fuerunt dissoluta sponsalia: nam cum matrimonium non fuerit secutum, fundus traditus non potest dici dotalis. l. 3. §. de iure dotium. & sic nec fundus, nec fructus repeti possunt per actionem dotis. l. 1. C. de cond. ob causam. sed potius per cōdictionem ob causam datum, causa non secuta, cuius natura est rem cum fructibus perceptis condicere. l. qui se debere. §. fina. §. de cōd. causa data. † Rationem reddit Iason l. si seruum. in prin. num. 7. §. de verborum obligation. Vlterius quærit Iureconf. si solutis sponsalibus, sponsus faciat moram in fundo restituendo, teneatur fructus sponsæ restituere? & à quo tēpore? Et videbatur dicēdum, venire à die litis contestatæ: nam cum condictio ob causam, sit stricti iuris, videtur succedere regula. l. cum fundus. in princip. §. si certum petat. Vel saltem à tempore moræ, per tradita suprà. Cōtrarium tamen determinat Iureconsult. dict. l. videamus. imò venire à tempore quo fundus traditus

91

92

tus fuit: quia regula d. l. cum fũdus. non habet locum, quando per actionem personalem repeto id, quod aliquando fuit meum: tunc enim veniunt fructus à tẽpore, quo rès mea ad te peruenit. Bart. l. indebiti. num. 2. §. de cond. in deb. Alexãder in rubric. num. 9. §. eod. Paul. & Alex. in fine. l. qui se debere. §. fina. §. de cond. ob causam. Vlteriùs dubitat Iureconsul. vtrùm sponsus teneatur tantũ de fructibus perceptis, an etiam de percipiẽdis? In qua quęstione Iureconsult. ita inuolutè procedit in d. l. videamus. vt vix se intelligat, vt ibi asserit Fulgos. in princip. Et vtique in hac dubitatione duæ sunt opiniones. Prima fuit Ioannis, quam refert gloss. ibi, verb. hæc est, qui tenebat, sponsum tantùm teneri de perceptis: & pro eo videntur esse verba clara d. l. videamus. & quia tantùm sẽtit venire percipiendos à tempore moræ, quasi nõ antea: & hanc opinionem ex professo defẽdit Fulgos. ibi & Deci. l. cum fundus. in princ. num. fin. & ibi Alciat. ad finem. §. si certum petat. Secunda fuit opinio Azonis, quòd imò teneatur etiã de percipiẽdis: quã probat Accursius d. l. videamus. verb. ratio. & ibi Odoffredus, Alber & Salicetus, Bartolus, l. si seruum. numer. 2. & ibi Iason num. 7. §. de verborũ obligat. Et pro hac opinione vrget ratio expressa in. d. l. videamus. versi. ratio autem hæc est. vbi Iurecõsul. dicit, quòd si non teneretur de percipiendis, potuisset fundum negligere, quod Iureconsul. habet pro absurdo, vt ibi per gloss. verb. ratio. & verb. hæc est. in fine. & Odoffred. Et fortiùs vrget, quia fundus fuit traditus sponso, tanquam marito futuro: & sic prout marit? tenetur de percipiẽdis, si fundi culturam negligat: vt ꝓbat is tex. & suprà diximus,
93 idẽ etiam erit in sponso: †quanuis in eo sit differẽtia, quòd ad maritum constante matrimonio pertinebant fructus, & ideò hæc negligentia ei imputari nõ potest, nisi eam committat soluto iam matrimonio, & sic tempore quo fructus iam ad eum non pertinebant, vt suprà diximus: & tamẽ prædicta culpa semper sponso imputari potest, quia fructus ante matrimonium ad eum non pertinebant, sed ad vxorem, & augebant dotem. l. si ante. §. eo. & d. l. videamus. §. ante. §. de vsuris. Ex qua ratione ego colligo, in. d. l. videamus. non potuisse esse dubitationem, vtrũ sponsus teneretur de perceptis fructibus? quia hoc erat indubitabile, sed tantũ vtrùm teneretur de percipiendis? Sed quoniam verba Iureconsul. in. d. l. videamus. contrarium innuunt, ego intelligo, Iurecõs. loquutũ fuisse in fundo tradito sponso, adiecto pacto, vt fructus non augerẽt dotẽ, sed potius ad sponsũ pertinerent, iuxta textũ. l. dotis fructus. 8. §. 1. §. de iure dotium. & in hoc casu vult, quòd dum durauit spes affinitatis, tantũ teneatur sponsus de perceptis, & non de percipiendis: nam cùm bona fide crederet fructus ad se pertinere, negligentia in colendo fundo ei imputari non potest: nã in reuocatorijs regulariter bonæ fidei possessor tenet de perceptis, & nõ de percipiendis, vt agnoscit gloss. dict. l. videamus. verb. ratio. in fine. & ibi Salicetus in fine. sed soluta affinitate, si in mora fuerit fundi restituendi, exinde tenebitur etiam de percipiendis: quia cum sciat, iã pactum esse reuocatum, quia matrimoniũ sequutum non erat: & quia cum tanquam maritus futurus fundum receperit, lex eum obligat restituere præsenti die: aliàs constitutus in mora censetur, absque alia interpellatione. l. cum in fundo. 81. §. si fundus. §. de iure dotium. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & morosum certum est teneri de fructibus percipiendis. l. apud Iulianum. 40. §. fructus. §. de leg. 1. Et quia si non teneretur hoc casu de percipiendis, verisimile esset, quòd semper fundi culturam negligeret, ex quo sciebat, quòd iam nullum commodum esset percepturus: quod vtique redundaret in notabile præiudiciũ
94 mulieris. †Iuxta quam declarationẽ ego colligo nouam explicationem ad dict. l. videamus. versic. sed & posterioris. vbi text. videtur probare, quòd mora re ipsa sufficiat, vt quis teneatur de fructibus percipiendis, vt ibi intellexit glos. verb.
95 in rem, & communiter alij, & admittunt Paul. hic colum. pen. ad finem. & Ruin. numer. 16. Alexand. l. de diuisione. in fine. §. eodem. Quæ tamen conclusio vera esse non potest; quia mora re ipsa, siue irregularis, neminem obligat, vt teneatur de percipiendis, vt latè probauimus l. de diuisione. §. eodem. & ideò text. d. l. videamus. intelligendus est de vera & regulari mora, quàm lapsus diei legalis inducit: iubet enim lex, dotẽ, vel id quod accipitur nomine dotis futuræ, præsenti die restitui: quòd si non fiat, sed in re restituenda dilatio aliqua fiat, videtur mora regularis incursa, quæ obligabit sponsum ad percipiendos, iuxta suprà tradita: quidquid aliter explicet Alciat. l. cum fundus. ad finem. §. si certum petatur. Et hæc de prima conclusione. Succedit igitur secunda cõclusio, quæ duas habet partes. Prima est, quòd post moram vxoris, maritus non tenetur fundum colere. Secunda est, quòd si tamen sponte colat, fructus perceptos tenetur vxori restituere. Ratio primæ conclusionis est, quòd non est cõgendus maritus perpetuo fundum colere, vt hic dicit Iureconf. Quod explicat Paul. numero. 4. quòd debitor non est cogendus esse procurator, vel negociorum gestor creditoris, postquam ei debitum obtulit: & ita etiam Iason. l. si seruum. in princip. numer. 7. §. de verborum obligation. Ego verò ita explico, quòd mora vxoris debet ei esse nociua. cap. mora. de regulis iuris, in. 6. quæ vtique ei non noceret, si post eam admissam, maritus adhuc cogeretur fundum colere vt antea tenebatur, vt est de mente Iacob. de Arenis in præsenti: ad quod expendo verba Iureconsult. ibi: Ne facto, &c. Neque enim Iureconsultus habet pro absurdo,





quòd maritus teneatur perpetuò colere fundum, sed tantùm id pro absurdo habet, quando hæc obligatio procederet à facto mulieris, quæ noluit fundum oblatum recipere. † Ex hac autem conclusione & eius ratione inferunt Dyn. & Bartol. hic numer. 17. quòd si quis suscepit custodiam castri per annum, & eo transacto, custos obtulit castrum domino, & ille noluit recipere, si posteà castrum capiatur ab hostibus, non tenebitur custos, iuxta huius textus rationem: & quia cum propter oblationem non incipiat teneri nisi de dolo, & lata culpa; iuxta hunc textum dubio non debet dolus, vel culpa præsumi, nisi probetur. l. quoties. §. qui dolo. §. de probationibus: subscribunt Alberic. & Paul. hic numero. 7. & alij communiter, vt asserit hic Claud. num. 20. Neque dicas, quòd ex eo quòd custos remansit in castro, videtur pro alio anno custodiam suscepisse, iuxta regulam. l. item quæritur. 14. §. qui impleto. §. locati. ac ob id si ab hostibus captum sit, non alias liberari debere, nisi probauerit sine culpa sua id contigisse. l. carceri. & l. finali. §. de custod. reorum. l. si quis fundum. §. Imperator. §. locati. gloss. recepta. l. cum ita. §. species. §. de legatis. 2. quia respondetur, quòd cum custos offerendo castrum domino, ostenderit se nolle in custodia remanere, quanuis posteà in castro remaneat, non debet credi mutasse voluntatem. l. cum qui. §. de probationibus. tacita cessante voluntate, non debet induci tacita reconductio pro alio anno, quæ in præsumpto partium consensu consistit. l. qui ad certum. §. locati. & ita Paul. hic numer. 7. Aretin. columna penultima ad finem. & in quotidiano casu tradit Alciat. de præsumptionibus, regula. 2. præsumptione. 17. in fine. Et pro illis expendo istum textum: nam hic post oblationem remansit maritus in possessione fundi, & ex eo fructus percepit, vt textus in fine probat:

& tamen per hoc non videtur recessisse ab oblatione facta, neque mora mulieris videtur purgata, vt hîc etiã aduertit Ias. in fine. Et adde prædictis, quòd etiã si custos transacto anno non obtulisset castrum domino, adhuc non videretur illud conducere pro alio anno: quod constat ex eo, quia vt inducatur tacita reconductio, oportet, quòd ex parte conductoris interueniat aliquis actus positiuus, ex quo colligatur eius consensus: ex parte autem locatoris ad præsumendum consensum illius, sufficit sola patientia, vt declarat Bartol. dict. §. qui impleto. numer. 5. Planè in nostro casu, custos habet se per modum locatoris, quia scilicet locat operas suas, dominus autem castri habet se per modum conduc-
96 toris. † Quanuis igitur ex parte custodis interueniat actus positiuus, id est, perseuerantia in castro, ex parte tamen domini, id est, conductoris, nullus interuenit actus positiuus, sed mera patientia: vnde ex parte sua non debet præsumi consensus, quòd pro eodem pretio reconducit custodem castri, nisi aliàs de hoc constet: & ita sentit Bartol. hîc in fine. subscribunt Imol. colum. fin. Alexan. numer. 15. ad finem. Aretin. colum. fin. & asserit receptum Socin. consilio. 196. post princip. lib. 2. quidquid leui fundamento dissentiat Iason hîc numero. 29. Vnde si ita fingas casum, vt custos castri videatur habere vices conductoris; quia tunc ex eius parte videtur interuenire actus positiuus, id est, persistentia in castro, inducetur tacita reconductio. Exemplum ponitur à Iasone consil. 49. numer. 2. lib. 3. iuncto casu consilij. Adde vlteriùs, quòd si castellanus custodiat castrum gratis, & sine mercede; quia tunc precario ibi videtur adesse, inducetur tacita extensio precarij per solam domini patientiam. l. in rebus. §. fin. ff. de precario. quod sentit Bartol. dict. §. qui impleto. numero. 9. dum dicit, quòd in castellanis electis à Republica, nũquam videtur renouatum officium transacto tempore; quasi sentiat, quòd in electis voluntarie à priuatis, videatur renouatum officium, scilicet in casibus, de quibus suprà: quanuis Bart. mentem non satis perceperit Iason hîc numer. 29. Denique adde, quòd in casibus, in quibus custos remansit in castro, neque videtur inducta tacita reconductio, tamen custos in castro perseuerans, poterit cõueniri per dominum actione negociorum gestorum, si culpa sua, saltem leui, castrum illud fuerit amissum; quia negociorum gestor de huiusmodi culpa tenetur. l. si vt certo. §. nunc videndum. ſſ. commodati. l. contractus. ff. de regulis iuris. ac ita vtrùm videatur renouatum officium in prędictis terminis, nec ne? differentia in eo consistet, quòd casu, quo videatur renouatum officium, tenebitur custos de leuissima culpa; quia videtur asserere se esse peritum in ea arte. l. qui mercedem. cum gloss. ſſ. locati. & tamen in actione negociorum gestorum tantum tenetur de leui culpa, vt suprà di-
97 ctum est: & ita Claud. hîc numer. 20. † Item si tanquam custos, vel castellanus teneretur, incumbet ei onus probandi sine culpa sua fuisse amissum castrum. l. fin. §. fin. ff. de custod. reorum. glos. recepta. l. cum ita. §. species. ff. de legatis. 2. & tamen si tanquam negociorum gestor teneatur, dicenti eius culpa fuisse amissum castrum, incumbet onus probandi, iuxta traditionem glos. l. exceptione. ff. de fideiussorib. Denique si tanquam castellanus trãsacto anno obtulit castrum domino; quia tanquam negociorum gestor videtur perseuerare, tenebitur de leui culpa: & tamen si tanquam negociorum gestor offerat, tenebitur tãtum de dolo, & lata culpa, iuxta istum text. & tradit Roman. hîc nu. 45. Neq; est omittẽdum in hoc articulo id, quod tradit Bart. hîc n. 17. quòd licèt castellanus perseuerans in castro, videatur ibi esse tãquã negociorũ gestor, atque proinde nõ posit merce-



mercedem petere per actionem ex locato: tamen poterit illam petere per actionem negociorum gestorum: vt hîc explicat Iason ad finem. post Bart. d. l. item quæritur. §. qui impleto. num. 5. ad finẽ. & subscribit Socin. consil. 196. col. final. versic. tertiò. libr. 2. Et facit, quia licèt regulariter negociorum gestor non possit petere salarium pro labore, sed tãtùm possit petere id quod abest à proprio patrimonio propter prædictam causam. l. 2. in fine. ſſ. de negoc. gestis. prout etiam in procuratore, & mandatario, probat. l. idemque. 10. §. idem Labeo. ſſ. mandati. tradit Guido decisione. 68. num. 3. notabiliter Alexand consil. 109. num. 3. lib. 6. id tamen locum non habet, quãdo prædicti solebant locare operas suas, & dominus etiam solitus erat illas conducere: nam tunc prædicti poterunt petere pro labore sibi salarium constitui, ex æquitate. l. si me & Titium. ſſ. si certum petat. & ita Socin. consilio. 196. colum. fin. versic. quartò. lib. 2. decisio Genuæ. 115. num. 2. illud scilicet, quod dominus debuit præstare alteri, cuius operas erat cõducturus: argumen. l. in summa. 65. §. in frumento. ſſ. de cond. indeb. Alexan. consil. 109. numer. 2. ad finem libr. 6. & ideò meritò Paul. consil. 346. in fine libr. 2. tradit, quòd negociorum gestor petens salarium, debet articulare, & probare, quòd dominus esset alium conducturus
98 ad illud negocium gerendum. † Et per contrarium si dominus vult se liberare, debet articulare & probare, quòd fuisset habiturus alium, qui gratis ęquè commodè illud negocium fecisset: quod & post Federic. tradit Alexand. consil. 109. in fine. lib. 6. & Antonius Gabriel libr. 2. communium, tit. de procuratorib. conclusione. 5. in fine. Quæ notabilia sunt ad explicationem Ordinat. libr. 1. tit. 55. Tertia autem pars conclusionis huius text. scilicet, quòd maritus fructus perceptos post moram vxoris tenetur illi restituere, difficultatem videtur habere ex decisione. l. mulier. 22. §. si hæres. ff. ad Trebellian. vbi hæres rogatus restituere hæreditatem, fructus perceptos propter negligentiam fideicommissarij non petentis suos facit, neque tenetur illos restituere fideicommissario, imò neque in quartam Trebellianicam imputare: ergo idem videbatur dicẽdum in marito, vt fructus perceptos propter morã vxoris nolentis dotem recipere, suos faciat, neque teneatur vxori restituere. Vrget etiam in contrarium traditio gloss. fin. l. de diuisione. ſſ. eodẽ. dum tenet, quòd si maritus sustineat onera matrimonij, atque ita re ipsa in mora vxorem videatur constituere: argu. l. curabit. C. de action. empti. si vxor illi offerat fundum dotalem, & ille nolit recipere, exinde vxor faciet suos fructus irreuocabiliter, neque eos tenebitur marito reddere: sequitur Bart. ibi num. 4. Paul. nu. 11. & receptam esse sententiam asserit Claud. ibi ad fin. ergo & in casu huius text. idem videbatur dicendum. Cæterùm his non obstãtibus, non est recedendum à clara decisione Iurecons. in præsenti: & ad primã difficultatẽ respõdebat Iacob. de Aren. hîc, quòd soluto matrimonio, dotis dominium transit in vxorem ipso iure. l. in rebus. 30. C. de iure dot. & colligitur ex isto text. ibi: Fundum eius, scilicet mulieris. Meritò igitur maritus fructus perceptos ex re aliena scienter, tenetur domino, id est, vxori restituere: sed in fideicõmisso vniuersali non transit dominiũ ipso iure in fideicõmissariũ, antequã ei restituatur hęreditas re, vel verbo. l. restituta. 37. in princ. ff. ad Trebel. & ideò hęres fructus perceptos ex re sua, meritò suos facit: subscribit Duaren. hîc in fin. & latè
99 defendit Ruin. à num. 2. † Sed improbat Bart. hîc nu. 4. & meritò, quia præsupponit, isto iure Digestorũ dominium dotis, soluto matrimonio trãsire in vxorem ipso iure. Quod tamen est falsum, & cõtra text. l. 1. in fine. ſſ. de fundo dotali. & l. 3. C. de iure dotium. nam quòd ipso iure domi-

dominium dotis transferatur in mulierem,fuit noua constitutio Iustiniani d.l. in rebus.vt esse communiter receptũ asserit Alex.hîc num.2.Claud.nu.15.Nouellus de dote.§.part.priuileg.6.à nu.1. Aliter igitur prædictæ difficultati respõdet Bart.hîc num.4.quòd is text.procedit,quãdo debetur vxori res,quæ aliquãdo fuit sua,& in d.l.mulier.§. hæres. debetur fideicommissario res, quæ nunquã fuit sua. Et hac ratione procedit differentia,quam prædicta iura constituũt: allegat in argumentum.l. videamus. 38. §.si actionem.ſ.de vsuris.& Bart.subscribũt omnes,vt hîc asserit Iason num. 10. Aretin.consil.155.nu.7.Hieronym. Gabriel consil.64.num.11. Cæterùm neq; hæc responsio tollit difficultatem, quia cum vtroque casu quis percipiat fructus ex re,quæ adhuc sua est, debet eos suos facere;quia vtroque casu eadem militat ratio.Item confunditur per.l. venditor ex hæreditate.versic.quemadmodum.ſ. de hæred.vel action.vend. vbi venditor fructus perceptos ex re vendita tenetur emptori restituere, quanuis ea res nunquam fuerit emptoris.l. si ager. ſ. de rei uend.ergo differẽtia suprà assignata per Bart.non subsistit, vt hîc aduertit Alex. colum.pen.ad fin. Verior igitur responsio est,quòd d.l.mulier.§.si hæres. loquitur in hærede, qui ante factam restitutionem fideicommissi vniuersalis, dominus est, & sic ratione dominij fructus suos facit:maritus autem licèt dominus dotis dicatur,tamen non ratione dominij facit fructus suos,sed ratione onerum matrimonij. Bart.l.diuortio.in princip.num.11.ſ.eod. & ibi diximus.Quod non satis percepit Hieronym. Gabr.consil.64.num.11. Cùm igitur soluto matrimonio,maritus onera matrimonij non sustineat,etiam data mora mulieris,fructuos suos non faciet,sed tanquam perceptos ex re aliena, eos vxori restituet. Et hac ratione procedit is text.vt aduertit Ruin.hîc ad finem. † Vnde infertur,

100

quòd si in marito detur casus, in quo ratione dominij fructus faciat suos, tunc etiam in eo inducetur regula dict.l. mulier.§.si hæres. Exemplum erit,si res dentur estimatę marito,adiecto pacto,quòd pro eodem pretio restituãtur vxori, iuxta.l.quoties.C.de iure dotium.nam cum propter æstimationem earum simpliciter dominus fiat,fructus perceptos retinebit,donec vxor pretium restituat:text. est expressus.l.fin.§.fin.ſ.de fundo dotali. vbi maritus accepit res dotales æstimatas, quas tamen ex pacto tenebatur mulieri restituere pro eadem æstimatione,vt ibi intellexit gloss. in vltimo intellectu,& Odoffr. & probat text. quòd pro qua parte maritus æstimationem recepit ab vxore,pro ea parte ei fructus restituet,ex æquitate.l.curabit.C.de actionibus empti. sed pro parte æstimationis non reddita, fructus cum effectu maritus faciet suos, neque tenebitur vxori restituere. Sed non est omittendum, quòd suprà resolutis videtur nimis obstare text.l.venditor. versicul. quemadmodum.ſ.de hæred.vel action.vend. vbi vẽditor, qui poterat negligere culturam fundi,si tamen eum coluit, tenetur fructus restituere emptori, etiamsi in nulla sit mora cõstitutus, vt colligitur ex eius generalitate:quidquid contrarium sentiat Bald.l.fructus.in fin.& ibi Salic.nu.2. C.de action.empti. & tamen ibi venditor erat dominus rei venditæ ante traditionem, & ratione dominij illos faciebat suos: vnde iuxta suprà resoluta debuit eos suos facere, neque debuit cogi eos restituere emptori. Sed respondendum est,venditorem non teneri simpliciter fructus restituere emptori, sed ita tenetur, vt emptor pro quantitate fructuum teneatur ei vsuras pretij soluere. glos.pen.cõmuniter recepta in.l.fructus. C.de action.empti.Vnde cũ pro fructibus venditor pretium debeat obtinere, perinde est,ac si fructus restituere nõ teneretur:arg.l.quia qui pretio.ſ. de vsufr.

Est



Est tamen aduertendũ vltra alios, quòd text. d.l. venditor ex hæreditate. versic.

101

quemadmodum. † videtur contradicere decisioni.l.fin.§.fin.ſ. de fundo dotali.quæ probat,venditorem ita facere fructus suos,vt eos minimè teneatur restituere emptori.Sed responderi poterit,d. l.venditor ex hæreditate. versic. quemadmodum.loqui in venditione pura; & d.l.final.§.fin.loqui in venditione conditionali,in qua ante implementum cõditionis fructus pertinent ad venditorem, & non ad emptorem, etiamsi res pendente conditione,ei tradita sit.l.necessario.§.quòd si pendente.ſ. de peric. & commod.rei vend.l.4.ſ.de in diem ad

102

iectio. Tiraquel.libr.2.retract. §.2.gloss. vnica.numc.73.nisi postquam impleta fuerit conditio verè,vel fictè: nam tunc incipient pertinere ad emptorem offerentem.l.2.C. de pactis inter emptor.& hac ratione procedit.d.l.fin.§.fi.Aduersus tamen hanc responsionem replicari poterit,quòd si in venditione conditionali posteà impleatur conditio,prout illius implementum retrotrahitur.l. potior est. ſ. qui potior.in pignor.habeantur.ita etiam & fructus retro debentur emptori, vt probat Hieronym Gabriel consil.64.num.13. Cuius tamen contrarium insinuat d.l.fin.§.fin.& dict.l.2. C. de pactis inter emptor. Pro concordia dicendum est,quòd aut conditio est casualis,& tunc procedit opinio Hieronymi Gabrielis. Addendo, quòd ita demũ fructus sunt restituendi emptori, si ipse soluat vsuras pretij pro quantitate fructuum,vt suprà resoluimus in venditione à principio pura. Sed si fuerit cõditio potestatiua,pendens à potestate emptoris (vt est æstimationis solutio) prout ea conditio retro non trahitur. d.l. potior est.ita etiam fructus interim percepti, nullo modo sunt restituendi emptori:& ita procedit dict.l.fin.§.fin.&.l.2. C. de pactis inter emptor. Non obstat etiam conclusioni huius textus secunda diffi-



culta,deducta ex traditis per glos. fin.l. de diuisione.ſ.eodem.nam respondendum est, in hac materia differentiam esse constituendam inter vxorem,& maritum,propter diuersam rationem, quæ inter eos militat:nam mulier in mora irregulari constituta, quia maritus sustinet onera matrimonij,si offerat ei res dotales,nõ solum purgat moram suam, sed etiam maritum in mora constituit.l. qui decem.72.in princ.ſ. de solution.l.illud. ſ.de peric.& commod.rei vend.Bar.hîc num.12.Cùm ergo ante traditionem,ipsa rerum dotalium vera domina sit.l. 1.ſ. de vsucap. pro dote.fructus ex re sua per

102

ceptos retinebit. † Quæ ratio cessat in marito,qui licèt sit dominus dotis, tamẽ non ratione dominij facit fructus suos, sed ratione onerum: & cum soluto matrimonio onera non sustineat, fructus tanquam perceptos ex re aliena vxori restituet:quanuis hæc non satis percepit Claud.hîc numer.17. Vnde colliges, non esse simpliciter verum quod ex isto text.colligunt Paul.hîc num. 5. Aretin. vltim.notab. & Claud. in princip. quòd oblatio facta creditori, liberat offerentem à culpa,non autem ei affert lucrum fructuum:nam id verum est in terminis huius text. sed extra illos, oblatio vxoris eam liberat à mora,& culpa, & etiam affert lucrum fructuum, vt cõstat ex glos. fin.communiter recepta d.l. de diuisione.ſ.eod. Ex hac igitur conclusione huius text.defensa vt suprà, & ex suprà resolutis, infertur primò intellectus ad. l. mulier.22.§.si hæres.ſ.ad Trebellian.dũ requiritur negligentia fideicõmissarij, vt hæres fructus interim perceptos non teneatur restituere:nam videtur sentire, quòd si fideicommissarius esset absens, vel ignoret,fideicommissum sibi esse relictum,ita vt non posset ei imputari negligentia,quòd tunc non procederet ille text. & ita securè tenet Paul ibi. Ripa l.in fideicommissariam.numer.10.& ibi Laurent.num.19.ſ.ad Trebellian. Grat.

consil.132.num.7.lib.2. Sed ex suprà resolutis contrarium dicendum est: cum enim ante factam restitutionem, hæres ex re sua fructus percipiat, indistinctè non tenebitur eos restituere fideicõmissario:& in specie videtur probare text. l. in fideicõmissariam.18 ʒ.ad Trebellian. dum dicit,fructus non venire in restitutione fideicommissi,nisi ab eo tempore, quo hæres fuit constitutus in mora restituendi fideicommissum: & ibi notat Alex.num.7.Aretin.consi.155.num.11. Costa c.si pater.3.part.verb.obliqua.numer.57.de testam.in.6. Neque contrarium probat d.§.si hęres.quia ideò requirit negligentiam fideicommissarij, quia vult hęredem non solùm non teneri fructus restituere, sed etiam neque debere eos in quartam imputare: nam quoad hunc effectum requiritur negligen-
103 tia fideicommissarij: † ea autem remota,quanuis hæres non teneatur fructus restituere fideicommissario,tamen tenebitur eos in quartam imputare: vt probat d.l.in fideicõmissariam. & ibi explicat Vincent.col.5.ad medium. Illud sanè verum est,decisionem d.§.si hæres.tãtùm locum sibi vendicare in fideicommisso vniuersali, in quo non transfertur dominium ante restitutionem, re, vel verbo.factã.l.restituta. 37.ʒ. ad Trebellian.Aliud igitur erit dicendum in fideicommisso particulari: nam cum dominium ipso iure transeat in fideicõmissarium.l.1 C.communia de legatis.non obstante eius negligentia, fructus percepti ex re sua, illi restituendi sunt.l. Herẽnius.42.ʒ.de vsuris.Aretin.consil.155.numer.7. Quinimò etsi hæres offerat fideicommissum particulare fideicommissario,& ille nolit recipere,adhuc hæres fructus suos non faciet: neque enim est ferendum,quòd quis fructus scienter perceptos ex re aliena,suos faciat.l. qui scit. in princ.ʒ.de vsuris.Bald.l.1.num.11.C. de vsur.& fruct.legator. Quæ pariter recipienda sunt in fideicommissis vniuersalibus, in illis scilicet casibus, in quibus inuenitur cautum, vt dominium ex illis transeat ipso iure: de quibus.l.pen.§.fin. C.ad Trebellian.quia in his eadem videtur militare ratio,quæ in particularibus. Bart.d.l.in fideicommissariam. nume.4. Aretin.d.consil.155.num.11. Costa.c. si pater.2.parte.verb.ipsis pauperibus. numer.9.Cephalus consil.215.libr.2. num. 50. Et per contrarium quando in fideicommissis particularibus non trãsit dominium ipso iure,iuxta tradita per Bart. l.1.colum.vltim.ʒ. de leg. 1. in illis inducetur d.§.si hæres. quia militat eadem ratio.Aretin.d.consil.155.nu.7. Secundò ex suprà dictis infertur annotatio ad resolutionem Bal.l.venditor ex hæreditate.in lectura antiqua. ʒ. de hæred. vel action.vend.quòd vbi agitur de causa lucratiua, procedat d.l.mulier. §. si hæres. Si verò agatur de causa onerosa, procedat dict.l.venditor ex hæreditate.versic. quemadmodum:subscribunt Alexand. hîc colum.penult.ad finem.& Ruin. numero.17.Hieronym.Gabriel consil. 64. num.12.hæc enim resolutio Baldi videtur confundi per authoritatem glos. fin.
104 l.de diuisione.ʒ.eodem. † vbi mulier propter negligentiam mariti facit fructus suos, quantumcunque ex parte mariti videatur agi de causa onerosa. Alexand. hîc colum.fin.mirè se inuoluit circa resolutionem huius difficultatis: & tandẽ resoluit, quòd vbi agitur de causa onerosa propter negligentiam non petentis, dominus non facit fructus suos irreuocabiliter, sed tenetur eos restituere. d.l.venditor ex hęreditate.versic.quemadmodum. Si autem creditor vltra negligentiam,constituatur in mora, tunc dominus rei irreuocabiliter lucrabitur fructus,& procedet glos.final.l. de diuisione.ʒ. eodem. quia plus nocet mora, quàm negligentia. l. in fideicommissariam.18.ʒ.ad Trebellianum. Vnde infertur,quòd si in specie dict.l. venditor ex hæreditate.versic.quemadmodum.vẽditor



ditor constituisset emptorem in mora recipiendi,fructus posteà perceptos nõ teneretur ei restituere. Sed circa hæc dicta Alexandri ad plura est aduertendum:nam primò,dum facit differẽtiam inter causam onerosam,& lucratiuam, vtique prædicta differentia non est admittenda,quia iure non probatur. Neque obstat dict.l.venditor.versic. quemadmodum.quia ita venditor hos fructus tenetur restituere emptori,si ab eo recipiat vsuras pretij pro quãtitate fructuũ. glos.penult.l.fructus.C.de actionib.empti.quod in effectu est illos non restituere,vt suprà diximus. Item text. d.l. venditor. versic. quemadmodum. loquitur in emptore, ad quem perfecta vẽditione pertinet rei periculum,ita vt si res pereat, teneatur pretium nihilominus soluere venditori. §. cum autem. Instit. de emptio. & vend.& sic duplex damnum incurrit:nam & amittit rem, & vlteriùs ex suo soluit pretium rei peremptæ, & hac ratione circa fructus,magis ei faueturargum.l.4.§.sed quoad ait.ʒ. de lege commissoria. Sed quãdo res perempta est, creditor præter rei peremptionem nullum aliud damnum incurrit: & ideò generaliter procedit regula.l. mulier.§. si hæres.ʒ.ad Trebellianum.Item secundò est aduertendum,quòd dum vult, quòd si creditor non solùm est in negligentia, sed etiam in mora,quòd tũc fructus percepti non sunt ei restituendi, confunditur per istum text.nam in eo mulier creditrix fuerat constituta in mora recipiẽ
105 di, † & tamen non amittit fructus,vt expendit Bald.l.1.nume.11. C.de vsuris & fructib.legatorum.& Aretin. cons. 155. numero.7. quod etiam probat. l. videamus.38.§.item si vi.ʒ. de vsuris. vbi illi, 106
cui debentur fructus iure actionis, nihil mora nocet,quominus fructus illos obtineat.Item & tertiò,quòd dum Alexander vult,quòd d.l.venditor ex hęreditate.versic.quemadmodũ. non procedat, quãdo emptor fuerit cõstitutus in mora, in cõtrariũ vrget generalitas illius textus:& ita contrariũ tenet Ruin. hîc num. fin.Pro vera igitur resolutione huius difficultatis,& dictorum Alexandri,aduertendum est,in hac materia magnam esse differentiam inter moram debitoris, & moram creditoris:nam mora debitoris magis odiosa est, & magis punitur, quàm mora creditoris,vt suprà ostendimus.Mora igitur debitoris efficiet,quòd quanuis ipse non teneretur, nisi de fructibus perceptis,nũc teneatur etiam de percipiendis.l.videamus.38. post princ. ʒ. de vsuris. sed mora creditoris nihil ei nocet quoad fructus,vt efficaciter probatis text. & dict. l. videamus. §. item si vi. sed tantùm in hoc ei nocet,vt quanuis aliàs periculum interitus pertineret ad debitorẽ,tamen propter moram creditoris in non recipiendo,ad illum incipit pertinere, vt colliges ex.l.1.§. rectissimè.&.l. meritò.in fine.ʒ. de vi & vi armata.adiuncta.l.fin.C.de cond. furtiua. & ibi notat Salicet.&.l.subtracto. C. de furtis. & ibi notat Aretin. Et est ratio differentiæ, quia in isto textu debentur fructus percepti soluto matrimonio iure actionis, quia augent dotem.l. si marito.32.§.finali.ʒ.eodem.Similiter & iure actionis debentur in casibus expressis.l. videamus. 38.ʒ. de vsuris. & licèt mora creditoris ei noceat, quoad ea, ad quæ debitor erat obligatus secundùm naturam contractus, non tamen nocet quoad substantiam actionis, & obligationis, vt efficaciter probatis text. &.l. final. C. de cõdictione furtiua.adiuncta l. videamus.§.item si vi.ʒ. de vsur. Prout & in simili hos casus distinguit Decius l. contractus.numero.41.ʒ.de regulis iuris. † Vnde colligitur, quòd si fructus non deberentur iure actionis, sed solo officio iudicis,prout est regulare, nisi in casibus, in quibus exprimitur eos deberi iure actionis: vel quando deducuntur in stipulationem,vt resoluit Alexan. l.si marito.§ final.post princip.ʒ.eodem.

Iason.§.actionum.numer.45.Institut.de actionibus.mora creditoris liberabit debitorem ab his fructibus, vt à fortiori probat.l.mulier.22.§.si hæres. ʃ. ad Trebellian. & quia propter moram cessat ęquitas, quam iudicis officium semper præsupponit. l. quod si Ephesi. s̃. de eo quod certo loco. & colligitur ex ratione Bald.per argumentum à contrarijs. l. 1. num.fin.C.de vsuris,& fructibus legato. Et ad hunc modum poterunt concordari opiniones. Colligitur etiam ex prædictis vera explicatio.l.videamus.§.item si vi.s̃.de vsur.nam glos.ibi,verb. restituat. sentit,text.loqui de fructibus debitis officio iudicis. Quod non est verum,quia Iurecons.dicit, moram creditoris ei nõ nocere quoad fructus,quæ tamen noceret,si officio iudicis illi deberentur, vt proximè diximus: & ideò intellige text. agere de fructibus debitis iure actionis, vt etiam intellexerunt Alberic. Fulgos. ad finem.d.l.videamus.§.in Fabiana.Itẽ quòd licèt gloss.dict.§.item si vi. verbo, mora.intelligat,text. non agere de vera mora,sed tantùm de dilatione, & negligentia creditoris in agendo: & ita etiam Alberic.in dictionario.verb. moram fecisse.& pro illis videatur text.l.meritò. ʃ. de vi & vi armata.vbi dictio,Mora, apertissimè in hac sumitur significatione:tamen verius est,verbum,Mora,in eo tex. etiam accipiendum esse de vera mora, quæ creditori non nocet circa fructus, vt constat ex suprà resolutis. Denique colligitur,nõ esse veram explicationem quam ad dict.l.venditor ex hæreditate. versic.quemadmodum.assignat Alexander hîc in fine.quòd text.ille non procedat, si emptor sit cõstitutus in mora per venditorem:nam cum eo casu emptor consideretur tãquam creditor,eius mora circa fructus ei nocebit, cum sibi debeantur iure actionis ex empto.l. 2. & ibi glos.& Salic.&.l.fructus.C. de actionib.empti.ac ita locum habent suprà tradita: nam licèt in actione bonæ fidei regulariter veniant fructus officio iudicis post moram.l.4.C.depositi.Bal.l.1.in fin. C.de vsur.& fructib.legator. & diximus in numero præcedenti:tamen in actione ex vendito veniunt fructus, etiam cessante mora,vt colligitur ex.l. fructus. vbi ponitur ratio.C.de action. empti. & l.venditor ex hæreditate.§. quemadmodum.s̃.de hęred.vel action.vend.textus
107 clarus.l.3.§.1.in fin.s̃. de action.empti.† & sentit glos.& ibi Salicet.l.2.C.de actionib. empti. quidquid contrarium pro constanti habeant Bald. l. fructus. ad finem.& ibi Salicet.numer.2.C.de actionib.empti.Tãtum ergo mora emptoris quoad fructus ei nocebit in eo quod tradidimus.l.de diuisione.s̃.eodem.Et hęc sint satis in hac materia.Intellectum.l. si ab hostibus.11.princip.ʃ.eodem.iam tractauimus suprà in rubric.in.2.parte.&.l. 2.§. quòd si in patris. s̃. eodem. & ideò peculiaris illius principij omittitur interpretatio.

S V M-



## SVMMARIA LEGIS SI AB HOSTIBVS. 11.§. fin. ff. Soluto matrimonio.

1 *Delinquentis amittentis bona,illa filijs relinquuntur.*
2 *In lucris dotalibus quando aperiatur locus fisco.*
3 *Non dicitur ius speciale,quod inter partes conuentum est.*
4 *Facilius subintelligitur conditio in vltima voluntate,quàm in contractibus.*
5 *In casu huius text. nulla tacita subintelligitur conditio.*
6 *Mors procurata per eum,qui ex ea lucrum est habiturus,nihil ei prodest.*
7 *Agitur de intellectu.l.cum ratio.§.fin. ʃ. de bon.damnator.*
8 *Occidens vxorem,mero iure ei succedit ab intestato,& aufert fiscus.*
9 *Ad adimendam hæreditatem, non sufficit præsumpta voluntas.*
10 *Propter inimicitias censetur reuocatum legatum.*
11 *Militis nuda voluntate reuocatur institutio.*
12 *Explicatur.l.fin.C.de reuoc.donation.*
13 *In defuncto non potest considerari animus reuocandi.*
14 *Turpiter quæsita per actum inter viuos, reuocat fiscus.*
15 *Facilius reuocatur donatio facta inter virum & vxorem,quàm legatum.*
16 *Lucrum dotis non consideratur tanquam donatio.*
17 *Maritus verberans vxorem,vel aliàs eam malè tractans,non priuatur lucro dotis.*
18 *Cui incumbat onus vendicandi necem defuncti.*
19 *Explicatur.l.si antequam.23.s̃. ad Sillanianum.*
20 *Si substitutus occidat institutum,locum habebit.l cum ratio.§.fin.ʃ. de bonis damnator.*
21 *Quid in occidente possessorem maioratus, vt in eo succedat?*
22 *Fiscus aufert ius adeundi,si hæres sit in mora adeundi.*
23 *Neque vt sit locus fisco, oportet indignum hæreditatem adire.*
24 *Delictum patris non nocet filijs in iure ex eorum persona competenti.*
25 *Quando excluso stipite,descendentes excludantur.*
26 *Acquisitio vsusfructus non impedit successionem filio deferri.*
27 *Agitur de intellectu. l. Lutius. 19. ʃ. de iure fisci.*
28 *Indignus respectu testatoris, non prohibetur eius hæredi succedere.*
29 *Qui occidit patrem testatoris,filij quoque hæreditatis censetur indignus.*
30 *Explicatur.l.his consequenter.§.1.s̃.famil.erciscund.*
31 *Qui omisit curam testatoris infirmi, eius hæreditatis redditur indignus.*
32 *Explicatur.l.2.§ fratris. ʃ. si quis aliquem testari prohibuerit.*
33 *Maritus non adducens medicum ad curãdam vxorem ægrotam,quando illius hæreditatis reddatur indignus.*
34 *Quando morbus est incurabilis, non tenetur maritus vocare medicum.*
35 *Vel quando est pauper,neque facilè potest medicum adducere.*
36 *Adhibens medicum imperitum non excusatur.*
37 *Si maritus sine causa expulit vxorem à domo, ob hoc amittit lucrum dotis.*
38 *Maritus non sustinens onera matrimonij,non fruitur lucro dotis.*
39 *Si maritus reuocat vxorem,& illa non vult venire,excusatur maritus.*
40 *Propter adulterium vxoris maritus lucratur dotem.*
41 *Qui occidit vxorem propria authoritate,lucrũ dotis amittit.*

*Etiamsi*

42 *Etiamsi ex permissione statuti illam occidat.*
43 *Contrarium tamen defenditur.*
44 *Publicus minister quando peccet occidendo malefactores.*
45 *Maritus occidens vxorem, prohibetur matrimonium contrahere.*
46 *Iudex criminalis, quando de causa ciuili cognoscere poterit.*
47 *Quando aboletur crimen per principem, non remanent effectus causæ criminalis.*
48 *Quando quis eligendo viam iudicij, videatur renuntiare remedio extraiudiciali.*
49 *Intellectus. l. qui vas. 49. in princip. ff. de furtis.*
50 *Si causa ciuilis intentetur, non potest cumulari criminalis, etiam incidenter.*
51 *Quando valeat sententia, in qua reus pro parte condemnatur.*
52 *Qui petit furem puniri, & sibi rem furatam restitui, videtur principaliter intentare causam criminalem, & incidenter ciuilem.*
53 *Fur notorius semper cogitur rem restituere.*
54 *Quando omissa via iudicij, quis possit propria authoritate ius sibi dicere.*
55 *Leges permittentes maritis adulteras occidere, vtrum sint validæ?*
56 *Aliud est non punire crimen, & aliud illud permittere.*
57 *Crimen adulterij grauissimum censetur.*
58 *Expenditur Ordin. lib. 5. tit. 16. §. 1.*
59 *Maritus occidendo vxorem, licet peccet, tamen in foro exteriori non punietur.*
60 *Quando dicatur dispositio hominis, vel legis.*
61 *In regno Portugaliæ omnia efficiuntur communia inter coniuges.*
62 *Et ea acquisitio censetur prouenire ex causa onerosa.*
63 *Lucra quæsita constante matrimonio, non reseruantur liberis primi matrimonij.*
64 *Expenditur Ord. lib. 5. tit. 16. §. 2.*
65 *Difficilius mulier priuatur dote, quàm lucris quæsitis constante matrimonio.*
66 *Opera mulieris nõ potest supplere capitale per maritum positum.*
67 *In Portugalia distinguitur matrimonium contractum secundùm regni consuetudinem, vel secundùm ius commune.*
68 *Donata vel prouenientia per successionem non communicantur in coniuges.*
69 *Maritus occidens vxorem ex interuallo, nihil debet habere ex bonis vxoris.*
70 *Quas operas vxor marito teneatur præstare.*
71 *Communicatio lucrorum in Hispania dicitur procedere ex dispositione legis.*
72 *Explicatur dictum Bald. l. fin. in fine. C. de bonis matern.*
73 *Quod acquiritur ratione conuentionis, non tenentur coniuges relinquere liberis primi matrimonij.*
74 *Quod defertur ex lege, non est insinuandum.*
75 *Explicatur. l. quinque legibus. ff. de bonis damnatorum.*
76 *Si vxor occidat maritum, priuatur omni lucro, quod ex bonis eius habitura est.*

INTER-



# INTERPRETATIO
## l. Si ab hostibus. 11. §. fin. ff. Soluto matrimonio.

AD Interpretationẽ huius text. præmittẽdum est, quòd cum dos soluto matrimonio debeat in solidum restitui vxori, vel eius hæredibus. l. 2. in princ. §. eod. & l. fin. C. soluto matrimon. & nihilominus is text. præsupponat, maritum sperare lucrifacere dotẽ, necessariò intelligendum est, interuenisse pactum, quòd dos ad maritum pertineret, si morte vxoris solueretur matrimonium liberis interuenientibus, iuxta l. 2. §. de pact. dotalib. & l. 1. in princ. §. de dote prælegat. l. pen. §. fin. ff. quod falso tutore authore. & ita glos. hîc. verb. lucri facere, cum qua omnes transeunt: & in specie probant Paul. num. 2. Aretin. colum. penult. post princ. Quo præsupposito, ex isto text. colligendum est, pactũ de lucranda dote non habere locum, casu quo maritus vxorem interficiat: ad quod istum text. extollit Bald. l. vnica. §. sed neque retentio. in fine. C. de rei vxoriæ action. Bolognin. hîc in nouis interpretationibus, & putat singularem Bald. Nouellus de dote. 8. part. priuileg. 29. & alij adducti per Roland. de lucro dotis. q. 61. numer. 16. Sed quatenus etiam is text. probat, non obstante pacto, actionem dotis exigendæ, cum effectu competere hæredibus vxoris occisæ, maximam patitur difficultatem ex decisione Iureconf. l. cum ratio. §. fin. ff. de bonis dãnator. Ad cuius inductionem debes aduertere, quòd quando quis condemnatur ad mortem naturalem, vel ciuilẽ, tacitè ei etiam videntur adempta bona, quanuis id in sententia expressum non sit: si autem cõdemnatus duos filios habebat, ex æquitate conceditur eis dimidia pars bonorum patris condemnati. † l. 1. in princ. iuncto. §. 1. ff. de bon. damnator. & ibi notat glos. verb. portionẽ. l. fin. C. de bon. proscriptor. Si verò filij plures sint quàm duo, tunc vniuersa substantia patris eis relinquatur. l. final. §. si plures. ff. de bon. damnat. & ibi gl. verb. si plures. & Alber. tradit Paul. consil. 171. num. 5. lib. 1. Tellius. l. Tauri. 4. nu. 15. Quo præsupposito, probat d. l. cum ratio. §. fin. q. si prædictus condẽnatus aliquid per flagitiũ acquisiuit; quia scilicet occidit cognatum, cui ab intestato successit; vel occidit testatorem, à quo fuerat hæres institutus, huiusmodi bona sic per flagitiũ quæsita non connumerabũtur in bonis condemnati, & consequenter in illis filij deliquentis non possunt prætẽdere portionem; quia illa per flagitium quæsita, pertinent ad fiscum. l. Lutius. ff. de iur. fisci. & ita declarat Bart. d. l. cũ ratio. §. fin. subscribit Andr. Sicul. cons. 8. col. 1. & 2. lib. 3. & cõs. 70. nu. 13. lib. 4. Dec. cõs. 525. à nu. 1. Ruin. cõs. 129. nu. 1. lib. 2. & cons. 11. nu. 1. lib. 5. Boer. decisi. 25. nu. 1. Ripa l. fin. n. 155. C. de reuoc. donat. Cagnol. l. fin. num. 124. C. de pact. cum similibus, de quibus per Iul. Clar. in praxi criminali. §. homicidium. num. 22. Quibus adde Guilliel. c. Raynuntius. verb. cõdidit. 2. num. 10. Anton. Gomez. 3. tom. c. 3. numer. 51. Mantuã sing. 413. Expende igitur, quòd in specie d. l. cum ratio. §. fin. Iureconf. præsupponit pro constanti, eum, qui occidit testatorem, nihilominus ei succedere ex testamento & ab intestato, quanuis fiscus ab eo auferre possit tãquam ab indigno: ergo idem videbatur dicendum in nostro casu, quòd non obstante,

stante,quòd maritus occideret vxorem, dos ex pacto ad eum deberet pertinere, quãuis fiscus posset ab eo auferre. Augetur difficultas; quia si maritus non vendicat necem vxoris per alium occisę, fiscus auferet ab eo lucrum dotis, quod ratione pacti obtinuerat. l. ei qui. 20. ʒ. de his quibus vt indign. l. cum mortem. 27. ʒ. de iure fisci. ergo à fortiori debet fiscus auferre à marito lucrum dotis, qui propriam vxorem occidit. Pro dissoluendis his difficultatibus variant scribentes, & in varias scinduntur sententias: nam in primis Bart. hîc numer. 2. existimat speciale esse in lucris dotalibus, vt in illis nũquam aperiatur locus fisco, sed potius redeant ad hæredes mulieris: adducit textum l. 1. C. de secund. nuptijs. subscribit Nouellus de dote. 8. parte, priuilegio. 31. Sed hanc respõsionem improbãt Imol. & Aretin. hîc colum. 2. ad medium. Cãpes. de dote. 5. part. q. 2. Et meritò, † quia confunditur per text. l. ei qui. 20. ʒ. de his quib. vt indign. Neque pro Bart. facit d. l. 1. C. de secund. nuptijs. quia procedit, quando quis venit priuandus propter bonos mores ciuiles nõ obseruatos. Sed quando quis venit priuandus propter proprium delictum, tunc semper fit locus fisco. l. Papinianus. §. meminisse. s̃. de inoffic. testam. ita vt sit vera resolutio in hac materia, quòd quando quis venit priuandus propter proprium delictum, fiat locus fisco: secus si propter aliam causam, vt tradit Alexand. l. si is qui. num. 3. ʒ. de vulgari. Iason. l. si pater. num. 10. C. de hæred. instit. Deci. consil. 312. num. 4. Sed in casu huius text. maritus venit priuandus propter delictum, id est, propter occisionem vxoris: ergo debuit esse locus fisco. Item ad dict. l. 1. C. de secundis nuptijs. potest responderi, vt per Corne. l. hæreditas. num. 10. ad finẽ. C. de his quib. vt indig. Secundo igitur loco Paulus hîc nume. 2. considerat, quòd in specie huius text. pactum lucrandæ dotis erat conceptum sub conditione mortis vxoris: & quia si maritus eã nõ occidisset, potuisset superuiuere marito, & sic irritare conditionẽ, sub qua lucrũ dotis deferebatur, in ödium mariti occidẽtis vxorẽ, præsumit lex quòd illa si non fuisset occisa, esset superuictura marito: subscribit Alexand. de Nęuo consil. 18. numero. 4. & 5. Sed neque hæc responsio tenenda est, quia confunditur per dict. l. cum ratio. §. fin. nam & in casu illius textus potuit testator superuiuere hæredi instituto, vel cognato ei succedenti ab intestato: quibus casibus institutio efficeretur caduca. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de caduc. tollend. Item neque hæreditas ab intestato ad istum cognatum pertineret. §. cum autem. Instit. de hęred. quæ ab intest. deferunt. Ergo si ratio Paul. esset vera, neque in terminis d. l. cum ratio. §. fin. hæreditas debuit pertinere ad hæredes ibi expressos qui testatorem occiderunt: & tamen cõtrarium apertè probat ille text. & in specie aduertunt Alexand. hîc col. fin. Aretin. colum. 3. in prin. Campes. de dote. 5. parte. q. 2. numer. 2. Vnde tertio loco respondet Ruin. consil. 11. numer. 3. lib. 5. quòd pactum lucrandæ dotis continet ius speciale aduersus regulam. l. 2. in principio. s̃. eodem. Quòd autem hæres institutus succedat, vel cognatus proximus ab intestato hæreditatem habeat, ius cõmune est, & ideò faciliùs tollitur ius speciale quàm ius commune. l. eius militis.
3 § militia missus. ʒ. de milit. testament. † Quod confirmat, quòd per exclusionẽ pacti, redimus ad ius commune, quod fauorabile censetur. glos. c. 3. verb. numerandum. de præben. in. 6. Adeò quòd nõ videtur alicui præiudicium inferri, si ius cõmune antiquum inducatur. Hostiẽs. & Ioan. Andr. c. significauit. de censib. Quam responsionem ante Ruin. assignauit Lancelot. Deci. hîc. Sed etiam non placet, quia non potest dici ius speciale, id quod inter partes conuentum est, & quod respectu illarum lex censetur. l. 1. §. si



§. si conueniat. s̃. de positi. Et ideò leges semper hoc pactũ lucrandæ dotis iubẽt obseruari. l. fin. in princ. C. de Episco. & cleric. authent. sed hodie. in fine. C. de adulter. Quarto loco Angel. hîc num. 1. respondet, quòd d. l. cùm ratio. §. fin. loquitur in hæreditate ex testamento, vel ab intestato purè delata alicui, & absq; vlla conditione: & ideò quanuis occidat testatorem, merò iure admittitur, & ab eo aufert fiscus. Sed in nostro tex. agitur de pacto lucrandæ dotis, in quo subintelligitur tacita conditio, Nisi culpa mariti soluatur matrimoniũ. l. consensu. C. de repud. l. Lutius. 39. ʒ. eod. Cùm igitur quando maritus occidit vxorem culpa illius, videatur solutũ matrimonium, & sic propter defectum conditionis, nullũ ius ei quæri potest. l. si pecuniam. in fin. s̃. si certũ petat. & consequenter nullum est ius quod fiscus auferre possit. l. 1. C. de hæred. instit. Et hanc responsionem probat Cuman. & Alexand. hîc ad finẽ. Ias. num. 4. ad finẽ. Zasi. num. 4. Campes. de dote. 5. parte. q. 2. num. 2. ad finem. & receptam esse communiter asserit Alexand. l. 1. nu. 11. C. vnde vir & vxor. & illam probat Hippolyt. cons. 93. à num. 4. Ruin. cons. 11 num. 3. lib. 5. Phanuntius de lucro dotis. glo. 14. num. 2. Bossius in praxi, tit. de his quib. vt indign. num. 22. Addo Bald. consil. 254. proponitur. post princ. lib. 2. tradentem generalem doctrinam, quòd in omni lucro dotis subintelligitur tacita conditio, nisi maritus vxorem occiderit, vel eius morti causam dederit. Sed neq; hæc communis respõsio difficultatem tollit, quia supponit, tacitam conditionem subintelligi in pactis, & non in vltimis voluntatibus: qđ apertè repugnat receptæ traditioni Bartol. l. damus. num. 3. s̃. de cond. indebit. quòd facilius subintelligitur tacita conditio in vltima voluntate, quàm in con-
4 tractibus. † Vnde etiam in institutione debuit subintelligi tacita conditio, nisi hæres fuerit causa mortis testatoris: neque enim verisimile est, testatorem voluisse hoc casu eum sibi succedere: argum. l. Lutius. 90. §. pen. ʒ. de legat. 2. aduertit Imol. hîc num. 2. & Hippolyt. cõsil. 93. à num. 4. Item neque est verum, quòd in specie d. l. cùm ratio. §. final. nulla insit tacita conditio: nam potentia succedendi, siue ex testamento, siue ab intestato, tacitam habet relationem ad tempus mortis testatoris. l. 1. s̃. de hæredi. vel actio. vendend. c. cum Marthę. de celebratio. Missar. Quæ quidem relatio ad tempus mortis, inducit conditionẽ, Si hæres superuixerit testatori. l. hæres meus. ʒ. de cond. & demonstra. Vnde si ipse hæres occidit testatorem, non debet ea conditio haberi pro impleta, ne ex sua malitia hæres commodum reportet, iuxta rationem huius text. & ita constat, neque communem rationem subsistere: quam minimè iuuat. l consensu. C. de repud. quia tantùm probat, quòd maritus nihil lucratur ex dote, quando eius culpa diuortium interuenit: nos autem agimus de casu, in quo morte soluitur matrimonium, quo casu nullus est text. qui probet, maritum nihil lucrari ex dote, quando illius mortis fuit causa, vnde adhuc integra remanet difficultas. Vltimo igitur loco Bart. l. final. col. fin. ʒ. de his quib. vt indign. putat distinguendum esse inter lucrum delatum ex dispositione legis, vel ex dispositione hominis. Nam primo casu procedet d. l. cùm ratio. §. fin. & in secundo dispositio huius tex. & ita etiã in effectu Bald. l. si tibi. nu. 1. C. de donatio. ante nuptias. & l. 1. nu. 3. C. vnde vir & vxor. Alexand. de Nęuo cõs. 18. n. 4. Sed neq; hęc resolutio admittenda est, quia ratio expressa in hac. l. etiã videtur militare in lucro delato ex dispositione legis, vt hîc aduertit Aretin. post princ. Item d. l. cùm ratio. §. final. loquitur etiam in hærede instituto, cui lucrum defertur ex dispositione hominis, id est, testatoris: & tamẽ vult, hunc occidentem testatorẽ mero iure

succedere,& fiscũ ab eo auferre, vt etiã probat.l.3.ĵ.de his quib. vt indign. Deniq;glo.hîc verb.lucrifacere. communiter recepta, intellexit istũ text. etiam procedere, quando maritus prætendebat lucrum dotis ex dispositione legis,† 5 quia mulierem repertam in adulterio occidit:& ita prædictam Bart. differentiam cõmuniter reprobari asserit Ruin. consil.11.ad finẽ.lib.5.& Iulius Clar. in praxi criminali.§ homicidiũ.nu. 22. ad finẽ.Alios etiam intellectus refert Peregrinus de iure fisci.lib.2.cap.3.à num.7. & Mantua sing.413.sed nullus difficultatẽ tollit. Et ideò ad veram resolutionem huius difficultatis,in primis est aduertendum, in casu huius text. nullam subintelligi conditionẽ, vt communis præsupponebat: tacita enim conditio non solet subintelligi, nisi in casibus in iure expressis.§. omnis.Institut. de verbor.obligat.l.si repetẽdi.C.de cond.ob causam.Ruin.consil.177.num.10.lib.2. Magis ergo conditio mortis non videtur impleta hoc casu, propter legis dispositionẽ:nam quemadmodũ lex disposuit, quòd conditio haberetur pro impleta, quando staret per eum, cuius intererat eam non impleri. l. iure ciuili.ĵ. de cond.& demonstra. ita etiam disposuit per contrariũ, quòd conditio non videretur adimpleta, quando illius implemẽtum prouenerit ex facto illicito, & procurato illius, cuius intererat conditionem impleri.l.ita demum.36.s̃. de recept.arbitris.Facit.l.siue hæreditaria. s̃.de negocijs gestis. &.l. non fraudantur.176.versic. nemo.ĵ. de regul.iuris. Hac igitur ratione procedit is text.nam mariti intererat, conditionem mortis impleri,vt lucraretur dotem, & per factum illius illicitum superuenit mors vxoris, & sic implemẽtum conditionis, quia scilicèt eã occidit. Disponit igitur lex, q̃ hoc casu,quãuis re vera conditio mortis sit impleta:tamẽ fingeretur non impleta,& cũ iã amplius impleri nõ possit,perinde consideratur, ac si esset defecta:& consequẽter quasi defecta conditione,nihil ratione pacti hoc casu lucrabitur maritus.Pro quo intellectu adduco tex.c.postulasti.de concessio.præbẽdæ.ex quo Panor.ibinu.6.collegit,quòd quãdo quis ex aliquo euẽtu prætẽdit lucrũ,eo carere debet, si constet per eius dolũ hunc casum euenisse,& per eũ fuisse procuratũ:subscribit Lancelot.Deci. hîc in prin. & ideò qui habet prouisionem, vt sibi prouideatur de beneficio vacante per mortem Titij,si constet,dolo,vel culpa impetrãtis mortẽ Titij cõtigisse, nõ prouidebitur ei de illo beneficio.Anan.c.si.n.6.ad fin. de homicid.& ibi Felin.col.vlti idẽ Feli.c.in nostra.nu. 38. ad fi. de rescrip.Rolãd.de lucro dot. q.61.nu.10.Rebuff.tract.nominatio.q. 21.nu.37.Qui etiam adducunt authoritatẽ Bald.l.si tibi.C.de donatio. ante nuptias.in terminis dicentis, quòd licèt pactũ de dote lucranda per mortem vxoris,verificetur etiam in morte violenta: tamen id est intelligendũ de morte violenta illata per alium,non verò de morte procurata per paciscẽtem: subscribit Guilliel.cap.Raynũtius.verb. condidit. 2. num.10. Accedat tex. elegans. l. qui insulam. 34. §. final.s̃. locati.ex quo Bar. ibi collegit,quòd si quis expressit se non teneri de violẽtia, huiusmodi pactum intelligendum est de violẽtia illata per alium, non verò de illa,quã paciscẽs,vel eius familia intulit. Et ex eodẽ text.collegit Romanus singul. 29. quòd si quis declarat,se nolle teneri de incendio,intelligenda est hæc exceptio de incendio per alium illato, non autem de incẽdio contingente culpa excipientis, vel eius familiæ: quod etiam tradit Romanus.l.sed etsi quis.§. quæsitum.in fin. s̃.si quis cautio.&ibi Iason num.40.Quibus adde text. l. cùm proponas. C. de nautico fœnore. &.l. qui officij. 62. §. final.s̃. de contrahend. emptio. Ex quibus collegit Roman.sing.436. quòd suscipiẽs in se periculũ casus fortuiti,non videtur intellexisse de eo casu,qui contingeret dolo, vel culpa illius cui facta erat promissio:exornat Ripa tractat. de peste.pagin.5.à num.87. Et similiter renuntians omnibus exceptionibus, non videtur intellexisse de exceptionibus procedentibus ex culpa & facto illius, in cuius fauorem facta fuit prædicta renuntiatio.Hippolyt. singul. 96. Pariter igitur & pactum lucrãdæ dotis per mortem mulieris, non intelligetur de morte prouenente ex facto mariti. Vnde inferas,quòd licèt verbum, Mors, verificetur etiam in morte violenta.l. si tibi. C. de donatio. ante nuptias. Dominic. c. susceptum.numero.5. de rescript. in. 6. Anania cap. final. num. 6. & ibi Felin. colum.final.de homicid. Guillielm.cap. Raynuntius.verb.condidit. 2. num. 10. Quibus addes Bald.l.res vxoris.num. 2. C.de donatio.inter virum.Ancharr.Clement.1.ad finem.de pœnit.& remiss. id tamen est intelligendum de morte violenta illata per alium: non autem procurata per paciscentem.Bald.d.l. si tibi. C. de donatio.ante nuptias.& alij suprà allegati.Inferas etiam intellectum ad. l.ei qui.20.ĵ.de his quib. vt indig. &.l. cùm mortẽ.27.ĵ.de iure fisci. in quibus vxor violenter occisa est, & lucrum dotis acquiritur marito:quod ei aufertur per fiscum, si vxoris necem non vendicauit. Ratio enim est,quia maritus non fuit ille qui occidit,sed alius: & ideò lucrum mero iure ei defertur, quia cessat ratio 7 suprà assignata.† Infertur etiam intellectus ad.l.cum ratio.§.final.ĵ.de bon.dãnator.nam videbatur,quòd cùm eo casu hæreditas deferatur post mortem defuncti, & hæc mors sit illata per hæredem, non debet videri conditionem mortis extitisse:& consequenter, quòd hæres in ea hæreditate succedere minimè poterit,iuxta suprà tradita:& tamen text. ille contrarium præsupponit. Sed dicendum est, suprà tradita non procedere in hæreditatis delatione. Et est ratio,quia si admitteretur dispositio legis, & interpretatio de qua suprà,sequeretur in effectu adimi delatam hæreditatem: & lex hæreditatem semel datam non vult adimi posse, nisi certis & solennibus modis.l.1.§.final.s̃. de his quæ in testa. delentur.l.militis codicillis.§. veteranus.ĵ.de milit.testament.§. eo autem solo.Instit.quibus modis testa. infirmẽt. tradit gloss.final.l.ex parte.ĵ. de adimẽd. legatis Peralta.l.si quis in principio. nu. 88. ad fin.ĵ.de legatis.3. Ne igitur lex sibi videatur contraria, inducendo adẽptionem hæreditatis, extra modos per eã requisitos, non habet locum dispositio & interpretatio legis de qua suprà, sed mero iure defertur hæreditas illi,ad quẽ aliàs pertinebat per mortem defuncti: Et hinc est, quòd hæreditas non censetur adẽpta propter inimicitias capitales superuenientes inter hæredem & testatorem.l.ex parte.ĵ.de adimendis legatis.Neque etiam propter caulas ingratitudinis expressas.l.final.C.de reuocand. donation. vt ibi tradit Ripa num. 154. Molina libr.1.de primogen.cap.9 num. 23. Ex qua ratione infertur,non esse verum dictum Bald.l.1.num.3.C.vnde vir & vxor.dum tenet, maritum occidentem vxorem,non posse ei succedere per titulum.C.vnde vir & vxor. allegat istũ text. & quia occidendo vxorem,culpa sua videtur diuertisse.l.consensu. C. de repud. & quando mariti culpa diuortiũ sequitur, non habet locum prædicta successio.l.1.ĵ.vnde vir & vxor. Quæ ita communiter explicatur, vt ille cuius culpa diuortium sequutum est, non succedat alteri: alter verò qui in culpa nõ fuit,diuertenti succedat,ac si nullum interuenisset diuortium: argumẽ.l.si filia. in fine.s̃.de diuort. & ita Deci l.1. num. 10.& ibi Curt.Iunior num. 14.C. vnde vir & vxor. Costa cap. si pater. 1.parte. 8 verbo,vxorem. numero.23. † Cùm igitur, quando maritus occidit vxorẽ,eius

culpa videatur diuortium interuenisse, non poterit ille occisæ vxori succedere: subscribunt Roman.Paul.num.4. Corne.in fine.&Deci.n.11.d.l.1.C.vnde vir & vxor.Deci.cons.525.num. 1. Et hanc esse receptam opinionem asserit Rolād. de lucro dotis.q.61.nu.11.& latè defendit Riminal.d.l.1.col.4.C.vnde vir. Sed contrarium est verius, quia in his terminis locum habet decisio.l.cū ratio.§.fin. ff.de bon.dānator.& ratio suprà ad illam assignata:quod tenet Salice.d.l.1. num. 5. & ibi Alex.n.11.& Alex.hic nu.4.Cāpes.de dote.5.par.q.2.in fin. Et huic opinioni magis videtur adhærere Aretin. hic col.pen.post princ.Palac.repe. rubr. §.70.nu.15.Guillel.c. Raynūtius. verb. mortuo itaq;.1. nu.37.Et pro illis vrget, q̄ in hac materia successio ex testamēto & ab intestato æquiparatur.d.l.cū ratio. §.fin.Sed maritus succedit vxori ex testamēto,etiāsi illius mortis causa fuerit.l.3. ff.de his quib.vt indign.& aduersus Bald. obseruat Menchac.de successio.resolut. §.20.nu.15. ergo idem recipiendum est in successione ab intestato. Neq; obstāt Baldi rationes: nam ad primam respondetur,tex.istum cū similibus procedere in lucro delato per pactū, in quo admittitur interpretatio legis de qua supra: & nos agimus de hereditatis ademptione, in qua prædicta interpretatio nō admittitur,vt suprà ostendimus. Ad secundā respondeo,in nostro casu nullū interuenisse diuortium, sed potiùs morte fuisse solutum matrimonium: & quantuis ipse causa mortis fuerit, non ob id debet videri exclusus ab hæreditate vxoris, per eius mortem sibi delatam ex testamento,vel ab intestato.d.l.cùm ratio.§.final. ff.de bon.damnator.&l.3.ff.de his quib. vt indignis.Secundò infertur,cauendū esse à Guillielmo cap.Raynuntius. verbo,mortuo itaque.1.num.31.dum dicit, quòd si hæres occidit testatorem, non posit ei succedere,quia verisimile est,testatorem mutasse voluntatem,&noluisse,hunc immerentem sibi succedere: arg.l.Lutius.90 §.pen.ff.de legat. 2. hæc enim opinio confunditur ex suprà traditis:nam ad adimendam hæreditatē non sufficit præsumpta testatoris voluntas.l. ex parte.& ibi Alberic.ff.de adimē.legat. Ripa.l.2.nu.57.ff.de vulgari. Peralta.l. si quis in principio.n.89.ff.de leg.3.Ex quibus ita explicatis duæ in hac materia colliguntur conclusiones.Prima est, q̄ vbi lucrū defertur per pactum, vel ex aliquā alia dispositione per mortem alterius, non habet locum pactum, si paciscens huius mortis causa fuerit.Secunda est, q̄ si agatur de hæreditate deferenda,tunc locum habet successio, etiāsi hæres fuerit causa mortis testatoris:de vtrāque sigillatim nobis agēdum est.Prima igitur conclusio ampliādā est,procedere, etiā in legato particulari relicto alicui, qui testatorem occidit:nam si is occidat testatorē,legatum nō deferetur ei, sed apud hæredem occisi remanebit,iuxta istum text.Nam in legato cessat ratio suprà assignata in hæreditate,& ex morte testatoris manifesta colligitur inimicitia inter legatarium,& testatorem : & legatū propter inimicitias superuenientes censetur reuocatum.l.3.§.final.ff.de adimēd. legatis.quod ita sentit Imol.hic in fine. & Molina lib.1.de primogen.cap.9. nu. 38. Contrarium tamen,imò legatū mero iure acquiri legatario occidenti testatorem, & ab eo per fiscum esse auferendum, iuxta decisionem dictæ.l.cùm ratio. §. final. tenet Bartolus.l. final. in fine.ff.de his quibus vt indignis. Alexan. hic columna fin. in principio. Campes. de dote.5.parte.quæstione.2. numer. 2. & ex professo defendit Bosius in praxi, titulo de his quibus vt indignis. numero.22.pagina.284. Sed prima opinio sine dubio verior est, per rationem suprà traditā : quia propter inimicitias superuenientes sine dubio censetur reuocatum legatum.d.l.3.§. final.ff.de adimen. lega.vnde debet remanere penes hæredem,à quo relictum est,quantūcūque testator expressè non dixerit, se reuocare prædictū legatū.Ias.l. hæreditas. nu.3.C.de his quib.vt indig.Ripa.l. fin. nu.151.C.de reuocā donatio.Couar.c. Raynuntius.in princ.nu.7.de testamēt. etiamsi prædicta inimicitia culpa testatoris inducta fuerit, vt aduersus Bartol. probat Iason.l.si filiam.nu.2.C. de inoffic.testamento.Gerard. singul.5. Ripa vbi suprà.Couar.in rub.de testam.2.parte.nu.20. Quinimò si suberat causa inimicitiæ grauissimæ,& eam testator ignorauit,nihilominus censebitur reuocatū legatum:† quia verisimiliter ita testator voluisset,si causam inimicitiæ sciuisset. gloss.l.fideicommissum.C.de fideicom. & ibi Paulus num.3. Corne.num.1.& asserit receptum Costa.c.si pater.1.parte. verbo,legauit.nu.32. de testamen. in.6. Poterit sanè saluari contraria opinio, quando inimicitia incepit simul cū morte testatoris, vtpotè cùm anteà essent amici, accidentaliter orta est rixa inter legatarium,& testatorem, & legatarius vulnerauit testatorem,ita vt statim mortuus sit: nam in his terminis videtur verius,quòd legatum mero iure quæratur legatario,& fiscus ab eo auferat.Et est ratio, quia quando causa reuocandi interuenit mortuo testatore,quia in iam mortuo non potest considerari animus reuocandi, legatum mero iure quæritur legatario,& fiscus ab eo aufert.l.1.& ibi Bart.num.4.ff. de his quibus vt indignis. Paulus.l.sororem.num.4.& ibi Iason ad finem.C.de his quibus vt indignis.Ripa l.final.num.153.C.de reuocand.donat. Molina lib.1.de primogen.cap. 9. nums. 46.Ergo idē dicendum est,quando causa inimicitiæ superuenit tempore quo testator vulneratus per legatarium, erat in actu moriendi : nam in hoc etiam nō potest considerari animus reuocandi.l. final.cum gloss.ff.quando dies legati cedat. Et in his terminis loquitur Bartolus l.final.ad finē.ff.de his quibus vt indign. & Bosi. in praxi.tit.de his quib.vt indignis.num. 22. Quibus addendum est, q̄ si ex vulnere non fuit statim testator cōstitutus in actu moriendi, licèt parum pòst in illo constituatur; cùm pro tempore antecedenti in eo considerari possit animus reuocandi, censebitur reuocatum legatum,etiamsi nihil dixerit de reuocatione.l.filio. 31.§.Seia.ff. de adimend.legatis.& ibi Bart.num.1. Aretin. consilio.93.num.5.Ripa.l.final.nu.151. C.de reuocand.donatio.Peralta l. cum quidam.num.8.ff.de legatis.2.Quam distinctionem etiam admittendam esse existimo in donatione causa mortis, quæ in omnibus æquiparatur legatis.l.final.C.de donatio. causa mortis.Item & in hærede, qui occidit testatorem, qui esset miles:nam cùm in milite non habeat locum regula.l.1.§. final. ff. de his quæ in testamē. delentur.sed nuda eius voluntate adimatur hæreditas semel data: † vt est expressum in. l. si certarum. 18.§.final.in princip.ff.de militar.testam. ergo respectu hæreditatis militis,eadem facienda est distinctio,quam suprà fecimus in legato. Qua ratione concludit Menchac.de succes. resolut.§.9.n.22.regulam.l.ex parte.ff.de adimen.legat.negantem propter inimicitias reuocari institutionem, non procedere in testamento militis. Secundò amplia conclusionem huius text. etiam procedere in donatione facta inter viuos, cuius effectus fuit collatus post mortem donantis,iuxta tradita per Alexandrum.l. quæ dotis.num.32. & ibi Iason num.41. ff.eodem.nam si donatarius occidit donatorem,donatio reuocabitur, & pertinebit ad hæredes donatoris,iuxta istum textum : & ita expressè Baldus.l.si tibi. numero.1.C.de donationibus ante nuptias. cui subscribunt Anan. cap. final. numero.6.& ibi Felin. column.final. de homicid.Palacius repetition. rubric. §. 70.num.8.Consonat,quod fuisse iudicatū asserit Boeri.decisio.25. nu.14.ad fin. quòd



10

11

quòd si donatarius occidit illum, qui sibi donauerat, omnia bona reuertuntur ad cognatos occisi. Et confirmat Menchaca de successio. resolutio.§.20.num. 17.quòd fiscus solet auferre ab indignis illa,quæ morte alicuius ad eos peruenerunt:non verò extēdit manus ad data inter viuos.Quæ tamen ratio falsa est, & aduersus authoritatem gloss.receptæ. l. iuris gētium.§.si ob maleficium. verbo, nulla.in fine.s.de pact. pro qua est text. l in hæredē.5.s.de calumniator.Item & aduersus conclusionē principalē illud vrget,quòd cùm agamus de donatione inter viuos, quæ semel facta reuocari non potest.§.perficiuntur.Instit.de donatio. inducēda videtur decisio.l. cùm ratio.§. final.j.de bonis damnator. quia eadem videtur militare ratio. Ad veram resolutionē aduertendum est,inter donationē inter viuos,&legatū,quoad nostram materiam,illam esse differentiam, quòd legatum cēsetur reuocatum propter inimicitias superuenientes.l.3.§.final.j. de adimend.legat.& suprà diximus: & tamen propter eas non reuocabitur donatio, obstante regula.§.perficiuntur.Inst. de donatio.& in specie Molina lib. 1. de primogen. cap. 9. num. 35. & sic in his terminis cessat quæstio.Cū enim donatio non reuocetur,neque ad fiscum,ne-
12 que ad cognatos donantis pertinere poterit.¶ Vnde quæstio tantùm locum haber,quando donatariuscommisit talem causam ingratitudinis aduersus donatorem,vt propter illam permittatur donationis reuocatio,iuxta.l.fin.C.de reuoc. donatio.l.10.tit.4.parti.5. In quibus terminis adhuc aduertendum est, differentiam esse inter legatum,&donationem, quòd legatū propter inimicitias superuenientes semper cēsetur reuocatum,etiam si testator habuit tēpus reuocandi,& nihil declarauit.l.filio.§.Seia.j. de adimēd. legatis & ibi Bart. num.1.& diximus suprà: & tamē donatio non cēsetur reuocata,etiam propter prædictas causas, si donator habuit tēpus reuocādi expressè donationē, & dū vixit nihil declarauit,donatio illibata permanet, neq; per hæredes donatoris reuocari potest. d.l. final C.de reuocand.donatio.& c. fin. de donatio.Cùm igitur donatio illibata permaneat:cessat etiam quæstio.Tantū igitur illi locus esse potest,quando donator de causa ingratitudinis conquestus est,vel etiam ignorauit eam causam, vel post eam cognitam, ita repēte decessit, vt nullam potuerit facere declarationē. In quibus casibus dicēdum est,hæredes donatoris posse reuocare donationem, vt expressum est.l.final.C.de reuocand. donatio &tradit Ioan.Andre.cap.final. de donatio.cū quo omnes ibi transeunt. Aretin.consil.14.num.20. & Catellian. in memorabilib.verb. donatio perfecta. notabiliter Anton.Gomez.2.tomo.c.4. num.14. Azeued.l.2.tit.1.lib.1. ordina. num.2.& latè Tiraq. l. si vnquam.verb. susceperit liberos.à numer.215.C.de reuocand. donatio. ergo fisco locus esse non potest.Quinimò si bona istius propter occisionē donatoris confiscētur,debent separari bona donata,& tradi hæredibus occisi.Mēchac. de successio resolutio.§.20.num.17.in fin. Vnde dictum Baldi.l.si tibi.num.1.C.de donatio.ante nuptias.suprà relatum,fiscū admittēs ad reuocationē,tantùm procedere potest, quando donatarius commisit aliquam causam ingratudinis dignam priuatione,aduersus donatorē iam defunctū:nā cùm & defuncto iniuria irrogetur.l.1.§. vsq; adeò.j.de iniurijs.si defuncto prædicta irrogetur iniuria,reuocabitur donatio:& expressè tenet Ripa d.l.final.num. 38.Molin.lib.1.de primog.cap. 9. num. 45.Et cùm hoc casu in iam defuncto nō posit considerari animus reuocandi,nō reuocabūt hæredes donatoris, sed po-
13 tiùs fiscus auferet:¶ vt probat tex.l.1.j.de his,quib.vt indign.& ibi notabiliter trādit Bart.num.4.& in specie Ripa d.l. fin. num.153.& Molina vbi suprà. num. 46.

Ad-



Aduertēdum tamē est,quòd hęc solutio tuta non videtur: neq; enim verū videtur,quòd propter causam ingratitudinis cōmissam aduersus iā defunctū,reuocetur donatio: quia hoc iure nō probatur: & in specie contrariū tenet Peralta.l.3. §.final.num.88.j.de hæred.instit. & videtur text.cap.si quis miles. de feudo sine culpa non amittēd.ibi, Viuēte domino,vbi text.à contrario sensū probat, q̄ feudatarius,viuo domino adulteriū cōmittēs cum vxore domini,priuatur feudo:& à cōtrario sensu probat,quòd propter adulteriū commissum, eo mortuo, non perdit feudum, vt ibi notat Baldus num.4. quanuis per huiusmodi adulterium iniuria videatur irrogata domino defuncto.gloss.l.sororē.C.de his quibus vt indignis.Ergo idē recipiēdū est in reuocatione donationis.Neq; obstat fundamētū contrariæ opinionis de.l.1.j. de his quib vt indignis. quia loquitur in legatis,in quibus faciliùs permittitur reuocatio:quia nuda voluntate reuocari possunt:& inde inferri non potest ad donationē,quæ semel facta irreuocabilis est. §.perficiūtur Instit de donatio. & ideò nō debemus dicere illā reuocari, nisi in casibus iniure expressis. Tātū ergo prædictū Baldi dictum saluari poterit, quando propter rixam accidētaliter motam, donatarius occidit donatorē, ita vt statim fuerit constitutus in actu moriēdi: nam cùm tūc in isto non posit considerari reuocādi animus.l.fin.cū gloss.j.quā do dies legati cedat.& hæc iniuria viuēti facta sit,reuocabit fiscus:argu.l. 1.j.de his quib. vt indign.& suprà diximus.Vnde communis illa traditio Ioānis Andr. cap.fin.de donatio. quòd quando donator decessit ita repētè, vt non posset declarare voluntatē suam,quòd tūc hæredes reuocēt, intelligēda est de alijs causis ingratitudinis, præter mortē:nam si causa ingratitudinis ex morte resultet,illata per donatariū,si donator statim fuit constitutus in actu moriēdi, reuocabit fiscus,& non hæredes: aliàs reuocabunt
14 hæredes,vt suprà diximus.† Similiter & doctrina gloss l.iuris gētium.§.si ob maleficiū.verb.nulla.in fi.s.de pact. quòd turpiter quæsita per actū inter viuos,reuocet fiscus,debet intelligi,quando turpitudo inest à principio,iuxta.l. si plagij. j.de verbor.obligatio.sed quando illa ex postfacto interuenit,debet distingui, vt suprà.Tertiò amplia conclusionē huius text.procedere in donatione facta per vxorē marito: nam cùm hæc donatio à principio non valeat, & tantū morte vxoris cōfirmetur.l.cū hic status.s.de donatio.inter virum.si mors vxoris contingat,quia maritus illam occidit,non censebitur cōfirmata prædicta donatio,iuxta rationem huius tex.& quia non est verisimile,vxorē occisam voluisse eam cōfirmari in fauorē occisoris:argum.l. Lutius.90.§.penult.j.de legat 2.& ita Pala. rep.rubr.§.70.num 9.& num. 12. explicans huius ampliationis vtilitatē:& subscribit Rolan.de lucro doris.q.61 nu.9. Carrerius de homicid.§.1.nu.150.Quare si vxor donauerit marito post mortē suam,adiecto pacto,quòd non posit illā reuocare: quia tunc eius donatio magis censetur donatio inter viuos, cuius effectus confertur post mortē.Imol.l.diuortio.post principium j.de verbor.obliga. & ideò à principio non valet inter coniuges,nisi posteà confirmetur,vt probat d.l.vbi ita donatur.j.de donation. causa mortis.& declarat Paul.consil.75.notādum.colum.2.post medium.lib.2.si vtique maritus vxorē occidat, minimè cōfirmabitur donatio. Ex quibus colligas elegantem differētiam inter legatum & huiusmodi donationē: nam vtrùm is text. habeat locum in legato, distinguēdum est vt suprà: sed huiusmodi donatio indistinctè remanebit apud hæredes vxoris occisæ. Et est ratio differentiæ, quia legatum à principio valet, & ideò exigitur illius reuocatio:sed donatio facta per vxorem marito, à principio non

valet,nisi pòst confirmetur per vxorem: quæ confirmatio faciliùs impeditur, vt in notabili casu tradit Palac.repet.rubr. §.70.ad finem. & colligitur ex. l. si maritus.12.C.de donationib. inter virum & vxorem.adiuncta l.3.C.de legatis.& ibi Iason num.2.versiculo.secũdo.† Quare
15 si vxor fecisset donationẽ causa mortis marito,quæ à principio valida censetur. l.si eum.§.fin.cũ.l.seq. ſ. de donatio.inter virum quia tunc cessat ratio de qua suprà,circa illius reuocationẽ obseruanda erũt,quæ suprà in legato tradidimus. Hanc conclusionem ita ampliatam limitabis primò,procedere,si maritusvxorem occidat; tũc enim non habebit locum pactũ de lucranda dote per mortẽ vxoris:sed si eam non occidat,sed vulneret,verberet,vel aliàs malè tractet, non priuabitur lucro dotis; quia hoc non reperitur iure cautũ:& ita Bald.l. hæreditas.num.7.C.de his quibus vt indignis. & subscribir Salicet. ibi num. 7. Aretin. hîc col.pen.ad mediũ.Iason num.4.Zasi.num.7.Palac.repe.rub.§.70.ad finem. Roland.de lucro dotis.q.68 nu.10. Sed vrget in contrarium,quòd si donatarius vulneret donatorẽ, reuocatur donatio l.fin.C.de reuocan.donatio. ergo debet etiam censeri reuocatũ pactũ lucrandæ dotis: quia decisio d.l. final. etiam in lucro dotis locũ sibi vendicat,vt ibi tradit Ripa num.14.Boeri decisio.244.nu.12. Roland. de lucro dotis.q.64.num.9.Baeça de decima tutoris.cap.13.numer. 13. Quibus adde Ruin. consil.8.num.3.lib. 2.& post Bald.Boeri.decisio. 261. num. 2. Pro concordia dicendũ est, quòd aut pactum lucrandæ dotis post mortẽ vxoris,fuit interpositum per viam cuiusdam donationis,factæ sub conditione mortis mulieris,nullo habito respectu ad onera matrimonij: & in hoc lucro dotis verũ est habere locũ dict. l. fin. C. de reuoc. donat.cũ in his terminis prædictũ pactũ simplicẽ donationẽ videatur continere: vt tradit Roman.auth.ex testamẽto.nu. 17.ad finẽ.C.de collation.Roland.de lucro dotis.q.53.num.5. & diximus.l.2.in princip.ſ.eod.Si ergo in hoc casu maritus vulneret vxorem, vel malè tractet, inducetur reuocatio pacti ex dispositione d.l.final.ita vt quanuis posteà moriatur vxor sine aliqua culpa,vel facto mariti, nihil lucrari posit maritus: quia prædictum pactum propter vulnera,& verbera illata vxori donatrici,fuit reuocatum. Siverò hoc pactum celebratũ sit,habito respectu ad onera matrimonij(vt in dubio cẽsetur interpositum.gloss. recepta. l.si donaturus.§.fin.ſ. de cod. ob causã.) tunc huiusmodi lucrum non considera
16 tur tanquam donatio,† sed potiùs tanquam procedẽs ex causa onerosa.l.vnic. §.si verò.C.de imponend.lucra. descriptio.lib.10.Alexand.hîc num.3.Ruin.cõsilio.11.num.5.libr.5. Roland. de lucro dotis.q.4.ad finem.Vel saltem considerabitur tanquam lucrum mixtum,vt diximus.l.2.in princ.1.parte.ſ.eod. in quo non debet habere locum d l. fin. Prout neque habet locũ in donatione ob causam,vt ibi tradit gloss.2.communiter recepta,& ibidem asseric Ripa num. 149. pariter neque habebit locum in lucro delato propter onera matrimonij.Prout & eadem ratione pactum de lucranda dote non reuocatur ex dispositione.l.si vnquam.C.de reuocand.donatio. quia non censetur donationem simplicem continere,sed donationem mixtam cũ onere ob causam matrimonij:vt probat l.vnica.C.si dos constante matrimon.& authẽ.de nuptijs.§.dotes. colla.4.tradit Alexand.consil.162.num.4.lib.6.Parpalia.l.2.in princip.num.34.ſ.eodẽ. Socin. consil.53.num.9.lib.4.Ripa d.l.si vnquã. num.47.Ex quibus colligitur, quòd quãuis maritus vulneret, & verberet vxorẽ, & illa posteà moriatur absque facto & culpa mariti, poterit ex pacto maritus dotem lucrari:neque hæredes illud poterunt reuocare,quantumcunque vxor de vulneribus conquesta sit: vt constat

ex



ex suprà traditis.Colligitur etiam,quòd licèt is text. prædictum pactum, lucrũ appellet,id est,impropriè, & largo modo,cùm magis propter onera, & sic ex causa onerosa videatur haberi. Roman. l.si donaturus.§.final.num.7.ad finem ſ. de cond.ob causam.Iason hîc num. 11. Vel non est merum lucrum, sed mixtũ, participans etiam ex causa onerum matrimonij;in quo non habent locum iura de mera donatione loquentia,vt diximus.l.2.in princ.in.1.parte.ſ.eod.Prout & beneficium collatum non reuocatur propter ingratitudinem.Panor.cap. fin. num.9.de donatio. Iulius Clarus.§. donatio.q. 21.num. 6.quia datur propter officium.cap.final.de rescript.in.6.& sic tanquam donatio ob causam reuocari non potest.Ripa d.l.fin.nu.161. C.de reuocan.donatio.Poterit sanè saluari contraria opinio in donatione facta per vxorem marito, quæ à principio non valuit,sed morte vxoris confirmatur:nam vulnera,vel verbera impedient hãc confirmationem;quia non est verisimile, vxorẽ voluisse illam confirmare. Palac.repe.rub.§.70.in fin.Et diuersum est in pacto de lucrando,quod valet à principio inter coniuges, neq; indiget voluntate verisimili vxoris ad sui confirmationẽ.l. 1.C.si aduersus dotẽ.& ibi Bald.num. 2. l.vnica.C.si dos constante matrimonio.
17 Roland.de lucro dotis.q.1.num. 9.† Itẽ saluari potest, quando propter vulnera, vel verbera,vxor impetrauit separationẽ matrimonij,iuxta cap. ex transmissa. & cap.literas.de restit.spoliator.nam cùm culpa mariti diuortium interuenerit,pactũ, quòd nihilominus dotem vxoris lucretur,inualidum censetur.l. consensu. §. final.in fin.C.de repud. & in specie Socin.Iunior consil.27.in fin.lib.1. Roland. consil.50.num.11.lib.1.Limita secundò principaliter conclusionẽ huius tex.quãdo maritus nõ interfecit vxorẽ,sed alius; nã tũc mero iure ei defertur lucrũ dotis, quãuis tunc si nõ vẽdicet necẽ vxoris, fiscus ab eo auferat lucrũ dotis tanquã ab indigno:ita probat text.l. ei qui.20.ſ.de his quib.vt indign.& l.cũ mortẽ.27.ſ.de iure fisci.& ita Bar.hîc nu.1.&.d.l.ei qui. Angel.d.l. cũ mortẽ.Bart.& Roman.l.si sequens.§.1.ſ.ad Sillanian.Lucas de Penna.l.mulieres.col.2.vers.& nota.C.de in col.lib.10. & receptam esse resolutionẽ asserunt Ruin.consil.11.num.4.ad finẽ. lib.5.& Rolan.de lucro dotis.q. 62. n.3. Peregrin. de iure fisci lib.2.tit.5.n.4.Vnde inferebat Bart.d.l.ei qui.in fine. ſ. de his quib.vt indign.&.l. si sequens.§. 1.ſ. ad Sillanian. quòd stante statuto, quòd maritus lucretur certã partẽ dotis,debet eo lucro priuari,si vxorẽ occidat,siue ab alio occisã, eius mortem non vẽdicet. Quod tamen ita explicandum est, vt si vxorẽ occidat, à principio lucrũ ei non quæratur:& ideò pertineat ad hæredes mulieris:text.hîc.In secundo autem casu,mero iure ei lucrũ quærit, & fiscus auferr tanquam ab indigno,vt probant iura suprà citata. Est tamẽ aduertendum, prima facie malè prædicta iura pro constanti habere,quòd maritus teneatur necem vxoris vẽdicare:& quòd aliàs ab eo auferatur lucrũ tanquam ab indigno:nã ius vendicandi necẽ defuncti,hæredi vniuersali incumbit.l.1.C.de his quib. vt indign.in prin.estq; ius solis hæredibus incũbens,& competẽs.Bart.l.4.§. Cato. nu.33.ſ.de verbor.obligatio. ergo minimè incũbit marito,tantũ habenti lucrũ dotis,& nõ est vxoris hæres. Et augetur difficultas,quia fideicõmissario vniuersali,qui hæredem vniuersalem repræsentat,non incumbit, neque competit ius
18 vendicandi necem defuncti.† l.si antequam.21.ſ.ad Sillanian.tradunt Aretin. l.1.numer.3.ſ.de vulgari.Socin.l.1.§.de illo,num. 4.& ibi Iason numero.6.ſ.ad Trebellian.Ruinus consilio.143.nu.10. libro.5.Aymon in rubrica.numer. 58.ſ. de legatis.1. ergo minus incumbet marito lucranti dotem, qui nihil commune habet cum hærede, sed est particularis

laris successor in dote Sed defendendo decisionē prædictorum iurium, primæ difficultati respondendum est, quòd ius vendicandi necē defuncti, non solùm incumbit hæredibus, sed & his, qui loco hæredum sunt. l. portiones. 21. ff. de his quib. vt indignis. & ibi notat Alberic. Socin. Iunior dict. §. Cato. num. 269. Maritus autem succedens in lucro dotis, hæredis loco est: nam prout dos censetur ius vniuersale, & ideò æquiparatur hæreditati. Bart. receptus in rubric. num. 18. ff. eodē. ita pariter & succedens in dote, successor vniuersalis debet censeri, & qui æquiparatur hæredi: & ita sentit Bartolus. l. si sequens. §. 1. ff. ad Sillanian & expressit Aretin. l. Pomponius. §. in dote in fine. ff. de acquirēd. possessio. Vnde infertur, q̃ illud quod suprà allegati dicūt, ius vēdicandi necem defuncti incumbere solis hæredibus, debet suppleri, & illis, qui loco hæredum sunt, vt est expressum. l. portiones. 21. ff. de his quibus vt indignis. Vel debēt accipi in hoc sensu, quòd hæredibus principaliter, & primo loco competat ius vendicandi necem defuncti, ac ob id omnibus alijs volentibus vendicare præferēdi sunt, vt declarat Ruinus d. §. Cato. num. 100 & si illi præocupauerint, omnes alij excusabūtur à necessitate vēdicandi. l. sororem. C. de his quibus vt indignis. Cæterùm si illi fuerint negligentes, alijs, qui loco hæredum sunt, incumbet illud onus dicta l. portiones. Neque repugnat text. l. si antequam. 23. ff. ad Sillanianum. neque enim probat, quod suprà allegati ex eo colligunt, imò magis contrarium sentit: nam vult, quod si hæres dicat, suspectam esse hæreditatem, & hoc prætextu non vendicet necem defuncti, fideicommissarius debet petere, vt ille cogatur adire, & sibi restituere, iuxta regulam. l. quia poterat. ff. ad Trebel-
19 lianum. † ex quo obtinebit, quartam Trebellianicam in se transferri, quæ ad hæredem pertineret, si sponte adiuisset, & quæ ad fiscum pertineret, si ab hærede instituto auferret hæreditatem, quia ille non vendicauit necem defuncti. l. 3. §. final. ff. ad Trebellianum. & explicant Bartol. & Angelus dict. l. si antequam. & Peregrinus tractatu de iure fisci. libr. 2. titul. 5. num. 3. & sic sentit text. quòd post restitutam sibi hæreditatem, fideicommissario, qui loco hæredis est, incūbet ius vēdicandi necem defuncti: & aliàs ab eo tanquam ab indigno poterit auferri hæreditas. dict. l. portiones. 21. ff. de his quibus vt indignis. & expressit Cuman. dict. l. si antequam. & ibi Igneus. num. 5. & notabiliter Ruin. l. 1. §. de illo. num. 4. ff. ad Trebellianum. & in specie, quòd si hæres non vendicauit necem defuncti, tunc incumbat hoc onus fideicommissario, cui restituta est hæreditas, quia loco hæredis est, tenet Corras. in rubric. nu. 26. C. de impuber. & alijs. & subscribit Padill. in rubric. num. 23. C. de fideicommiss. Vel pro concordia dici potest, quòd si hæres restituit hæreditatē, antequam esset constitutus in mora vēdicandi, iuxta. l. non ideò. C. de his quibus vt indignis. tunc ius vēdicandi incumbet fideicommissario, vt insinuat dict. l. si antequam. & aliàs fideicommissum fiscus ab eo aufert. d. l. portiones. Si verò hæres restituit, postquā erat iā constitutus in mora vēdicandi: & consequēter postquam ius auferēdi erat quæsitū fisco, poterit nihilominus fiscus suo iure vti. l. si sequēs. §. 1. ff. ad Sillanian. & sic à fideicommissario auferre quartam Trebellianicam. l. 3. § final. ff. ad Trebellian. neque tunc fideicommissarius tenebitur vendicare necem defuncti, vel saltem non ob id incidet in pœnam, quòd fiscus ab eo auferat tanquam ab indigno: nam cùm illud delictum non vendicandi, semel punitum fuerit, succedit regula. l. Senatus. ff. de accusationib. & cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. & ita expressè Angelus dict. l. si antequam. in fine. & ibi Igneus nu. 8.

Et



Et hæc de prima conclusione. Succedit igitur secunda conclusio principalis, q̃ hæres, qui occidit testatorem, nihilominus mero iure ei succedit, quāuis fiscus ab eo auferat. d. l. cùm ratio. §. final. ff. de bon. damnator. exornat Iulius Clarus in praxi criminali. §. homicidium. num. 22. Quā conclusionē ampliabis etiā procedere in substituto: nam si is occidat institutum, adhuc inducetur regula d. l. cùm ratio. §. final. Et est ratio, quia substitutio, subducta persona instituti, redigitur ad instar institutionis. l. in ratione. 11. §. si filio. ff. ad. l. Falcid. vnde & in ea
20 militat ratio suprà posita: † & ita Mēcha. de successio. resolution. §. 20. nu. 16. Cōtrarium tamen videtur sentire Bart. hîc in fin. dum dicit, quòd si substitutus occidit institutum, non succedet in hæreditate, quia non videtur extitisse conditio mortis instituti, iuxta rationem huius text. subscribit Hippolyt. l. nihil interest. num. 2. ff. de ficarijs. & consilio. 126. num. 4. Sed nostra ampliatio verior est, quia cùm in substitutione agatur de hæreditate, quæ tantùm certis modis adimi potest, in ea non habet locum dispositio huius tex. vt suprà probauimus. Vel igitur Bart. est intelligendus, quòd substitutus non succedet hoc casu in hæreditate cum effectu, quia ab eo aufert fiscus. d. l. cùm ratio. §. final. vt Bart. expressim interpretatur Cagnol. l. final. num. 125. C. de pactis. vel est intelligendus loqui, de substitutione fideicommissaria: nam in hac verum erit, obtinere regulam, & rationem huius text. nam licet agatur de successione vniuersali, cū tamen non agatur de institutione, & substitutione directis, ex quibus pēdet validitas testamenti, cessat ratio suprà posita, & consequenter debet obtinere dispositio huius text. quod post Bald. tenet Palac. rep. rubric. §. 70. num. 17. & Boeri. decision. 25. num. 11. concludentes, quòd si frater sit substitutus fratri per fideicommissum, & fideicommissarius occidat fratrem, non est ei restituendum fideicommissum, iuxta rationem huius text. & sequūtur multi relati per Molinam lib. 3. de primogen. cap. 2. num. 32. & Pelaez de maioratu. 2. parte. quæstio. 4. illatio. 1. nu. 17. & sic sentiunt, in his terminis inducendam esse decisionem huius text. Pro quibus expēdo istū text. nam loquitur in lucro dotis, cuius respectu maritus consideratur tanquā vniuersalis successor, vt suprà probauimus: & nihilominus in eo obtinet locū decisio & ratio huius text. Vnde infertur, quòd si succedere debens in maioratu, occidat vltimū maioratus possessorē, non poterit in eo succedere, sed potiùs deferetur successio ad sequentem post eum, iuxta rationem huius text. & suprà tradita: quod ita in specie tenet Molina lib. 3. de primogen. cap. 2. num. 32. Quod tamen videtur intelligendū, quando maioratus fuerit antiquus: nā si fuerit nouus, tūc non veniet ad sequētem agnatū, sed nomine occisoris occupabit fiscus maioratū, dū ille vixerit: argum. l. Statius Florus. §. fin. ff. de iure fisci. † Vt in simili in occidēte fratrē, vt nō
12 succedat in feudo, distinguit glo. cap. 1. §. similiter. verb. fratrem. in fin. quib. modis feudū amittat. 1. quam ibi sequitur Bald. num. 3. & extollit Aretin. hîc colū. pen. ad mediū. Curt. Iunior de feudis. 4. parte. nu. 33. & Ioann. de Amicis consilio. 10. num. 9. Qua ratione ita in terminis maioratus concludit Gregor. l. 2 tit. 15. part. 2. in glo. Sino el hijo. col. 1. vers. quid autē si filius maior. & l. 13. tit. 7. par tit. 3. verb. Del heredero. col. 1. ad finē. quē sequitur Pelaez de maioratu. 2. par. q. 4. illatio. 1. nu. 11. Peregrinus de iure fisci. lib. 2. tit. 3. num. fin. Sed verius est, indistinctè debere deferri ad sequentē, & fisco nō fieri locū, vt colligitur ex isto tex. cuius decisio & ratio, etiā in maioratu locū habere debet, iuxta suprà tradita. Neq; obstat prædictorū fundamētū, quia glo. loquitur in feudo, in quo, si est

no-

nouũ,non succedũt agnati.c.1.§.fin autẽ.de his qui feudũ dare possunt. & sic ad illos deferri nõ potest: nos loquimur in maioratu,in quo licet sit nouus, semper sequẽs succedit ex sua propria vocatione. Vnde inferas,q; licèt possessor maioratus nõ possit excludere immediatè sequẽtẽ,neq; per exhæredationẽ, neq; per aliũ modũ à successione maioratus: quia nõ videtur illã capere ab eo, sed à primo institutore.l.vnũ ex familia.§. 1. ĵ.de lega.2.& ibi in specie Padill.nu.17. Peralta.l.3.§.fin.nu.86.ĵ.de hæred.insti. Parisi.consi.i.nu.59.lib.3.tamẽ si sequẽs occidat possessorẽ maioratus tunc successor ex dispositione huiuslegisadillius successionẽ nõ admitterur: neq; fiet locus fisco,vt suprà dictũ est:q; si cõmmittat aliud crimẽ, propter quod bona veniũt confiscãda, ius succedendi in maioratu veniet in cõfiscatione,&eo fruetur fiscus, dum delinquens vixerit.l.Satius Florus.§.fin.ĵ.de iure fisci.& eo mortuo res restituetur sequẽti,iuxa regulam.l.3. ĵ.de interdict.& relegatis.resoluit Molina lib.1.de primoge.c.9.nu.26. & apud nos probat Ordin.lib.5.tit.3.§ 14. Et ad hũc modũ est explicãda glo.1.c.1.si vassallus feudo priuetur.& glo.c.1.§. similiter.verb.fratrẽ quib.mod.feudũ amitta. 1.Nisi clausulæ maioratus disponant cõtrariũ,vt cõmisso delicto statim maioratus deueniat ad sequentẽ: tũc enim neque in delinquẽtis vita maioratũ possidebit fiscus.Ruin.consil.129.à nu.4.lib. 2.Molina lib.1.de primoge.c.9.à nu.27. Amplia secũdò prædictã cõclusionem, vt nõ solũ auferat fiscus hæreditatem ab occisore testatoris,si eã adiuit,iuxta terminos d.l.cũ ratio.§.fi.sed si differat adire,mero iure ei ius adeũdi acquisitũ, fiscus aufert, † & post ablationẽ procurator Cæsaris eã adibit hæreditatẽ, iuxta l.1.ĵ.de offic.procuratoris Cæsaris.& videtur rex.l.si sequẽs.ĵ.ad Sillania.vbi si sequẽs gradus vltus sit necẽ defuncti,non ob id primi gradus ius ad eos trãsfertur:

22

quia deiictũ primorũ nõ debet esse præmiũ istorum.Expẽde igitur, q; text.ille, nullam potest habere rationẽ dubitãdi, si intelligas,institutum in primo gradu adiuisse hæreditatẽ: nullo enim colore substitutus potest prætẽdere ad se transferri hæreditatẽ, cùm adita hæreditate per institutum,substitutio extincta sit.l. post aditã.C.de impub.& alijs. Vt ergo tex.ille habeat dubitationẽ,debes intelligere,quòd institutus non adiuit,& fuit in mora vẽdicandi necẽ defuncti, quã vendicauit substitutus, & ob id prætendebat hæreditatem nondũ aditam in se transferri debere: cuius contrarium determinat Iureconsul.ea ratione, quia cùm institutus etiam ante aditionem pœnam incurrerit, quia non vendicauit necem defuncti, ius fuit quæsitum fisco, qui auferet ab eo ius adeundi, & sic impediet, ius adeundi transferri in substitutum,vt ibi per gloss.verbo, non esse.Bart.& Roman.Bartol.l.1.num.26. ĵ.de vulgari. Quinimò etsi expressè repudiet, post pœnam iam incursam, nihilominus admittetur fiscus: quia ius iã apertũ fisco,nõ potuit sua repudiatione tollere.l.si post mortẽ.§.fin. ĵ. de bonor. possess.contra tabulas.l. fin.ĵ. de pact.& quia aliàs in manu instituti esset, repudiando excludere ius fisci: quod est absurdũ Bald.l.eã quã nu.9. & ibi Paul.n.5. C.de fideicom.Socin.l.1.nu.30.ĵ.de vulgari.Si sanè ante pœnã incursam repudiaret,tunc fieret locus substituto,vt sentit Bart.d.l.si sequẽs. & Bossius in praxi. tit.de his quib.vt indign.nu.18. Vel etiã si post pœnam incursam,antequam adiret,decessit: nam cum eius morte ius adeundi illi competens, sit extinctum.l. vnica.§.in nouissimo. C. de caducis tollend. nihil habet fiscus, quod iam auferre possit: & consequenter admittetur substitutus: & ita,quanuis diuersa ratione,concludunt Paul. & Alexand.numer.2.l.hæreditas. C.de his quibus vt indig.Socin.l.1.n.30.ĵ.devulgari.

Bos-



Bossius in praxi.tit.de his quib. vt indig.

23 nu.18. † Quidquid reluctetur Mẽchaca de successio.resolutio.§.20.n.12.ad finẽ. Et ex his ita resolutis cauẽdũ est à Bart.l. eius qui delatorẽ.§.fi.ĵ.de iure fisci. dum ex eo tex.colligit, quòd vt fiscus auferat hæreditatem,oportet,quòdindignus eã adiuerit: quod & latè probat Ignc.d.l. si sequẽs. à n.20.Sed falsum est ex suprà traditis:& ideò Bart.supplendus est,quòdvt fiscus auferat hæreditatẽ, verũ est, quòd oporteat, eã aditam esse per indignum: sed si nolit eam adire,vel recuset,poterit ab eo auferre fiscus ius adeundi,vt suprà dictum est,& tradit Corn.cons.222. nu. 4.lib.4.Amplia tertiò,vt non solũ hæreditas occisi cũ effectu nõ pertineat ad occisorẽ,sed etiã filij occisoris in ea nõ possint succedere, nec ex ea cõmodũ prætẽdere,vt probat d.l.cum ratio.§.fin.notat Ruin.cons.129.num.1.libr.2.Ex quo infertur, quòd si hæreditas occisi pertineat ad filios occisoris,filij occisoris in ea non succedent, sed aufert fiscus, ne aliàs aperiatur via malitijs: & ita Alberic. tracta.statuto.libr.3.quæstio.28. & hanc esse cõmunẽ opinionẽ asserit Boeri.decisio.25.n.8.& n.17.& Iulius Clarus in praxi.§.homicidiũ.nu.22.Ant.Gom.3.tom. c.3.num.52.post Hippol.cõsil.93.num. 10.& Ioan.And.in additio.ad Speculũ.titulo de successio.ab intest.colum.1.post principium,concludentem, quòd si frater interficiat fratrem liberis carentem, filij occisoris patruo cum effectu nõ succedent,quia ab illis aufert fiscus: subscribit Palac.rep.rubr. §.70.num.16.Sed aduertẽdum est, hæc ita esse intelligenda, vt procedant,quando hæreditas illa primo loco competebat fratri occisori, ita vt ad filios ex illius persona debeat descẽdere:nam cùm tunc fiscus auferat ius patri primo loco competens, non potest illud ad filios descendere: sed extra hos terminos non est vera prædicta conclusio. Pone enim,hæreditatem occisi, primo loco competere ad filios occisoris;

2.Tom.

vtique hi admittentur, nec fiscus ab illis auferet:nam cum ex propria persona habeant ius succedendi, delictum patris in eo iure eis nocere non debet.l.3.ĵ.de interdict.&relegatis.l.si quis in suo.§.legis. C.de inoffic.testam.l.3.§.si emãcipatus. 1.ĵ. de contra tab. † tradit Bar.l.fi.n.6.&

24 n.9.ĵ.si quis aliquẽ testari prohibuerit.& l. liberorum.num.16.ĵ. de verborum significatio. quod ita in specie sentit Bartolus l.finali.numer.10.ĵ.si quis aliquem testari prohibuerit.& expressit Igneus.l. si sequens.§.1.n.9.ĵ.ad Sillania.& Mẽchaca de successio. resolutio.§.20. num.12. Vnde si maritus occidat vxorem,nihilominus filij communes matri succedunt: vt tradit Socin.consil.124.num.3.libr.3. Quinimo si statutum inhabilitet occisorem ad succedendum occiso,tunc filius occisoris, si dempto patre sit proximior occiso,ei succedet,iuxta regulam.§.cum autẽ.Inst. de hæred.quæ ab intest. deferunt.nam cum occisor sit inhabilitatus per statutum,ius succedendi primo loco illi minimè defertur,& sic nihil habet fiscus,quod ab eo auferre possit.l.i.cum ibi notatis.C.de hæred.insti.vnde quasi ille nõ esset in rerũ natura,admittẽtur sequẽtes agnati secũdũ gradus prærogatiuã:& ita in terminis Bal.l. si quis incesti. nu. 4. C.de incest. nupt. quẽ sequitur Alex.ad Bart. d.l.cum ratio.§.fina.Socin.consilio 124.num.3.lib.3.Ruin.consilio.129. numer.2.libr.2. & in his terminis hanc opinionẽ optimis rationibus cõprobat And. Sicul.consil.8.col.3.& seq.libr.3.Corne. consil.222.à num.2.libro.4.Molina libr. 1.de primogen.cap.9.num.27.ac ita patet,prædictam opinionem Bal.esse communiter approbatam, quidquid eã communiter reprobari falsò asserat Boer. decisio.25.num.8.& num.17.Item si testator instituat filium alicuius hæredem, & pater occidit testatorem,nihilominus filius inculpatus, securè illam obtinebit hæreditatem, neque cogetur patrẽ occisorẽ accusare:arg.l.si adulteriũ.§.liberto.

K ĵ.de

ʒ.de adult. & ita Alber. in rub. ad finem. C. de his quib. vt indign. Iason l. 1. numero. 4. C. cor. Boe. decisio. 25. num. 13. Ex quibus redduntur dubia tradita per Pelaez de maioratu. 2. part. q. 4. illatio. 1. numero. 17. dum tenet, quòd si quis occidit fratrem, vel alium maioratus possessorẽ, non admittetur ad maioratus successionem eius filius; quia prout pater occisor excluditur, ita & eius filius debet censeri exclusus. c. 1. §. hoc autem. qui feudũ dare possunt. gloss. recepta. l. Gallus. §. nunc de lege. † & quia iniquum esset, filium ex delicto patris commodum reportare. l. hæredem. s̃. de dolo. l. quod diximus. §. fina. s̃. quod metus causa. Cæterũ hoc dictum confunditur ex suprà traditis: cùm enim filius succedat in maioratu ex propria persona, & propria vocatione: Socin. l. si cognatis. num. 5. ʒ. de rebus dubijs. delictum patris in eo iure, non debet nocere filio inculpato: quod in specie sentit Lucas de Pena l. 1. col. 3. in princip. C. de priuileg. eorum qui in sacro palatio. lib. 12. Alex. cons. 89. num. 7. libr. 6. Neque obstant rationes in contrarium adductæ: nam ad primã respõdet, quòd vbi quis propter naturam rei excluditur ab illius successione, pariter & descendẽtes eius censentur exclusi. d. c. 1. §. hoc autem. qui feudum dare possunt. Sed quando quis secundũ rei naturam potest succedere, & tantũ delictũ superueniens est impedimento, tunc illud delictum nihil nocet filijs, quominus ex propria persona admittantur. l. 3. §. si emancipatus. 1. ʒ. de bono. possess. contra tab. l. si qua pœna. s̃. de his qui sunt sui. tradit Bar. l. liberorum. num. 16. ʒ. de verb. signif. Non obstat secundũ, quia respondeo, quod admissio filij ad successionem maioratus, procedit immediatè ex vocatione facta per primum institutorem: delictum autem patris ad eam successionem habet se per modum causæ remotæ, quæ non solet esse in cõsideratione. l. socium qui. §. 1. s̃. pro socio. gl. c. de cætero. de homicid. & in materia tradũt Dec. cons. 445. num. 69. Palac. rep. rub. §. 70. num. 17. ad finem. Illud sanè verũ est, quòd vbi pater occidit testatorem, vel maioratus possessorem, filius occisoris in potestate paterna constitutus, dum durat patria potestas, succedere nõ poterit, quia cũ quidquid acquirit filius, acquiratur patri, per indirectum commodum reportaret pater ex sua malitia: quod iuris rationes nõ patiuntur: & ita est text. l. quæritur. 38. ʒ. de bon. libertor. tradit gloss. l. Diui. 17. verb. fuisse. ʒ. de iure patronat. Curtius Iunior l. 2. numero. 14. C. de ius vocã. Menchaca illustrium quæstio. capit. 101. numero. 2. versic. denique. Quod procedit, etiamsi per filium in potestate solus vsusfructus patri acquiratur: vt hodie in aduentitijs constitutum est. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis: nam & hoc casu impedietur acquisitio filij, ne ex sua malitia pater commodum habeat vsusfructus: † ita ex mente Barto. l. 3. in fine. ʒ. de interdict. deduxit Ruinus consilio. 8. numero. 4. libr. 2. Sed aduertendum est, non esse prohibendum filium acquirere, saltem proprietatem horum bonorũ, quæ patri non quæritur: vt colligitur ex l. post legatum. 5. §. si pater. ʒ. de his quib. vt indig. Quinimo, & vsumfructum poterit habere: nam cum ille patri quæri nõ possit, quasi consolidatus cum proprietate, ad filium pertinebit. l. fina. ad finẽ. C. de vsufru. & sentit Bar. l. Gallus. §. quid si is. ad finem. & esse receptum asserit Anton. Gom. l. Tauri. 9. numero. 17. post medium. Et hac ratione etiam potest admiti, quod tradit Palac. rep. rub. §. 70. nu. 17. ad finem. quòd si maritus occidit possessorem maioratus, nihilominus vxor in eo poterit succedere: nam quanuis fructus maioratus soleant communicari inter virum & vxorem, tamen hoc casu nõ communicabuntur, cum illorum maritus sit incapax. Similiter quãuis pater in bonis maioratus delatis filiofam. vsũfructũ habeat, vt aduersus Xuarez probat Molina lib. 1. de primog. c. 19. à n. 18. tamẽ in terminis de quibus suprà, illum minimè habebit. Illud certum est, prædictum impedimentũ acquisitionis esse temporale: nam si filius efficiatur sui iuris, ita vt iam nihil acquirat patri, vtique admittetur: quia cessauit causa prohibitionis: qd̃ probat d. l. quæritur. tradit glo. l. diui fratres. verb. fuisse. ad medium. ʒ. de iure patronat. latè Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gl. 9. num. 56. & ideò Angelus l. adoptiuum. §. 1. in fine. s̃. de in ius vocand. admonet, quòd vt in prædictis terminis cesset omnis dubitatio, debet pater iuri vsusfructus sibi quærendi renuntiare, prout potest. l. cum oportet. §. sin autem res. C. de bon. quæ liber. nam tunc indubitãter filius succedere poterit statim in prædictis bonis, cum iam ex illis nihil quæri possit patri; extollit Cepolla caute. 52. Cur. Iun. l. 1. C. qui admitti. num. 29. Anton. Gom. 3. tom. cap. 3. n. 52. ad finem. Quartò amplia prædictam conclusionem, vt occidens aliquem non solũ non posit cũ effectu illi succedere, sed etiam neque hæredi occisi, quoad ea bona, quæ ex persona defuncti ad hæredem peruenerunt: illa enim bona semper fiscus auferet, tanquam ab indigno: ita videtur probare tex. l. Lutius. 9. ʒ. de iure fisci. † vbi gl. pen. ad finem. & Bar. numero. 2. & ad finem. id ex eo tex. collegerunt Alexand. l. hæreditas. numero. 6. C. de his quib. vt indig. Iason l. si is qui. numero. 4. & 10. ʒ. de vulgari. & l. sororem. numer. 4. C. de his quibus vt indign. Ruin. consil. 14. numer. 2. libro. 5. Hippol. consilio. 93. numero. 9. Boeri. decisio. 25. nume. 3. Igneus l. si sequens. §. 1. numero. 9. ʒ. ad Sillanian. Ant. Gom. 3. tom. cap. 3. num. 52. & alij adducti per Pelaez de maioratu. 2. par. q. 4. illatio. 1. n. 18. Adde Guilliel. ca. Raynũtius. verb. mortuo itaque. 1. nu. 33. dicentem, rationem esse, quia qui hæredi defuncti succedit, & ipsi defuncto videtur succedere. l. fin. C. de hæred. inst. Quam rationem prius assignauit gl. pen. ad finem. d. l. Lutius. & ita hanc ampliationem respõdendo contrarijs. defendit Ant. Gom. l. Tauri. 22. num. 14. Sed his non obstantibus, verius est, quòd licet occisor cum effectu non succedat occiso: tamen hæredi occisi, cum effectu succedet, etiam in bonis quæ à defuncto ad hæredem peruenerũt: quod probat. l. qui Titij. ʒ. de his quib. vt indign. l. pen. §. si hæres. & l. fin. s̃. de inoffic. test. Et est ratio, quia post aditam hæreditatem bona non considerantur amplius tanquam defuncti, sed potiũ tanquam hæredis adeuntis. §. 1. Institut. de hæred. qualit. & different. notatur l. 1. §. veteres. ʒ. de acq. posses. Quarratione concludit Bar. l. si is qui. num. 13. ʒ. de vulgari. quòd filius spurius defuncti potest succedere hæredi defuncti, etiam in bonis, quæ ex persona defuncti patris ad eũ hæredem peruenerunt: & communiter recipitur, vt ibi asserit Ias. num. 10. Anto. Gom. l. Tauri. 9. num. 18. Peralta l. vnũ ex familia. in princip. numero. 28. de legat. 2. Ergo & indignitas respectu defuncti, non debet extendi ad casum, quo succeditur eius hæredi: & ita in terminis Ioan. de Amicis consil. 9. per totum. & cons. sequen. concludens, per multas rationes, q̃ si maritus occidit vxorem; filia superstite, quæ post mortem matris decessit, potest pater succedendo filiæ, cum effectu obtinere hæreditatẽ vxoris occisæ, quia tunc nõ succedit vxori occisæ, sed potius propriæ filiæ: † subscribit Phanuntius de lucro dotis. gloss. 14. ante numerum. 4. & pro constanti tenet Palac. rep. rubr. §. 67. nu. 18. Et retenta hac opinione, non obstabit text. d. l. Lutius. ʒ. de iure fisci. quia vltra responsiones Ioannis de Amicis, respondet Phanuntius vbi suprà, quòd in eo textu tantũ fuit dubitatio, vtrùm si mulier sit accusata de occisione mariti per venenum, & pendente iudicio moriatur, vtrũ propter mortẽ accusatio illa extincta cẽseat? Et respõdet Iurecõs. adhuc durare, quoad eũ saltẽ effectũ, vt cõperta veritate, turpe lucrum eius hæredibus

dibus extorqueatur, iuxta regulam.l. in
hæredem.5.ſ.de calumniato. non tamẽ
explicat Iureconſ. quòd hæreditas per
perſonam filiæ matri proueniens, ſit au-
ferenda ab eius hęrede. Sed non placet
hæc reſponſio, quia cum Iureconſ. dicat
natiuitate poſthumi ruptum fuiſſe teſta
mẽtum patris, & poſtea poſthumo mor-
tuo totã hęreditatẽ peruenisse ad matrẽ,
& addat, turpia lucra eſſe auferenda, cla
rè oſtendit, omnem hæreditatem, quæ
mediante perſona patris ad filium perue
nit, eſſe auferẽdam à matris hæredibus,
ſi de veneficio conſtaret: & ideò melius
reſpondendum eſt, quòd in ſpecie d.l.
Lutius. proponitur, mulierem veneno
necaſſe maritũ, & rupto teſtamento per
poſthumũ, totã obtinuiſſe hæreditatem
mariti: in quibus terminis, meritò præſup
ponitur, hęreditatem illã, tanquã turpi-
ter quæſitam eſſe auferendam: nã quem
admodũ is, qui occidit filiũ teſtatoris, cẽ-
ſetur indignus reſpectu hæreditatis pa-
tris occiſi. l. his conſequẽter. §. 1. ſ. fam.
erciſc. Rom. ſing. 461. in fine. Boer. deciſ.
25. n. 9. & in ſequẽti ampliatione dicem'
nu. 30. ita etiam & occidens patrem ali-
cuius, reſpectu hæreditatis filij debet cẽ-
ſeri indignus, iuxta regulam. l. fina. C. de
indict. viduit. tollend. & ita Menchaca
de ſucceſsio. reſolutio. §. 20. nume. 25. Ex
quo colligitur, quòd inſpecie d.l. Lucius.
non ea ratione aufertur hæreditas filij à
matre, vel eius hærede, quia indignus re-
ſpectu defũcti, cenſetur etiam indignus
ad ſuccedẽdum eius hæredi, vt ſuprà alle
gati malè præſupponũt: ſed potius ex eo,
quòd mater occidit patrem filij vene-
no, vnde reſpectu hereditatis ipſius quo
que filij cenſetur indigna: & ideò eam fiſ
29 cus ab illa aufert. † Colligitur etiã, malè
Ioan. de Amicis, & Palac. ſuprà allegatos
præſupponere, quòd qui occidit patrẽ,
ſecurè poteſt ſuccedere filio occiſi: hoc
enim eſt contra tex. d.l. Lucius explica-
tũ vt ſuprà: & ita contrarium vidiſſe iudi
catum aſſerit Ant. Gom. 3. tom. c. 3. nu.
52. Et contrariũ pro conſtanti tenet Gre
gor. l. 13. tit. 7. par. 6. verb. El heredero. ad
finem. Colligitur etiam, quòd licet gloſ.
pen. ad finẽ. d.l. Lutius. & Iaſ. l. ſi is qui. n.
4. ſ. de vulg. Guilliel. c. Raynuntius. tract.
de pupillari. n. 75. reſtringãt eũ tex. ad ea
bona, quæ ex perſona patris ad filiũ per-
uenerũt: tamen verius eſt, omnia bona ei
ſe auferenda, cũ mater, quæ occidit ma-
ritum, etiã reſpectu hæreditatis filij vide a
tur indigna, vt ſuprà dictũ eſt. & ſatis col
ligitur ex generalitate d.l. Lutius. Deniq;
colligit, q; ſi in ſpecie d.l. Lutius. illẽ, qui
ſucceſsit marito occiſo, non fuiſſet filius
illius, ſed vel cognatus, vel extraneus, mu
lier poſteà illi ſuccedẽs, nõ cenſeret indi
gna, neque vlla hæreditas ab ea vllo mo-
do eſſet auferenda, iuxta regulam. l. qui
Titij. ſ. de his quib. vt indign. & in ſpecie
tentat Phanũcius de lucro dotis. glo. 14.
pag. 540. Multũ igitur intereſt, vtrũ occi
ſus relinquat filios, necne: nam ſi relin-
quat, occiſor non poterit cũ effectu filijs
ſuccedere: & poterit tamen ſuccedere al
teri cuicunque defuncti hæredi: quod
ſentit Ioannes de Amicis conſ. 9. nu. 11.
Et ad hunc modum eſt explicandus no-
ſter text. dũ dicit, dotem relinqui penes
hæredes mulieris occiſæ. Nec ſuprà reſo
lutis obſtat regula. l. fi. C. de hæred. inſti.
quia vt ibi tradit Bal. nu. 41. ea non obti-
net locũ in odioſis, & pœnalibus. l. mul-
cta. in prin. ſ. de cond. & demõſt. & ideò
cum agamus de materia odioſa, & pœna
li, ſcilicet de auferẽda hæreditate per fiſ
cum, non poteſt induci prædicta regula,
vt in terminis colligitur ex l. qui Titij. ſ.
de his quib. vt indignis, & aduertit Ioan-
nes de Amicis conſilio. 10. nu. 21. Et a-
lia de intellectu dict. l. Lutius. tradit Cal
das. l. ſi curatorem. verb. ſua facilitate. nu
mero. 22. C. de in integrum reſtitution.
Prætereà & dict. l. Lutius. explicatam
vt ſuprà, duobus modis limitabis. Primò,
nõ procedere, ſi maritus iuſtè occidiſſet
vxorem, vtpote ex permiſsione ſtatu-
ti, quia eam deprehendit in adulterio: nã
licet



licèt tũc reſpectu hæreditatis vxoris, ni-
hilominus cenſeatur indignus, quia pro-
pria authoritate ius ſibi dixit, vt infrà di-
cemus: tamen non cenſebitur indignus
30 reſpectu ſucceſsionis filij, † Quod patet,
quia d.l. his conſequenter. §. 1. loquitur,
quando de morte teſtatoris, vel eius filij
poteſt haberi quæſtio. Quod verificari
non poteſt in marito vxorem occidẽte
ex permiſsione ſtatuti: neque enim ad-
uerſus illum vlla poteſt formari quæſtio.
l. ſi ſeruus. & ibi Bar. C. de his qui ad eccl.
confugiunt. Ergo in his terminis reſpe-
ctu hæreditatis filij occiſæ vxoris, nõ de-
bet cenſeri indignus: & ita in ſpecie An-
ton. Gom. l. Tauri. 80. numero. 64. Et fa-
cit, quia d.l. Lucius loquitur, quãdo vxor
occidit maritũ veneno, & ſic per modũ
prohibitũ per legẽ, & punibilẽ. l. 1. C. de
malefic. & mathematic. ac proinde non
debet habere locũ, quando occiſio con
tingit per actum toleratum à lege, & im
punitũ, vt in ſpecie tradit Couar. c. pec-
catũ. 2. p. §. 2. n. 3. de reg. iur. in. 6. Secũda
limitatio ſit, vt procedat, quando mors
cõtingit per delictũ in faciẽdo, vt text. is
loquitur. Nõ igitur habebit locum, quã-
do mors cõtingit per delictũ in omitten
do: vnde licet maritus qui curam vxoris
infirmæ neglexit, ſucceſsionis illius red-
datur indignus. l. 3. ſ. de his quibus vt in-
dig. & infrà dicemus: non tñ ob hoc de-
lictũ in omittẽdo, cẽſebit indignus reſpe
ctu filiorũ vxoris: quia hoc iure cautũ nõ
inuenitur, neq; par eſt delictũ in omit-
tendo, & in cõmittẽdo, iuxta notata. l. ſi
mora. ſ. eo. & ita in ſpecie Ioannes de A-
micis conſ. 10. nu. 15. Phanuncius de lu-
cro dotis. gl. 14. n. 4. pag. 539. Vltimò am-
plia d.l. cum ratio. §. fin. procedere, non
ſolũ quãdo quis occidit teſtatorem, ſed
etiam quando occidit teſtatoris vxorẽ,
vel filium, adhuc enim cẽſetur indignus
hæreditatis prædicti teſtatoris. tex. eſt. l.
his conſequenter. §. i. & ibi gl. verb. perti-
nere. ſ. famil. erciſc. tradit Bald. l. hereditas.
num. 8. C. de his quibus vt indign. Ro
man. ſing. 461. Alexand. l. 1. nume. 11. C.
vnde vir. & vxor. Boeri. deciſ. 25. num. 1.
Guilliel. c. Raynuntius. verb. condidit. 2.
numer. 13. Menchaca de ſucceſsio. reſo.
lutio. §. 20. num. 12. & num. 25. Greg. l. 13.
tit. 7. part. 6. glo. del heredero. col. 1. ad fi-
nem. quidquid dubitauerit Bar. l. codicil
lis. §. matre. ſ. de leg. 2. per illum textum.
31 Qui tamen nihil obſtat, † quia de occi-
ſione filij non conſtabat niſi per di-
ctũ teſtatoris, quod ſolũ minimè delictũ
probat. l. 3. §. 1. ſ. ad Sillanian. & ideò in
eo text. præſupponit, fratrẽ nihilominus
poſſe ſuccedere ſorori. Sed ſi cõſtaret fi-
lium ſororis occidiſſe, locum haberet de
ciſio d.l. his conſequẽter. §. 1. Quod idẽ
erit, ſi aſcendentes illius, cui vult ſucce-
dere occidit: vt tradit Menchaca de ſuc
ſio. reſolutio. §. 20. numero. 25. Hanc ta-
men ampliationem duobus declarabis
modis. Primo, quòd licet negligens curã
teſtatoris infirmi, reddatur indignus hæ
rediratis illius. l. 3. ſ. de his, quib. vt indig.
Bald. conſ. 26. punctus. num. 4. lib. 3. Ripa
l. fin num. 155. C. de reuoc. donatio. fa-
cit auth. ſi captiui. C. de epiſcop. & cleri.
& auth. liberi. C. de epiſco. audient. ta-
men non cenſebitur indignus, ſi filij te-
ſtatoris, vel vxoris curam neglexit: nam
prout non cenſetur indignus hæredita-
tis filij, qui per negligentiam fuit cauſa
mortis defuncti, vt ſuprà probauimus: pa
riter nec debet cenſeri indignus hæredi
tatis patris, qui per ſolam negligẽtiã fuit
cauſa mortis filij, vel vxoris. Secundò li-
mita, vt ſi occiſo adſint duo cognati in
æquali gradu, & vnus occidat cognatũ
defunctum, fiſcus auferet quidem partẽ
occiſoris, ſed alius cognatus innocens
ſuam partem effectualiter retinebit. Bal.
l. hereditas. numero. 9. C. de his quib. vt
indign. inducens d.l. his ſequenter. §. 1.
idem Bald. l. eam quã. numero. 10. C. de
fideicommiſ. Roman. ſing. 461. Guilliel.
c. Raynuntius. verb. condidit. 2. num. 14.
Palac. rep. rub. §. 76. num. 13. Menchaca
de ſucceſsio. reſolutio. §. 20. num. 14. qui
ex

ex hoc reprehendunt Bart.& Alber.d.l.
cum ratio.§. fina. sentientes, quòd si ad-
sit alius cognatus, in æquali gradu cum
occisore tũc nihil auferet fiscus,sed por-
tio occisoris accrescet alij cognato, qui
non delinquit:allegant l.2.§.fratris. ƒ. si
quis aliquem testari prohibuerit.Sed im
meritò reprehenduntur: nam minimè
sentiunt, quod prædicti illis imponunt,
sed illud potiùs, quòd fiscus tunc tantũ
auferet portionem delinquentis,non au
tem alterius, qui non deliquit, iuxta d.
§.fratris. † & ita in specie Alex.l. hæredi-
32 tas.nu.9.C.de his quib. vt indignis. post
Bald.l.eam quam.numero.10.C.de fidei
commissis. subscribunt Ruin. cons. 129.
numero.1.libro.2. Bossius in praxi, titu-
lo de his quib.vt indig num.16.Boeri.de
cisio.25.numero.9. Anton.Gom.3.tom.
cap.3.numero.51.ad finem. Magis ergo
reprehendendus venit Bal.consil.26.pũ
ctus.num.5.libr.3.dum dicit,quòd si ma
ritus occidit vxorem,quæ eũ instituit hę
redẽ,non est hæreditas auferẽda per fis-
cũ,sed relinquenda est matri occisæ:hoc
enim apertè est contra d. l.cum ratio. §.
fina.& ita improbat Mẽchaca de succes
sio.resolutio.§.20.numero.15.His ita ex-
peditis, superest tractare de interpreta-
tione gloss. hîc verb. lucrifacere: ex qua
prima colligitur elegans ampliatio huius
textus,vt dũ agit de marito vxorem oc-
cidente,paritet procedat,quando mulie
ri infirmę medicum non adhibuit: nam
perinde priuabitur lucro dotis, ac si eam
occidisset:allegat:l.quòd si nolit. 31.§. si
mancipium.ƒ. de ædil.edicto.&.l.3.ƒ. de
his quib.vt indign.&.l.necare.ƒ.de libe.
agnoscend.& communiter esse receptũ
asserit Alexand.consilio.123.numero.1.
libro.7.Socin.consilio.105.numero.8.li
bro.3.Ruin.consilio.8.numero.3.libr.2.
Campes.de dote.5.par.quæst.3.Catellia
nus in memorabilib.verb. maritus priua
uatur.Roland.de lucro dotis.q.64.nu.5.
Tiraquel.tracta.de nobilitate.cap.31.nu
mero.396.Et vtique optimè videtur pro
bari hæc opinio per text.quem gloss. al-
legat.l.3.ƒ.de his quib.vt indig.vbi proba
tur,quòd quemadmodum maritus occi
dens vxorem,redditur indignus hæredi
tatis illius.d.l.cum ratio.§.fi.ƒ.de bon. dã
nato.ita etiam reddetur indignus, si eius
culpa & negligẽtia vxor moriat: Quod
gloss.ibi exemplificat, quando infirmæ
medicum non adhibuit:& etiam gloss.l.
quòd si nolit.§.culpam. verb. culpam. ſ.
de ædil. edicto. gloss. l. necessarios. 5. §.
fin.verb.in culpa. ƒ. ad Sillania.& in spe-
cie tradit Bald.cons.26.punctus.num.4.
libro.3.Ripa l.fina.numero.155.C. de re
uoc.donat.Guillel.c. Raynuncius.verb.
mortuo itaque.1.numero.39.Boeri deci
sio.244.num.11.Tiraquellus de nobilita
te.cap.31.numero.396. Ex quo notab.il-
lationem facit Molin.lib.3.de primog.c.
2.numero.33. Cæterũ aduersus hanc cõ
muniter receptam cõclusionem vrgere
videtur,quòd non adhibere medicũ ægro
to,culpa est.l.quòd si nolit.31.§. culpa.ſ.de ędil.edicto.Ergo is casus non de-
bet æquiparari occisioni,quæ dolum re-
quirit.l.in lege Cornelia.ƒ. de sicarijs. Et
confirmatur, quia prædicta culpa videt:
leuis in negligendo, propter quam quis
regulariter puniri non solet.Bald. l. data
opera numero.5.C.qui accusa:non pos-
33 sunt.Gramma.decis.47.num.7.† Sed re-
spondendum est, maritum propter me-
dicum non adhibitum, tunc reddi indi-
gnũ,vel lucro dotis priuari,quando com
muni opinione mors vxoris ob illã cul-
pam & negligentiam secuta est: vt colli-
gitur ex d.l.3.ƒ.de his quib. vt indign. &
ex mente Pau.hîc num.3.deduxit Alex.
consil.123.num.4.libro.7.& Peregrinus
de iure fisci.lib.2.tit.3.num.15. Et in his
terminis ideò casus mortis imputat ma-
rito,ac si vxorem occidisset, quia quãdo
culpa ordinata est ad casum mortis, qui
contingit,is casus magis accedit actui vo
luntario. Thomas.2.2.q.64.artic.8.in cor
pore,& sic respectu culposi magis volun
tarium cẽsebitur homicidium, quàm ca-
suale



suale. Couarr.Cle.1.de homicid.2.part.
§.1.nu.2. Et ideò pro regula constitui-
tur,quòd quando ex culpa casus ille veri
similiter erat euenturus, tenetur culpo-
sus de illo,ac si voluntariè casum illũ ad-
misisset. l.quoniam. C.ad l. Iuliam de vi
publica.l.1.§.ex incendio.ƒ.de incẽd.ruí-
na,naufragio.c.fin.de homicid.in.6.Bar.
l.Diuus.num.1.ƒ.ad l.Cornel. de sicarijs.
& ibi Villemata nu. 66. Vel (quod idem
est) quando ex prædicta culpa casus ille
à communiter contingentibus solet pro
uenire:vt post Ioan.Andr.tradit Soc.cõ-
sil.156.numer.21.libr. 2. Non ergo culpa
consideratur, sed quasi casus ille per me
inductus esset,mihi imputatur.c.fina.de
iniurijs.l.qui occidit.§.fina.ſ. ad l. Aquil.
Vnde infertur, quòd vt quis maritum tã
quam indignum repellat, non solũ de-
bet articulare,& probare,per culpam, &
negligentiam mariti medicum non fuis
se adhibitum,sed etiam oportet probare,
morbum esse talẽ, vt verisimiliter, & à
communiter accidentibus,mors non se-
queretur,si medicus esset adhibitus: nã
tunc mors, præcedente ea negligentia
secuta,maritum indignum reddit hære-
ditatis vxoris.Bar.hîc numero. 3. ad finẽ
Corne.cons.120.num.13.libro.1.Catellia
nus in memorabilib.verb.maritus priua-
tur.in fine Roland. de lucro dotis. q. 64.
numer.12.Vnde si morbus ita leuis esset,
vt crederetur,medicum non esse neces-
sarium,vel etiam ita grauis,vt iudicio me
dicorum mulier esset omnino peritura,
etiamsi medicus esset adhibitus; his casi
bus propter non adhibitum medicũ ma
ritus non redderetur indignus, neq; pri-
34 uaretur lucro dotis.†Pau.hîc numero. 3.
Alexand.consil.123.numero.2.libr.7.So
cin.cons.105.num.8.libro.3.Item & iux-
ta prędicta debet explicari.l.necessarios.
§.fi.ƒ.ad Sillania. dũ probat, quòd prout
hæres tenetur vendicare necẽ defuncti,
quãdo per aliquem violẽter occisus est.
l.i.C. de his quib. vt indign. ita etiam te-
netur vendicare necem eius,quando in-
curia alicuius mors secuta est: quod ibi
extollit Roman.in principio.quasi à pari
procedant,quem occisum esse violenter
per aliquẽ, vel incuria alicuius perijsse:
quod etiam probat l.si seruũ.91. in prin-
cipio.ƒ.de verborum obligatio. vbi secũ
dùm communem intellectum, eodem
modo tenetur promissor,si seruũ promis
sum perimat, vel ægrotũ non curauerit.
Sed prędicta iura ex prædictis accipiẽda
sunt,quando ille cuius negligentia mors
secuta est, tenebat aliqua ratione ægrũ
curare.Molina lib.3.de primogen.cap.2.
numero.33. & quando verisimiliter ex
ea negligentia mors sequi poterat,prout
posteà secuta est: aliàs secus, vt constat
ex suprà resolutis:Conclusionem glo. ita
explicatam ampliabis, vt à fortiori pro-
cedat,si maritus cum posset,non libera-
uit vxorem à periculo mortis, in quo e-
rat constituta:nam propter hoc à fortio
ri reputabitur indignus.l. omne delictũ.
§.pen.& fina.ƒ.de re militari. Menchaca
de succesio.resolutio.§.20.numero.25.
Prætereà & illam limitabis, vt per Alex.
consilio.123.à numero.4.libro.7. & Rui
nũ consilio.139.à numero.3.lib.4. Item,
illam procedere,quando medicus facilè
in eo loco inueniri poterat,aliàs enim ex
cusabitur maritus,neque redderetur indi-
gnus,nec priuabitur lucro dotis: argum.
l.idemque.in fi. princ. ſ. mandati.& ita
limitat Bar.hîc numer.4. Inferens, quòd
ille,qui prædictam culpam imputat ma-
rito,non solũ debet articulare, eum non
adhibuisse medicum vxori infirmę, sed
etiam debet articulare, quòd medicum
facilè poterat inuenire: subscribit Paul.
hîc n.3.Alexand.consilio.123.nu.2.lib.
7.Ruin.consilio.139.numero.5.libro.4.
Carreri.de homicid.§.6.numero.322. &
Rolandus de lucro dotis.q.64.numer.8.
Si igitur in eo loco, in quo mulier ægro-
tauit,non erat medicus:& tamen erat in
loco propinquo,à quo facilè auocari po-
terat,imputabitur marito hæc negligen
tia:aliàs secus.Alexan.l.si seruum.in prin.

numero.8.ff. de verb.obligatio. &.l.iuris ignorãtia numero.2.C.qui admitti.Guillelm.c.Raynuntius.verb.mortuo itaq;.i. num.39.Roland.de lucro dotis.q.65.nu
35 mero.9. † Quinimo oportet maritum abundare facultatibus, vt facile ei esset accersire medicum,& ei soluere salariũ: vt argum.l. idemque.in fine prin. tradit Paul.hîc num.3.Alexand.cons. 123. numero. 2. libro. 7. Ruin. videndus consi. 139.à num.5.lib.4.Limita prædictam cõmunem traditionẽ non procedere,quãdo iudicio medicorum, morbus vxoris talis erat, vt omnino esset moritura: nã tunc non imputatur marito non adhibere medicum,cum & eo adhibito moritura esset:argum.l.item quæritur.§.exercitu. iuncta gloss verb. nõ denuntiauerit. §.locati.l. in totum ff.de impensis.l.si ali°.§.est & alia.ff.quod vi aut clam. c.2.ad finem.de feudo sine culpa nõamittend. Paul.hîc numer.3.& suprà relati. Phanũcius de lucro dotis.glos.14.num. 9. Vnde infert Paul.d.nume.3.quòd si vxor erat infecta tali peste, in qua nihil valerẽt medici,neque medicinæ,sed omnes cõmuniter moriebantur,tunc non imputabitur marito,si medicum non adhibuerit. Quam tamẽ illationẽ improbat Catellian.in memorabilib.verb.maritus priuatur,quia multi infecti peste,beneficio medicorum curantur: & contrarium etiam securè tenet Ripa tracta. de peste: in rub.de priuileg.contractuum.numer. 203.inquiẽs,quòd si maritus propter pestem aufugit,relicta vxore,quia erat infecta peste, & non reliquit ei necessaria, neque reliquit medicum, & medicinas, priuabitur lucro dotis: subscribit Rolandus de lucro dotis,quæst.64. numer. 9.Sed pro concordia dicendum est cum eodem Rolan.d.tract.quæst.66.num.16 vt opinio Pauli procedat, quando pestis ita erat acerba,vt censeretur incurabilis: ita vt à communiter accidentibus medici parum proficerent: aliàs procedat opinio Ripæ.Illud sanè verum est, quod tradit Ripa vbi suprà,numero.204. quòd si antequam mulier peste infecta esset,maritus aufugit propter pestem, derelicta muliere in loco,in quo pestis versabatur si illa posteà inficiatur peste,&moriatur; hæc mors erit imputanda marito; quia tunc attenta qualitate loci, & temporis, culpa mariti dirigebatur ad casum mortis vxoris,quæ posteà secuta est:ac ita locum habet decisio Bar.l.Diuus.numer.i. ff.ad l.Corn. de sicarijs Neque est omittendum,quod gloss.hîc verb. lucrifacere.apertè vult,à pari procedere,non adhibere medicum vxori infirmæ,vel adhibere medicum imperitum:allegat text.l.q. si nolit.31. §.culpam.ff.de ædil.edicto. & ibi notat Ang.subscribit Guillel.c. Raynuntius. verb.mortuo itaque.1.numero 39.Zasi.hîc nu.8. Peregrinus de iure fisci.lib.2.titulo.3.num.16.Palac.repet.rubric.§.70.à num.29.† Vbi tamẽ numero
36 13.declarat,id tantũ procedere,quando scienter per dolum & malitiam talẽ medicum adhibuit:nam si ignorãter,&quia ad alios ægros curãdos accersebatur, excusandus est:quod & sentit Molina lib.3. de primogen. cap. 2.numero.33. Adde, quod & gloss.hîc d.verb. lucrifacere.sentit, q. vbi non adhibetur medicus vxori infirmæ,vel adhibetur imperitus, præsumitur ob hanc culpam mortem vxoris contigisse, & ideò imputatur marito: & notauit Paul.hîc nu.3. Ex quo inferebat Bald.hîc ad mediũ, quòd si quis fuit vulneratus, & iudicio medicorum vulnus non erat mortale: & tamen vulneratus non adhibuit medicum,vel adhibuit imperitum,presumetur decessisse ob hanc causam,ita vt vulnerans teneatur de vulnerato,& non de occiso:subscribũt Paul. hîc numero.3.Iason numero.8. & Bolognin.in nouis interpretationibus, Hippol.l nihil interest.numero. 8. ff.de sicar. Palac.rep.rub.§.70. numero.27. Carrerius de homicid.§.6.numero.322.idque alijs quotidianis exemplis exornat Felin. c.presbyterum.col.1.& seq.de homicid.

Et



Et ex his colligebat Aret.hîc col.2. post princ.elegantem declarationem ad traditionem gloss.l vnica.verb. depulsa.C. de emendatio. propinquorum. quòd si vulneratus intra triduum decessit,præsumitur ob vulnus decessisse: quã exornat Carreri.de homicid.§.6.nume.324.id enim non procedet,si vulneratus nõ adhibuit medicum,vel adhibuit imperitum: nam tunc magis ob hãc causam præsumetur decessisse:subscribit Dec.consilio 415.nu. 6. Sed id intelligebat Thomasi. Gramma.consil.criminali.49.numer.11. quando vulnus iudicio medicorum nõ erat mortale:aliàs parum facit medicum non fuisse adhibitum, vel allegare propter malum regimen fuisse mortuum: Quæ tamen declaratio non placet,quia & mortiferè vulneratum posse mortem euadere propter medicinas,&bonum regimen,probat l.1.§.fina.ff.ad Sillanian.&
37 notat Iason hîc num.8.ad finem.† Adde ad implementum istius articuli notab.dictum Bal.l.1.§.sed scimus.nu.1.C.de Latina liber.tollend. vbi per illum text.tradit,quòd si maritus expulit vxorem è domo sua sine causa, ob hoc debet priuari lucro dotis:& subscribit Paul.hîc num.4. addens se cõsuluisse, quòd si maritus expulit vxorem è domo, vel se absentauit, neque ei prouidit de alimentis, & vxor ob hoc moriatur, priuabitur maritus lucro dotis,ac si vxorem occidisset.l.necare.ff.de liber.agnoscend.subscribit Palac. rep.c.per vestras.3.notab.in prin.n.4.pagina.191.Tiraq.li.1.retract.§ 10. gl.vnic. n.12.Campesius de lucro dotis.q.68.nu. 8.Pereg.de iure fisci.lib.2.tit.3.n.16. Sed hoc dictum Bald.improbant Alex.hîc n. 3.Ias.n.4.Zasi.n.7.Cãpes.de dote.5.part. q.4.ea ratione,quia decisio huius tex.priuans maritum lucro dotis,si vxorem occidit,ad diuersum casum extendi nõ debet,iuxta regulam.c.in pœnis.de reg.iuris in.6.Sed ad veram resolutionem aduertendum est,in hoc articulo duas esse quæstiones.Prima est,vtrũ maritus expellens vxorem è domo sine causa, propter hoc reddatur indignus successionis vxoris,iuxta l.3.ff. de his quib. vt indign. Secũda,vtrũ saltem priuetur lucro dotis? Et quoad primum dicendum est,maritũ non reddi indignum,quia hoc iure cautũ non reperitur,& marito expellẽti vxorem sine causa, ea tantũ imponitur pœna,vt nõ faciat fructus dotis suos pro eo tempore, quo expulsa vxore, non sustinuit onera matrimonij,Bald.in rubr. n.i. in fine.C.de priuileg.dotis.Pau.cons 65. col.pen.post prin.lib.2.quòd si ex ista expulsione à domo,& de negatione alimẽtorum,mors vxoris insequuta est, tunc sine dubio reddetur maritus indignus, cum eam necasse videatur.l.necare.ff.de libe.agnoscend. & ideò DD. in hac materia requirunt,quòd ex denegatione alimentorum mors vxoris sequatur.Boer. decis.244.num.2.Roland. de lucro dotis.q.68.num.11.Tiraq.de pœnis temperandis,causa.44.num.12. Quoad secundam quæstionem dicendum est,quòd si mulier expulsa à domo viri,moriatur antequam ad domum redeat, excludetur maritus à lucro dotis: quantũcunq;propter expulsionẽ mors secuta non sit: nã huiusmodi lucrum defertur marito propter onera matrimonij: gloss.l.si donatus.§.fin.ff.de cond.ob causam.& sic subintelligitur tacita conditio, dummodo maritus sustineat onera matrimonij. l. quæro.§.inter locatorem.ff.locati. tempore scilicet existentis conditionis,id est mortis vxoris l.ex facto.§.pen.ff. ad Trebellian.Si igitur eo tempore nõ sustineat onera matrimonij;quia sine causa expulit vxorem à domo,quasi deficiente conditione,sub qua lucrũ deferebatur, illud
38 minimè obtinere poterit:† & ita Bald. l. quod in vxorem.nu.i.C.de neg. gest. & auth.dos data.num.i. C. de donatio.ante nuptias.& notab.cons.53.quædam n. 2.lib.5.& plures,quos refert Roland.de lucro dotis.q.64.nume.6.Vnde colligas, quòd licet in primo casu exigatur, quòd

propter

propter expulsionem,mors vxoris secuta sit:non ita in hoc secundo,quia vt ma
38 ritus priuetur lucro dotis,satis est,tempore mortis vxoris non sustinere onera matrimonij,vt constat ex suprà traditis,&in specie notat Phanuntius de lucro.dotis, gl.14.pag.547.ad finem. Quãuis DD.terminos confundentes,etiam in hoc secũdo casu exigant,mortẽ vxoris sequi propter expulsionem,vt maritus priuetur lucro dotis,vt constat ex traditis per Hippol. cons.93.num.7.& cons.126.num.3. & l.nihil interest. nu.2.ff. de sicar. Palac. in rub.§.70.num.23.Baeça de decima tutoris cap.13.nu.13.Vt igitur maritus prædictum periculum euitet,oportet,quòd reconcilietur cum vxore, & sit paratus eam in domum recipere,& bene tractare,& necessaria subministrare: nam sic purgabit moram & culpam,vt colligitur ex l.si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo.in fine.ff.eo.&ibi Imol. vers. vltimo. not.& Alex.num.10.idem Alex. hîc numero.3.ad finem.& cons.123.num.5.lib. 7.Ruin.cons.131.nu.4 libr.4.& si illa noluerit venire,tunc maritus dotem lucrabitur,quia in hac materia semper vltima mora nocet.l.illud.§. de peric.& cõmod. rei vend.& gl.c.significasti.de adult.ampliando vt per Aretin.hîc col.2.ante medium.& Roland.de lucro dotis.q.70. Et ex his dubia redditur decisio Bald. cons. 53.quædam.num.2.lib.5.quòd si mulier propria temeritate recessit à domo mariti,& ille requisiuit eam,vt secum cohabitaret,& quia illa noluit,fecit eam excommunicari: si posteà infirmæ non adhibuit medicum,vel non præstitit necessaria,priuabitur lucro dotis.Sed id cõfũditur ex suprà traditis,& ex eo,quia quãdo mulier propria temeritate recessit à domo mariti,minimè teneturmaritus ei ministrare necessaria extra domum degenti,vt post DD.l.quod in vxorẽ.C.de neg. gest.resoluit Socin.cons.286.num.5.lib. 2.Ergo ex eo quòd lege permittente omisit facere,non debet aliquam pœnam
subire.l.Gracchus.C.de adulter.& ita in
38 specie prædictam Bal.decisionẽ †improbat Phanuntius de lucro dotis.gl.14.pagin.550. Poterit nihilominus saluari decisio Bal.quando maritus fecit prædictã requisitionem eo tempore,quo iam mulier erat deducta in manifestum mortis periculum,propter denegationẽ alimentorum:nam tunc prædicta requisitio nõ liberabit eum à mora iam incursa.Imol. d.§.sin autem.vt.notab.Alex.hîc n.3.ad finem.Rolan.de lucro dotis.q.70.in fin. Sed non placet hæc saluatio:nam procedet,quando maritus expulit vxorẽ à domo sine causa: nam cum tunc extra domum degẽti teneatur necessaria subministrare,locum habet prædictorum declaratio:sed quando mulier recessit propria temeritate à domo viri, cum tunc minimè teneatur ei necessaria subministrare extra domum degenti,nunquam propter denegationem alimentorũ videtur esse in mora,vel culpa: & ideò debet indistinctè lucrũ dotis habere:quidquid in his terminis contrarium sentiat Bal. in prædicto cõsilio. Vltimò ad perfectam explicationem gloss.hîc verb. lucrifacere,est aduertendũ,quòd illa duos ad istũ text.assignat intellectus. Primus, quod in eo interuenit pactum de lucranda dote per maritum, si morte vxoris solueretur matrimonium:quod pactũ non habebit locum, si mors vxoris secuta sit facto,& culpa mariti: & hunc intellectũ magis literæ adaptari dicit Aret.col.1.ad finem.Secũdus intellectus est, q̃ in hoc tex.nullum interpositum est pactum de lucranda dote,sed maritus prætendebat lucrari dotem, quia vxor commiserat adulterium,& dicitur non esse audiendũ, si vxorem ob eam causã propria authoritate occidat:quia quãuis lex Iulia aliquãdo permitteret marito adulterum occidere in domo sua deprehensum in adulterio.l.Gracchus.C.de adul.adiũcta glo. verb.occidi.tex.elegãs.l.marito.24.ff.de adult.tamen vxorem etiam in adulterio reper-



repertam occidere non poterat, sed potius tenebatur eã à se dimittere.d.l.marito.ver.& præcipitur.l.neq; in ea.22.in fine.ff.de adul.licèt si eã repertã in adulterio occidat, minuatur pœna, quia iusto dolore motus fuit ad illius occisionẽ.l. si adulteriũ.38.§.Imperatores.ff. de adult.l. 1.in fin.ff.de sicar.l.3.§.si maritus.adiũcta gl.verb.ignoscitur.ff. ad Sillania. Cũ igit occidẽdo cõtra legẽ faciat,videt facinus cõmittere:ac ita verificatur ratio huius tex. & cũ hoc glo.intellectu trãseũt cõmuniter DD.vt hîc asserit Aret.col.pen. ad finẽ.†Sed impugnat Lãcelo.Dec.ad finẽ.
40 quia huic intellectui nõ bene adaptatur ratio huius tex.nam in prædicto casu maritus non prætendit lucrum propter proprium facinus,sed potius propter facinus vxoris,id est,adulterium per eam perpetratum,propter quod lex eam priuat dote,& trãsfert in lucrũ mariti.l. consensu. §.1.C.de repud.c. plerũq;.de donati.inter virum.quã Lãceloti cõsideationem laudat Palac.rep.rub.§.70.n.9.Sed saluãdo cõmunẽ intellectũ, prædictæ cõsiderationi respõderi potest,quòd cũ lex p̃mittat maritũ propria authoritate vxorem adulterã occidere.l.neq;in ea.22.in fine. ff.de adul.si eã nihilominus occidat, facit cõtra legẽ: vnde propter hoc facinus amittit lucrum, aliàs sibi delatũ per legẽ, iuxta regulã.l.auxiliũ.in fin.ff. de minor. l.fi.§.sin verò postquã.C. de iur.delib. c. fi.de immun.eccles.c.quia frustra.de vsuris.quã regulã in quacũq; materia obtinere asserit Alb.l.auxilium.n.5.ff. de minorib.Quinimo dicit Soc.cõs.51.n.8.li.i. quòd priuatur beneficio legis, qui vtitur legis permissione, indebito tamen,& iniusto modo.arg.l.in causis.C.de accusat. Et ex hoc intellectu ita explicato infert, quòd in prouincijs,in quibus nõ licet occidere vxorẽ adulterã, maritus illã occidẽs priuabit lucro,quod aliàs lex marito defert.Ferronius in consuet. Burdigalẽs. libr.1.tit.4.§.6.col.2.ad finẽ.& Dec.consil.525.à n.1.Infertur secũdò,quòd in prouincijs,in quibus ex permissione statutorũ licitũ est vxorẽ adulterã occidere, cũ tũc cesset ratio de qua suprà,maritus occidẽs vxorẽ adulterã, nõ priuabit lucro dotis: & ita Bart.hîc num.5.cui subscribũt Ias.hîc n.11.Duaren.col.2.Dec.l.1.n. 11.C.vnde vir.Guilliel.c.Raynũtius.ver. & vxorẽ.decis.5.n.239.& alij,quos refert Carreri.de homicid.§.6.n.251.Et facit p̃ hac opinione.l.fi.C. de adul.vbi mortua vxore,maritus potest dotẽ retinere,excipiẽdo de adulterio per vxorẽ cõmisso:ergo pariter retinebit lucrũ dotis,allegãdo eã adulteriũ cõmisisse:ac proinde ex permissione statuti iustè eã occidisse: arg.l. quid ergo.56.§.si hæres.ff.de leg.1.Vnde licet testatorẽ occidẽs, efficiat indignus hæreditatis illius: si tñ eũ iustè occidat, nõ reddit indignus.Guilliel.c. Raynuntius.ver.mortuo itaque.1.nu.40.Cõtrariã tñ opinionẽ,imò quod etiãsi maritus ex permissione statuti licitè occidat vxorẽ adulterã,quòd tñ debeat priuari lucro
41 dotis,iuxta hũc tex.†tenet Bal.hîc ad mediũ,ea ratione,quia ille, qui p̃pria authoritate ius sibi dixit,etiãlicitè,nihilominus amittit lucrũ,quod aliàs ei deferebat per legẽ:allegat l.interdũ.58.§. qui furẽ.ff.de furtis.& hãc opinionẽ Bal.probãt Rom. & Pau.hîc nu.5.Aret.col.fi.cõfirmãs per traditionẽ gl.l.3.§.fi.ff.nautæ,caupo.& stabula.quod quãdo alicui cõpetũt duę vię, vna de iure speciali,& altera de iure communi,vna electa,alteri videtur renũtiatũ:& hãc Bal.opinionẽ aduersus Bar.esse cõmuniter receptã asserit Zasi.hîc nu.7. quod & fatetur Ias.n.11.& idẽ asserit Iul. Clarus in praxi.§.homicidiũ.n.22. ad finẽ.Ant.Gom.l.Tau.80.n.63.ad finẽ.Couar.de spõsal.2.p.c.7.§.7.n.7.& Peregrin. de iure fisci.lib.2.tit.3.n.8.latè Rolãd.de lucro dotis.q.61.Matien.l.6.tit.8.gl.1.n. 10.lib.5.ordina.alios referens,& Lara l.si quis à liberis.§.idẽ iudex.n.42.ff.de lib. agnoscẽd.Inuenio tñ,quod Matthes.singul. 73. concordat opiniones, quòd aut maritus occidẽs adulterã ex permissione statuti,

statuti, prætendit lucrum dotis sibi fuisse acquisitũ, iuxta dispositionem l. consẽsu. §. 1. C. de repud. & non audietur, quia in his terminis propriè militat regula. d. l. interdũ. §. qui furem. ĵ. de furtis. aut verò prætendit lucrũ dotis, nõ propter dispositionẽ legis, sed ratione pacti, cuius cõditionẽ allegat extitisse per mortẽ vxoris, licitè per eum illi illatã, vel etiã ratione statuti generaliter ordinantis, vt mortua vxore sine liberis, maritus dotem lucretur: & vtique admittendus est ad huiusmodi lucrum, quia cessat ratio de qua suprà: & Matthes. subscribit Iasõ l. 1. n. 2. C. vnde vir & vxor. Gom. §. ex maleficijs. n. ii. Inst. de actio. Peregr. de iure fisci. lib. 2. tit. 3. n. 9. Est tñ aduertẽdũ, q; Alexan. hîc nu. 15. ad finẽ. referẽs prædictã Matthes. cõcordiã, eã putat admittẽdã, quãdo lucrũ deferẽ ratione statuti: sed quãdo ratione pacti, nõ credit veram esse opinionem Matthes. nam cum pactum debeat accipi secundùm verisimilem mentẽ partiũ. l. fin. C. quę res pignori. non est verisimile, quòd mulier intellexerit, cõditionẽ pacti verificari, quando mors esset ei illata per maritũ, etiam iustè: vnde eo casu ratione pacti lucrum obtineri non poterit per maritum: & Alex. opinionẽ probat Campes. de dote. 5. p. q. 5. Palac. rep. rub. §. 70. num. 9. Roland. de lucro dotis. q. 63. ad finem. Phanuncius eodem tract
42 de lucro dotis. gl. 14. n. 6. Cur. Iunior l. 1. nu. 7. C. vnde vir. & vxor. † Quibus tamẽ non obstantibus, opinio Matthes. etiam in lucro delato ratione pacti, verior est. Nec obstat Alex. ratio, quia propositum mulieris in mente retentum, nihil operari potuit. l. si repetẽdi. C. de cond. ob causam. Item vt aduertit Duaren. hîc col. 2. imò est verisimile, quòd si mulieri in mẽtẽ venisset is casus, voluerit eũ in pacto cõtineri, quẽ sine turpitudine, & affectati speratiq; adulterij suspicione excipere non posset: quẽq; pudica, castaq; mulier, & nullo vnquã probo se cõtaminatura, exceptũ nollet. Quinimo si in pacto expressum esset, quòd si maritus occideret vxorẽ, nõ lucraret dotẽ, nõ tñ hæc exceptio debuit intelligi de casu, quo maritus eã licitè occideret ppter adulteriũ: arg. l. Gracchus. C. de adul. & quæ notab. tradit Anania cons. 74. n. 3. Et ex hac resolutione Matthes. ita defẽsa infertur elegãs explicatio ad Ord. lib. 5. tit. 16. §. 2. dũ disponit, quòd si maritus adulterũ & adulterã simul interficiat, tunc lucretur dotẽ: aliàs secus: & ad l. 5. tit. 20. lib. 8. ordinamẽti, quæ disponit, maritũ adulteram vxorẽ occidẽtẽ, etiam licitè, & impunè, nihil lucrari ex dote: nam sũt intelligẽdæ, quando ratione adulterij cõmissi lucrũ dotis prætenditur: nam si ratione pacti illud prætẽderẽt, vtiq; audiẽdi essẽt, iuxta suprà tradita: quanuis in specie securè cõtrariũ teneat Ant. Gom. l. Taur. 80. n. 63. in fine. Adde, quòd in terminis iuris communis verior videtur opinio Bar. vt maritus dotẽ lucretur ratione adulterij commissi per vxorẽ, etiamsi propria authoritate eã interficiat, licitè tamẽ & ex permissione statuti; id enim manifestè colligit ex ratione huius tex. per argumẽtũ à cõtrarijs: itẽ ex l. fi. C. de adul. adiuncta l. quid ergo. 56. §. si hæres. ĵ. de leg. i. Et quia si maritus accuset vxorẽ criminaliter, & faciat eam condẽnari ad mortẽ propter adulteriũ, nihilominus dotẽ lucratur. authẽt. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas. vers. de adulterio. colla. 8. declarando vt diximus l. 2. in prin. ŝ. eod. Ergo idẽ recipiẽdũ est, quãdo marit' licitè interfecit vxorem ex permissione statuti: quia tũc quasi cõdẽnatã per statutũ, ipse veluti iuris publici executor eã occidit: arg. l. 1. C. quãdo liceat vnicuiq; sine iudice. l. deuotũ. C. de metatis. lib. 12. Et ideò Alb. 4. p. statuto. q. 19. meritò tradit, q; stãte statuto, vt banniti licitè interfici possint, si quis occidat bannitum, non solũ
43 excusat in foro exteriori, sed etiã in foro cõscientiæ: † quia in cõdẽnatũ per statutũ, ipse tãquã minister legis & executor, homicidiũ illud perpetrauit. Quẽadmodũ igitur



igitur qui interfecit malefactorẽ condẽnatum per iudicẽ, tãquã exequutor sententiæ, non peccat, imò meretur. c. reos. ad fin. 23. q. 5. pariter & nõ peccabit, qui condẽnatũ per statutũ, tanquã illius exequutor bannitũ interficit: subscribit Alexan. l. si plagij. nu. 2. ĵ. de verb. oblig. Vnde non sine colore inferebat Menchaca quæst. vsufrequen. c. 8. & de succes. creation. §. 7. nu. 22. vers. illud tamẽ. & illustr. quæst. c. 8. à nu. 42. & nu. 49. & c. 49. n. 4. quòd si maritus occidat vxorẽ adulterã, ex permissione legis, non peccat si illud faciat tanquã minister & exequutor legis, animo publicæ vindictæ, & obediẽdi legi principaliter. Contrariũ tamẽ tenet gl. c. inter hæc. 33 q. 2. quòd maritus occidens vxorẽ propria authoritate, etiã ex permissione statuti, mortaliter peccat: quã cõmuniter esse approbatam asserit Gomez. c. 2. nu. 39. de constitut. in. 6. & Couar. de sponsal. 2. p. c. 7. §. 7. n. 9. Tiraq. l. 9. cõnubiali. nu. 4. Dueñas reg. 68. in. 2. limitat. Matienço. l 6. tit. 8. libr. 5. ordin. gl. 1. nu. 11. & Gutierrez ad leges regni. 2. par. c. 1. nu. 22. Plaça de delict. c. 36. nu. 12. & defendit notab. Soto lib. 5. de iust. & iure. q. 1. art. 3. col. 2. & in. 4. distin. 37. q. vnica, artic. 3. Pro qua sententia adducitur. c inter hæc. 33. q. 2. & quia nemo antequam conuincatur, & condẽnetur, morte mulctandus est. Pro cõcordia dicendũ est, quòd aut maritus tanquã minister legis, & pro bono publico, occidit vxorẽ, & tunc excusatur à peccato: nam vt notabiliter inquit Paul. l. accusationis. ad fin. C. quod metus caus. id quod erat faciẽdũ per ministros publicos ad id deputatos, potuit lex ob publicam vtilitatem committere priuato subdito suo, vt tanquam minister legis id faciat. Cùm igitur tanquã minister id faciat, minimè peccabit. c. non est crudelis. 29. q. 5. cap. reos. ad fin. 23. q. 5. quia tunc non persona priuata, sed publica, siue lex, quæ eũ ministrũ facit, videtur occidere. Thom. 2. 2. q. 64. art. 3. ad. 1. Si verò id faciat animo priuatæ vendictæ, vt odiũ suum exequeretur, tunc peccabit, ex ratione text. l. fin. in fin. C. de malef. & mathemat. nã & si publicus minister iudicis, prædicto malo animo delinquentẽ occideret, exequẽdo iudicis sententiã peccaret. c. de
44 occidendis. & c. cum minister. 23. q. 5. † Quã concordiã posuit Ioan. And. in additio. ad Speculũ, in rub. de cõstit. Panor. c. fin. nu. 3. ad fin. de consuetud. Felin. c. quæ in ecclesiarũ. de constitut. nu. 12. & ante eos glo. 1. c. cũ in lege. 23. q. 4. & ibi Archidia. Ex qua concordia infertur explicatio ad gl. c. inter hæc. 33. q. 2. dũ dicit, quòd occidẽs adulterã, vel adulterũ, in casibus, in quibus lex ciuilis permittit illos occidi, nihilominus peccat mortaliter: nã est intelligẽda, quãdo ea occisio facta fuerit malo zelo, & animo priuatæ vendictæ: secus si bono zelo, & ob publicam vtilitatẽ, tãquã minister legis prædictã occisionẽ faciat: & ita Felin. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 14. de cõstit. Menoc. lib. 1. de arbit. q. 90. n. 6. Ant. Gom. l. Taur. 76. in fin. quidquid refragetur Rochus. c. fi. sectio. 2. n. 12. de cõsuetud. Infertur etiã quòd si statutũ ita cõditũ sit, vt videatur dare licentiã occidendi aliũ, ad priuatã vindictã, tanquã nutritiuum peccati nõ valebit: vt sentit gl. vnica. in fin. l. accusationis. C. quod metus caus. & ibi optimè exẽplificat Paul. ad fin. Baptist. l. omnes populi. nu. 206. ŝ. de iust. & iur. & alij adducti per Plaçam de delict. c. 36. nu. 21. Vnde videtur inferri, q; in dubio nõ valebit prædictũ statutũ: nã in dubio semper quis creditur occidere ob priuatũ odiũ, & nõ ob publicã vindictã. c. si omnia. 6. q. 1. & ibi gl. fi. & in specie tradit Ant. Rub. l. nõ solũ. §. morte. n. 401. ĵ. de noui oper. nuntiat. & subscribit Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. n. 48. Sed tu aduerte, q; admissa prædicta præsũptione, nõ bene arguit ad validitatẽ statuti: nã statuẽtes habuerũt eã intẽtionẽ, vt is, cui permittebatur occisio, tãquã minister legis eã executionẽ faceret: quãuis igitur minister malo

animo id fecerit;nihilominus statutum validũ censeri debet,vt eleganter tradit Felin.d.c.quæ in ecclesiarum.nu.13. Itẽ quòd cum agatur de foro conscientiæ, standũ est dicto confitentis, quo animo occiderit,iuxta notata.c.significasti.1.de homicid. Deniq; ex prædictis infertur, quòd licèt vxoricidium impediat matrimoniũ contrahendũ.c. admonere. post medium.33.q.2. non tamen cõtractum dirimat.c.quicũque.ea.causa & quæstio. tradit Nauar.in manuali,c.22.nu.74. & probat.l.14.tit.2.part.4.tamen si iustè,& ex permissione legis occidat,neque contrahendũ matrimoniũ impediet vxoricidium,vt tenet Paludan.in.4.distin.34. q.1.Alfonsus à Veracruce in speculo cõiugior.1.par.artic.24.notabiliter Matiẽço.l.1.tit.1.lib.5.ordin.gl.1.rubr.nu.139.

45 † nam ex prædictis dicendum est,quòd quando maritus occidit ex permissione statuti,& tãquã minister legis,animo relato ad publicã authoritatem;cum tunc non peccet,nullũ orietur impedimentũ matrimonij contrahendi: si verò animo priuatæ vindictæ,cũ tũc peccet, orietur prædictũ impedimentũ:& ita Soto in.4. distin.37.q.vnica,art.4.col.2. Ex his igitur constat,opinionẽ Bartol.in terminis iuris cõmunis optimè defẽdi posse.Qua retenta,non obstabit text. qui aduersus eum addicitur,l.interdũ.58.§.qui furẽ.ĵ. de furtis.nã est considerandũ,text. illius decisionẽ tres habere difficultates. Prima est,quòd text.dicit,furem fuisse dũctũ ad præfectum vigilũ vel præsidem, & subdit,furem per istos fuisse condemnatum ad rei sublatæ restitutionẽ:quod respectu præfecti vigilũ videtur procedere non posse;quia is eam tantũ habet iurisdictionem, vt possit iubere furẽ fustibus cędi l.3.§.1.s̃.de offic. præfecti vigilum.Cùm igitur solam criminalem habeat coërtionem, de causa ciuili, id est, rei restitutione,se intromittere non potest.l.solemus.§.latrũculator.s̃.de iudic. Secunda difficultas est,quòd text.ille dicit,furẽ fuisse ductũ ad periculũ maioris pœnæ,scilicet corporalis, vt ibi exponit glo.verb.pœnæ.& sic præsupponit, furẽ fuisse criminaliter accusatũ,iuxta.l.fin.ĵ. de furt.&.l.fin.ĵ. de priuat.delict. & præterea adijcit,deducentẽ elegisse viã,qua rem persequeretur,& sic egisse ciuiliter. d.l.fin.ĵ.de furt.qd̃ secũdũ iuris regulas non videtur posse procedere:nã pro eadẽ re in eodẽ iudicio non potest quis simul agere ciuiliter & criminaliter.l.interdũ.ĵ.de public.iudic.l.2.§.1.ĵ.vi bonor.raptor.notab.Bart.l.pen.nu.2.s̃.de calũniator.Tertia difficultas est,q̃ text. dicit,quòd si deducens elegit viam, quarẽ persequeretur,& fur ad rei restitutionem fuerit condẽnatus,non poterit deducẽs posteà in alio iudicio agere actione furti,scilicet ad pœnã: quod tamẽ est contra text.l.si pro fure.§.1.s̃.de cõd.furtiua.& contra regulã.l.vnicæ.C. quãdo actio ciuilis. Sed defendendo decisionẽ Iureconf.d.§.qui furẽ.ad primã difficultatẽ respondet Bart.ibi nu.4 præfectum vigilũ cognouisse de rei restitutione incidẽter,nõ autẽ principaliter: inde colligens,q̃ licèt iudex criminalis nõ possit cognoscere de causa ciuili.l.solemus.§. latrũculator.s̃.de iudic. id tamẽ intelligendũ est,quando causa ciuilis principaliter corã eo proponitur:nam si incidenter ad causam criminalẽ,tunc ratione in

46 cidentiæ censebitur competẽs, † vt etiã de causa ciuili incidẽti cognoscere possit,iuxta regulam.l. quoties. C. de iudic. subscribit Ang.d.§.qui furẽ.nu.3.& idẽ tradit Bart.l.2.§.1.nu.1.ĵ.vi bonor.rapt. & ibi Ang.nu.7.Bart.l.vnica.num.4.C. quãdo actio ciuilis.Bald.l.1.nu.19.C.si à nõ compet.iudic.&.l.quod euitandi.ad fin.C.de cond.ob turpẽ causam.Imol.l. interdum.ad fin.ĵ.de public.iudic.Ang. nu.1.Platea nu.3.§.liberum.Inst.de lege Aquilia.Alex.l.diuus.nu. 8. ĵ. de re iudicat.Iacob.d. l. solemus. §. latrunculator. Iason.l. ex maleficijs. num.76. Instit. de actionib.Corne.consil.8.num.6.libr. 3.





& alij quos refert Rolan.consil.30. nu.2. lib.2.Adde text.idem probantem.c. postulasti.de Iudæis.quem ibi ad hoc expẽdunt Panor.num.4.& Felin.num.2.&.l. pen.s̃.de calumniator. Quinimò incidẽter non solũ peti potest rei ablatę restitutio,sed & alia pœna pecuniaria,parti applicanda.Bald.l.1.nu.6.C. de iudic.Pro quo est text.d.§.qui furem.ibi. Sed amplius aliquid.vt expendit Aretin.c. qualiter.2.n.140.de accusat. quidquid repugnet Corne.consil.8.nu.7.lib.3.Non obstat secunda difficultas, quia respondet Bart.d.§.qui furem.nu.5. quòd quando ego peto aliquẽ criminaliter puniri, & damnũ restitui,non videor criminalẽ & ciuilẽ causam æquè principaliter intentare,sed criminalẽ principaliter, & incidenter iudicis officium implorare,vt mihi faciat damnum resarciri. Planè regula d.l.interdum.ĵ.de public.iudic. procedit,quando actio ciuilis & criminalis æque principaliter intentantur, id enim tantũ prohibitum est:subscribit Felin.c. cũ oporteat.col.pen.ad mediũ. de accusati.&.c. postulasti nu.2.de Iudæis.Ruinus consil.58.nu.2.lib.5.Ias.§.ex maleficijs.nu.77.Inst.de action.& elegãter Marant. in praxi, pag.87.nu.20. &.22. Rolan.consil.30.nu.3. lib.2.quidquid inuoluat Corne. consil.8.nu.7.lib.3.Et expende,Bart.d.§.qui furem.nu.2.sentire, hãc causam censeri criminalem,habito scilicet respectu ad id, de quo principaliter agitur, iuxta regulam.l.qui exceptionẽ. s̃. de cond. indeb. vt aduertit Ias. d.§. ex maleficijs.nu.76.& Ripa in rubr.nu.97. & seq.de iudic.qui post Paridẽ de Puteo fortiùs tenet,quòd si principis indulgentia aboleatur crimen,iuxta.l.2.C. de ge-

47 nerali abolitio. † adhuc salui remanẽt effectus resultantes ex causa criminali,quibus in præiudicium accusatoris principes non videtur derogasse. glos.l.2.C.de in ius vocand.atque proinde quãuis pro causa ciuili quis non soleat torqueri.l. diuus.ĵ. de quæstion. tamen ille, cui delictum remissum fuit,poterit torqueri propter prædictos effectus causę criminalis, qui adhuc videntur superesse. c. 1. cum ibi notatis.de deposito. Quæ tamen opinio vera non est, quia remisso crimine per principis indulgentiam, extinctum est nomen causæ criminalis, & consequenter omnes illius effectus.l.si docueris.C.de falsis.Vnde si quid vltra crimen supersit,de quo adhuc agendum sit, debet ea causa remitti ad iudicem causarum ciuilium.l.defuncto.in fin.ĵ.de public. iudic. ac proinde si captus habeat bona, relaxandus est à carcere.l.1. C. qui bonis ceder.possunt.glos.l.3.§. præterea.ĵ.de suspect. tutor.& in specie Follerius in practica criminali.2.part.2.principalis.verb.vel carceretur.num.18. pagin.143.sentit Ordin.lib.5.tit.23.§.1. Et pariter cum causa ciuilis, succedat loco criminalis, non debet esse locus torturæ.d.l.diuus.ĵ.de quæstion. Ad tertiam autem difficultatem respondet glos. d. §. qui furem. verb. pœnæ. quòd in casu ibidem proposito deducens furem ad iudicem, illum cepit propria authoritate, & sic iure extraordinario videtur vsus,& ob id amittit ius ordinarium,scilicet petendi duplum,vel quadruplum: & subscribunt Bar.ibi num.3.& Alber. Ex quo Bald. hîc ad medium. collegit, quòd si quis propria authoritate ius sibi dixit, etiam per modũ licitum,tamen propter hoc amittet ius,aliàs sibi delatum per legem:subscribit Ias.in prin.num. 71. Inst. de action. Couarru.de sponsalib.2. part. c.7.§.7.num.7. Gomez. §. ex maleficijs. num.15.ad finem.Instit. de action. & in hoc sensu d. §. qui furem. appellat peregrinum Cyn.l.vnica. num. 6. ad finem. C.quando actio ciuilis. Et ad hunc sensum reducẽdus est Matthes. sing.73. dũ ex d.§. qui furẽ. collegit, q̃ vbi quis, etiã iure permittẽte,facit actũ propria authoritate, per quẽ aduersarius constituitur in magno periculo pœnæ corporalis, propter hoc videtur renuntiasse modo

agendi ciuiliter pro eo delicto: sequitur
Curt.Iunior.l.fin.numer.4.s̃.quod quis-
que iuris. Reducendus etiam est Are-
48 tin.hîc colum fin.† dum ex dict.§.qui fu
rem.collegit, quòd eligendo quis viam
vindictæ propria authoritate, videtur re
nuntiare pœnę ciuili ordinariæ:quod &
tradit Afflictis decisione.130.num.4. &
ante eos sensit gloss. dict.§. qui furem.
verb.qua rem.nam intelligendi sunt de
renuntiatione interpretatiua, & indu-
cta per fictionem legis: nam etsi deduces
furem ad iudicem,clarè protestetur,
se nolle renuntiare iudicio ciuili,non au
dietur propter prædictam legis fictionẽ,
vt est de mente Bald.& aliorum suprà al
legatorum:& ex mente.l.sed etsi vnius.
17.§.si ante.j̃.de iniurijs. Quam pro cõ-
cordanti allegat glos. dict.§. qui furem.
verb.pœnæ.& Alexan.hîc num.15.& se
cundùm istum intellectum inducitur
aduersus Bart.Sed defendendo Bart. re-
spondendum est,prædictum intellectũ
ad d.§.qui furem.non posse esse verum:
nam d.§.qui furem. præsupponit, iudi-
cem,ad quem fur deducendus est, po-
tuisse furem condemnare in pœna ordi
naria furti,si voluisset:quod tamen face-
re non potuisset,si verus esset prædictus
intellectus,quòd deducens ad iudicẽ fu-
rem, videretur prædictæ pœnæ renun-
tiasse. Item ius permittit capi furem pri-
uata authoritate,& duci ad iudicem.l.si
si quis in seruitute.7.§.fin.j̃.de furt.quia
aliàs facilè posset aufugere cum re furti-
ua, neque cognosci per testes: argum.l.
ait prætor.§.si debitorem.j̃.quæ in frau-
dem creditor.& agnoscit glos.d.§.qui fu
rem.verb.damnato.& ibi Bart.in princ.
Quinimò l.fin.C.de maleficis. ita præci
pit procedi,vt capiatur maleficus,& de-
ducatur ad iudicem.Qui igitur vsus est
permissione legis, & obseruauit ordinẽ
per eã præscriptũ,nihil ex suo iure amit-
tere debet.l.Gracchus.C.de adulter.Itẽ
& aduersus cõmunem induco.l.qui vas.
49.in prin.j̃.de furtis.vbi dominus rei il-
lam abstulit à fure propria authoritate,
& tamen propter hoc nõ amittit ius pe-
tẽdi pœnã legalem dupli,vel quadrupli:
ergo multò minus eam amittet qui furẽ
ceperit, deducendo ad iudicẽ:nam hoc
secundo casu iure permittente id factũ
est.l.fin.C.de maleficis.in primo autem
casu iure repugnãte.l. si quis in tantam.
C.vnde vi. Et confirmatur,quia d.l.qui
49 vas.† duos habet intellectus.Primus,q̃
dominus rei præsente iudice,eam abstu
lit à fure:& quia iudex eum non coëgit
rem furi restituere,antequam condena
retur, videtur tacitè eam ablationẽ ap-
probasse.Secũdus est,quòd ibi dominus
rei non eã abstulit à fure,animo retinen
di eam,sed vt eam iudici præsentaret,cu
ius iussu deponeretur,donec causa ter-
minum acciperet:& ita glos.fin.l. extat.
s̃.quod metus causa.Ripa c.sæpè.nu. 80.
in fin.de restit.spoliator.Menoch.de re-
cup. posses.9.remedio.num.193: ergo à
fortiori qui licitè furem capit,& ducit ad
iudicẽ, qui capturã approbauit, & iussit
eum poni in carcere,non debet amitte-
re ius petendi pœnã legalẽ. Neq; satisfa-
cit responsio Roman.hîc nu.21.in fin.q̃
d.l.qui vas.procedat,quãdo quis ius sibi
dixit propria authoritate circa rẽ.Si autẽ
propria authoritate ius sibi dicat circa
personam furis,procedet d.§.qui furem.
quia hoc magis odiosum cẽsetur: subscri
bunt Alex.hîc nu.15.& Aretin.col. fin.
Ias.in prin nu.71.Inst.de action.nam cõ
funditur ex eo, quia non debet censeri
odiosum, si quis faciat id, quod iure ei
permittitur: nã regulariter permissum
est,quẽ inuentũ in fragãti delicto posse
capere propria authoritate, dũ modo in
tra viginti quatuor horas ducat ad iudi-
cẽ.l.fin.C.de maleficis.l.capite quinto.j̃.
de adulter.Bart.l. cum eo.num.2.j̃.ad le-
gem Iuliam de vi publica. Ripa c. 1.nu.
89.de iudic. Cũ igitur ex prædictis con-
stet,prædictum intellectũ præstitum ad
d.§.qui furẽ, verum esse nõ posse, succe-
dit secũdus intellectus,qui fuit Aretin. c.
quali-



qualiter. 2. numero. 141. de accusatio.
quem in effectu probat Duaren.hîc col.
2.quòd in.d.§.qui furem, non fuit actũ
criminaliter aduersus furẽ,sed ciuiliter:
vt colligitur ex illis verbis: Existimãdus
est elegisse viam, qua rem persequere-
tur:in quo quidẽ iudicio ciuili,nõ solùm
fuit petitum simplum, sed & duplũ, vel
quadruplum: cum igitur iudex tantùm
in simplo condemnauerit, non poterit
actor amplius agere actione furti: quia
cum etiam pœna dupli, vel quadrupli
fuerit petita,& iudex tantùm in simplo
condemnauerit,videtur tacitè absoluiss-
se furem à pœna dupli,vel quadrupli: ac
proinde si actor posteà eam petat,obsta
bit ei exceptio rei iudicatæ. Sed neque
is intellectus placet, quia præsupponit,
coram præfecto vigilum causam ciuilẽ
super furto posse principaliter intenta-
ri: quod tamen est falsum,& contra.l. so
lemus.§.latrunculator.s̃.de iudic.adiun-
cta.l.3.§.1.s̃.de offic. præfect. vigilum.
Item aduersus eos expendo.d §. qui fu-
rem ibi: Eo ipso, quòd in periculo ma-
ioris pœnæ deductus est,nam supponit,
iudicem potuisse furem cõdemnare ad
grauiorem pœnam,scilicet corporalem,
vt ibi per gloss.verb.constituerit: & ver
50 bo pœnæ:† quod tamen verum non es
set,si ciuiliter actum esset:nam quamuis
vbi intentatur actio criminalis principa
liter, posit intentari in eodem iudicio
causa ciuilis incidenter, vt supra dictum
est,tamen è contra si causa ciuilis princi
paliter intententur,non potest simul in-
tentari criminalis etiam incidenter:nec
iudex qui cognoscit de causa ciuili, po-
test cõdemnare in causa criminali:Bal.
l.quod euitandi.num.2. C. de cond. ob
turpem causam. quem sequitur Aretin.
d.c.qualiter.2.num.140.Ratio differen
tiæ colligitur ex doctrina recepta Bar. l.
2.§.1.n.5.j̃.vi bonor. rapto. In quo cauẽ
dũ est à Bart.contrariũ præsupponẽte. l.
pen.in fi.s̃.de calũniato.& Aretin.l. 1. n.
3.C.si aduersus liberta.Nisi eos salues in
eo sensu, q̃ propter probationes factas
in causa ciuili,posit formari specialis in-
quisitio aduersus delinquentẽ,& ex illa
in nouo iudicio illũ cõdẽnare,vt admit-
tunt Bal.& Aretin.suprà citati.Denique
si prædictus intellectus esset verus,seque
retur,quòd in terminis.d.§. qui furem,
actor,qui egit ciuiliter,posset posteà fu
rem criminaliter accusare.l. fi. j̃. de fur-
tis,& l.vnica.C.quãdo actio ciuilis.qd̃ li
cet post Petrũ admittat Cyn.d.l. vnica.
nu.6.ad fin.tamen est contra generalita
tem.d.§.qui furẽ.qui probat,amplius de
eo furto tractari non posse.Alios etiã in
tellectus ad.d.§.qui furem.assignat Sali.
d.l.vnica.col.fin.C.quando actio ciuilis
præiudicet.quos non refero,quia nõ tol
lunt difficultatẽ.Verus igitur intellectus
est,q̃ in specie.d.§.qui furem, fur captus
deductus fuit ad iudicẽ,& vt solet fieri,
pars læsa cõquesta fuit corã iudice, furẽ
quid sibi surripuisse,petens sibi iustitiam
ministrari,iuxta formam c.2.post princ.
de ord.cognitio.& c.1.de offi. delegati.
& cap.2. de offic. ordinar. Dubitaba-
tur igitur, vtrùm stante prædicta peti-
tione, criminalis causa videretur inten
tata? vel etiam ciuilis, in qua veniret
rei restitutio? & deciditur, vtramque
causam videri intentatam, secundùm
generalitatem querelæ propositæ,cri-
minalem scilicet principaliter, & ciuilẽ
incidenter,vt suprà dictum est, & con-
sequenter vtramque esse per sententiã
terminandã.iuxta regulam.l.solemus.in
principio.61. s̃. de iudic.& cap.cum Ec-
clesia.de causa possessio. Quo præha-
bito, quæritur vlterius, vtrùm si iu-
dex tantùm condemnauerit furem ad
restitutionem simpli, posit amplius
agi de eo furto? Et deciditur non pos-
se, quia cum causa etiam criminalis vi-
deatur in intentata, & sic etiam reus
fuerit deductus in maius periculum,
scilicet punitionis criminalis, quàm
iudex condemnauerit, videtur iudex
propter probationes furis, à pœna
cri-

criminali,& ciuili, vltra simplum absol-
51 uisse: † nam verisimile est, furem se de-
fendisse,& ob eam causam fuisse absolu
tum per iudicem, pro quo semper præ-
sumendum est.l.2. C. de offic. ciuilium
iudicum. Et confirmatur,quia licèt quã
do quid petitur,& iudex tantùm in par-
te condemnat, regulariter non valeat
sententia.l.in hoc iudicio.s.famil.ercisc.
si tamen reus suas defensiones,vel exce
ptiones obtulit, & iudex eum in parte
condemnat;valet sententia; quia prop-
ter defensiones rei,cẽsetur eum pro alia
parte absoluere, vt colligitur ex.l. si plu-
res.28.j.de fideiussorib.& ibi notat Bart.
ad finem.Paul.nu.2. Felin. c.cum inter.
num.7.ad finem.de re iudicat.Couar.re
solut.lib.1.c.2.nume.6. Vnde si actor de
eadem re velit agere,à qua reus fuit ab-
solutus, meritò obstabit ei exceptio rei
iudicatæ.l.si quis cum totum. 7. §.& ge-
neraliter.&. §.si ancilla. j. de exception.
rei iudicat.l.si mater.§.eãdem.in fine. eo
dem tit. Ex quo intellectu apertè colligi
tur,dict.§.qui furem.nihil facere aduer-
sus opinionem Bart.quam defendendã
assumimus,neque enim in casu illius tex
tus actor repellitur ab actione furti;quia
propria authoritate cepit furem, vt cõ-
munis præsupponit;sed potius cum om
ne ius suum videatur in iudicium ded u-
xisse, & iudex tantùm in simplo furem
condemnauerit,à reliquo videtur absol-
uisse. Quare volenti iterum de eâdem
re agere,meritò obstat exceptio rei iudi
catæ,& imputet sibi quia à tali sententia
non appellauit.l.3.C.quomodo,& quan
do iudex.Infertur etiam explicatio ad.l.
si pro fure.7.§.1.s.de cond.furtiua. dum
probat,quòd si quis egit condictione fur
tiua,non prohibetur posteà agere actio-
ne furti:nam procedet,quãdo in illa ob-
tinuit,& limitatiuè super ea processum
est,aliàs enim si simpliciter agat.pro fur-
to,procedet d.§.qui furem.explicatus vt
suprà: & agnoscit Duaren.hîc col.2.ad
52 fin. Infertur etiam explicatio ad suprà

tradita,quòd qui petit furem puniri,&
rem sibi restitui,videtur principaliter in
tentasse accusationem criminalem, &
incidenter causam ciuilem, & ideò talis
libellus admittitur:nam ex prædictis di-
cendum est, idem esse, si simpliciter
conqueratur de furto, & petat sibi iu-
stitiam fieri: nam sub hac verborum
generalitate, videtur principaliter in-
tentasse causam criminalem, & ciuilem
incidenter,vt efficaciter probat d.§. qui
furem.explicatus vt suprà. Neque huic
illationi repugnat,quod tradit Ruin.cõ-
sil.87.num.2.libr.4.& consil.35. num.4.
lib.5.Roland.consil.30.à num. 13.lib.2.
q. vt iudex criminaliter cognoscens de
causa,possit iubere rem furatam restitui,
oportet, quòd id pars expressè petat;
quia aliàs iudex non requisitus, non po-
test interponere officiũ suum.l.4.§. hoc
autem iudiciũ.j.de dam.infect.id enim
procedet,quando pars tantùm petit fu-
rem puniri,& cõdemnari:nam cum tũc
libellus concludat ad solam pœnam, nõ
veniet rei restitutio, quæ petita non est.
Cæterùm si actor simpliciter petat, iusti
tiam sibi ministrari,non solùm crimina-
lem causam,sed & ciuilem incidenter vi
detur intentasse,& sic iudex quoad vtrã
que causam potest interponere officiũ
suũ; quia sub illa clausula generali,vtrũ-
que etiam videtur petitum. Panormit.c.
fin.§.fin.ad fin.de iure iurand.Ias.§. om-
nium.num.147.Instit.de action. Capic.
decisione.10.num.23.Deci l.petens nu
mer.5.C.de pactis.Grat.consil. 58.nu. 8.
lib.1.Quinimò aduersus Ruin.&Rolan.
suprà relatos,verius videtur, quòd licèt
criminaliter actum sit aduersus furẽ, &
tamen ex actis constet, eum penes se re
tinere rem furatam,iudex etiam non re
quisitus potest iubere, vt illam domino
restituat. Authen. vt iudices.sine quo-
quo suffragio.§.illud videlicet.post prin
cio.colla.2.l.pen.s.de calumniato.Bald.
l.1.num.3.C.de appellatio.&.l. si de pos
sessione.num.1.C.vnde vi. Aymon con
sil.



sil.58.num.2.Ratio colligitur ex l.3.§. si
quis dolo.j.de tabul.exhib.& quia cum
ex actis constet,furem retinere rem alie
nam furatam,id redditur notorium.Bal
dus l.2.num.21.ad finem.C. de edẽdo.
& super notorio ex actis collecto, iudex
non requisitus interponit officium suũ,
ne aliàs delictum non videatur plenè pu
nitum,& purgatum.l.bona fides.s. depo
53 siti.Bald l.1.nu.4.C.de appellatio.† Vn-
de si fur confiteatur furtum, quia tunc
propter confessionem delictum reddi-
tur notorium.c.super quibusdam.dever
bor.signif.debet iudex non solũ punire
furem,sed etiam ex officio cogere eum,
rem furatam domino restituere.Bald.l.
qui crimen.num.23.C.qui accusa. non
possunt.Roland.consilio.30.num.18.li
bro.2.vbi tamen hoc notab.explicat.Et
id adeò est verũ,vt locum habeat,etiam
si per viã inquisitionis procedatur.Bald.
l.2.num.25.C.de edendo. declarando,
vt per Greg.l.25.tit.1.partit.7.verb.Assi
como.col.2.ac ita ex his constat,d.§. qui
furem.nihil facere, contra Bart. opinio-
nem. Cui etiam non obstat authoritas
gloss.l. 3.§. fin. s. nautæ, caupo. nam
dum glo. dicit, quòd vbi competunt
duæ actiones, altera iure speciali, & al-
tera iure communi, quòd electa vna,
alteri videtur renuntiatum, intelligen-
da est, quatenus inuicem concurrunt:
nam si vna plus contineat,quã alia, pro
excessu non censetur renuntiatum alte 54
ri actioni:vt colligitur ex l.1.j.vi bonor.
raptor.&.l.1.§.vnde quęritur.iuncta gl.
verb.posse.j.de publican.& ita in specie
Imol.l.1.§.1.col.3.j. de publican. Alex.
cons.103.num.5.ad finem libro.1.& sic
retorquebitur argumẽtum, vt electo re-
medio extraordinario,non ob id videa-
tur renuntiatum ordinario, quatenus
plus continet,scilicet duplum, vel qua-
druplum.Item secũdò respondeo,quòd
doctrina gl.d.l.3 §. si admitti poterit in
duobus remedijs habẽtibus relationem
ad iudicium: prout illam habent actio-
nes.in princ.Inst.de actio. In nostro au-
tem casu remedium extraordinarium
erat extraiudiciale,& ordinarium habe-
bat relationem ad iudicium. Porrò quã
do quis elegit remedium extraordina-
rium,& extraiudiciale, non ob id vide-
tur renuntiare viæ iudicij: vnde adhuc
potest petere remedium extraordinariũ
confirmari per iudicem.l.3.§.missum.j.
de Carbon. edicto.gl.recepta.l.1.C. de
Carbon.edicto.& ibi Dec. à num. 4. er-
go licet quis vsus fuerit remedio extra-
ordinario, scilicet, quòd ceperit furem
propria authoritate,non ob id prohibe-
tur in iudicio petere illam confirma-
ri, & simul petere, quod ille puniatur
pœnis iuris. Accedat, quòd licet ècõtra
eligens viam iudicij, nõ possit redire ad
viam extraordinariam, qua poterat ius
sibi diceres.Bal.l.2.nu. 29. C. de seruitu
tib.non quidem ob eam rationẽ, quòd
quasi meticulosus amiserit possessionẽ
ciuilem: quia hoc falsum esse ostendit
Iason.l. clam posidere.§.fin.nume.54.
j de acquir.posses.post Bal.l.2.num.10.
C.de iure emphyteut. sed potius quia
eligendo viam iudicij,debet in eo persi-
stere, ne aliàs iudicium susceptum red-
datur elusorium.authent. qui semel. C.
quomodo & quando iudex. explicat
Ruin.consi.127.num.12.lib.5.& plures
quos refert Anton.Gabriel.libr.2.com-
munium,titul.de actio.conclus.4.nu.17
† & tamen si tempore, quo elegit viam 54
iudicij,protestetur,quòd saluum sibi sit
ius extraiudiciale, dicendi scilicet, sibi
ius propria authoritate, protestatio illa
prædictum ius reseruabit,iuxta regulam
l.at si quis.§. plerique.s.de religios.in spe
cie Alexan.consi.130.num.12.libr.4.Ia-
son.l.2.num.114.C.de iure emphyt. De
cius consi.146.& pro tenui.num. 9.Pla-
nè quando quis capit furem propria au-
thoritate,& in continenti eum ducit ad
iudicem,tacitè videtur protestari, quòd
ius ordinarium iudicij sibi saluum sit.l.
fin.C.de maleficis.Quæ tacita protesta-
tio

tio videtur sufficere ad prædicti iuris cõ
seruationem,vt in simili tradit Ripa.l.de
pupillo.§.meminisse.num.14.ff.de noui
oper.nuntiatio. Cõstat igitur opinionẽ
Bar.magis communiter reprobatam, in
puncto iuris esse veriorem. Inuenio ta-
men,quòd Aretin.hîc col. fina. opinio-
nes concordat,quòd aut statutum dicit,
quòd maritus licitè occidat vxorem re-
pertam in adulterio:& tunc vera sit opi-
nio Bart.Si verò dicat,quòd impunè illã
posit occidere,procedet contraria opi-
nio:quia tunc illa occisio magis videtur
tolerata per statutum,quàm licita: vnde
in his terminis locum habebit ratio in
hoc text.expressa,prout hos casus in si-
mili distinguit Bald. l. decuriones.ad fi-
nem.C.ex quibus causis infamia irroge-
tur. Et hanc concordiam Aret. probat
Carreri.de homicid.§.6.nume. 251.Sed
non placet hæc concordia: quia quãdo
lex permittit occisionem propter cul-
pam,& delictum occisi,nihil interest,si-
ue dicatur id fieri licite,siue impunè, vt
colligitur ex.l. Gracchus. C. de adulter.
&post Paul.tradit Deci.c.2.nu.2.de præ
bend.&.l.vt vim.num. 4. & ibi Riminal.
iunior à num.31.ff.de iust. & iure. Cum
igitur adultera permittatur occidi pro-
pter proprium delictum, nihil interest,
quibus verbis statutũ vtatur. Quinimo
& admissa Aretin.distinctione in regnis
Hispaniæ videtur admittenda Bart. opi-
nio:quia in hac materia occidendi adul
teros deprehensos in adulterio,Ordina.
Portugaliæ libr.5.titul.6. in princ. vtitur
verbo,Licite. & l.5.tit.20.lib.8. ordina-
menti,vtitur verb. Iustamẽte. Sed circa
has leges Hispaniæ in primis est aduer-
tendum,multos existimare eas esse inua
lidas:nam cum occidens vxorem,etiam
ex permissione legis humanæ, peccet
mortaliter.c.inter hæc,& ibi gloss.33.q.
2.prædictæ leges permittentes tanquã
licitum,id quod est peccatum, quasi fo-
uentes peccatum,valere non possunt.c.
erit autẽ lex.4.distinct.qua ratione præ-
55 dictas.ll.esse inualidas, † concludit For-
tunius de vltimo fine iuris.à nume. 165.
Couarr.de sponsal.2.par.c.7.§.7.à.num.
14.& alij,quos refert Anton. Gomez.l.
Tauri.80.numer.52.quod & tenet Soto
lib.5.de iust.& iure.q.1.articu.3.col.fin.
& in.4.distinct.37.q.vnica.artic.3.col.2.
ad finem, Alfonsus à Veracruce in spe-
culo coniugior.1.par.artic.24. Qui & eã
rationem adducunt, quia antequã quis
audiatur & condemnetur per publicam
personam, non est morte afficiendus.
c.qualiter.2. de accusat. & quia adulte-
rium non est ex se tam graue crimen, &
tam Reipubl.perniciosum,vt tam atroci
rigore sit puniendum, præsertim inter
Christianos,inter quos sæpissimè eueni
ret,vt adultera sine præuijs Sacramentis
occisa,tam vitæ,quàm animæ, manife-
stum periculum subiret: quod & probat
Medina in codice de restitutio.pag. 16.
vers.quod autem. Et facit etiam pro illis,
quòd maritus occidens vxorem,id facit
tanquam priuatus,& non tanquam mi-
nister legis.glo.vnic.ad finem.l. accusa-
tionis.C.quod metus causa. & priuatus
non potest occidere alium, nisi in pro-
priam defensionem.l.vt vim.ff.de iustit.
& iure.Thomas.2.2.q.64 artic.3.Sed his
non obstantibus,prædictas leges validas
esse defendit Menchaca quæstionum
vsufrequẽtium.c.3.nam & iure antiquo
rum Romanorum,vxores adulteras lici
tum erat occidere,& illam legem iustis-
simam esse tradit Aulus Gelius libr.10.
noctiũ Attica.c. 23. Neque obstant ra-
tiones suprà adductę in contrariũ: nam
ad primam respondetur,quòd leges nõ
permittunt hanc occisionem,tanquam
licitam,& iustam,sed eam tolerant, &
impunîtam relinquunt propter bonum
publicum:quia vt elegãter tradit diuus
Thomas.2.2.q.77. artic. 1. ad primũ &
Matie.l.6.tit.8.libr.5.ordin.glo. 1. num.
13.& nume.15.)lex humana non potest
prohibere, quicquid est contra virtu-
tem,sed sufficit prohibere ea, quæ de-
struunt



struunt hominum conuictum, alia verò
habeat quasi licita,nõ quia ea approbet,
sed quia ea non punit;& hac ratione præ
dictæ leges in foro exteriori validæ cen
56 sebuntur: † & ita in specie Felin. cap.
ecclesia.num.42.de constit.& Couarru.
de sponsal.2.part.c.7.§.7.num.15. & no
tabiliter Cephalus consil.303.libr.3.per
totum Plaça de delict.c.36.num.12.Sed
non placet hęc saluatio,quia leges Hispa
niæ suprà allegatæ prędictam occisionẽ
licitam,& iustam reputant:& ideò secũ
dò respondeo,non esse verum,quòd oc-
cidens vxorem ex permissione legis,pec
cet mortaliter,si id faciat tanquam mini
ster legis,& ad publicam vtilitatẽ, vt de-
linquentes puniãtur, vt suprà probaui-
mus. Quòd si occidat ratione priuatæ
vindictæ,& malo zelo,tunc fatemur,illũ
peccare,vt diximus suprà. Sed inde non
sequitur,prædictas leges esse inualidas:
nam lex quoad intentionem vult, quòd
maritus faciat hanc occisionem bono
zelo,& tanquam minister legis: si igitur
ipse ex propria malitia non obseruet hãc
legis intentionem,non ob id lex debet
reddi iniusta:vt in specie aduertit Feli.c.
quæ in ecclesiarũ. nu. 13. de cõstitut.fa
ciũt in simili tradita per Calderin.cõsi.4.
ad finem.de constitut. Paleot. tract. de
nothis & spurijs,c.54.nu.10. Neque ob-
stat secunda ratio,quia respõdetur,quòd
leges Hispaniæ permittũt marito adul-
teros occidere in fraganti delicto reper-
tos;& sic quando crimen est notorium.
Planè quando crimen est notorium, nõ
requiritur sententia ad pœnam irrogan
dam.l.ictus fustium.& ibi Bart.num.1.ff.
de his qui notant.infamiæ.cap.bonę.23.
versi.contra.de election.Bald.l. exequu
torem.nu.34.C.de exequut.rei iudicat.
Felin.latè c.cum olim.num.11. de re iu-
dicat.Et quanuis DD.dicãt,quòd vt præ
dicta procedant,oportet,quòd non solũ
crimen sit notorium,sed etiam notoriè
inexcusabile.c.reprehensibilis,& ibi Pa-
normit.1.notab.de appellationib.Ruin.
consil.31.num.13.lib.5.tamen & hoc re
quisitum satis in nostris terminis veri fi-
catur,cũ adulterium ex se semper inex-
cusabile sit,vt tradit Dec.c.quæ in eccle
siarũ.nu.16.de cõstitut.Meritò igitur in
prædictis terminis leges illæ potuerũt fa
cere maritum exequutorem delicti no-
torij,quãuis nulla præcessisset senten-
tia, neque cognitio. Non obstat etiam
alia ratio,quòd adulterium ex se non est
graue crimen.c.at si clerici.§. de adulte-
rijs.de iudic.quia imò ex se grauissimum
57 est,& Reipublicæ perniciosum, † vt ostẽ
dit Bart.in rubr.ff.de adulter.Bald.c. at si
clerici.num.23.de iudic.& eleganter Pe
rez.l.2.tit.15.libr.8.ordinam.pag. 289.&
latiùs Menoch.consil.31.à num.2.lib. 1.
Vnde & Iulius Clarus in praxi.§. adulte
rium.nu.8.ad fin.asserit grauiter pecca-
re principes Christianos, qui adulteria
seuerissimis pœnis non coërcent:eo ma
ximè,quia propter frequentiam delicti
licite pœna augetur,vt magis euitetur.
l.aut facta.16.§.fin.ff.de pœnis. & impu-
tent sibi adulteri, qui delinquendo se
huic pœnę subdiderunt.l. Imperatores.
ff.de iure fisci.Estque crimen,de quo ma
gis indignãtur homines, quã de morte
filij.l.codicillis.§.matre.ff.de leg.2. secun
dùm communem intellectum:prosequi
tur Lara.l.si quis à liberis.§. idem iudex.
à num.65.ff.de liber.agnosc.Matienço.l.
6.tit.8.lib.5.ordinamenti. glos.1. à num.
17.& Gutierrez ad leges Regni.2.parte.
c.1.num.23.Plaça de delictis,cap.26 nu
mer.12. Neque etiam obstat authoritas
glos.vnicæ.ad fin.l.accusationis.C.quod
metus causa.quia ea regulariter non est
vera,& debet declarari cum Paul.ibi ad
finem.Illud sanè in confesso est,quòd si
post auditos adulteros,iudex eos condẽ
nauit,& exequutorem mortis fecit ma-
ritum,valebit hęc lex,neq; maritus tunc
occidendo peccabit,cum tunc manife-
stè occidat condemnatos,& auditos tan
quam minister legis.Exemplum habes.l.
1.tit.20.lib.8.ordinamen.& ita in specie
Soto

Soto in.4.distinct.37.q.vnica.artic.3.colum.5.& seq.& lib.5.de iust.& iure.q.1.artic.2.ad fin. Medina de restit. pag. 16. col.1.& seq. Couarru. de sponsal. 2. part. cap.7.§.7.num.18. Perez.l.2.tit.15.lib.8. ordinam.pag.293.col.1. Alfonsus à Veracruce in speculo coniugior. 1. part. artic.24. Tellius.l.Tauri.9.num.13. Præterea & circa leges prædictas Hispaniæ est etiam aduertendum, quòd.l.1.&. 3.tit. 20.lib.8.ordinamenti.disponit, maritum licitè posse occidere adulteros repertos in adulterio, sed tamen eo casu nihil lucrari ex dote vxoris; quia propria authoritate ius sibi dixit; vt est expressum l.5.tit.20.lib.8.ordinamenti. & sic leges Castellæ approbarunt magis communẽ opinionem aduersus Bart. quòd si in fragrãti adulterio non reperiantur, non poterit maritus vxorem occidere propria authoritate, sed ordinarie debet eos accusare, & peracto crimine tradũtur adulteri marito, vt ad libitum de illorum vita, & bonis disponat, vt probãt prædictæ leges, quarum post alios meminit Boeri. decisione.262.num.4. quæ dum probãt, etiam bona adulteri acquiri marito, qui in accusatione vicit, discrepant à iure cõmuni: nam eo iure maritus nihil lucrabatur ex bonis adulteri, sed ea fisco acquirebantur. authent. vt liceat matri & auiæ.§.quia verò plurimas. versi.de adulterio.collat. 8. Cæterùm in regno Portugaliæ Ordinat.libr. 5.titul. 16. in principio.iuncto.§.2.apertè disponit, quòd maritus adulteros deprehensos in adulterio, poterit licitè occidere, & præterea lucrabitur dotem, & omnia bona vxoris, prout illa lucraretur, si iudicialiter eam accusando faceret condemnari ad mortem. In quo vltimo discrepat à lege Castellæ suprà relata, & probat opinionem Bart. magis communiter reprobatam, quam & nos tanquam veriorem defendimus. Addit prædicta Ordin. d.
58 tit.16.§.1. † vnum nouũ omnino discrepans à dispositione iuris cõmunis, & etiã legum Castellæ, nam permittit marito, etiam ex interuallo posse adulteros occidere, dummodo posteà probet, illos re vera adulterium commisisse: nam iure communi non licebat adulterum occidere, nisi deprehensum in fragranti delicto, & sic in cõtinenti, non autem ex interuallo. l. quod ait lex. 23. &. l. marito. 24. ʃ. de adulter. tradit Angel. de malofic. verb. Che me ha adulterato. num. 8. Similiter & in regno Castellæ adulteros repertos in fragranti delicto licitum est occidere, vt probant leges suprà allegatæ. Si autem eos ex interuallo occidat, tanquam verus homicida punietur, vt tradit Anton. Gomez. l. Tauri. 80. nu. 58. & Soto. in. 4. distin. 37. q. vnica. artic. 3. versic. secũda conclusio. & vtique prædicta lex Portugaliæ videtur inualida. Primò, quia post mortem adulterorum, vult tractari de adulterio per eos cõmisso, contra rationes text. cadmonere. 33. q. 2. & quia is, qui ex interuallo occidit, non potest dici, tanquam ministrum legis illud fecisse: neque enim lex soler inauditum, & indefensum condemnare, quando non deprehenditur in fragrãti delicto, imò neque potest. c. 1. de causa possession. Magis ergo occidit tãquam priuatus, & ob priuatam vindictam, vnde peccat mortaliter, & consequenter prædicta lex Portugaliæ, tanquam nutritiua peccati, valere non debet. c. fin. de præscription. quod ita in specie sentit Felin. c. ecclesia. num. 42. de constit. & Soto in. 4. distinct. 37. q. vnica artic. 3. versi. secunda conclusio. Neque obstat, si dicas, aliquãdo ex permissione legis licitũ esse alium occidere, etiam antequam audiatur, & condemnetur, dum modo posteà probetur delictum, vt in transfuga, & rebelli probat. l. 3. §. fin. ʃ. ad leg. Cornel. de sicar. tradit Bart. in extrauag. qui sint rebelles, verb. rebellando. nume. 22. quia respondetur, quòd casus ille est specialissimus, & permissus propter magnũ Reipublicæ periculum, vt tradit Bart. l.





vt vim. num. 1. in fine. ʃ. de iustit. & iure. Bossius in praxi, tit. de defensione reorũ. nu. 61. Quæ ratio cessat in adulteris, neque enim ex se adulterium est tam perniciosum Reipublicæ, quam crimen rebellionis & transfugij ad hostes: & ideò quod in his permittitur, non debet permitti in adulteris, vt in specie admonet Soto in. 4. dist. 37. q. vnica, art. 3. vers. secũda conclusio. Sed dicendũ est, prædictam Ordinationem non permittere illam occisionem, tanquam licitam, sed eam impunitam relinquit propter bonum publicum, vt magis euitentur adul
59 teria: † vt apertè colligitur ex verbis prædictæ Ordinationis. notat Matienço. l. 6. tit. 8. lib. 5. ordinam. glo. 1. num 15. & notabiliter Cephalus consil. 305 libr. 3. per totum: vnde valida debet censeri, per tradita suprà. Maritus ergo peccabit mortaliter, & in foro interiori iudicabitur, ac si voluntarium homicidium commisisset: in foro autem exteriori prædictũ homicidium erit impunitum, non autem licitum: in specie Couarru. de sponsal. 2. part. c. 7. §. 7. num. 15. Plaça de delictis c. 36. num. 12. & diximus suprà num. 55. Et vtrùm etiam sit impunitũ quoad comites, vel illum, qui eius mandato adulteros occidit? videndus est Roland. consil. 34. lib. 2. per totum. & Tiraq. lib. 1. retract. §. 26. glos. 1. à num. 70. Plaça de delict. cap. 47. à numer. 2. & ideò hoc casu etiam in foro exteriori maritus non lucrabitur dotem; quia militat ratio huius tex. & notat Aretin. hîc colum. fin. quod clarè disponit Ordinat. dict. lib. 5. tit. 16. §. 2. Si igitur maritus prætendat lucrari dotem, & omnia vxoris bona, non occidat eam ex interuallo propria authoritate, sed eam iudicialiter accuset de adulterio: nam si illud probauerit, faciet vxorem condemnari ad mortem naturalem, & præterea omnia eius bona lucrabitur. Ordinat. lib. 5. tit. 15. §. 5. non autẽ dicit prædicta Ordinatio, quòd bona adulteri lucretur. Quare dicendum est, quòd licèt in regno Castellæ maritus hoc casu etiam bona adulteri lucretur, vt suprà diximus, tamen in regno Portugaliæ quoad bona adulteri obseruabitur dispositio authent. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò plurimas. versi. de adulterio. collatione. 8. Ad perfectam autem explicationem suprà traditorum, & ad explicationem Ordinationis Portugaliæ lib. 5. tit. 16. §. 2. videndum est, vtrùm ea Ordinatio disponens, maritum occidentem vxorem propria authoritate ex interuallo, nihil lucrari ex bonis vxoris? debeat etiam comprehendere illam dimidiam partem bonorum, quam secundùm regni consuetudinem maritus debet habere ex bonis vxoris, iuxta Ordinat. lib. 4. tit. 7. in ptinc. ? Et sunt qui existimẽt, etiam hanc dimidiam in prædicto casu maritum obtinere non posse: tũ quia ea Ordinatio generaliter loquitur: tum etiam quia in hac specie videtur approbasse magis communem opinionem, quòd maritus, qui propria authoritate ius sibi dixit, nihil lucretur ex bonis vxoris. Denique prædicta communicatio omnium bonorum, quæ in regno Portugaliæ fit inter coniuges; ex tacita conuentione partium videtur procedere; cùm & à principio possint declarare, ne illi sit locus. Ordinat. lib. 4. tit. 7. in princ. Item & iam inductæ possint renũtiare. Gregor. l. 4. tit. 11. partit. 4. in litera M. Vnde ea communicatio magis debet dici dispositio hominis, quàm legis:
60 † vt sentit Bart. l. ita stipulatus. num. 39. ʃ. de verborum obligation. prosequitur Alciat. l. 4. §. Cato. num. 104. ʃ. de verbor. obligationib. Ripa. l. fœminæ. nume. 62. C. de secund. nuptijs. Roland. de lucro dotis q. 86. num. 11. Harelatan. l. generaliter. numer. 52. C. de secund. nuptijs. ergo videtur inducenda consideratio Alexand. hîc numer. 15. quòd non est verisimile, vxorem tacitè paciscentem super bonorum communicatione voluisse illi esse locũ, casu quo maritus eam occide-

ret. Sed verius est, quòd quanuis maritus occidens vxorem ex interuallo propria authoritate, nihil debeat lucrari ex bonis tunc ad vxorem pertinentibus, tamẽ dimidiam partem bonorum, quæ à principio cõsummati matrimonij obtinuit, & quæ à principio videtur esse in eius bonis, & nõ in bonis vxoris, licitè retinere possit. Et pro fundamento sciẽdũ est, quòd secũdũ consuetudinẽ Portugaliæ in scriptis redactã, si duo contrahũt matrimoniũ, & illud copula consummetur, omnia, quę tunc habẽt, & posteà acquirunt, cõmunicantur inter ipsos, tanquã socios omniũ bonorũ. Ord. libr. 2 tit. 47. §. 1. lib. 4. tit. 7. in prin. & tit. 9. ad finẽ principio. ita vt si vxor ditissima sit, & maritus nihil habeat, nihilominus ratione prædictæ tacitæ societatis, obtinebit dimidiã partem bonorũ vxoris, vt post alios tradit Matienço. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordin. glo. 1. num. 8. Similemq; legem Romulũ apud Romanos constituisse, asserit Dionysius lib. 2. antiquitatũ Romanorum, pag. 69. scilicet, mulierẽ nuptam, quæ per sacras leges viro iũcta esset, pecuniarũ omniũ, sacrorumq; esse sociam: quam legẽ Dionysius summè laudat, & eius videtur meminisse. l. aduersus. C. de crimi. expilatæ hæred. vt notat Couarru. de sponsal. 2. par. c. 7. §. 1. n. 5. ad fin. Eandẽ legẽ summè etiã laudat Plutarchus in præceptis cõnubialib. præcepto. 28. Et eadẽ lex obseruatur apud Cantabros, vt scilicet omnia bona cõmunicentur inter cõiuges, transacto anno à die contracti matrimonij, vt tradit Padilla. l. fideicõmissum. nu. 5. C. de fideicõmiss. & idem obseruari in pluribus Hispaniæ partibus asserit Tellius. l. Tauri. 14. col. 3. ad fin. & sæpissimè matrimonium contrahi, ita vt & præsentia, & posteà quærenda communicentur inter coniuges: asserit Boeri. in consuet. Bituricen. rub. 8. §. 2. col. 4. Iuxta prędictã igitur in regno Portugaliæ contracto matrimonio, & sequuta copula, maritus acquiret dominiũ, & possessionẽ dimidię partis bonorum, quæ vxor tũc habuit: † nam cum societas vniuersalis omnium bonorum inter eos sit contracta, succedit regula, quòd inter socios omnium bonorum ita cõmunicãtur bona præsentia, vt in vicem bonorũ dominiũ & possessio in alterutrum videatur transire pro sua dimidia. l. 1. §. fin. ff. pro socio. l. 2. eod. tit. vbi glos. rationẽ reddit, & prosequitur Couarru. resol. lib. 3. c. 19. nu. 1. & Anton. Gom. l. Tauri. 50. nu. 76. Quo prę suppposito, dicendũ est, quòd dũ Ord. lib. 5. tit. 16. §. 2. probat, quòd maritus occidens vxorẽ propria authoritate, nihil debeat habere ex illius bonis, debet intelligi de his, quæ mulieris eo tempore erant in solidum, non autem de dimidia illa, quæ à tempore contracti matrimonij, propter prædictam cõmunicationẽ videtur esse in bonis mariti, quoad dominiũ, & possessionem, quia prædictæ dimidiæ minimè adaptantur verba, neque mẽs prædictæ Ordinationis: non adaptãtur quidem verba, quia dicunt, maritũ hoc casu nihil debere obtinere ex dote, vel bonis occisæ: ergo non adaptãtur ad eam dimidiã, quæ à tẽpore contracti matrimonij videtur esse in bonis mariti quoad dominiũ, & possessionẽ, nõ autẽ in bonis vxoris: neque etiam conuenit mens, quia si maritus illam dimidiam iã sibi quæsitam non posset retinere, non dicetur non lucrari, sed magis damnum pati. glos. 1. §. si quis autem propter. ff. de itinere actuq; priuato. & sic mulier adultera, & quæ propter suum meritũ, & delictũ occisa fuit, lucraretur aliquid ex bonis, quę iã in patrimonio mariti esse videbantur: quod quidẽ absurdũ esse probat in terminis. c. pen. de consuet & ibi post alios Andr. Sicul. nu. 28. Itẽ secundũ prædictã regni consuetudinẽ, cũ contracta censeatur societas vniuersalis inter coniuges, si ponas capitalia vtriusque esse ęqualia, cõstat contractũ esse reciprocũ, & consequenter quidquid ratione illius quæritur, censetur quæri ex contractu onero-



oneroso. l. ff. fideicõmisso. C. de trãsact. notab. Ripa. l. fœminæ. num. 39. C. de secund. nup. Quòd si ponas, mulierẽ esse diuitem, & maritum nihil ferè secum attulisse: quo casu nihilominus habet locũ dicta communicatio, vt suprà diximus, adhuc videtur quæri ex causa onerosa: nam quanuis mulier sola videatur tunc ponere capitale: tamen maritus ex parte sua operas ponit, & tacitè videtur cautum, vt operæ mariti suppleant defectum capitalis. l. si non fuerint. §. 1. ff. pro socio. tradit Salic. l. 1. nu. 6. ad finem. C. pro socio. † Ergo semper quod quæritur ratione prædictæ communicationis, ex causa onerosa videtur quæri marito, vt in specie tradit Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 1. parte. num. 37 Et colligitur ex Ripa. l. fœminæ. nu. 59. C. de secund. nup. Planè nusquam legitur, quem amittere bona sibi quæsita ex causa onerosa, propter delictum, quod secũdùm leges impunitum est, sed tantùm excludi à lucro, quod aliàs prætendere poterat, vt colligitur ex isto text. & in simili prædictos casus distinguit Bald. auth. in donatione. in fin. C. de donatio. ante nuptias. Roman. consil. 219. num. 4. Et quia quãdo lex aliquem priuat propter factum, intelligitur priuatio de quærendis in futurum, & non de iam quæsitis: vt argu. l. fin. ff. vnde liberi. tradit Bald. l. si matre. in fin. C. de suis & legit. hæred. & subscribit Roman. cons. 40. post princ. Alexan. consil. 198. nu. 11. lib. 6. Socin. consil. 30. nu. 32. lib. 1. Ias. l. patre furioso. n. 11. ff. de his qui sunt sui. & l. pen. §. fin. nu. 8. ff. si cer. peta. & l. venia. n. 7. C. de in ius voc. & l. sicut. n. 3. C. de repu. hæred. & §. actionũ. n. 242. Inst. de actio. & in notabili casu Pala. l. Tau. 49. in fi. Facit, quia quãdo qualitas inhabilitans debet adesse certo tẽpore, quãuis posteà superueniat nõ irritat actũ. l. sciẽdũ. §. fi. & ibi Angel. ff. qui satisd. cog. & l. eum qui. §. fin. & ibi Angel. ff. de Publicia. tradit Areti. l. hæres perseruũ. col. 2. vers. secũdo. ff. de acq. hæ re d. Ias. l. pen. §. fin. nu. 8. ad fin. ff. si cert. pet. Faciunt etiam tradita per eundem Ias. l. in testamento. 1. colum. 12. versic. tertio loco. C. de testamen. milit. Denique expendo Ord. d. lib. 5. tit. 16. §. 2. dũ probat, quòd maritus occidens vxorem ex interuallo propria authoritate, non lucrabitur quidem dotem, vel bona vxoris, sed tamen quæsita constante matrimonio in solidũ ad eum pertinebũt. Si ergo etiam in prædicto casu Ordinatio defert marito lucrum quæsitorum constante matrimonio, quantumcunq; dimidia eorum pars videatur pertinere ad vxorem, iuxta cap. 2 cum ibi notat. de donatio. inter virum & vxorem. non est dicendum, de mente Ordinationis fuisse, maritum in prædicto casu aliquo damno afficere, id est, priuare eum dimidia illa parte bonorum vxoris, quæ à tempore contracti matrimonij videbat esse in eius dominio, quoad proprietatẽ & possessionem, vt suprà diximus. Sed hæsitabis, quanam ratione prædicta Ordinatio deferat marito in prædicto casu lucrata constante matrimonio in solidum: cùm suprà dixisset nihil in eo casu eum debere lucrari ex bonis vxoris occisæ? Et augetur difficultas: quia quæsita constante matrimonio, & quæ secundùm consuetudinem Hispaniæ cõmunicantur inter coniuges, non tenetur vxor reseruare filijs primi matrimonij, vt disponit. l. Tauri. 14. quæ hodie est. l. 6. tit. 9. lib. 5. ordi. quia cũ prædicta lucra ratione tacitę societatis cõmunicẽtur inter cõiuges. l. 1. & 2. tit. 9. li. 5. ord. ea lucra videt quæsita ex cõtractu reciproco societatis, & sic ex contractu oneroso: vnde cùm non videantur quæsita ex titulo lucratiuo, non sunt reseruanda liberis primi matrimonij, iuxta notata. l. fœminæ. C. de secund. nup. † & ita Anto. Gomez. l. Tauri. 14. Couar. de sponsalib. 2. parte. cap. 7 §. 1. nu. 8. ad finem. Pinel. l. fin. nu. 3. C. de bon. mater. Palac. rep. rubric. §. 67. nu. 17. vers. sed re vera. & latiùs

Matiēço.l.6.tit.9.lib.5.ordin glo.2.nu.2. & ibi Azeued.post princ.& ante eos Ripa.l.fœminę.num.59.C.de secun. nupt. ergo pari ratione,neque debuit mulier priuari sua dimidia prædictorum lucrorum, quando propter adulterium eam occidit maritus ex interuallo: prout neque priuatur alijs rebus suis. Huic difficultati respondebitur, prædictam Ordinationē d.lib.5.tit.16.§.2.in hoc nō omnino discrepare à rationibus iuris cōmunis,imò videtur sequuta mētē.c.pen. de consuetud.vbi reprobatur consuetudo, q; mulier adultera aliquid lucretur ex bonis mariti: & Abbas antiquus ibi exēplificat in consuetudine Hispaniæ, secundū quam lucra cōmunicantur inter coniuges.c.2.secūdùm vnū intellectum. de donation.inter virū.& subscribunt Cardinal.d.c.pen.& ibi Andr.Sicul.nu.3.ergo apertè colligitur,quòd mulier adultera nō debet habere partē lucrorū,quæ secundū consuetudinem Hispaniæ ad eā pertinebat:quod in specie notat Cassane.in consuet.Burgund.rubr.4.§.2.verb. Acquests.num.16. Hanc igitur iuris rationē sequuta prædicta Ordinatio; priuauit adulteram dimidia parte lucrorū, quę aliàs ad eā poterat pertinere.Neq;repugnāt suprà adducta in cōtrariū,quia si bene aduertas,tacita illa societas non efficit,vt mulier partem lucrorum videatur habere ex causa onerosa:nam cum à cōmuniter accidentibus, mulier soleat omnia bona sua dare in dotem.l.mulier bona.cum glos.s. de iur.dot. & dotis datæ fructus,& ratione illius quæsita pertineant ad maritum pro oneribus matrimonij.l.pro oneribus C.de iure dotiū. si ergo mulier ratione comunicationis habeat dimidiam partem horū fructuum, & lucrorum,hoc respectu magis contracta videtur societas donationis gratia:vt in simili considerat Iureconf.l.cum hîc status.33.§.si inter.s. de donation. inter virum. Tantùm igitur prędicta dimidia, videbitur habita ex titulo oneroso, quādo ponas mulierem habere etiam bona paraphernalia extra dotem, quorum fructus cōmunicat cum marito: nam tunc propter mutuā cōmunicationem lucrorum videtur quis habere partem suā ex causa onerosa: arg.l. de fideicōmisso. C. de transaction.& aduertit Ripa.l. fœminæ.num.59.C.de secund.nupt.Ordinatio igitur d.lib.5.tit.16.§.2. habito respe
64 ctu ad cōmuniter accidentia, adulterā priuauit dimidia parte quęsitorū constāte matrimonio; quia in effectu videtur eā habuisse ex bonis mariti ex causa donationis. Neque repugnat.l.Tauri.14.in ducta vt suprà,quia infrà illi respondebimus. Et ex his infertur, quòd si in specie Ordin.lib.5.tit.16.§.2. mulier etiam haberet bona paraphernalia, quorum fructus cōmunicaret cum marito, quia tūc propter mutuam cōmunicationem lucrorum,censentur habita ex titulo oneroso,iuxta tradita per Ripam.l.fœminæ. num.39.C.de cund.nupt.non procederet prædicta Ordinatio, neque adultera priuaretur sua dimidia parte lucrorum, quā hoc casu ex titulo oneroso videtur habere.Infertur etiā explicatio ad.l.Tauri.82.quæ hodie est.l.5.tit.20.lib.8. ordinam.dū constituit, quòd maritus licitè occidens vxorem deprehensam in adulterio,non lucretur dotē,neque vlla bona vxoris:nā limitanda est, vt tamen maritus in solidū consequatur lucra quæsita constante matrimonio,vt videtur probare text.c.pen.de consuet.in ductus vt suprà:prout & eo casu maritus arras promissas vxori poterit retinere; quia cum quasi luctū ex bonis mariti ad vxorem adulteram peruenīāt,adulteræ minimè debentur:arg.d.c.pen.de consuetud.tradit Palac.reper.rub.§.20.num.1.& in specie ad id expendo.l. 5. ad finem.tit.9. libr. 5.ordinamenti.dum probat, quòd si si vidua luxuriosè viuat, priuatur parte quæsitorum cōstante matrimonio, quæ ei cessit. Si ergo propter stuprum, prædictis lucris priuatur, à fortiori propter adulte-



adulterium venit priuanda. Palac.repe. rub.§.67.nu.2.Et quanuis maritus eam occideret propria authoritate, non ob id iustè occisa debet esse melioris conditionis,neq; retinere eam partem lucrorum,qua lex eam priuat propter adulteriū.Cæterū prout in specie prædictæ legis non priuatur dote, quia dos propriū patrimoniū mulieris est.l.3.§.sed vtrū. s.de minoribus.neq; habet aliquam cōmunionem cum bonis mariti,vt in specie tradit Costa.c.si pater.1.part.verbo, legauit.a nu.44.de testamen.in.6. & aduersus Cifuentes probat Menchac.illustrium quæstion.cap. 104. num.5. non erit in prædictis casibus dote priuata, vt disponit d.l.5.tit.20.lib.8. ordinamenti.
65 †Et pari ratione neq; priuabitur ea dimidia parte bonorum, quā secundū leges Portugaliæ,& Cantabrorum acquirit ex bonis mariti propter communicationem omnium bonorum, quæ in illis regionibus fit inter coniuges:nam cùm hæc dimidia acquiratur propter mutuā communicationem capitalium,videtur quæsita ex titulo oneroso:& sic eā adultera amittere non debet:quod ita fuisse iudicatum asserit Padill.l. fideicommissum.nu.5.C.de fideicommis. Et est notab.ad explicationem Ordinatio. d.lib. 5.tit.16.§.2. vt quanuis mulier adultera priuetur dimidia lucrorum quæsitorū constante matrimonio:non tamen priuetur dimidia illa, quam acquisiuit in bonis mariti ratione prædictæ communicationis omnium bonorum.Et est ratio differentiæ inter prædictos casus: quia in primo casu,ex parte vxoris nulla potest considerari ratio,quæ efficiat illā videri habere partem lucrorum ex causa onerosa,vt suprà ostēdimus:nam fructus &lucra iure pertinent ad maritum, vt suprà diximus,& probat latè Boeri.decisio.81.Couar.cap.1.num.6.de testamentis. & in specie Auenda. responso 20.num.9.ergo semper partē illorum videtur habere ex causa lucratiua. Neq; obstat consideratio Palac. repe.rubri. §. 62.num.2.quòd vxor lucra quæsita per maritum conseruat, & sic cùm ex parte sua videatur etiam ponere tuitionem partorum,id efficiet,vt videatur eam dimidiam habere ex causa onerosa:vt etiā considerat Matienço.l.2.tit.9.lib.5. ordinamenti.glos.1.num.8.Ripa.l.fœminæ.num.59.in fin.C. de secund. nupt. Nam replicabitur,quòd mulier ratione matrimonij tenetur huiusmodi cōseruationem facere, vt constat ex Tobię cap.10.in fine.ibi.Regere familiam,gubernare domum:notat Panorm. cap.literas.num.27.de restit.spoliator. Palac. rep.rubric.§.50.num.33.Vnde illud, ad quod iure matrimonij tenebatur,nullo prēmio,vel beneficio dignū est.l.final.s. de condictio. ob turpem causam. Et in terminis agnoscit Caldas. l. si curatorem.verbo,sua facilitate.num. 13 ad finem.C.de restit.in integr Communicatio autem mutua capitalium, semper præ se fert causam onerosam : quia iure communi post solutum matrimonium, dos in solidū reuertebatur ad vxorē: & pariter bona, quæ essent mariti,ad eū redibant.l.si liberis.C.de donatio. ante nuptias.l. final. C. solu.matrimonio.c. fin.de donatio.inter virum. & tamē ratione prædictæ communicationis,bona non integra ad prædictos deuoluuntur, sed pro dimidia;& sic cùm inter eos detur vera & reciproca communicatio, videtur habita ea dimidia ex titulo oneroso,& ideò eam non amittet vxor, propter adulterium: & pariter neque maritus eam amittet ex eo quòd vxorem propria authoritate occidit, vt suprà dictū
66 est.† Si sanè maritus diues acciperet in vxorem mulierem pauperem, quanuis nihilominus habeat locum prædicta communicatio, iuxta tradita per Matienço.l.2.tit.9.libro.5. ord. glo. 1.n.8. tamē propter inæqualitatē capitaliū videret mulier habere suā dimidiā ex causa lucratiua,& quasi ex sociietate cōtracta do-

donandi animo,iuxta.l.cũ hic status.§.si inter.s.de donatio.inter virum.Et sic in prædicta dimidia in his terminis erit ea dẽ ratio,quæ in dimidia lucrorũ quæsitorũ constãte matrimonio, vt est de mẽte Ripæ.l.fœminæ.n.59.in fine C.de secund.nup. & expressit vir doctissimus Franciscus Caldas rep.l.si minorẽ.verb. sua facilitate.nu.13.vers.deniq;.C.de in integ resti.minorũ.Neq; dicas, operam mulieris posse supplere defectũ capitalis,vt suprà diximus:quia ibi tradita procedũt in marito,qui facilè operis suis potest supplere defectũ capitalis, & nõ idẽ potest dici in vxore, cuius regulariter nullæ sunt operæ cõsiderabiles,cũ fœminæ arceãtur à negocijs,& mercantijs. l. fœmin.s.de edẽdo.Andre.Sicul.c.1.n. 3.de peculio clerico.Vnde si mariti nullæ sint operæ, & ipse pauper opulentam dotẽ obtineat,videtur eã habere ex causa lucratiua donationis.Angel.l. neque vllã.§.apud Marcellũ.post princ.s.de petitio.hæred. & cõsequẽter tũc nõ habebit locũ prędicta Ord.lib.5.tit.16.§.2.dũ priuat vxorẽ parte lucratorũ cõstãte matrimonio,quia cessat ratio de qua suprà. Quinimò si in prædictis terminis dolus & falsa assertio interuenit ex parte pauperis,nulla inducetur cõmunicatio, iuxta ea quæ in simili tractat Nouel. de dote.6.p.priuil.43.n.13.Purpu. l.pactũ qd dotali.n.10.C.de pact.Ex his igit cõstat, Ord.d.lib.5.tit.16.§.2.nõ haberi locũ in dimidietate,quã maritus obtinet in bonis vxoris propter matrimoniũ,& regni cõsuetudinẽ: hãc enim maritus semper retinebit, etiãsi propria authoritate ex interuallo vxorẽ occidat.Et retenta hac opinione,non obstabunt suprà adducta pro contraria opinione: nam ad primũ de generalitate Ord.lib.5.tit.16.§.2.respondetur,eam esse intelligendam,quãdo matrimonium contrahitur, non secundùm regni consuetudinem,sed per dotẽ secũdũ ius cõmune.† Solent enim
67 Ordinationes Portugaliæ distinguere hos casus,scilicẽt,matrimoniũ cõtractũ per dotẽ,& arras, secundũ ius cõmune, & matrimoniũ contractũ secundũ regni consuetudinẽ, quod dicũt contrahi per chartã medietatis, vt cõstat ex Ord. lib.4.tit.6.in prin.& tit.7.§.5.& lib.5.tit. 3.§.19.& lib.4 tit.77.§.4.Cõstituit ergo prædicta Ordinatio, quòd si matrimoniũ contrahatur per dotẽ & arras;& maritus vxorẽ ex interuallo occidat propter adulteriũ,nullo modo dotem,vel bona vxoris lucrabitur. Inde igitur inferri nõ potest ad casum,quo matrimoniũ cõtrahit secũdũ regni cõsuetudinẽ,cũ tũc dimidia pars dotis à tẽpore cõsummati matrimonij videatur esse in dñio mariti,& non vxoris,vt suprà dictũ est. Et q̃ prædictus intellectus sit verus,ostẽditur ex eo,quia prædicta Ordinatio dicit,eo casu neq; maritũ lucrari dotẽ vxoris.neque illa,quæ per successionem,vel donationẽ ad mulierẽ peruenerunt: nã si loqueretur de matrimonio contracto secundũ regni cõsuetudinẽ,frustra illa bona vxoris ab alijs bonis distinxisset:nam cũ tunc vniuersorũ bonorũ societas inter socios videatur cõtracta, nõ solũ alia bona,sed & proueniẽtia vxori ex successione,vel donatione,cõmunicantur inter cõiuges.l.3.§.cũ specialiter.s. pro socio.siue omniũ bonorũ societas cõtracta sit expressim,siuè etiã tacitè.Ruin. cõs. 104.n.2.vers.non obstat etiã ratio.6.loco.lib.1.& alij adducti per Roland. cõs. 91.nu.30.lib.1.Vt igitur prædicta Ordinatio significaret, se loqui in casu, quo matrimoniũ cõtrahitur per dotẽ, secundũ ius cõmune,prædictorũ bonorũ mẽtionẽ fecit;quia tũc licet aliqua societas videatur contracta inter coniuges, illa non potest dici vniuersalis omnium bonorum,sed simpliciter, siue indefinitè contracta: in qua quidem simplici, siue indefinita societate,non veniunt quæsita ex successione,vel donatione, vt est expressum.l.coiri.7.cũ.ll.seq.s.pro socio. & tradit glo.l.3.§.1.verbo, cùm specialiter.s.pro socio.Palac.rep.rubr.§.65. nu. 63.Tellius.l.Tauri.16.Euerard.cons.53. col.1.ad finẽ.Gamma decisio.358.nu.1. Vnde cùm in regno Castellæ tantũ censeatur contracta societas particularis inter coniuges,respectu lucrorum quæsitorum constante matrimonio, donata, vel ex successione prouenientia constãte matrimonio, minimè inter coniuges
68 communicantur:† vt est expressum.l.3. tit.9.lib.5.ordina.& ibi Matien.in glo.1. Et est ratio, quia in societate simpliciter contracta,vel in societate lucrorum specialiter contracta, tantùm communicãtur lucra,quæ ex opera & industria proueniũt.d.l.coiri.s. pro socio.Euerard.cõsil.135.col.2.Gamma decis.358.num.1. & ideò quod ex locatione causa lucri facta acquiritur, inter coniuges communicabitur, vt in praxi obseruari asserit Boeri.in consuetu.Bituricensib.rubr. 8. §.2.col.2.ad finem.dummodo deducatur pretium, quod alter ex coniugibus de suo posuit; quia aliter lucrum considerari non potest.Ancharr. consil.102. nu.10.& dummodo(vt dixi)emptio fiat causa lucri:nam si socius emat nomine proprio domum,quia illa indigebat,huiusmodi emptio non veniet in cõmunicatione, etiãsi domus ex cõmuni pecunia ematur. l. si patruus. C. communia vtriusque iudic.& post Petrum de Vbal. tradit Matien.l.2.tit.9.lib.5. ordinamẽt. gloss.1.nu.32.Cùm igitur id quod quæritur ex donatione,vel successione,non sit lucrum proueniens ex industria, vel opera,sed potiùs ex bene meritis, minimè veniet in communicatione.l.neque adiecit.cum.l.seq.s.pro socio. tradit Cassane.in consuetud.Burgund.rub. 4. §.2. verb.Immobils.num.6.Palac.rep.rubri. §.65.num.63.Anton.Gomez. 2. tomo. cap.5.nu.4.Tellius.l.Tauri.16.num.12. ad finem.Matien.l.3.tit.9.lib.5. ordina. glos.1.n.3.Quibus adde Bald. in rub.n.6. C.pro socio. notab.tradẽte,in societate simpliciter contracta, communicari lucra realia, quæ ex pecunia cõmuni, ve industria proueniunt: lucra autẽ personalia, quæ vni socio conferuntur, non veniunt communicãda. Iuxta hęc igitur Ordin.d.lib.5.tit.16.§.2. disposuit, maritum lucra quæsita constante matrimonio, quæ ratione tacitæ societatis, vel expressæ, veniunt communicanda inter coniuges,in solidum pertinere ad maritum,qui propria authoritate vxorẽ ex interuallo occidit propter adulteriũ; lucra autẽ, quæ ratione prædictæ societatis non cõmunicantur,sed in solidum pertinent ad vxorem, non lucrabitur, quia nõ censentur lucra,sed magis bona
69 propria ipsius vxoris occisæ. † Et si objicias,secundùm hanc declarationẽ prædictam Ord.lib.5.tit.6.§.2.defectuosam esse,quia omisit casum magis frequẽtẽ, quando matrimonium contrahitur per chartã medietatis,secundũ regni cõsuetudinem:respondetur, imò & hunc casum satis in ea inueniri decisum:nam cũ determinet, maritum in prædicto casu nihil lucrari ex dote,vel alijs bonis, quæ in solidum sunt vxoris:satis etiam determinat,quòd medietatem,quã à tempore contracti matrimonij habuit in bonis vxoris,retinebit;cùm ea dimidia à tẽpore contracti matrimonij non sit in bonis vxoris, sed in dominio mariti: & similiter non lucrabitur dimidiam, quã adultera videtur habere in bonis mariti,quia ea in solidum est ipsius vxoris: alia autẽ lucra,quæ veniũt cõmunicanda, in solidum sunt mariti, vt ibi decidit: & vtique satis est, aliquem casum tacitè in lege determinari. l. his solis. C. de reuocand. donation. Et ex prædictis ita resolutis infertur elegans explicatio ad.l. 5. ad finem.titulo. 9. libr. 5. ordinamenti. dum disponit, viduam luxuriosè viuentem, amittere lucra quæsita constante matrimonio: nam debet limitari, quòd non amittet lucra, quæ prouenerunt ei ex donatione, vel successione: cũ enim hæc nõ veniãt in

in communione,sed in solidũ sint ipsius mulieris,non amittet, iuxta suprà dicta: & expressè probat dict. Ordinatio Portugaliæ,lib.5.tit.16.§.2. Similiter neque sibi donata per principem: hæc enim certum est non venire in communione,iuxta regulam.l.neque adiecit.ſ.pro socio.& probat.l.2.tit.9.lib.5.ordinamẽ. Xuarez tit De las ganancias. num. 43. Anto.Gomez.l.Tauri. 51.nu.72.Etiãsi donatio sit remuneratoria seruitiorum factorum communibus expensis viri & vxoris: nam adhuc militat ratio expressa in d.l.neque adiecit. vt probat Matiẽ. l.3.tit.9.lib.5.ordinamenti.glo.6.à num. 7.Didacus de Pace.q.ciuili.11. asserens num.54. sæpius secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum: quidquid donationem remuneratoriam in his terminis esse communicandam inter coniuges,etiam quoad proprietatẽ,existimet Xuarez titu. De las ganancias num.34. Gregor.l.3.tit.10.partit.5.in glo. Ygualmente.ad finem.& Couar.cap. cùm in officijs.ad finem.de testamentis.Prædictam igitur donationem etiam remuneratoriam,factam vxori, quæ post mortẽ mariti luxuriosè viuit, illa non amittet, quia in solidũ sua est:neque tanquam lucrum veniebat communicandum : & ita in specie Menchaca illustrium quæstionum,cap.104.à num.6.Padill.l.fidei commissum.à num.5.ad finem.C.de fideicommissis.Similiter & ea, quæ constiterit, vxorem principaliter ex operis suis fabrilibus acquisiuisse, quas marito non tenebatur præstare, † vtique non
70 amittet illa, neque in terminis Ordina. Portugaliæ.d.lib.5.tit.16.§.2. neque in terminis.l.5.ad finem.tit.9 lib.5.ordina. Et est ratio,quia in terminis iuris cõmunis huiusmodi lucra in solidum erant vxoris.Bald.l.si vxorem.num.6.C.de condi.insert.Boeri.decisio.81.nu.3. Nauar. in manuali.cap.17.num. 154.& quanuis nũc ratione tacitæ societatis veniũt communicanda.Matienço.l.5.tit.9.lib.5.ordinam.glos.9. num. 1.tamen non amittet vxor suam dimidiam principaliter sua opera quæsitam: nam prædictæ Ordinationes videntur intelligẽdæ in quæsitis principaliter opera mariti:prout in dubio præsumendum est, & suprà tetigimus.His ita explicatis, vlterius opinioni quam defendimus, non obstat secunda ratio in contrarium adducta,quòd hæc communicatio videtur induci ex dispositione hominis, & non est verisimile,vxorem voluisse communicationem induci in casu, quo per maritum occideretur: quia respondeo, in primis non esse verũ, quòd id quod partes possunt mutare voluntate propria,dicatur dispositio hominis,vt adducti in argumento existimant : nam admissa hac opinione,sequeretur, quòd priuilegia indulta per legem,dicerentur dispositio hominis, quia partes propria voluntate possunt illa mutare,renutiando proprio fauori.l.pen.C.de pactis. & tamen certũ est, hoc magis dici dispositionem legis.l.fin.C.de pact.conuentis. Et ideò distinguendũ est, quòd aut aliquid inducitur per legem, quia præsumit hanc esse partium voluntatem, & sic quasi sub tacita conditione suspensiua, Si partes velint:& hęc magis dicetur dispositio hominis,quã legis.l.cũ quid.ſ. si certum petat.l.qui ad certum.ſ.locati.& in his terminis procedet argumentum: aut verò lex aliquid simpliciter inducit,non habito principaliter respectu ad mentem partium, quanuis sub tacita conditione resolutiua, Nisi partes contrarium declarauerint:& hæc magis dicetur dispositio legis, quàm hominis: quia tunc immediata causa huius dispositionis,est legis ordinatio: voluntas autem partium est causa mediata, siue remota:& cũ causa immediata solear attẽdi.l.socium qui.§.1.ſ.pro socio. magis dicetur dispositio legis,vt adu ertit Ruinus in rubr.ſ.eod.nu.216. Et confirmatur,quia si bene aduertas, voluntas partium



tiũ videtur hoc casu venire consequutiuè ad dispositionem legis;quia creduntur partes idem voluisse,quod lex in eodem casu disponit.l.si duo.ſ.de acquirẽ. hæredi.& cùm debeat attendi,quod est principale,& non quod venit in consequentiam.l.1.ſ.de author.tutor. ea magis debet dici dispositio legis,quàm ho-
71 minis: | eleganter Bulgarin. in disputatio.incipiente Sempronius colũ. 18.Et hoc est quod sentiunt Dec. cap. in præsentia.num.37.vers.secũdò hoc cõprobatur.de probatio.& Ruin.l.1.nu.82. ſ. de legat.1. quòd id quod inducitur per legem,quia præsumit,partes id voluisse, habetur ac si per partes fuisset expressũ. l.cũ quid.ſ.si certũ peta. Quod verò lex supplet,quasi omissum à partibus; quod tamen verisimiliter partes voluissent, si de eo cogitarent,id non habetur pro expresso à partibus : & consequenter ma-
72 gis dicetur dispositio legis, quàm hominis Vnde cùm hæc communicatio semper videatur facta inter cõiuges,nisi partes expressim contrariũ declarauerint. Ord.lib.4. tit. 7. in princip. huiusmodi communicatio magis dicetur dispositio legis,quàm hominis : quod pro constanti tenet Pinel.l.1.C.de bon. mater. 1.parte.num.36.ad finem. Et satis clarè colligitur,quòd in regno Castellæ quæsita constante matrimonio, communicantur inter coniuges, nisi per eas contrarium expressum sit.l.1.&.2. tit. 9.lib. 5.Ordina. & tamen ea communicatio magis censetur inducta ex dispositione legis,quàm hominis,vt pro constanti tenet Palac.rep.rub.§.62.nu.51.ad finem. Anto.Gomez.l.Tauri.50.nu. 69. Costa c.si pater.1.par.verbo,legauit.nu.38.de testa.in.6.Padill.l.fideicommissum. nu. 5.C.de fideicom.Didacus de Pace. q.ciuili.9.nu.20.Matien.l.2.tit.9.lib.5.ordinam.glo.3.nu.1. & sic retorquebitur argumentũ:nã cùm huiusmodi communicatio,siue acquisitio,videatur facta ex dispositione legis,illi locus erit, etiã quã do maritus vxorẽ occidit,ex permissione tamen legis;quia tũc non est attendẽda verisimilis mens mulieris in mente retenta,sed potiùs dispositio legis, siue statuti,vt admittit Alex.hîc nu. 15. Ex quo etiam colligitur, suprà resoluta esse de mente DD.communiter: nam stante prædicto statuto de lucranda dote, coniuges possunt contrarium declarare.Roland.de lucro dotis.q.39. & tamẽ DD.volunt, prædictam acquisitionem videri fieri ex dispositione statuti, & nõ ex dispositione hominis. Item & iuxta prædicta venit explicandũ celebre dictum Bald.l.final.in fin. C. de bon.matern.quòd si maritus lucretur partẽ dotis ex dispositione legis,siue statuti,non tenetur eam partem reseruare filijs primi matrimonij;quia illud lucrũ non videtur habuisse beneficio primæ vxoris, sed potiùs beneficio legis,siue statuti: †
72 & sequũtur multi relati per Rolãd.de lucro dotis.q.86.nu 4.& per Matienç.l. 2. tit.9.lib.5.ordi.glos.3.n.1. dicentẽ,illud approbatũ esse per.l.Tauri.14. Sed cauẽdum est,quia imò prædictũ Bald. dictũ esse communiter reprobatũ asserit Roland.de lucro dotis.q.86.nu.12. & Matien.l.6.tit.9.lib.5.ordinamenti. gloss.2. nu.3.Et ad rationem Bald.respõdet Ripa.l.fœminæ.nu.62.C.de secund. nupt. quod prædictũ lucrũ magis dicitur pro uenire ab vxore,quã à statuto, cùm potuissent partes contrariũ declarare:subscribit Rolãd.vbi supra,n.11.Harelatan. I.generaliter nu.52. C.de secund. nupt. Quæ tamen respondeo [illegible] dedu-
ctis manifestè confunditur: & ideo [illegible] lius respondẽdũ est, quòd licèt maritus beneficio statuti videatur hoc lucrũ habere:tamen illud habet ex bonis vxoris, & propter ipsum matrimonium.l.3.§.1. ad finẽ.ſ.de dote prælegat. Dec.l.1. nu. 18.C.de secund.nupt.& cons.67. colũ. pen.ad finẽ siue propter onera matrimonij.glo.fin.l.si donaturus.§.fin.ſ.de cõd. ob causam. Planè vbi quis lucratur aliquid

quid ex bonis vxoris,etiam ex dispositione statuti:cuius acquisitionis causa præcipua,& finalis fuit matrimonium, siue onera ipsius,tenetur id lucrum filijs primi matrimonij reseruare.authē. prætereà.C.vnde vir & vxor. & post alios tradit Matienço.l.6.tit.9.lib.5.ordinamenti.glo.2.nu.3.Et colligitur ex generalitate.l.fœminæ.C.de secund.nupt. vt post alios aduertit Pinel.l.fin.n.2.C.de bon. mater.Et confirmatur,quia si maritus aliquid lucratur ex dote,ratione pacti initi tempore contracti matrimonij, tenetur illud lucrū reseruare liberis primi matrimonij.auth.de nuptijs.§.si verò expectet.&.§.quæ verò lucra.colla.4.authēt. vxore.C.de secud.nupt. ergo & quod beneficio statuti lucratur,tenebitur prędictis liberis reseruare,cùm de pacto ad statutum valeat argumentum,iuxta notata.l.non impossibile.ſ.de pact. Poterit sanè admitti dictū Bald. quando lucrū defertur marito per legem; non contēplatione quidē matrimonij principaliter,sed ob aliam causam: huiusmodi enim lucrum non tenebitur reseruare liberis primi matrimonij,vt probat. l. fin.
73 C.de bon.matern.† vbi pater non tenetur reseruare liberis primi matrimonij vsumfructum, quem habuit in bonis vxoris:quia illum non acquisiuit principaliter propter matrimonium, sed potiùs propter patriam potestatem.l. 1. C. de bon.mater.Et hæc est vera ratio, cur coniuges lucra quæsita constante matrimonio,non tenentur reseruare filijs primi matrimonij. [illegible] positum est.l. 1 au- [illegible] ratione tacitæ societatis,& nō ratione matrimonij quæruntur.c. 2. de donatio.inter virum.Palac. rep.rubr. §. 50.col.fin.&.§.67.num.17. & alij, quos refert Matienço.l.6.tit.9.libr.5. ordina. glos.2.num.2. A quibus tamen cauendum est, dum considerant,huiusmodi lucra propter reciprocam communicationem censeri prouenire ex causa onerosa: nam imò veriùs est, quòd saltem respectu vxoris censentur prouenire ex causa lucratiua, vt suprà probauimus:& tamē nihilominus nō sunt reseruanda liberis primi matrimonij: quia non principaliter ratione matrimonij, sed ratione prædictæ tacitæ societatis quærūtur. d.l.fin.C.de bon.mater. & à fortiori nō tenebuntur reseruare liberis primi matrimonij medietatem illam,quam ratione tacitæ societatis acquirunt contracto matrimonio, secundùm regni Portugaliæ consuetudinem; tum propter rationem de qua suprà: tum quia hæc medietas ex titulo oneroso videtur quę sita,vt suprà probauimus: & quæsita per titulū onerosum, non reseruantur filijs primi matrimonij.Bald.authē. in donatione.in fine C. de secund.nup.& in specie probat Ordin.lib.4.tit.75.§.final.per locū à speciali. Arras sanè habitas ex bonis mariti,tenebitur vxor filijs primi matrimonij reseruare.Palac.rep.rub. §. 67. num.17.versic.sed re vera. quia videtur habitæ ex donatione mariti, & non beneficio legis: quia leges Hispaniæ non disponunt,arras promitti,vel deberi,sed tantùm præscribunt quantitatem, ad quam promitti possint.Ord.lib.4. tit. 9. §.final.ac ita locum habet dispositio legis fœminæ.C.de secund. nuptijs. tum quia præstantur in compensationē amissæ virginitatis per matrimonium. l. res vxoris.C.de donatio. inter virum.& ibi Bald. vnde matrimonium ipsum videtur causa finalis prædictæ acquisitionis, & sic debent locum habere suprà tradita.Et tenebis menti, quòd huiusmodi lucra ex dispositione legis,vel statuti, etiam non agnita,transmittuntur ad hæredes,ex regula.l.cùm pater. §. surdo. ſ. de legat.2.tradit post alios Pinel.l. 1. C.
74 de bon.matern.1.part.nu.36.† Azeued. l.7.tit.9.lib.5.ordin.nu.4.Marien.l.5.tit. 9.lib.5.ord.glo.9.Item quòd cùm principaliter deferantur ex beneficio legis, vel statuti, nō est necessaria insinuatio, vt colligitur ex ratione.l.pen.C. de donatio,



natio.intervirū.vt tradit Rebuff.2.tom. ad leges Gallicas.tit.de donatio.insinuā dis.artic.1.gloss.2.à num.32. Declarando tamen vt diximus.l.2.in princ. ſ. eo. His ita explicatis,ex vltimo vers. huius.
75 § collige.ea quæ suprà dicta sunt in marito,etiam locum habere in vxore maritū occidente.Quod exēplificat glo. fin. hic,vt prædicta vxor nō lucretur donationem propter nuptias,de qua lucranda pactum fuit interpositum: prædictū enim pactum,maritum occidenti nihil proderit:subscribit Zasi.hic nu.2. Guilliel.c.Raynuntius.verbo, mortuo itaq; 1.num.34.de testamē.Sed Paul.hic nu. 6.hoc exēplum improbat:quia iure Digestorum non erant cognitæ donationes propter nuptias,sed postea iure Codicis fuerunt inuentæ: & ideò ipse ponit exemplum, vt si vxor occidat maritum,vel occidi curauit, amittat dotem propriam,quia ipsius culpa videtur fuisse solutum matrimonium:ac ita succedit dispositio.l.consensu.C.de repudijs. Sed vt ipse aduertit,admisso hoc exemplo, æquiparatio, quam Iurecons. facit inter hoc casus redderetur inepta.Nam in prima parte ageretur de amissione liberi:& in secunda parte de amissione proprij matrimonij.l.3.§.sed vtrum.in fin ſ. de minorib.quod & aduertunt Cyn.& Bart.hic in princ. Adde, quòd Paul. pro constanti habet, vxorem occidentem maritum,amittere propriam dotem:ita vt apud hæredes mariti remanere debeat:quod & præsupponit Aretin. hic ad finem.Boeri.decisio.262. num.2. & in se verum esse faretur Bartol. hic ante num. 1.& consulendo probauit Alexan. de Nævo cons.18.num.5.Quod tamen verum non videtur,quia vxor occidens maritum,punitur lege Cornelia de sicarijs.l.fin.C.ad leg. Cornel. de sicarijs. in qua condemnatione venit dotis publicatio.l.quinque legibus.ſ. de bon.dānator.ergo prædicta dos pertinet ad fiscum,& non ad hæredes mariti. Et confirmatur,quia si vxor occidat maritū,hęreditas mariti,delata vxori,auferetur per fiscum.l.cùm ratio.§.fin ſ.de bon. damnator.ergo à fortiori debet cōfiscari dos
75 ipsius vxoris deliquentis.† Neque repugnat decisio.l.consensu. C. de repudijs.quia procedit,quando soluitur matrimonium per diuortium: & nos loquimur quando soluitur morte: & sic sunt diuersi termini.Reiecto igitur Paul.exēplo,teneas exemplum.gloss.fin.hic communiter receptum:cui non obstat, donationes propter nuptias iure Digestorum non fuisse cognitas, quia in primis id negari potest,quia ex titulo.C.de donatio.ante nuptias.constat,eas Imperatoribus fuisse cognitas:sub quorū Imperio floruerunt Iurecons.ex quorū scriptis Digesta fuerunt composita. Quare dum.§.est & aliud.Instit.de donatio.dicit,eas donationes veteribus incognitas, debet intelligi de veteribus, qui ante tempora Imperatorum vixerunt:& clarè ex verbis illius colligitur. Item licēt admittamus, eas omnibus Iureconsul. fuisse incognitas:tamē nihil impedit,pactum fuisse celebratum inter coniuges de lucranda certa parte bonorū mariti, si ipse prędecederet. In quibus terminis gloss.intellectus sine dubio procedit, vt hic aduertit Aretin. ad finem. Meritò igitur ex isto tex.collegit Bald.auth. sed hodie.in fine.C.de adulter. quòd pacta lucratiua non conseruātur vxori adulteræ,vel maritum interficienti; quia non debet facere lucrum ex suo maleficio. Vnde vxor occidens maritum, non lucrabitur donationem factam per maritum,& quæ eius morte erat confirmanda,iuxta.l.à marito.C.de donatio.inter virum.quia non est verisimile, maritum hoc casu voluisse eam confirmare,per tradita suprà. Et quia cùm mors fuerit procurata per vxorem, in eius odium non considerabitur maritus tanquam mortuus, vt in specie tenet Aretin. hic ad finem.& Boer. decisio. 262. num.2.

Quòd

Quòd si fuerit donatio à principio valida, & quæ non egeat morte mariti, ad sui confirmationem, & vxor occidat maritum, tunc non inducetur ratio huius text. sed magis decisio. l. final. C. de reuocand. donatio. declarando vt suprà diximus. Quare cùm datio arrarum facta per maritum vxori, statim valeat, & hac ratione transeat ad hæredes mulieris, etiamsi præmoriatur ante virum, vt est expressum. l. 51. Tauri. quæ hodie est l. 3. titulo. 2. libro. 5. ordinamenti. & notabiliter explicat Antonius Gomezius l. Tauri. 50. num. 14. si vxor occidat maritum, hæ arræ, vel reuertentur ad hæredes mariti, vel confiscabuntur, iuxta resolutionem suprà traditam. Et eadem distinctio admittenda est circa lucra quæsita constante matrimonio, quæ inter coniuges communicantur, secundũ
76 leges Castellæ. † nam si vxor occidat maritum, hæc lucra reuertentur ad hæredes mariti, quia ex eius bonis censentur processisse, per tradita suprà: vel venient in confiscatione, iuxta prædictam resolutionem: quanuis id in decisum reliquerit Palacius repet. rubric. §. 67. ad finem. & §. 70. numer. 20. Denique ea quæ suprà resoluimus in principio huius. §. circa maritum iniustè occidentem vxorem, eadem recipienda sunt in vxore virum occidente. Guillielm. cap. Raynuntius. verbo, & vxorem. decisione. 5. numer. 239. Alexand. de Nævo consilio. 18. num. 5. ita vt inter eos ea tantùm videatur esse differentia, quòd maritus aliquando iustè potest occidere vxorem, vt suprà declarauimus: vxor autem semper iniustè occidit maritum: quia vxor non potest occidere maritum deprehensum in adulterio. Aulus Gelius libr. 10. noctium Atticarum. cap. 23. Tiraquellus. l. 1. connubiali. numer. 43. Imò neque marito repudium mittere potest eo prætextu, quòd cum alijs mulieribus commisceatur. l. 1. titulo. 16. libr. 3. Codicis Theodosiani. neque potest eum de adulterio accusare. l. 1. C. de adulterijs. Et adde, q. licèt vxor non occidat maritum; si tamen consentiat in eius morte, neque ei aperuit insidias illorum, qui eum volebant occidere, tenebitur ac si occidisset. Boeri. decisio. 262. num. 3. & 5. & numer. 9. Et qualiter probetur, vxorem occidisse maritum, vel eius rei fuisse conscia: videndus est Alex. de Nævo eõs. 18. à. n. 6. & Boer. decis. 261. & decis. 262. n. 8. vbi etiã declarat, qualiter probari possit, maritum vxorem occidisse.

SVMMA-



## SVMMARIA LEGIS SI ALIENAM.
### 12. ff. Soluto matrimonio.

1 *VXor ex persona mariti, cui tradidit res dotales, efficitur melioris conditionis.*
2 *Restitutio dotis facta per maritum, non inducit in persona vxoris nouum titulum.*
3 *Maritus præscribit ad vtilitatẽ mulieris.*
4 *Quando conuentus possit opponere rem esse in dominio alterius.*
5 *Actio quæ non concludit agenti non competere actionem, non est admittenda.*
6 *De substantia mutui est translatio dominij.*
7 *Qui accipit mutuum, debet probare illud fuisse in dominio mutuantis.*
8 *Satis est dominium præsumptiuè probari.*
9 *Tertius semper potest opponere de iure suo.*
10 *Dummodo in continenti offerat probationem.*
11 *Vel etiam ex interuallo, si de causa proprietatis agatur.*
12 *Agit̃ de intellectu auth. sed iã caurũ. C. d̃ posi.*
13 *Fauorabilior est causa dotis, quã depositi.*
14 *Quomodo sit intelligendum, quòd in deposito non est locus compensationi.*
15 *Quando victor teneatur cauere de defendendo victo aduersus tertiũ.*
16 *Opponens dominium ad se pertinere, & non ad primum actorem, neque reũ, faciet vt in processu supersedeatur.*
17 *Explicatur Bart. l pen. num. 10. j. de re iudic.*
18 *Exceptio, Tua non interest, peremptoria est.*
19 *Explicatur Ord. lib. 3. tit. 71. §. fin.*
20 *Exceptio malitiæ repellit excipientem ab oppositione.*
21 *Agitur de intellectu. l. 1. §. item Pomponius. §. nautæ, caupones.*
22 *Quando merces sint restituendæ inferenti, & non domino.*
23 *Exceptio proprij dominij semper admittitur.*
24 *In deposito quando non admittatur exceptio proprij dominij.*
25 *Explicatur. l. pen. C. depositi.*
26 *In deposito admittitur exceptio, quòd res erat depositarij.*
27 *Agitur de intellectu. l. si quis conductionis. C. de locato.*
28 *Et qualiter ea lex adaptetur ad titulum.*
29 *Qualiter sint formandi articuli in materia illius legis.*
30 *Locatio principaliter censetur facta tanquã à domino.*
31 *Si expressum sit, locationẽ fieri tã à dño, quã à possessore, valebit locatio, etiam si res esset conductoris.*
32 *Aduersus possidẽtes nomine alieno, datur vtilis cõdictio ex. l si quis cõductionis. C. de loca.*
33 *Emphyteuta requisitus nolẽs rem restituere, spoliat dominum sua possessione ciuili.*
34 *Condictio ex d. l. si quis conductionis. datur ex ra id quòd actum est.*
35 *Conuentus per actionem personalẽ, semper potest opponere de proprio dominio.*
36 *Triticaria actio ad quid competat.*
37 *Triticaria respectu dominij non datur nisi aduersus furem.*
38 *Et quando ei obstet exceptio dominij.*
39 *Reijcitur opinio Bar. l. indebiti. §. sed si numinu. 1. s̃ de cond. indeb.*
40 *Interdicta tanquam personalia non dantur aduersus tertios possessores.*
41 *Explicat. l. si coloni. C de agric. & cõsit. li. ii.*
42 *Et assignatur vera resolutio in hac materia.*
43 *In Publiciana quis præferatur.*
44 *Mala fides authoris non nocet in Publicianã.*
45 *Agitur de remedio. c. integrãda. 3. q. 1.*
46 *Et qualiter illud sit explicandũ.*
47 *Etiam in possessorijs admittitur exceptio, Dolo petis quod statim restituturus es.*
48 *Agitur de intellectu. c. sæpe. de resti. spoliat.*
49 *Et quid nouẽ induxerit illius dispositio.*
50 *Explicatur glo. fin. c. solicitæ de resti. spoliã.*
51 *Aduersus vedicãtẽ opponi potest de dñio tertij.*
52 *Explicatur glo. l. cũ res. C. de probatio.*
53 *Explicatur. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscriptio. 30. annor.*
54 *Quæ requiratur vt tex. ille procedat.*
55 *Agitur de intellectu. l. loci corpus. §. cõpetit. §. si seruit. vendic.*
56 *Assignat elegãs declaratio ad regulã illius tex.*

*Domi-*

57 *Dominium incidenter veniens probatur per solam possessionem.*
58 *De vtili dominio tertij, quãdo opponi possit.*
59 *Vsusfructus non diminuit substantiam dominij, sed vtilitatem.*
60 *Excipiens de dominio tertij, nihil probare tenetur.*
61 *Quis potest opponere de iure tertij in cuius loco successit.*
62 *Præscribens cum bona fide, sine titulo rem vẽdicare potest.*
63 *Reiuendicatio cedi potest, & qualiter id sit intelligendum.*
64 *Explicatur.l.3.C.de nouatio.*
65 *Opponi potest de dominio fisci, quando bona ipso iure confiscantur.*
66 *Etiam ante declarationem, quòd quis amiserit bona.*
67 *Explicatur glo.l.2.§.si ager vectigalis.*
68 *Debitor in iure iam quæsito non potest præiudicare creditoribus.*
69 *Multum interest subintelligi conditionem suspensiuam, vel resolutiuam.*
70 *Explicatur Doctrina Bart.l. fin.in fin. §. de cond. sine causa.*
71 *Explicatur.l.1.§.an bona.ʒ.de iure fisci.*
72 *Persona in quocumque iudicio plenarie est examinanda.*
73 *Quando per recognitionem probetur dominiũ ecclesiæ.*
74 *Explicatur Bar.l.legata inutiliter.nu.2.§.de adimend.legat.*
75 *Per verba enũtiatiua nõ probatur principale.*
76 *Explicatur Bart.l.nõ ab re.nu.3.C. vnde vi.*
77 *Quando quis possit opponere de proprio dñio, quando agitur actione ex contractu.*
78 *Per solã scripturã cõcessionis in emphyteusim non probatur dominium ecclesiæ.*
79 *Species seruitutis est, quòd res sit emphyteutica, & non allodialis.*
80 *Per solũ instrumentum locationis, vtrũm probetur possessio locatoris.*
81 *Per receptionem pensionis, & locationem probatur possessio.*
82 *Et non solum aduersus soluentem, sed & aduersus alios.*
83 *Respectu vtilis dominij emphyteuta possidet suo nomine.*
84 *Explicãtur dicta Bart.l.ad probationẽ. C. de locato.*
85 *Per receptionem pensionis nõ probatur dñiũ.*
86 *Per famam in antiquis probatur dominium.*
87 *Quando præsumatur verum esse enuntiatum.*
88 *Quando emphyteuta videatur recipere animo donandi.*
89 *Præsumptio, quòd sciens videtur donare, non debet censeri continere speciale.*
90 *Duo specialia concurrunt, quando vnum venit in consequentiam alterius.*
91 *Vt valeat donatio, donantis, & donatarij, debet concurrere voluntas.*
92 *Decisio.l.si quis argentum.§.pen.C.de donatio. vtrũ procedat in donatione præsumpta.*
93 *Per quæ verba videatur inducta expressa donatio.*
94 *Confessioni statur, quandiu contrarium non probatur.*
95 *In ecclesiã ex solo titulo transfertur dominiũ.*
96 *Dummodo interueniat cõsensus accipiendi ex parte sua.*
97 *Explicatur Bart.l.si aliquam rem.num.9.ʒ. de acq.posses.*
98 *Duo specialia procedentia ex diuerso fonte, admittuntur.*
99 *Agitur late de intellectu.l.si rem aliquam.ʒ. de acq.posses.*
100 *Qui conducit rem suam tanquam alienam, videtur dominium transferre in locatorem.*
101 *Explicatur.l.3.§.subtilius.§.de condictio. ob causam.*
102 *Animus continuandi dominium, non inducit acquisitionem de nouo.*
103 *Quando quis conducit rem tanquam suam, vtrùm amittat dominium?*
104 *Si quis conducit rem suam tanquam alienam, non transfertur dominium.*
106 *In dubio conductio videtur facta respectu proprietatis*
107 *Nisi exprimatur quòd fuit ratione proprietatis, & possessionis.*
108 *Possessio quando amittatur solo animo.*
109 *Intellectus.l.si me in vacuam.in princ. ʒ. de acq posses.*

*Quando*



110 *Quando conductio videatur facta ratione possessionis.*
111 *Explicatur l.si aliquam rem.vers.fin.ʒ. de acquir.posses.*
112 *Vtrũ amissa possessio per conductorem acquiratur locatori?*
113 *Remedium l.si quis conductionis.C.de locato. soli possessori competit.*
114 *Ex solo titulo transfertur dominium, quando quis rem possidet.*
115 *Vtrũ in hac materia sit differentia inter locationem rei suæ, & venditionem?*
116 *Et ostenditur, datis paribus terminis nullam esse differentiam.*
117 *Quãdo quis possit sibi mutare causã possessionis*
118 *Per locationem inualidam retinetur possessio.*
119 *Explicatur l.ei à quo.ʒ. de vsucapio.*
120 *Explicatur etiam l.ad probationẽ.C.de locato.*

# INTERPRETATIO
## Legis Si alienam. 12.ff. Soluto matrimonio.

EX. Contextuam Bar. hîc ita in epitomẽ redigit. Mulieri repetẽti res dotales, nõ potest opponi exceptio, quòd nõ sit domina illius rei: & subscribunt Alex. & Aret. sed Castr. magis explicans mẽtem Iurecons. ita sũmat. Vxori repetẽti res dotales, non potest objici exceptio, ꝙ illæ nõ erãt suæ, sed cuiusdã tertij; ac ꝓinde nõ obstãte prædicta exceptione, res dotalis ei restituẽda est cũ fructib. ꝓrata anni. Pro declaratione autẽ literæ, aduertẽdũ est, ꝙ licet tex. dicat, mulierẽ sciẽter dedisse rẽ alienã in dotẽ, nõ ob id designat aliquod iuris mysteriũ, sed à fortiori tex. ꝓcedet, si ignorãter dederit: gl. 1. hîc. Ideò autẽ de sciẽtia mulieris mentionẽ fecit Iurecons. vt casũ redderet magis dubitabilẽ: nã si ipsa scienter possideret rẽ alienã, fructus ex ea perceptos nõ faceret suos, imò extãtes poterãt vẽdicari per dñm rei, & consumpti condici. §. si quis à nõ dño. in fi. Inst. de rer. diuis. l. certũ. cũ gl. C. de reiuẽd. l. mala fide. C. de eõd. ex lege. l. aduersus. in fin. C. de crimine expilatæ hæred. & tñ si huiusmodi rẽ dederit in dotẽ marito, partẽ fructuũ, obtinebit ꝓ rata anni; quia maritus accipiẽs prædictã rẽ bona fide, fructus fecit suos. l. bonæ fidei. ʒ. de acq. rer. domin. ac ꝓinde solos extantes tenebitur restituere officio iudicis, cõsũptos verò nullo modo. d. l. certum. C. de reiuẽd. Bar. l. ex diuerso. n 9. &. 10. §. de reiuend. & sic ex persona mariti vxor cõsequiet partẽ fructuũ pro rata anni, quã ex persona sua ꝓpter malã fidẽ nõ esset habitura. † Nec nouum est, quẽ ex persona alterius cõsequi id, quod ex sua nõ esset habiturus. l. Aristo. §. quæ res pig. l. cũ hæreditãte. 55. ʒ. de acq. hæreditate. per quæ iura in nostra materia cõcludit gl. l. Põponius. 13. §. in dotẽ. ver. accepta. ʒ. de acq. poss. Quòd si in terminis huius tex. maritus ꝓpter bonã fidẽ cœpit præscribere rẽ alienã sibi datã in dotẽ, quòd soluto matrimonio re restituta vxori, illa perficiet præscriptionẽ, quia ei accedit bona fides mariti qua præsciptionẽ inchoauerat. Sed hãc opinionẽ gl. reprobãt Bar. & alij cõmuniter, vt ibi asserit Alex. n. 5. ea ratione, quia cũ possessio mulieris vitiosa sit ꝓpter sciẽtiam rei alienæ, nõ potest ei accedere possessio mariti, quæ vitiosa nõ est ꝓpter bonã fidẽ, iuxta regulã præ-

præscriptam. l Pomponius. 13. §. fina. in fin. ff. de acq. poss. Cæterũ Aret. d. §. in dotẽ. gl. saluat ea noua ratione, quia prout hæres malæ fidei possessor succedẽs defũcto possessori bonæ fidei, ꝓpter bonã fidẽ defũcti, potest perficere præscriptionẽ. l. 2. §. si defũctus. ff. de vsucap. pro empto. pariter & mulier succedẽs marito in dote, non obstãte sua mala fide, poterit præscriptionem perficere, quia ei succedit in dote (quæcũ ex se iusvniuersale sit) ꝓ hæreditate debet reputari, vt videt expressũ. l. ei qui. ff. de his quib. vt indig. quãtũ Aret. cõsiderationẽ impugnat Ias. d. §. in dotẽ. n. 3. negãdo similitudinẽ Aret. esse bonã: nã in specie d. §. si defũctus, ideò hæres perficit præscriptionẽ, nõ obstãte sua mala fide, quia repræsentat personã defũcti. auth. de iureiur. à moriẽte præstito. in prin. coll. 5. Prout igitur defũctus, qui à principio habuit bonã fidẽ, attẽto iure ciuili, poterat perficere præscriptionẽ, non obstante sua mala fide posteà superueniẽte. l. vnica. C. de vsucap. trãsfor. idẽ obseruabitus in hærede, qui illius personã repræsẽtat: quæ ratio cessat in dote mulieris, neq; enim propter illam, potest dici repræsẽtare personã mariti: quia hoc iure cautũ nõ inuenit. Secũdo igit modo videt quòd prædicta gl. saluari possit, ex illã cõsideratione, quòd tradita dote trãsfert dominiũ in maritũ. l. doce. C. de reiuẽd. & tacitè videt actũ, quòd soluto matrimonio maritus re trãsferat dotẽ in vxorẽ, iuxta not. l. si mora §. eo. Propter igit hanc tacitã cõuẽtionẽ, secuta traditione facta per maritũ, videtur oriri nouus titulus, cuius virtute vxor incipiet posse præscribere etiã ex propria persona: quod ita videtur probare tex. d. l. Põponius. §. in dotẽ. ff. de acquir. poss. & ibi notauit Aret. col. 1. Sed neq; hæc saluatio placet, quia cõfũdit per tex. l. etiã 15. §. apud Marcellũ. §. de petit. hæred. vbi vxor sciens, hæreditatẽ esse alienã, eã tradidit marito in dotẽ: & probat tex. quòd sic a hæreditas soluto matrimonio restituat

2 vxori, poterit mulier conueniri per directã petitionẽ hæreditatis. † Planè si restitutio facta per maritũ, induceret in persona vxoris nouũ titulũ, nõ posset illa cõueniri, per directã hæreditatis petitionẽ: quia titulus superueniẽs, illã excluderet. l. hæreditatẽ. C. quib. nõ obijcit lõgi temporis præscriptio. Cõuenitur igitur vxor directa petitione hæreditatis, quia facta restitutione dotis nõ videtur acquirere nouũ titulũ, sed potius remanere in terminis, in quibus erat, antequã hæreditatẽ alienã traderet marito: & ita Ang. ibi ad fi. Ias. d. §. in dotẽ. post prin. & ibi Zas. n. 4 ergo saluatio de qua suprà manifestè corruit. Nec ꝓ ea facit d. l. Põponius. §. in dotẽ, quia hec loquitur, quãdo mulier rẽ alienã datã in dotẽ, possidebat sciẽter, & eũ mala fide: nã hæc in dubio nõ præsumũtur. l. pen. C. de euictio. Intelligi ergo debet, quãdo possideat cũ bona fide, vt expressè notauit Zas. d. §. in dotẽ. n. 2. & maritus etiã cũ bona fide eãdẽ rẽ accipit in his enim terminis, cũ vtraq; possessio sit iusta, & nõ vitiosa, potest vna alteri accedere. Quẽadmodũ enim certũ est, possessionẽ authoris bonæ fidei, accedere & prodesse successori particulari bonæ fidei: pariter & possessio successoris, in quẽ res trãslata est, accedet, & prodest authori, si rescisso titulo, res reuertat ad prædictũ authorẽ: d. l. Põponius. §. præterea. & l. si hominẽ. 19. ff. de vsucap. Cæterũ si mulier dãs rẽ alienã in dotẽ, malã fide possidebat, & sic vitiosè, nõ potest ei prodesse possessio mariti bonæ fidei possessoris, iuxta regulã d. l. Põponius. §. fi. in fin. ff. de acq. poss. Illud igit tãtũ admitti porterit, quãdo maritus bonæ fidei possessor, nõ solũ inchoauit præscriptionẽ, sed etiã illã perficit cõstãte matrimonio: nã hæc perfecta præscriptio proderit vxori etiã habẽti malã fidẽ. Et est ratio, quia maritus præscribens, non censetur præscribere ad propriam vtilitatem, sed potius ad vtilitatem mulieris. l. si alienam. 13. in prin. ff. de donatio. causa mortis. l. indebiti. §.

sed



sed etsi nũmi. §. de cond. indeb. & in specie colligitur ex l. Proculus. 68. §. de iure dotiũ. & tradit Paul. hîc n. 4. † Ratio colli
3 gitur ex l. qui alienam rem. 33. ff. de donatio. causa mortis. vnde in his terminis bona fides mariti multũ ꝓderit vxori, etiã malã fidẽ habenti, vt tradũt Bar. & Alex. n. 5. d. §. in dotem. quidquid ibi in uoluat Zas. ad fin. Addit tñ Alex. suprà relatus, q licet isto iure ff. maritus posset præscribere rem alienam sibi datam in dotẽ lõgo tẽpore, ꝓpter suã bonã fidẽ, quia isto iure mala fides authoris nõ nocebat particulari successori. l. an vitiũ. 5. ff. de diuersis & temp. præscript. l. quare. 38. ff. de vsucap. l. 1. C. de præscrip. longi temporis. tamen hodie nocet, dũmodo dñs rei ignoret factam esse prædictã alienationem. auth. malæ fidei. C. de præscriptio. lõgi tẽporis. Sed vltra Alex. addendũ est, quod non obstãte mala fide vxoris, bona fides mariti, etiam hodie proderit vxori, quoad fructus acquirendos ꝓ rata anni, iuxta istum tex. nã d. auth. malę fidei. tantũ locũ habet, quãdo possessor bonæ fidei prætendit præscribere dominium rei; extra verò prædictũ casũ, mala fides authoris nihil nocet particulari successori, atq; pinde bonæ fidei possessor faciet hodie fructus suos, nõ obstãte mala fide authoris: prout & illos facit suos, nõ obstãte vitio reali rei, quod impedit, illã posse præscribi, vt probat l. bonæ fidei. 48. ver. pen. in fin. ff. de acq. rer. domi. notat gl. l. vitia. C. de acq poss. Ergo pari ratione, licet bonæ fidei possessor nõ posit rẽ præscribere lõgo tẽpore, propter malã fidẽ authoris, nihilominus faciet fructus suos: prout & errãs in iure nõ præscribit. l. nũquã. in prin. ff. de vsucap. & tñ facit fructus suos. l. sed etsi lege. §. scire. §. de petit. hæred. & ita in specie Ang. Aret. §. sed ista. nu. 12. ad fin. Inst. de actio. & §. furtiuæ. ad fin. Inst. de vsucap. quod est valde notandũ ad interpretationẽ huius tex. His ita explicatis, iã ex isto tex. colligẽda est principalis cõclusio, quòd maritus nõ potest

obijcere vxori repetẽti dotẽ exceptionẽ quòd illa res pertineat ad dominium alterius. Sed in cõtrariũ videt vrgere regula l. fi. C. de rei vẽd. vbi probatur, quòd etiã si possessor nullã habeat iustã causã possidẽdi rẽ, sed tãtũ diffiteat, rẽ esse vẽdicãtis audiẽdus est; imò absoluet, nisi actor probauerit illam rem, quam petit, suam esse: ergo à fortiori audiendus est, quando nõ solum allegauerit rem non esse petentis, sed dixerit, esse in dominio alterius: qd in specie videtur probare tex. l. cum seruum. 6. iuncta gl. verb. opponit. C. de seruis fugiti. Neq; effugies difficultatem, si respondeas, maritum in casu huius text. habuisse causam ab vxore & ideò aduersus eam excipere non posse de dominio alieno: nam replicabitur, regulam d. l. fin. C. de rei vend. † etiam in his terminis lo-
4 cum obtinere: vt colligitur ex doctrina Bar. l. legata inutiliter. n. 2. ff. de adimend. legatis. dum tenet, quòd si ecclesia cõcedat rem in emphyteusim alicui, & posteà ab eo rẽ illã vẽdicet tãquã suã, absoluet cõuẽtus, nisi ecclesia probet, rẽ illã suã esse: quia per solũ titulũ cõcessionis in emphyteusim, nõ probatur sufficiẽter dominiũ ecclesiæ: quia & res aliena potuit dari in emphyteusim, vt probat l. ad probationẽ. 23. C. de locato. & c. inter dilectos. ad fin. de fide instru. & Bar. subscribit Alex. hîc nu. 3. ad mediũ. & asserit receptũ idẽ Alex. cons. 43 n. 8. lib. 4. Ias. l. 2. nu. 178. C. de iure emphy. Rui. cõs. 161. n. 17 li. 1. Ergo ex mẽte prædictorũ cõlligitur, locũ esse regulæ. d. l. fi. C. de rei vend. etiã quando reus habet causã ab eo, qui rẽ vendicat. Sed pro resolutione recurrẽdũ est ad doctrinam glo. l. ita vt si fur. 16. §. cõmodati. quòd aut quis tenetur rẽ restituere ratione cõtractus; ac ita actione ex contractu cõuenitur ad rẽ restituẽdã: & tũc nõ potest reus excipere de dominio alieno: tex hîc. & l. cõmodare. 15. §. commodati. aut quis nõ cõuenitur actione ex cõtractu ad rẽ restituendam, sed actor tanquam dñs rei ab eo illã vẽdicat: & tunc potest obij

ci de dominio alieno: & in his terminis procedunt suprà adducta in contrariũ. Quam resolutionem probauit etiam gl. 2.hîc.gl.l.neq; creditores.verb. dñm. C. de pig.actio.gl.2.l.si quis cõductionis.25. C.de locat.& ꝓbat Bar.hîc nu.1. &.2.& alij cõmuniter vt asserit Alex.n.3. & cõs. 12.n.4.lib.4.Costalius l. cõmmodare. §. cõmodati. Tessaurus decis.Pedamõt.4. n.1.Ratio huius distinctionis inde procedit, quòd primo casu, quando quis agit actione ex cõtractu, vt res sibi restituat, exceptio quòd res sit aliena, non concludit, agẽti nõ cõpetere actionẽ ex cõtractu: nã cõtractus regulariter celebratus, etiã super re aliena, mero iure valet.l.rem alienam.28.§.de cõtrah.emptio.& sic tãquam ex contractu valido orietur actio, qua cogatur reus restituere rem, & exceptio dominij alieni nõ admittetur, quia cũ probata nõ cõcludat, actionẽ ex cõtractu nõ cõpetere ad rẽ restituẽdam, succedit regula, quòd exceptio, quæ ꝓbata nõ
5 releuat, nõ est admittẽda. ¶ l.ad probationẽ dominij.21.C.de probatio.&.c.cũ eõ tingat.ad finẽ.de offi.deleg.Cæterũ quãdo agitur reiuẽdicatione aduersus possessorẽ, etiã causã habẽtem ab actore, actor prætẽdit se esse dñm rei, & pro tali postulat declarari. l. ex diuerso. §. 1.§. de reiuẽd.Vnde vt obtineat, oportet probare, se dñm esse.l.vnica.C.de alienat.iudicij. c.examinata de iudic. & cõsequẽter exceptio, quòd res sit aliena, probata concludit, eã actionẽ vẽdicãti nõ cõpetere: quia si alius est dñs, agẽs eiusdẽ rei dominiũ habere nõ potest.l.si vt certo.§.fi.§.cõmodati. Prædicta igit̃ exceptio in effectu cõcludẽs, actorẽ sine actione agere, neq; per eã posse obtinere id, quod petit, meritò admittitur.l.si pupilli.§. fin.§.de neg. gest.l.vbi pactũ.cũ ibi notatis.C.de transact. Quã rationẽ differẽtiæ inter prædictos casus præsẽtit Bar.hîc n.1.&.2.dũ dicit, quòd si exceptio perimit ius agẽtis, id est, ꝓbata cõcludit, actionẽ intẽtatã agẽti nõ cõpetere, est admittẽda, aliàs secus: & ita etiam Bar.l.cõmodare.n.2.§. cõmodati.&.l.2.n.1.j.de excep.rei iudic. & ibi Soc.n.6.Ex qua cõmuni resolutione duæ in hac materia colligũtur notabiles conclusiones. Prima est, q; si ille qui à me causam habet, cõueniatur per me per actionem ex contractu, non potest mihi opponere de dominio tertij. Secunda est, q; si cõueniatur per reiuẽdicationẽ, tunc mihi opponere potest de dominio alieno: de vtraq; cõclusionẽ sigillatim videbimus. Prima igitur cõclusio bene deducitur ex isto tex. &.l.cõmodare. 15. cũ l. seq. §. cõmodati.l.si pignore.22.§.si prædo.§. de pig.actio.l.1.§.si prædo.§. depositi. & eã ꝓponit Alcia.l.bona fides ver.incurrit.n.4.§. depositi. Ratio huius cõclusionis suprà assignata fuit, & ex ea infertur, tex. istũ ꝓcedere, etiãsi notoriũ sit, rẽ dotalẽ non esse mulieris, vel quia illa id fatetur, vel quia maritus in cõtinẽti paratus est id ostẽdere: adhuc enim militat ratio suprà assignata, vt hîc aduertit Paul. post princ. Habet tñ hæc prima cõclusio tres notabiles limitationes. Prima est, vt non ꝓcedat in cõtractibus, de quorũ substãtia est dominij trãslatio: nã cũ tũc oporteat cõtrahẽtẽ esse dñm, quia aliàs nõ potest trãsferre in accipiẽtẽ dominiũ, qd nõ habet.c.quòd autẽ.de iure patrona.agẽti actione ex eo cõtractu, obstabit exceptio de dominio alieno, quia probata cõcludit, prædictã actionẽ ex cõtractu ei nõ cõpetere: & sic incipit militare eadẽ ratio, quã suprà assignauimus in reiuẽdicatione. Exẽplũ huius limitationis erit in mu
6 tuo, † de cuius substãtia est dominij trãslatio, id est, quod de tuo fiat meũ.l.2.§. appellata.§. si cer.pet.vbi Dec.vlt.lect.n.7. rationẽ reddit: si ergo mutuãs agat certi cõdictione ex mutuo, admittet̃ exceptio de dominio tertij: quia ea cõcludit, mutuũ nõ valuisse, & cõsequẽter ex eo certi cõdictionẽ agẽti nõ cõpetere: & ita colligit̃ ex l.nã & si fur.13.§.si cer.pet.& tradũt Bar.hîc n.2.Pau.n.4. Alex.n.4. tradit idẽ Bar.l.cõmodare.n.2.& ibi Costal.ad finẽ §.commodati.& receptam esse sẽtẽtiam asserit Alcia.d.l.nam & si fur.n.5. & l.bona fides.ver.incurrit.n.4.§.depositi. Duaren.hîc.col.2. Addẽdo tamẽ, quòd licet reiuendicatio, & actio personalis ex mutuo æquiparẽtur quoad effectũ de quo suprà: tñ in alio maximè differũt: nã agẽti reiuẽdicatione, etiã aduersus eũ, qui ab illo causã habet, incũbet onus ꝓbãdi dominiũ, aliàs succũbet, iuxta generalẽ regulã.l.fin.C. de rei vẽd. & est expressũ. l. neq; creditores.C. de pig.actio.& tñ agẽti certi cõdictione ex mutuo, nõ incũbit onus probãdi, se fuisse dominum rei mutuatæ, sed reo excipiẽti, illũ nõ fuisse dominũ, hoc onus incũbet.Bar.hîc n.2.allegat glo.l.1.verb.præstitutũ. C. de rerum permutatio.quæ sẽtit, q; licet ad substantiã permutationis requirat̃ dominij trãslatio ab vtrãque parte.l.1.§. de rerũ permutat.tñ quãdiu res nõ euincit̃, pro valida reputat̃ permutatio; quasi præsumat̃ res esse permutantis, donec constet de cõtrario: & hãc Bar. doctrinã ꝓbãt Paul. hîc n.4.Alex.n.4.Duaren.col.2.qd & tradit Bar.l.nam & si fur.nu.3.§.si certũ pet. vbi Alcia.n.5.asserit receptum. Ratio differẽtiæ est, quia agẽs reiuendicatione, agit aduersus habẽtẽ causã ab eo, tanquã aduersus quẽlibet possessorẽ.l. de eo.12. §.fin.§.ad exhibẽd.vnde in eo locum habet regula.l.2.§. de probatio. Sed quando agit̃ actione ex mutuo aduersus mutuũm accipientem, non agitur tãquam aduersus quẽlibet possessorẽ, sed tanquã aduersus illũ, qui à me causã habet, quia scilicet ei mutuaui. Cũ igit̃ ego tanquã dñs mutuauerim, & ille tãquã à tali acceperit, resultat quædã tacita cõfessio accipiẽtis, me dominum esse rei mutuatæ: quæ tacita confessio ei præiudicabit, donec doceat contrarium.l.Publia §.fin.§. de-
7 positi. † & in materia sentit Bar.l. cũm falsa.num.8.C.de iuris & facti ignorant. Cõtrariam nihilominus sentẽtiam, imò mutuanti incumbere onus probandi, se fuisse dominum rei mutuatæ, si id negetur, tenet Cyn.l.2.C.si certum pet.cuius opinionem defendit Iason.l.si à furioso. numero.7.§.si certum pet. & pro indubitato præsupponit Zasi.hîc num.5. Adducitur pro hac sententia.l.non vnde.7.C.si certum pet.& quia repetens mutuũ, necessariò in libello debet facere articulũ, quòd erat dominus rei mutuatæ, quia aliàs libellus non concluderet, illi competere actionem ex mutuo.l.2.§.appellata. §.si certum pet.Faber §.sequẽs.nume.16. & ibi Iason num.11.Insti.de actio. Succedit igitur regula, quòd actor tenetur probare qualitates in libello expressas.l. 1.§.item quæ situm. & ibi Bart.j. de aqua quotid.& æstiua.latè Hippol.in practic. criminali.§. quoniã.à n.52. Sed his non obstãtibus, nõ est recedẽdũ à magis recepta sẽtẽtia per suprà tradita. Neq; obstãt cõtraria, nã ad primũ de l. nõ vnde. C. si cer.pet.respõdet̃, imò tex. illũ ꝓbare cõmunẽ opinionẽ, secũdũ intellectũ gl.fin. ibi, scilicet nõ esse quærẽdum, vnde mutuãs habuerit pecuniã mutuatã, sed tãtũ illud debet quæri, vtrũ illã mutuauerit tãquã suã, id est, suo nomine, aut tãquã alienã, id est, nomine alieno: nã si suo nomine mutuauerit, mero iure ei cõpetet actio ex mutuo, quia scilicet præsumit̃ pecuniã fuisse suã, donec cõtrariũ ꝓbet̃: si verò mutuauerit nomine alieno, quæret̃ actio illi, cuius nomine fuit mutuata pecunia.l.certi cõdictio.§.si numos.§.si cer. pet.l.si absẽtis.C.eo.tit.& explicat Duar. hîc col.2.Nõ obstat secũda ratio, quia respõdet̃, quod cũ mutuãs dederit tanquã dñs, & accipiens tanquã à tali acceperit, resultat tacita quædam cõfessio ex parte accipiẽtis, quæ ei præiudicabit, donec doceat cõtrariũ.l.Publia.§.fin.§.depositi.& suprà diximus: & in specie sentit Bar.d.l. nam & si fur.n.3.Alex.hîc n.4.Deci.d.l. si à furioso. ad finem. §. si certum petat. Quanuis igitur quis teneatur probare qualitates expressas in libello: tamen sufficiet, eas præsumptiuè probare.l.pen.cũ glo.C.de peric.tutor.Salicet.l.cũ virum.

post prin.C.de fideicom. & in specie ad-
8 uertit Iason d.l.si à furioso.in fine. Facit
quod tradit Speculator tit. de primo &
secundo decreto.§.restat.n.3.quòd licet
quis astrinxerit se ad probãdũ dominiũ,
tamen satis erit,si illud præsumptiuè pro
bet: subscribit Bald.l.1.in fine.s.famil er-
cisc.Et aduertes, controuertiam de qua
suprà,tunc propriè procedere,quãdo res
mutuata adhuc extat,&repetitur:nam si
fuerit consumpta,non solũ non admitte
tur exceptio, quòd pecunia erat aliena,
sed etiamsi per confessionem mutuantis
de hoc constet, non potest accipiens se
liberare ab illius restitutione: nã mutuũ
pecuniæ alienæ, quod à principio nõ va
luit,per consumptionem reconciliatur,
& pro eo incipit competere vtilis actio
ex mutuo.l.rogasti.11.§.fin.& l.nam etsi
fur.13.s.si certum petat.l.Cassius.17.j.de
solutio.& ita Paul.hic num.4.Alciat. d.l.
nam & si fur.nume.5.Duaren.hic col.2.
Rationem reddit Bal.l.2.§.appellata.col.
2.& ibi Purp.num.14.s.si certum pet.Se-
cundò principaliter limita prędictampri
mam conclusionem,vt licet maritusvxo
ri repetenti dotem, non posit obijcere
de dominio tertij:ipse tamen tertius ve-
rus dns cõparere potest, & allegãdo pro
prium dominium,impediet ne res sua re
stituatur mulieri:& ita gloss.fina.hic alle
gat.l.bona fides.versic.incurrit.s. depos
ti.vbi si dominus,& prædo,qui deposuit,
concurrant ad petendam rem depositã,
debet preferri dominus:subscribunt Bar
tol.hic num.5.Paul.numero fin. & Dua
ren. ad finem. & asserit receptum Zasi.
hic numer.15.Quod procedet, etiamsi
mulier fuisset spoliata per maritum,& tã
quam talis peteret possessionem sibi an-
te omnia restitui:nam si tertius eandem
rem vendicet tãquam suam, interim est
impedienda restitutio,donec tertius au
diatur super iure suo:nam regula quæ di
ctat, spoliatum posse suspendere petito-
rium per aduersarium intentatum, intel
ligitur,quando petitorium fuit proposi-
tum per ipsum spoliatorem, tunc enim
in eius odium permittitur prædicta su-
spensio. Clem. vnica de causa possessio.
sed quando tertius,qui nõ spoliauit,pro-
ponit petitorium,non potest illud suspẽ-
di per spoliatum,quia odium, siue pœna
tãtũ authores suos debet tenere l. sanci-
mus.C.de pœnis.& ita in specie glo. fin.
c.in literis.de restit.spoliato.& ibi Panor.
num.7.& nume.33.Marant.in practica.
pag.156.num.39.Menoch.alios referẽs,
de recup.possessio.1.remedio.num.372.
Nam & titulus. j. nihil nouari appel-
latione pendente. non comprehẽdit ter
tium aliquid innouantem pendente ap-
9 pellatione.†gloss.2.l.creditor.60.in prin.
s.mandati.notab.Couar.practica.quæst.
cap.24.nu.4.Vnde & in terminis l.si quis
conductionis.C.de locato.quãuis dene-
gans rei locatæ restitutionem, videatur
spoliare locatorem sua possessione.l. fin.
j.de precario.& hac ratione locatori con
cedatur remedium restitutorium prædi
ctæ legis:tamẽ si compareat tertius, qui
prætendat,rem illam esse suam, & petat
locatori non restitui,audiẽdus est,& im-
pedienda est restitutio, donec is tertius
doceat de iure suo,& ita Barto.d.l.si quis
conductionis.col.fina.& ibi Salicet. nu-
mer.3.Contrarium tamen tenet Alciat.
d.l.bona fides.vers.incurrit.num.3.con-
cludens,quòd si locator obtineat ius pos
sessionis,vt quia deposuerit, commoda-
uerit, vel etiam concesserit precario, &
ob id possessorio experiatur aduersus de-
negantem rei restitutionem, non est re-
tardanda huius possessorij iudicij execu-
tio,propterea quod tertius prętendat, se
esse verum illius rei dominũ; cum satis
sit huic tertio sua iura salua esse aduersus
illum,qui in iudicio restitutorio obtinue
rit:allegat Innoc.c.veniens.1.ad mediũ.
& ibi Ant.numero.13.ad finem.de spon
salib.quòd si ex restitutione faciẽda spo-
liato, inferretur aliquod considerabile
præiudicium illi tertio,tunc cõcedit im-
pediendam esse restitutionem,iuxta tra-
ditionem



ditionem gloss.fina.c.in literis. de restit.
spoliato.Quam Alciat.resolutionem vi-
detur probasse Ord.libr.4.tit.59.§. fina.
Pro concordia dicendum est,quòd licet
spoliator non audiatur,si opponat aduer
sus spoliatum de dominio,etiam in con-
tinẽti probãdo, vt aduersus glos.resoluit
Paul.l.si de vi.num.15.& ibi Iacob.num.
17.s.de iudic.Dec.l.in condemnatione.
§.dolo.j.de reg.iuris.Ripa l. naturaliter.
§.nihil commune.num.52.j.de acquirẽ.
possessio.tamen si tertius vendicet rem,
tanquam illius dominus, impediẽda est
restitutio spoliati, dũmodò dominium
in continenti probare velit, vt colligitur
ex Innoc.c.veniẽs.1.ad medium.de spõ-
salib.dum allegat. c. literas.ad finem.de
restit.spoliato.Et probatur ratione, quia
in omnibus casibus,in quibus ius permit
tit exceptionem dominij obstare spolia-
to, exigitur,quòd illa in continenti pro-
betur,aliàs tanquam opposita ad differẽ
dam restitutionem spoliati, non admitti
tur:argumen.l.2.C.ad l.Cornel.de falsis,
& ita Panormit.c.in literis.num.30.& ibi
Beroius numer.101.de restitutio.spolia-
tor.Et ad hunc modum debet declarari
Ord.lib.4.tit.59.§.fina.dum dicit,rẽ esse
restituẽdam illi,qui locauit,vel commo-
dauit rem,non obstãte,quòd tertius op-
ponat,illam rem esse suam: nam debet
limitari, nisi tertius in continenti velit
probare suum dominium, quia tunc in
prædictis casibus interim impedietur rei
restitutio:arg.l.si is à quo.j.vt in possessio
10 legato.†Boeri.decisio.79.numero.1.tra-
dit in simili Panormit.c.super eo.in fine.
de offic. deleg. Bartol.l. 4.§. condem-
natum.num.3.j.de re iudicat.& ibi Ripa
numero.11.& exornat Menoch.de recu
per.possessio.1.remedio.à numero.240.
Et confirmantur suprà tradita,quia ideò
spoliatus ante omnia restituẽdus est, nõ
obstante exceptione dominij spoliato-
ris,etiam in continenti probandi, quia
contra iuris prohibitionem dixit sibi ius
propria authoritate:vnde in odiũ,& pœ-
nam huius culpę,indistinctè ei denegat
audientia.Panormit.c.1.numer.5.de re-
stit. spoliator. Corrasi.d.l. naturaliter. §.
nihil commune.numero.70. Quæ ratio
cessat in tertio rem vendicante: & ideò
audiendus est,si dominium incontinen-
ti velit probare,aliàs sequenda est resolu
tio Alcia.suprà relata. Quãdo autem do
minium dicatur in continenti probari,
iure non inuenitur expressum, & ideò re
linquendum est iudicis arbitrio,iuxta re
gulam.l.1.j.de iure deliber. & ita sentit
glo.d.l.si is à quo.Innocen.c. veniens. 2.
post principium.de testib.& notab.Me-
noch.de recup.possessio.1.remedio.à n.
259. Ex quibus colligitur elegans inter-
pretatio ad d.l.bona fides. vers. incurrit.
s.depositi.dum probat,indistinctè impe
diri restitutionem depositi,propterea q;
tertius dicit se esse dominum rei deposi-
tæ:nam debet intelligi, quãdo cõstabat,
deponentem esse prædonem,& tertium
esse dominum rei depositæ: nam in his
terminis videtur loqui text.ille, vt ibi no
tat Fulg.num.4.Si igitur impeditur resti
tutio, quando tertius in continenti vult
probare dominium, vt suprà diximus, à
fortiori impedietur, quãdo de dominio
agentis iam constat: quia notoria nõ in-
digent probatione:glos.Clement.appel
lãti.de appellatio. Potest etiã dici,quòd
in specie d.l.bona fides.vers.incurrit.de-
ponens repetebat depositum, intentata
actione ex contractu, & sic vsus fuerat
petitorio iudicio:vnde cum tunc cesset
fauor iudicij possessorij, audiet indistin-
ctè tertius opponens de suo dominio, &
ordinariè de eo agi debet. Gratus consil.
90.in fine.libr.1.& qui prius docuerit de
iure suo, obtinebit rei restitutionem sibi
fieri: præstita cautione de defendendo
victo,iuxta l.penul.s.de petitio.hæredit.
& l.si is à quo.s.de rei vend.sentit Bar.l.
nam & si fur.num.3.s.si certum pet.Boe-
ri.decisio.79.num.2.Et ita prædictos ca-
sus in simili distinguit Innocẽ.c.veniẽs.1.
ad medium.& ibi Anton.numer.13.de
sponsa.

11 sponsal. †Quare in terminis huius tex. cũ mulier proposita actione dotis, & sic intento iudicio petitorio, dotem repetat, tertius opponens de proprio dominio, indistinctè audietur, etiamsi non offerat probationem sui dominij incontinenti, iuxta suprà tradita. Adde & faciliorẽ modum, quo tertius possit impedire, ne res dotalis restituatur mulieri, quam suam esse ipse prætendit, scilicet, vt impetret mãdatum iudicis directum ad eum, qui rẽ detinet, ne eam alteri restituat: antequã is de iure suo doceat. l. fin. & ibi Bar. §. de lege commissor. tradit Bart. l. nõ solũ. §. morte. numer. 35. ʃ. de noui operis. receptus, vt ibi asserit Iason. nume. 29. Quod procedit, etiamsi in prædicta inhibitione nulla exprimatur causa; quia ea semper præsumitur in iudice aliquid iubente. c. sicut. de re iudicat. c. in præsentia. de renuntiatio. & ita Feli. c. cum M. nume. 41. de consti. Sed verius est, in prædicta inhibitione causam iustam esse exprimendã: nam in dubio in hac materia non præsumetur, iuxta not. l. si donationẽ. C. de collatio. Licet verũ sit, quòd causæ expressæ non sit facienda fides, quantumcumque pars id petat: vt sentit Bar. d. §. morte. nu. 35. & ibi expendit Hermanot. Detus. numero. 103. & colligitur ex Alexand. l. hęres cum debuerat. nume. 5. ʃ. ad Treb. Si autem sine mandato iudicis, pars sua authoritate faciat protestationẽ possessori, ne rem illam restituat, quia sua est, huiusmodi protestatio nihil operabitur: imò illam faciens venit puniẽdus, auth. sed iam cautũ. C. depositi. vbi text. pbat, quòd si aliquis tertius protestetur, & notificet depositario, ne rem restituat depositam, vel protestatur conductori, ne soluat pensionem domus locatori; non obstante prædicta protestatione, depositarius tenetur rem restituere deponenti. & conductor tenetur soluere pensionem locatori; & protestans, siue denuntians incurrit pœnas ibi expressas. Multũ ergo interest, prædictam inhibitionẽ, siue protestationem, fieri propria authoritate, vel mandato iudicis: vt constat ex suprà traditis, & tradit gloss. 2. d. auth. sed iam cautum. gloss. l. bona fides. verb. mihi. §. depositi. gl. auth. de deposito. verb. extrinsecus. coll. 6. Et vltra alios, vt fũdamentaliùs intelligas, quid nouè inductũ
12 fuerit per d. auth. sed iam cautum. debes aduertere, †quòd si quis extra iudicium protestetur alicui, ne quid soluat, vel faciat, tenetur hanc protestationem facere ex iusta causa. Item de eadẽ causa fidẽ facere; aliàs enim ille, cui fit protestatio, impunè potest illi non credere, neq; curare de protestatione. l. 2. ʃ. quod falso tutor. autho. Si verò de illa iusta causa fidẽ faciat per publicum instrumentum, nõ debet soluere ille, cui facta fuit protestatio. l. nomen. C. quæ res pigno. & est doctrina Bart. l. non solũ. §. morte. num. 35. ʃ. de noui oper. nuntiat. communiter recepti, vt ibi asserit Iason numer. 28. Alciat. l. detestatio. nu. 72. ʃ. de verborum significatione. Sitamẽ ille, cui facienda est solutio, vult cogere debitorem, quòd non obstante protestatione sibi soluat, debet offerre cautionẽ de defendendo eo, ab illo, qui prædictam protestationẽ fecit: nam tunc cogetur debitor illi soluere: prout tenebatur, si nulla sibi facta esset protestatio: argumen. l. penul. §. de petitio. hæred. Bar. l. nam & si fur numer. 3. §. si certum petat. Alexand. l. hæres cũ debuerat. numero. 4. & ibi Vincent. col. fina. ʃ. ad Trebellian. Felin. c. cum M. numero. 42. de consti. Igitur d. authẽ. sed iã cautũ. in deposito illud nouè induxit, vt depositarius, vel colonus teneantur reddere depositum, & cõductori soluere pẽsionem, non obstante protestatione sibi facta per tertium, ex iusta causa, siue de iusta causa fidem non fecerit, siue etiam fecerit: nam fauore depositi, & locationis, debet debitor prædictam restitutionem, & solutionem facere, etiam nulla præstita cautione de defendendo debitore aduersus protestãtem: & ita glo. fin. l. pen.



l. pen. C. depositi. gloss. auth. de deposito. verb. defẽsiones. colla. 6. Alex. d. l. hæres cum debuerat. num. 4. Iason d. §. morte. num. 28. vers. secundò limita. Ripa. c. cũ M. numero. 158. de constit. Vnde videt inferri, quòd cũ d. auth. sed iam cautum. contineat casum specialem aduersus regulas iuris ordinarias, nõ extendetur extra casus, in quibus loquitur, iuxta regulã l. q; vero. & l. ius speciale. §. de legib. & ita Alciat. d. l. bona fides. vers. incurrit. n. 1. §. depositi. & est de mente Cuman. consil. 141. ad finem. & Ancharr. cons. 192. numero. 1. Sed tamẽ verius est, quòd habebit locum in casibus similibus, & in quibus per omnia militauerit eadem ratio. Vnde quod in d. auth. deciditur in deposito, etiam recipietur in dote: & sic si tertius solẽniter denuntiet marito extra iudicium, ne restituat dotem mulieri, nõ obstante prædicta protestatione, tenebitur dotem restituere, etiamsi mulier nullam præstet cautionem de defendendo illum à protestante: Paul. hîc numero. 6.
15 †Namfauorabilior est causa dotis, quàm depositi: & ideò quòd in d. auth. deciditur fauore depositi, à fortiori recipiendũ est fauore dotis. Zasi. hîc num. 15. & est de mente Bart. hîc ad finẽ. Et facit, quia depositum propter vtiles impensas retineri potest: gloss. l. penul. verb. exceptionem. C. depositi. & gl. l. si plures. 14. verb. rem. §. depositi. & subscribunt Corn. consil. 61. num. 27. post princ. lib. 3. Soc. consil. 143. nu. 14. post princ. libr. 1. & notab. Paul. l. pen. num. 5. C. depositi. post Bald. ibi num. 5. quidquid ibi contradicant Iacob. de Aren. & Butrica. & tñ certum est, dotẽ propter vtiles impẽsas retineri non posse. l. vnic. §. taceat. C. de rei vxo. actio. Similiter & quod d. auth. sed iã cautum. probat in locatione, idem recipietur in commodato, quia eadẽ militat ratio: & ita Cyn. d. auth. sed iam cautum. in fin. notab. declarans, cum quo ibi transit Fulgosi. ad finẽ. & probat Ord. lib. 4. tit. 59. § fina. Neque obstat regula l. quod verò. & l. ius speciale. §. de legib. quia verũ est, ex similitudine rationis nõ extẽdi iura exorbitantia: sed quando ratio eadẽ per omnia militat, tunc ea ratio comprehendit sub se omnes casus, quibus illa adapcari potest: Ripa l. si constante. n. 93. ʃ. eo. Sed quæstionis est, vtrũ decisio d. auth. etiam locũ habeat, quãdo illa protestatio facta fuit mandato iudicis? Et Ias. l. si fideiussor. §. fin. n. 16. §. qui satisd. cogant. & Ripa ca. cum M. n. 158. de consti. existimant; etiã hoc casu ei locũ esse. Et facit, p illis, quia aliàs d. auth. nullũ speciale cõtineret, cũ certũ sit, propter protestationem extraiudicialẽ nõ impẽdiri rei restitutionem, vel solutionẽ: quia cui fit protestatio, nõ tenetur illi credere. l. 2. §. quod falso tuto. autho. & l. pen. ʃ. de vsucap. p emptore. Facit etiã quia per l. pen. C. depositi. cõstitutũ fuerat, ne restitutio depositi impediretur prætextu compensationis oppositæ, etiã in iudicio: ergo à fortiori nõ erat impediẽda propter protestationem extraiudicialẽ alicuius tertij. Vt ergo d. auth. sed iã cautũ. aliquid noui inducat, videtur intelligenda, etiam quando illa inhibitio facta fuit authoritate iudicis. Sed his non obstantibus, verius est, d. authen. nõ procedere in inhibitione facta per iudicẽ, vel eius mandato: hæc enim sẽper impedit solutionẽ fieri. l. fina. & ibi Bar. §. de lege cõmissoria, & est de mente glo. auth. de depositõ. verb. extrinsecus. col. 6. Rom. cons. 141. ad finẽ. Neque obstant adducta in contrariũ: nã ad primã rationẽ respõdetur per tradita suprã, vbi ostẽdimus, quid noui induxerit d. auth.
14 circa protestationẽ extraiudicialẽ. †Nec etiã obstat l. pen. C. depositi. quia procedit, quãdo ipse depositarius opponit exceptionẽ compẽsationis, & eo prætextu vult impedire depositi restitutionẽ: nos autem loquimur, quãdo exceptio opponitur per tertiũ. Illud vtiq; certũ est, iudicẽ non debere facere huiusmodi inhibitionẽ, nisi ex magna & iusta causa: vtpotè, quia agebatur de re mobili, & deponens

nens erat suspectus: tunc enim iudex inhibebit, ne interim restituat deponẽti, donec tertio se oponẽti cõsultũ sit, si docuerit de iure suo: arg. l. si fideiussor. §. fina. ff. qui satisd. cog. tenet gl. aut hẽ. de deposito. verb. extrinsecus. coll. 6. & probat Ordin. lib. 4. tit. 59. Quidquid nec hanc esse iustam causam faciẽdi prędictã inhibitionem, sentiat Iason d. l. si fideiussor. §. fi. n. 16. Ripa c. cum M. n. 158. ad finẽ. de cõsti. Cõtra quos resoluendum est, quòd etiamsi iudex faciat inhibitionẽ ex causa minus iusta, omnino obseruanda sit, nisi pars beneficio appellationis eã tollẽdã curet, per ea quæ tradit Felin. d. c. cũ M. n. 41. Quinimo si notorium ius sit inhibẽtis, etiã extra iudiciũ, eius protestationi parendum est, quia notoriũ habet vim sẽtentiæ iudicialis. l. emptorem. in princ. ff. de actio. empti. & ita in specie Fulg. l. bona fides. n. 4. ff. depositi. In quibus terminis admitti poterit id, quod in materia tradit Connan. libro. 7. commentario. c. 4. n. 12. ad finem. quòd d. auth. sed iã cautũ, nõ procedit, quando verus dominus obnuntiat, ne depositũ reddatur deponenti, neq; enim tunc deponenti restitutio facienda est, sed potius debet res sequestrari: id enim procedit, quando de dominio obnuntiantis constat, vel illud sit notorium, iuxta suprà tradita. Sed adhuc ad perfectam explicationem huius articuli, illud videndum est, si tertius se opponat, postquam vxor obtinuit sentẽtiam aduersus maritum, vt dos sibi restitueretur, debeat tunc impediri dotis restitutio? Et Bar. hic n. 5. concludit, hoc casu non esse impediendam executionem sententiæ iam latæ, sed cogendum esse maritum rem dotalem vxori restituere, præstita cautione per eam de defendendo maritum aduersus illum tertium: allegat l. si is à quo. 57. ff. de rei vend. & l. pen. ad finẽ. ff. de petitio. hæred. vbi Bar. declarat, quid vtilitatis afferat prædicta cautio, & post eum Felin. c. veniens. 2. n. 8. de testib. Vinc. l. à diuo Pio. §. si super rebus. n. 35. ff. de re iudic. Et expende, Bar. dum requirit sẽtẽtiam, apertè sentire, q̃ si tertius se opponat ante latã sentẽtiã, tunc impe
15 dienda est dotis restitutio, donec de eius iure doceat: quod expressit Zasi. hic n. 15. Cæterũ Cast. n. 6. & Alex. n. 10. id tãtũ admittũt, quãdo tertius priùs docuit de iure suo, quã vxor, vel saltẽ eodẽ tẽpore; aliàs eã nõ est impediẽda sẽtẽtia ferẽda pro vxore, & cõsequẽter neq; illius executio, iuxta decisionẽ d. l. si is à quo. & l. pen. ff. de petit. hære. Sed circa hæc DD. dicta, in primis est aduertẽdũ, quòd dum Bart. sentit, quod dum tertius se opponit post latã sẽtẽtiã, nõ debet fieri executio sẽtẽtiæ, nisi victo præstetur cautio de eo defendendo aduersus tertium, iuxta d. l. si is à quo quòd id latè comprobat Alex. hic n. 10. & idem sentit Bart. l. à diuo Pio. §. si super. n. 3. ff. de re iudicat. & ibi Vinc. n. 33. & alij, quos refert Dueñas reg. 274. in prin. & Octauia. decisio. Pedamonta. 37. n. 4. tamen verius est cõtrarium, imò faciendam esse executionem sententiæ, absque eo quòd præstetur aliqua cautio: ita enim tenet gl. c. cum super. ver. interposita. in fin. de re iudic. & ibi Feli. col. 4 vers. habes vnã. Aret. c. veniens. 2. n. 3. de testib. quem ibi sequitur Felin. n. 8. & pro cõstãti tenet Ias. d. §. si super rebus. n. 18. & ibi Ruin. n. 6. & hanc esse magis cõmunẽ opinionẽ asserit Couar. pract. c. 6. n. 3. Nec obstat d. l. si is à quo. quia in hac materia duo casus distinguẽdi sunt. Primus est, quãdo vxor cõuenit maritum pro rei dotalis restitutione: & etiã tertius eũ cõuenit pro eadẽ re, nõ opponẽdo se vxori, nec eã petẽdo excludi, ita vt duo sint iudicia diuersa: & in his terminis loquit d. l. si is à quo. 57. ff. de rei vend. vt expressè tradit Bald. c. 1. §. si duo. post princ. & ibi Afflictis n. 33. de pace tenẽda, & eius violatorib. Hoc ergo casu, si secundũ iudicium moueatur, primo pẽdente, ille qui priùs obtinuit sententiam, mittendus est in possessionem, præstita cautione victo de eo defendendo aduersus tertium, q̃ si



si lata iam sententia, hęc secundò mouea
tur lis, tunc nulla victo præstanda est cau
tio, quia ea lis non debet moueri aduer
sus victum, qui propter sententiam iam
non debet haberi pro possessore: sed po
tius aduersus victorem, in quem virtute
sententiæ, possessio transferenda est: argu
men. l. pen. ff. de militari testam. & ita
procedit communis opinio suprà relata.
Secundus casus est, quando tertius non
solùm petit rem sibi restitui, sed etiam op
ponit se, petendo excludi primum acto
rem: allegando ius ad eum non pertine
16 re, sed potius ad ipsum, † tunc videtur su
persedendum in primo iudicio, donec is
oppositor possit docere de iure suo, &
consequenter est impedienda rei restitu
tio, vt sentit Innoc. cap. veniens. 2. nume
ro. 1. ad finem. de testib. subscribit Alex.
ad Bar. d. l. si is à quo. Felin. ca cum super.
n. 11. vers. tertiò limita. de re iudicat. Al
ciat. l. bona fides. vers. incurrit. nume. 1. ff.
depositi. elegãter Didacus de Castillo l.
Tauri. 64. verb. Se alegue. num. 96. Rui.
l. à diuo Pio. §. si super rebus. numero. 5.
ff. de re iudicat. & pro constanti tenet Pu
teus decisio. 513. in. 2. parte. dummodo
hæc oppositio fiat pendente primo iudi
cio, & antequam feratur sententia: nam
si fiat, ea iam lata, non impedietur execu
tio sententiæ: quia cum primum iudiciũ
per sententiam iam fuerit extinctum. l.
cum apud. ff. iudicatum solui, nullum in
uenitur iudicium, in quo supersederi pos
sit, vnde fiet executio, & oppositor eum
tanquam possessorẽ nouo iudicio cõue
nire debet: quinimò neque post cõclusũ
in causa. Vincent. de Franchis decis. 261.
num. 9. in 2. parte. & Couarr. practicar. ca
pit. 14. col. fina. Est nihilominus aduertẽ
dum, quòd licet suprà tradita, secundùm
mentem iuris videantur procedere: ta
men multi sunt qui teneant, quòd licet
pẽdente primo iudicio, fiat prædicta op
positio, audietur quidem opponens: ta
men propter illam oppositionem, nõ de
bet supersederi in lite iã mota, sed prior
is debet currere suis terminis, & si prius
deueniatur ad sententiam, debeat induci
decisio dict. l. si is à quo. ff. de reiuend.
quod ita tenet Angelus l. si suspecta. col.
2. post principium. ff. de inofficios. testament. & est elegans decisio Rotæ. 4. de iu
dicijs, in antiquioribus. & latè probat Co
uarru. practicar. cap. 14. numer. 4. quem
probant Iosephus Ludouicus decisio. Pe
rusina 6 numero. 27. & latè Vincentius
de Franchis decisio. 261. per totam. in
2. parte. Cui adde Afflictis decisio. 235.
num. 6. Pro vera igitur resolutione istius
articuli considerandum est, tres in iure
reperiri oppositorũ species. Prima est,
quãdo alicui principaliter competit de
fẽsio, vel actio, vtpotè quia possessor est,
& nihilominus ille à quo causam habet,
agit, vel defendit rem, quã ille possidet:
nam tunc possessor potest se opponere,
& excludere primum actorem, vel reum
à iudicio. l. penult. ff. de re iudicat. dum
modo si author agat tanquam actor, id
faciat possessor, antequam citata parte, li
bellus per authorem sit præsentatus iudi
ci: vel si conueniatur tanquam reus, ante
quam lis cum authore contestetur: nam
posteà opponendo se, non poterit eum
repellere à iudicio. Et est ratio: quia a
ctor dato libello post partem citatam, te
netur in ea lite persistere. authentic. qui
semel. C. quomodo & quando iudex. &
quando est reus, post litem contestatam,
est etiam obligatus ex quasi contractũ, in
ea lite persistere. l. 3. §. idem scribit. ff. de
peculio. Oppositio igitur possessoris nõ
potest prædictos repellere ab instantia,
cui iã obligati sunt. † In ea igitur proce
17 detur, non obstante prædicta oppositio
ne, & tantùm possessor, cui primo loco
ius defendendi, vel agendi competebat,
poterit illi liti assistere, adiuuando illos,
ne fortè aduersus eos feratur sententia,
& sic res sibi auferatur: & hoc si sciuit
prædicta fieri, & fuit negligens in opposi
tione facienda: nam si ignorauit prędi
cta fieri, tunc prędictos quidem repel
lere

lere non poterit à iudicio, propter rationem suprà asignatam; sed vel poterit asistere, vel protestari, ne illa sententia sibi aliquod præiudiciũ faciat: quæ colliges ex Bart. l. pen. n. 10. ʃ. de re iudic. & Alex. ibi num. 122. & vide etiam de hoc genere oppositionis Bald. auth. nunc si hæres. num. 4. C. de litigios. & l. si eo tempore. ad finem. C. de remissio. pigno. Castillo l. Tau. 64. verb. Se alegue. nu. 96. Secunda species est, quando mouetur aliqua actio particularis, quæ potest afferre præiudicium actioni vniuersali, & tunc ille, cui competit vniuersalis, potest se opponere ne de actione particulari tractetur, vt nõ fiat præiudicium vniuersali: quæ oppositio efficiet, vt supersedeatur in actione particulari, donec pronuntietur super vniuersali. l. si quis libertatem. & ibi Bart. num. 1. ʃ. de petitio. hæred. Afflict. decis. 15. n. 3. notab. Valasc. consulta. 90. Vltima species oppositionis est, quando quis petit rem tanquam suam à possessore, & pẽdente iudicio superuenit tertius, qui se opponit, petendo eandem rem: & allegãdo, tã possessorẽ, quã primũ actorẽ esse repellendos, quia eis in ea re nullum ius cõpetit, sed tantũ ipsi oppositori: & hæc est nostra quæstio, in qua propriè procedit controuersia DD. suprà relata. Sed dicẽdum est, quòd quatenus is oppositor petit rem sibi adiudicari, videtur sustinere vices actoris. Bal. auth. nunc si hæres. n. 4. C. de litigios. Ord. lib. 3. tit. 15. §. 17. & si id tantũ attendatur, verũ est, non esse supersedendum in prima lite, sed inducendam esse dispositionẽ. d. l. si is à quo. 57. ʃ. de reiuẽd. secundũ opinionem Ange. & Rotæ, & aliorum suprà relatam. Sed quatenus etiam allegat, primum actorem esse excludẽdum, virtualiter ei videt opponere exceptionem, quòd sua nõ interfit in ea lite audiri, vel ei non competat actio ad illã rẽ petẽdã: & hoc respectuverũ est, debere supersederi in prima lite, secundũ opinionẽ Inno. & aliorũ suprà relatorũ, in eo scilicet sẽsu, vt illud non debeat diffiniri, donec simul super ista virtuali exceptione cognoscatur, & pronũtietur, vt colligitur ex d. l. bona fides. ver. incurrit. ʃ. depositi. l. Titia. 35. ʃ. eo. † Et est ratio, quia hæc exceptio (tua non interest, ac proindenõ debes in iudicio audiri l. i. ʃ. de appel. recip. peremptoria est: Bal. & Ang. l. posthumus. §. si quis ex his. ʃ. de inof. test. Alex. l. ille à quo. §. si de testamẽto. n. 3. & ibi Clau. col. 2. in prin. ʃ. ad Treb. notab. Aret. c. super his. n. 59. de accusat. Tessaurus decis. Pedamon. 4. col. fi. Oportet igitur, quòd iudex, qui de causa principali cognoscit, etiã de hac perẽptoria exceptione cognoscat, & pronũtiet, iuxta notat. l. si quidẽ. C. de exceptio. & hac ratione dicitur supersederi in primo iudicio, vt scilicet simul videatur, vtrũ actoris intersit, & cõsequenter, vtrũ exceptio illi opposita sit vera, necne? & de vtraq; causa simul pronuntietur. Et cõfirmat, quia exceptio (tua nõ interest) in effectu importat, actorẽ sine actione agere, & proinde secũdũ iuris regulas non esse in iudicio audiendũ. l. i. ʃ. de appellat. recipiẽd. & c. cũ inter R. de elect. & quando in iudicio objcitur, quẽ sine actione agere, iudex deber de hac exceptione cognitionẽ suscipere, & in eodẽ iudicio super ea pnũtiare, aliàs opponẽti tenebitur impẽsas & interesse soluere, vt resoluit Cur. Senior l. vbi pactũ. n. 33. C. de transact. Ias. l. quod iussit. nu. 40. ʃ. de re iudic. Cassane. cons. 68. n. 26. Menoc. lib. 1. de arbit. q. 16. n. 4. Gãma decis. 206. nu. 8. Supersedetur igitur in primo iudicio, & illius cursus ita moderabitur, vt super eo, & oppositione cõtinẽte virtualẽ exceptionẽ perẽptoriã simul pronũtiari possit. Quæ ratio euincit hoc ꝓcedere, etiãsi tempore oppositionis altera causa sit iam instructa; supersedẽdũ enim est in lite, & cõseqẽuter in sententia: quidquid existimet Puteus decis. 513. in. 2. p. Ex quibus colliges, hãc vltimã speciem oppositionis in eo differre à prima specie, quia vt illa operetur effectũ suũ, debet opponi, vel ante datũ libellũ, vel ante litẽ contestatã, vt suprà declaraumus: tamẽ in hac vltima specie potest oppositio operari effectꝰ suos, si opponatur ante latã sententiã, vel saltẽ antequã sit conclusum in causa: nã cum virtualẽ contineat exceptionẽ peremptoriã, opponi potest ante latã sententiã. l. peremptorias. C. sententiã rescin. nõ posse. vel veriùs antequã sit cõclusum in causa, vt ibi declarat Castrens. & Angel. §. appellãtur. col. 2. Inst. de exception. In regno antẽ Portugaliæ vsque ad quod tempus permittatur hęc tertia species oppositionis, videnda est. l. 7. §. 28. tit. 1. lib. 3. extrauagantiũ. Præterea & in hoc differt hęc vltima species oppositionis, à secunda suprà relata, quia in prima supersedetur in lite actionis particularis, donec finita sit
19 lis super vniuersali: † in hac verò vltima specie tãtũ supersedetur in prima lite, vt simul super ipsa, & super oppositione possit ferri sententia, vt suprà declarauimus. Et ex his infertur explicatio ad Ordin. lib. 3. tit. 71. §. fin. dũ constituit, q; si tertius opponat se in exequutione sentẽtiæ, allegans eam rẽ ad se pertinere, & se non fuisse auditũ, quòd faciẽda est nihilominus exequutio, dũ modo præstet victor cautionẽ de re restituẽda tertio oppositori, postquã docuerit de iure suo: & sic videtur ea Ordinatio approbare opinionẽ Bart. hîc nu. 5. q. etiã quando tertius opponit se in exequutione sentẽtiæ, præstanda est cautio: cuius tamẽ contrariũ suprà defendimus. Sed dicendũ est, eam Ordinationẽ id nõ constituere generaliter, sed tantũ eo casu, quo iudici videatur secundũ ius eã oppositionẽ esse admittẽdam. Planè post latã sententiã, oppositio, quòd res pertinebat ad oppositorẽ, non est admittẽda, neque præstãda est aliqua cautio, vt suprà probauimꝰ: ergo in his terminis prædicta Ordin. intelligi nõ potest. Exẽplifica igitur, quãdo tertius nõ solũ opponit rẽ illam ad se pertinere, sed etiã se illius esse possessorem: huiusmodi enim oppositio, etiã in exequutione admittenda est. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. Bart. l. à diuo Pio. §. si super. nu. 6. ʃ. de re iudic. & ibi Alex. nu. 26. Ias. nu. 9. Hoc igitur casu præstanda est cautio opponẽti de re restituenda, si docuerit de iure suo: & ita expresè Minsingerius in decisionibus Cameræ Imperialis, cẽturia. 3. decis. 73. Sed replicabis, prædictos velle, nõ esse præstãdã cautionẽ, sed potius hoc casu omnino impediẽdã esse exequutionẽ sentẽtiæ: quod asserit receptũ Octauian. decisi. Pedam. 37. nu. 2. Respõdebitur tamẽ, quòd vt opponẽs impediat exequutionem, etiã in prædicto casu, debet prius ostendere, apparẽter, siue semiplenè, se possidere, vt post alios tradit Felin. c. veniens. 2. nu. 13. de testib. & quidẽ in continẽti, nam cũ causa exequutionis sit sũmaria. l. à diuo Pio. §. si super. ʃ. de re iudicat. non debet admitti exceptio, quæ in cõtinenti nõ probetur. l. 2. cũ gl. C. de edict. diui Adrian. & in specie Boeri. decis. 79. nu. 1. Si igitur dicẽs se possidere, in continẽti nõ probauerit possessionẽ, saltẽ semiplenè, tunc nõ impedietur exequutio, sed præstãda
20 est prædicta cautio, † vt in terminis tenet Octauian. d. decis. 37. nu. 7. & hoc casu procedet prædicta Ordinatio: & si posteà cõstet, rem illã re vera fuisse possessam per opponentẽ, exequutio facta reuocabitur, quia tertiò possessori, & non citato præiudicari non potuit: notabiliter Aym. cons. 235. num. 2. post Roman. cons. 158. à nu. 4. Itẽ si præsumptio malitiæ esset cõtra istũ opponentẽ, rẽ illã, in qua fit exequutio, esse suã, quoad dominiũ, & possessionẽ, si ei offeratur prædicta cautio, nullo modo impedietur exequutio: arg. c. suscitata. de restit. in integ. notabiliter Felin. videndus. c. veniens. 2. n. 10. de testib. Quinimò si iste sciuisset, litẽ moueri aduersus reũ tanquã possessorẽ, & ipse nihil dixit, sed tantùm in exequutione illud allegat: nõ obstãte ea oppositione, faciẽda est exequutio sententiæ, etiam nulla præstita cautione; quia

præsumptio est,causa differẽdæ exequutionis hãc facere oppositionẽ: vnde aduersus eũ inducetur regula.l.2.C.de falsis. & ita post alios tradit Alex. d. §. si super rebus.nu.24.Boeri.decis.79.nu. 3. & Dueñas regul.274.in. 1.limitat.Quando autẽ actum est actione personali,& exequutio fit in bonis debitoris, vtrùm tũc tertius se opponẽs posit impedire exequutionẽ? videdus est omnino Greg.l. 11.ti.14.p.5.in gl.1.&Ord.Portugaliẹ lib. 4.tit.54.§.3. Vltimo loco ad cõplemẽtũ huius secundæ limitationis principalis agendũ est de intellectu.l.1.§.itẽ Põponiu.s.nautæ,caupones.dũ probat, quòd si in nauẽ intuli merces alienas, mihi, & nõ domino restituendæ sunt; & sic videtur probare,quòd si deponens & dominus concurrãt in re petenda, deponens præferendus est domino.Quod apertè pugnat cum.l.bona fides. vers. incurrit. s.depositi.& suprà resolutis.In qua difficultate glos.d.§.itẽ Pomponius.verb.nobis. tres asignat solutiones. Prima est, quòd in specie d.§.item Põponius.inducẽs res alienas in nauim, habebat in illis ius pignoris; & ideò inferens præfertur domino, quia ab eodẽ domino easdem res per hypothecariã auocare posset:subscribunt Bart.hîc num.5.Paul.num.6.& Duaren.ad fin.Sed hæc solutio non tollit difficultatem:nã in d.§.item Pomponius.proponitur regula generalis, quòd inferenti,& nõ domino merces restituẽ
21 dæ sunt: † & ex ea regula infertur ad casum particularẽ,quando dominus merciũ easdem hypothecauit, propter pecunias nautis debitas. Regula igitur generalis nõ debet restringi ad casũ illationis particularis.l.regula.§.final.s.de iuris & fact.ignorant.Secundo igitur loco glos. vbi suprà soluit, quòd in d. l. bona fides. versic.incurrit s.depositi.ille,qui agebat ad depositũ repetendum, erat prædo,& ideò dominus rei illi præfertur: sed in d. §.itẽ Põponius.inferens merces, nõ erat prædo,quia vt ibi declarat Odoffred.intulit eas merces alienas de volũtate domini:subscribit Duaren.hîc. Sed nõ placet,quia quantumcunque volũtate domini fuerint illatæ,nõ ob id sequitur, res illas inferenti,& non domino esse restituẽdas,nulla enim ratio hoc suadet.Tertiò soluit gl.vbi suprà,quòd d.§.itẽ Pomponius.procedit, quando agitur ex illo edicto:sed si agatur reiuẽdicatione, procedet d.l.bona fides.vers.incurrit.vbi Alciat.num.1. ad finem. noua ratione hãc solutionem nititur comprobare. Sed nõ placet,quia d.versic.incurrit. etiam procedit, quando prædo per actionẽ depositi rem depositã repetit.l.1.§.si prædo.s. depositi. Quarto igitur loco Duarẽ. hîc ad fin.respõdet,quòd in d. §. itẽ Pomponius,non proponitur,dominũ concurrisse ad petendas illas merces. Sed non placet,quia text.expres èdicit,magis inferẽti,quã domino merces esse restituendas,& sic præsupponit,quòd licèt dominus concurrat ad petẽdas merces, tamẽ debet præferri ille, qui merces intulit. Ad verã igitur concordiam aduertendum est, quòd in d.l. bona fides. prædo deposuit res alienas,tanquam suas; & eo casu procedit disputatio Iureconsul. ibi. Cæterùm in specie dict.§. item Pomponius.quis intulit merces tanquam alienas,& sic est diuersus casus. In quo quidem casu ea tantùm potest cadere dubitatio, vtrùm si nauta merces, quas suscepit, non reddit, cui aduersus nautam danda esset actio ex illo edicto? Et dict.§.item Pomponius.prima facie videtur probare,quòd si interfit inferentis, merces illas per eum illatas saluas esse, concedetur ei actio aduersus nautam,& quod magis est,illi potius quàm domino hoc casu merces esse restituendas. Quod tamen secundùm iuris rationes verum esse non potest,quia licèt merces illatæ, semper videantur esse in periculo inferentis.l.1.s. de nautic. fœnore. ac proinde semper eius videatur interesse, merces saluas esse:

tamen



tamen ad interesse petendum actio po-
22 tius domino,quàm inferenti concedenda est, † vt probat.l. item quæritur. §.1. &.2.s. locati: & eâdem ratione merces potius domino,quàm inferenti reddendæ sunt,per tradita per Bart.l.1.§.1.num. 1. s.de æstimatio actio.Ne igitur decisio Iureconsul.d.§.item Pomponius.videatur repugnare iuris rationibus,copulatiuè videtur accipienda, vt tunc demum competat actio inferẽti,& domino præferatur,quando eius interest merces saluas esse,ea ratione,quia merces illæ potius sibi,quàm domino erant restituendæ,vel propter pactum expressum factũ cum domino,vel etiam tacitum; vt potè,quia merces illæ fuerunt eidem hypothecatæ,iuxta exemplum ibi propositũ, & sic cessat difficultas. Tertia principalis limitatio ad primam conclusionem de qua suprà,ea est, vt quanuis maritus nõ posit excipere aduersus vxorem dotem repetentem,de dominio alieno; poterit tamen excipere de proprio dominio,allegando rem illã dotalẽ, fuisse suã tẽpore,quo ei data fuit in dotẽ: cũ enim res propria ei non potuerit dari in dotẽ, iuxta regulam.§. sic itaq;.Inst.de action. hæc exceptio cõcludit, dotis dationem non valuisse,& sic actionẽ dotis nõ competere vxori,& consequenter in iudicio audiendã nõ esse,iuxta regulam.l.si pupilli.§.fin.s.de negoc.gest.& ita limitant Paul.hîc nu.2.& Duaren.col.2. post medũ nam & generale est,quòd licèt agẽti actione depositi,vẽditi,vel locati, non posit opponi de tertij dominio; quia ea exceptio non perimit ius agẽtis, neque concludit,ei actionẽ non cõpetere,quia res aliena validè potuit deponi,vendi,& locari.l.rem alienam.s.de cõtrah. empt. & suprà dictum est: tamen exceptio de proprio dominio sæpe admittitur, quia prædicta exceptio concludit, prædictos cõtractus non valuisse; quia res propria apud dominũ deponi,vel ei vẽdi, vel locari nõ potuit.l.suæ rei.16.s. de contrah. emp.l.qui rẽ.20. C.de locato.l. neq; pignus.45.j.de reg.iur.& cõsequẽter ex illis nullam actionẽ fuisse productã, & ideò prædicta exceptio, tanquã concludens, actorem sine actione agere,admittenda est iuxta suprà tradita: qđ in specie probat.l.qui rem.15.s.depositi.&.l.ei à quo. 21.j.de vsucap.text.elegãs.l. bona fides. §.fi.s.depositi. Et hãc limitationẽ posuit Bart.hîc n.2.Duar.col.2.ad mediũ.Bart. l.cõmodare.& ibi Costal.s.commodati. Paul.l.qui rem.nu.2.s.depositi.Et est recepta traditio,vt asserit Alex.l. si aliquã rem.nu.35.j.de acq.posses. Felin.c. cum inter dilectos.nu.22. de fide instrum. Alciat.l.bona fides.versic.incurrit.nu.4.ad fin.s.depositi. Grat.cons.90. col. fin lib.
1. † Patitur nihilominus hęc vltima limi 23
tatio duas arduas difficultates.Prima est, ex text.l.pen.C.depositi.vbi depositũ iubetur restitui,nõ obstãte exceptione reiuendicationis,& sic non obstante exceptione proprij dominij.Secũda difficultas insurgit ex.l.si quis conductionis.25. C.de locato.vbi si quis agat ad rei locatę restitutionẽ,cõductor non potest opponere,etiã de proprio dominio,vt hîc deducit Areti.ad fin.& Cagnol.l.neq; pignus.nu.5.j.de reg.iur.Sed his non obstãtibus,nõ est recedendũ à prædicta recepta limitatione.Neq; obstant difficultates suprà motæ:nã ad primũ de.l.pen.C. depositi.respõdetur procedere generaliter,limitandã tamẽ esse,quãdo nõ dominus rẽ deposuit apud dominũ: nã tunc aduersus repetentẽ depositũ, dominus excipiet de proprio dominio,& sic rẽ depositã poterit retinere, nõ autẽ cogetur restituere,vt ibi tenet glos.verb.nõ concessa.in fin.per text.l.bona fides.§. fin.s. depositi. Sed nõ est admittenda hæc respõsio,quia illi apertè repugnãt verba d. l.pen.quæ apertè dicunt,depositari ũ nõ posse retardare restitutionem depositi, prætextu reiuendicationis sibi competẽtis,& sic opposita exceptione proprij dominij,vt ibi notant Cyn.& Bart.num,4.

Inuenio, quòd Bald. d. l. pen. num. 3. concordat opiniones, quòd si deponens expresè contradicat, non audietur depositarius opponens de proprio dominio: si verò taceat, & constet de notorio dominio depositarij, impedietur depositi restitutio: argum. c. 1. de restit. spoliat. subscribit Paul. d. l. pen. num. 3. Alexand. hîc num. 6. ad finẽ. Auiles de prætorib. c. 10. num. 4. ad fin. pag. 151. Sed non placet hæc concordia, quia communis ratio, de qua suprà, euincit, semper admittendam esse exceptionem proprij dominij; quãtumcunque deponens expresim repugnet, & est expressum. l. qui rẽ. 15. §. depositi. Quare Fulgos. d. l. pen. num. 4. aliter concordat, quòd aut notorium est, dominium rei depositæ esse depositarij excipientis, & admittatur prædicta exceptio: si verò id notorium non sit, sed oporteat de hoc probationes afferre, procedet d. l. pen. Sed neque hæc cõcordia placet, quia nõ bene adaptatur verbis iurium suprà allegatorum: † vt aduertit
24 Curt. Iunior. l. bona fides, nu. 19. ad fin. §. depositi. & vltra eum non videtur vera; quia etsi notoriè non constet de dominio depositarij excipientis, semper tamẽ videtur admittẽda exceptio proprij dominij, ob rationem suprà assignatã. Alias etiã solutiones refert Salic. d. l. pen. nu. 5. quas impugnat Alex. hîc nume. 6. ad fin. Curt. Iun. d. l. bona fides. nu. 19. & ideò illas non refero. Quare Cagnol. l. neque pignus. nu. 8. ff. de regul. iur. aliam concordiã assignat, quòd si deponẽs repetat per actionẽ depositi, admittatur aduersus eũ exceptio proprij dominij depositarij: secus si vtatur remedio. l. si quis cõductionis. C. de locato. quam concordiã posuit etiam Paul. l. qui rẽ. nu. 3. §. depositi. Sed neque hæc solutio admittenda est, quia non satisfacit d. l. pen. C. depositi. inductæ vt suprà, quæ denegat exceptionem proprij dominij opponi posse deponenti, & rem depositã repetenti per actionẽ depositi, vt hîc aduertit Alex. n. 6. ad fin. & ideò vera concordia est, quòd aut depositarius excipit de proprio dominio aduersus deponentẽ, & indistinctè exceptio prædicta admittenda est. l. bona fides. §. fin §. depositi. aut excipit de dominio alterius rei, quæ erat penes deponẽtem, & quam ipse depositarius ab eo vendicare poterat; & talis exceptio non admittitur; quia fauore depositi aduersus illud non admittitur compensatio. d. l. pen. & ita Iacob. de Aren. d. l. pen. quem sequitur Corne. consil. 61. num. 27. ad finem. lib. 3. Alciat. l. bona fides. §. fin. nu. 2. §. depositi. & tanquam nouum intellectum sibi arrogat Bellon. lib. 4. supputat. cap. 6. Neque dicas, impossibile præsupponere hunc intellectum, scilicet, quòd semoto priuilegio depositi, possit conuẽtus compensare illud, quod actor habet penes se, & compensans poterat ab illo vendicare. Quod tamen est falsum, & cõtra regulam. l. si conuenerit. §. de pignor. action. & l. quod dicitur. 5. ff. de impẽsis. nã respondetur, quòd d. l. pen. principaliter intẽdit priuilegiare depositũ, ne prætextu compensationis, eius retardari possit restitutio, vt ibi per gloss. 2. & 3. Vnde quoad alia, quę ibi incidenter dicuntur, possunt præsupponi termini habiles secundùm iuris principia: neque hoc dicetur diuinare. l. qui testamento. §. 1. §. de testam. Dũ ergo in d. l. pen. pręsupponitur, regulariter posse obijci compẽsationẽ de re, quã compẽsans vendicare poterat, † debẽt præsupponi termini habiles,
25 scilicet quando penes petitorem erat pecunia cõpẽsantis tanquam species, ac ob id per eum vẽdicari poterat: nã de huiusmodi pecunia certum est admitti posse compensationẽ, vt in specie tradit Bart. l. cum fundus. §. seruũ tuum nu. 8. §. si certum petat. Potest etiam exẽplificari, quãdo quis possidebat fundũ cõpensantis, quẽ dolo desijt possidere: nam adhuc ab isto res vendicari poterit. l. sin autẽ. §. sed & is. §. de reiuendicat. & tamen in eius æstimatione debet fieri condemnatio.

l. si



l. si seruum. §. fin. ff. de verbor. obligat. & ideò cum in effectu debeatur pecunia, locus erit compensationi, iuxta notata. l. diuortio. §. ob donationes. §. eod. In his ergo casibus prædictum priuilegium depositi verificari poterit, vt tradit in specie Alber. d. l. pen. nu. 2. Et iuxta prædicta est intelligenda d. l. pen. dum probat, neque ratione hypothecæ, depositi restitutionem retardari posse, & ibi notat Bald. num 3. nam debet intelligi, quòd si res diuersa sit hypothecata depositario, non poterit depositum retinere ratione prædictæ hypothecæ, licèt aliàs posset. l. vnica. C. etiam ob chirographariam pecuniam. & ita expresim Corne. consi. 61. num. 27. ad fin. lib. 3. Poterit & generaliùs hoc priuilegium depositi accipi, si cum Salic. d. l. pen. num. 3. dicas, illud priuilegium depositi ibi contineri, quòd si præcedat hypotheca generalis bonorum, vel etiam sequatur debitum, sub hac generali hypotheca nõ continebuntur res hypothecãtis, quæ sub nomine depositi erant penes creditorẽ: quòd si specialiter declaratum sit, quòd & depositum sub prædicta hypotheca contineatur, tunc non habebit locum prædictum priuilegium, sed ratione hypothecæ depositũ retineri poterit; quia tacitè partes videtur voluisse, vt nomine hypothecæ retineretur, donec debitum principale exoluatur: & ita Corne. consil. 61. nu. 27. lib. 3. & in eodem casu Socin. consil. 143. num. 14. lib. 1. qui notabiliter ampliant. Neque est omittendum, q̃ Cyn. d. l. pen. post mediũ. existimat in eo text. illud contineri depositi priuilegiũ, vt si depositarius tempore depositi non erat dominus rei depositæ, sed ex post facto illius rei dominium acquisiuit, quòd prętextu huius dominij posteà quæsiti, non poterit retardare depositi restitutionẽ à principio validi, vt videtur expressum. l. planè. 3. §. depositi. Si verò tẽpore depositi depositarius erat iam dominus rei depositæ, quia depositum tunc non va-

2. Tom.

26 luit, cessant priuilegia cõcessa deposito, & consequenter prædicta exceptio admittẽda est. † d. l. bona fides. §. fin. §. depositi. quem intellectum probauit Alberic. d. l. pen. num. 2. ad fin. & in deposito admittit Alexan. hîc num. 7. Sed is intellectus explodendus est, quia licèt depositarius ex post facto acquirat rei depositæ dominium, semper prædicta exceptio admittẽda est. l. si quis domum. 10. §. fin. & ibi notat Alberic. §. locati. Iason consi. 158. col. 2. ad finem. lib. 2. Cagnol. d. l. neque pignus. num. 7. ad fin. ff. de regul. iur. Neque repugnat text. d. l. planè. 3. §. depositi. quia (vt eleganter aduertit Fulgos. d. l. pen. col. fin. C. depositi.) coniungendo illum cum lege præcedẽti, loquitur, quando depositarius non potest restituere depositũ, propter factum suũ inculpabile, vt quia erat hæres depositarij, & ignorans rem esse depositam, eam vendidit tanquam suam; iusta enim ignorantia excusat eum à culpa; ac proinde conuentus per actionẽ depositi, non cogetur rem venditã redimere, & restituere, nisi ei id facile sit; sed vel deponẽs eam vendicabit ab emptore, vel si nolit, tunc pretium habitum ex venditione rei, restituet depositarius deponenti. Quòd si hæres depositarij eandem rem posteà sponte redemerit, & sic iterum ad eius reuertatur potestatem, per actionem depositi cogetur illam præcisè restituere deponenti; quia cum à prædicta præcisa restitutione, ea ratione excusaretur, quia sine culpa sua non habebat facultatem rei depositæ restituendę, si res iterum ad eius potestatem reuertatur, quasi cessante ratione, cogetur præcisè rem depositam restituere. Secundùm igitur istum intellectum minimè probat d. l. 3. §. depositi. non posse quem excipere de dominio rei depositæ posteà quæsito: nam ipse alienando rem depositam, neque potuit transferre dominium rei alienæ, neque posteà redimendo potuit quærere dominium rei,

O 3 quod

quod emptor à quo redemit, minimè habebat. l. traditio. ff. de acq. rerum domin. sed tantùm res reuertetur ad eius potestatem, propter quod cogetur rem præcisè restituere. Sed si ponas, depositariũ ex post facto acquisiuisse dominium rei depositæ; quia tunc necessariò depositũ corruit, & consequenter prædicta exceptio admittẽda est. d. l. bona fides. §. fin. ff. depositi. facit. l. aliena res. 20. §. fin. ff. de de pignor. action. Et hæc de prima difficultate. † Non obstat igitur secunda dif
27 ficultas de l. si quis cõductionis. C. de locato. quia distinguendum est: aut enim locator petit restitutionẽ rei locatæ, per actionem ex locato, & tunc dicendum est, ei obstare exceptionem dominij cõductoris, per suprà tradita: aut petit prædictã restitutionẽ, intentata condictione ex d. l. si quis cõductionis. & tũc exceptio dominij conductoris ei opponi nõ potest: & ita glos. & DD. ibi. Bart. hîc numer. 2. & Alexan. num. 6. & 8. Paul. l. qui rem. num. 3. ff. depositi. Felin. c. inter dilectos. num. 22. de fide instrumentor. Alciat. l. bona fides. §. fin. num. 3. ff. depositi. Cagnol. l. neque pignus. nu. 5. & 8. ff. de regul. iuris. Ripa responso. 54. num. 8. Bellon. lib. 4. supput. c. 6. num. 2. & Menoc. de recup. posses. 11. remedio. num. 35. &
28 num. 45. Valasc. de emphyteusi. q. 9. numer. 15. Ratio hius distinctionis est, quia quando agitur actione ex locato, exceptio proprij dominij conductoris concludit, locationem nõ valuisse. l. neque pignus. ff. de regul. iur. & consequẽter ex ea nullam actionem competere agenti. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Vnde prædicta exceptio tanquam perimẽs ius agentis, admittẽda est, iuxta suprà tradita. Sed quando agitur condictione ex d. l. si quis conductionis. id prætenditur, quòd conductor denegans rei locatæ restitutionem, videtur spoliare sua possessione locatorem. l. colonus. 12. ff. de vi, & vi armat. l. fin. ff. de precario. & quia spoliatus est ante omnia restituẽdus, neque auditur spoliator, etiam opponẽs de proprio dominio. l. si quis à se. C. ad legẽ Iuliam de vi publica. c. 1. de restit. spoliat. ideò non admittitur prædicta exceptio: continet enim d. l. si quis conductionis. remedium quoddam restitutorium possessionis; quia conductor denegando restitutionem rei cõductæ, locatorem sua possessione videtur spoliare, vt suprà dictum est: & ita Bart. d. l. si quis cõductionis. nu. 2. & l. fin. per illum textum. ff. de precario. Alexand. hîc num. 6. & 8. & cõsil. 36. num. 2. lib. 6. Marant. in praxi, pagin. 177. à num. 41. Curt. Sen. consil. 71. post princ. Riminald. consil. 94. nume. 3. & num. 21. libr. 1. Purpurat. l. 2. in princ. num. 22. ff. si certum petat. Alciat. l. bona fides. §. fin. numer. 3. ff. depositi. Ruin. l. si aliquam rem. nume. 10. ff. de acquir. posses. Bellon. lib. 4. supput. c. 6. nu. 2. Neuizanis consi. 37. num. 22. Est nihilominus aduertẽdum, huic communi resolutioni fortiter obstare; quia secundùm illam d. l. si quis conductionis. non faceret ad titulum, cum secundùm communẽ traditionem in terminis illius non agatur actione ex locato. sed condictione ex illa lege propter casum spolij superueniẽtem, & tamen leges semper ad titulum, in quo collocatæ inueniuntur, † adaptãdæ sunt. l. Imperator. in fin. ff. de in diem adiectio. Secundò, quia licèt conductor sit dominus rei, ac ita ratione proprietatis censeatur inualida locatio, tamẽ quia præsupponimus eum nõ possedisse prædictã rem, sed à locatore posidente conduxisse, vtique valida debet censeri locatio, saltem ratione possessionis, quam cõductor non habebat. l. si aliquam rem. in fine. ff. de acquir. posses. Vnde cum locatio valuerit, saltem respectu possessionis, nihil nos vrget, cur non dicamus, in specie d. l. si quis cõductionis, per actionem ex locato repeti rei locatæ restitutionẽ: neque tunc agenti obstabit exceptio dominij conductoris; quia illa tantùm concludit respectu dominij, nõ autẽ respectu



ctu possessionis, de qua recuperanda tũc agitur per actionem ex locato: quod in terminis admittunt Salic. d. l. si quis conductionis. col. fin. post princ. Paul. l. qui rem. ad fin. ff. depositi. Deci. l. neque pignus. num. 4. ff. de regul. iuris. Ruin. l. si aliquam rem. num. 10. & ibi Ripa nu. 10. ff. de acquir. posses. Duaren. hîc col. 2. ad finem. Sed his non obstantibus, non est recedendum à cõmuni resolutione. Neque obstat prima difficultas, quia respõdendũ est, imò d. l. si quis conductionis. etiam admissa communi resolutione satisfacere ad titulum: est enim aduertendũ, quòd in specie d. l. si quis conductionis. ita articuli formandi sunt, vt dicat actor, se illam rem locasse conductori, & tempore locationis rem locatam possedisse, & quòd conductor fassus est, se illam accepisse ab eo tanquam à locatore, & quòd requisitus, vt rei locatæ possessionem restituat, renuit id facere, & ideò concludere debet, quòd cum is conductor denegando rei restitutionẽ, videatur eum spoliare sua possessione, iubeatur ante omnia illam ei restituere: nam ita formandos esse articulos in prædicta materia, constat ex eo; quia si nõ facta mentione locationis, actor simpliciter peteret, rem illam suam sibi restitui, non solùm posset ei objici exceptio de proprio dominio cõductoris, sed etiam de dominio alieno. l. repetitio & ibi Stella num. 51. ff. de con. l. indeb. tradit Paul. l. qui proprio. §. item quæritur. nu. 5. ad finem. ff. de procurator. Boeri. consil. 13.
29 num. 14. & infrà latiùs dicemus. † Item, quòd debeat fieri articulus, quòd tempore locationis rem locatã posidebat, constat ex eo, quia cum tanquam spoliatus petat restitui, oportet probare, se tempore deiectionis posidere. l. 1. §. interdictũ autem. ff. de vi & vi armat. c. consultationibus. de offic. delegat. quod quidẽ ostẽdere non potest, nisi prædictum articulum faciat, nã tunc probabit continuasse possessionem, iuxta notata. l. siue possidetis. C. de probation. & sic tempore quo deijcitur per cõductorem possedisse: & ita in specie Curt. Senior consil. 71. col. 2. Ripa. l. si aliquam rem. in fin. & ibi Alciat. num. 9. ff. de acquir. posses. Riminald. consil. 94. num. 21. lib. 1. Paris. consil. 59. num. 30. libr. 1. Menoch. de recup. posses. 11. remedio num. 41. probat Ordin. lib. 4. tit. 59. §. 3. Denique quòd etiã debeat fieri articulus, quòd spoliator tanquã conductor rẽ acceperit, & id fassus fuerit, vel aliter de eo constet, patet ex. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. vbi expressè probatur, colonum posse refricare domino quæstionem dominij, scilicet, quòd terra, pro quà soluitur pensio, non sit sua. DD. ibi opponunt de d. l. si quis conductionis, & varie soluunt. Bart. tamen d. l. litibus num. 4. soluit, quòd in specie d. l. si quis conductionis, cõstabat de locatione facta, & consequenter constabat, reum tanquam cõductorem rem habuisse: & in his terminis nõ potest referri quæstio dominij per cõductorem. Sed quãdo de locatione non constat, & conuentus illam negat, tunc potest referri quæstio dominij super re petita. d. l. litibus & ita etiam Bart. d. l. si quis conductionis. ad fin. Felin. c. inter dilectos. nu. 22. ad finem. de fide instrumentor. Afflictis decisione. 12. in princ. Corras. lib. 3. miscellan. c. 2. nume. 10. quidquid aliter d. l. litibus. intelligant Bald. dict. l. si quis conductionis. nume. 2. ad finem. & & ibi Angel. colum. 2. ad finẽ. cum quibus in effectu concordat Duaren. hîc colum. 2. ad finem. ergo necessarium est, facere articulum de locatione, vt ea probata, constet, conductorem tanquam locatam rem habuisse: ex quo sequetur non posse refricare quæstionẽ dominij. Cũ igitur in specie d. l. si quis conductionis, in locatione debeat fieri præcipuũ fundamentum, vt posit obtineri in conditione illius legis, satis videtur facere ad titulum, quantumcunque admittamus, actionem ex locato intentari non posse.

30 † Non obstat secunda difficultas, quia argumentum concluderet, si expressum esset, locationem fieri respectu possessionis: nam cum tunc valida censeatur locatio. l. si aliquam rem. in fin. ʒ. de acq. possess. nihil impediret per actionem ex locato peti restitutionem possessionis; neque tunc agēti obstaret exceptio dominij conductoris, vt suprà dictum est. Sed quando locatio simpliciter fit, magis cēsetur facta respectu proprietatis; & cum eo respectu non potuit valere locatio, si conductor erat dominus rei locatæ. l. neque pignus. ʒ. de reg. iur. Vnde propter locationem inualidam non potuit competere actio ex locato, vt efficaciter probat. l. ei à quo. 20. ʒ. de vsucapion. tradit Bart. d l. si aliquam rem. num. 11. ʒ. de acquir. possess. & ideò tunc oportet recurrere ad remedium d. l. si quis conductionis, vt Communis vult. Neque obstat, si replices, imò conductionem simpliciter factam, videri factam nō solùm ratione proprietatis, sed & possessionis; quasi locator tanquam dominus & possessor locationē fecerit: vt colligitur ex. l. si quis domum. 9. in princ. & l ex conducto. 16. in princ. s̄. locati. tradit Salicet. l. ad probationem dominij. ad finē. C. de locato. Alexan. d. l. si aliquam rem. num. 30. ergo licèt non valeat locatio respectu proprietatis, tamen valida debet censeri respectu possessionis; neq; enim vtile propter inutile vitiari debet. c. vtile. de regul. iur. in. 6. vnde semper quoad repetendam possessionem, debuit competere actio ex locato: nam respondetur ex traditis per Salic. d. l. si quis cōductionis. col. fin. ad medium. quòd locatio simpliciter facta, videtur facta ratione proprietatis, quasi locator tāquam dominus rei locationē fecerit. l. ei à quo. 20. ʒ. de vsucap. Bart. l. si in emptione. §. rei suæ. numer. 1. s̄. de contrah. emption. & quāuis etiam respectu possessionis censeatur facta, id venire videtur minus principaliter, siue accessoriè; quia absque eo non posset conductor vti re locata. l. ex conducto. 16. in prin. s̄. locati. Cùm igitur locatio respectu proprietatis principaliter videatur facta, & eo respectu valere non posit, propter regulam. l. neque pignus. ʒ. de regul. iuris. neque valida censebitur respectu possessionis, quæ hoc casu videtur venire accessoriè, siue in consequentiam: nam si non valet principale: ergo neque accessorium. l. cum principalis. ʒ. de regul. iur. l. 3. §. fin. s̄. de seruitut. rusticor. præd. † & in simili tradit Alexand.
31 d. l. si aliquam rem. num. 14. Cęterū quia nihilominus de facto possessio peruenit ad conductorem, & ille nō vult restituere, tanquam spoliator cogēdus est ad restitutionem per condictionem ex. l. si quis cōductionis. Quòd si poneres locationem fuisse expressè factam, tam respectu proprietatis, quàm possessionis, tunc fatendum esset, quòd valida censeretur locatio respectu possessionis, quæ æquè principaliter hoc casu continetur in locatione: & sic in his terminis propriè locum haberet regula. c. vtile. de regul. iuris. in. 6. vt aduertit Alciat. d. l. si aliquam rem. in fin. ʒ. de acquir. possess. & sic in his terminis per actionem ex locato posset peti possessionis restitutio, iuxta suprà tradita. Facit in simili. l. 3. C. si pendente appellat. mors interuenerit. & quod Bartol. l. 3. num. 5. & 6. ʒ. de legat. 1. Neque existimes inutilem esse prædictam disputationem; multum enim interest, vtrùm agi debeat actione ex locato, vel condictione ex d. l. si quis conductionis. nam si agatur condictione, conductor nō solùm cogitur rem restituere, sed etiā incidit in pœnas perscriptas. l. pen. C. de locato. & l. non ab re. C. vnde vi. tradit Felin. c. inter dilectos. num. 23. de fide instrumentor. Ordin. lib. 4. tit. 59. in princ. Limitando tamen, & declarando vt per Menoch. de recuperan. possess. 11. remedio. à num. 23. & tamē si agatur actione ex locato, conductor tenebitur quidem rem restituere, nō autem incidet in aliquam



quam pœnam, quia id iure cautum non inuenitur. Item si agatur condictione ex d. l. si quis conductionis. tantùm obtinebit actor, rem sibi restitui, tamen nō obtinebit pensiones præteritas, & non solutas per conductorem sibi solui; quia ad id non extenditur condictio: & tamen si agatur actione ex locato, etiam præteritæ pensiones venient in cōdemnatione, vt tradit Alexan. l. si aliquam rem. numer. 35. ʒ. de acquir possess. vbi additalias vtilitates huius disputationis, vbi etiā videtur Ripam num. 5. & Ruin. ad finem. Ex hac igitur communi resolutione ita defensa infertur primò, decisionem d. l. si quis conductionis, non solùm locū habere in conductore, sed & in alio quocū que, qui possidet nomine alterius: nam si deneget restitutionem, cum videatur spoliare illum, cuius nomine possidet. l. colonus. 12. ʒ. de vi & vi armat. locum habet ratio suprà assignata: & ita glos. 1. ad fin. d. l. si quis conductionis. inquiens aduersus conductorem dari directam con
32 dictionem ex d. l. & aduersus alios possidentes nomine alieno dari eandem cō dictionem vtilem: † sequitur Salicet. ibi ad finem. Paul. l. qui rem. num. 3. s̄. depositi. & asserit receptum Felin. c. inter dilectos. num. 20. de fide instrument. Deci. consil. 28. num. 3. & 6. Riminald. consil. 96. num. 2. & 6. & num. 20. lib. 1. Hanc tamen illationem impugnat Stella. l. repetitio. num. 53. s̄. de cond. indeb. contendens, d. l. si quis conductionis. procedere in casu speciali, scilicet in odium colonorum, ne aliàs varijs frustrationibus eludant eos, à quibus causam habent: vt tradunt Anton. Panorm. & Felin. num. 22. d. c. inter dilectos. vnde ad alios casus extendi non debet. l. ius speciale. s̄. de legib. Sed facilè respondetur, eandem militare rationem in alijs possidentibus nomine alieno, & ideò idem ius admitti debet. l. illud. s̄. ad leg. Aquil. Et patet ex eo, quia l. pen. C. de locato. & l. non ab re. C. vnde vi. proponūt regulam in quocūq; possidente nomine alieno, quarum quidē in d. l. si quis conductionis. proponitur exemplum, vt tradit Menoch. de recup. possess. 11. remedio. num. 5. ergo & d. l. si quis conductionis. in quocumque possidente nomine alieno intelligi debet. Quinimò & remedium dict. l. si quis conductionis, etiā locū obtinebit in emphyteuta denegante rei emphyteuticæ restitutionē, in casibus, in quibus tenebatur eam facere: nā licet is dicatur possidere suo nomine, & non nomine alterius. l. sciendum. § 1. s̄. qui satisd. cogantur. Ias. l. naturaliter. in princ. num. 1. & 2. ʒ. de acquir. possess. id est intelligendū respectu vtilis dominij, quod habet in re emphyteutica: nam respectu directi dominij, nomine alieno videtur possidere: cum enim dominus concedēs emphyteusim, retineat directum dominium, & cōsequēter ciuilē possessionē, respiciētē idē directum dominium, vt resoluit Ias. l. 3. §. ex contrario. num. 44. ʒ. de acquir. possess. Couarru. cap. possessor. 2. part. in princ. num. 4. & 5. de regul. iuris. in. 6. si finita sit emphyteusis, vel aliàs ad proprietarium reuertatur, & emphyteuta requisitus nolit restituere, videtur spoliare dominum directum ciuili possessione, illa, quæ semper apud eum videtur remāsisse. l. clam possidere. §. fin. ʒ. de acquir. possess. expressè Iason. l. 2. numer. 108. C. de iur. emphyt. ergo debet induci ratio,
33 & decisio d. l. si quis conductionis. † & ita Bald. consil. 177. num. 4. lib. 3. & idem colliges ex Bart. l. legata inutiliter. nu. 2. ʒ. de adimend. legat. Iason. l. 2. num. 101. C. de iure emphyteut. Cephal. cons. 47. num. 40. lib. 1. & notabiliter Natta consil. 26. num. 5. libr. 1. quidquid cōtrarium leui fundamēto teneat Curt. hîc in additionibus ad Alexand. & Riminal. consil. 94. num. 19. & num. 31. lib. 1. Menoc. de recup. possess. 11. remedio. à num. 60. Infertur secundò, condictionem d. l. si quis conductionis. locum habere, etiamsi locatio facta, fuerit nulla; adhuc enim cōpetet

petet condictio ex illa.l.ad repetendam possessionem,vt constat ex suprà traditis.Contrarium tamen tenet Deci.l. neque pignus.num.4.ff.de regul.iur.quia si locatio est nulla,non potest ex se aliquē effectum validum producere.c.non præstat.de regul.iuris.in.6.& consequenter neque condictionem ad repetendā possessionem:quod ante eum tentauit Cuman.l. ei à quo. col.fin. ff. de vsucapion. Sed facilè respondetur, quòd condictio non producitur immediatè à locatione, sed causa immediata, & proxima illius est,quòd locator tempore locationis inualidæ,possidebat rem locatam:qua possessione conductor eum priuat, nolēdo possessionem restituere.l.colonus. ff. de vi & vi armat.& ideò propter spoliū conceditur prædicta condictio,respectu cuius locatio inualida habet se per modū causæ remotæ,siue mediatæ,& ideò non est in consideratione,vt aduertit Purpurat.l.2.in princ.num.22.§. si certum petat.Et hac ratione dicunt DD. prædictā condictionem oriri,extra id de quo principaliter actum fuerat inter partes. Neque repugnat consideratio Stellę d.l.repetitio.num.53.§.de cond.indeb. quòd imò tacitè videtur actum inter partes, quòd finita locatione,res locata restituatur locatori.l.ne cui.C.de locato. Condictionem igitur ad idem competentē non potest dici oriri extra id, quod agitur inter partes;quia facilè respondetur, eius considerationem posse admitti, si locatio valeret,& per actionem ex locato ageretur ad rei locatæ restitutionem: nos autem agimus,quando locatio fuit nulla,quo casu id quod tacitè actum videtur, non debet esse in consideratione: argument.c. non præstat. de regulis iuris.in.6.& ideò tunc condictio dicitur
34 dari extra id quod actum est. † Præterea id,quod tacitè actum videtur,eò pertinet,vt per actionem ex locato res locata restituatur:condictio autem datur ratione spolij posteà contingentis,de quo neque actum, neque cogitatum fuit, & & propterea dicitur dari extra id quod actum fuit. Quare si non interuenisset spolium,quia tempore locationis locator rem non possidebat,tunc neque dabitur cōdictio,neque competet actio ex locato,si locatio nulla fuit:vt tradit Ruinus.l.si aliquam rem.nume.10.ff.de acq. posses. Tertiò infertur,quòd cum prædicta condictio competat ratione spolij, quòd conductor non restituendo videtur admittere,prout spoliator non auditur opponens de proprio dominio. l. si quis à se fundum.C. ad leg. Iuliam de vi publica.& notatur.l. si de vi.§.de iudic. ita etiā & in specie d.l. si quis cōductionis, nō admittetur exceptio cōductoris, q̄ sit dominus rei cōductæ: & ita glos. 2. ad finem.d.l. si quis conductionis. & ibi Salicet.num.4.ad finem.cuius dicta extollit Socin.consil.167.numer.22.ad fin. lib.2.Adde Paul.l.qui rem.num. 3.§. depositi.Cagnol.l.neque pignus.num.5 ff. de regul.iuris. Bellon.lib.4.supputatio.c. 6.num.2. Quod tamen limitabat Fulgosius d.l.si quis conductionis.numer.3.& Cuman.l.ei à quo.colum.fin.ff. de vsucapion.nisi dominium excipiētis esset notorium:nam prout tunc verus spoliator, opponens de eo dominio notorio esset audiendus.c.constitutus.de filijs presbyteror.c.significasti. de adulter.ita etiam & interpretatiuus spoliator, de quo agit d.l.si quis conductionis.audietur, si excipiat de dominio suo notorio : subscribit Alexand.l.si aliquam rem.num.35.ff.de acquiren.posses.Curt.Senior consil.71. num.23.Ripa responso.54.nume.8.Marant.in praxi,pagin.177.numer.41.Menoch.de recuperan.posses.11.remedio. numer.44. Sed non placet hæc declaratio,quia in profanis conceditur restitutio, etsi constet de dominio spoliatoris. c.in literis. de restitut. spoliator.l. sequitur.§.si tu vi.in fine.ff.de vsucapion.§.recuperandæ.in fine.Instit. de interdict.l. 1.§.& parui.& ibi Bart.ff.quod vi aut clā.

tradit



tradit Rota decisione.2.de restitut. spoliator.in antiquis. Oldrad. consil. 1. numer.10.Imola d.c.in literis.num.5. Hippolyt.singul.11.& Anton.Gabriel lib.5. communium, tit. de restitut. spoliator. conclusione.1.num.10.& numer.98. & conclus.5.nume.110. Gomez.regula de triennali.q.11.colum.2.Infertur quartò annotatio ad tradita hîc per Bart. num. 2. ad finem.dum ex suprà traditis collegit,quòd vbi res repetitur per actionem personalem, concessam per legem ex æquitate,extra id quod actum est, non potest conuentus excipere de proprio dominio : allegat d.l. si quis conductionis.&.l.indebiti.15.§.sed etsi numi.§. de cond.indeb.&.l.2.§.de condict.triticar. subscribunt Cuman.Paul.Roman.& Aretin. hîc ad finem. & asserit receptum Alciat.l.bona fides.§.fin.num.3. ad fin. §.depositi. Stella.l.repetitio.nume.50.§. de cond.indeb. Cagnol. d.l. neque pignus.nume.5.† Contrarium tamen,imò
35 quòd & in prædictis terminis posit conuentus excipere de proprio dominio,tenet Imol.hîc,& latè defendit Stella d.l. repetitio. à num. 51. inducens pro hac sententia dict.l.repetitio. & magis probat Alciat.l.rem quæ nobis.num.6.ff. de acquir.posses.Placet resolutio Alexand. hîc numer.8.quòd doctrina Bart. procedat, quando per actionem personalem agitur aduersus eum,qui possidet nomine alterius:nam cum tunc negando restitutionem, videatur possessorem spoliare.l.colonus.12.ff.de vi & vi armat.succedit regula.l.si quis à se fundum. C. ad legem Iuliam de vi public.vt suprà diximus. Sed si per actionem personalem, concessam extra id de quo actum fuit, agatur aduersus eum, qui suo nomine possidet,& non alieno, poterit is opponere de pprio dominio.d.l. repetitio. & l.de hæreditate.C.de petition. hæredit. Neque contrariū probant iura per Bart. allegata:nam dict.l.si quis conductionis. apertè loquitur in primo membro, prædictæ distinctionis:tex.autē in d.l. indebiti.§.sed etsi numi.§.de condict. indeb. ea ratione procedit, quia ille qui indebitè accepit possessionem , quanuis propter bonam fidem præscribat,tamen nō sibi acquirit dominium,saltem irreuocabiliter:sed potius ea præscriptio prodest illi,qui indebite possessionē tradidit, iuxta regulam.l.si alienam.13.in princ. &.l. qui alienam.43.ff.de donatio.causa mortis. Meritò igitur in specie d.§.sed si numi. præscribens non potest opponere conducenti, dominium quæsitum per præscriptionem;quia illud non sibi, sed condicenti prodesse debet : quòd si ille sibi acquisiuisset dominiū ex alia causa, tunc aduersus condicentem posset opponere de suo dominio, iuxta regulam l.repetitio.44.§.de condictione indeb. quidquid contrarium videatur sentire Bartol. hîc dict. numero. 2. ad finem. & Zasius numer.9.Menochius de recuperanda possessione. 2.remedio.numer.7. Neque etiam obstat.l.2.§.de condictione triticar. quia ex suprà dictis dicendum est, quòd si ille, à quo condicitur possessio per triticariam actionem , opponat de proprio dominio, audiendus est, si prædictā possessionē suo nomine
36 teneat. † Cōtrariū tamē tenet Ripa in rubr.nu.5.ff. de interdict. cōcludēs,q̄ si agatur reiuendicatione, vel condictione furtiua ad rem,poterit tunc conuentus opponere de proprio dominio : quo probato ,succumbet ille qui egit condictione furtiua : sed si tantùm condicatur possessio, non admittitur prædicta oppositio:allegat Paul.l. & ideò.§.Neracius numer.2.ad finem.§. de condictione furtiua. subscribit Menochius de recuperanda possessione. 2.remedio. numero. 8. & pro constanti tenet Zasius hîc num.10.Sed longè verior est declaratio suprà tradita:pro qua nouè expendo.l.si in area.33.in.2.casu.§. de condiction.indeb.vbi quis rem possidebat, & per errorem transtulit eam possessionē

in

in verum dominũ illius rei: & subdit Iureconf. prædictum non posse condicere eam possessionẽ, quia dominus suum recipit. Glo. ibi verb. non habebit opponit de. l. indebiti. §. sed etsi numi. s̃. de cond. indeb. quæ probat, possessionem indebitè traditam posse condici per condictionẽ indebiti, & variè respondet. Sed Paul. ibi num. 2. & Iason ad finem. respondẽt d. l. indebiti. §. sed etsi numi. procedere, quando possessio indebitè tradita est illi, qui non erat verus dominus rei, cuius possessio indebitè tradita fuit: nam si ille erat verus dominus rei, non poterit condici possessio; quia non potest dici indebitè tradita, cum ipse dominus agẽdo reiuendicatione, posset compellere possessorem, vt sibi possessionem rei suæ reddat: ergo apertè probat ille tex. quòd possessio tradita per errorem domino, non potest ab eo condici, & consequenter, quòd condicenti potest opponi de dominio rei conuenti: quidquid cõtrarium pro cõstanti teneat Stella d. l. repetitio. num. 53. in fine. Menoch. de recuperan. possess. 2. remedio. numer. 8. Pro vera tamen resolutione huius difficultatis, & vero intellectu d. l. 2. s̃. de cond. triticar. sciendum est, quòd cõdictio triticaria datur domino rei: item datur respectu solius possessionis. d. l. 2. s̃. de condict. triticar. notat glos. final. l. & ideò. §. Neratius. s̃. de condict. furtiua. Item datur nõ solùm pro re immobili, sed etiam pro re mobili dict. l. 2. post princip. s̃. de condict. tritricar. Vnde dum glo. 2. l. rem quæ nobis. j̃. de acquir. possession. tradit, pro re mobili nullum dari remediũ possessoriũ, debet intelligi, id est, nullum interdictum possessorium, vt est expressum. l. 1. §. illud. j̃. de vi & vi armat. nam ad petendam possessionem rei mobilis, sine dubio competit condictio triticaria: † notat Bartol. dict. l. rem quæ nobis. numer. 1. & l. manifestissimi. §. sed cum. num. 3. C. de furtis. Prætereà sciendum est, quòd quando cõdictio triticaria datur ratione dominij, non competit generaliter aduersus omnes, sed tantùm aduersus fures, & violentos possessores, iuxta generalem iuris regulam, quòd nemo potest cõdicere rem suam, præterquam à fure. l. final. s̃. vsusfructuarius quemad. caueat. §. sic itaque. Instit. de action. & est expressum. l. 1. §. fin. cum. l. seq. s̃. de condict. triticar. Vbi autem datur ratione possessionis solius, dicendum est dari pro possessione debita cõdicenti, vel ratione contractus, vel alia ratione: glos. d. l. 1. verb. aliàs. s̃. de condict. triticar. & ibi Paul. numer. 2. & 5. Angel. §. quadrupli. numer. 32. versic. quintò. Institut. de action. & quando condicens nunquam illam obtinuit: nam si semel obtinuit, & posteà cecidit à possessione, pro repetenda possessione amissa minimè competit condictio triticaria, vt tradit glos. dict. l. 1. verb. rem. in fin. s̃. de condict. triticar. Supple tu, nisi aduersus furem, vel violentum possessorem, vt suprà dictum fuerat in condicente ratione dominij, & ibi declarat Paul. numer. 1. & 6. Et in hoc sensu procedit quod sentit Bartol. dict. l. rem quæ nobis. num. 2. quòd possessio non condicitur nisi à fure, vel violento possessore, & ibi etiam Alex. nu. 6. Ripa nu. 17. ad finem. Alciat. nu. 11. Corne. consil. 56. num. 17. lib. 2. & clarius cæteris Anton. Rube. l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 83. j̃. de acquir. possession. Marant. in praxi, pagin. 174. numer. 31. nam intelligendi sunt, quando condicens iam obtinuit possessionem, & posteà ab illa cecidit: nam possessio debita, & quæ nunquam fuit acquisita condicenti, indistinctè per eum condici potest: vt colligitur ex generalitate. l. 2. in fin. s̃. de condict. triticar. Ripa in rubric. numer. 3. in fin. j̃. de interdictis. Ex quibus ita præsuppositis, in hac materia tres sunt constituendæ conclusiones. Prima est: Si quis per triticariam condicat possessionem, quam nunquam obtinuit, sed tantùm sibi debetur ratione contra-



contractus, vel ex alia causa, non potest ei obijci exceptio proprij dominij: nam hoc casu condicitur possessio à conuento, quasi sua sit, siue ratione dominij, siue ex alia causa: vnde exceptio proprij dominij proposita à conuẽto, in his terminis nihil concluderet, & ideò admitti nõ
38 debet. cap. per tuas. de probatio. † Et pari ratione, si postquam quis obtinuit possessionem, & eam cõdicit à fure, vel violento possessore, nihil ei obstabit exceptio proprij dominij, iuxta regulã. l. si quis à se fundum. C. ad leg. Iuliam de vi publica. Et in his casibus vera erit opinio Ripæ suprà relata. Secunda cõclusio sit: Si quis condicit possessionẽ tanquam indebitè traditam, obstat ei exceptio proprij dominij, vt efficaciter probat. l. si in area. in. 2. casu s̃. de cond. indeb. Neque repugnat dict. l. indebiti. §. sed si numi. s̃. de cond. indeb. quia ibi ille, cui tradita fuit possessio indebitè, non erat dominus rei, & ideò non poterat excipere de dominio quod non habebat. Tertia cõclusio sit: Si quis condicit tanquam sibi debitam possessionẽ ab eo, qui possidet suo nomine, condicẽti obstabit exceptio proprij dominij, iuxta resolutionem Alexan. hîc nu. 8. quam suprà retulimus. Vnde infertur, quòd cùm maritus possideat dotẽ suo nomine. l. sciẽdum. 15. §. si fundus. s̃. qui satisdar. cogantur. & quidẽ sine vitio, quia voluntate mulieris illã possidet; aduersus vxorem condicentem poterit excipere de proprio dominio: quidquid contrarium teneat Alexan. hîc num. 10. & Alcia. l. bona fides. §. final. num. 3. ad finẽ. s̃. depositi. per tradita per Bart. hîc num. 2. ad finẽ. Sed intelligẽdo Bart. vt suprà diximus Bartol. magis pro nostra stat opinione. Et facit, quia mulier aduersus maritum, de negãtem rerum dotalium restitutionẽ, non potest agere condictione. l. si quis conductionis. C. de locato. quia maritus non possidet nomine vxoris, sed suo nomine, vt hîc tradit Alexand. num. 6. & 8. quidquid repugnet Paul. num. 5. Et ex hac exquisita resolutione in hac materia multa inferuntur, in quibus DD. videtur hallucinati. Et primò infert dubiam reddi traditionẽ Bart. hîc num. 3. quod si ecclesia vẽdidit rẽ, non obseruatis solennitatibus cap. sine exceptione. 12. quæstio. 2. poterit eam condicere ab emptore per condictionẽ authẽtic. qui res. C. de sacros. eccles. neq; emptor poterit excipere de proprio dominio, quia conuenitur actione personali orta ex-
39 traid quod actum est; † quod & tenet Bart. l. indebiti. §. sed si numi. num. 1. s̃. de cond. indeb. Paul. hîc num. 3. Alexã. num. 9. Deci. consil. 187. col. 2. in princ. Maranta in praxi. 7. distinctio. iudicior. num. 33. Iason. §. sic itaque. num. 38. Instit. de actio. hæc enim opinio confunditur ex suprà traditis: cùm enim condictio dict. authẽtic. qui res. detur aduersus emptorem possidentem suo nomine, & quidem sine vitio; quia voluntate ecclesiæ possessio ad eum peruenit: ergo potest opponere de proprio dominio, iuxta suprà resoluta. Et confirmatur, quia possessio tradita ratione contractus inualidi, tanquam indebitè tradita condici potest per condictionem indebiti. l. indebiti. §. sed si numi. & ibi Iason num. 2. s̃. de condiction. indebiti. Ripa in rubrica. num. 3. j̃. de interdict. Menochius de recuperand. possessio. 2. remedio. num. 4. In quibus terminis certum est, conuentum posse excipere de proprio dominio. l. si in area. in. 2. casu. s̃. de condictio. indebit. in ducta vt suprà, Et pariter corruit quod tradit idem Bartolus hîc numero. 4. quòd si minor alienauit rem sine decreto, potest condicere possessionem per condictionem indebiti: neque conuẽtus poterit opponere de proprio dominio: allegat text. l. magis puto. in principio. versiculo, si pupillus. j̃. de rebus eorum. nam & hoc dictum ex suprà traditis confunditur. Neque obstat dict. l. magis

magis puto.versic.si pupillus. nam tantùm probat, minorẽ non posse alienare rem alienam, quam bona fide posidet, sine decreto: non tamen inde infertur, quòd si ille, in quẽ alienata est, sit verus dominus illius rei, non posit excipere de proprio dominio, vt aduertit Stella l.repetitio. num. 53.in fine. ℣. de cond. indeb. Secundò principaliter ex suprà resolutis infertur, quòd licèt possessio, etiam semel habita, per condictionem triticariam posit condici à fure, vel violento possessore, l.1.§.final.℣. de cond. triticar. & suprà diximus: tamen si is eam rẽ transferat in alium, qui bona fide, & sine vitio posidet, ab isto tertio non poterit condici possessio per triticariam: tum quia condictio tanquam actio personalis, non datur aduersus tertium possessorem l.fin.§.fin.℣. de contrahẽd. emptio. tum etiam, quia cùm condicens semel habuerit illius rei possessionem, nõ potest eam condicere, nisi à fure, vel à violẽto possessore, vt suprà diximus. Et is qui bona fide posidet, non potest dici, neq; fur, neq; violentus possessor: neque etiam potest eam condicere tanquam indebitè traditam, cùm ipse huic
40 tertio possessori nihil tradiderit: † neq; etiam interdicto possessorio potest eam petere, quia interdicta tanquam concepta in personam, non competunt aduersus tertios possessores. l.cùm à te.j. de vi & vi armat. &.c.cùm ad sedem. de resti. spoliator. Vnde videtur sequi, quòd per solam reiuẽdicationem poterit hanc re petere ab isto tertio possessore: quod sentit gloss.l.& non tantùm. in princip. verb facilè in fin.℣. de petitio. hæredita. Contrarium nihilominus voluit gl. ver bo, à dominis. l.2.C.de furtis. cõcludẽs, quòd si quis bona fide emit à fure, dominus rei, vel antiquus illius possessor, poterit ab isto tertio possessore auocare possessionem per remedium. l. si coloni. C. de agricol. & censit. libr. 11. quod etiam sentit Innoc. cap. sæpe. num. 2. de restit. spoliator. & ibi Panorm. num. 28. defendit idem Panorm. cap. si diligẽti. num. 17. depræscriptio. Pro concordia dicẽdum est, regulariter nostram illationem veriorẽ esse: neq; enim mala fides authoris, regulariter debet nocere particulari successori posidẽti cum bona fide. l.eum qui. §. prætor ait. ℣. de Publicia. Limitetur tamẽ, quando res affecta est vitio reali, scilicèt furti, siue violẽtiæ. §. furtiuę. Instit. de vsucapio. & præterea titulus sit habitus à vitioso possessore: his enim duobus concurrẽtibus, etiam aduersus tertium bona fide posidentẽ dabitur remedium possessoriũ, de quo in d.l.si coloni. C. de agricol. & cẽsit. lib. 11. nam cùm tunc duplex vitium concurrat, magis præiudicatur possessori etiã bonæ fidei, iuxta tradita per gl. l. do nationes quas parẽtes. C. de dona. inter vir. Quã resolutionẽ posuit Bar. l. rẽ quæ nobis. num. 2. & ibi Iason num. 17. j. de acquir. posses. Bar. l. manifestissimi. § sed cùm in secundum. num. 5. & ibi Paul. ad finẽ. C. de furtis. idem Paul. l. 2. ad finẽ eo. tit. & alij, quos refert Corne. consil. 62. num. 10. libr. 1. Et in his terminis loquitur gloss. d.l.2. verb. à dominis. C. de furtis. & procedit d.l.si coloni. nam colonus adscriptus glebæ, qui à solo aufugit, sui furtum fecit. l. cũ satis. post princ. C. de agricol. & cẽsiti. lib. 11. l. 1. C. de seruis fugitiuis. & sic erat affectus vitio reali furtiuitatis: & prętereà ipse tradidit se illi, qui eum nunc bona fide posidet, & sic à vitioso possessore habitus fuit titulus: & propter hoc duplex vitium aduersus possessorem bonæ fidei con-
41 ceditur remedium possessorium dict. l si coloni. † Ex quo consequitur, quòd si res affecta esset vitio reali: & tamen titulus non esset immediatè habitus à vitioso possessore, sed ab alio, qui bona fide emit à vitioso possessore, & posteà transtulit in alium etiam bona fide posidentem: cùm tunc cesset vnum ex requisitis suprà expressis, non erit locus reme-



remedio dict. l. si coloni. quòd ibi tenent Angel. & Platea. Ripa c. sæpè. nume. 33. de restit. spoliat. & plures relati per Menoc. de recup. posses. 10. remedio. nu. 17. Est tamen aduertendum, quòd Bart. l. rẽ quæ nobis. num. 2. j. de acq. posses. contrariũ videtur sentire, dum inquit, ideò
42 aduersus bonæ fidei possessorem, habẽtem tamen causam à furè, dari remediũ possessorium; quia quẽadmodum possessor bonæ fidei non potest prescribere rẽ affectam vitio reali. §. furtiuę. Inst. de vsu capi. Itẽ neq; potest habere Publicianã. l. siue autem. §. hæc actio. ℣ de Publician. pariter neque poterit se tueri in possessione rei, vitio reali affectæ: nam hæc ratio euincit, id procedere, etiãsi titulus immediatè non sit habitus à vitioso possessore: nam semper verũ est dicere, rem affectã vitio reali non posse præscribi, neque pro ea cõpetere Publicianã, vt probãt iura suprà citata: & ita in specie aduertit Socin. l. rẽ quæ nobis. nu. 12. vers. aliquando & tertiò. j. de acq. posses. inquiens, quòd licèt Bart. in dicto loco videatur requirere, ꝙ vt detur remedium possessoriũ aduersus bonæ fidei possessorem, oporteat, quòd res sit affecta vitio reali, & prætereà titulus sit habitus à malæ fidei possessore: tamen eius ratio euincit, satis esse, quòd res sit affecta vitio reali, neque sit curandum, à quo habeatur titulus: quod etiam tradit Aretin. hîc col. pen. ad finem. Alexand. consil. 118. nu. 1. lib. 2. Socin. consil. 266. numer. 15. lib. 2. Sed non est recedendum à prima opinione magis communiter receptа: neque est verum, quòd Bart. d.l. rem quæ nobis. num. 2. in ratione quam reddit, contrarium sentiat: nam cum suprà dixisset, quòd vt detur remedium possessorium, oportebat, rẽ esse affectã vitio reali, & titulũ haberi à possessore vitioso, subdit, rationẽ esse; quia propter primã causam bonæ fidei possessori denegatur Publiciana. l. siue autem. §. hæc actio. ℣. de Publician. & propter secũdã causam denegatur possessori bonę fidei, prescriptio longi temporis. auth. malæ fidei. C. de præscription. longi tẽporis, & ideò propter hoc duplex vitiũ simul cõiunctum, meritò cõcedetur possessoriũ remedium aduersus bonæ fidei possessorem. † Pro concordia tamen dicẽdum est, in hac materia duas posse moueri quæstiones. Prima est, vtrũ à possessore bonæ fidei, posit auocari res per Publicianã, & sic per petitoriũ iudicium, ex ea causa, quòd res sit affecta vitio reali? Secunda est, vtrũ propter eandã causam à bonæ fidei possessore posit auocari possessio per aliquod remediũ possessoriũ? Quoad primã quæstionẽ dicẽdũ est, ob eam causam rẽ posse auocari per Publicianã, vt tenet Bald. l. 2. nu. 1. ad fin. C. de furtis. & Gomez. §. sed istæ. num. 13. vers. tertiò limitatur. Inst. de action. Exẽplum erit in specie. l. siue autẽ. §. si duobus. ℣ de Publician. vbi probatur, quòd si titulus sit habitus à diuersis quasi dominis, ille præferetur in Publiciana, qui nunc possidet, quanuis alius prius obtinuerit possessionem, à qua cecidit. Quod tamen intelligendum est, quando ad istum, qui nunc posidet, peruenit res non affecta vitio reali: nam si affecta eo vitio peruenerit, non præferetur, qui nunc posidet, imò qui antiquiorem habuit possessionẽ, poterit ab eo rem auocare per Publicianã. Ratio est, quia iste, ad quẽ peruenit possessio affecta vitio reali, non videtur habere titulũ cõsiderabilẽ, quoad Publicianã actionem. l. siue autẽ. §. hæc actio. ℣. de Publician. & sic perinde est, ac si habeat solã possessionẽ sine titulo. Alter igitur, qui habet titulũ considerabilem quoad Publicianam, rem auocare poterit, & posidenti sine titulo præferẽdus est. c. licèt causam. de probation. Bartol. l. si duo. nu. 4. j. vti posidet. Quoad secundam autem quæstionẽ dicendum est, rem esse affectam vitio reali, non esse causam sufficientem, vt per possessoriũ auocari posit possessio à bonæ fidei

possessore, nisi simul cõcurrat, q̃ titulus
sit habitus à malę fidei possessore. l. si co-
loni. C. de agric. & censit. lib. 11. & suprà
diximus. Et est ratio huiꝰ differẽtię, quia
in Publiciana, siue petitorio iudicio, agi-
tur de quasi dominio: & sic inquirendũ
est, quis habeat potiora iura respectu
quasi dominij. Plane respectu quasi do-
minij potiora videtur habere iura, qui ti
tulum habet sufficientem ad producen
dam actionem Publicianam, † & ideò
43 præferetur habenti solam possessionẽ
sine titulo habili ad producendam Pu-
blicianã, vt quia res affecta est vitio rea-
li. l. siue autem §. hæc actio. ff. de Publicia
na. Quæ ratio euincit, id procedere, etiã
si primus, cui res vendita fuit, & tradita,
nunquam cum effectu obtinuerit pos-
sionem, vtpote quia res sibi tradita, per
alium possidebatur, iuxta. l. si fundum.
§. de fundo dotali. Vt enim præferatur,
satis est, quòd respectu quasi dominij,
potiora iura videatur habere: quidquid
contrarium sentiat Corne. cons. 62. nu.
10. ad finem libr. 1. Cæterum quando
agitur de auocanda possessione per re-
medium possessorium, non habetur re-
spectus ad quasi dominium, sed tantùm
ad ius possessionis. Cũ igitur possessor
bonæ fidei habeat possessionem in re af
fecta vitio reali, præferendus est. §. com
modum. Instit. de interdict. neque ab
eo auocari potest per aliquod remediũ
possessorium, ex suprà traditis. Ex qui-
bus colligas, facilius rem auocari pos-
se à bonæ fidei possessore per Publicia-
nã, & sic per petitorium iudicium, quã
auocetur ab eo possessio per remedium
possessorium: quidquid contrarium exi
stimet Panorm. c. si diligenti. nu. 17. in
fine. de præscriptio. & Corne. cons. 62.
num. 10. ad medium. lib. 1. Colligas etiã
annotationem ad glo. fin. l. 1. §. de con-
dict. triticar. dũ tenet, quòd si dominus
rei cecidit à possessione, potest illã auo-
care per cõdictionem triticariam. Paul.
Castrens. dicit, quòd si gl. vera esset, in ep-

tè dominus ageret reiuendicatione, &
obligaret se ad probandum dominium:
cuius probatio difficillima esset. l. cũ
res. C. de probatio. Nam ex prædictis di
cendum est, q̃ poterit dominus auoca-
re possessionem per triticariam, à fure,
vel violento possessore, iuxta. l. 1. §. fin.
ff. de condictio. triticar. non autem à bonæ
fidei possessore, nisi duo simul concur-
rant: quòd res sit affecta vitio reali, & titu
lus sit habitus à vitioso possessore. Ité ex
suprà traditis colligas etiam, quòd prou
mala fides authoris non nocet particula
ri successori, etiam quoad terminos Pu-
blicianæ. l. cum qui. §. prætor ait. ff. de Pu
bliciana, quæ etiam hodie locum obti-
net, non obstante auth. malæ fidei. C. de
præscriptio. longi temporis: quæ nihil cẽ
setur innouasse circa Publicianam, vt te
nent Bart. Bald. d. post princip. & Angel.
nu. 2. d. l. cum qui. §. prætor ait. ff. de Pu
bliciana. & asserit receptum Alex. l. rem
quæ nobis. num. 9. & ibi Iason num. 23.
Ruin. num. 5. ff. de acquir. posses. Iason. §.
sed istæ. nu. 80. & ibi Gomez. nu. 41. In-
stit. de actio. & consequentur, cũ habeat
titulum habilem ad producendam Pu-
blicianam, si simul possideat, præferen-
44 dus est, † iuxta regulam. l. siue autem. §. si
duobus. ff. de Publiciana. ita etiam & à
fortiori mala fides authoris non nocebit
bonæ fidei possessori: neque propter
illam possessio poterit auocari à bonæ
fidei possessore per remedium possesso-
rium: quòd difficilius conceditur, vt cõ-
stat ex suprà traditis. & ita Arc. in l. rem
quæ nobis. col. fin. ff. de acq. posses. quid-
quid Bart. ibi num. 2. contrarium videa
tur sentire, dum allegat auth. malæ fidei.
C. de præscriptio. longi temporis. & quid-
quid contrarium tanquam verius pro-
bet Socin. ibi num. 12. vers. potest tamẽ.
& Ripa num. 24. & Alciatus. num. 8.
qui asserit receptum & contrarium etiã
probet Socinus consilio. 266. nume. 18.
libro. 2. Antonius Rubeus consilio. 4.
num. 10. & Ripa. cap. sæpe. nu. 28. in fin.

de



de restit. spoliator. Quibus adde, neq;
malam fidem authoris quoad terminos
d. auth. malæ fidei. nocere cuicumq; bo
næ fidei possessore, sed tantùm illi, qui
immediatè causam habuit à malæ fidei
possessore, vt explicat Bart. l. Põponius.
§. cum quis. nu. 2. & ibi Alexan. nu. 10. ff.
de acquir. posses. Ad complemẽtum au-
tem articuli sciẽdum est, quòd licèt in
casibus de quibus suprà, possessio iure ci
uili non posit auocari per remedia pos-
sessoria, à possessore bonæ fidei: tamen
iure canonico videtur, q̃ auocari pos-
sit per remedium possessorium, de quo
cap. integranda. 3. q. 1. quod in sua gene
ralitate probat, quòd etiam à possessore
bonæ fidei posit auocari possessio per
remedium illius capitis, per illum, qui
per iniustos modos cecidit à sua posses-
sione. Quod etiam videtur colligi ex ge
neralitate cap. ecclesias. 3. q. 2. & tradit
Collectarius. c. solicitè. in fin. de restitu.
spoliator. Et hanc esse magis communẽ
opinionẽ asserit Socin. d. l. rem quæ no-
bis. num. 3. & ibi Iason num. 19. Ripa. c.
sæpe. num. 20. & num. 28. de restitu. spo-
liator. & hodie obseruari etiam in foro
seculari, asserit Purpurat. cons. 374. nu.
15. & plures quos refert Menoch. de re
cuper. possessio. 15. remedio. num. 80.
Et hanc esse magis communem opinio
nem, & in praxi seruandam, asserit Cassa
dor. decis. 7. de restit. spoliator. Marant.
in praxi. pagin. 179. num. 50. Gutier. in
canonicis quæstionib. cap. 34. num. 51.
latè Anton. Gabri. lib. 5. commun. tit. de
restit. spoliator. conclusio. 5. num. 31. &
Tessaurus decisio. Pedemonta. 29. nu. 1.
Et facit pro hac sentẽtia, quia quemad-
modum petenti restitutionẽ suæ posses
sionis per interdictum vnde vi, conuen-
tus non potest obijcere proprium domi
niũ. l. si quis à se fundũ. C. ad leg. Iuliã de
vi publica. ita etiam & petẽti restitutio-
nẽ per remediũ d. c. integrãda. nõ potest
45 reus obijcere propriũ dominiũ, † vt te-
net Anton. d. c. sæpe. nu. 15. & ibi Ripa
n. 50. & asserit receptũ Valasc. de emphy
teusi. q. 18. nu. 16. ad finẽ. Si igitur verũ
dominiũ non potest obijci agẽti prædi-
cto remedio: ergo à fortiori non poterit
obijci solus titulus, & bona fides. Et ab
isto fundamẽto pendere veram decisio
nem huius quæstionis, fatetur Alex. d. l.
rem quæ nobis. col. 3. ad fin. & ibi Soci-
nu. 12. vers. quæ responsio. Deci. consil.
57. num. 6. Sed subsistendum est, nã imò
remediũ d. c. integranda. nõ dari aduer
sus possessorẽ bonæ fidei, tenet Bart. d. l.
rem quæ nobis. nu. 2. cuius opinionem
latè defendit Ruin. ibi à nu. 1. & esse re-
ceptam à legistis asserit Anto. Rube. cõ-
sil. 4. num. 10. & cons. fin. nu. 9. & plures,
quos refert & sequitur Menoch. de re-
cup. posses. 15. remedio. n. 89. & latè agit
Sarmiẽto de redditib. ecclesiasticis. 1. p.
c. 4. nu. 11. Octauia. decis. 93. & alij quos
refert Tessaurus decisio. Pedam. 29. nu.
1. ad finẽ. Adducitur pro hac postrema
sententia text. in. l. siue à te. §. si duobus.
ff. de Publiciana. vbi quæritur, in Publi-
ciana quis sit præferendus? vtrùm ille,
qui prius habuit titulum, & possessionẽ,
à qua posteà cecidit per modos iniu-
stos, vel ille, qui habet titulum, & posses-
sionem de præsenti? Et respondet Iure
consult. præferendum esse illum, qui
nunc possidet: ergo si ille, qui habuit ti-
tulum, & antiquiorem possessionem, à
qua posteà cecidit per modos iniustos,
nõ potest p Publicianã rẽ auocare ab eo
qui habet titulũ, & possessionẽ de p̃senti
à fortiori neq; ab eodẽ poterit auocare
per remediũ possessoriũ, q̃d difficilius
cõceditur, vt suprà probauimus. Et con
firmatur, quia quãdo quis probat titulũ,
& antiquiorẽ possessionẽ, sequẽs posses-
sio præsumitur vitiosa, id est, clandesti-
na, siue violẽta. c. licèt causam. de proba
tio. & tamen quia constat de titulo, &
bona fide moderni possessoris, cessat
prædicta præsumptio, & possessor tan-
quam iustè possidẽs, in sua possessione
cõseruatur. d. §. si duobus. notãt Ripa. c.

sæpe.

sæpe.num.28.de restit.spoliator.Menochius de recup.posses.15.remed.nu.91. ergo iusta possessio nullo modo auocanda està possessore. Et retẽta hac opinione,non obstant suprà adducta pro cõtraria opinione:quia ad primũ de cap.integranda.3.q.1.respondetur, illius capitis generalitatem esse accipiendam, & interpretandam secundũ iuris principia; vt scilicèt eiectis, & spoliatis omnia restituantur,scilicèt, per eũ qui spoliauit, vel mãdauit fieri spoliũ, vel illud ratum habuit.cap.cũ ad sedem.de resti.spoliat. Item etiam per bonæ fidei possessorem, qui posidet rem vitio reali affectam, & titulum immediatè habet à malæ fidei possessore. † Nam & ab hoc bonæ fidei
46 possessore posse auocari possessionem per remedium.l.si coloni.C.de agricol. & censit.lib.11.suprà probauimus: vel ab eo bonæ fidei possessore, qui solam habet possessionem sine titulo,iuxta.l.si quis emptionis.C.de præscriptio.trigintа annorũ.nam & ab hoc possessionem auocari posse, constat ex eo quòd non probato titulo.præsumitur possessio recens esse vitiosa,id est,violẽta, siue clandestina.cap.licèt causam.de probation. Bart.l.si duo.nu.4.ʃ.vti posidetis.&ideò improba possessio illi auferẽda est.l.improba.cũ ibi notatis.C. de acq. possess. & in specie Paul.l.& ideò.§.Neratius.n. 6.s.de condict.furtiua. & in hoc omnes conuenire asserit Socin. l. rem quæ nobis.num.12.in princ.ʃ. de acquir.posses. Addẽdo tamen, q̃ si constaret de cõtrario,tunc à posidẽte cũ bona fide, non posset possessio auocari per remedium possessorium,sed tantùm per petitoriũ, id est,per Publicianam, iuxta suprà tradita. Extra prædictos autẽ causus,videtur tenendũ, non posse auocari possessionem ab eo,qui cũ titulo & bona fide posideт.d.§.si duobus. qui in in his terminis non inuenitur correctus. Nõ obstat secũda ratio, quia in primis respondetur, non valere consequẽtiam, Quis non potest opponere de proprio dominio:ergo neq; de titulo,& bona fide:nã in specie cap.sæpe.de restit.spoliator.cõuentus non potest objicere de proprio dominio,iuxta regulam.l.siquis à se fundũ.C.ad leg.Iuliã.de vi publica. & tamẽ potest objicere,se posidere cum titulo & bona fide. Et est ratio,quia illud remediũ datur contra vitiosum possessorem, vel illum,qui scienter successit in vitio. Cùm ergo ille,qui habet titulum, & bonam fidem,non posit dici scienter successisse in vitio, prædictum remedium aduersus illum non competet: quod in specie aduertit Socin.d.l.rẽ quæ nobis. num.12.in fin.& consil.266.num.17.libro.2.Item & secundò respondeo, imò verius esse, quòd in terminis d.c.integranda.audiatur conuẽtus,si excipiat rẽ illam esse suam,iuxta regulam.l.dolo facit.ʃ.de doli exception. quæ etiam locũ habet in couẽto per remediũ possessorium: dũmodo prædictam exceptionẽ
47 objiciens,non spoliauerit per vim, † nã tunc in eius odiũ non admittitur prædicta exceptio.gloss.l.fin.verbo,per ignorantiam.in fine. C.vnde vi.Bart.l. si devi. ad finẽ.s.de iudic.Dec. consil. 191.n.9. Sed in posidẽte cũ titulo, & bona fide, non potest considerari odiũ spolij: ergo audiẽdus est, si excipiat de proprio dominio: & ita in specie tenet Bellamera decisio.36.& latè defendit Socin.d.l.rẽ quæ nobis.num.15.& num.20.post medium.Dec.cons.517.num.8. & sic retorquebitur argumentũ: & tantùm opinio contradicẽtium admitti potest, quatenus remedium d.c.integranda.cõcurrit cum interdicto vnde vi: vt quia datur contra spoliantẽ,mandantẽ, vel ratum habentẽ, vel sciẽter succedẽtem in vitio:nam cùm tunc adsit odium spolij, non audietur opponẽs de proprio dominio;quia huiusmodi exceptio nõ cõcludit, eum iustè possessionẽ habuisse, cùm etiam dominus propria authoritate non posit occupare rẽ ab alio possessam.



sam l.si quis in tantã.C.vnde vi. & ideò meritò hæc iniusta possessio,non obstãte prædicta exceptione, ab eo admittitur.cap.fin.ante finẽ.3.q.1. Itẽ quando posidens bona fide,vellet opponere de dominio alieno,tunc nõ audiretur,quia regula d.l.dolo facit.tantùm locum habet,quando id quod petitur,statim restituẽdum est excipienti;& non procedit, si ea res tertio statim est restituẽda. Bar. l.si socer.§.Lutius.ʃ.eod. & in specie Ripa d.cap.sæpe.num 50 Beroius cap. in literis.num.40.de restit.spoliator.Sed si remedium d.cap.integranda.intẽtetur aduersus possessorem bonæ fidei cũ titulo,poterit is objicere de proprio dominio:quia cessat odium spolij, vt suprà dictum est:& agnoscit Deci.consil.191.n. 10.Menchac.de recup.possessio.15.remedio.num.479.Adeo,quòd omnia iure inducta in odium spoliatorum,nõ habeant locum in remedio d.c. integranda.admissa opinione Canonistarum,dari illud remedium aduersus posidentẽ cum titulo,& bona fide: quia in eo cessat ratio odij,vt resoluit Soci. d.l.rẽ quæ nobis.num.15.in fin. & vide etiam Tessaurũ decisio. Pedamontana.29.nu.2. Et ex his facilè tolles eam difficultatẽ, quæ mirum in domum vrget DD.stante decisione d cap.integranda. ad quid opus fuerit inducere nouam decisionẽ cap.sæpe.de restit.spoliator.quod interdictum detur aduersus scienter succedẽtem in vitiũ? cùm potius iuxta decisionẽ d.c.integranda. aduersus quemcunq; debuit dari. † Et augetur difficul-
48 tas,quia remedium d.c.integranda.non solùm competit Episcopis eiectis, & sic personis ecclesiasticis, de quibus loquitur,sed etiam secularibus communicatur,vt receptum esse asserit Socin. dict. l.rẽ quæ nobis.num.4.Deci.consil.252. num.7.Rebuff.1.tom.ad leges Gallicas. tit.de sentẽt.exequendis.artic.5.glos.1. Maranta in praxi.pag.179.num.50. Sed si teneas opinionẽ quã defendimus,cessat difficultas. Si autẽ admittamus opinionẽ Canonistarum, quòd illud remedium detur aduersus possessores cum titulo,& bona fide, respondetur, quòd d. cap.integranda.loquitur in illis, qui sine iusta causa amiserunt res ecclesiæ,vel proprias:quod verbũ,Proprias, quanuis explicetur cum Ripa d.c. sæpe.num.23. siue de pprijs quoad dominiũ,siue quoad possessionem:tamen adhuc probat, quòd vt illud remedium cõpetat,oportet quòd eiectus prædictas res tanquam proprias posederit: quanuis attenta rei veritate,& iuris dispositione, tantùm illius essent propriẽ quoad possessionem; & sic innuitur, illud remediũ tantũ cõcedi bonæ fidei possessoribus, qui animo domini res posident tanquam proprias.l.apud antiquos. C. de furtis. vers. cùm igitur.& in specie resoluit Alexan. consil.94.num.14.lib.5. Socin.d. l. rem quæ nobis.num.7.& consilio.39. col.3. ad medium.lib.3.Brunus consil.19. nu. 24.Et hanc esse communem opinionẽ asserit idem Brunus consil.21.num.21. & Menoc.de recup.posses.15.remedio. num.62.quidquid post aliquòs contradicat Ripa d.cap.sæpe.num.23.Anton. Rube.l. naturaliter. §. nihil commune. num.81.ʃ.de acquir.possessio. Maranta in pract.pag.180.num.50. nam pro magis communi vrget,quòd remedium d. cap.integranda.& remedium.l. si coloni.C. de agricol. & censit.lib.11.æquiparantur per Innoc.cap.cùm ad sedem.de restit.spoliator.Sed remedium d.l.si coloni.tantùm conceditur possessori bonæ fidei,non autem malæ fidei,vt ex eo text.colligitur à contrario sensu, & ibi notauit gloss.2.quam ibi probant Lucas de Penna,& Platea;Maranta in praxi.7. distinctio.iudicio.num.37. Ripa d. cap. sæpe.num.34. ergo idem recipiendum est in remedio d.c.integranda.illi æquiparato:& tamen remedium d. cap. sæpe,etiam malæ fidei possessoribus competit:nam extendit interdictum vndè

vi.ad casum,quo quis sciẽter successit in vitio,vt notat glo.pen.d.cap.cùm ad sedẽ.& gloss.cap.2.verbo,contra. de ord. cognitio.Socin.d.l. rem quæ nobis. nu. 3.ad finẽ.Ripa d.cap. sæpe. à num. 38. Corras.d.§.nihil commune.numer. 42. Anton.Gomez.l.Tauri.45.nu 186. Me-
49 noc.de recup.posses. 15.remed. nu. 9.† vnde debet obtinere omnes qualitates, quas obtinet interdictum vnde vi,iuxta doctrinã glo.Cle.vt hi qui. de ætate, & qualitat.Prout igitur certũ est, interdictum vnde vi, etiam malæ fidei possessoribus competere.l.1.§. qui à me. ff. de vi & vi armata. c.in literis.de restit.spoliator.& ibi Panor.nu.9.Beroius nu. 15. ita etiam & remediũ d.c.sæpe. prædictis debet videri communicatũ,vt ibi notãt Panor.nu.17.& Ripa nu.47.ergo d. c.sæpe.etiam stante decisione d.c. integranda.multum operatur. Accedat, quòd licèt admittamus,remedium d.c.integrãda. etiam comprehẽdere casum posteà expressum in d.cap. sæpe. adhuc remedium istud non potest dici superfluum: nam agẽti remedio d. cap. integranda. aduersus sciẽter succedentem in vitio, potest objici proprium dominium,vt suprà diximus: nam in odium spoliatoris tantùm inductum fuit,ne admitteretur exceptio proprij dominij.l.si quis à se.C. ad leg.Iuliã de vi publica.Sciẽter autem succedentẽ in vitio,certum est non esse spoliatorẽ,cũ propter eã causam aduersus eum iure ciuili nõ detur interdictũ. l.cùm à te.ff.de vi & vi armata. Ergo potuit opponi de prædicto dominio. Stante autẽ noua dispositione d.c.sæpe.contrarium erit dicẽdum:nam cùm illud.c. extẽdat interdictum vnde vi, etiam ad hunc casum,vt ibi per Ripam num. 32. prout agẽti vero interdicto vnde vi, nõ obijcitur exceptio proprij dominij.d.l. si quis à se.ita etiam & agẽti remedio d. cap.sæpe.opponi non poterit;cũ interdicti vnde vi,extẽsionẽ contineat ad casum ibidem expressum:& ita ibidẽ resoluit Ripa num.50.Deniq; in terminis d. c.sæpe.sciẽter succedẽs in vitio, tenebitur de fructibus perceptis, & percipiendis.Item de omnieo quod erat in fundo,tempore quo successit in vitio,quanuis ad illũ non peruenerit:prout & eodẽ modo tenetur qui p propriũ interdictũ vnde vi,cõuenitur.l.1.in prin.ff. de vi & vi arma.glo.1.l.inuasor.C.vnde vi. quæ hoc appellat pœnã, habito respectu ad reũ cõdẽnatũ:&tamẽ qui cõuenietur remediod. c. integranda. non condẽnatur in fructibus percipiẽdis, vt tenet Rota decisio.12.de restit.spoliator. in antiquioribus.Collectarius cap.solicitæ. ad finẽ.de restitut spoliator. Sed cauendũ est,quia imò glos.fin.d.c.solicitæ. sentit, conuentum per remedium d.c.integrãda. esse condẽnandum eodem modo, quo condemnatus est conuentus per
50 interdictum vnde vi:† quam probant Panorm.ibi num.14. & Beroius nu. 38. Pro concordia dicendum est,quòd per remedium d.cap.integranda.reponuntur omnia in eo statu,in quo erant tempore spolij:ac proinde spoliato restitui debẽt ante omnia,quæ erant in re,tempore deiectionis,quãuis ad spoliatorem non peruenerint.Et in hoc sensu admiti potest traditio glo.fin.d.cap. solicitæ. Præterea & omnia ex ipsa percepta.Latè Tessaurus decisio. Pedamonta. 29. à nu.3.quem ibi vide à nu. 7. non autem ea,quæ percipi potuissent,vt tradit Rota suprà citata. Et pari ratione vtens remedio d.c.integranda. non consequetur ea,quæ fuisset lucraturus,si deiectus non fuisset: quanuis vtens interdicto, vnde vi, faciat spoliatorem condemnari in fructibus percipiendis, vt suprà dictum est: & pariter quòd soluat, quod actor fuisset lucraturus, si non fuisset deiectus. l. 1. §. non solùm. & l. interdicto. 6. ff. de vi, & vi armata. qd etiã admittetur in terminis d.c.sæpe. quod interdictũ vnde vi, ad casum ibi propositum extendit,vt suprà diximus.

Vnde



Vnde patet,remedium d.c.sæpe in multis esse exuberantius, quàm fuit remediũ d.c.integranda. etiam intellectum secũdùm communem opinionem Canonistarũ:ita vt meritò videdtur dixisse Marant.in praxi,pag.178.num.47.remediũ dict.cap. sæpè valde fuisse necessarium. Et hæc de prima conclusione in hac materia. Succedit igitur secunda principalis conclusio in ea, quòd vbi res petitur per reiuendicationem, potest reus excipere etiam de dominio tertij; quia prædicta exceptio concludit, actionem eam non competere agenti, quia non competit, nisi domino.l.vnica.C.de alienat.iudic.§.omnium.Inst.de action. & si dominium est tertij,impossibile est, q̃ sit agentis.l.si vt certo.§.si duobus.ff.cõmodat.Vnde prædicta exceptio tanquã perimens ius agẽtis, meritò admittitur l.fin.C.de reiuẽd.& ita glos.2.hic Bart. num.2. & alij communiter. Boeri. decisione.13. numer.14.Alciat.l.bona fides. versic.incurrit.num.4.5.depositi.Ex qua recepta conclusione infertur, quòd dum esse à Deci.l.fi à furioso.in fin.ff.fi certũ petat.dum dicit,quòd habẽs causam ab aliquo,non potest ei opponere de dominio tertij,sed tantùm hæc oppositio admitteretur aduersus tertiũ, à quo eqsam non habet:nã verius est,in dictis de possẽ opponi de dominio tertij,aduersus vẽdicantem,propter rationem de qua suprà † Quod colligitur ex recepta doctri-
51 na Bart.l.legata inutiliter.num.25.de adimen.legatis.& in specie contra Deci.tradit Aymon consil.41.num.98.Vnde depositarius,& commodatarius conuenti reiuendicatione,de dominio tertij excipere possunt.Paul.consil.109.numer.2.lib.1.Similiter quanquis cõductor conuentus condictione.l.si quis conductionis.C.de locatio.non possit opponere de proprio dominio, & multò minus de alieno,vt suprà diximus:tamen si conuenitur ut per reiuendicationem, tunc de dominio suo,quàm alieno excipere potest Aymon consil.157.num.4. Menoch.de recup.possess.11.remedio.nu.49. Denique si per reiuendicationem, vxor repetat res dotales à marito,iuxta l.in rebus.30.C.de iure dotium.potest excipere de proprio dominio,& alieno, quantumcũque ab ipsa vxore causam habeat glos.2.hic & Duaren.in princ. Quod tamẽ limitabat Paul.nu.4. quando mulier in libello reiuendicationis fecit articulum, q̃ eas res dedit marito in dotem,& articulum probet per instrumẽtum dotale;tũc enim non admittetur maritus, si excipiat de dominio tertij: allegat notata per gloss.l.cum res.11.verbo, in vacuam.C.de probation.& subscribit Zasius hic num.12.Adde Paul. eandem declarationem tradentem.l. qui propio. §. item quæritur. num. 5.ff. de procurator. Quæ tamen declaratio vera non est: nã ratio suprà allegata cuincit, maritũ etiã hoc casu posse excipere de dominio tertij;quod ita aduersus Paul.esse receptum affert Alexan.hic num.3. Aretin. col.2. Alexand.consil.43.num.9.lib.4. Negus. de pignor.b.3.membr.8.part.numer.10. Neque obstant Paul.rationes;nam dum præsupponit per instrumentum dotale probari,dominium esse vxoris, non est verũ,quando ipsa rem petit per reiuendicationẽ, etiã ab eo qui ex illa causa habet. ad probationem.21.C.de locato. Colligitur ex recepta doctrina Bart.l.legata inutiliter.num.25.de adimendis legatis, & quia accipiens quid tanquã à domino,non ob id videtur fateri,eum esse verum dominum illius rei, sed tantùm videtur fateri,quòd ipse asseruerit, se esse dominum illius.Aretin.d.§.aliquam.col.9.in princ.Hic acquirit possessor & ideò repetens per reiuendicationem, adpetit in eo onus probandi dominium. Quo fit,vt si res aliquam rem ab alio, tanquã illius domino,non ob id videtur fateri,illum esse dominum illius.vel Ang. post gl.1.num.7.ff.de Publiciana.cum similibus,de quibus per Aymon consil.97.

num.

num. 5. & consil. 411. nu. 58. Neque etiã pro Paulo facit authoritas glo. l. cum res.
52 C. de probation. † nam loquitur in casu contrario, quando scilicet ille, à quo ego causam habeo, allegat aduersus me, se nõ fuisse dominum rei, tẽpore traditionis, tunc enim nõ audietur, quasi alleget propriã turpitudinẽ: sed quando ille, qui accepit rem, allegat pro se, tradentem non fuisse dominũ rei traditæ, & hac ratione eum vult excludere à reiuendicatione, audiẽdus est, quia cessat ratio de qua suprà, vt aduertunt Alex. hîc nu. 3. Aretin. col. 2. Neguſ. vbi suprà. Quibus adde Paul. cons. 76. nu. 1. lib. 2. Hãc secundam principalẽ cõclusionẽ, ita explicatam limitabis primò, nisi dominus vẽdicet rẽ ab eo, qui eum spoliauit possessione prædictę rei per violentiã; tũc enim propter odium spoliatoris non audietur, si aduersus spoliatum vendicantẽ excipiat de dominio suo, vel alieno. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscription. triginta annor. & ibi notant gl. Bald. Angel. & Salic. Bart. hîc nu. 2. Zasi. num. 13. Bart. l. 4. §. Cato. nu. 4. ʒ. de verb. obligat. Angel. l. 1. §. 1. in fine. ʒ. de vi & vi armat. Paul. l. cõmodare. in fine. s. cõmodati. & ibi Costal. & asserit receptũ Anton. Gomez. l. Tauri. 45. num. 183. Sed cauendũ est, quia imò verius & receptius est, spoliatorem conuentũ per reiuendicationẽ per spoliatum, posse aduersus eum excipere de dominio suo, vel alieno, iuxta generalẽ regulam de qua suprà: vt colligitur ex. l. is qui distinauit. 25. s. de reiuen. resoluit Ias. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 120. ʒ. de acq. posses. Ripa c. cũ ecclesia. num. 16. de causa posses. Alex. d. §. Cato. num. 24. & ibi Ripa nume. 29. Neque contrariũ probat d. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscription. triginta annor. quia pro eius interpretatione aduertendũ est, quòd in d. l. si quis emptionis. §. 1. dictũ fuerat, q, si quis sine titulo, cũ bona tamẽ fide, rẽ aliquam possedit per triginta annos, acquirebat illius dominiũ; ac proinde si postea caderet ab illius possessione, cõpetebat illi reiuendicatio ad illam repetẽdã: si autem sine titulo, & cũ mala fide rem prædictã possedit per triginta annos, tũc nõ acquirit illius dominiũ, sed tãtùm habet exceptionẽ, dum possidet, aduersus quoscũque petitores. Quòd si forsan possessionem illius rei amittat, quia illius dominiũ non habet, nõ poterit illam vẽdicare, sed potiùs dominus antiquus, aduersus quem videbatur præscriptum, se-
53 curè nũc prædictã rẽ vẽdicare poterit. † Deinde subdit in d. §. sed hæc super illis. quòd si is possessor, cũ mala fide, amisit possessionẽ rei præscriptæ per violentiã, tunc tanquã dominus illã vendicare poterit à spoliatore, quasi dicat, q, differẽtia suprà facta inter possessorẽ bonæ fidei, & malæ fidei, nõ procedet, quando possessor per vim fuit spoliatus possessione prædictæ rei: nã tũc etiamsi possessor sit malæ fidei, poterit eam vẽdicare à spoliatore, quia lex in odium spoliatoris, cum dominũ facit, quoad effectũ recuperandi possessionẽ prædictæ rei à spoliatore, quam per violentiã amisit: vt est de mẽte glos. d. §. sed hęc. verb. distinctione. & ibi Salic. Ripa c. cum ecclesia. nu. 16. ad fin. de causa poss. & Duaren. hîc post prin. Vnde ex illo text. nõ est colligẽdũ generaliter, quòd violentus possessor nõ potest excipere de dominio proprio, vel alieno aduersus spoliatum rem vẽdicãtem, sed potiùs, quòd ille, qui aliàs propter possessionem triginta annorum potuit dominium quærere, & tamẽ propter malam fidẽ illud nõ acquisiuit, si per vim amittat possessionẽ illius rei, poterit illã vendicare in odiũ spolij, quia quoad effectũ recuperandi possessionẽ amissam, lex eũ dominum facit: vnde nihil mirum si nõ potest ei obijci defectus dominij, cũ lex ad prædictum effectum illum dominũ faciat. Cæterùm extra prædictos terminos, spoliator potest excipere de dominio suo, vel alieno aduersus spoliatũ rem



rẽ illã vendicantẽ, iuxta conclusionẽ de qua suprà. Vnde inferas annotationem ad tradita per Bald. l. vis eius. num. 2. C. de probatio. & ibi Salicet. num. 3. quæ probarunt Alexan. hîc num. 3. Aretin. post princ. Alexan. §. Cato. num. 23. Ias. num. 24. Ripa num. 29. Alciatus. l. bona fides. versicul. incurrit. num. 4. s. depositi. quòd d. §. sed hæc super illis, procedat duobus concurrentibus, scilicèt, q, vtens reiuendicatione, possederit eam rem per triginta annos, & repetat rem à spoliatore: tunc enim spoliator non poterit opponere etiam de proprio domino: sed si adsit solum odium spolij, neque simul concurrat illa longæua possessio, propter quam lex hoc casu eum dominum facit: poterit vendicanti obijci dominium spoliatoris, vel etiam ter-
54 tij. † Id enim ex suprà dictis optimè confirmatur, & ideò si vendicans velit vti beneficio d. §. sed hæc super illis. semper debet facere articulum, quòd possedit rẽ per triginta annos: nam tunc concludet, rẽ vẽdicare posse, cuius possessionẽ per vim amisit; quia quoad effectum possessionẽ recuperandi, lex indistinctè eum dominum facit. Infertur etiam explicatio ad tradita per Bart. l. pen. nu. 4. ʒ. de cond. institutio. dum dicit, quòd licèt, quando dominium principaliter deducitur in iudicium, oporteat illud probari, neq; sufficiat allegare, & probare, se eam rẽ possedisse. l. in rẽ actio. 24. s. de reiuẽdicatio. tamẽ si prædictum dominium principaliter deducatur in iudicio aduersus spoliatorẽ, sufficiet probare, rẽ posedisse, quia in odium spoliatoris propter hoc censetur dominiũ probatum esse: allegat d. §. sed hæc super illis. subscribit Ripa d. §. Cato. num. 29. & alij relati per Boeri. decisio. 42. nu. 6. Menchacã illustrium cap. 70. nu. 20. & satis Bald. l. 1. in fin. s. famil. ercisc. Contrariũ tamẽ tenet Corras. l. naturaliter. §. nihil cõmune. n. 12. ʒ. de acq. poss. quia non est facilè recedẽdũ à regula. Neq; secũdùm eum obstat d. §. sed hæc super illis, quia ibi nõ deducebatur dominium quoad effectũ, vt declararetur dominus sed tantũ quoad effectũ, vt possessio rei sibi restitueretur, quæ per vim sibi fuerat erepta. Sed nõ placet hæc responsio, quia imò ibi agitur ad declarandum dominiũ, iuxta naturam rei vẽdicationis. l. ex diuerso. §. 1. s. de reiuẽd. & in consequẽtiam venit possessionis restitutio. Et ideò melius dicẽdum est, quòd d. §. sed hæc super illis. nõ probat simpliciter ex possessione probari dominium, sed q, si quis per triginta annos rẽ possederit, & per vim amisit illius possessionẽ, quòd eã vẽdicare poterit: quia lex quoad prædictum effectũ illum dominũ facit, iuxta suprà tradita. Deinq, inferas, non bene ex d. §. sed hæc super illis. deduxisse Ias. consil. 34. col. 3. post princ. libr. 1. q, posidẽs rẽ per vim, etiam mille annis non potest rẽ præscribere: nam id text. ille minimè probat; neq; vera est conclusio; cũ & per vim ablata, possessione triginta annorum cẽseatur præscripta. l. omnes. C. de præscriptio. triginta annorum. l. 1. §. ad hæc. C. de annali exceptio. tradit glo. recepta. §. furtiuè. verb. prædicto. Insti. de vsucapio. † Tertio principa-
55 liter limita cõclusionẽ de qua suprà, per tex. l. loci corpus. §. cõpetit. s. si seruitus vẽdicetur. vbi aduersus vendicantẽ nõ potest obijci de iure tertij. Sed dicẽdũ est, q, tertius, de cuius iure opponebat, habebat in re tantũ seruitutẽ: quæ seruitus respectu rei habet se per modum accessorij. l. seruitutes. 14. in prin. s. de seruit. l. quid aliud. 85. ʒ. de verbor. signific. De huiusmodi igitur iure tertij opponi non poterit: & pari ratione neq; de vsufructu tertio competenti: quia & vsusfructus respectu rei, habet se per modũ accessorij: & ideò militat in eo eadem ratio, quæ in seruitute reali. Sed si opponatur, dominium rei principalis esse tertij, tunc audiretur hæc exceptio, iuxta suprà tradita: & ita glos. l. indebiti. 15. §. fin.

fin.verb.cum re ad medium.ſ.de cond. indeb.&ibi Bart.num.13.Paul.num.12. Alexan.num.8.Iaſon num.9.Bart.l.2.ad finẽ.& ibi Socin.num.14.ſ.de exceptio. rei iudicatæ.Aretin.l.eum ſeruum. col. 2.verſic.quinta conclusio. C. de ſeruis fugitiuis.Zaſi.lib.2. ſingul. intellectuũ. cap.13.num.8. Valaſc. de emphyteuſi. q.20.num.11.Sed hæc limitatio prædicto modo declarata,nunquam mihi placuit, quia iure non probatur : aduerto enim,quòd d.§. cõpetit. nõ loquitur in eo,qui rẽ vendicat,ſed potiùs in eo, qui agit negatoria actione: in quibus terminis meritò non admittitur exceptio de ſeruitute alteri debita: quia ea exceptio non concludit, negatoriam agẽti non competere,cùm quoad iſtum liberas habeat ædes:& regulariter quis non poſsit opponere de iure tertij, quando huiusmodi exceptio non perimit ius agẽtis, id eſt, non oſtendit, illam actionem, agenti non cõpetere, vt ſuprà diximus. Vnde à fortiori deciſio text.d.§. competit.procedet,ſi reiuendicatione res petatur :neque enim exceptio ſeruitutis alteri competentis,perimit ius agentis:neque enim ſeruitus dominium in aliquo lædit,ſed tantùm eius vtilitatẽ diminuit. Bart.l.1.num.2.ſ.de ſeruitut. ac ita d.§. competit.non procedit ob rationẽ,quã Communis aſsignat, ſed potiùs ob rationem de qua ſupra. Ex qua colligitur, quòd ſi in ſpecie d. §. competit. illa exceptio concluderet, actionem negatoriam non competere agẽti, tunc admitteretur ea exceptio, vtpote ſi excipiẽs diceret,ſe ſucceſsiſſe in ius illius,cui cõ-
56 petebat ſeruitus:† nam tunc opponens de illo iure tertij, concluderet,negatoriam agenti non competere aduerſus conuentum , qui in iure tertij ſucceſſerat: nam dict.§.competit.loquitur,quando ſimpliciter obijciebatur de iure tertij: & vtique multum differt excipere de iure tertij ſimpliciter, vel excipere de iure tertij,in cuius locum excipiens dicatur ſucceſsiſſe,vt notabiliter explicat Iaſon.l.indebiti.§.ſed etſi numi.ſ.de condictio.indebit.column.final.Et pari ratione,ſi actum eſſet reiuẽdicatione, in his terminis admitteretur exceptio ſeruitutis alteri competentis, in cuius iure ſucceſsit excipiens, in eo ſcilicèt ſenſu, vt declaretur dominium eſſe agentis: cum illa tamen diminutione ſeruitutis debitæ. Idque videtur colligi ex mente gloſſ.dict.§. ſed etſi numi. verbo,cum re.in fine. dum dicit, quòd ſi quis opponat de vſufructu alteri competenti, quaſi in eius iure ſucceſſerit,nõ eſt audiẽdus: quia vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis.l.1.ſ.de ſeruit.ita cohęrẽs perſonæ,vt ab ea ſeparari nõ poſsit.l.4.ſ. de nouation. & ob id cedi non poſsit. §. finitur.Inſtitut.de vſufruct. neque trãſmittatur etiam ad vniuerſalem ſucceſſo
50 rem.l.ſtipulatio iſta.§.ſed ſi quis.ſ.de verborum obligation. Ergo de mente gloſ. eſt, aliud eſſe dicendum in ſeruitute reali,quæ ad alium ſimul cum re tranſire poteſt.l. 3. C.de ſeruitut. & quanuis Bartolus dict.§.ſed etſi numi. num.12. & alij communiter id quod ſentire videtur gloſſ. communiter reprobent per text. dict.§.competit.tamen text.ille nihil facit, quia procedit in eo, qui ſimpliciter opponit de ſeruitute alteri cõpetenti. Et aliud eſt dicendum,quando vlterius allegaret, ſe in iure tertij ſucceſsiſſe , vt ſuprà dictum eſt. Quinimò & differentia quam gloſſ. conſtituit inter ſeruitutem ,& vſumfructum, procedet, quando excipiens allegaret, ſe in vſufructu ſucceſsiſſe : nam tunc procedit gloſſ. ratio. ſed ſi allegaret, ſe ſucceſsiſſe in commoditate vſusfructus , audiendus eſſet; quia commoditas vſusfructus in alium transferri potuit. l. neceſſariò. §. final. ſ. de periculo & commodo rei venditæ. Quod procedet,non ſolùm quando agitur negatoria , vt in terminis dict. §. competit. ſed etiam quando fundus ſer-



ſeruiens petitur per rei vendicationem: nam poteſt reus excipere de ſeruitute tertio competenti , in cuius locum ipſe ſucceſsit : quia ſcilicet poſsidet fundum dominantem, cui illa ſeruitus debetur.
57 † Et quanuis ſeruitus non poſsit competere,niſi illi qui probat ſe eſſe dominum fundi dominantis.l.1.ſ. communia prædio. tamen in hoc caſu cum agatur principaliter de ſeruitute , dominium fundi dominantis, incidenter veniẽs, probabi
58 tur ex ſola poſſeſsione,iuxta doctrinã gl. l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur, verb. poſſeſſoris.in fi.ſ.ſi ſeruit.vend.Bar.l.ſi prius. nu. 16.ſ.de noui oper. nuntiatio. Ex quibus nouiter deductis infero annotationem ad gloſſ.celebrem.l.indebiti.§.ſed etſi nummi. verbo . cum re . ad finem.ſ. de condiction. indeb. dum tenet, quòd ſi quis expulit emphyteutam , vel feudatarium à fundo,in quo habebat vtile dominium , & dominus vendicet fundum tanquam ſuum , poterit ſpoliator confitendo dominium directum,excipere de dominio vtili,quod expulſo in eo fundo competebat , & petere quòd vtile dominium apud eum maneat pro tempore, quo apud emphyteutam erat remanſurus : & probat Bartol. ibi numer. 13. & ſingularem appellat Angel.Nec ab ea in iudicando eſſe recedendum dicit Paul. ibi numer.14. & communiter recipi aſſerit Iaſon ibi column.fina. & l.2. numer.19.C.de iure emphyteut. & latè defendit Socin.l.2.à numer. 15.ſ. de exceptio.rei iudicat. Valaſc. de emphyteuſi quæſtion.20.numer.11. Caldas in tractat.de nominatio.emphyteuſis q.4. numer.17.& Teſſaurus deciſio. Pedem. 4.numer.3.qui ex hoc dicunt, quod licet quis non poſsit opponere de iure tertij,quod habet ſe per modum acceſſorij ad rem principalem.dict.§.competit, tamen opponere poterit de vtili dominio tertij,quod per ſe ſubſiſtit, neque habet ſe per modum acceſſorij ad rem principalem. Et ideò vtile dominium differre à ſeruitute reali,tradit gloſſ.l. 3.ſ.de ſeruit.Et pariter differre ab vſufructu, tradit gloſſ.in princip.Inſtit. de vſufruct. & eleganter oſtendit Bar.d.§.ſed etſi nũmi. ad finem,& poſt eum proſequitur Berolius conſ.129.à num.2.libr 1.Contrariam tamen opinionem, imò quòd neque de vtili dominio tertij,vẽdicanti obijci poſſit,poſt Bald.& Fulgoſ.defendit Alex. d. §.ſed etſi nũmi.nu.9.Zaſi.lib.2.ſing.intellectuum.c.13.à num.6.& ante eos Bald. conſi.9.num.4.lib.i. † moti per generalem rationem.l.loci corpus. §. cõpetit. ſ. ſi ſeruit.vend.Secũdò per gl. l. 1.§.quod autẽ.verb.in rem. ſ. de ſuperficieb. dum tenet,quòd concedens ſuperficiem , nõ poteſt illam vendicare à ſuperficiario: ſed tamen à tertio poterit. Tertiò adducitur.l.ſi quis emptionis.§.1.ad fin. C. de præſcript.30.annor. vbi ſi quis præſcripſit rem,& cecidit à poſſeſsione,& dominus antiquus vendicat eam rem à poſſeſſore,nõ poteſt poſſeſſor opponere,quòd illa res fuerit præſcripta per tertiũ.Quartò, quia tertius poſſeſſor, & debitor in hac materia æquiparantur: l. quandiu.ſ. de bon.libert.Sed debitor nõ poteſt opponere de vtili actione alteri competenti,ad excuſandum ſe à ſolutione.l. 3. C. de nouatio. ergo pariter nec tertius poterit opponere de vtili dominio alteri cõpetenti Sed pro cõcordia harum opinionum duo caſus diſtinguendi ſunt. Primus eſt, quando conuentus per reiuendicationẽ,opponit,eam rem quo ad vtile dominiũ ad alium pertinere. Secũdus eſt,quando non ſolũ allegat,vtile dominium ad aliũ pertinere , ſed etiã allegat, ipſum opponentẽ in eius loco ſucceſsiſſe. In primo caſu dicendũ eſt procedere differentiam,quam inter vtile dominiũ, & ius ſeruitutis,vel vſusfructus,cõſtituit cõmunis opinio ſupra relata , vt ſcilicet, conuentus poſsit opponere de vtili dominio tertio competenti,non autem de ſeruitute , vel vſufructu alteri competenti.dicto . §. competit. Et eſt ratio diffe-

differentiæ: quia vtile dominium per se
subsistit, & venit appellatione dominij:
& ideò quemadmodum vendicans rem
simpliciter, totam rem videtur petere,
Bart.l. si in rem.ante nu. 1.ſ.de rei vend.
sic etiam simpliciter petens rem ratione
dominij,ratione directi & vtilis videtur
petere.Bart.l.si mater.§.eandem num. 4.
ff. de exceptio rei iudicatæ Iason. §. sed
iste. num.141.Instit.de actio.Anto. Ru-
bc.l.naturaliter.§.nihil cõmune. nu. 89.
& nu.91.ff.de acquir.possess. Ergo prout
opposita exceptione dominij tertij, re-
pellitur omnino rẽ vendicãs,vt suprà di-
ximus:pariter etiã debet repelli à petitio
ne vtilis dominij sub generalitate libelli
inclusi per eũ,qui dixerit,vtile dominiũ
esse tertij:arg.l.quæ de tota.ſ.de rei vẽd.
& clarè sentit Bart.d. §. sed etsi nummi.
num.13.&.l. 2. in fine.ff. de exceptio rei
59 iudicat.& ibi Socin.num. 16. † Sed qui
opponit, seruitutem, vel vsumfructum
esse alienum,nihil allegat,propter quod
constet,rei vẽdicationem,in totum, vel
pro parte vendicanti non competere,
cũ seruitus,& vsusfructus non diminuat
dominium in substantia, sed tantũ eius
vtilitatem.Bart.l.1 num.2.ſ.de seruit. Et
licet Paul.in d.§.indebiti.num.12.ad fi-
nem,& Socin.l.2.nu. 14. ff. de exceptio.
rei iudicat.dicant, quòd vsusfructus di-
60 minuit dominiũ,quia est pars dominij.l.
4.ſ.de vsufruct.tamen verius est,non di-
minuere dominium,sed tantùm eius vti
litatẽ,vt apertè probat. l. rectè dicimus.
25. ff.de verbor.signifi.& ad.l.4 ſ.de vsu-
fruct.responde cum Pinel.l.1. C. de bo-
nis matern.3.part.num.4.Vnde cum nõ
concludat,rei vendicationem non com
competere vendicanti, quoad plenum
dominium,non admittetur talis excep-
tio, sed tunc propriè locus erit rationi,
& decisioni Iureconsult.l.loci corpus.§.
competit. ſ. si seruit. vend. In secũdo au
tẽ casu resoluẽdum est,nullã esse facien
dam differentiam inter prædictos casus,
vt supra probauimus,quia in illis in præ-
dictis terminis pariter militat regula.c.is
qui in ius.46.de regul. iuris in. 6. & quia
tunc magis de iure suo, quàm alieno vi-
detur opponere, vt aliàs inquit iure-
consult.l.vti frui.§. 1. ſ. si vsusf. petat.Ex
qua resolutione infertur annotatio ad
tradita per Valasc.de emphyteusi.quæst.
20.num.11.dum prædicta intelligit pro
cedere,quando condicitur possessio; ad
hos terminos restringens glossf.d.§.sed si
nummi.verb.cum re, quæ tamen loquit-
tur, quando condicitur nuda proprietas
indebitè soluta.Vnde & DD. intelligũt
eam procedere,quando per rei vendica
tionem dominium rei repetitur:nam &
hoc casu locum habent suprà tradita, vt
clarè tradit Iason d.§. sed si nummi. col.
fin & ibi Costal. ad finẽ. Infertur etiam,
prædicta procedere,siue quis licitè suc-
cesserit in ius emphyteutæ, siue etiam
illicitè,vt clarè voluit glo. d.§. sed si nũ-
mi.verb. cum re.dum proponit exem-
plum in eo. qui per vim expulit emphy-
teutam,& ibi notat Costal.ad fin.quam-
uis Zasi.lib.2.singular.intellectuum cap.
13. à nume. 6. restringat gloss. quando
licitè successit quis in iure emphyteutæ:
secus si illicitè: ea ratione ductus, quòd
is non posset se defendere, nisi allegan-
do propriam turpitudinem, & ideò non
erit audiendus. † Cui difficultati facilè
respondetur, quòd possessor nihil tene-
tur allegare de iure suo, neque probare,
sed tantùm opponere dominium esse al
terius. Si enim agens rei vendicatione,
non ostenderit dominium directum &
vtile, quod petit,suum esse,absoluendus
erit reus,etiamsi iniuste possideat.l. fina.
C.de reiuend.l.vti frui.in fine princ.ſ. si
vsufruct. petat. & sic proprie non est ex
cipere de iure tertij,sed negare, ius ex
quo agit actor,ei competere, vt tradit
Bald. consil. 9. numer. 4. libr. 1. Infer-
tur etiam explicatio ad tradita per
Bart.dicto. §. indebiti. in fine, dum
ex prædictis colligit, quòd si res em-
phyteutica peruenit ad aliquem, non
potest



potest dominus eam ab illo vendicare,
nec à possessione naturali eum exclude 61
re.Ratio est, quia prout reus vendican-
tem poterat repellere à vendicatione
vtilis dominij,opponendo,illud esse alte
rius,à fortiori eum repellet,opponendo,
illud vtile dominium ad eum peruenis-
se. Addendo tamẽ, quòd ita demũ hoc
verũ erit,si agnoscat petentẽ esse domi-
nũ directũ, & sit paratus soluere debitã
pensionem: nam aliàs quasi turbaret do
minum in sua ciuili, posset eum expelle-
ret,vt notab.declarat Socin.l.2. ad finẽ.
ff.de exception.rei iudicatæ. Item quòd
non cogetur recipere pensionem tan-
quam ab emphyteuta,quia sic recognos
ceret eum pro emphyteuta: & sic sibi
præiudicaret, habendo emphyteutam,
quem nollet: & præiudicaret etiam ve-
ro emphyteutæ: & ideò satis est,quòd re
cipiat pensionem, tanquam ab eo, qui
sit in possessione emphyteusis. Quòd si
tanto tempore possideat, vt præscribat
aduersus verum emphyteutam, tunc
dominus directus eam vendicare pote-
rit, tanquam cadentem in commissum;
quia verus emphyteuta, qui passus est
eam rem præscribi, censetur eam alie-
nasse. l. alienationis verbum.ff. de verbo
rum signific.& sic inducetur.l. fina.C.
de iure emphyteutic. & ita in terminis
Panorm.c.ad audientiam.numer. 15. &
ibi Felin.numer. 18.de præscripto.Et re-
tenta ex his prædicta resolutione, non
obstabunt supra adducta aduersus eam:
quia ad primum de.l.loci corpus.§. com
petit.ſ.si seruit. vendic.colligitur respon
sio ex supra traditis. Ad secundum de.l.
1.§.quod autem.versic.is autem.ff.de su-
perficieb. respondetur distinguendo:
quòd aut dominus vendicat superficiẽ,
vel emphyteusim ab eo, qui eam possi-
det,& suo nomine eam defendit: & tũc
aduersus illum obtinebit, cum ei nullã
fecerit concessionem, iuxta tradita per
Couarru.resolut.libr.2.cap.18. nume.4.
ad finem, & in his terminis procedet
glossf.dict.§.quod autem. verb. in rem.
† Cæterum si vendicet ab eo,qui se de-
fendit, ex persona veri superficiarij,siue
emphyteutæ, allegando, vendicantem,
dominium vtile transtulisse in illum, in
cuius loco ipse successit, habebit locum
traditio gl.d.l indebiti.§ i.verb.cũ re.ad
fin.ſ. de condict. indeb. Tessaur.decisi.
Pedemon.4. nu. 2. Non obstat tertium
de.l.si quis emptionis.§.1.C. de præscri-
ptio.30.annorum,quia est aduertẽdum,
text. illum duos habere intellectus. Pri-
mus est, quòd text. etiam agat de eo,
qui bona fide præscripsit,& velit, quòd
possessor non possit opponere de iure
præscripto alteri competenti.Bald.con-
sil.9.numer.4.libr.1.Alexand.l.indebiti.
§.sed si nummi.num. 9 & ibi Iason col.
fin.ſ.de condictio.indeb. Et secundùm
istum intellectum nimis vrgeret aduer-
sus supra resoluta:nam si opponi nõ po-
test de dominio præscripto tertij, à for-
tiori nec poterit opponi de dominio
vtili tertio competenti:nam dominium
vtile,quod quæritur per præscriptionẽ,
directo aduersatur, & illius vires ener-
uãt:dominium autẽ vtile subalternatur
directo,vt explicat Bart.l.si quis vi.§. dif-
ferentia.num.6.ff.de acquir. possessio. &
ideò primum dominium propriè appel-
latur dominium: non sic secũdum. Bar.
l.1.in princ.num.8.ad finem.ff.de acqui.
posses. & ibi Iason.nu.57.Ripa in rubr.
num.46. de causa possessio. Sed defen-
dendo communem, potest responderi,
quòd licet loquatur etiam in possessore
bonę fidei,tamen de eo loquitur,qui si-
ne titulo possidebat: qui quidẽ licet per
præscriptionem acquirat dominium, &
vendicationem,qua possit agere aduer-
sus quẽcunque possessorem, si forsitan
possessionem illius rei amittat:tamen eã
intendere non potest aduersus antiquũ
dominum rei,si ad eum res prædicta per
uenit:vt secundùm opinionem Ioannis,
tradit gloss.l.si quis emptionis.§.1. verb.
vti.C.de præscriptione triginta annorũ.

quam ibi probant Bald. Angel. & Salic. & asserit receptum Balbus de præscript. 2.par.3.part. princip. quæst. 6. numer.3. Ripa in rubr.nume.44. in fine. de causa possessio. Vnde possessor aduersus alios poterit opponere de dominio præscripto,non autem aduersus antiquum dominum,cui in his terminis neque ipse præscriptor aliquid opponere potest. Sed nõ placet hæc responsio: tum quia non bene adaptatur verbis d.l. si quis emptionis.§.1. tum etiam quia verius est, etiam in prædictis terminis præscriptorem pos
62 se vendicare rem ab antiquo domino, vt colligitur ex generalitate d.l. si quis emptionis. §. 1.& resoluit verius esse † post aliquos Couarr.c. possessor. 3. part. §.1.nu.1.de regul.iuris in.6. & tenet Bar. d.l.si quis emptionis.in princ.C.de præscript.30.annor.Panor.in rubr. numer.4. de præscriptionib.&ibi Parisius num.19. Beroius num.39.& Iason.l. eum qui ita. §.qui ita.num.2.in fine.ʃ.de verbor. obligation.& pro constanti Pinel.authent. nisi tricennale.num.38.versic.8.facit.C. de bon.mater. Menchaca illustriũ quæstion.cap.54.à numer.11.& ideò verius respondetur,quòd licet tex.dict.l. si quis emptionis.§.1.in.1.par.loquatur de præscribente cum bona fide:tamen in.2. parte loquitur de præscribente cum mala fide.Quod ex eo patet,quia pro cõstanti habet,eum qui præscripsit,non posse eã
63 rem vendicare:& tantùm dubitat,an antiquus dominus posit illam vendicare? & respondit posse: neque possessorem de iure præscribentis opponere posse,ea ratione, quia cum præscribẽti cum mala fide tantùm exceptio quæratur, dum rem posidet,si ab illius possessione cadat,nullum omnino ius videtur habere: & nihil mirum,si de eius iure possessor opponere non posit, cum iam nullum sit: & ita in effectu Socin.in.l.2. ad finẽ. ʃ. de exceptione rei iudicat. Non obstat.4. de.l.3.C.de nouatio. quia reiecta responsione Aretin.l.cum seruum ad finem.C.de seruis fugit.& alia Socin.l. 2. numer.15.ʃ. de exceptione rei iudicatæ. ego aduerto,inter hos casus esse manifestam rationem differẽtiæ:nam actio personalis ab osibus separari non potest l.3.cum gloss.s.pro socio. & quanuis propter cessionem formetur alia vtilis in persona cessionarij, tamen actio directa integrè remanet penes cedentem, in nihilo diminuta,ita vt cedens & cessionarius censeantur esse duo rei credendi.Cuman.consil.4. column.fina.Exceptio igitur debitoris,quòd vtilis competat cessionario,non concludit, actionem integram non competere agenti directa actione,& ideò non admittitur, iuxta supra resoluta:sed oppositio,quòd dominium vtile sit alterius, concludit, dominium diminutum competere agẽti, & ideò ea exceptio admittenda est, per tradita supra.Vnde videtur inferri, quòd si actio realis cedatur, iuxta.l.fina. C. de hæred.vel actio. vend. quia tunc vtilis reiuendicatio acquiritur cedenti, vt ibi probatur, & consequenter vtile dominium, sine quo vendicatio competere non poterat, vt expendit Salicet. l. traditionibus, numer. 8: C. de pact. Alexand. l. si quis vi. §. differentia.numer.10.ʃ. de acquirend.posses. ergo de hac vtili cessa poterit opponere debitor conuentus: quia in effectu op-
63 ponit de dominio vtili tertij. † Et ita in specie Bald.l.qui tibi.numer.2.&ibi Salicet.s. de hæred.vel actio.vend.& facit pro illis,quia d.l.3.C.de nouatio.propriè loquitur in cessione facta in fauorem cedentis,vt scilicet,liberetur ab eo,cui aliquid debebat:& hac ratione id quod creditur,interim est periculo cedẽtis.Bar.l. facta.§.si hæres.nu.2.ʃ.ad Trebell. & esse receptũ asserit Imol.c.fin.ad finẽ.de alienatio.iudic.Iason.l.si cũ emptore. nu.7. s.de pact.Paris.cons.19.numer.65.libr.3. Quare si cessio fiat in vtilitatem cessionarij, tunc debitor potest opponere de vtili actione, cessonario competenti.

l.fin.



l.final.s.de transactionibus,tradit Bartol. dicta l.facta.§.si hæres.numero.3. & plures quos refert Octauian. decis. Pedem. 61.nu.1 Et confirmat Alexander. l.si cũ emptore:numero.5.& ibi Iacob. nume. 12.s. de pactis.Sed quando cedituractio realis,constat cessionem fieri in fauorẽ cessionarij:ergo de ea opponi poterit. Sed his non obstantibus,non est vera prædicta illatio, quia non est facilè recedendum à regula generali dict.l.3.C.de nouationib. Neque obstant rationes supra adductæ in contrarium:quia ad primã.de l.fin.C.de hæredit.vel actio.ven. respondetur,quòd licet tex. ibi dicat, quòd si actio realis cedatur,competit vtilis rei vendicatio cessionario:non obid sequitur,vtile dominiũ in cessionarium esse translatum:neque enim cedens solavoluntate,absque traditione,dominiũ in alium transferre potuit. l. traditionibus.C.de pactis. Habet igitur hoc casu cessionarius vtilem rei vendicationem datiuam per legem,propter cessionem de nouo formatam,vt explicat Paulus l. final. numero.2. & ibi Salice. num. 5. C.de hæredit. vel action.vendi.Et sic est casus, in quo quis habet vtilem rei vendicationem,etiamsi dominium non habeat.Bartol.l. sicul pa. ante numerum 1.s. de rei vendic.vbi declarat, qualiter sit formandus libellus in hac vtili rei vendicatione:Salicetus l.1. numero.28. C.de action.& obligation.Ripa in rubr. numer.45. de causa possessio. & esse receptam opinionem asserit Carolus in consuetud. Parisiens.§. 22. numer. 110. Cum igitur perfectum dominium adhuc integrum remaneat penes cedentẽ, locũ habet ratio l.3. C.de nouatio. vt in specie tradit Socin.l.2.nu.15.ʃ. de excep. rei iudic.†Neq; etiã obstat secũda ratio,
64 quia verius est,decisionem dictæ.l.3. C. de nouation.generaliter procedere, etiam quando cessio fit in fauorem cessionarij:vt colligitur ex l. si cum emptore.17.in principio.s.de pactis. vbi ita re-

2. Tom.

soluit Ias. numero.17.& Horoscius numero.6. qui asserit receptum. Quartò principaliter limita conclusionem de qua supra, procedere,quando exceptio de dominio tertij concludit, ius agendi ipso iure agenti non cõpetere:talis enim exceptio admittetur,quia nõ est opponere de iure tertij, sed magis opponere de defectu iuris agẽtis,vt aduertit Corn. cõsil.65.nu.11.libro.1. Nam quanuis actor non posit fundare suam actionem in defectu iuris cõuenti.l.1.§.1.s.si pars hæreditat.tamen reis id licet facere,ad se defendendũ,quia sunt fauorabiliores actoribus,vt in specie tradit Paul.l. cum seruum.nu.2.C.de seru.fugitiu.siue clarius potest opponere,actorẽ sine actione agere,ac proinde non esse audiendum in iudicio l.si pupilli.§.final.s. de negotijs gest.& in his terminis esse accipiendam conclusionem de qua supra, tradit Bartolus l.2.numer.1.ʃ.de exception. rei iudicatæ.Corn.consil.65.numer.11.libro. 1. Socin.l. qui Romæ.§. Flauius.in fine. ʃ. de verborum obligation. Aretinus. l. cum seruum. numero. 2. versiculo. ex quibus.C.de seruis fugitiu.Socin. consi. 78.numer.5.libro.4.Aymon consil.166. nu.fin. Vnde infertur, quòd si exceptio probata non elidit ipso iure ius agentis,& consequenter non concludit,eum sine actione agere, tunc exceptio de iure tertij minime admittetur. Alexander hîc numero.8.ad finem.Corneus cõsilio.102. numer.23.libr.2. & alij relati per Menoch. cons.79.nu.29.lib.1.Rationem huius differentiæ assignat Bald.authen.qui rem.nu.6.ad fin.C. desacrosan. eccles. Et ex hac declaratione consequitur, quòd vbi quis venit priuandus per sententiam,nemo poterit opponere de iure fisci, antequam feratur sententia: quia anteà exceptio non concludit,actorem sine actione agere.Et ita glossa l.his consequenter.18.§.1.verbo.non pertinere.s. familiæ erciscundæ. quam extollit Alex.l.si patroni.§.qui fideicõmissum.

nu.6.ʃ. ad Trebe. Aretin.rationem reddens.l.cum seruum.nu. 3.verſ.quarta cõcluſio.C.de ſeru.fugi.Socin.l.2.nu. 11. ʃ. de excep.rei iud.Xuar. allegat.18. ad fin. Boer.deciſ.25. in fin. Poſtquam autem ſententia priuatoria fuerit lata, tunc de iure fiſci quilibet opponere poteſt, quia iam conſtat,bona illa non ad agentem, ſed ad fiſcum pertinere.l. Imperator.ʃ.
65 de iure fiſc. † Baldus l.i. num.4.C.ſi quis aliquem teſtar. prohibuerit. Quinimò ſi quis priuetur bonis ipſo iure,iux.cap. cum ſecundum.de hæretic.in.6.cum iã tunc conſtet de priuatione per ſententiam iuris,quilibet de eo iure opponere poterit:vt ſentit gloſ.dict.l.his conſequẽter.§.i.& ibi Bart. Aretin.vbi ſupra,& plures quos refert Tiraq.l. ſi vnquam. verb. reuertatur.num. 290.aliàs num. 356. C. de reuocand.dona. Contrarium tamen tenet Couar.de ſponſalib.2.part. cap. 6. §.8.num.13.ea ratione:quia etſi bona ipſo iure ad fiſcum pertineãt, non poſſunt tamen auferri à delinquente,antequam feratur ſententia declaratoria.c. cum ſecundum. de hæret.in 6.Ergo & ante illã nullus opponere poterit de eo iure fiſci: quod ante eum eadem ratione tentauit Anchar.d.cum ſecundum.2.notab.& c. 2.in.2.notab.de præſcriptio.in. 6.& cap. felicis.8.notab.de pœn.in. 6. adde Bart. conſ.81.nu.7.in fin. tradentem, de iure fiſci opponi non poſſe, antequam bona in eo ſint incorporata.Et ſequitur Menochius conſ.79.nu.30.lib.i. Sed non eſt recedendum à prima opinione, quæ proculdubio recepta eſt. Neque obſtat ratio contrariæ opinionis:quia reſpondetur,eam tantum concludere,quòd ſi delinquẽs inauditus expellatur à poſſeſsione bonorum,& illam repetat per interdictum,vel etiam per cõdictionem triticariam,iuxta l.2.ſ.de condit.tritic. & tradita per Bart.hic nu.4. & poſſeſſor opponat de amiſsione bonorum,ipſo iure inducta,non audietur,quia huiuſmodi exceptio non concludit,prædicta remedia poſſeſſoria ei non competere: nam licet quis amittat bona ipſo iure quoad dominium, non tamen illa amittit quoad poſſeſsionem,iuxta traditionem glo.l.ſi. verb.in rem.C.de ſacroſanct. eccleſ. Et in ſpecie Bald.l.ſi quis in tantam. nu. 19. C. vnde vi.notabiliter Igne.rep.l. neceſſarios §.non alias.1.par.nu.52.ʃ. ad Sillanian.Tiraq.l.ſi vnquam.verb.reuertatur à nu.327.C.de reuocan.dona. Ergo prædicta exceptio amiſsionis bonorum ipſo iure,tanquam nihil concludens,quoad poſſeſsionem admittenda non eſt, Anchar.conſ.197.nu.3.facit bonus text.c.li-
66 cet Epiſcopus.de præben.in.6. † Cæterũ ſi delinquens petat bona iudicio peritorio reivendicationis, poteſt poſſeſſor ei opponere de iure fiſci,cum ipſe etiam ante declaratiuam ſentẽtiam dominus nõ ſit prædictorum bonorum,ſed fiſcus. Atque ita cùm exceptio concludat, ipſi rei vendicationem non competere, admittẽda eſt iuxta ſupra tradita: quod ita in ſpecie ſentit Bart.l fin.in fin.ſ. de condictio.ſine cau.Aret.l.cum ſeruum.nu.3. verſ.quarta concluſio.C. de ſeru. fugiti. Afflict.c.1.glo.3.nu.73.quæ fuit prima cauſ.benef.amitten.lib.3.feud.reſoluẽs, quòd ſententia declaratoria requiritur, vt fiſcus poſsit facere executionẽ in bonis delinquentis:ſed reſpectu tertij de iure fiſci excipientis,prædicta ſentẽtia neceſſaria non eſt:ſubſcribit Cephal. conſ. 133.nu.125.lib.i.Et confirmatur ratione, quia quando pœna imponitur ipſo iure, dominium bonorum ipſo iure transfertur in fiſcum.l. Imperator. ʃ. de iur. fiſci. ita vt de bonis illis, tanquam ſuis poſsit diſponere,etiam ante declaratoriam ſententiam,dũmodo non priuet delinquentem poſſeſsione prædictorum bonorum: vt arg.c.licet Epiſcopus.de præbend.in 6.reſoluit Ripa.c.ſæpè.nu.101.de reſtit. ſpoliator.Ergo de prædicto defectu dominij quilibet opponere poteſt,etiã ante declaratoriam ſententiam.Vlterius & ex ſupradicta reſolutione infertur,quòd





ſi exceptio non concludat,actorem ſine actione agere:quia quãuis amiſerit ius ſuum,tamen ſubintelligitur tacita conditio(ſi dominus voluerit)tunc de eo iure nullus opponere poterit, antequam dominus declaret voluntatem ſuam: nã cum amiſsio iuris videatur pendere ab illa tacita conditione;ante illam impletã non poteſt dici ius agentis extinctum eſſe.l.cedere diem.ʃ.de verbor.ſignif.& ita Bart.l.2.nu.1.ʃ.de exceptio.rei iud.& ibi Socin.nu.8.Aretin.l.cum ſeruum.nu. 3. verſ.ſecunda concluſio.C.de ſeru.fugit. Socin.conſ.78.nu.4.lib.4.Riminald. cõſil.599.n.8.lib.3.Menoch. plures referẽs conſ.79.nu.29.lib.i.Exemplum ponitur in ſpecie l.2.C.de iur.emphyte.vbi propter canonem non ſolutũ cenſetur amiſſa emphyteuſis ipſo iure, ſub tacita tamẽ conditione(ſi dominus directus voluerit)vt ibi probatur,& notabiliter ampliat Corne.conſ.115.n.7.lib.1.de iſta igitur amiſsione nullus opponere poterit,ante quam dominus directus prædictam fecerit declarationẽ:& ita glo.2.l. 2.ſ. ſi agervectigal. † & receptam eſſe ſententiam
67 aſſerit Alexan.conſ.124.nu.10.lib.5.Decius conſ.144.nu.6.ad fin.Ruin. conſ. 2. nu.2.&.7.lib.1.& Grammat. deciſ.77. n. 4.ad fi.Aymon.conſ.839.n.3.& Teſſau. deciſ.Pedemon.4.nu.8.Quod tamen eleganter limitabat Bald. authent.qui rẽ. nu.6.ad fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.niſi is poſſeſſor haberet cauſam à domino directo:nam tunc de iure authoris excipere poterit,etiamſi ille adhuc non declarauerit voluntatem ſuam,iuxta reg. c. is qui in ius.de reg.iur. in.6.ſubſcribit Paul.l.cum ſeruũ.col.2.ad med. & ibi Aretin. nu. 3.verſ.ſecunda concluſio.in fi. C. de ſeru.fugit.Deci.conſ.247.col.fin.Socin. Iunio.conſ.101.nu.29.lib.2.Caſſan.cõſ. 11.nu.33.& Cephal.conſ.133.n.116. lib. 1.Sed eſt aduertendum, hanc limitationem de plano procedere, ſi is poſſeſſor habet cauſam à domino directo,poſtquã emphyteuta nunc agens ceciderat in cõmiſſum: nam tunc concedendo alteri, ſatis declarauit velle,quòd primus amitteret ius ſuum.arg.l.2.ſ.de iuriſdict. omnium iud. ſed extra hos terminos non videtur vera limitatio: cum enim nihil videatur amiſſum, antequam dominus directus declaret voluntatem ſuam,non poteſt poſſeſſor dicere,agentem amiſiſſe ius ſuum,cùm dominus adhuc id non declarauerit: & ita colliges ex Corn.conſil.115.nu.11.& nu.13.lib.1.Nec dicas cũ Aretin.l.cum ſeruum.nu.3.verſ.ſecunda concluſio.in fin.C.de ſeru.fugiti. quòd ius declarandi tranſit hoc caſu ad particularem ſucceſſorem: quia id iure non probatur.Et verius eſt,ius declarandi,neque ad vniuerſalem ſucceſſorem tranſire.glo.recepta.l.idem Pomponius §. fi. ſ.de reiuend.Ex quibus inferas,nequeviderituitum,quod tradit Paul.l. cum ſeruum.col.2 poſt med.C. de ſeru. fugitiu. quòd creditor domini directi, & qui illius bona habet obligata, poterit opponere de prædicta amiſsione.etiamſi dominus directus adhuc non declarauerit voluntatem ſuam:allegat l.pen.C.de nõ numer.pecun.nam contrarium colligitur ex ſupra dictis:& quia dominus directus declarando,ſe nolle emphyteutã cadere in commiſſum,potuit in iure quærendo creditoribus præiudicare.l.qui autẽ.ʃ.quæ in fraud.credito.Neque obſtat d.l.pen.C.de nonnumer.pecun. quia loquitur in exceptione purè debitori competente,neque ab vlla pendente conditione;ea enim creditor vti poteſt,etiam inuito debitore,qui in iure iãquæſito nõ
68 potuit creditoribus præiudicare, † iuxta titul. ʃ.quæ in fraud.credit. Infertur etiã explicatio ad tradita per Paul.conſ.396. num.3.lib.2.dũ reſoluit, quòd licet quis non poſsit opponere de iure tertij quod requirit ſententiam, neque etiam de eo iure,quod non excludit agentem ipſo iure,ſed tantum ope exceptionis, vt ſupra diximus: tamen de illis iuribus opponere poteſt is,qui à tertio illo cauſam habet,

& in ius illius successit, iuxta regulam ca. is qui in ius. de regul. iur. in 6. subscribit Aymon cons. 166. ad fin. hæc enim vera sunt in iure competenti authori purè, & absque vlla conditione: nam eo iure succedens in eius locũ vti poterit, iuxta doctrinam Bart. l. si tertius. §. si quis prius. n. 6. ff. de aqua pluu. arcen. & in terminis sẽtit Bar. l. 2. ante nu. 1. ff. de exception. rei iudic. Sed quãdo ius est conditionale, & pendens à declaratione volũtatis auth oris, non potest successor eo vti, antequã author declarauerit voluntatem suam, vt colligitur ex supra traditis. Est tamen diligenter aduertendum, supra resoluta locum habere, quando amissio pendet à tacita conditione suspensiua: nam si videatur pendere à conditione resolutiua, prædicta locum non habent, sed quilibet de ea amissione opponere poterit, antequam resolutiua conditio verificetur. Et est ratio, quia actus qui venit resoluendus sub conditione, interim iudicatur purus. l. 2. §. de in diem adiect. Ergò de eo iure, tanquam puro, & inducente amissionem ipso iure, quilibet opponere poterit: quod ita probat l. 2. ff. de excepti. rei iudic. adiuncta l. filio præterito. §. de iniusto rup. Colligitur etiam ex l. 2. §. 1. ff. de doli excep. & tradit Bart. d. l. 2. nu. 1. ff. infra de excep. rei iud. & ibi Socin. nu. 10. notabiliter Aret. rationem reddens. l. cum seruum. nu. 3. vers. tertia conclusio. C. de seru. fug. Ruin. cons. 40. num. 8. lib. 5. Vnde infertur, quòd cum filio in potestate præterito, testamentum sit simpliciter, & purè nullum. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. quilibet de ea nullitate opponere poterit, quantumcunq; subintelligatur conditio resolutiua, nisi filius voluerit testamẽtum approbare. l. filio præterito. §. de iniust. rupt. quod ita in specie
66 colligitur ex. l. 2. ff. de except. rei iud. † & pro constanti tenẽt supra allegati: in quo apertè labitur Claudius. l. ita tamen. §. quoties. ad fin. ff. ad Trebel. Infertur etiã quòd regulariter in casibus, in quibus priuatio inducitur ipso iure, quilibet de ea priuatione opponere potest, quantũcunque in potestate sit illius, cui priuatio applicatur, eam repudiare, & non admittere; quicquid contrarium dicat Socin. cõs. 78. n. 6. lib. 4. Inferturetiã, quòd quando cõtractus est nullus ipso iure, vel propter dolum dantem causam cõtractui bonæ fidei, vel etiam propter defectum alicuius solennitatis, quilibet de ea nullitate opponere poterit, quantumcunq; sit in potestate illius, in cuius fauorem inducitur nullitas, prædictum contractum cõfirmare, & approbare. l. & eleganter. cũ glo. §. de dolo. cap. si qua de rebus. 12. q. 2. quod ita aperte sentit Bart. l. 2. nu. 1. ad finem. ff. de excep. rei iud. dum allegat l. 2. §. 1. ff. de doli excep. Et ita etiam Aretin. l. cum seruum. n. 3. vers. tertia conclusio. C. de seru. fug. Alex. cons. 38. nu. 6. lib. 2. notabiliter Ruin. cons. 40. num. 8. libr. 5. Cepha. cons. 133. nu. 124. lib. 1. quicquid contrarium fuisse iudicatum asserat Fulgos. l. 2. num. 4. C. de iur. emphyt. Ac ita colliges in specie d. l. & elegãter. §. de dolo. non subintelligi conditionem suspensiuam (si deceptus velit) vt malè præsupponit Crot. l. 1. §. si vir vxori. nu. 29. ff. de acquir. posses. sed potius conditionem resolutiuam (nisi deceptus noluerit) arg. l. fideicommissa. 11. §. sic fideicommissũ. ff. de leg. 3. Vnde cum prædicta nullitas interim censeatur pura. l. 1. §. de in diem adiectio. quilibet de ea opponere poterit. Sed quæres, quomodo cognoscetur subintelligi tacitam conditionem suspẽsiuam, vel resolutiuam. Et quoad nostrã materiam recurrendum est ad doctrinã Bart. l. fin. in fin. §. de condictio. sine cau. ex qua colliges, quòd vbi agitur de hæreditate acquirenda, quæ ex natura sua multa onera continet. l. si hæreditatem. §. mandati. ad quæ etiam fiscus in hæreditate succedens, remanet obligatus. l. 3. §. fin. ff. ad Trebel. subintelligetur conditio suspensiua, si ille cui defertur, voluerit: aliàs si resolutiua intelligeretur, tãquã

purè



purè delata fisco acquireretur: ac ita locum haberet regula. l. ei qui. §. de hæred. instit. Sed si agatur de alijs bonis acqui
70 rendis, in quibus cessat prædicta ratio, ipso iure acquirẽtur fisco, vel alij. † l. Imperator. ff. de iure fisci, ac ita subintelligetur conditio resolutiua Nisi fiscus noluerit: subscribunt Fulgos. d. l. fina. num. 8. & ibi Iason num. 4. Nouellus de dote. 11. part. num. 14. Et iuxta hæc venit explicanda glo. l. his consequenter. §. 1. verb. non pertinere. supra famil. ercisc. nam loquitur, quando hæreditas applicatur fisco, quia heres non vendicat necem defuncti, propter quam culpam certum est eum amittere hæreditatem ipso iure. l. 1. C. de his quib. vt indign. & ibi Bal. num. 2. Bar. 71 l. vnica. nu. 8. C. ne ex delictis defunctor. & ibi Salicet. num. 7. Bar. l. 1. num. 2. ff. de priuat. delictis, & tamen gloss. prædicta vult, etiam hoc casu reum conuentũ nõ posse excipere de eo iure fisci, & communiter recipitur, vt asserit Alex. cons. 136. num. 5. lib. 7. Cagnol. l. fin. nume. 123. C. de pactis. quod videtur repugnare. §. resolutis. Sed dicendum est, gloss. agere de hæreditate acquirenda fisco, in qua subintelligitur conditio suspensiua, Si fiscus voluerit, propter rationem supra assignatam: & ideò ante declarationem voluntatis fisci, nullus de eo iure opponere poterit, iuxta doctrinam glo. l. 2. §. si ager vectigalis. Sed si propter delictum bona viuentis deferantur fisco, & sic non sub nomine hæreditatis, ea bona ipso iure acquirentur fisco, & tantũ subintelligetur conditio resolutiua, Nisi fiscus noluerit, & ideò interim de eo iure fisci quilibet opponere potest, iuxta supra tradita. Vnde cõsequitur, quòd cũ bona cõtrahẽtiũ incestas nuptias confiscentur ipso iure, authen. incestas. C. de incest. nuptijs, quilibet de eo iure fisci opponere potest: quia cum in illis bonis cesset ratio, quæ militat in hæreditate, tantùm conditio resolutiua subintelligi potest, ac ita locũ habent supra resoluta: quicquid contrarium teneat Præposit. c. & si necesse. col. 2. in. 7. oppositione. de donatio. inter virum. Ripa in rubr. §. eo. num. 29. & Alciat. num. 21. Xuarez titul. de las gananciasnum. 18. Couarr. de sponsalib. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 23. vt latius tradidimus. l. si ante. supra eo. Neq; prędictos adiuuat l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. dum probat, quòd vbi bona non sunt soluendo, non acquiruntur fisco ipso iure: nam procedit, quando bona vacantia sub nomine hæreditatis deferuntur fisco: nam tunc si hæreditas non sit soluendo, imò etiãsi soluendo sit, semper subintelligitur tacita conditio suspensiua, Si fiscus voluerit, vt ibi notant Dyn. & Bart. & supra diximus. † Cæterum si bona viuentis propter delictum deferantur fisco, & sic non sub nomine hæreditatis, indistinctè ipso iure acquirentur fisco: & tantum subintelligetur cõditio resolutiua, Nisi fiscus noluerit: tradit Aretin. l. 1. §. fina. col. 2. ff. de acquir. posses. & sic quilibet de eo iure fisci opponere poterit, iuxta supra tradita: quanuis hęc non satis videatur percepisse Bar. cons. 81. nume. 7. neque Menoch. cons. 79. num. 30. lib. 1. Et hinc est, quòd si legatum propter delictum legatarij deferatur fisco, quilibet de eo iure fisci opponere potest: quia legatum statim quæritur fisco, cum merum commodum contineat, ac ita in eo non potest subintelligi, nisi tacita conditio resolutiua, Nisi fiscus noluerit: quod non impedit tertium opponere posse de iure fisci, iuxta supra tradita: quanuis hoc non satis perceperit Costa. c. si pater. 1. par. verbo, vxorem. nume. 13. de testam. in. 6. Similiter si quis amittat ius suum, quia emit scienter rem litigiosam. l. fi. C. de litigios. quilibet opponere potest de iure fisci, quanuis in potestate illius sit, illud commodum repudiare; quicquid cõtrarium teneat Menoch. cons. 79. num. 29. libr. 1. Quintò principaliter limita hanc secundam conclusionem principalem nõ procedere, si iudicium sit summarium; nam

tunc

tunc conuentus reiuẽdicatione, minimè opponere poterit de iure tertij, nisi in cõtinenti illius exceptionis offeratur probatio. l. 2. cùm ibi notatis. C. de edict. diui Adrian. & ita limitat Paul. l. cum seruum. num. 2. post princ. C. de seru. fugit. Alex. l. ille à quo. §. si de testamento. nu. 7. & ibi Claud. col. 1. post princ. ℣. ad Trebellian. Alex. l. fin. nume. 23. ad finem. C. de edict. diui Adrian. Riminal. cons. 599. num. fin. lib. 3. Sed non placet hæc limitatio; quia cum prædicta exceptio concludat, actorem sine actione in iudicio expiriri, in quocunque iudicio admittẽda est. l. si pupilli. §. fina. ℣. de negoc. gest. Nec obstat ratio contrariæ opinionis: quia cùm prædicta exceptio respiciat legitimationem personæ, scilicet, quòd nõ sit persona habilis, vt super ea actione audiatur in iudicio, succedit regula, quòd etiam in iudicio summario persona actoris plenè legitimanda est. gl. & Bar. d. l. 2.
72 C. de edict. diui Adrian. † Alex. l. à diuo Pio. §. si super. num. 3. ℣. de re iudicat. Iason. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 176. ℣. de acquir. posses. & prosequũtur Curt. Iunior. in rubr. C. qui admitti. à numer. 15. Hippolyt. l. si quis ne quæstio. à numer. 5. ℣. de quæstio. & notab. Gerard. singul. 23. & notab. ampliat Aymon. cõs. 104. num. 2. Vltimò limita prædictam cõ-
73 clusionem supra positam procedere, quãdo reiuendicatio intenditur aduersus eum, qui à vendicante causam non habet; nam si illi opponatur exceptio de dominio alieno, debet probare dominũ esse, iuxta. l. 2. ℣. de probatio. aliàs absoluetur reus, etiamsi nihil præstiterit. l. fin. C. de reiuend. Si verò reiuendicatio intenteretur aduersus eum qui causam habet à vendicante, distinguendum est: nam si hoc tantùm concurrat, quòd cõuentus habeat causam à vendicante, adhuc erit locus prædictæ conclusion: si autem vlterius accedat, quòd conuentus tempore contractus expresè agnouit, rem esse illius, à quo causam habet, tunc vendicãti non poterit opponi, quòd non sit dominus rei; nam per recognitionem accipientis, satis probat suam intẽtionem. l. generaliter. C. de nõnum pecun. l. Publia. §. fina. ℣. depositi. Vnde non obstante prædicta exceptione, obtinebit se dominum declarari, aduersus illum qui id recognouit: & ita Bart. l. cum falsa. nu. 8. C. de iuris & fact. ignorant. eleganter Guido decisio. 272. col. fin. Deci. l. traditionibus. num. 6. C. de pact. Alciat. resp. 9. nume. 9. & alij adducti per Menoch. consi. 1 num. 90. lib. 1. & multos alios refert Antonius à Petra de fideicommiss. quæst. 13. num. 301. & à num. 317. Cæterum aduertendum est, quòd huic limitationi videtur obstare. l. cum falsa. C. de iuris & fact. ignorant. vbi per falsam confessionem non probatur dominium. Secundò in contrarium vrget decisio Speculator. titul. de locato. §. nunc aliqua. vers. 52 & ibi Ioannes Andre. in additio. quòd si quis recipit rẽ in emphyteusim ab ecclesia, tanquam domina illius rei, ex tali concessione non probatur dominium ecclesiæ, etiam inter easdem partes: quia certi sunt modi, quibus dominium quæritur, inter quos nõ connumeratur iste, quando quis asserit rem esse ecclesiæ: subscribit Ruin. consi. 14. num. 2. lib. 4. † Quæ ratio euincit id procedere, etiamsi interueniat expressa recognitio accipientis, vt expendit Aymon cõs. 157 num. 7. qui allegat Calcan. idem tenentem cons. 32. num. 18. & alios allegat Petra de fideicomm. quæst. 13. nu. 304. Adde Crotum consil. 34. à nu. 11. lib. 1. & quæ Ruin. consil. 13. numer. 7. libr. 4. Vrget tertiò. l. ad probationem rei. 23. C. de locato. & c. inter dilectos, de fide instrumentor. in quibus probatur, non cẽseri probatum dominium locatoris, ex eo quòd locauerit rẽ tanquã suã, & vti talẽ eã acceperit conductor. Et confirmatur, quia locator in dubio rẽ tanquã suam videtur locasse. l. ei à quo. 20. ℣. de vsucapio. & expendit Aymon cons. 157. num. 5.



num. 5. Ergo per solam recognitionem 74
accipientis, non censetur probatum dominium vendicantis rem locatam. Sed his non obstantibus, non est recedendũ à limitatione supra tradita. Pro qua vrget. l. censualis. C. de donatio. ex qua Bal. ibi ad medium collegit, quòd vbi quis cõfitetur bona esse censualia, ex hoc censentur esse censualia: vt exornat Aymon consil. 20. num. 11. Neque obstant supra adducta in contrarium: nam ad primum de. l. cum falsa. C. de iuris & fact. ignorãt. respondetur, limitationem supra traditã accipiendam esse in eo sensu, quòd vendicans non tenebitur probare se dominum esse: quia satis hoc videtur probare per recognitionem accipientis: vnde illi, qui recognouit vendicantem dominum esse, incumbet onus probandi, illũ non esse dominum: quod si probauerit, constabit illam recognitionem esse falsam, vel erroneam: & ideò ea minimè illi præiudicabit. dict. l. cum falsa. expresè Iacobi. tracta. feudo. verb. dictiq; vassalli. nume. 21. pag. 93. Aymon consil. 157. numer. 8. Menoch. consil. 1. numer. 91. libr. 1. Phanuncius de inuentario. 7. parte. numer. 243. & ad hunc modum sunt explicanda tradita in proposito per Siluan. consi. 57. à nume. 39. Vnde colligas, quòd confessio siue recognitio nocet confitenti, donec doceat de errore. c. fina. de confessio. Aymon consil. 411. numer. 58. Phanuncius de inuentario. 7. part. numer. 243. Colligas etiam, quòd etiam in prædictis terminis, exceptio dominij alieni admittenda est: & in hoc tãtum recognitionem præiudicare, quòd donec doceatur de errore, confessio præiudicabit confitenti: & consequenter onus probandi dominium non incumbet vendicanti, sed potius recognoscenti incumbet onus probandi, illum non esse dominum rei: quanuis semota recognitione, vendicanti incumberet onus probandi dominium. §. omnium. Instit. de action. Non obstat secundum de dicto Speculatoris, † quia procedit, quando ecclesia concessit in emphyteusim rem tanquam suam, & ex parte accipientis nulla interuenit expressa recognitio, quòd res erat de dominio ecclesiæ: in his enim terminis sola datio in emphyteusim, non probabit dominium ecclesiæ: vt etiam tenet Bartol. l. legata inutiliter. numer. 2. ℣. de adimend. legatis. Sed si recipiens expresè recognouisset rem esse in dominio ecclesiæ, per eam recognitionem censeretur probatum dominium ecclesiæ, in eo sensu, vt standum sit recognitioni tanquam verę, donec contrarium doceatur. Aymon cõsi. 411. numer. 58. Ruin. consil. 14. numer. 9. libr. 4. & supra diximus, quicquid repugnant relati per Petram de fideicommiss. quæstion. 13. numer. 309. Non obstat tertium de. l. ad probationem. C. de locato. quia procedit, quando sola interuenit locatio. per quam solam non probatur dominium: quia non sequitur, Locasti rem tanquam tuam, ergo ex hoc probatur esse tua. quia potuit esse aliena, & tamẽ validè locari. l. rem alienam. ℣. de contrahend. emption. l. nemo. C. de locato. tradit Felin. cap. inter dilectos. numer. 8. de fide instrumentor. Socin. consil. 266. numer. 9. libr. 2. Riminald. consil. 93. numer. 25. libr. 1 & consi. 410. num. 4. libr. 3. Parisi. consil. 17. numer. 25. libr. 1. Crot. consi. 34. à numer. 11 & ideò ex sola locatione nunquam censetur probatum dominium, etiam aduersus conductorem. Afflictis decisio. 14. numer. 8. post Alexand. consil. 12. numer. 4. libr. 4. Nec obstat, quòd conductor videtur accepisse rem locatam tanquam à domino. l. ei à quo. 20. ℣. de vsucapio. quia vt eleganter considerat Aretin. l. si rem aliquam. column. 9. in princip. ℣. de acquirend. possession. ille qui accepit rem à locatore, tanquam domino, non ob id videtur fateri, illum esse dominum, sed tantum, quòd tanquam talis locauit, & quòd ipse accepit ab eo, quasi asserente rem

rem esse suam, & quasi tali eam locante. Præterea in hoc casu agitur principaliter de locatione, & mentio dominij venit incidenter, & per verba enuntiatiua. Planè quando confessio concipitur per verba enuntiatiua, non probat, etiã inter partes, nisi quando cõfessio eo modo facta, sit necessaria ad validitatem actus qui gerebatur. l. optimam. C. de cõtrahen. & committenda stipulatio. aliâs verò prædicta confessio non inducit probationem, etiam inter partes, si de enuntiato posteà principaliter tractetur: nisi extrinsecus aliquid accedat, quod prædictam confessionem confirmet. † c.
75 illud. de præsumption. & ibi notat Anton. tradit Matthes. singul. 80. Iason. l. iuris gentium. §. quod ferè. numer. 3. ff. de pact. Deci. consi. 389. visa. numer. 9. latè Aymon tract. de antiquit. temporis pag. 25. à nu. 52. Planè in locatione, ad validitatem illius non est necessarium dominium, de quo fuit facta mentio per verba enuntiatiua: nam etsi locator dominus non sit, tamen valet locatio. argu. l. rem alienam. §. de contrahend. empti. Ergo prædicta confessio dominij facta per verba enuntiatiua in locatione, non inducet probationem enuntiati, nisi aliud accedat. Cæterum si confessio do-
76 minij principaliter esset facta, & per verba dispositiua, siue assertiua; vt quia accipiens fateretur verum esse, quòd ea res est in dominio locatoris, & quòd tanquam talem rem accepit; probaret ea cõfessio contra eum, quandiu contrarium non ostẽderetur. cap. fina. de confessis, & supra dictum est. Et ita hos casus in specie distinxit Bald. l. ad probationem. numer. 7. C. de locato. & l. si certis annis. numero. 10. C. de pactis. Iason. l. 2. numer. 177. C. de iure emphyteutico. Ruin. l. si aliquam rem. nume. 7. ff. de acquirend. posses. Aymon consil. 411. numer. 57. & ad hunc modum poterunt concordari opiniones. Ex qua concordia colliges, quòd locatio sola, & confessio dominij per verba enuntiatiua in ea inclusa, non probat dominium locatoris, nec verè, nec præsumptiue. Cum enim illis non obstantibus, oporteat eum probare se dominum esse. l. ad probationem. C. de locato. cap. inter dilectos. de fide instrumentor. clarè constat, non censeri dominium præsumptiuè probatum: cum præsumptio iuris liberet ab onere probandi. l. si adulterium. §. idem Pollioni. ff. de adulter. Et ita Riminald. consil. 410. numer. 4. lib. 3. Quod non solùm procedit, vt quoad tertium non videatur præsumptiuè probatum dominium, sed etiam neque quoad conductorem, qui à locatore causam habet, vt probat dict. l. ad probationem, & asserit receptissimum Ruin. consi. 161. nume. 17. lib. 1. Valasc. de emphyteusi, quæstion. 9. nume. 3. quicquid contradicat Gozad. consi. 94. in fine. Cauendum igitur est ab Alciat. respons. 9. numer. 10. dum tenet, quòd licet per locationem non probetur dominium verè, probetur tamen præsumptiuè, donec contrarium ostendatur: quod etiam sentit Gozad. consil. 94 numer. 57. quod apertè falsum est ex supra traditis. Pariter cauendum est à Bart. l. non ab re. numer. 3. C. vnde vi.
† dum dicit, quòd ille, qui locat rem tanquam suam, per hoc præsumptiuè probat, rem esse suam: & sequitur Socin. cõs. 187 num 2. lib. 2. Gozad. d. consi. 94. numer. 57. Paris. consi. 104. numer. 84. lib. 1. nam & id videtur confundi ex supra dictis. Nisi eos salues, quando quæstio dominij venit incidenter ad causam principalem: nam cum tunc ad probationẽ dominij præsumptiuã, sufficiat sola possessio. Bart. receptus. l. quidam in suo, nu. 4. ff. de cond. instit. & locator per conductorem videatur possidere. l. quod meo in princ. ff. de acqui. possess. per locationẽ hoc casu censebitur præsumptiue probari dominiũ. Et ita Bartolũ vbi suprà accipiẽdũ esse dicit Alex. consi. 10. nu. 4. lib. 4. tradit etiam Menoch. de recup. posses.

11. reme.



11. remedio. à nume. 32. Sed si de dominio principaliter agatur, vt quia locator eam rem vendicat tanquam suam, tunc per locationem & confessionem dominij enuntiatiuè factam, non censebitur probatum dominium, etiam præsumptiuè: vt constat ex suprà traditis. Et ex his ita explicatis infertur vera resolutio ad quæstionem Bart. l. legata inutiliter. numer. 2. ff. de adimend. legat. vtrùm si ecclesia concesserit alicui aliqua bona tanquam sua in emphyteusim, per hoc censeatur probatum directum dominium ecclesiæ in illis bonis? Et ex illius dictis tres in proposito colliguntur conclusiones. Prima est: Quòd si concedens agat actione ex contractu emphyteutico, nõ potest emphyteuta illi referre quæstionem dominij. l. si quis conductionis. C. de locato. & sic respectu accipientis hoc casu, ex sola concessione dominium ecclesiæ habebitur pro probato: sequitur Alexander consilio. 12. num. 4. libro. 4. Socinus consilio. 266. numero. 9. libr. 2. Ripa. l. si aliquam rem. numero. 39. ff. de acquirenda possessione. inquiens, quòd si agatur actione ex contractu ad petendum censum, ex sola solutione census censebitur probatum directum dominium concedentis, neque licebit soluenti refricare quæstionem dominij: subscribit Valascus de emphyteusi, quæstion. 9. numer. 15. Est tamen aduertendum, quòd Riminald. consil. 410. numer. 4. libr. 3. contrarium tenet, concludens, quòd etiamsi agatur actione ex contractu, possit per accipientem refricari quæstio dominij, propter generalitatem. l. ad probationem. C. de locato. Item quia quando agitur actione ex contractu, admittitur exceptio proprij dominij, quia concludit, locationem non valuisse, & consequenter ex ea agẽti actionem non competere, vt suprà diximus. Sed concordandæ sunt opiniones ex eodem Riminald. consil. 94. nu-
77 mero. 31. libro. 1. † quòd si locator agat actione ex contractu, conductor non poterit ei opponere de dominio tertij, quia ea exceptio non concludit, actionem ex locatione actori non competere. l. rem alienam. §. de contrahend. emptione. sed de dominio proprio admittetur exceptio, quia concludit, locationem non valuisse. l. neque pignus. ff. de regulis iuris. & consequenter ex ea actionem agenti non competere, vt suprà diximus. Vnde constat, Bartol. dict. l. legata inutiliter. numero. 2. improuidè ad hac quæstionem allegasse. l. si quis conductionis. C. de locato. quasi conductor non posit opponere de proprio dominio: nam imò opponere potest, si agatur actione ex contractu: & dicta l. si quis conductionis, procedit, quando agitur condictione ex ea lege, tunc enim non admittitur exceptio, etiam proprij dominij, vt suprà declarauimus: nam si agatur actione ex locatione, admittetur prædicta exceptio, ex suprà traditis: & ita in specie Riminaldus consilio. 94. numero. 31. libro. 1. Vnde cauendum est à traditis per Ripam dict. l. si aliquam rem. numero. 39. dum pro constanti habet, quòd si agatur actione ex contractu ad petendum censum, siue pensionem, non potest refricari quæstio dominij: nam imò admittetur exceptio proprij dominij, ex suprà traditis, cùm tunc ea exceptio concludat, actionem ex locato non competere agenti: nam cum per remedium dictæ. l. si quis conductionis. tantùm obtineatur rei restitutio, & ad petendas præteritas pensiones, oporteat recurrere ad actionem ex contractu. Alexander d. l. si aliquam rem. num. 35. & suprà diximus, semper petenti pensiones præteritas, obstabit exceptio proprij dominij. Ea sanè in nostro proposito erit differentia, quando locator agit ex contractu, vel reiuendicatione, quòd primo casu cum locator habeat fundatam suam intentionem ex locatione,

alleganti se esse dominum rei, & consequenter locationem non valuisse, incumbet onus probandi, vt videtur probare text.l.ad probationem. C. de locato. Sed quando agitur reiuendicatione, quia tunc locatio nihil infert ad probationem dominij, vt suprà diximus, ea nõ obstante, reiuendicanti incumbet onus probandi se esse dominum, aliàs succũbet, & inducetur regula.l. fin. C. de reiuendicat. † Secunda principalis conclusio ex Bart. dict. l. legata inutiliter. num. 2. ea est, quòd licèt ecclesia ostendat instrumentum publicum, per quod appareat, eam aliquas terras in emphyteusim concessisse, per hoc non censetur probatum eius dominium quoad eas terras: vnde si illas vendicet tanquam suas, & aliter non probet dominium, succumbet: & esse receptam conclusionem asserit Alexand. consil. 12. num. 4. lib. 4. Et expendes, Bart. sentire, per prædictum instrumentum non censeri probatum dominium ecclesiæ, etiam præsumptiuè: quod aduersus Paul. obseruat Alex. hîc num. 3. Socin. consil. 266. numer. 11. lib. 2. Item sentire, quòd per prædictum instrumentum non censetur probatum dominium ecclesiæ, etiam respectu emphyteutæ, quia ab ecclesia causam habet, & ab illa eas terras accepit in emphyteusim. Afflictis decisione. 14. numer. 8. Ruin. consil. 161. num. 17. libr. 1. Valasc. de emphyteusi, q. 9. numer. 3. quidquid contrarium sentiat idem Ruin. consil. 22. numer. 7. ad finem. lib. 1. & rationem suprà tradidimus. Est & alia ratio, quia cum emphyteusis pertineat ad diminutionem iuris & dominij concedentis, non debet operari cõtrarium effectum, id est, probationem siue confirmationẽ ipsius dominij. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. vbi Bart. numer. 2. post Dyn. hanc rationem reddidit, quam probat Aretin. l. si aliquam rem. colum. 8. ad finem. ff. de acquiren. posses. Ruin. consil. 161. à nu. 18. lib. 1. qui ex hoc notabiliter infert, quòd licèt per instrumẽta antiqua soleat probari dominiũ, iuxta notata per glos. & DD. l. cum aliquis. C. de iure deliber. tamen in hac specie, etiã si instrumenta fuerint antiqua, per illa non censebitur probatum dominium; quia adhuc militat ratio de qua suprà, & probat Valasc. de emphyteusi. q. 9. nu. 5. Item infertur, quòd licèt ratione huius contractus, emphyteuta soluerit pensiones ecclesiæ tanquam dominæ, neque per hoc censebitur probatum dominiũ ecclesiæ aduersus emphyteutam, quia adhuc militat ratio suprà tradita. Item quia accipiens potuit errare, putans rem ecclesiæ esse, cum re vera esset sua, vel alterius. l. cum falsa. C. de iuris & fact. ignorant. qui error in dubio præsumitur, quãdo ecclesia nõ probat dominium suum esse, nisi per solum instrumentum concessionis. l. ad probationem. C. de locato. & ibi notat Bald. numer. 7. Quæ ratio etiam in nostro casu militat. † Denique res esse emphyteuticas, & non allodiales, quædam species seruitutis existimatur. l. si tibi homo. §. fin. ff. de legatis. 1. & prætendentem seruitutem habere in aliqua re, non releuat ab onere probandi quasi possessio prædicta seruitutis. glos. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vend. & ibi Paul. numero. 8. hac ratione in terminis ita concludit, & subscribit Alciat. responso. 9. numero. 9. Valasc. de emphyteusi, quæst. 9. numer. 11. Vnde cauendum videtur à Bald. l. indicia. numer. 2. ad finem. C. de reiuend. dum dicit, quòd per receptionem pensionis, præsumitur accipiens esse dominus illius rei, pro qua soluitur pensio: sequitur Roman. consil. 127. num. 1. Felin. c. cum Bertholdus. numer. 28. in fin. de re iudicat. Balb. l. Celsus. num. 130. ff. de vsucap. id enim ex suprà dictis videtur confundi. Poterunt nihilominus concordari opiniones ex traditis per eundem Bald. l. si certis annis. num. 10. C. de pact. quòd ex præstatione pẽsionis non inducitur

78

79

confessio



confessio dominij accipientis pensionem, sed tãtùm colligitur præsumptio, quòd ille, qui ei soluit pensiones, existimabat eum esse dominum illus rei: quæ quidem credulitas non inducit ius probationis, nisi longo tempore præstationis sit vallata: allegat. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Quod etiam tradit Paul. l. sicuti. §. sed si quæratur. num. 9. ff. si seruit. vendic. Iason. l. 2. num. 177. C. de iure emphyteutic. Felin. c. cum Bertholdus. num. 28. de re iudicat. Deci. consil. 146. num. 2. Gam. decision. 222. num. 1. Illud autem circa prædicta memoria tenendum est, quòd licèt per instrumentum locationis non cẽseatur probatum dominium locatoris, censetur tamẽ probata eius possessio: nã qui locat, per conductorem dicitur possidere: conductor autem dicitur rem detinere. l. interdũ. 21. §. fin. ff. de acquir. possession. ergo per locationem satis videtur cõstare de possessione locatoris: quòd tenet Angel. l. quædam mulier. num. 2. ff. de reiuendic. Roman. consil. 127. post prin. Socin. consil. 106. num. 2. lib. 3. Gozadin. consil. 90. ad finem. Menoch. de recup. posses. 11. remedio. numero. 33. & Petra de fideicommiss. q. 13. à num. 330. Sed videtur vrgere in contrarium. c. inter dilectos. ad finem. de fide instrumentor. vbi probatur, per solum instrumentum locationis, neque dominium, neque possessionem locatoris probari: † per quem tex. Alexand. consi. 12. numer. 5. lib. 4. tenet, per solum instrumentum locationis, nõ probari possessionẽ locatoris, nisi aliud accedat: quod etiam tenet Ruin. consil. 161. num. 20. lib. 1. & consil. 47. num. 4. lib. 4. Natta consil. 429. num. 16. lib. 2. notabiliter Roland. consil. 46. à num. 21. lib. 3. Pro cõcordia dicendum est, quòd aut quæris, vtrùm possessio cẽseatur probata per locationem in præiudiciũ conductoris? & dicendum est, probatam videri, propter rationem de qua supra; aut verò quæris, vtrùm per solam locationẽ probetur possessio in præiudicium tertij? & dicendum est non probari; & ita procedit d. c. inter dilectos. ad finẽ. & ita Bald. consil. 330. statuto. nu. 1. lib. 1. Rota decision. 1. de fide instrumento. in antiquis. Felin. d. c. inter dilectos. nu. 8. Socin. consil. 11. num. 5. libr. 3. Gozad. consil. 94. num. 57. Paris. consil. 104. num. 81. lib. 1. & Boeri. decis. 105. num. 15. Menoch. tractat. de retinenda posses. 3. remedio. num. 571. Quinimò & id, quod probat d. c. inter dilectos. secundùm prædictum intellectum, duas habet elegantes limitationes. Prima est, si is tertius habet causam à conductore: nam prout per solam locationem censetur probata possessio aduersus conductorem, ita etiam debet cẽseri probata aduersus eum, qui ab eo causam habet, iuxta regulam. l. ex qua persona. ff. de regul. iuris. quod ita tenet Socin. consil. 50. num. 8. lib. 4. Ripa. l. si aliquam rem. num. 4. ff. de acquirend. possessione. Aymon de antiquit. temporis, pag. 32. à nume. 22. nam quæ faciunt fidem contra authorem, faciunt etiam fidem cõtra singularem successorem ab eo causam habentem. Aretin. consil. 36. num. 3. Socin. consil. 11. col. 2. post princip. lib. 3. & consil. 68. num. 6. lib. 4. ac ita vera videtur hæc declaratio: quidquid inuoluat Alexan. consil. 12. num. 6. lib. 4. Item & secunda limitatio est, nisi vltra locationem interueniat etiam receptio pensionis, nam propter hoc censebitur probata possessio etiam in præiudicium tertij. c. cum venissent. de restit. spoliat. & ibi Panormitan. num. 11. l. qui vniuersas. §. qui per colonum. & ibi glo. & Bart. num. 1. ff. de acquir. posses. Cephal. consil. 328. num. 3. lib. 3. & consi. 458. num. 5. lib. 4. Anton. Gabr. lib. 3. cõmunium, tit. de locato conclusione. 4. numer. 2. & 3. & notabiliter prosequitur Afflictis c. 1. §. si quis de manso. à num. 70. de controuersi. inuest. libr. 1. feudor. Socin. Iunior consilio. 135. à numer. 24. lib. 2. Nisi ille tertius eo tempore esset in possessione:

80

nam tunc neque per locationem coniũ
ctam cum receptione pensionis, censebitur probata possessio illius, cui soluitur
81 pensio.† l.quanuis.§.si conductor.& ibi Bart.num.2.ff.de acquir.posses.l.Pomponius.& ibi Bart.ff.quib.modis vsusf.amittat.notabiliter Corne.videndus cons. 6. numer.4.lib.3.& Menoch. de retinend. posses.3.remedio.num.567. notabiliter Gratus consil.50.nume.3.lib.1.Beroius consil.45.num.8.lib.3.Rebuff.3.tom.ad leges Gallicas, tit.de materia possessor. in præfatione.num.100.Felin. cap. cum Bertholdus. num. 25. de re iudic. Boeri. decisione.105.à num.14.Xuarez. l.post rem iudicatam.2.limitatio.à numer.3.ff. de re iudic.Anton.Gomez.l. Tauri. 45. num.67. Et ex his infertur, cauendum esse ab Alexan.consil.118.num.19.lib.2. Afflict.decision.325.num.2.Natta consil.429.num.16.libr.2.Balb. l.Celsus.numer.130.ff.de vsucapionib.Ruin. consil. 161.numer.20.lib.1.dum dicunt, per solam locationem non probari possessionem, nisi simul accedat perceptio pensionis, nã potius docere debuissent, per solam locationem probari possessionem locatoris, respectu personę conductoris: vbi autem simul interuenit perceptio pensionis, probatur possessio etiam in præiudicium tertij, vt constat ex suprà traditis. Infertur etiam, quòd licèt per locationem, & perceptionem pensionis, non censeatur probatum dominium, vt suprà diximus: tamẽ in prædicto casu cẽsebitur probata possessio quoad omnes. Vnde meritò Paul.l.sicuti.§. sed si quæratur.numer.9.ff.si seruit. vendicet. tradit, quòd si agatur petitorio iudicio, parum prodest, quòd constet de locatione facta, & perceptione pensionis: sed si agatur iudicio possessorio, prædicta multũ operantur; quia probata censetur possessio in omnium præiudicium, & in ea possessor erit conseruandus, donec per sententiam ab eo euincatur.l.penul.ff.de aqua quotid. & æstiua.cap.querelam. de election.subscribit Felin. cap. cum Bertholdus.num. 28.de re iudicat.& consequenter si ante sententiam fuerit hac possessione spoliatus, potest illius petere restitutionem. Valasc. de emphyteusi.q. 9.num.13. ad medium. Præterea infertur explicatio ad tradita per Alexan. l. si colonus.§.si conductor.num.6.ff. de acquir.posses. dum inquit, quòd locatio, & perceptio pensionis probant possessionem aduersus conductorem, qui non potest refricare quæstionem dominij. l.
82 si quis conductionis.C. de locato. † subscribit Felin. d.c.cum Bertholdus. num. 25.ad finem.nam ex suprà dictis dicendum est, in prædicto casu probatam censeri possessionem aduersus omnes: & si agatur condictione ex dict.l.si quis conductionis, nullam posse quæstionem dominij refricari, vt suprà dictum est. Quæ omnia videntur etiam recipienda in cõcessione in emphyteusim; nã per solam concessionem censebitur probata possessio concedentis in præiudicium accipientis: & si accedat vlterius receptio pẽsionum, censebitur probata possessio quoad omnes, vt suprà resoluimus in locatione, cui DD. in hac materia æquiparant concessionẽ in emphyteusim. Fulgos.consil.5.col.3. post medium. Carol. in consuet.Paris.§.1.glos.5.nu.22. Contrariũ tamen, imò per concessionem in emphyteusim, non censeri probatã possessionem concedentis, tenet Riminald. cons.93.nu.18.& nu.22.lib.1.ea ratione motus, quia inter locationem, & concessionem in emphyteusim, aperta est ratio differentia: nam colonus non possider, sed detinet.l.si quis ante.ff.de acq.posses. neque enim suo nomine videtur possidere. sed nomine locatoris.l. quod meo. in prin.ff.de acq.posses.c. cum venissent. de restit.spoliat. emphyteuta autem possidet suo nomine, & non nomine concedentis.l. 1. §. fin. ff. vsufr. quemad. caueat.l.3.§.vnde vi.ff.de vi & vi armat. Nihil igitur mirum, si per conductionem probetur



probetur possessio locatoris, non sic per concessionem in emphyteusim. Et confirmatur, quia si expellatur colonus per alium à sua detentatione, locator amittit possessionẽ etiam ciuilem, quæ cum detentatione coloni erat coniuncta. l. peregrè.§.quibus.ff.de acquir. posses. & tamen si expellatur emphyteuta, vel fructuarius, dominus directus non ob id amittit suam possessionem ciuilem, quę nullam videtur habere coniunctionem cum possessione prædictorũ. gloss.l.1.§. fin.ff.vsufr. quemad. caueat. tradit Ias.l. naturaliter.in prin.num.3.& nu.14.ff. de acq.posses. Cui tamẽ rationi facilè satisfacies, si cõsideres, quòd aut quæris, vtrũ inter colonum, & emphyteutam sit differentia, respectu iuris proprij? aut respectu iuris quod apud concedentẽ remanet? In primo casu dicendum est, inter eos esse differẽtiam: quia cum per locationem neque dominium, neque possessio transferatur l.non solet. ff. locati. per locationem non acquirit conductor ius possessionis, & sic suo nomine non dici-
83 tur possidere, † sed nomine locatoris. c. cum venissent. de restit. spoliat. Sed per concessionem in emphyteusim trãsfertur vtile dominium, & respectu istius vtilis dominij, emphyteuta dicitur posidere suo nomine.l.naturaliter.in prin. ff. de acquiren.posses. sed habito respectu ad ius domini directi, nulla inter prædictos est differentia; quia emphyteuta posidet quidem suo nomine dominium vtile, directum autem recognoscit esse penes dominum directum: & hoc respectu dicitur eius nomine posidere, iuxta communem resolutionem, de qua per Iason.l.3.§.ex contrario.à num.45.ff. de acquir.posses. Cùm igitur nos quæramus, vtrùm per cõcessionem in emphyteusim, censeatur probata possessio concedentis, respectu directi dominij, nulla inter emphyteutam, & colonũ est constituenda differentia, quia in his terminis eadem in vtroque militat ratio. Vltimò infertur explicatio ad tradita per Bart.l.ad probationem.C. de locato. dũ tradit, quòd si ego locaui fundum alicui, & in eo laborauit conductor per multos annos, per hoc probatur possessio continuata locatoris, & consequenter præscriptio, per quam dominiũ solet quærri; vnde hoc casu non solùm censebitur probata possessio, sed & dominium: subscribit Alexand. consil.12.numer.3. lib.4.Deci.post alios.consil.146. num. 2. Socin.consil.187.num.2.libr.2. Felin. c. inter dilectos.num.8. versic. item secus. de fide instrumentor. Paris. consil. 104. num.86.libr.1. Ex quorum mente colliges, quòd quemadmodum per locationem, & perceptionem pensionis, censetur probata possessio locatoris in præiudicium omnium, vt suprà dictum est: ita etiã & censebitur probata possessio quoad omnes, quando locauit, & colonus arauit, & coluit terram: notat Ruin. consil.46.numer.12.ad finem.lib.4. & meritò, quia à pari procedunt, recipere fructus, siue pensiones; & terram colere, & arare.l.arboribus.§.nam & si. & ibi Bald. in princip.ff.de vsufruct.glos.l.3.verb. finiatur. C. finium regundorum. Angel. §.sic itaque.numer.7.Instit. de actionib. Ergo quemadmodum perceptio pensionis cum locatione, probat possessionem in omnium præiudicium, ita & aratio, & cultura fundi iuncta cum locatione: & hoc, siue faciat per se, siue per alium, vtpotè colonum. Paris. consil. 107. num. 2.
84 lib.1. † Et expendes, Bartol. tantùm requirere, quòd colonus longo tempore coluit fundum, neque exigit, quòd soluat pensiones domino. Vnde cauendum est à Ruin. consil. 161. numer. 20. lib.1.qui asserit, Bartol. velle, quòd colonus soluat pensiones locatori: quod clarè esse de mente Bartol. dicit Valasc. de emphyteusi, quæst.9.numer.17. Sed vtique Bart. neque illud dicit, neque sensit: & clarè colligitur ex eo, quòd ex cultura, & aratione fundi probatur possessio, etiamsi

etiamsi fructus non colligantur. l. arboribus.§.nam etsi.ſ.de vſuf.tradit Claud. l.Celſus.num.133.ſ.de vſucapion.Rimi nald.conſil.219.num.5.libr.2. Præterea & ex mente prædictorum colligendum eſt,quòd licèt poſſeſsio cõtinuata, & ſucceſsiua non poſsit probari per inſtrumẽtum,quod tantùm de actibus momentaneis cõficitur,vt tradit Socin.conſ. 205. col.fin.in princ.lib.2.tamen ſi probetur facta locatio per inſtrumẽtum,& poſteà per teſtes probetur, quòd colonus fuit in fundo per plures annos,ex hoc cenſetur probata continuata poſſeſsio. Bald. auth.quas actiones.n.16.C.de ſacroſ. eccleſ. Denique colliges,quòd licèt ex locatione etiã iuncta cum receptione pẽſionis,non probetur dominium locatoris,vt ſuprà diximus: tamen ſi probetur continuata poſſeſsio per colonum lõgo tempore, cenſebitur probatum dominium,etiam quoad omnes.Siluan. conſ. 57.nu.42.& alij relati per Anton.à Petra de fideicom.q.13.à nu.344.nam cẽſetur probata præſcriptio per quam dominiũ quæritur.l.1.ſ.de acquir. rerũ dom. Ideò autem Bart.dict.l.ad probationem. fecit mentionẽ de titulo, quia agebat de preſcriptione longi temporis,in qua titulus requiritur ad præſcribendum.l.nullo.C. de reiuẽd.aduertit Anton.à Petra de fideicom.q.13.num.356. Si ergo colonus coluiſſet fundum per triginta annos, nõ eſſet neceſſum probare de titulo, quia propter prædictum tẽpus purgatur præſumptio malæ fidei.Bart.l.fin.ad finẽ.C. vnde vi. & ideò etiam hodie per prædictum tempus procedet præſcriptio abſque titulo:& ita Roman. conſ.127. poſt princ.Ruin.conſ.161.nu.2.& nu. 20.lib. 1.& conſ.14.nu.6.ante finẽ.lib.4. & Anton.à Petra vbi ſuprà num.258. Vltimò limita concluſionẽ principalẽ de qua ſuprà, vt ſcilicet agens reiuendicatione ſuccũbat, ſi dominiũ probare velit per ſolam locationẽ,vt non procedat,ſi cum locatione cõcurrant alia adminicula:nã tunc cenſebitur probatũ dominium, vt clarè voluit Bar.d.l.ad probationem. C. de locato.Deci.conſil.146.nu.14.Ruin. conſ.46.num.13.lib.4.Gratus conſ.50.à num.50.libr.1.Alban.conſil. 9. num.12. Socin.conſil. 89.numer. 11.libr.1.Pariſ. conſil.104.numer.82.libr.1.& alij relati per Anton. à Petra de fideicom. q. 13. numer. 399. Huiuſque rei quoddam exẽplum tradit Socin.conſil.11. num.2. lib.3.& aliud Afflict.deciſ.164.num.3.& aliud Siluan.conſil.57.nu.43. Quinimò generaliùs ex mẽte aliorũ tradit Valaſc. de emphyteuſi.q.9.n. 17. quòd ſufficiet adminiculum receptionis fructuum,ſeu mercedis,vel alia inſtrumẽta locationũ
85 enuntiatiua, † aut deſcriptio libri cẽſualis eccleſiæ,& vox,& fama publica. Sed circa hæc dicta diligenter aduertẽdum eſt,quòd ex ſola locatione,cum adminiculo receptionis penſionis,tantũ probatur poſſeſsio in præiudicium omniũ, non autem cenſetur probatum dominium,vt ſuprà diximus, niſi receptio illa penſionis ſit longo tempore cõtinuata: nam tunc præſumptiuè cenſebitur probatum dominium directum recipiẽtis.l. litibus.C. de agricol.& cenſit. lib.11.Deci.conſ.146.nu.14. Quod ego intelligo in præiudicium ſoluẽtis, vel ſucceſſorũ, non autem in præiudicium tertij,quia is habet ſe per modũ patientis;& aduerſus patientẽ non præſumitur titulus, ſi de magno agatur preiudicio Bart.l.cum de in rem verſo.nu.7.ſ.de vſur.Præterea dũ vult,q̃ per plura inſtrumenta locationũ probetur dominiũ, adde tu,quòd id voluit Socin.conſ.187.nu.16.ad finẽ.lib.2. Menoch.tract.de retinen. poſſeſs. 3.remedio.nu.573.Quod tamen non eſt generaliter verũ,nam in primis debet limitari ex traditis per Ruin.conſ. 161.à nu. 18.lib.1.quorum meminimus ſuprà. Itẽ quando illa plura inſtrumẽta ſunt de antiquo,vt notant cõmuniter DD.l.cũ aliquis.C.de iure deliber.& in ſpecie Soci. conſ.194.col.pen.poſt prin.lib.2. in quibus



bus terminis,quando ſunt plura inſtrumenta de antiquo, cenſetur probatũ dominiũ ſimul & poſſeſsio; quia prædicta inſtrumenta antiqua,inducũt probationem famæ: quę fama in antiquis pro plena probatione habetur,etiam ad probãdum dominium.l.ſi arbiter.cum ibi notatis.ſ.de probation.gloſ.l.at qui natura. §.cũ me abſente.ſ. de negoc. geſt. & ita in ſpecie poſt alios reſoluit Aymon conſil.54.nu.11.& in praxi difficile eſſe recedere ab hac opinione aſſerit Menoch. de retinenda poſſeſ.3.remedio.nu. 574. Sed neque hæc dicta ſimpliciter vera videntur:nã Bart.l.proprietatis.C. de probatio.vult,per famam probari dominiũ, in hoc ſenſu,quòd fama inducat iuſtam credulitatẽ,& ſic bonã fidem :quod ſufficiet,vt longiſsimo tempore poſsidẽdo, per præſcriptionem dominiũ acquirat, & latiùs comprobat Beroi.c.1.nu.51.de appellation.Pro vera reſolutione duo caſus diſtinguẽdi ſunt. Primus eſt,vtrũ per famam in antiquis verè, & perfectè probetur dominium quoad omnes ? & dicendum eſt probari,iuxta gloſſ. receptã l.at qui natura.§.cũ me abſente.ſ. de negoc.geſt.& quam plures refert Hieronymus de Monte in tract.finium regundorum.c.55.nu.14.Siluan.conſi.57. nu.44. declarando vt per Crot. conſil.34. à nu. 14. Ruin.conſ.14.num,7.lib.4.Deci. cõſil.146.nu.14.Natta conſi.235.num. 12.
86 lib.2. † Vnde conſequitur, quòd cũ per plura inſtrumenta antiqua probetur fama,etiam per plura inſtrumẽta antiqua cenſebitur probatum dominium. Aym. conſ.54.nu.11.Et ſimiliter cum per vnũ inſtrumentum antiquum nõ poſsit dici probata fama,neque per illud cẽſebitur probatum dominiũ. Soci.conſ. 266.nu. 12.lib.2.quidquid contrariũ ſentiat Siluan.conſil.36.nu.14. declarando vt per Ruin. cõſ.14.n.8.lib.4. Et vide Soci.Iun. conſ.91.à nu.22.lib.2.Conſequitur etiã, quòd ſi quis probet famam,& rem poſsideat,per eam in antiquis cẽſebitur probaſſe ſuum dominiũ in ea re, etiãſi aliũ titulum non oſtendat. Bald.l. cõuenticula.num.6.C. de Epiſcop. & cleric. Deci. conſ.146.nu.14. Denique conſequitur, quòd cũ probet dominiũ prædicto modo,ſi alius eam rem poſsideat,vt tutus ſit poſſeſſor,oportet probare titulum, quo res ad eum peruenit,vel ſaltẽ tanto tempore poſſediſſe,vt illam præſcripſerit: vt in ſimili tradit Paul.l.pen.nu.7.ſ. de condit. inſtit. Probato igitur dominio per famã in antiquis,non tenetur actor probare,ſe tanto tempore poſſediſſe, vt per præſcriptionẽ potuerit dominiũ quærere,cũ per ſolam famam cenſeatur probatũ,ſed potius cũ is habeat intentionẽ ſuã fundatã,poſſeſſori incũbet onus probãdi,ſe tanto tẽpore eam rem poſſediſſe,vt per præſcriptionẽ illam quæſiuerit:quidquid cõtrariũ ſentiat Bart.d.l. proprietatis.& Beroius c.1.nu.51.de appellatio.Secundus caſus eſt,quando vnũ tantũ inſtrumentũ antiquum reperitur,in quo enuntiatur, dominiũ,vel poſſeſsionẽ ad aliquem pertinuiſſe,& hoc caſu propter antiquitatẽ hoc inſtrumentũ plenam fidẽ facere,etiam in præiudiciũ tertij,ſentit Paul.conſ.81.in cauſa.col.2.ad fin.lib. 2.Deci.cõſ.303.nu.10.& Aym.poſt alios d.conſ.54.nu.11.& Menoch.de retinenda poſſ.3.remedio.n. 574. Quibus adde Siluan.conſ.36.nu.14.Contrariũ tamen tenet Aymõ ſibi contrarius,tract.de antiquitate tẽporis,vltim. par.1.par.à n.12. quia ex hoc poſſet ſequi graue preiudiciũ tertio, quia ex probatione poſſeſsionis inferretur ad acquiſitionẽ dominij; & ceſſãte fama, inſtrumẽtũ antiquũ nõ probat perfectè aduerſus tertiũ, quando agitur de graui eius præiudicio, iuxta cõmunẽ traditionẽ.c.cum cauſam.de probatio.Et pro eo vrgenter facit,quia cum vnicũ inſtrumentũ nõ poſsit inducere probationẽ famæ,etiã in antiquis, nõ poteſt videri probatũ dominium.Socin.d. conſ.266.nu.12.libr.2.& ſuprà diximus: ergo neque debet cenſeri probatum id

per quod peruenitur ad illud: arg.l. oratio.ſ.de ſponſalib. Vnde cõtraria opinio
tãtũ admitti poterit,quãdo ſequuta fuit
poſſeſsio conformis enũtiato,tũc enim
etiã in præiudiciũ tertij præſumetur ve-
87 rũ fuiſſe enuntiatũ, † iuxta ea quæ nota-
biliter in materia tradit Alex.conſ. 219.
nu.16.ad fin.lib.6.Vltima concluſio ex
Bart.d. l.legata inutiliter. ea eſt,Quòd ſi
dominus rei eo animo accepit emphy-
teuſim ab eccleſia, vt in eã trãsferret di-
rectũ dominium,tunc per hoc ſatis cẽſe
bitur probatũ dominiũ eccleſiæ: allegat
tradita per ſe.l.ſi aliquam rem. j. de acq.
poſſ.vbi ipſe.nu. 9. proponit quæſtionẽ,
Si nobilis habens fundum proprium, il-
lũ recepit in emphyteuſim ab eccleſia,
vtrùm ex hoc dominiũ cenſeatur tranſ-
latum in eccleſiam? ita vt ſi poſteà nobi
lis alienauerit eum fundum ſine conſen
ſu eccleſiæ,incidat in cõmiſſum,iuxta.l.
fin.C.de iure emphyteutic. ? Et ex ibi di
ctis per eum,tres in propoſito colligũtur
cõcluſiones.Prima eſt,quòd ſi ille, à quo
res eſt conceſſa in prædictis terminis,nõ
ſit eccleſia,ſed quilibet alius, per prædi-
ctũ actum acceptionis rei propriæ in em
phyteuſim,non cenſetur validè translatum
dominiũ in illũ,à quo res accipitur
in emphyteuſim,ea ratione,quia hoc ca
ſu concurrit titulus fictus donationis:
quia accipiẽs rem propriã in emphyteu-
ſim,expreſsè non donauit,ſed tãtum id
præſumitur. Itẽ concurrit ficta traditio,
ſcilicet acceptio rei propriæ in emphy-
teuſim: & quãdo cõcurrit fictus titulus,
& ficta traditio,dominiũ validè nõ cen-
ſetur translatum,ne aliàs concurrat du-
plex ſpecialitas circa idem,aduerſus regu
lam.l.1.C.de dotis promiſs. ſubſcribit A-
reti.conſ.14.nu.8.ad fin.Ruin.conſi.40.
nu.12.lib.1.Paul.conſ.11.col.1.libr. 2.Et
eſſe receptiſsimam reſolutionem aſſerit
Alex.conſ.9.nu.10.libr.5.& conſ.69.nu.
20.eodem lib.5.Corne.conſ.301.nu. 8.
lib.1.Natta conſ.26.nu.1.lib.1. notabili-
ter Carol.in conſuet.Pariſ.§.1.gl.5.n.23.
& nu.26.Sed circa hanc primã concluſionẽ ad plura eſt aduertendũ. Primò,q
Bart.præſupponit, hoc caſu accipiẽtem
rem ſuã in emphyteuſim, habere animũ
donandi; & tamen quia ficta eſt etiã tra
ditio,non transferri dominiũ. Quod ta-
mẽ non videtur verum,cũ aduerſetur re
gula.l.cum de indebito.ſ.de probation.
per quã dixit Cuma.conſ.165.col.1.ad
mediũ,non eſſe credendũ, quem rẽ ſuã
voluiſſe in alium transferre, ſed potius
credendũ eſt,errando rem propriam in
emphyteuſim accepiſſe: cõſonat Bald.
l.ad probationẽ.num.9.C.de locato. in-
quiens,quòd ſi non conſtat clarè de ani
mo donandi,ſed ſimus in dubio,tũc etiã
inter præſentes non præſumitur donan-
di animus.Sed dicendũ eſt,Bart.loqui in
caſu claro,in quo conſtitit de animo do
nandi,vt quia conſtitit,iſtum ſciuiſſe rẽ
eſſe ſuam,& nihilominus ab alio eam in
emphyteuſim accepiſſe,tunc enim cla-
rè videtur conſtare de donandi animo.
l.cuius per errorẽ.j.de reg.iur. & in ma-
teria bonus text.l.cẽſualis.& ibi Bald. ad
medium.C. de donation. & in terminis
ita declarat Bald.c.cum veniſſent. nu. 8.
de reſtit.ſpoliat.Paul.cõſ.11.col. 1.lib. 2.
88 † & nihilominus nõ transferetur domi-
niũ in dãtẽ,ob rationẽ de qua ſuprà.Pha
nuntius de inuẽtario.7.par.nu.244. Sed
ſi nõ cõſtet de hac ſcientia,in dubio po-
tius præſumetur error,iuxta ſuprà tradi-
ta. Item ſecundò aduertẽdum eſt, Bart.
velle,quòd etſi quis ſciẽter rem propriã
accipiat,tanquã alienã,non ob id domi-
niũ transfert in illũ,à quo accipit. Sed in
contrariũ vrget deciſio Bald. in additio.
ad Speculũ,tit.de feudis.ad fin.verſ.ſi rẽ
meam.vbi formaliter inquit,quòd ſi bo-
na allodialia mea ſcienter accipio in feu
dũ,videor donaſſe, & iterũ breui manu
rem meã in feudũ accipere:allegat.l.ſi ti
bi.ſ.ſi cert.petat.& ſequuntur multi re-
lati per Curt.Iun.conſ.140.nu.6.Rolan.
conſ.2.nu.109.lib.1.Menoc. conſ.1. nu.
63.lib.1.Sed reſpõdetur,Bar. nõ negare,
ſcienter



ſcienter accipientem rem ſuam in feu-
dum,non habere animum donãdi, ſed
vult quòd licèt habeat donandi animũ,
tamen ex eo ſequuta ficta traditione,nõ
transferri dominiũ, ob rationem de qua
ſuprà:& elegãter probat Fulgoſ.conſ. 5.
col.3.Paul.conſil.11.col.1.libr.2. Carol.
in conſuetud.Pariſ.§.1.gloſ.5.num.23.&
num.26. Tertiò,quòd Bart.ſentit,quòd
vbi quis ſcienter recognoſcit rem ſuam
in feudum,ſiue emphyteuſim, hæc do-
natio eſt ficta,& quòd ideò accedẽte fi-
cta traditione, quæ reſultat ex receptio-
ne rei propriæ in feudum, ſiue emphy-
teuſim,non transfertur dominiũ,vt tra-
dit Imola conſ.57.num.1.Quod tamen
nõ videtur verum, quia talis donatio nõ
poteſt dici ficta,ſed præſumpta, quæ idẽ
operatur,quod vera.l.cum quid.ſ. ſi cer-
tum petat.& ideò prout verus titulus cũ
ficta traditione, transfert dominium. l.
quiſquis.C.de donation.l.quod meo.in
princ.j.de acquir.poſſeſ.ita etiam & præ
ſumptus titulus cum ficta traditione de
bet dominium transferre:& ita in ſpecie
Imol.l.ſi aliquam rem.nu.4.& ibi Areti.
col.5.ad finem.& Alciat. nu.4.j. de acq.
poſſeſs.& tanquam nouum ſibi arrogat
Carol.in conſuet.Pariſ.§.1.gloſ. 5. num.
40.Sed facilè reſpondetur,verũ quidem
eſſe, quòd prædicta donatio non poteſt
dici ficta,ſed potius præſumpta: vt con-
ſtat ex traditione glo.receptæ.l. vnica.§.
accedit.verb.præſumatur.C.de rei vxo-
riæ actione. Cæterùm licèt præſumpta
ſit,adhuc militat Bart.ratio, quia regula
d.l.1.C. de dotis promiſsion. in qua ille
ſe fundat,etiam locum habet, quando
titulus eſt præſumptus,& traditio eſt fi-
cta:vt colligitur ex recepta doctrina Bar
tol.l.iuris gentium.§.quinimò. num.20.
ſ.de pact. & in ſpecie deducit Alexand.
89 l.ſi aliquam rem.num.21. † Ex alio tamẽ
non placet communis traditio,quia illa
potuit habere colorem, quãdo donatio
in aliquo caſu particulari præſumeretur,
deducta coniectura ex particulari qua-
litate perſonarum, vel rerum, iuxta do-
ctrinam Bart.l.cum quid.nu.11.ſ.ſi cert.
petat. non autem poteſt admitti in no-
ſtro caſu,in quo non poteſt dici ſpecia-
le,quòd donatio præſumatur:nam gene
rale eſt in omnibus, vt is qui ſciẽter dat
illud,quod ſuum erat, tanquam alienũ,
quòd videtur donaſſe reſpectu cuiuſq;
perſonę,vel rei.l.cuius per errorem.j.de
regul.iuris.l.1.ſ.de cond. indeb.l. Cam-
panus.j.de oper.libertor.Bart.l.1. num.
2.ſ.de donation.ergo quod tunc præſu-
matur donatio, non eſt ſpeciale: & ad
hunc modum debet explicari doctrina
Bart.d.l.iuris gentium.§.quinimò.num.
20.ſ.de pact. Debet etiam explicari do-
ctrina Iacob. de Rauenis d.l.ſi aliquam
rem.quam ibi retulit Alberic.num. 3. &
Bart.nume.8. Fulgoſ.conſil.5.numer.3.
quòd aut titulus eſt verus, & expreſſus,
& vera traditio, & certum eſt dominiũ
transferri.l.traditionibus.C.de pact. aut
interuenit titulus fictus,& vera traditio,
& tunc etiam dominium transfertur:&
è contra,ſi interuenit titulus verus,& fi-
cta traditio.l. quædam mulier.ſ. de rei-
uend.l.quiſquis.C.de donation. Vbi au-
tem titulus eſt fictus, & etiam ficta eſt
traditio,tũc non transferetur dominiũ,
ne duo ſpecialia concurrant circa idem,
aduerſus regulam.l.1.C.de dotis promiſ
ſion. hoc enim poſtremum membrum
prædictæ diſtinctionis debet intelligi,
quãdo titulus fictus,ſiue potius præſump-
tus, inducitur aliqua ſpeciali ratione
deducta ex qualitate perſonarum,vel re
rum:non autem procedit, quando præ-
ſumptio donationis eſt generalis, reſpe-
ctu omnium perſonarum, & rerum, vt
conſtat ex ſuprà traditis. Prætereà etſi
admittamus, etiam in noſtris terminis
poſſe induci regulam.l.1.C.de dotis pro
miſsion.adhuc fundamentum commu-
nis non videtur tutum:nam regula illa,
quòd duo ſpecialia non poſſunt concur
rere circa idem, intelligitur quando v-
trumque ſpeciale æquè principaliter in-
ducitur

111 requirere,quòd conductio fiat specialiter ratione possessionis, vt valida cẽseatur,& amittatur possessio:ergo nõ sufficiet simpliciter conducere rẽ suam tanquam suã,vt amittatur possessio, & valeat locatio:quod repugnat suprà traditis.†Sed huic difficultati respondet Ripa d.l.si aliquam rẽ.nu.44.ad fin. q̃ illud quod præsupponit d.vers. fin. debet intelligi,quando locator nõ acquieuit declarationi cõductoris, q̃ conduceret rẽ tanquã suã:sed si illi acquiesceret,tũc videretur facta locatio respectu possessionis etsi specialiter hoc non esset expressum.Quæ tamẽ respõsio apertè diuinat: & ideò ex suprà traditis melius respondẽdũ est,q̃ tex.in d.vers. fin. debet suppleri,vt & ratione possessionis videatur facta locatio,quãuis id non sit expressũ, quando ita ex verisimili mẽte partium colligitur:nã quod ex verisimili præsumptione colligitur,expressum cẽsetur.l. licèt Imperator.ĵ.de lega.1.l.1.C.de test. milit.glo.l.pen.C.de pericul. tutor. Itẽ & iuxta prædicta debet declarari illud quod d.l.si aliquã rẽ.dicit, cõsiderandũ esse,vtrũ conductio fiat ratione proprietatis,vel possessionis:nã ex suprà dictis dicẽdũ est,videri cõducere ratione ꝓprietatis,quãdo conducit rẽ suam tanquam alienam:& conducere ratione possessionis,quando conducit rẽ vt suã,vt cõstat ex suprà traditis: quidquid aliter explicet Bart.d.l.si aliquã rẽ.nu.11. & Bald.l. ad probationẽ.nu.8.C.de locato.Tertia & vltima conclusio in hac materia sit: Quòd si cõductio fiat ratione possessionis,tunc valet conductio:qd̃ intelligendũ est,nõ solũ, quando possessio est penes locatorẽ,sed etiã quando erat penes cõducentẽ: cũ enim cõducẽdo ratione possessionis,videatur suæ possessioni renuntiare, semper valebit conductio respectu possessionis.Bart. dict.l. si aliquã rem.num.13. & ibi Roman. ad finem. & alij communiter. Idem quando erat dominus & possessor, & conduxit expressim

presſim ratione proprietatis,& poſſeſsio
nis:nam & hoc caſu videbitur amiſiſſe
poſſeſsionẽ,per tradita ſuprà, & conſe-
quẽter valet locatio reſpectu poſſeſsio-
nis. Et hæc de ſecundo caſu principali.
Succedit igitur tertius,an in quibus caſi
bus conductor amittit poſſeſsionem,ea
quæratur locatori? Et aſſumamus caſum
magis dubitabilem,quando quis ſciẽter
rẽ ſuã,& à ſe poſſeſſam cõduxit tanquã
alienã: quo caſu magis receptũ eſt,con-
ductorẽ poſſeſsionẽ amittere,vt ſuprà re
tulimus:vbi tamen notab. diſtinximus.
Admiſſa igitur magis cõmuni,videndũ
eſt, vtrũ ea poſſeſsio amiſſa per cõducto
rẽ,acquiratur locatori?†In qua quæſtio-
112 ne Imol.d.l.ſi aliquam rẽ.nu.2.tenet,nõ
acquiri ea ratione,quia cùm hæc poſſeſ-
ſio veniret illi quærẽda ratione contra-
ctus locationis, qui tamen in prædicto
caſu valere non potuit.l. ei à quo. 20. ʒ.
de vſucapio.neq; ratione illius poſſeſsio
locatori quæri potuit:argu.l.non dubiũ.
C.de legib.ſubſcribunt Alex. d. l.ſi ali-
quam rem.nu.16.& ibi Ripa nu.22.Ale
xand.l.1.§.ſi vir vxori.nu.5.ʒ. de acquir.
poſſeſ.& aſſerit receptum Curt. Senior
conſil.71.num.13. Contrarium tamen,
imò in prædicto caſu poſſeſsionẽ amiſ-
ſam acquiri | locatori, tenet Bald.l. ad
probationem.nu.3.C.de locato. Areti.
113 d.l.ſi aliquam rem.col.4.ad finem. & aſ-
ſerit receptum Riminald.conſ.94.num.
10.lib.1.Alciat.l.bona fides.§. fin. nu.5.
ſ.depoſiti. Pro concordia dicendũ eſt,
quòd autquæris,vtrũ ratione locationis
quæratur poſſeſsio locatori? & dicen-
dum eſt non acquiri; tum obrationem
ſuprà relatam;tum etiam, quia cùm tũc
locator crederet,poſſeſsionem,& domi
nium ſuum eſſe, ſine animo non potuit
ei quæri poſſeſsio, vt aduertit Salicet.l.
qui rem ad fin.C.de locato. Cæterùm
quia in poſſeſsione animus continuan-
di poſſeſsionem antiquam, inducit ac-
quiſitionẽ de nouo poſſeſsionis vacãtis.
Bart.l.3.nu.2.ʒ.de acq.poſſeſsio.& dixi-
mus ſuprà, hac ratione poſſeſsio vacans
ei cẽſebitur quæſita,& conſequẽter cõ-
ducens,illã tanquã vacantem occupare
non poterit: quidquid ſentiat Salice.l.
qui rẽ ad finẽ.C.de locato. Et in prædi-
cto ſenſu poteſt admitti id quod dicũt
Bald.l.ad probationẽ,nu.3. C. de locat.
Areti.d.l.ſi aliquã rẽ.col.5.in prin. Rimi
nald.conſ.94.nu.10.& nu.12.lib.1.quòd
licet ratione locationis non acquiratur
poſſeſsio locatori: tamen ratione actus
poſſeſſorij;quia ſcilicèt cõductor poſsi-
det eius nomine,& ipſe videtur poſside
re.l.quod meo.in princ.ʒ.de acq.poſſeſ.
hæc enim ratio non concludit, niſi illi
addas,quòd animus continuandi poſſeſ
ſionem, inducit acquiſitionem poſſeſ-
ſionis de nouo,vt ſuprà dictũ eſt. Secun
dũ quam rationẽ generaliter admitten
dum eſt,quòd in omni caſu, in quo con
ductor amittit poſſeſsionẽ,illa cenſetur
acquiſita locatori. Et ex his infertur an-
notatio ad materiam.l.ſi quis cõductio-
nis. C. de locato.nã Alberi.& Salic.ibi di
cunt,eã legẽ non procedere, quando il-
le,qui erat dñs & poſſeſſor, etiã ſcienter
conduxit rẽ à locatore:nam cũ tũc non
amittatur dominiũ,neq; poſſeſsio, iux-
ta ſuprà reſoluta ,& conſequẽter neque
transferatur in locatorem,non compe-
tet eo caſu locatori remediũ. d.l. ſi quis
conductionis.quod ſoli poſſeſſori cõce-
ceditur:†quod & tradit Alex.l.1.§. ſi vir
vxori.nu.5.ʒ.de acq.poſſeſ.Curt.Senior
conſ.71.nu.12.Pariſ.conſ.59. nu.31. lib.
1.Gratus conſilio.90.à num.14.libro.1.
& aſſerit receptum Menochius de recu
perand.poſſeſsio. 11.remedio.num.41.
Et hæc eſt præcipua vtilitas dictæ.l. ſi
aliquam rem. nam in caſibus in qui-
bus conductor non amittit poſſeſsio-
nem , non erit locus dict.l.ſi quis con-
ductionis, vt expreſſè tradit Ripa dic-
ta. l. ſi aliquam rem. in fine. & Decius
l.neque pignus. numer.4. ad finem. &
ibi Cagnolus numero.5.ʒ.de regulis iu-
ris. Vbi autem amittit poſſeſsionem,
quæ



quæ acquiritur locatori , competet re-
medium dict.l. ſi quis conductionis. ac
proinde in primo caſu conductor pote-
rit opponere de proprio dominio:Ruin.
114 d.l.ſi aliquam rem. in fine. non ſic in ſe-
cũdo,iuxta latè ſuprà reſoluta. Præterea
ex prædictis infertur explicatio ad text.
difficilẽ in hac materia,in l.ei à quo.21.ʒ.
de vſucapio.nam ibi dominus fundi ſciẽ
ter conduxit fundum , ac ſi eſſet locato-
ris,& dicitur locationem nõ valere,quia
facta eſt vero domino rei:ratio enim col
ligitur ex ſupradictis,quia conduxit rem
tanquam alienam , & ideò non valet lo-
catio,nec per eam amittitur dominium,
vel poſſeſsio,per tradita ſuprà:& quia lo-
cator poſsidebat eam rem alienam bo-
na fide tanquam dominus , cùm præſup
ponatur,eam longo tempore eſſe vſuca
pturum:vnde quantumcunque conduc-
tor haberet animum trãſferendi in eũ
dominium,tamen ex parte locatoris nõ
potuit interuenire acceptatio,cũ ex anti
qua cauſa putaret ſuam eſſe,& conſequẽ
ter nec potuit perfici donatio.l.ſi ego. ſ.
ſi certum peta. & ſic meritò nõ valet ea
locatio,vt ſuprà dictum eſt.Diuerſũ igi-
tur eſſet,ſi conductor cõduceret prædi-
ctam rem tanquam ſuam,nam tunc do-
minium quæreretur locatori,per tradita
ſuprà, & conſequenter valeret locatio.
Quod procedet,etiam admiſſa commu
ni opinione , quòd ex titulo præſumpto
& ficta traditione non transfertur domi
nium:nam cum locator in ſpecie d.l.ei à
quo. poſsideret fundum,ſuccedit regu-
la,quòd ex ſolo titulo donationis ,abſq;
alia traditione ei acquiretur dominiũ. l.
qua ratione §.interdum.ʒ.de acq.rer.do
min.§.interdum.Inſti.de rer.diuiſ.tradit
Bar.l.certi condictio.§.fi.n.2.ſ.ſi cer.pet.
Cũ igitur ad transferendum dominium
ſolus titulus præſumptus donationis ſuf-
ficeret,non poteſt dici, quòd duplex ſpe
ciale concurrat circa idem: vt in ſpecie
tradit Bart.l.ſi is qui.n.70.ad finem.ʒ. de
vſucap.quòd vbi iã eſt quæſita poſſeſsio,
traditio non habetur in conſideratione,
quia ſolus titulus ſufficit ad transferendũ
dominium:nam cũ poſſeſsio verè quæſi
ta ſit,†in conſequentiam dominiũ quæ-
ritur.l. per procuratorẽ. C. de acq. poſſ.
& ſic nõdicit,duo ſpecialia cõcurrere cir
ca idem: quod in ſimili circa donationẽ
factam Eccleſiæ etiam conſideratBar. d.
l.ſi aliquam rẽ.n.9. & ita in terminis tra-
dit Ruin.d.l.ſi aliquam rem.n.6. In cõtra
rium tamen vrget dictum Imol.c.ſi cau-
tio.n.18.de fide inſtrumento.quòd ſi res
ſit apud aliquẽ , & dominus illius fateat
eam eſſe poſsidentis,non trãsferetur do
minium,quia adhuc videntur concurre
re duo ſpecialia circa idem,contra regu-
lam.l.1.C.de dotis promiſsio. ſubſcribit
Aret.conſ.14.n.9.Sed opinio Rui.verior
eſt.Nec obſtat Imol.ratio,quia hæc duo
ſpecialia procedunt ex diuerſis fõtibus:
nam donatio procedit ex ſcientia,& vo-
luntate præſumpta confitentis: trãslatio
autẽ ex ſolo titulo procedit ratione poſ-
ſeſsionis,quã habet is,in quem fit transla
tio:& ideò eorumſpecialium admittitur
concurſus,iuxta doctrinam Bart. d.l.ſi is
qui.n.71.& ita ſunt explicanda ſuprà tra
dita n.92.Et exprædictis inferebat etiam
Rui.d.l.ſi aliquam rem. num.6. ſaluatio-
nem ad dictum Dyn.relatum per Bar.l.
qui Romę.§.duo fratres.numer.26.ʒ de
verborum obligation. quòd ſi quis rem
ſibi purè legatam ſcienter emit ab hære
de,videtur renuntiaſſe legato , & conſe-
quenter nec illud , nec eius æſtimationẽ
petere poterit:arg.l.Titius.ſ.quib.mod.
pignus.Bar.nihilominus vbi ſuprà dubi-
tat de eo dicto Dyn.& Aretin.ibi nu.27.
illi obijcit,quòd eo caſu videtur concur
rere fictus titulus, & ficta traditio : vnde
non debuit cẽſeri legatũ translatũ in hæ
redẽ. Sed dictũ Dyn defẽdũt Alex. d.§.
duo fratres.nu.35.& ibi Ripa nu.94.Nec
obſtat Aret.ratio,quia cũ poſſeſsio rei le
gatæ eſſet penes hæredem.l.i.ʒ.quorum
legatorũ. ſolus titulus præſũptæ donatio
nis ſufficiẽs erat ad trãsferẽdum in eum
domi-

dominium, iuxta suprà tradita. Fortiùs igitur dicto Dyn. videtur obstare regula, l. suæ rei. §. de contrah. emptio. vbi nõ valet emptio rei suæ facta à sciente, & sic præsupponitur, per venditionem rei suæ scienter factam, nõ transferri dominium in vẽditorem: quod & probat. l. debitor. 40. §. de pign. actio. Vnde receptum est, quòd licet quando quis scienter conducit rem suam, vt suam, videatur transferre dominium in locatorem, per tradita suprà: diuersum erit in eo, qui scienter emit rem suam, vt suam, adhuc enim non valebit emptio, per generalitatẽ. d. l. suę rei, vt resoluunt Imol. d. l. si aliquam rẽ. num. 3. & ibi Rom. num. 5. Alex. numer. 29. ad finem, Cagnol. l. neque pignus. numero. 7. ĵ. de regul. iuris. dicentes, eam esse rationem differentiæ inter conductionem, & vẽditionem, quia conductio ex se tendit ad diminutionem. l. si quis ante. 10. ĵ. de acquirend. possessio. emptio autem ad augmentum, & acquirendum dominium: † vnde ex emptione non potest sumi coniectura, quòd voluit, dominium, vel quid aliud à se dimittere, & in alium trãsferre. Et hac ratione. l. si in emptione. §. rei suæ. s̃. de contrah. emptio. dicit, quòd tunc demum valet emptio rei suæ, quando domino abest possessio, & emptio contrahitur ratione possessionis quæ pertinebat ad vẽditorem. Sed saluãdo Dyn. responderi potest, imò nõ esse faciendam differentiam inter cõductionem rei propriæ, & emptionem, cum eos casus æquiparet d. l. si aliquam rem. in fine. & l. ei à quo. in fine. ĵ. de vsucapio. ac proinde prout in conductione rei propriæ dicimus, quòd si fiat tanquam de re aliena, non valet conductio, nec censetur translatum dominium, vel possessio, si tamen fiat tãquam de re propria, tunc transferatur dominium & possessio per tradita suprà: eadem etiam distinctio admittenda est in emptione rei propriæ, vt si quis emat rem propriam, tanquam alienam, non valeat emptio: & sic procedat. l. suæ rei. §. de contrahenda emptione. quando verò emit rem suam tanquã suam, tunc videatur transferre dominium, & possessionem in venditorem scientem: & in his terminis procedat dictum Dyni. Cui in prędictis terminis nõ obstat ratio differerentiæ suprà relata, quia imò quando quis dicit se scienter rem propriam emere velle, apertè indicat, velle dominium antiquum à se separare, & illud in venditorem transferre, à quo illud ex noua causa emptionis iterum acquirat. Iuxta quæ venit explicanda æquiparatio, quam inter conductionem & emptionem facit d. l. si aliquam rem, vt ea non solùm procedat, quando specialiter respectu possessionis fit conductio, vel emptio, vt malè intellexit Ripa ibi numero. 42. sed etiam quando sciẽter dominus & possessor conducit, vel emit rem tanquam suam, vt constat ex suprà traditis. Vlterius expendendum est, quòd in dict. l. ei à quo. verus dominus rei non posidebat eam, sed potius locator, & quòd tamen si simpliciter cõducat, videtur conducere ratione proprietatis principaliter: ex quo sequitur, conductionem illam rei propriæ non valere. Aliud igitur esset dicendum, si specialiter ratione possessionis, quam non habet, dominus conduceret: nam tunc valeret conductio. dict. l. si aliquam rem. in fine. & etiam emptio. l. si in emptione. §. rei suæ. s̃. de contrahenda emptione. † Vnde in his terminis non procedet dict. l. ei à quo. & ita expressè Salicetus l. si quis conductionis. columna finali. post principium. C. de locato. Menochius de cuperanda possessione. 11. remedio. numero. 48. Similiter nec in his terminis censeretur interrupta præscriptio illius, qui possessionem locauit: Baldus l. ad probationem. numero. 8. C. de locato. Quibus addendum est, quòd si dominus qui non posidet, rem tanquam suam conduxerit, censebitur locasse

115

116



locasse respectu possessionis: nã cũ sciat, se rẽ tanquam suam conducere non posse, vt actus valeat, cẽsebitur cõduxisse ratione possessionis, per tradita suprà. Qui nimo si simul sit dominus, & posideat, conducendo rem tanquam suam, amittet dominium, & possessionem per tradita suprâ: nam ex prædicta conductione apparet, eã directò tendere ad amissionem dominij, vel possessionis: vt aduertit Bal. d. l. ad probationẽ. nu. 4. & Alcia. d. l. si aliquam rem. n. 3. quanuis Bart. ibi n. 6. id non satis perceperit. Mirum tamen est quod probat d. l. ei à quo. quòd bonæ fidei possessor qui rem locat tãquã suam, amittit ius possessionis, quod ante locationem habebat, & consequẽter interrumpitur præscriptio antea incepta: id enim videtur repugnare iuris principij: snã locator nõ vult transferre possessionem, sed tantũ ius detinendi. l. interdum. in princ. ĵ. de acquirẽ. possessio. Ergo sine animo non potest amittere possessionem, quam habebat. l. 3. §. in amittẽda. ĵ. de acquirend. possessio. Similiter & conductor non potuit quærere possessionem: conductio enim non est actus tendens ad acquirendam possessionem, imò magis ad eam amittendam. l. si quis ante. 10. in fin. ĵ. de acquir. possessio. & sine animo etiam non potuit quæri possessio. l. si mein vacuam. in princ. & ibi Aret. n. 3. ĵ. de acquir. possess. Circa quã difficultatem resoluendam laborat Curtius Iun. l. bona fides. n. 18. s̃. depositi. sed illius dictis omissis, aduertendũ est, quod in specie. d. l. ei à quo. locator non amittit possessionem ratione locationis, tũ ob rationem suprà traditam, tum etiam, quia cum locatio non valuerit, ex ea nullum potest sequi detrimentum. cap. non præstat. de reg. iur. in. 6. Similiter nec ex conductione potuit quæri possessio conductori, vt malè præsupponit Bart. d. l. si aliquã rẽ. nu. 6. nã cõductio ex se tendat ad possessionem amittẽdã, quã aliàs conductor haberet. l. qui bona. in princ. ĵ. de acquirenda possessione. non potuit contrarium effectum, id est acquisitionẽ operari. l. legata inutiliter. s̃. de adimẽdis legatis. † Intellige igitur, quòd cum conductor sciret se esse dñm, postquam voluntate locatoris obtinuit rei suæ detentationem, mutauit voluntatẽ, & incepit tanquam possessor, prædictam rem suam habere. Vnde ex hoc sequitur, & locatorem amisisse possessionem, quia cõductor eam interuertit, & quòd conductor illam sibi acquisiuit, iuxta regulã. l. colonus. 12. ĵ. de vi & vi armat. & ita est de mente Aret. d. l. si aliquam rem. col. 4. post princ. & ibi Claud. nume. 1. ad finẽ. & in effectu probant Ripa ibidem num. 20. Alciat. num. 3. Neque obstat regula, quòd nemo potest sibi mutare causam posidendi. l. cum nemo. C. de acquirenda posesione. nam respondetur, eam regulam limitari, nisi ex nouo titulo superueniẽte mutetur: nam tunc ius permittit, mutari posse. l. non solum. §. quod vulgo. ĵ. de vsucapio. ergo pariter ex eo, quòd quis habet illius rei dominium, ex eo poterit mutare causã posidendi: Bal. l. ad probationem. nume. 4. C. de locato. Et confirmatur, quia detentatio peruenit ad conductorem sine vitio, vnde licitè rem retinere poterit. Bald. l. penultim. ad finem. C. de pignor. actio. Bartolus l. nemo potest. nume. 18. ĵ. de lega. 1. Cùm ergo conductor sciat se esse dominum, & rem tanquam talis retineat, satis videtur sibi mutasse causam posesionis, vt aduertit Alciatus dict. l. si aliquam rem. numero. 3. Ex quibus colligas, in specie dict. l. ei à quo. non fuisse amissam possessionem, & alteri quæsitam, præter partium voluntatem, vt malè explicat Paulus ibi numer. 2. & sentit Baldus l. ad probationem. numer. 8. C. de locato. sed potius acquiritur cõductori, ex proprio facto, & voluntate: ex quo in consequentiam locator priuatur sua posesione. d. l. colonus. ĵ. de vi & vi armat. & aduertit Aretinus dict. l. si aliquã rem. col. 4. post princ

119

princip. colligitur etiam d. l. ei à quo. non posse intelligi in conductore, qui ignorabat se esse dominum, vt malè intelligebant aliqui, quos refert glos. ibi verb. locationem. nam sic huic ignoranti nõ potuit quæri possessio. Necessario igit̃ textus ille intelligendus est in conductore, qui sciebat se esse dominum, & qui ob id rem retinendo, videtur iure dñi posidere, & sic interuertere possessionem locatoris: vt tradit Aret. d. l. si aliquã rem. col. 4. post princ. Si ergo conductor ignoraret se esse dominum, vel aliàs constaret non habuisse animum interuertẽdi possessionẽ, non cẽseretur locator amisisse possessionẽ: imò per conductorẽ illam re
118 tineret: † nam si per liberam personam nobis quæritur possessio. l. 1. C. per quas personas vobis acquirit. à fortiori per eã retinebitur, quãtumcunq; locatio non valuerit. l. quãuis. in princ. ff. de acq. possessio. facit l. 1. C. communia. de vsucap. Denique colligitur, quòd cum in specie d. l. ei à quo. in effectu conductor videatur interuertere possessionem locatoris, licèt per hoc videatur naturaliter interrupta præscriptio. l. naturaliter. ff. de vsucap. tamẽ non ob id excludetur locator à possessionis suæ restitutione: nam vel eam poterit recuperare per interdictum vnde vi. l. colonus. 12. ff. de vi & vi armat. vel per condictionẽ ex l. si quis cõductionis. C. de locato. nam cum videatur spoliatus sua possessione per conductorem, succedit regula, quòd spoliator tenetur possessionem restituere spoliato, etiamsi constet, eum esse dominum illius rei. l. se
119 quitur. §. si tu vi. in fine. ff. de vsucap. §. recuperandæ. in fine. Instit. de interdict. & ita expressè tenet gl. d. l. ei à quo. verb. neque possessionem, & ibi Bar. in fin. & alij communiter. Ex quo colligebat Ripa d. l. si aliquam rem. num. 20. quòd in specie d. l. ei à quo. nec locator videtur amisisse possessionem. l. si quis vi. in prin. ff. de acquirenda possessione. nec eam conductorem quæsiuisse, cum eã teneatur restituere locatori. l. non videtur. ff. de acquirenda possessione. Sed falsa est collectio: nam d. l. ei à quo. probat, interruptã esse præscriptionem, ergo amissa fuit possessio. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Nec obstat d. l. si quis vi. in princ. quia respondetur, quòd habetur per fictionem iuris pro possessore, vt tanquam talis conueniri possit, vt ibi declarant Doctores exẽplificantes per l. quòd si in diem. §. Iulianus. ff. de petitio. hæreditat. sed vt ipse agat tanquam possessor, nõ auditur, quia re vera eius interrupta est possessio. l. naturaliter. ff. de vsucapio. & ideò nec præscribere potest, nec vti remedijs, quæ exigunt actorem posidere, vt declarat glo. i. d. l. si quis vi. Licet verũ sit, quòd in specie d. l. ei à quo. ille tantũ irreuocabiliter producitur effectus, quòd interrupta cẽsetur præscriptio. Habet tamẽ prędicta illatio duas difficultates. Prima est, quòd cum sine vitio res ad dominum peruenerit, licitè per eum retinetur. Bald. l penultim. ad finẽ. C. de pigno. actio. Ergo hæc possessio iustè quæsita, ab eo auferri non debet. l. iustè posidet. ff. de acq. possess. Et augetur difficultas ex l. si in area. 22. ff. de cond. indeb. iunctis suprà traditis. Et est secunda difficultas, quòd in specie. l. si quis conductionis. si conductor acquirat dominium ex noua causa, potest de illo excipere, nec tunc locum habet remedium illius. l. Ias. cons. 157. col. 2 ad finẽ. li. 2. Menoc. de recup. poss. 11. remedio. n. 42. Ergo idẽ recipiẽdũ est, si ex antiqua causa esset dñs; quia eadẽ videtur ratio. † Sed his nõ obstãtibus, non est recedẽdum à recepta cõclusione. Nec obstant contraria, quia ad primam difficultatẽ respondetur, q̃ possessionẽ peruenisse ad dñm absq; vitio, illud operabit̃, q̃ excusẽt̃ à pœna. l. si quis in tãtã. C. vnde vi. sed nihilomin⁹, quia ꝓpria authoritate priuauit locatorẽ sua possessione, cõcedẽtur aduersus eũ remedia possessoria restitutoria, vt ꝓbat l. colon⁹. ff. de vi & vi arma. adiũcta l. sequit̃. §. si tu vi. ff. de vsuca.

Nec



Nec repugnat. l. si in area. ff. de cond. indebit. inducta vt suprà: quia diuersi sunt casus: nam in specie d. l. ei à quo. locator nõ tradidit possessionẽ, sed tantũ detẽtationẽ, & cõductor posteà propria authoritate vsurpauit possessionẽ, vnde aduersus eũ quãquam dominum, cõcedentur remedia restitutoria: in specie autem d. l. si in area. possessor bonę fidei tradidit ꝓnte sua possessionẽ vero domino: & ideò aduersus eum nullum competit remedium, per tradita suprà. Vnde notab. infertur, quòd licet in specie d. l. ei à quo, à pari iudicentur, si dominus conducat rẽ suam, vel illam emat; ea æquiparatio intelligenda est, quoad effectus de quibus ibi principaliter erat quæstio: scilicet, vtrũ valeret cõductio, vel emptio? & vtrũ interrumperetur præscriptio? & vtrũ mero iure locator amitteret possessionem, & ea acquireretur conductori? Cęterũ si quæras, vtrũ locatori competant remedia restitutoria differentia, constituenda videtur inter prædictos casus: nam quando quis cõducit rem suam, & interuertit possessionem, dabuntur aduersus eum remedia restitutoria: non sic quando emit rem suam. Cũ enim tunc possessio ex voluntate possessoris ad dominũ verũ peruenerit, inducetur d. l. si in area. & suprà tradita. Non obstat secunda difficultas, quia in hac materia est constituenda differentia inter dominium ex noua causa quæsitum, & inter dominiũ quęsitum ante conductionẽ factã: quia primo casu nihil est quod imputetur cõductori, secus in secundo: & ita Alber. l. si quis fundum. §. fin. ff. locati. Ex qua communi traditione ita defensa colliges veram explicationem ad rationem Iurecõsult. d. l. ei à quo. ibi: Ergo vt neque locator possessionem retinuerit: nam debet intelligi, quãdo conductor mutauit animum, & tanquam dominus voluit rem detinere, † & non tanquam conductor:
120 nam ex tunc videtur locatorem spoliare sua possessione. l. colonus. ff. de vi & vi armat. Et hac ratione dantur aduersus eũ remedia possessoria, vt suprà dictum est. Colliges etiam veram explicationem ad l. ad probationem. C. de locato. dum videtur probare, quòd locator qui aliter non probat dominium, quã per locationem, non potest sibi mutare causam possessionis: nam aliud dicẽdum esset, si res ad dominum peruenisset: nã is ratione dominij, licitè potest sibi mutare causam possessionis, vt efficaciter probat d. l. ei à quo. declarando vt suprà. Et est aduertẽdum, quòd licet gl. fin. in d. l. ad probationem. multum laboret in declarando, qualiter prædicta ratio adaptetur decisioni, & etiam Salic. tamẽ dicẽdum est, in d. l. ad probationẽ, proponi duos casus: quando scilicet locator agit rei vendicatione tanquam dominus, & quando se defẽdit à domino vendicãte. Quoad primum casum adaptatur prima ratio, quòd per solã locationẽ non probat se dominum esse, ob rationẽ ibi expressã. Ad secundũ autẽ casũ adaptatur secunda ratio, quòd ille non potuit mutare sibi causam possessionis: quod ita explicandum est. Pone, conductorem restituisse rem conductam locatori, & posteà eam ab illo vendicare: locator autem volebat se defẽdere eo prætextu, quòd conductor accepisset ab eo eam rẽ titulo conductionis, tanquam à domino: & hanc exceptionem significat imperator non esse admittendam; quia cum locatio non valuerit, nõ potest ipse allegare, ratione illius aliquid noui interuenisse, per quod mutata fuerit causa possidẽdi, scilicet, quòd licet antea posideret tanquam possessor bonæ fidei, nunc posidebat tanquã dñs: nã licet ea allegatio audiretur, si titulus esset validus. l. non solũ. §. quod vulgò. ff. de vsucap. tñ si fuerit inualidus, nõ debet haberi in cõsideratione. c. nõ præstat. de reg. iur. in. 6. ac ob id eo nõ obstãte, locũ adhuc habet regula. d. l. cum nemo. C. de acq. possess.

## SVMMARIA EORVM QVAE CONTINENTUR in interpretationem.l.maritum.12.cum l.seq: ff. soluto matrimonio.

1 Condemnatus tenetur satisfacere: & si nõ habeat bona sufficientia, detruditur in carcerem.
2 Maritus condemnatus non tenetur integrè soluere, sed quatenus facere possit.
3 Clerico non est necessarium beneficium cessionis bonorum.
4 Et stultè faciet, si ad illud recurrat.
5 Priuilegium, ne quis cõueniatur vltra id quod facere potest, quid operetur?
6 Quis proprie dicatur pauper, siue egenus.
7 Et quid sit relinquendum marito, quando cogitur soluere dotem.
8 Debet haberi respectus ad qualitatem mariti, nõ simpliciter, sed quatenus est inopia oppressus.
9 Marito an sint relinquenda necessaria ad alendam familiam.
10 Satis inops dicitur, qui operis suis victũ quærit.
11 In deducendis necessarijs ad se alendum, magis fauetur marito, quã liberis.
12 Decisio.l. hæreditatum. ĵ. ad l.Falcid. in quibus causis locum habeat.
13 Agitur de intellectu. l. qui bonis. ĵ. de cesio. bono.
14 Si maritus ex venditione bonorum propriorũ potest habere necessaria, nihil deducet ex dote.
15 Si qui cessit bonis, aliquid modicum acquirat vltra alimenta, non tenetur illud modicum creditoribus soluere.
16 In constituendo valore rei, semper inspiciendum est quantum pro ea inueniretur, si venalis esset exposita.
17 Et ad qualitatem rei, & quantitatem fructũ simul debet haberi respectus.
18 Filius cogendus est vendere nudam proprietatem, vt se alat.
19 Explicatur.l.imperator. 50.in fine. ĵ. ad Trebellian.
20 Pater bona tenetur vendere, vt filios alat, si ex fructibus eos alere non potest.
21 Expenditur.l. fina. §.sin autem æs.versic. sin autem legata. C. de bon.quæ liber.
22 Vsufructuarius non tenetur legata soluere.
23 Nisi fuerunt annua, tunc enim ex reditibus, exoluenda sunt.
24 Fundans intẽtionẽ suam in negatiua, tenetur probare.
25 Explicatur gl.l.cũ de lege.s̃. de probatio.
26 Creditori dicenti, debitorem tot habere bona, incumbet onus probandi plura non habere
27 Doctrina gl.d.l.cum de lege.locum habet tam in reo, quã in actore.
28 Maritus non potest renuntiare priuilegio huius tex.
29 Neque generaliter, neque in causa particulari.
30 Expenditur l. rei iudicatæ. in princ. 16. ĵ. eodem.
31 Post factam restitutionem cessat hoc priuilegium.
32 Maritus habet priuilegiũ, etiam si cõstituat se possidere nomine vxoris.
33 Si dos repetatur constante matrimonio, vtrùm marito hoc competat priuilegium.
34 Tutus exceptione, si per errorem soluat, repetere potest tanquam indebitum.
35 Habens ius retentionis, si per errorem soluat, non repetit.
36 Circa quod elegans ponitur resolutio.
37 Si vnus ex fideiussoribus, solidũ soluat, post sententiam repetit, & qua ratione.
38 Explicatur traditio gl.l.si prior. ĵ. eo.
39 Item & tex.l. eum qui. §. si mulier. s̃. de iure iurand.
40 In hac materia non est constituenda differentia inter stipulationem, & constitutum.
41 Interueniente stipulatione, facilius præsumitur nouatio, quã interueniente constituto.
42 Vt valeat constitutum, debet præcedere debitũ attento iure prætorio.
43 Explicatur l. si dari. 23. ĵ. de verb. oblig.





44 Agitur de intellectu. c. 1. de donatio. inter virum & vxorem.
45 Defensor proprio nomine condemnatur propter obligationem alienam.
46 Defensor mariti quãdo possit vti priuilegio mariti.
47 Agitur de intellectu. l. eum qui. 48. s̃. de minoribus.
48 Exceptio moderans exequutionem, post sentẽtiam opponi potest.
49 Nisi fuerit opposita, & per iudicem reiecta.
50 Quæ communis traditio notab. defenditur.
51 Et agitur de intellectu. l. ex diuerso. 18. §. fin. ĵ. eod.
52 Et qua ratione sententia ibi non fuerit nulla.
53 Et elegans ponitur resolutio.
54 Hoc priuilegium competit vxori aduersus maritum petentem dotem promissam.
55 Quando est diuersa ratio, diuersum ius constituitur inter maritum, & vxorem.
56 Maritus habet manus iniectionem in vxorem, non è contra.
57 Vxori quod nam competat priuilegium, & qua ratione.
58 Licet maritus non possit renuntiare suo priuilegio, vxor tamen potest.
59 Explicatur priuilegium. l. non tantum. ĵ. de re iudicat.
60 Prout & nurus debet habere socerum loco parentis, sic & gener.
61 Vxor tenetur candem exhibere reuerentiam socero, quam maritus illi tenetur exhibere.
62 Gener habet socerum loco parentis, quo ad affectionem, & non quoad reuerentiam.
63 Explicatur. l. quia parentis. 17. ĵ. eo.
64 Per mortem censetur extincta affinitas.
65 Quælibet modica reuerentia sufficit, vtquis nõ vocetur in ius sine venia.
66 Infertur communis resolutio, vtrùm socer possit insolidum conueniri per generum?
67 Et ea retenta, noua assignatur.
68 Agitur de intellectu. l. pen. s̃. de iure dotium.
69 Et nouè declaratur exemplum ibi in fine positum.
70 Disputatur, vtrum priuilegium hoc competat socero, qui sciẽs se non esse soluendo, dotem promisit?
71 Et defenditur non competere.
72 Et pro hac opinione retorquetur. l. pen. s̃ de iure dotium.
73 Per cessationem affinitatis, non omnino cessat qualitas personæ soceri.
74 Assignantur differentiæ, quando socer conuenitur constante matrimonio, vel eo dirẽpto.
75 Refertur quædam concordia Zasij in hac materia, & reijcitur.
76 Qui promittit sciens se non esse soluendo, præsumitur esse in dolo.
77 Non tamen præsumitur dolus in marito, vel socero dotem recipientibus.
78 Hoc priuilegium non competit hæredi, quanuis lis sit contestata.
79 Si lata iam sententia, maritus decedat, priuilegium proderit hæredi.
80 Explicatur. l. etiam. 19. ĵ. eo.
81 Priuilegia personalia non transeunt ad filios.
82 Hoc priuilegium non competit fideiussori mariti.
83 Constituitur differentia inter hæredem mariti & eius defensorem.
84 Agitur de intellectu. l. idemque. 10. §. generaliter supra mandati.
85 Quando principalis potest in se transferre instantiam litis agitandæ cum fideiussore.
86 Multum differt, vtrùm principalis defendat litem suo nomine, vel procuratorio.
87 Explicatur. l. si res. s̃. de eutectio.
88 Defenditur opinio Bar. l. Stichum. §. quod vulgo, num. 2. ĵ. de solutio.
89 Defensor quando possit opponere exceptiones personales competentes absenti defenso.
90 Agitur de intellectu. l. diuortio. 37. s̃. de negoc. gestis.
91 Ostenditur, in eo tex. non requiri, quòd mariti culpa præcedat.
92 In hac materia vtrùm sit specialitas aliqua in constituto.
93 Quando actio accumulata sortitur naturam illius, cui accumulatur.
94 Et ex ea resolutione ad multa infertur.
95 Et reijcitur quædam Bar. traditio in hac materia.
96 Maritus etiam soluto matrimonio non potest renuntiare proprio priuilegio.
97 Maritus non vtitur priuilegio aduersus vxorem

*rem inopem, neque aduersus eius hæredem inopem.*

98 *Explicatur.l.facere posse.29.ff.eod.*

99 *Qualiter considerandæ sit inopia alicuius.*

100 *Explicatur authent præterea C. vnde vir & vxor.*

101 *Donator in quibus sit magis priuilegiatus, quàm maritus.*

102 *Explicatur.l.ait prætor.§.illud.ff.quæ in fraudem creditorum.*

103 *Lata culpa circa administrationem bonorum propriorum non æquiparatur dolo.*

104 *Explicatur.l etiam.19.§.licet.ff.eod.*

105 *Propter leuem culpam indistincte maritus nõ amittit priuilegium.*

106 *Quando maritus propter negationem amittat priuilegium.*

107 *Explicatur.l.2.C.qui bonis cedere possunt.*

108 *Maritus negans dotem recepisse per mendacium, non amittit hoc priuilegium.*

# INTERPRETATIO

## Legis Maritum.13.cum.l.sequenti: ff.Soluto matrimonio. In qua tractatur; qualiter ratione dotis fiat exequutio in bonis mariti.

INCIPIT tractatus nouæ materiæ; qualiter scilicet ratione dotis sit facienda exequutio in bonis mariti: & pro declaratione materiæ præmittendum est, quòd condemnatus per iudicem ad aliquod debitum exoluendum, tenetur quantitatem cõdemnationis factæ integram soluere, & consequenter propter condemnationem fiet exequutio in omnibus bonis condemnati, si ea omnia sunt necessaria ad satisfaciendum condemnationi. l. à diuo Pio.§.in venditione. ff. de re iudicat. l. fina. §. fina. ff. quæ in fraudem creditor. Quinimo si bona non sufficiant ad soluendam condemnationem, tunc condemnatus est detrudendus in carcerem. l. 1. C. qui bonis cedere possunt. declarando vt per gloss. l. 3. §. tutores, verbo, vinculis. ff. de suspect. tutorib. Couarru. resolutionum libro. 2. capit. 1. numer. 2. † Item declarando, quòd liberabitur à carcere, si faciat cessionem bonorum dicta. l. 1. C. qui bonis cedere possunt. Quod remedium dicitur miserabile, & flebile. l. penultim. C. qui bonis cedere possunt, vbi Bald. numer. 1. rationem reddit. Cùm autem constet, istud remedium concedi ad euitandum carcerem, & propter debitum ciuile nemo detrudatur in carcerem, nisi quando non habet bona sufficientia ad exoluendum debitum. gloss. dicta. l. 3. § tutores, verbo, vinculis. Iason dicta. l. à diuo Pio. §. in venditione. numer. 1. consequitur necessariò, quod si quis habeat bona sufficientia ad exoluendum æs alienum, non poterit inuitis creditoribus



bus facere cessionem bonorum. Imol. capit. Odoardus. numer. 24. de solutionibus. & ideò receptum est, quod vt quis admittatur ad beneficium cessionis bonorum, oportet indicare omnia bona sua. glo. 1. ad finem. l. penult. ff. de cessione bonorum, glossa. 1. in fine. l. 1. C. qui bonis cedere possunt. Iason. §. cum eo. numero. 8. Institut. de actionibus. & Aufrerius in additionibus ad Capellam Tholosanam quæstione. 28. probat Ordinatio libr. 3. titul. 89. §. 1. & si ea deprehendantur non esse sufficientia, tunc admittetur debitor ad prædictum beneficium, & tunc oportet omnia bona creditoribus dimittere, ita vt neque vnum denarium ex bonis retinere possit: gloss. 1. l. penultim. ff. de cessione bonorum, imò nec saccum, & peram, vt inquit glo. fin. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem creditorum, nisi quatenus ex misericordia, vna vestis ei relinqui debet; ne nudus incedat: quia & illa condemnato ad mortem relinquitur. l. diuus. ff. de bonis damnatorum. resoluit Iason post alios. §. fina. numero. 26. Institut. de actionibus, & asserit receptum Panormitan. cap. Odoardus, numer. 8. & ibi Imol. numer. 14. de solutionibus, probat Ordinatio lib. 3. titul. 89 §. 6. Quanuis autem hæc vera sint regulariter, tamen speciale est in marito, vt si condemnetur ad restituendam dotem, non debet in solidum fieri exequutio in eius bonis, sed quatenus maritus facere possit; & ita probat is textus, & l. patronus. 16. & l. non tantum. 20. ff. de re iudicat. l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. action. §. item si de dote. Institut. de actionibus. † Vnde infertur, quòd ratione condemnationis ad dotem restituendam, numquam maritus poterit detrudi in carcerem: nam cum lex concedat ei priuilegium, vt non fiat exequutio in eius bonis in solidum, sed quatenus ipse facere possit, minimè poterit detrudi in carcerem eo prætextu quòd non habeat bona sufficientia ad restituendam dotem; & consequenter nunquam ei erit necessarium beneficium cessionis bonorum: & ita Baptista de priuilegijs dotalibus centuria. 4. numero. 50. Brunus tractatu de cessione bonorum. 4. parte. quæstion. 24. numero. 1. Nec hoc speciale est in dote, sed generale in omni eo, cui concessum est priuilegium, ne conueniatur, vel exequutionem patiatur, nisi quatenus facere potest: quia adhuc militat ratio supra assignata: & ita Bald. l. liber captus. in fin. C. de postliminio reuersis. Aretin. l. alia. §. eleganter numer. 6. in fine. ff. eodem. Auendanus responso. 8. numer. 7. Vnde videmus, quòd clericus, qui habet priuilegium, ne exequutionem patiatur in bonis, vltra quàm facere possit. cap. Odoardus de solutionib. secundùm magis communem intellectum. l. miles. 6. in princ. adiuncta gloss. 2. ff. de re iudicat. & esse receptam sententiam asserit Viuius libro. 2. communium, opinione. 45. Couarru. resolutionũ libr. 2. cap. 1. numer. 9. Baeça de inope debitore cap. 17. numero. 1. & 2. ratione debiti carcerari non potest, quantumcunque non cedat bonis: vt clarè sentit dict. cap. Odoardus, & ibi notat Panormit. 2. notab. & ita ratione debiti ciuilis nunquam clericus poterit carceri mancipari, vt tradit Ioannes Andreas capit. si clericus. de sententia excommunication. in. 6. Decius capit. reprehensibilis. numero. 9. de appellationib. † nec vnquam beneficium cessionis bonorum, ei erit necessarium. Panormit. dict. cap. Odoardus numero. 8. Staphileus de literis gratiæ, titulo de commissione super reductione pensionis, numero. 17. pagin. 289. Baeça tractatu de inope debitore, capit. 17. numer. 91. Sed videndum est, vtrùm si maritus sponte velit vti prædicto beneficio, sit ei concedendum? Et videtur dicendum,

non posse, quia prædictum beneficium inuentum est, vt euitarentur carceres: ergo non debet concedi ei, qui propter priuilegium non potest exequutionem pati, nisi quatenus facere posit, & consequenter neque potest detrudi in carcerem: & ita Faber. §. fin. nume. 9. Instit. de action. Item, remedium cessionis est extraordinarium ad euitandos carceres. l. pen. & l. fi. C. qui bonis cedere possunt. ergo non debet concedi illi, cui alio modo potest esse consultum: argu. l. in causæ. ſ. de minorib. In contrarium tamẽ videtur text. auth. vt determinatus sit clericor. numerus. §. cũ verò. collatio. 1. vbi ecclesiæ conceditur beneficium cessionis bonorum: ergo à fortiori clericis: & ita expendit Roman. sing. 559. Angel. §. fina. num. 9. & ibi Iason num. 10. Inst. de actio. Neuizan. consil. 59. in princ. quòd & pro constanti tenet glo. fin. c. Odoardus. de solutio. & Rota decisi. 31. col. fin. de re iudic. in antiquis. Et facit, quia mulier potest cedere bonis. l. pen. C. qui bonis cedere possunt, & tamen mulier propter debitum ciuile non potest detrudi in carcerẽ, auth. sed hodie. C. de officio diuersorum iudicum. Pro concordia dicendum est, quòd si persona cui competit priuilegium, non conueniatur vltra quàm facere posit, siquidem velit repudiato prædicto priuilegio recurrere ad remedium cessionis bonorum, id poterit facere, quasi tunc spõte sua soluat creditoribus id quod ratione prædicti priuilegij retinere poterat: quod licitũ est, vt in simili probatur. l. nam etsi maritus. ſ. de cond. indeb. tamen vtique stultè faciet, qui prætermisso priuilegio, ne conueniatur vltra quàm facere posit, recurrit ab beneficium cessionis bonorũ: quia vtendo prædicto priuilegio, sunt ei relinquenda necessaria ad se alendum, vt infra dicemus. Et tamen si recurrat ad beneficium cessionis, nihil ei relinquẽdum est præter vnam vestem, vt supra diximus. † Et ita in specie Ancharr. d. cap.

4

Odoardus, num. 7. & ibi Imol. nume. 13. Afflict. lib. 1. constit. rubr. 66. num. 6. Neuizanis consi. 59. num. 2. Qui igitur velit repudiare prædictum priuilegiũ, potest recurrere ad cessionem bonorum, quantumcunque id stultè facere videatur, vt aliàs inquit. §. cæterum. post princ. Insti. quod cum eo. Nec obstat text. auth. vt determinatus sit clericor. numerus. §. cũ verò. collat. 1. quia vel tex. ille probat, priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere posit, non competere ecclesiæ, & ideò necessarium ei esse recurrere ad beneficiũ cessionis, vt sentit Roman. singu. 559. & alij supra citati; cùm tamen certũ sit clerico competere dictum priuilegiũ. d. c. Odoardus. de solutio. Vel dicendum est, quòd licèt tex. dicat, ecclesiam posse cedere bonis, non ob id sequitur, hoc priuilegium ei non competere, vt latius dicemus. l. alia. §. eleganter. ſ. eod. Et ex his infertur annotatio ad tradita per Alber. in rubr. nu. 5. C. qui bonis cedere possũt, dum dicit, quòd licet iure ciuili cedenti bonis nihil sit relinquendum præter vnam vestem, vt supra diximus, tamen iure Canonico relinquenda sunt ei alimenta. allegat glo. fina. c. studeat. 50. distinctio. Quæ tamẽ differentia admittẽda nõ est, iuxta. c. 1. de noui operis. Nec obstat authoritas prædictæ glo. quia loquitur in clerico, qui habet priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere possit, vt probatur in d. c. Odoardus. nam vt clericus absoluatur, tantũ exigitur, quòd constet eum esse inopem, & non habere bona sufficientia ad soluendum: vt expẽdit Rota decisio. 31. col. fin. de re iudica. in antiquis. Planè is dicitur nõ posse soluere, qui commodè, id est, salua dignitate soluere nõ potest. l. nepos Proculo. ſ. de verbor. signifi. Nihil igitur mirum, si huic clerico relinquenda sint alimenta, vt tradit Collecta. d. c. Odoardus. Aufreri. ad Capellam quæst. 24. ad finem. Couarru. resol. lib. 2. c. 1. nu. 9. Quoad alios autem non habentes prædictum priuilegium



gium, iuris ciuilis dispositio, etiam iure canonico erit obseruãda. Sed pro declaratione huius priuilegij videndum est, quid significent ea verba, quòd maritus ratione dotis non patiatur executionẽ vltra quã facere posit: † & text. l. inter eos. 19. §. fin. ſ. de re iudicat. probat significare, quòd omnia bona sint auferenda marito, sed ei relinquendum est necessarium, ne egeat: quod etiam probat l. in condemnatione. 133. in principio. ſ. de regulis iuris. Ex quorum iurium mente videtur colligi, quòd non debeat relinqui marito, nisi id quod ei fuerit necessarium ad victum, ne aliàs cogatur mendicare, nullo habito respectu ad id, quo ipse indigere videtur, attẽta dignitate, & qualitate personæ: quod sentit gloss. hîc. glo. l. diuortio. 37. verb. facere. ſ. de neg. gest. tenent Iacob. de Aren. Bald. & Angel. l. maritus in id. ſ. eod. sentit etiam Pau. hîc num. 5. Zasi. num. 9. Baeça tracta. de inope debitore. cap. 17. num. 73. & ita tenere DD. asserit Vincent. l. miles. in principio. num. 6. ſ. de re iudicat. & defẽdit Lara l. si quis à liberis. §. sed si filius. numero 78. ſ. de liber. agnoscen. Contrariam tamen sententiam, imò quod debeat relinqui marito id, quod est necessarium, ne egeat, attenta dignitate, & qualitate personæ, tenent Cuman. Imol. & Alexand. numero. 5. l. si maritus in id. ſ. eo. argum. l. nepos Proculo. ſ. de verbor. significat. iuncta glos. verb. dignitate. tex. elegans. l. sed & si quid. 19. §. sufficienter. ſ. de vsufruct. vbi probatur, quòd quando quis est alendus, & vestiendus, intelligitur habito respectu ad qualitatem personæ: notat glo. c. episcopus. verb. victu. 10. quæstio 2. & gloss. c. nobis. verb. modestè. de iure patronat. facit l. cum plures. 13. §. fina. ſ. de administratio. tutò. & l. si habitatio. in fine. ſ. de ventre. in possessio. mittend. & & ita in specie Bal. l. 2. num. 1. C. quod cũ eo. inquiens, marito esse relinquendum illud, ex quo posit habere vitæ subsidiũ cum decenti honestate, secundũ statum

5

suum: subscribit Aretin. consilio. 17. numero. 8. Iason l. sunt qui. numero. 2. ſ. de re iudicat. Deci. l. Diuus. num. 9. ſ. de reg. iuris. Brunus consilio. 89. n. 3. Hippol. Rimin. in princ. nu. 362. Inst. quib. alien. licet. & alij adducti per Tiraq. tract. nobilitatis. c. 20. n. 142. & Laram. l. si quis à liberis. §. sed si filius. num. 174. ſ. de libe. agnoscend. Baeça tracta. de inope debitore. c. 17. num. 68. Quod non solũ est recipiendum in marito, sed in alio quocunq; cui prædictum priuilegium etiam concessũ est, vt sentiunt suprà allegati, & tradunt Imol. & Angel. l. Nesennius. §. fina. post principium. ſ. de re iudicat. Angel. §. appellantur. numer. 5. Inst. de exceptio. idque sentit Ord. libro. 3. titulo. 71. §. 10. & titulo. 89. §. 1. in fine. Nec obstant iura suprà citata in contrarium adducta, quia vt notab. inquit Zenzilinus in extrauaganti execrabilis. de præbẽdis Ioãnis. XXII. verb. qui mẽdicante. egestas, siue mendicitas consideranda est, habito respectu ad personarum qualitatem, ita vt si homo sit illustris generis, vel eminẽtis sciẽtiæ, dicetur pauper, siue inops, etsi habeat victum, & tamen sine de decore nõ posit carere vestimentis necessarijs secũdũ dignitatem & statum suũ: item sine dedecore non posit carere famulis, qui ei deseruiant: ergo licet iura suprà citata dicant, relinquenda esse necessaria marito ne egeat, debent intelligi, scilicet attẽta qualitate suæ personæ. l. plenũ. § equitij. ſ. de vsu. & habitatio. † Quanuis enim ei relinquantur necessaria ad victum, ad huc dicetur egere, cum non habeat necessaria secundũ statum suum: vt enim is non videatur egere, multis indiget adminiculis, vt inquit Angel. §. apppellantur. numero. 5. Instit. de exceptio. Vnde notab. tradit Bar. l. 1. numero. 35. C. de sacro. eccles. quòd si aliquis habet bona, & tamen est indigens attento suo statu, & dignitate, laudabile est ei facere eleemosynam: subscribit Alexan. consilio. 126. numero. 7. libro. 4. Tiraquel. de priuileg.

6

piæ

piæ causæ,in præfatio.num.18 Nauar.in apolog.de reditib.q.2. monitu. 77.nu.4. & Bald.l.si quis ad declinandam.numer. 5.C.de episc.& cleric.tradit, quòd si nobilis,qui habet alimenta,& tamen secundũ dignitatem suam commodè viuere non potest,potest ei dari tanquam pauperi, id quod relictum est ad distribuendum inter pauperes: & latius prosequitur Bellon.consilio.16.à numero.6. Mesia de taxa panis,cõclusio.1.num. 46.Inuenio quòd Imol.l si maritus in id.j.eo.dictas concordat opiniones, q; si mulier sit diues,procedat magis communis sententia argumen.auth.præterea.C.vnde vir. & vxor:si autem ipsa sit pauper, ita vt facta deductione ex dote, habita consideratione ad dignitatem mariti, ipsa indigeret,procedet contraria opinio:nam in causa pari potius mulieri dominæ dotis succurrendum est:argumen.l.præses. C. de seruit.subscribit Angel. §.itẽ si de dote.in fine.Instit.de actio.Alexan.hîc col. vltim.Zasi.numero.9.ad finem.Cãpesi. de dote.3.parte.quæstio.239. Brunus tractat.de cessio.bonor.quæstio. 30.principali.ad finem.Baeça latè confirmans tractat.de inope debitore.quæst. 17. numero.44.Sed non placet hæc concordia:nã quando vxor est pauper,ita vt facta deductione aliqua ex dote,ipsa indigeret, nulla omnino facienda est deductio ex dote:nam cum mulier agat de damno vitãdo,scilicet ne diminuatur dos,cuius ipsa est domina,in causa pari præferenda est marito,qui magis videt agere de lucro.l. verũ.§.fina.ff.de minorib. & in specie tradit Bar.hîc numero.4.cum quo alij transeunt.Faber.§.item si de dote..num.2. in fine.Insti.de actio.de quo infrà latius dicemus.Ergo in his terminis frustra quæritur,vtrũ sit facienda deductio, habita consideratione ad dignitatem mariti,vt in specie aduertit Lara l.si quis à liberis.§. sed si filius.num.76.j.de liber. agnoscen. Veriùs igitur concordandæ sunt opiniones,vt in prædicta deductione, ne maritus egeat,debeat haberi respectus ad di-
7 gnitatem,& statum mariti: † non est tamen ei relinquendum id,quod homines eiusdem conditionis solent consumere in alendis se & familijs,sed tantũ ad eum modum,quo homines eiusdem qualitatis paupertate oppressi solent degere, vt sic si homines simpliciter eiusdem dignitatis & conditionis solent equites incedere:& tamen eiusdem conditionis homines paupertate oppressi, pedites incedunt,tantũ relinquendum est marito,vt pedes incedat,non verò vt equum alat, & ita in effectu Pau.l.si maritus in id.numero.2.j.eod.Iason.l. cum hi.§. vult igitur.num. 1.ff. de trãsactio. Lara l. si quis à liberis.§.non tantùm.num.17.j. de liber.agnoscen.Et ad hoc reducendus est Zasi.hîc numero.9.dum inquit, quòd satis est relinquere marito id,ex quo commodè viuere possit,& non cum pompa: & quod etiam tradit Alciat.l. nepos Proculo.in fine. j. de verb.signific. quòd ea quæ ad mollitiem & põpam pertinent, sunt auferenda marito,vt vestis serica,tapetes,& alia id genus,quia apud graues viros non censetur quis esse minoris dignitatis,quòd prædictis careat:subscribit Loriot.l.diuus.col.fina.j.de regulis iuris. & clariùs dicere potuissent,quòd relinquẽdum est marito tantùm id quo indiget attenta qualitate personarum similium paupertate oppressarum,vt colligitur ex mente.l.inter eos.19.§.fina.j.de re iudic. cum similibus.Ex qua resolutione infertur primo explicatio ad tradita per Angelum Aretin.§.appellantur.num. 1. Insti. de exceptio.&.§.item si de dote.numer. 4.Insti.de actio.dum dicit, attendendã esse qualitatem personarum in hac deductione,& aliter esse relinquenda alimenta marito nobili, & aliter marto rustico: nã rustico satis est relinquere id, ex quo possit emere panem grossum,caseum,& cæpas, & alia huiusmodi, quibus rustici viuere solent, non autem ex quo emat panem album,pullos, & alia delicata cibaria,



baria,quæ rustico non conueniunt,vt aliàs tradit gl.l.seruis vrbanis.93.verb.ex libellis.& ver.cibarijs.j.de leg.3.notat Ripa tractat.de peste.titulo de remedijs ad conseruandam vbertatem .num.98. Nobili autem relinquendum est id, ex quo possit emere alimẽta cõsueta nobilibus: nec enim cogẽdus est rusticorum cibis vti.c.non cogantur.41. distinctio. tradit Brunus de cessio.bonorum.quæstio.30. principal.numero.2.& alij citati per Tiraquel.tract.nobilit.c.20.n.142.Nam ex prædictis dicendum est,quòd nobili marito tãtũ sunt relinquenda ea, ex quibus possit emere ea alimenta,quibus nobiles
8 paupertate oppressi solent vti. † Secũdò infertur explicatio ad dictum Imol.l.Nesennius.§. fina. ad finem.j. de re iudicat. dum dicit,non solũ marito esse relinquẽda necessaria ad se alẽdum, sed etiam ad alendam familiam, sine qua commodè viuere non potest, attenta sua dignitate, subscribit Aret.cons.17.numero.18.confirmans ex eo, quòd priuilegium cõcessum alicui,extenditur ad eius familiares, sine quibus commodè degere non potest.l.administrantes.42.j. de excusat.tutor.cum similibus.de quibus per Deci. l. lecta.à numero.18.ff.si cer.peta. Quã opinionem etiam sequuntur multi, quos refert Tiraquel.tract.nobilit.c.20.n.142. post mediũ.Staphileus deliteris gratiæ.titulo de commissio super reductione pẽsionis.num.8.pag.287.& latè probat Brunus tract.de cessio.bono.q.31.principali. à nu.5.Quibus adde gl.Zẽzilini in extrauag.execrabilis.de præb.Ioã.XXII. ver. qui mẽdicãt.& gl.fi.c.studeat.50.dist. & bonum tex.l.si habitatio.in fine.j.de vẽtre in possessio.mitten.& l.fina.j. de percario.Cõtrarium nihilominus tenuit Angel.d.l.Nesennius.§.fin.in fine.j. de re iudic. concludẽs, quòd marito relinquenda sunt alimenta necessaria ad alendum suum corpus, & non est habendus respectus ad familiam, quia sine famulis corpus sustentari poterit:quod etiam tenet Faber.§.item si de dote.nu.3.instit.de actio.ea ratione,quia in hac deductione, quæ fit ex dote, non habetur respectus ad æs alienũ mariti.l. maritus facere. 55. j.eo.Ias.l.si constãte.n 117.j.eo.Ergo neque debet deduci id quod ille debet famulis,siue familiæ: & subscribunt Platea & Angel.num.3.ad finem d.§. item si de dote.& in specie.quòd neque pro vxore, vel familia debeat fieri deductio, tenet Corn.cons.128.ad finem.libro.3.notab. Aymon cons.51.nume.3.Pro concordia dicendum est,quòd si attenta dignitate & statu, non potest maritus commodè degere sine famulis,tunc etiam ei relinquendum est necessarium pro alendis illis famulis,ita tamen, vt non debeat haberi respectus ad homines eiusdem cõditionis simpliciter, sed ad homines eiusdem conditionis paupertate oppressos, ita vt si alij soliti essent habere decem seruos, & paupertate oppressi, vno, vel duobus essent cõtenti, id tantũ debeat relinqui marito,ex quo istum famulum,
9 vel famulos possit alere, † vt est de mente Imol.l.Nesennius.§.fin.ad finem.j.de re iudica. Baeçæ de inope debitore.c.1.numero.69. & expressit Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.parte.c.15.numer. 8. Quòd si maritus habeat filios ex alio matrimonio, non est ei relinquendum necessarium ad eos alendos, quia huiusmodi obligatio directò non respicit dignitatem, vel statum mariti, sed magis obligationem paternam. l. fina. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber.Porrò in hac deductione nullus habetur respectus ad obligationes,vel debita mariti.l.maritus facere.55.j.eod.& ita expressè Faber.§.item si de dote.num.3. Inst.de actio.quidquid securè contrariũ dicat Brunus tract.de cessio.bono.q.31. principali.ad finem.Si sanè liberi sint suscepti ex eodem matrimonio,relinquendum est patri necessariũ ad eos alendos: nam cum patre existente inope,onus alendi liberos incumbat matri. l. si quis à liberis.

liberis.§.idẽ in liberis.ʃ.de liber.agnoscẽ. nullum vxori videtur inferri præiudiciũ, si marito relinquatur necessariũ ad prædictos filios alẽdos. Ang.§. itẽ si de dote. n.3.ad finẽ.Inst.de actio. facit l. si dotali. 48.ʃ.eo.& quod tradit Vlpianus in institutio.tit. 6. vers. mortua in matrimonio. Tertiò infertur explicatio ad gloss. fin. in prin.l.si maritus in id.44.ʃ.eod.dũ tenet, maritum non posse aliquam deductionẽ facere ex dote, quãdo talis est, vt proprijs operis, & manibus posit sibi victum quærere: allegat l.si quis à liberis. §. sed si filius.ʃ.de libe.agnoscend.& gl.d.l.si maritus in id.extollit Alex.ibi post princ. & est similis.l.si quis argẽtũ. §. sed etsi quis. verb.quantum.C.de donatio. quã ex tollit Emanuel de Claris aquis sing.188.Ex quo colligebat Faber. §. itẽ si de dote. n. 1.Inst.de actio. quòd si maritus callet aliquod officium, siue artificium, ex quo lucrari potest, id sibi imputari, vt tanto minus ex dote deducat: & subscribunt Ang.ibi n.3.Ias.n.7.Soc.reg.257.n.9.Brunus cons.89.n.3. Colligit etiam Soc.cõs. 30.n.14.lib.4.maritũ nihil deducere posse ex dote, quando industria sua potest victum quærere: & asserit receptum Fabius authẽ.præterea. nu. 85. C.vnde vir & vxor. Sed aduersus hanc conclusionẽ vrget traditio.gl.2.l.miles 6.ʃ. de re iudicat. vbi miles & clericus non patiuntur executionẽ vltra quã facere possint: & tñ habẽt officia, ex quibus posset sibi victũ quærere. Vrget etiam in contrariũ, quòd satis pauper dicitur, qui ex solis operis debet victum quærere. c. quod super his. de voto. & ibi Panorm. 3. notab. † l.paupertas.cum gl.ʃ.de excusat.tutor. Ias.l.si constante.nu.147.ʃ.eo. Et magis in specie in contrarium vrget, quod cõsuluit Roma. cons.344.n.4.quòd presbyter potest cogere parochos ad oblationes, quæ solẽt fieri in Missa, si ex fructibus beneficij cõmodè non posit se alere, quantumcunq; ex proprijs operis posset victum quærere: & subscribit Aymon cons.199. nu.5.

10

Sed his non obstãtibus, prima opinio verior videtur: nam maritus vult deducere ex dote vxoris, & sic ex patrimonio alieno, quæ sibi necessaria sũt ad victum: quod vtique priuilegium exorbitans est, & odiosum, & ideò non debet illi esse locus, nisi in subsidium, quãdo scilicet aliũde non potest victũ quærere. Aymõ d.cõs. 199.n.9. Vnde in materia auth. præterea. C.vnde vir. & vxor. mulier nõ dicit inops, si ex operis possit se alere, vt ibi per Rimin.n.4.& Fabiũ latè à n. 83. latè Gutierrez de iuramẽto confirmato. 3. p. ca. 15.à n.5. Nec obstãt suprà adducta in cõtrarium, quia ad primũ de gl.2.l. miles. ʃ. de re iudic. respondetur, eam ita esse intelligẽdam, vt in iudicando quantũ facere posit miles, vel clericus, debeat in eius bonis computari, quod ex prędictis officijs quærere possunt, vt declarãt Paulus hîc n.8.Zasi.n.18. quãuis id non satis perceperit Soc.cons. 30.n.14.lib.4. Et pariter etiam in marito in eius bonis annumerabitur quod ex operis potest quærere: Faber §.itẽ si de dote.nu.1.Insti de actio. Nõ obstat secũdũ, quia licet fateamur, hũc maritũ satis pauperẽ esse, nõ ob id sequitur, aliquid ei esse relinquẽdũ ex bonis alienis, si aliũde posit victũ habere: nã & videmus non posse cedere bonis illum, qui ex operis & artificio potest consequi necessaria ad victũ. & præterea creditoribus satisfacere. Rota decisio. 31. col. 3. ad finẽ. de re iudic. in antiquis. Neque etiã obstat cõsiliũ Romani suprà relatũ, quia parochi tenẽtur exhibere necessaria presbytero sibi ministranti spiritualia. c. cũ secundũ. de præb. à qua obligatione non possunt se eximere eo prætextu, quòd presbyter ex proprijs operis potest sibi victum quærere. Inde igitur inferri non potest ad nostrũ casũ longè diuersa ratione nitẽtẽ: in eo tamẽ in hac materia puto maritum differre à filijs, vel quibus debẽtur alimẽta ex dispositione legis, † quòd alij licet officium, vel artificiũ nõ habeãt, nec soliti sint ex operis aliquid

11



quid acquirere: tũ si robusti sint, vt si velint operari, ex illis operis possint victũ habere, cessat obligatio illos alẽdi. Bart. l.i.n.7.C.de mẽdicãtib.validis.lib.10.Panor.c.2.n.5.de cõuersio.infideliũ.& asserit receptũ Cur.Iun.cõsi.148.n.5 Natta cõsil.48.n.8.li.i.notab. Aemilia.cõs.146.à n. 5.& Lara l.si quis à liberis.§. sed si filius. à n.125.ʃ.de lib.agnos. nisi eis dedec? esset, attẽta dignitate familiæ prædicto modo victũ quærere: Alcia.respõso.209.n.5.& notab.Rolã.cõs.54.à nu.78.lib.2.tũ mulier nõ potest opponere marito, quòd sit robustus, & posit, si vellet, ex operis quærere victũ; quia cũ maritus ex operis nõ esset solitus quid lucrari, impugnaret reuerẽtiã maritalẽ, si velit eũ cogere, nouiter prædicto nouo modo victũ quærere; & ideò non videtur audienda: arg.l.alia. §.elegãter.ʃ.eo.facit.c.nõ cogãt. 41. dist. & quod Fabius.auth.præterea.nu.86.C. vnde vir & vxor. & magis in specie Auẽda.respõs.8.n.8.Infertur quartò, q; deductio quæ debet fieri ex dote, ita facienda est, vt pro toto tẽpore vitæ maritus possit habere necessaria ad se alẽdũ, quia dũ viuit, durat maritalis reuerẽtia, in qua priuilegiũ huius tex. fũdat. l.vnica.§.cũ autẽ C.de rei vxo.actio.& in specie ita colligitur ex generalitate huius tex. & notauit gl.i.hîc.quã extollit Ang.§.itẽ si de dote. n.3.Inst.de actio. Addẽdo tñ, q; si marit? peruenerit ad pinguiorẽ fortunã, tenet restituere vxori id, quod propter eius inopiam fuit deductũ ex dote. l. neq; maritus.C.soluto matrimonio.l.vnica §.cum autẽ.C.de rei vxo.actio notat gl.fin.l.patronus.17.ʃ.de re iudi. Itẽ quòd cũ alimẽta sint cõstituẽda, attẽta cuiusq; ætate. l. cũ vnus.§.fi.& ibi glo.pen.ʃ.de alimẽt.& cibaria.leg. in deductione faciẽda ex dote, habebit consideratio ad ætatẽ mariti, & cõstituet tẽpus vitæ eius secundũ modũ explicatũ in l.hæreditatũ.ʃ.ad l.Falcid.& ita gl.i.hîc: & subscribunt Faber §.item si de dote.n.i.& ibi Ias.nu.8.Insti.de actio. Brunus tract.de cessio.bon.q.31.principali.n.4.Gutierrez de iuramẽto cõfirmato. 3.p.c.15.nu.3. Et confirmat, quia decisio d.l.hæreditatũ.nõ solũ habet locũ in alimẽtis, quæ æstimãtur ea de causa, vt videatur vtrũ sit locus Falcidiæ, sed generaliter, quãdo agitur de æstimatione alimẽtorũ, vel alterius rei, quæ cũ vita finitur: † gl.l.omniũ.ver.bonorũ.§. de vsuf.glo.l. cũ hi.§.modus.verb.cũ iuuene.§.de trãsact. Ias.l.si pater puellæ.n.8.C.de inoffi. test. Palac.rep.rubr.§.25.à n.2.Pinel.l.2. C.de rescind.vend.3.p.c.4 n.32.latè Lara l.si quis à liberis.§. sed si filius.à n.109. & n.122.ʃ.de libe.agnos. Sed cauẽdũ est, quia lõgè verius videt, d.l.hæreditatum, tãtùm procedere in casu, in quo agitur de Falcidia deducẽda: in alijs verò materijs nõ statur illi cõputationi, sed arbitrio iudicis id relinquitur terminãdum, qui id cõstituet attẽta cõsuetudine regionis, & ætate, & valetudine illius, decuius vita arbitrãda agitur. l.cum hi.§.modus autẽ. §.de trãsact.& ita Imol.& Alexã.n.9. d.l. hæreditatum. Ias.l.cum qui ita.§. qui ita. n.11.ʃ.de verb.obli. Afflict.decis.34.n.2. & melius quã alibi Couar.li.3.c.6.n.8.& d.l.hæreditatum.in materia Falcidiæ elegãter declarat Molin.lib.i. de primog.c. 19.à n.39. Sed quidquid sit, illud certum est, quòd cõputatio d.l.hæreditatum nõ retractabitur ex eo, q; illa persona plus vixerit, vel minus, quã lex præsumpserit: nã cum ea cõputatio legitimè facta sit, succedit regula [illegible] ʃ.de itinere, actuq; priuato. Cæpolla cons.ciuili.14.col.vlt. Aymõ cõs.194.n.6.& verius esse dicit Cou.resol.lib.3.c.9.n.8.ver.hoc deducitur.in fine. & tñ in nostra materia si cõputatio vitæ ineatur iuxta d.l.hæreditatum.& maritus plus vixerit, debet vxor cogi necessaria viro subministrare: quod licet generaliter teneat gl.d.l.hereditatum.ver.triginta.& ibi Bar.& alij: tñ saltẽ in his terminis videtur admittẽdum, cum dum viuit maritus, sẽper duret reuerẽtia maritalis, ppter quã vxor tenetur ei subministrare necessaria, si aliunde nõ habeat, vt suprà dictum

12

dictũ est. Vltimò ex prædictis infertur intel
lectus ad l.qui bonis.6.ʃ.de cess.bono.ex
qua Bar.& Ang.ibi collegerũt, quòd vbi
quis ratione priuilegij nõ tenetur vltra quã
facere possit, & ob id prætẽdit nõ debe-
re fieri executionem in eius bonis insoli
dũ, in primis est constituẽdũ, quantũ ex
redditu suorũ bonorũ percipiat, & si id
sufficiat ad se alendũ, nihil diminuet ex
debito, si verò nõ sufficiat, tunc nihil sol-
uet. Nec secũdũ eos debet haberi consi
deratio, quòd si maritus ꝓpria bona ven
dat, poterit ex illorũ pretio se alere; nec
em cogẽdus est bona ꝓpria vendere ad
23 prædictũ effectũ: †sed si redditus bonorũ
nõ sufficiãt ad se alẽdũ, locus erit priuile
gio: extollit Ias.l.si cõstãte.n.150.ʃ.eod.&
magis ꝓbat Dec.l. diuus. ad fin.ʃ. de reg.
iur.Boer.decis.19.n.7.Tiraq. li.2.retract.
§.7 gl.7n.9.Aret.l.alimẽt.n.3.C.de neg.
gest.Frãciscus Marc. decis.323.n 2.in.1.
p & asserit receptũ An.Gom.l.Tau.9.n.
40.& latè cõprobat Brun tract.de cess.bo.
q.28.princ.& Gutier.de iuram.cõfirm.3
p.c.15.à n.10. Ergo pariter in nostro casũ
cõsiderabitur, vtrũ ex redditibus bono-
rũ ꝓpriorũ possit se alere marit⁹, & si pos-
sit, nihil diminuetur ex dote: si verò non
sufficiãt, id qd deest, diminuetur ex dote
& per maritũ retinebitur: quod sẽtit Bal.
l.si maritus in id.ʃ.eo.& expressit Zas.hic
n.18 Pro qua sentẽtia etiã vrget.l.fi.§.ipsũ
autẽ.C.de bo.quæ lib.vbi ꝓbatur, ꝓ licet
pater nõ teneatur alimẽta præstare filio,
qui habet ꝓpria bona.l.si quis à libe.§.sed
si filius.ʃ.de libe.agnos. tũ si filius habeat
nudã ꝓprietatẽ bonorũ, sine vsufructu, a-
lẽdus est à patre: ergo ꝓbat rex. quòd qui
nõ habet reddit⁹, videt esse inops, quãtũ
cũq; habeat ꝓprietatẽ bonorũ, ex quorũ
vẽditione possit se alere, extollit Dec. au
thẽ prætere â.n.22 C.vnde vir & vxor.&
l.diuus.in fi.ʃ.de reg.iu.&.c.episcopus.n.
nu.13.de præb. Tertiò vrget.l.imperator.
50.in fin.ʃ.ad Treb.dũ ꝓbat, alimẽta esse
præstãda ex redditibus bonorũ, quasi si
redditus nõ sufficiãt, nõ sint vẽdẽda bo-
na, vt ex illorũ pretio alimẽta præstẽt, &
ibi notat Bar.in fi.&l.pe.in fi.ʃ.de alim.&
cib.leg.inquiẽs, ꝓ hæres qui iubet præsta
re alimẽta, nõ est cogẽdus illa præstare, ni
si ꝓ quãtitate redditũ: nec cogẽdus est
bona hæreditaria vẽdere, vt ex illorũ pre
tio alimẽtis legatis satisfaciat: qd & tenet
Ang.l i.in fi.C.de lega.ad id expẽdẽs.d.l.
qui bonis.6.ʃ.de cess.bo.Aret.l. alimẽta.
n.3.C.de neg.gest.& subscribit Alex.cõs.
100.ad finẽ.li.i.Ant.Gom.l.Tau.9.n.40.
Nat.cõs.387.n.7.lib.2.& dicit Bal.c.quẽ-
admodũ.n.8.de iureiur.ꝓ maritus qui in
dotatã vxorẽ accepit, & qui nihilominus
tenetur eã alere, nõ est cogẽdus eã alere,
nisi ꝓ quãtitate redditũ, neq; cogẽd⁹ est
ꝓprietatẽ bonorũ alienare. allegat d.l.im
perator.in fi.& similia adducũt Men.cõs.
62.n.6.li.i.Baeça.tract.de nõ melio.filia.
14 c.2.n.33.& de deci.tur.c.10.n.9.† Sed his
nõ obstãtibus verius est, ꝓ si maritus ex vẽ
ditione bonorũ possit integrã dotẽ resti
tuere, & possit superesse, vnde se alere pos
sit, cogẽdus est vẽdẽdo bona, integrã do
tẽ restituere: nã cũ vẽdẽdo bona possit ha
bere, vnde se alat, & dotẽ restituat, ꝓ ha-
bẽte bona sufficiẽtia reputãdus est: arg.l.
qui potest.135.ʃ.de reg.iu.&c.fi.de elect.
& ita hac rõe tenẽt Imo.& Alex.n.4.l.sima
rit⁹ in id.ʃ.eo. Alex.hic n.2.ver.quid sima
rit⁹. Nat.cõs.48n.7.li.i.Et idẽ generaliter
esse obseruãdũ in omni eo, qui habet pri
uilegiũ ne cõueniat vltra quã facere possit
tenet Bal.l.2.n.3.C.qd cũ eo.& l.ꝓ nomi
ne.in fi.s.de cõd.indeb. Cãpes.de dote.3
p.q.239.Ias.§.sed & si quis.n.11.Instit. de
actio. Lorio.l. diuus.ad fi.ʃ de reg.iur.ad-
de Alex.cõs.72.n.12.li.5.& latè ꝓbat Tell.
l.Tau.10.n.14.& post eũ Lara l.si quis à li-
be.§.sed si filius.à n.25.ʃ.de lib.agnos.Ne
q; obstãt suprà adducta ꝓ cõtraria opinio
ne: nã ad primũ de d.l.qui bonis.6 ʃ. de
cess.bo.respondet Alex.hic n.2.& l.si ma
ritus in id.num.4.ʃ.eo.quod loquitur in
casu speciali, quãdo scilicet cõperit præ-
dictũ priuilegiũ ea ratione, quia debitor
cessit bonis: & est ratio specialitatis, quia
cũ semel facta fuerit executio insolidũ in
bonis debitoris, in bonis posteà quæsitis
multũ eiius fauere solet: & aliud erit, qũ
in bonis priuilegiati nũquã facta fuit exe
cutio insoli-



solidum: subscribit Iason.§.sed etsi quis.
num.11.ad finem. Instit.de actio. Telli.
l.Tauri.10.num.14.post medium.& Lo
riot.l.diuus.ad finẽ.ʃ.de regul.iuris. Lara
l.si quis à liberis.§.sed si filius.num.32.ʃ.
de liber.agnoscẽd. Sed non placet hæc
responsio, quia qui cessit bonis, quoad
bona posteà quæsita illud tãtũ habet pri
uilegium, ne teneatur vltra quàm face-
re possit.l.4 ʃ.de cessio.bonor. l. ex con-
tractu.C.de bon.author.iudi.possid.vn-
de nulla est ratio, cur is casus à cæteris se
paretur: & ita eos æquiparant Angel.l.i.
in fine.C.de legat.& alij suprà citati. Et
ideò melius respondetur, cõsiderando,
ꝓ d.l.qui bonis.in princ.probat, quòd si
ille, qui cessit bonis, aliquid modicum ac
quirat, non est ei auferendum per credi
tores. Quod si intelligas de modico, qd
tãtùm sufficiat ad alimẽta, tex. ille nullũ
dubium haberet: nam cũ certũ sit, præ-
dictum non teneri vltra quàm facere
possit, siue magnum, siue modicũ acqui
ratur, auferendũ ei nõ est, si eo indigeat
ad alimenta. Et ideò intelligere debes,
ꝓ etsi in modico excedat alimenta, aufe
25 rẽdum non est, †vt expressè inquit Bal.
l.fin.nu.9. C. qui bonis cedere possunt.
quia nimis delicatus creditor non est
audiendus.l.si bene.s.de vsuris. Ad quod
expendo, quòd d.l.qui bonis. generali-
ter dicit, modicum non esse auferendũ,
& posteà dicit, non esse auferẽdũ quod
necessarium est ad alimenta. Vnde vt
hæc secunda pars differat à prima, intel
ligendũ est, ꝓ etsi in modico excedãtur
alimẽta necessaria, nõ est hoc auferẽdũ
ab eo, qui iam cessit bonis. Quo ita præ-
supposito, quærit Iureconsult. in dict.l.
qui bonis. quid dicatur modicum, vel
magnum in hac materia? Et respondet,
id esse constituendum, attenta quanti-
tate rei acquisitæ, & non qualitate. Vt
igitur text.ille probet opinionem Bart.
& sequacium, exponenda sunt prædi-
cta verba, vt non attendatur qualitas, id
est, quantum ex pretio rei venditæ ha-
beri potest, sed quantitas scilicèt fru-
ctuum, quæ ex re percipi potest; quasi
eo casu fructus tantùm veniant in æsti-
matione, vt fatetur Zasi. d.l. qui bonis.
num.7. Quæ tamen expositio apertam
violentiam facit literæ, & ideò non re-
cedendo ab ea, dicendum est, d.l.qui bo
nis.velle, quòd licet attenta quantitate
rei, ea videatur pretiosa, & plurimi ha-
benda, vt ibi per gloss. 2. tamen non ob
id magna acquisitio debet iudicari, si
quantitas, quæ pro ea vendita inueni-
retur, esset modica: nam tunc non mag
na, sed modica acquisitio censenda est:
huiusque rei tria possunt effingi exem-
pla. Primum est, quando qui cessit bo-
nis, posteà acquisiuit turrim magnificã,
& speciosam, & plurimi habendam: ta-
men quia ex se nullos redditus affere-
bat, neque ratione loci inueniretur em-
ptor, qui magnam quantitatem pro ea
vellet dare, quanuis habito respectu ad
qualitatem, res magna censeretur: tamẽ
habito respectu ad quantitatem, quæ
pro ea inuenitur, modica censeri de-
bet: & ita Faber §.final.num.8. Institu.
de actio. Cephalus consil.498.num.25.
lib.4. Faciunt quæ Paul.l.fin.§.sin autem
æs.num.3.C.de bonis quæ liberis. Secũ-
dum exẽplum erit, si cedẽs bonis posteà
acquisiuit ædes, quæ fuerunt suorũ ma-
iorum, ac ob id plurimi ab eo habeban-
tur.l.si in emptione.s.de minorib. tamẽ
si pro ea re, modica inueniretur quanti-
tas, pro modica debet reputari: argum.l.
pretia rerum.ʃ.ad leg.Falcid. & ita Bald.
l.2.nu.2.C.quod cum eo.&.l. quod no-
mine.in fin.s.de cond.indebit. Cuman.
d.l.qui bonis.nu.3. Itẽ erit tertium exẽ-
plum, quãdo res ratione honoris, & dig-
nitatis, magna est, & tamẽ pro ea modi-
ca inueniretur quãtitas: nã etiã res mo-
dica reputari debet. Bald.l fin. nu. 9. C.
qui bonis cedere possunt. Secũdũ quam
interpretationẽ d.l.qui bonis: tãtũ abest
vt probet Bart. opinionẽ, vt imò aduer-
sus eũ manifestè retorqueatur, dũ vulr,

ad constituēdũ, vtrũ res sit modica, vel magna, esse habendũ respectũ ad eam quantitatẽ, quæ pro ea re inueniretur,
16 si venderetur, †quod & generale est, vt res tantũ dicatur valere, quantũ pro ea inueniretur, si vendatur. l. mortis causa. 14. §. fi. ff. de donatio. causa mortis. l. si seruus. 14. in fin. princip. ff. de cond furtiua. Vnde infertur, quòd si ille, qui cessit bonis, acquisiuit ædes magnificas, ex quorum pretio ipse posset se alere, & præterea aliquid superesse non modicũ, quo posset satisfacere creditoribus, cogẽdus est illas vẽdere, & in alijs mediocribus habitare. Bald. l. 2. num. 2. C. quod cum eo. Zasi. l. si is qui bonis. in fin. ff. de cessio. bonor. & alij adducti per Brunũ tractat. de cessio. bonor. q. 26. principali. Baeça de debitore inope. c. 17. nu. 75. Quinimò si propter stultitiam emptoris, vel particularẽ eius affectionẽ, magna quantitas inueniretur pro ea re magnifica, attẽta sola qualitate, cogẽdus esset qui cessit bonis, illam vẽdere, & reseruato sibi necessario ad viuẽdum, & plus aliquo modo, reliquum esset soluẽdũ creditoribus: nã huiusmodi stultos emptores aliquando reperiri probat. l. 3. ff. ad leg. Falcid. notauit glo. l. si fundus. verb. inuẽturus. ff. de reb. eorum. & explicat notabili. Corne. cons. 198. nu. 12. lib. 1. Et facit, quia semper fieri debet id, per quod vtriq; parti consulitur. l. 1. §. si quis cautio. Vnde licet fundus sterilis minoris, etiam cũ decreto alienari non possit. l. si fundus. in princ. ff. de reb. eor. ob rationẽ ibi expressam: tamẽ si inueniretur stultus emptor, qui pro ea re magnam quantitatẽ offerret, permittenda est alienatio, vt est de mẽte glo. ibi. verb. inuenturus. & Paul. l. fin. §. sin autem æs. nu. 3. C. de bon. quæ liberis. Et in his terminis saluari potest glo. cõmuniter reprobata. l. 2. §. de offic. eius. & à cessante ratione, si ex pretio rei venditæ, vltra alimenta, nihil possit superesse, quod prosit creditoribus, non erit cogendus, qui cessit bonis, prædictã rem vendere, declarando, vt infrà dicemus. Secũdũ prædicta igitur ex. d. l. qui bonis. illud propriè colligẽdũ est, quòd licèt res attẽta qualitate pretiosa videatur: si tamen pro ea vendita, parua quantitas reperiretur, non magna, sed modica censeri debet: & ita expressè Roman. cons. 910. in fine. non autem ex ea rectè colligitur, quod tradit Tiraq. lib. 2. retractu §. 7. glo. 1. nu. 9 & Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. pag. 154. nu. 28. quòd ad cognoscendũ verũ valorẽ rei, debet considerari quantitas reddituũ, non autẽ quã
17 tum ex ea vẽdita posset percipi: † neq; enim id probat d. l. qui bonis. secũdũ verã interpretationẽ: & in re æstimãda ad qualitatẽ rei, & quantitatẽ fructuũ, habẽdum esse respectũ resoluit Cagnol. l. 2. n. 233. C. de rescin. vẽd. per tex. clarũ. l. si quos. C. eo. tit. Quãuis enim qualitas rei recipiat separationẽ à quãtitate, quę pro ea inueniretur, si vẽdatur. d. l. qui bonis. secũdũ intellectũ de quo suprà: tamen qualitas à quãtitate fructuũ minimè separatur. d. l. si quos. C. de rescind. vendit. & ita debet explicari d. l. si fundus. ff. de reb. eorũ. iuncta glo. verb. pro fructuum. & l. si fundũ. 94. ff. de legat. 1. Deniq; d. l. qui bonis. minimè probat id quod ex ea collegit Bald. cons. 30. sicut. post princ. lib. 2. quòd mulier dicetur non habere vnde se alat, quando nullos percipit fructus ex bonis, quantumcũq; habeat mobilia pretiosa, ex quorũ pretio sufficiẽter posset se alere: & subscribit Socin. l. diuortio. in princ. nu. fin. ff. eo. Ioan. de Garronib. in rub. nu. 40. C. de secund. nupt. nã d. l. qui bonis. id nõ probat, sed magis innuit contrariũ, secundũ intellectũ suprà asignatũ: neq; prædictũ dictũ est in severũ, vt cõstat ex infra dicẽdis. Vlterius neq; pro opinione, quã impugnamus, facit. l. fin. §. ipsum autẽ. C. de bon. quæ liber. nã tẽ loquitur, quãdo pater habet vsum fructũ rei, in qua filius habet nudã proprietatẽ: neq; enim tũc audietur pater, si velit filio hãc proprietatẽ alienare,





vt inde se alat: cũ enim illius rei vsumfructũ habeat, iniustè hoc videtur prætẽdere, sed magis secundũ obligationẽ naturalẽ tenebitur filium alere, vt aduertit Tellius. l. Tauri. 10 n. 14. ad med. Et ad hunc modum est interpretandus Bald. d. §. ipsum autẽ. post prin. dũ ex eo text. colligit, quòd filius alẽdus est, quanuis habeat nudam proprietatẽ, neq; cogẽdus est eã vẽdere: subscribit Bolognin. cons. 10. nu. 3. & Lara. l. si quis à liberis. in princ. nu. 42. ff. de liber. agnoscẽd. Sed extra prædictũ casum, filius debet vẽdere nudã proprietatem, si ex illius pretio possit se alere. Pone enim, ex dispositione testatoris, vel alio modo proprietatẽ nudã pertinere ad filium, vsumfructum autẽ ad aliquẽ extraneum; vtiq; eo casu poterit pater allegare, quòd filius vẽdat proprietatẽ, vt ex ea se alat: quia cessat ratio de qua suprà. Cùm enim pater non teneatur alere filium, qui habet vnde se alat. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnosc. & is habet proprietatẽ, ex cuius pretio potest se alere, nulla est ratio, cur pater eo casu teneatur eũ alere: & ita expressè Tellius. l. Tauri. 10. nu. 14. & Lara. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnoscẽ. n. 34. †Ex quo conse-
18 quitur, verum esse, quod concludit Tellius vbi suprà, quòd si filius spurius habeat proprietatẽ, ex cuius pretio potest se alere, nihil ei poterit pater relinquere nomine alimẽtorum, cùm iam videatur habere, vnde possit accipere alimẽta: ac ita locũ habet prohibitio auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Consequitur etiam, quòd licèt suprà diximus, eũ qui cessit bonis, non esse compellẽdum rẽ pretiosam vẽdere, quando ex eius pretio nihil superesset, ex quo possit satisfieri creditoribus, diuersum erit in hoc casu, in quo pater filium egentẽ ex suo teneretur alere: nã tunc indistinctè filius cogetur rẽ vẽdere, & id quod deest ad integra alimẽta, quasi supplementum petere, vel huius rei æstimatio computabitur ei in quantitate alimentorum, iuxta suprà tradita, & expressè tradit Lara. §. sed si filius. n. 35. ad fin. Deniq; consequitur, non esse verum dictum Bald. consil. 30. libro. 2. quod suprà retulimus. Non obstat tertiũ de. l. Imperator. 50 in fin. ff. ad Trebellian. quia respondet Alexan. hic in fin. & l. si maritus in id. nu. 4. ff. eod quòd tex. ille loquitur in alimentis debitis ex titulo lucratiuo: & nos agimus quando prætextu alimẽtorũ, prætẽditur deductio ex dote, quæ est propriũ patrimonium mulieris, & sic agitur de damno vitando, & nõ est eadẽ ratio lucri, & damni. l. fin. C. de codicillis. subscribit Claud. d. l. Imperator. n. 3. Deci. l. diuus. in fin. & ibi Loriot. ad fin. ff. de regul. iuris. Natta consil. 48. num. 6. lib. 1. & Brunus tract. de cessio. bonor. q. 28. principali, in fin. Quæ tamẽ responsio non bene adaptatur terminis d. l. Imperator. in fin. quę loquitur in alimẽtis debitis patri ex necessitate legis, quia egebat: & sic magis videtur agi de debito exigẽdo, quàm de lucro: & ideò melius respẽdetur, quòd dum text d. l. Imperator. in fine. dicit, alimẽta esse præstanda patri ex redditibus hæreditarijs, debet intelligi, dummodo illi sint sufficiẽtes ad præstationẽ alimẽtorum: aliàs vẽdi debent bona, vt ex eorum pretio alimẽta præstẽtur, vt in specie tenet Paul. de Montepico. l. Titia cum testamẽto. §. fin. n. 157. ad fin. ff. de lega. 2. Quod in specie d. l. Imperator. duplici ratione verum esse ostẽditur: nam agitur de alimẽtis debitis per filium patri egeno: & planè certũ est, q; si fructus tunc non sufficiunt ad alimẽta, debẽt vẽdi bona filij, vt illa præstari possint. Si enim pater causa famis ipsum filium vẽdere potest. l. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt. à fortiori poterit vendere eius bona. l. in suis. in fin. ff. de liberis & posthum. Et ita in terminis aduertit Claud. d. l. Imperator. num. 3. †&
19 eo non relato Gregor. l. 2. tit. 19. partit. 4. in gloss. vltim. ad finẽ. notabiliter Lara

l.si quis à liberis.in princ.nu.40.&.n.42. ff.de liber.agnoscē.Facit.c. præcipimus. 12.q.1.Itē text d. l.Imperator. dicit,ex redditibus hæreditarijs præstanda esse alimēta patri:quod necessariò intelligēdū est,quādo illi redditus sufficerent ad alimenta:aliàs certum est,filium ex alijs bonis suis teneri supplere prædicta alimēta,etiam captis pignoribus. l.si quis à liberis.§.1.vers.si quis ex his.ff. de liberis agnosc.Ex quibus generalis videtur cōstituenda conclusio, quòd quando alicui debētur alimēta ex dispositione hominis,vel legis, si redditus non sufficiūt ad illa præstanda, tunc bona vendenda sunt,vt ex illorum pretio alimēta soluātur:quod ita tenet Paul.de Montepico d.l.Titia cū testamēto.§.fin. num. 157. & Natta consil.48.à nu.6.lib.1. Lara.l. si quis à liberis.in princ.nu.42.ad finē.ff.de liber.agnoscend.Baeça de inope debito re.c.17.nu. 76.Et confirmatur ex dicto Angel.l.diuus.nu.4.ff.de petitio. hæred. quòd hæreditariæ res vēdi debent ad alēdam familiam,quæ aliàs fame periret, quia redditus hæreditarij ad id non sufficiunt:subscribit Alex.d.Imperator. n. 5.Paul.de Mōtepico d.l.Titia cū testamēto.§.fin.num.156.Gregor.l.24.tit.9.par. 6.glo.fin.ad finem.Baeça de decima tutor.cap.10.nu.3. ergo à fortiori debent vēdi pro alēdis filijs: & ita arguit Natta cons.48.num.7.lib.1.Vnde infertur,nō esse veram opinionē Laræ d. l.si quis à liberis.§.sed si filius.n. 34.vbi resoluit,q; licet ille,cui debentur alimenta, si habeat bona,debeat illa vēdere,vt ex prētio se alat,vt dictum est in numero præcedēti:tamen ille,qui debet præstare alimenta,non tenetur bona propria vendere,vt alimenta præstet: quia vendendo bona propria,incurreret dānum: & alia est ratio lucri,& damni:quod etiam tenet Ioan.de Amicis.consil.56.à num. 2.& Bolognin.consil.10.num.3.Anton. Gom.l.Tauri.9.num.40.Phanuntius de inuentario.7.par.nu.56.Frāciscus Marc. decis.323.n.2.in.1.par.Areti.l. alimēta. nu.3.C.de negoc.gest.& plures,quos refert Lara.d.§.sed si filius.nu. 21. nam id ex suprà traditis apertè confunditur:nā cùm pater ex necessitate legis teneatur filios alere,si bona habeat,vtiq; bona vē dere debet,vt debito satisfaciat.† Et tantùm contraria opinio admitti poterit, quando ex vēditione bonorum nō posset,qui debet alimēta, obtinere nisi propria alimēta:nam tunc non cogetur vēdere, cū in primis sibi debeat assumere alimēta necessaria.l.præses.C. deseruit. & ita sentit Bologni.consil.10.num.3.& Natta consil.387.nu.8.lib. 2. Itē ex prædictis infertur annotatio ad tradita per Aymon.consil.219.nu.fin.Anton. Gomez.l.Tauri.9.num.40.dum tenent, q; pater non tenetur vēdere propria bona pro alendis spurijs, si redditus non sufficiant : contrariū enim colligitur ex supra traditis.Vnde etiam pariter corruit, quod tradit Bald.cap.quemadmodū. n. 8.de iur.iur.quē suprà retulimus. Infertur etiā annotatio ad tradita per Tellius l.Tauri.10.nu.14.vers.itē non obstat.dū dicit,q; d.l.Imperator. in fine.procedit ex præsumpta mente testatoris, qui præsumitur voluisse, vt ex redditibus præstarētur alimenta: nam ex prædictis cōstat,imò voluisse, q; si redditus non sufficiant ad alimenta,tunc res hæreditariæ vendantur. Potest sanè eius dictum saluari in eo sensu,quòd testator præsumitur velle,,vt alimenta magna,vel modica constituantur, secū dùm quantitatē redditiuum.Bart.l.pen.ff.de alimētis & cibar.legat.&.l.Imperator.in fin.ff.ad Trebellian.Gregor.l.2.tit.19. part. 4.verbo, La riqueza.Natta cons.387.nu.7. lib.2. notab.Salic.videndus.l.1.num.4.in fin. C.de fideicom.Gozad.cons.95.num.4. A Emilianus consil.146.num.14.Sed si redditus ad ita constituta alimenta non sufficiant,tunc res alienandæ sunt: & ita in specie Paulus de Montepico.d. l.Titia cum testamento.§.final.nu.157.

20

ad



ad fin.Deniq; infertur annotatio ad tradita per Angel.l. qui bonis. ff. de cessio. bon.&.l.1.in fin.C.de legatis.quòd si testator legauit alimēta alicui, præstanda sunt ex redditibus hæreditarijs, & si illi non sufficiant, non est cogendus hæres res hæreditarias vēdere.subscribit Boer. decisio.19.nu.8.Gregor.l.24.tit. 9. part. 6.in glo.fin. & est consiliū Bald. & Angel.inter consilia Alex.consil.70.libr.4. & apertè sensit Bar.l.pen.ff.de alimēt. & cibar.legat tamē id etiam videtur confundi ex suprà traditis, & in specie per tex.l.fin.§.sin autem æs. vers.sin autem legata.C.de bonis quæ liberis. vbi si legata annua sint relicta, pater habens vsumfructū,ex redditibus debet illa exoluere,& si redditus nō sufficiant,res alienari debent,vt legata annua exolui possint.Ergo à fortiori idē recipiendum est in alimētis relictis,quæ fauorabiliora cēsētur,quàm annua legata.l.cùm hi.ff. de transactio.& ita ad hoc in specie expendit illum tex.Paul.de Montepico d.l.Titia cū testamēto.§.fin.nu.157.ff.de legat. 2.cui subscribūt Natta cons.48. num.7. lib.1.Tellius.l.Tauri.10.nu.14.ad finē.† Neq; dicas tex.illum loqui in patre, qui habet vsumfructum ex dispositione legis,neq; ex eo esse inferēdū ad fructuarium ex dispositione hominis: quia replicabitur,eam tantùm in proposito nostro esse differētiam inter prædictos, q; fructuarius legis, potest directò conueniri pro ære alieno, quod debet proprietarius,vel etiam pro legatis per eum debitis,vt probat d.§ sin autē æs. Ratio ponitur.l.1.C.de bon. mater. Fructuarius autē hominis non potest conueniri directò pro ære alieno, quod debet proprietarius: similiter neq; pro legatis per eum debitis,sed ipse proprietarius conueniēdus est.l.fin.C.de hæred.actio.tradit Bart.l fin.in fin.ff.de vsufruct.legato. Marthesil.notab.sing. 4. & asserit hanc differētiam communiter recipi. Couar. resol.lib.2.c.2.nu.7.in princ. Sed extra prædictum casum,omnia disposita in d. § sin autē æs.circa vsufructuarium legis, etiam recipiēda sunt in fructuario hominis,cuiuniuersorum bonorū vsusfructus debetur:ac proinde prout tex. ille probat,æs alienum proprietarij esse exoluēdum per alienationē rerū,in quibus pater habet vsumfructum, per quam alienationē pariter diminuetur proprietas, & vsusfructus: pariter procedet in vsufructuario vniuersali per hominē constituto,vt ibi tenet Paul.nu.5.inquiēs,esse tex.expressum contra Bart.l.fin.nu.5. ff.de vsufr. legato. qui voluit,ad fructuarium omnium bonorū pertinere onus soluendi æs alienū,quasi ex vsufructu illud soluere debeat: nam imò debet solui per alienationem rerum hæreditariū, per quam pariter minuetur proprietas, & vsusfructus: subscribit Andre. Sicul. consil 63.num.9.lib.2. qui etiā pro hac parte dicunt esse tex.expressum.l. vsufructu bonorum.69.ff.ad leg. Falcid. Et hanc esse communem opinionem aduersus Bart.asserit Iacob.Niger.l. 1. nu. 94.ff.de legat.1.Bellon consil.7.num.1. Aymon consil.87.col.1.ad fin.Couar.resolu.lib.2.cap.2. num. 4. Similiter dum d.§.sin autē æs.sentit,quòd legata, quæ non sint annua,sint soluēda ex rebus hæreditarijs eo modo,quo suprà declaratū fuit in exoluēdo ære alieno, vt ibi expēdit Corne.num.5.& Iason.l. 1. in princ. 2.lect. num.16.ff.ad Trebellian.Couarr. resolu.lib.2.cap.2.num.7. versi. cæterū. pariter etiam secundū ipsos obseruabitur in vsufructuario omnium bonorum constituto per testatorē. Quibus tamē addēdum est, quòd cū in hoc casu præsupponatur, legatam fuisse proprietatē aliquibus particularibus,& deinde vsumfructum omniū bonorum relictum fuisse alteri, vsusfructuarius non habebit in prædictis fundis legatis vsumfructū in solidū,sed tantū pro dimidia,iuxta decisionē.l.si alij.ff.de vsufr. legato. quæ etiā locum obtinet in fructuario omniū bonorum

21

norũ concurrẽte cũ legatarijs particula
ribus.Bart.l.Sẽpronio.in fine princ.ʒ.de
vsufr.legato.Paul.de Mõtepico.l. Titia
cũ testamento.§.fin.nu.88.ʒ.de legat.2.
2 notab.Deci.cons.590.nu.7. Idq;apertè
colligitur ex mẽte Bart.l.fin.in fin. ʒ. de
vsufr.legato.dum dicit,quòd vsufructua
rius omniũ bonorũ non tenetur ad solu
tionẽ legatorũ.Quod ex eo ostẽditur,q;
cõcurrit quoad vsumfructũ cum ipsis le
gatarijs.d.l si alij.ʒ.de vsuf.legato.subscri
bit Andre.Sicul.cons.63.col.4.in princ.
lib.3.Et ex his colligit Corne.cons.195.
nu.2.&.4.lib.3. quòd legata sunt in soli
dum soluẽda per hæredẽ, & quòd prop
ter illa nõ debet diminui legatũ vsusfru
ctus vniuersalis.Sed cauendum est,quia
imò legata ita esse soluenda, vt alienatis
bonis pariter diminuatur proprietas, &
vsusfructus,vt suprà dictũ est in solutio
ne æris alieni,efficaciter probat d.§. fin
autẽ æs.vt suprà ponderauimus. Neque
obstat d.l.si alij.ʒ.de vsufr.legat.quia pro
cedit,quando legatario relinquitur ali
qua species hæreditaria: nam nõ deroga
tur generali legato vsusfructus: imò fru
ctuarius cũ eo cõcurrit in vsufructu præ
dictæ rei legatæ.Et in his terminis loqui
tur Bart.d.l.fin.in fin.ʒ.de vsufruct.lega.
In quibus terminis cessat dubitatio : nã
cùm res legata præcisè sit tradẽda lega
tario,per eã pariter diminuitur proprie
tas & vsusfructus,quãuis rationevsusfru
ctus tanta tunc non fiat diminutio, cũ
fructuarius non concurrat cũ legatario,
vt suprà dictũ est. Quęstio igiturpropriè
locum habet, quãdo testator relinquit
legata in quantitate,neq; reperitur quã
titas in hæreditate: nam tunc bona hæ
reditaria vendi debent : per quam alie
nationẽ pariter diminuetur proprietas,
& vsusfructus:neq; enim fructuarius cõ
currere potest in quãtitate, quæ nõ erat
in bonis:& ita eleganter Aymon consil.
187.col.2.ad med.& seq. Deniq; dũ tex.
in d.§.sin autem æs.probat, quòd si lega
ta sint annua, tunc pro illorum solutio-
ne non debent alienari res hæreditariæ,
sed ex ipsis redditibus & fructibus soluẽ
da sunt, ita vt eo casu solus diminuatur
vsusfructus, pariter etiam locum habe
bit in fructuario omnium bonorum cõ
stituto per testatorem,vt ibi expressè no
23 tat Salice.ad med.Corne.nu.5.† Iasl.1.
in.2.lect.nu.16.ʒ.ad Trebellian. Andre.
Sicul.cons.63.num.9.lib.2.quẽ sequitur
Paul.de Montepico.l. Titia cum testa
mento.§.fin.nu.158.ʒ.de lega.2.Lara. l.
si quis à liberis.§.sed si filius.à n.38.ʒ. de
liber.agnoscend. & tenet etiam Couar.
resolu.lib.2.cap.2.nu.7.vers.tertio. quid
quid contrarium teneat Andre.Sicul.si
bi contrarius cons.63.colũ.4. ad mediũ.
lib.3.& consequẽter,quod disponitur in
d.§.sin autem.vers.si autem nõ habeat.
quòd si redditus non sufficiant ad solu
tionem legatorum, tũc debeant vendi
res hæreditariæ, generaliter in quocun
que fructuario procedet, vt tenẽt suprà
allegati:ac ita constat, q; vbi ex reddi
tibus non possunt solui legata annua,siue
alimentorum,tunc ex pretio rerum vẽ
ditarum illis satisfaciendũ est:quidquid
magis communis contradicat.Quæ sal
uari potest in eo sensu, quòd si redditus
sufficiunt ad præstationem legatorum,
& quia vno anno superuenit sterilitas,
ex redditibus solui non possunt,non ob
id recurrendum est ad alienationem re
rum hæreditariarum, sed potiùs ex fru
ctibus sequentium annorum ille defe
ctus supplendus est, iuxta. l. legatum. §.
vini.ʒ. de annuis legatis. l. ex eo.ʒ.de vi
no,tritico. & doctrinam Bart.l.inter sti
pulantem.§.sacram.nu.6. ʒ. de de verb.
obligatio.& in specie colligitur ex Paul.
cons.405.nu.2.libr.1.Vlteriùs ad perfec
tionẽ huius articuli videndum est, cui
incũbat onus probãdi, maritũ nõ habe
re bona sufficientia ad solutionẽ dotis.
Et Paul.hîc num.2.refert Dyn.cons.11.
tenentẽ, hoc onus incumbere marito,
cùm sit fundamentum eius intẽtionis,
iuxta regulam.l.2.ʒ.de probation. Paul.

tamen



tamen contrarium putatverius:nam cũ
maritus in effectu alleget negatiuam,
quæ sua natura est improbabilis.l.actor.
C.de probatio.cap.bonæ.1.de election.
satis eam videtur probasse, si alleget se
tot habere bona: & dicenti plura habe
re,debet incumbere onus probandi:al
legat glo.l.cùm de lege.ʒ. de probation.
Sed circa hæc dicta Paul.ad plura est ad
uertẽdum.Primò, quòd ipse præsuppo
nit,marito non incumbere onus probã
di negatiuã, quia ex se improbabilis est.
Quod tamen falsum est, quia fundans
intentionem suam in paupertate, & sic
in carentia bonorum,debet eam pro
bare.glos.recepta.l.si verò.§.qui pro rei.
ʒ.qui satisdar.cogant.Bart.l.3.§.vbi duo.
num.14.ʒ.de duobus reis.Alciat.de præ
sumptio.reg.2.præsumptio.27. ad finẽ.
nam & fundanti intentionẽ suam in ne
gatiua,incumbit onus illam probandi.l.
hoc iure.10.ʒ.de verbor.obligatio.Bart.
receptus.l.in illa.num.5.eod.tit.& ita in
specie quoad hoc præsuppositum Paul.
improbat Aretin.hîc col.2.ad finẽ. & la
tè Brunus de cessio.bonor.q.25.principa
24 li.à nu.5.† Itẽ secundò, quòd Paul.sentit
probationẽ prædictæ negatiuæ fieri, si
maritus alleget, tot habere bona, ita vt
vxori dicẽti plura esse, incumbat onus
probandi,iuxta doctrinam gloss.d.l. cũ
de lege.Sed aduertẽdum est, quòd opi
nio glo.communiter recepta est, vt asse
rit Curt.Iunior cons.150.num.10.&alij,
quos refert Anto.Gabriel libr. 1.cõmu.
tit.de probat.cõclus.7.Menoc.cons.98.
n.49.lib.1.Sed nihilominus est aduertẽ
dum,q; prædicta glo.videtur exigere, q;
maritus enumeret bona propria, & alle
get se plura non habere: non ergo suffi
ciet,si generaliter alleget,se non habere
bona sufficiẽtia ad solutionẽ dotis, sed
adhuc erit locus receptæ doctrinæ glos.
d.§.qui pro rei.quod in specie admonet
Afflict.decisio.377. num.3.& Ruin.cõs.
49.num.3.lib.5.Socin. Iunior in rubric.
num.148.ʒ.de noui operis.quidquid cõ-
trarium præsupponat Xuarez tit.De las
arras.nu.17.Præterea è est considerandũ,
quòd aduersus doctrinam glo.d.l.cũ de
lege.vrget ipsa lex,dum constituit, q; si
hæres alleget,tot legata esse relicta, vt
locus sit Falcidiæ,debet hoc probare, a
liàs condẽnabitur ad solutionẽ integrã
legatorum: & sic sentit, prædictam pro
bationem esse difficilẽ,quæ tamẽ facilli
ma esset,admissa opinione glo.ibi.Vnde
prædicta glos. non est generaliter acci
pienda, sed potiùs venit restringẽda ad
terminos legis, quam allegat,scilicèt.l.fi
nal.§ licẽtia.C.de iure deliber. quando
scilicèt hæres solenniter fecit inuenta
rium rerum hæreditariarum : nam pro
faciente inuentarium ,citatis creditori
bus,& legatarijs, facit iuris præsumptio;
& ideò dicẽti contrarium incumbet o
nus probandi,iuxta regulam.l.siue possi
detis.C.de probatio.&ita prædictã glos.
interpretantur & saluant relati per Iaso.
l.si constante.num.30.ʒ.eod. post Alex.
ibi num.7.Idem Iason consil. 34.col. 3.
lib.1.& latè Phanuntius de inuentario.
3.part.num.59.Ripa cap. cùm ecclesia.
num.83.de causa possessio. idẽ. l. ex fa
cto.§ pen.num.7.ʒ.ad Trebellia.Bellon.
consil.34.num.2 Couar. asserẽs,hanc es
se receptam interpretationem illius glo.
lib.2.resolutio.cap.6.num.4. Baeça tra
ctat.de non meliorand. filiab. cap. 36.
num.26.notab.Natta cons.238.num.8.
lib.2.&Molina lib.4 de primoge.c.7.nu.
35.Sed hæc restrictio non conuenit ver
bis gloss.nam glos. non requirit inuen
tarium ,sed tantùm quòd quis alleget,
tot esse bona ,&non plura: ex hoc enim
concludit, dicenti contrarium incum
bere onus probandi : prout incumbit
illi, qui asserit plura esse bona, quàm
sint descripta in inuentario. dict.l.final.
§.licentia. C. de iure deliberand. Item
neque etiam conuenit menti gloss. †
25 quæ non fundat se in aliqua iuris præ
sumptione : nam tunc eius dictum ni
hil notabile contineret,cùm certum sit,

quālibet iuris præsumptionē, transferre onus probandi in aduersarium.l. fin. in prin.cū glo.s.qd metus causa.& in specie aduertit Socin.Iun in rub.nu. 139.j. de noui oper.Et ideò Alciat.de præsumptio.reg.3.præs.20.nu.3.cōcludit, q vt sit locus doctrinæ glo.d.l.cū de lege.nō requiritur,quòd pro allegāte adsit iuris præsumptio,sed satis sit pro eo adesse aliquā verisimilē coniecturā, siue suspicionē,quæ nō æquipolleat iuris præsumptioni:nam hoc significat verbum,Suspicio. Thom.2.2.q.60.artic.3. in corpore.Ego autē opiniones ita concordarē, q si dominus rerū enumerat bona propria,quę habet,& dicit plura nō esse,tunc dicenti contrariū incūbet onus probandi, & procedet doctrina glo.d.l.cū de lege.nā quanuis hoc casu nulla iuris præsūptio sit pro negante, adest tamē ea verisimilitudo,cuius fit mentio.l.quisquis.C.de rescind.vēd & auth.sed cū testator.adiūcta glo.1.C.ad leg.Falcid.Quæ verisimilitudo sufficit,vt sit locus doctrinæ glo. d.l.cū de lege. nā cū negatiua difficulter probetur, prædicto modo debet cēseri probata. Neq; enim facilè credēdū est,allegantē plura nō esse bona,mendaciū dicere:arg.l.meritò.s.pro socio.Et in his terminis admitti potest dictū Paul. hîc nu.2.& quod Angel.l.cū ex causa.n. 1.j.de re iudi Procedit etiā,quod tradit Bart.l.si cōstante.nu.7.j. eod. q vt mulier probet maritū vergere ad inopiā,satis est allegare, maritū tot habere bona, & tot debita,ex quo inferatur eū ad inopiam vergere:& cōmuniter recipitur,vt ibi asserit Ripa nu.18. nā pro vxore hoc allegante adest verisimilitudo, quia cū sit socia diuinæ & humanæ domus.l.ad uersus.C.de crimi.expilat.hæredit. verisimile est,q sciet quāta bona habeat maritus.Corne.cons.165.n.34.lib.2.Aymō cōs.151.n.24. ad fin.Et hac eādē ratione procedit,qd tradit Alcia.de præsūp.reg. 3.præs.20.n.3. q his casibus nō requiritur, quòd pro negante plura esse bona, adsit iuris præsūptio, sed sufficiat suspicio,siue verisimilitudo: quidquid cōtrariū teneat Couar.resol.lib.2. c.6.n.4.in fine.Si verò nulla sit verisimilitudo pro negāte plura esse bona, nō procedet doctrina gl.d.l.cū de lege.Pone igit,creditorē allegare,debitorē tot habere bona, & nō plura,& inde inferre nō esse sufficiētē ad soluēdū; vtiq; hæc allegatio nō habebitur ꝓ probatione,quia pro eo nulla adest verisimilitudo, q sciat quot bona debitor possideat:& ita colligitur ex
26 glo.1.l.2.C.quādo fiscus, vel priuatus.† Vnde cōcludit Nouell.l.si cōstāte.n.41. j.eod. q si creditor velit agere aduersus tertios possessores,eo prætextu q debitor nō sit soluēdo,iuxta auth. hoc si debitor.C.de pignor.nō cēsebitur probasse intētionē sua,vtēdo practica gl. d.l.cū de lege.sed oportet clarè alijs probationibus id ostēdere. Quod pariter procedet,quādo vult agere cōtra fideiussores, quia principalis nō sit soluēdo, iuxta authē.præsente.C.de fideiussorib.quod & tenet Xuarez tit. De las arras.n.20.per.l. decē.j.de verbor.obliga.quidquid contrariū sentiat Ias.§.itē si quis in fraudem. nu.86.Instit.de actio. Oportet igitur, q his casibus inopia debitoris probetur per modos,de quibus agūt Couar.resol. lib.2.c.6.nu.8.& Brun.tracta. de cessio. bonor.q.28.principali.à.n.9.Et hac etiā ratione procedit d.l.cū de lege.inducta vt suprà:quia pro hærede nouiter adeūte hæreditatē, nulla adest verisimilitudo, quòd sciat quot bona sint in hæreditate:nam in his, quæ de nouo alicui obuenerunt,nulla præsumitur notitia,siue sciētia.l.qui nondum.iūcta glos.1.C. de hæred.vel actio.vēdit.Bart. auth. sed cū testator.n.5.C.ad leg.Falcid. & ideò hoc casu exigitur,q probet,plura nō esse bona,ostēso inuētario:nā cū solenniter fiat,adest tunc pro faciēte iuris præsumptio,quæ iuxta regulā trās fundet onus probādi in aduersarios.l.fi.§.licētia.C.de iure deliber.Inuētariū enim fuit inuētū ad



ad probandas huiusmodi allegationes negatiuas,quæ aliàs cēsētur improbabiles,vt probat.l.fin.C. de reb. credit.tradit Iason.l. Titiæ textores. nu. 17.j.de lega.1.Ex quibus cauendū est à resolutione Ripæ in hac materia.l.ex facto.§.pen. nu.7.j.ad Trebellia.dū dicit,q vbi adest præsumptio pro negāte plura esse bona, procedet doctrina glo.d.l.cū de lege.sed si sit præsumptio contra eū, contrarium erit dicendū:qd & tradit Natta cōs.238. n.8.lib.2 Molina lib.4.de primog.c.7. n. 35.Nā potiùs docere debuissent, q vbi verisimilitudo adest pro negāte plura esse bona,procedet doctrina glos.d.l.cū de lege.si verò pro allegante nulla adest verisimilitudo,illi glo.locus non erit, vt cōstat ex supràtraditis.Itē&ex illis infert non esse admittēdā in hoc articulo resolutionē Paul.l.Mæuia §.fi.n.4.j eo.dum sētit,doctrinā gl.d.l.cū d lege.solū sibi vēdicare locū in reo,&nō ꝓcedere in actore ,qui debet probare intētionē suā per modū,qui necessariò cōcludat.c. in præsentia.de probat.subscribit Ruin.in rub. n.39.j.de noui per.& cōs.49 n.4. & cōs. 81.n.9.lib.5.& magis probat Alex.l.si cō
27 stāte.n.7 ad fi.j.eo.†&alij relati per Ant. Gabriel.lib.1.cōmu.tit.de proba.cōclus. 7.n.14. hæc enim traditio vera non est; quia prout actori fundāti intētionē suā in negatiua,incūbit onus probādi,ita & reo incūbit,si in negatiua fundet suā exceptionē.l.1.j.de excep.l. in exceptionibus.s. de probat. Si ergo in reo sufficit probatio modo declarato per glo.d.l.cū de lege.idē recipiēdū est in actore:&ita prædictā Paul.distinctionē improbat Alex.in rub.n.40.j.de noui oper. nuntiat. Et iuxta hęc sunt etiā intelligēda ea quę tradit in materia Marzarius in epitome de fideico.n.74.Molina lib. 4. de primo ge.c.7.n.35. His ita explicatis,cōclusionē principalē huius text.q maritus non posit cōueniri vltra id qd facere posit, sex modis ampliabis; & alijs sex limitabis: & sic optimè remanebit declarata. Prima igit ampliatio sit,vt maritus huic priuilegio renūtiare nō possit.l.alia. §.elegāter.j.eo.ea ratione,quia hoc priuilegiū cōcessum est propter reuerētiā,quā vxor debet marito, cui renūtiari nō potest,vt ibi notat Areti.3.notab.post Bar. ibi.n.5. Albe.n.2.Idē probat.l.vnic.§.cū autē.C.de reivxor.act.ibi:Et reuerētiædē bitū maritali. & ibi nota Cyn.tradit etiā Areti.hîc post prin. Corras.l.1.2.lect. n. 2.ad fi.s.eo.& plures quos refert Lara.l. si quis à liberis.§ sed si filius.n.94.j. de liber.agnos.quāuis Bar.l.1.n.19.s.eo. aliā rationē effingat:nā pro cōmuni ratione facit,q maritus cēsetur caput mulieris: & ideò mulier ei tāquā capiti debet reuērētiā.c.ordo.&. c.mulierē. 33.q.5.& ius reuerētiale pactoremitti nō potest. l.fi.C.de bon.liber.glo.fi.l. qui exceptionē.40.§.fi.s.de cōd.indeb.Roma. sing. 480.Facit.c.Pastoralis.de donat.Habet tñ hæc ampliatio duas difficultates.Prima est ex.l.nā etsi maritus.9.s.de cōd.indebit. vbi si maritus soluit integrā dotē, nō potest repetere,quātūcūq; revera sit inops: ex quo quidē tacita renūtiatio huius priuilegij videtur resultare. Secūda est de.l.si prior.cū glo.j. eo. q si maritus ꝓmittat restituere cētū,quæ dotis nomine ab vxore accepit, nō poterit maritus vti hoc priuilegio,vt etiā tenet gl.l. Nesēnius.in prin.verb.similis.j.de re iudic. vbi Ias.n.8.asserit receptū,&.l.2.in prin. n.26.s.eo.Ergo cōstat,maritolicere renūtiare huic priuilegio, promittēdo certā quātitatē nomine dotis restituere. Sed nō recedēdo à prædicta ampliatione,ad primā difficultatē respōdet, q licet maritus nō posit expressè renūtiare huic priuilegio:tamē tacitè potest,soluēdo integrā dotē. Prout & circa renūtiationē iuramēti calūniæ similē distinctionē facit.c.1.§.1.de iuram.calūn.in.6.&ita Fulgos l.qd nomine.in fi.s.de cond. indeb. quē ibi sequitur Ias.n.2.&.l.ad egregias. n.2.in fi.s. de iur.iur.Curt.Iun.l.2.n.35. C.de in ius vocā.Gom §.pœnales.n.30. in fin.

in fin.Instit.de actio.Auiles de prętorib.
28 cap.18.pag.199.col.2.† Sed non placet
hæc solutio,quia si non valet expressa re
nuntiatio:ergo neq; tacita debet valere.
l.qui ad certũ.§.locati.Qua ratione præ-
dictam solutionem improbat Alexand.
hîc col.2.post princ.&.l.alia.§. elegan-
ter.num.16.ĵ.eo.Campes.de dote.3.p.q.
253.&.q.255.Brun.tract.de cessio bon.
4.par.princip.q.20. num.22. & in specie
videtur tex.l.ex diuerso.18.§.fin.ĵ. eod.
vbi maritus fuit condẽnatus insolidum,
quia nihil opposuit de suo priuilegio: &
tamẽ in exequutione sententiæ de illo
opponere potuit:quia neq, expressè, ne
que tacitè potuit illi renuntiare , vt ibi
tradunt Imol.& Alex.nu.3.Quare secũ-
do loco respondet Alex.d.§. eleganter.
quòd hoc priuilegiũ intelligitur, ne ma
ritus inuitus cogatur soluere dotẽ,vltra
quàm facere possit.Si igitur volẽs soluit
integram dotem, non repetet: quia in
hoc casu cessant verba priuilegij conces
si,vt in simili probatur.l.quanuis.11.§.de
inius vocand. Quã rationẽ sentit etiam
Imol.l.non tantùm.col.1.ad finẽ. & ibi
Alex.nu.10.ĵ.de re iudic.Sed etiã nõ pla
cet, quia imò hoc priuilegiũ ita videtur
concessum,vt neq; volẽs possit integrã
dotem soluere,renuntiando priuilegio,
vt probatur in d.§.eleganter. Neq; ob-
stat d.l. quanuis.quia illud priuilegium,
ne patronus vocetur in ius sine venia,re
spicit iudicium , quod redditur in inui-
tum.l.inter stipulantem.§.1.ĵ.de verbo.
obligationib.& ad quod vocatus etiam
inuitus venire tenetur.l.1.§.inius voca-
ti vt eant.explicant Duaren.lib.1.dispu.
cap.1.& Cuiac.lib.7. obseruatio.cap.16.
Vnde meritò priuilegiũ,ne quis vocare-
tur in iudicium,intellectum est,ne inui-
tus vocetur:& ideò illud priuilegiũ non
pertinet ad casum,quo patronus non in
uitus,sed volẽs venit ad iudicium.l.inui
ti.cum gloss.fin.in fin.§.de testib.cap.2.
iuncta gloss.verb.inuitas.de iudic.in.6.
Sed extra hunc casum, priuilegium sim
plicitèr concessum, fundatum in reue-
rentia,intelligitur vt neq; inuitus, neq;
volens cõtra illud venire possit.d.§.ele-
gãter.Tertio loco Felin.c.si diligẽti.nu.
24.de for.compet.respondet,quòd ma-
ritus non potest generaliter renuntiare
prædicto priuilegio, sed in casu particu
lari poterit illi renuntiare,nihil opponẽ-
do de priuilegio:allegat.l.quanuis.11.§.
de inius vocand.& subscribit Curt.Iun.
l.2.nu.pen.C.de in ius vocand. Gomez.
29 §.pœnales.nu.30.in fin.Instit.de actio.†
Facit,quia patronus generaliter non po
test renuntiare priuilegio,vt possit in ius
vocari sine venia.d.§. eleganter. iuncta
l.2.C.de in ius vocand.& ibi resoluit De
cius nu.10.& tamen in casu particulari
potest.Sed neq; hæc responsio tollit dif
ficultatẽ, cùm ei obstet generalis ratio
d.§ eleganter.& obstet etiam l.ex diuer
so.18.§.fin. iunctis ibi notatis per Alex.
num.3.ĵ.eod. Pro vera igitur responsio-
ne considerandũ est, quòd priuilegium
competens marito,continet,quòd non
condẽnetur,nisi quatenus facere possit.
text.hîc:& consequẽter concedit mari-
to ius retẽtionis,aduersus petitionẽ vxo
ris: vnde istud priuilegium non præsta-
bit actionem marito ad repetẽdam do-
tẽ solutã vxori:nã facilius alicui cõcedi-
tur retẽtio, quã actio ad petẽdũ.l.si in a-
rea.§.de cond.indeb.§.ex diuerso.Insti.
de rerũ diuisio.& latè probat Aymõ cõ-
sil.327.à nu.406.& ideò fauorabilior cẽ-
setur retẽtio,quã petitio.l.per retẽtionẽ.
C.de vsuris.Bald.l.2.notab.3.C.de fidei
commis.Vnde licet valeat consequẽtia,
quòd cui conceditur actio,à fortiori cõ-
cedatur retẽtio.l.rẽ quæ nobis ĵ.de acq.
poss.l.1.§.qđ autẽ.ĵ.de superficieb.nõ ta
mẽ valebit cõsequẽtia per contrariũ:Ali
cui cõceditur retẽtio:ergo & actio,vt cõ
stat ex d.l.si in area.§.de cond.indeb. Et
in terminis Bald.c.1.in prin.n.3. ad finẽ.
de notis feudor. quẽ sequitur Dec. l.diu-
us.nu.5.ĵ.de regul.iuris.Iuxta hæc igit
dicẽdũ est, q̃ pactũ q̃ marit9 nõ possit
vti



vti iure retẽtionis non valebit,quia dire
ctò contrariatur priuilegio. Pactum au-
tem tacitũ,vel expressum, quòd dotem
integrã solutã nõ repetat, vtiq; valebit,
quia nõ cõtrariatur priuilegio: sed poti9
refertur ad casum, ad quẽ priuilegiũ nõ
extẽditur.Et in hoc sensu recipi poterit
resolutio Menchacæ de successio.crea-
tio.§ 22.nu. 83. quòd quãdiu res est in-
tegra, maritus potest vti suo priuilegio:
si verò non sit integra, quia soluit, tunc
priuilegio vti non poterit. Et ex his col-
ligitur vera explicatio ad d.l. nã etsi ma-
ritus.§.de cond.indeb.dũ probat, quòd
si maritus integrã dotẽ soluerit, repete-
re non potest:extollit Alexã. hîc col. 2.
versic.16.& Deci.l.diuus.nu.5.ĵ.de regu.
iuris.Ratio enim est,quòd cùm hoc pri-
uilegiũ tantùm concedat ius retẽtionis,
non autẽ actionẽ , cùm facta solutione
necessaria sit actio ad repetẽdũ, ad hũc
casum minimè pertinet priuilegiũ. Ad
quod expẽdo.l.rei iudicatæ. 16. in prin.
ĵ.eod.dum probat,tẽpus rei iudicatæ es-
se spectandum ad sciẽdum,vtrũ maritus
facere possit,necne?sẽtiẽs,quòd si eo tẽ-
pore facere possit, etsi post sententiam
etiam casu fortuito facere non possit:ta
men condẽnationi integraliter tenetur
30 satisfacere,†vt hîc notant Alex. colũ.2.
vers.18.n.2.Zasi.n.2.Brun.tract de cess.
bonor.4.part.principali.q.20.n.28.quia
scilicèt priuilegium respicit tempus cõ-
dẽnationis,vt constat ex isto text.& ver
bis priuilegij inseruiẽdum est.cap.in his
de priuil. Pariter igitur cùm priuilegiũ
tantùm tribuat ius retẽtionis, minimè
marito ius repetitionis concedet: cùm
de hoc non loquatur priuilegium. Item
ex prædictis colligitur noua conclusio
in hac materia, quòd hoc priuilegium
tantùm prodest marito,dum dotem re-
tinet: nam si eam restituat, vel soluat,
cessat priuilegium:quia cũ opus sit actio
ne ad repetẽdũ , ad hũc casum nõ extẽ-
ditur priuilegiũ.Ex quo venit intelligẽ-
dus tex.l.Nesennius.41.§.1.ĵ. de re iudi.
dũ probat.q̃ si donator tradidit rẽ dona
tario,& posteà hæc res redijt ad donato
rẽ aliquo casu,poterit donatarius eã rẽ à
donatore vẽdicare,neq; hoc casu dona-
tor cõuẽtus habebit priuilegiũ,q̃ nõ de-
bet condẽnari,nisi quatenus facere po-
test.Ex quo tex.Barto.hîc ante numerũ
primũ.&.l.si cõstãte.n.106.ĵ.eo.collegit,
q̃ marito cõpetit priuilegiũ huius text.
quãdo res ab eo repetitur per actionem
personalẽ dotis: secus si per reiuẽdicatio
nẽ petatur:tũc enim eo nõ vtetur priui-
legio,quia dos tunc nõ videtur repeti ab
eo tanquã à marito,sed tãquã à quolibet
possessore.l.de eo.§.fin. §. ad exhibẽdũ.
Et hãc esse cõmunẽ opinionẽ asserit Ale
xan.hîc col.2.ad fin.Adde Soci.l. edita.
nu.12.& ibi Deci.nu.77.Curt Iunior.n.
159.C.de edẽdo. Contrariũ tamẽ, imò
hoc priuilegiũ cõpetere marito, etiamsi
res dotales ab eo repetantur per reiuen-
dicationẽ,tenet Bart.l.si filiofa. 2. nu.4.
ĵ.eo.&.l.Nesennius.§.1.n.1.ĵ. de re iudi.
Alex.l.si cõstante.nu.6. post med.ĵ. eo.
& ibi Iason nu.118.asserit hanc esse cõ-
munẽ opinionẽ,& Brunus tracta.de ces
sio.bonor.4.q.principali.q.20.n.20.Sed
pro concordia aduertendum est, quòd
prima facie videbatur, imò priuilegium
debere competere indistinctè in casu
de quo suprà: quia cùm res peruenerit
ad maritum,vel donatorẽ, poterunt vti
iure retẽtionis, & sic eis debuit prodes-
se priuilegium: quod expressè tenet Fa-
ber.§.idẽ est,si quis.nu.2.Instit.de actio.
Sed respondetur,quòd per traditionem
vel solutionem, antiqua obligatio ad
quam referebatur priuilegium, fuit ex-
tincta.in princip.Insti. quib mod. tolli-
tur obligatio. vnde ratione casus posteà
contingentis, non potuit reuiuiscere .l.
qui res.§.aream.ĵ.de solutio.& sic ratio-
ne priuilegij iam extincti non potuit
prætendi aliqua retentio, † vt efficaci-
31 ter probat d.l.Nesennius.§.1.Iuxta quã
considerationem dicendum est, quòd
si mulier vendicet à marito res dotales
per

per reiuẽdicationẽ,iuxta.l. in rebus. C. de iure dotium. cùm adhuc nulla facta fuerit restitutio,vel solutio, per quã antiqua obligatio, quã respicit priuilegiũ, videatur extincta, locum debet habere priuilegium. Et confirmatur, quia licèt ex dispositione legis translatum sit dominium in vxorẽ,nõ sic transfertur possessio.l.dotis.C.solut.matrimo. Cùm igitur adhuc maritus retineat penes se res dotales,poterit vti iure retẽtionis: quod ius ei tribuit priuilegium: & ita se habet magis communis opinio, vt asserit Ias. d l.si constante.num.119. & latè probat Hippolyt.Riminald.in princ.à nu. 354. Insti.quib.alien.licet. Quòd si dominiũ sit translatum in vxorẽ, mediante restitutione facta per maritum,tunc si res aliqua dotalis ad eũ reuertatur,non habebit priuilegiũ: quia postquã facta est restitutio,cessat priuilegiũ.l. nã etsi maritus.§.de cond.indeb.& quòd res dotalis posteà ad eũ peruenerit, non potest suscitare priuilegiũ iam extinctum; & sic cũ non conueniatur tanquam priuilegiatus,sed tanquam quilibet tertius,meritò in solidũ restituet.d.l.Nesẽnius.§.1. & ibi Alex.nu.2.& Ias.nu.7. itaresoluũt, &Duaren.hîc ad finẽ.Zasi.nu.10. Deci. l.diuus.nu.7.ʒ.de regul. iur. Campes. de dote.3.part.quæst.238.Crot.l. si constãte.2 lect.nu.157.ʒ.eo.Riminal. d. princ. Insti.quib.alien.licet.à nu.370.Non admitto tamẽ prædictorũ rationẽ, dum cõsiderant,quòd in primo casu necessariò res vẽdicanda est per vxorẽ tanquam talẽ:quia aliàs absq; traditione non poterat ei competere vẽdicatio.l.si ager.§.de reiviẽd. sed postquam ei res dotalis fuit tradita,quia iam tunc iure communi,tãquam quilibet potest rẽsuam vẽdicare, non competet priuilegium marito: neque enim in hac materia videtur considerãdum,qualiter mulier dotẽ repetat, sed potiùs vtrùm obligatio antiqua dotis restituẽdæ adhuc duret, & res dotales sint penes maritũ, ita vt posit vti iure retẽtionis, vt cõstat ex suprà traditis: & est de mẽte Ias.l.si cõstante.n. 117.& ibi Crot.2.lect.n.157.ʒ eo.Vnde nõ placet traditio Bald. Angel.& Roman.l.si filiofam.2.ʒ.eo.q;si instrumẽto dotali promissa sit dotis restitutio,& maritus eo casu constituat se possidere nomine vxoris,quia tunc iure cõmuni mulier habet reiuẽdicationẽ propter constitutũ l. qd meo.in princ.ʒ.de acq.posses. & sic non tanquã vxor, sed tanquã quilibet posit rẽ vẽdicare,non cõpetet priuilegiũ marito:subscr.bunt Alex.d.l. Nesennius.§. 1.nu.3. & ibi Iason in fin. Maynerius.l. in omnibus causis.nu.19.ʒ. de regul.iur. Tiraq.de consti.1.par.n.29. Riminal. in princ Insti.quib.alien.licet.à n.363.Brunus tract.de cessio.bonor.4.par. principali.q.20.n.2.Nã hæc opinio † cõfundi-
32 tur ex suprà traditis:cũ enim antiqua obligatio dotis restituẽdæ, adhuc duret, & maritus posit vti iure retẽtionis, adhuc debet ei cõpetere priuilegiũ. Neq; obstat d.l.Nesennius. §. 1.quia eo casu p traditionẽ, siue solutionẽ, fuit extincta antiqua obligatio dotis restituẽdæ, cui cohærebat priuilegium:& ideò si ex noua causa res ad eum perueniat, priuilegio vti non poterit,quia iam cessasse videtur. Sed quando adhuc durat obligatio antiqua, quia dos adhuc non fuit soluta,neq; tradita,debet marito concedi priuilegium huius text.Et confirmatur, quia ficta traditio,quæ resultat ex constituto, continere videtur actualẽ renuntiationẽ huius prinilegij, vt scilicet maritus non posit vti iure retẽtionis:quæ renuntiatio valere non potest.l.alia.§.elegan ter.ʒ.eod.Sed quando vera,& actualis interuenit traditio,quia iam tunc sumus extra terminos priuilegij,cessat prędicta ratio.Itẽ & iuxta prædicta venit explicandus Bart.l. si constante.nu.106.ʒ. eo.quærit enim,sivxor repetat dotẽ cõstante matrimonio,iuxta.l.si constante.ʒ. eodem. posit maritus opponere de priuilegio huius textus?& duas refert opi-



opiniones. Prima est gloss. dict. l. si constante.verb.non sufficere.in fine.ʒ. eod. quæ sentit opponere posse. Secunda est glos.l.vbi adhuc. verbo, ad sustentationem.C.de iure dotium.quæ voluit, maritum opponere non posse de hoc priuilegio:cùm enim dos hoc casu debeat deseruire oneribus matrimonij.d.l.vbi adhuc.in fin.nihil opus est marito hãc opponere exceptionem,cùm non posit dici egere,siquidem ex fructibus dotis alẽdus est.Ipse verò Bart.concordat opiniones, quòd aut constante matrimonio dos repetitur per actionem personalem dotis, & tunc maritus posit opponere hoc priuilegium, quia aliàs non esset ei consultum soluto matrimonio. Cùm enim dominium dotis,& administratio hoc casu tranferatur à persona mariti in vxorem, sequeretur, quòd etsi posteà dos ad eum peruenirет, non posset vti hoc priuilegio,dict.l.Nesennius.§. 1.ʒ.de re iudicata. Ne igitur hoc incurrat præiudicium,poterit opponere de hoc priuilegio.Vbi autem mulier per hypothecariam auocat dotem, procedit gloss. d. l.vbi adhuc. verbo, ad sustentationem. cessat enim præiudicium de quo suprà, quia per hypothecariam sola auocatur possessio, vt scilicet mulier rei incumbat,donec restituatur dos. Si igitur posteà maritus offerat dotis restitutionem quatenus facere potest, res auocata per hypothecariam,ei restituenda est, & sic
33 cessat præiudicium. † Sed est aduertendum,quòd primam partem huius distinctionis impugnant Imol. Roman. Alexand.& Ias.à num.115.dict.l.si constante. & ibi etiam Crot. num.157. Angel. Aretin.§.item si de dote.num.3.versi. secundò fallit Instit. de action. Auendan. responso.8.num. 8. Auiles de prætorib. c.18.col.1.pag.198.Brunus tract. de cession.bonor.4.part.principali, quæst. 20. num.10.quia etsi per actionem personalem dotis dos repetatur, adhuc militat ratio glos.d.l.vbi adhuc.verb. ad sustentationem.Et ad rationem Bart. respondent,imò cessare hoc casu præiudicium à Bart.consideratum, quia facta restitutione,ex remedio dict.l.si constante.omnia salua sunt iura marito, ac si nulla facta esset restitutio.d.l. vbi adhuc. ad fin. vbi Salicet.num.17. hac ratione idẽ probat,& subscribit Hippolyt. Riminald.in prin.nu.361.Inst.quib.alien.licet.Præterea dum Bart.præsupponit, quòd si mulier repetat dotem per reiuendicationẽ, maritus non posit vti hoc priuilegio,debet intelligi in terminis,in quibus loquitur,quando scilicet dominium dotis, & possessio fuit translata in mulierem: in quibus terminis verum est Bart. præsuppositum,vt constat ex suprà dictis,& aduertit Iason d.l.si constante.numer.119. quidquid contradicat(Bart.mentem nõ percipiens) Riminal. d. princ.num.361. Instit.quibus alien.licet. Denique quòd Bartol. suprà relatus facit differentiam, vtrùm res auocetur per hypothecariam, vel trãsferatur quoad dominium, & possessionem in vxorem: primo enim casu cũ sola possessio auocetur.l.si cum vẽditor.66.§. de euiction. adhuc dominium dotis videtur maritus retinere,& sic cessat præiudiciũ;quia adhuc potest vti iure retẽtionis. Sed quando omnino transfertur dominiũ & possessio,tunc militat preiudiciũ per Bart.cõsideratũ:qd tamẽ videtur cessare ob rationẽ suprà assignatam. Vlteriùs tamen ad perfectam explicationẽ d.l.nam etsi maritus. §.de cond. indeb.aduertendũ est,illã adhuc vrgere difficultatẽ: quãuis enim priuilegiũ hoc directò non posit concedere actionem soluẽti,ob rationẽ suprà assignatã, tamẽ per indirectũ videbatur, quòd saltẽ debuit inducere cõdictionẽ indebiti: scitũ enim est,hoc priuilegiũ ex se producere ius retentionis, & exceptionis: succedit igitur regula, quòd tutus exceptione, si per errorẽ soluat, potest cõdicere, quasi indebitũ soluisset.l.si nõ sortẽ.26.§.indebitũ.&.§.adeò.§.de cõd.indeb. † & tamẽ
34 contra-

cõtrarium probat d. l. nam etsi maritus. Cui difficultati respondet glos. 1. ad fin. §. appellantur. Inst. de exception. quòd exceptio quam hoc priuilegium producit, censetur tẽporalis, quia cessat, si maritus perueniat ad pinguiorem fortunã. l. vnica. §. cum autẽ. C. de rei vxor. actio. & tutus exceptione temporali, si soluat, non repetit. l. in diem. 10. ℣. de cond. indeb. Et si objicias, dubiũ esse, vtrùm maritus perueniat ad pinguiorem fortunã, & quando exceptio est dubia, vtrùm sit temporalis, vel perpetua, soluẽs per errorem repetit. l. sufficit. ℣. de cõd. indeb. respondetur, iuris præsumptionẽ esse, q̃ maritus posteà efficietur diues, & consequẽter, quòd perueniet ad pinguiorem fortunam l. si defunctus. C. arbitr. tutel. l. cura. §. deficientium. ℣. de munerib. & honor. Propter quam iuris præsumptionem, prædicta exceptio merè temporalis debet censeri: & ita Bart. l. quod nomine. in fin. ℣. de condict. indeb. & ibi Iason num. 3. Alexan. hîc col. 2. post medium. & l. rei iudicatæ. §. fin. in fin. & ibi Duaren. in fin. ℣. eodem Iason. l. inter eos. in fin. ℣. de re iudicat. Ripa. l. miles. in princ. num. ℣. 1. eod. tit. additio Capellæ. q. 258. ad finem. Quæ tamen responsio non videtur tuta, nã iura suprà citata non probant, quòd præsumetur quem in futurum fieri diuitem, sed tantùm quòd potest effici diues: vt aduertunt Bald. & Salicet. post princip. l. quod nomine. ℣. de condict. indeb. Alexan. l. rei iudicatæ. §. fin. in fine. ℣. eod. ergo adhuc locus esse debet regulæ. l. sufficit. ℣. de condict. indebit. Item ex alijs improbat Aretin. d. l. rei iudicatæ. §. fin. ad finem. ℣. eod. Qua etiam ratione corruit consideratio Bartol. l. ex diuerso. §. final. in fine. ℣. eodem. quòd ex eo potest dici hæc exceptio tẽporalis, quòd morte mariti extinguitur, neque transit ad eius hæredem, iuxta hunc text. subscribit Alexand. ibi ante finem. & eandem considerationem habuit Fulgos. l. quod nomine. numer. 1. & ibi Iason in fine. ℣. de condict. indebit. & Iason. l. inter eos. num. 11. ℣. de re iudicata. nam cum incertum sit, vtrùm maritus debeat viuere, nec ne. l. 1. ℣. de cond. & demonstrationib. locum debet habere regula. dict. l. sufficit. Melius igitur respondetur, quòd cum hæc exceptio solùm tribuat ius retentionis, succedit regula. l. ex quibus. 51. ℣. de condict. indebit. quòd solam habens retentionem, si per errorem soluat, non repetit. Et est ratio, quia licèt natura regularis exceptionum sit, elidere actionem, & obligationem. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ℣. de pactis. in princip. Instit. de exception. tamen exceptio solum tribuens ius retentionis, non elidet actionem, neque obligationem, sed tantùm moderatur exequutionem, & sic effectum, qui à prædictis producitur, & hac ratione semper in
35 exequutione opponi poterit; † quia non impugnat actionem & obligationem, & consequenter neque sententiam, iuxta eas latam. Capic. decisione. 119. à numer. 1. Aymon consil. 327. numer. 408. Cùm igitur maritus debitum videatur soluere, & vxor recipere sibi debitũ, cessat repetitio. l. repetitio. 44. ℣. de cõd. indeb. & ita in specie Bart. l. si testamẽto. §. quòd si duo. numer. 4. ℣. de fideiussorib. cuius opinio recepta est, vt ostendimus. l. diuortio. 8. §. fin ℣. eo. Quod ampliãdũ est procedere, etiam postquam iudex tulit sententiam, qua declarauit, maritum esse inopem, ac proinde ei competere priuilegium huius textus: nam si nihilominus solidam dotem maritus restituat, nihil condicet: & ita esse receptum resoluit Alex. l. rei iudicatæ. §. fin. col. fin. ℣. eod. & Iason. l. quod nomine. in fin. ℣. de condict. indeb. falsa tamen moti ratione, quòd hæc exceptio est temporalis, & ideò locum habet regula. l. in diem. 10. ℣. de condict. indeb. nam falsam esse hanc rationem suprà ostendimus. Melius ergo pro ea facit, quòd hęc exceptio non elidit actionem & obligationem, sed



sed tantùm respicit exequutionem: vnde sententia iudicis super ea lata, non cẽsetur mutasse huius exceptionis naturã, imò secundùm prædictam naturam intelligenda est. l. miles. §. decem. ℣. de re iudicat. Neque enim verisimile est, iudicem per sententiam plus iuris concessisse excipienti, quàm illi competeret, vel ille posit prætendere, vt aduertit Paul. l. si plures. num. 3. ℣. de fideiussorib. Cùm igitur etiam post sentẽtiam marito tãtũ cõpetat exceptio exequutionẽ respiciẽs, debet induci regula. l. ex quibus. 51. ℣. de cond. indeb. Confirmatur, quia ille qui cessit bonis, adhuc remanet obligatus vt antea, & tantùm ex cessione acquirit exceptionem, ne in solidum in eo fiat exequutio, donec ad pinguiorem fortunam perueniat. l. qui bonis. & ibi gloss. & DD. ℣. de cession. bonor. tradunt Faber §. fin. num. 6. & ibi Iason num. 2. Institut. de action. Vnde si is per errorem soluat creditoribus, non competet repetitio. d. l. ex quibus. sic etiam & in nostro casu maritus mero iure remanet obligatus, vt antea, & tantùm acquirit exceptionem, ne in solidum fiat in eo exequutio, donec perueniat ad pinguiorem fortunam: ergo etiam post sententiam debet
36 induci regula dict. l. ex quibus. † Sed in contrarium vrget, quòd qui compensare potest, si per errorem soluat, non repetit. l. qui inuicem. 30. ℣. de condict. indeb. & tamen si post sententiam iubentem compensationem fieri soluatur, cõpetit repetitio. l. quod dicitur. 5. fin. ℣. de impensis. Item exceptio competens fideiussoribus ex epistola diui Adriani, soluentibus per errorem non tribuit repetitionem. l. si testamento. §. 1. ℣. de fideiussoribus. quia ea exceptio respicit tantùm exequutionem, vt ibi declarat Bartol. num. 4. & tamen si vnus ex fideiussoribus soluat solidum, post diuisionem inductam per sententiam iudicis, competit ei repetitio. l. inter eos. §. cum inter. ℣. de fideiussorib. tradit Bart. l. si dubitetur. num. 3. & l. si plures. in princ. num. 3. in fine. ℣. de fideiussorib. ergo idem in nostro casu recipiendum est, quia exceptio competens ex epistola diui Adriani, & competens ex priuilegio huius text. à pari procedunt. Iason. l. inter eos. num. 11. ℣. de re iudicat. Sed his non obstantibus, non est recedendum à prima opinione magis recepta. Neque obstant difficultates suprà motæ, quia ad primam respõdetur, quòd compensatio opposita etiã ante sententiam, perimit debitum ipso iure. l. fin. C. de compensation. §. in bonę fidei. Instit. de action. & ideò si post eam oppositam soluatur, tãquam omnino indebitum repeti potest. l. quod dicitur. 5. §. fin. ℣. de impensis. diximus. l. diuortio. §. fin. ℣. eo. Nos autem loquimur, quãdo exceptio non perimit debitum, sed tantũ moderatur exequutionem: in quibus terminis debet induci regula. l. ex quibus. 51. ℣. de cond. indeb. Non obstat secundum, quia respondetur, exceptionẽ mariti, & exceptionem diui Adriani à pari procedere ante latam sententiam: nam prout hæc exceptio non tendit ad perimendum debitum, sed ad modificãdam exequutionem: ita etiam & exceptio ex epistola diui Adriani non tendit ad perimendum debitum, sed ad modificandam exequutionem, vt scilicet nõ fiat in quolibet ex fideiussoribus in solidum, sed tantùm pro parte: & ideò ante concessam diuisionem, cum debitũ videatur solutum, nulla competit repetitio. l. si testamento. §. 1. & ibi Bart. nu. 4. ℣. de fideiussorib. Sed postquam lata fuerit sententia, inter prædictas exceptiones est differentia, quia exceptio competens marito, etiam post sententiam, non inducit repetitionem soluti: & tamen exceptio ex epistola diui Adriani inducit repetitionem, si post factam diuisionem per sententiam, vnus ex fideiussoribus solidum soluat, vt suprà dictum est. Et est ratio differentiæ, quia sententia nihil operatur vltra id quod necess-

necessitas verborum importat. Bart. l. Iulianus. num. 5. ff. de condict. indeb. Porrò quando sententia fertur super exceptione mariti, verba sententiæ solum important, quòd maritus non teneatur restituere dotem in solidum, † & sic moderatur exequutionem obligationis, & in
37 effectu concedit ei ius retentionis, secũdùm naturam ipsius exceptionis: vnde adhuc inducetur. l. ex quibus. 51. ff. de cõdict. indeb. Sed quando fertur sententia super exceptione ex epistola diui Adriani, verba sententiæ important, quòd licèt fideiussores mero iure sint obligati in solidum. §. si plures. Institut. de fideiussorib. tamen propter beneficium prædictæ epistolæ, quilibet tãtùm teneatur pro virili. Bart. l. si dubitetur. num. 3. ff. de fideiussorib. Si ergo post sentẽtiam quis quasi in solidum obligatus soluerit, quasi in debitum soluerit, pro parte confideiussoris concedatur ei repetitio, quia facta diuisione per sententiam, in effectu perimitur obligatio quoad partem cõfideiussoris. Bart. l. si plures. num. 3. ff. de fideiussorib. Et iuxta hæc veniunt explicanda tradita hîc per Paul. post princ. q. si exceptio opponatur ante sentẽtiã, moderatur ipsam sententiã: si verò post sententiam, tunc moderatur exequutionẽ: nam ex prædictis dicendum est, quoad effectum parũ videri interesse inter hos casus; quia etsi moderetur sententiam, illa moderatio tãtùm operatur, quòd maritus possit dotem retinere, quatenus nõ est soluendo, & sic in effectu moderatur exequutionem obligationis. l. miles. §. decem. ff. de re iudic. Item ex prædictis cõsequitur, quòd in terminis auth. præsente. C. de fideiussorib. & auth. hoc si debitor. C. de pignorib. si fideiussor, vel tertius possessor, etiam post sententiam soluant, nulla competet repetitio, quia illæ exceptiones, & sententia super eis lata, tantùm respiciunt moderamen exequutionis: & aliud erit dicendum in specie authent. hoc ita. C. de duobus reis. quia militat eadem ratio, quæ militat in sententia lata super exceptione ex epistola diui Adriani. Et hæc de prima difficultate. Succedit igitur secũda de l. si prior. cum ibi notatis. ff. eodẽ. distinguendum enim est, quia aut maritus promittit dotem restituere alteri, de consensu vxoris, iuxta notata. l. 2. in princ. ff. eodẽ. & tunc vera est distinctio gloss. dict. l. si prior. vt si maritus promittat dotem restituere illi tertio, intelligatur de ea dote, quam ipse restituere tenebatur vxori, deducto scilicet ne egeat; nõ quidem ex eo quòd marito competat prædictum priuilegium aduersus tertium, vt malè præsupponit Crot. l. 2. num. 56. ff. eodem. nam certum est, aduersus illum non competere: sed quia illa promissio generaliter facta de restituenda dote, accipit declarationem à iuris dispositione, eodem casu facta. l. fin. & ibi Bald. num. 2. C. ad legem Falcidiam. Deci. consi. 402. num. 4. notabiliter Alciat. de præsumptionib. regula. 3. præsumption. 32. num. 3. † Sed si
38 maritus promittat restituere extraneo certam quantitatem, quam fatetur se accepisse nomine dotis, tunc quantitatem expressam tenebitur restituere, neque poterit facere deductionem ratione huius priuilegij; quia cùm simus in casu certo, non potest admitti interpretatio de qua suprà: & idem erit, si declarauerit, se restituturũ totam dotem, vel integram dotem. Bald. l. quod nomine. ad finem. ff. de condict. indeb. Iason. l. post dotem. num. 35. ff. eod. Deci. consil. 195. num. 2. notabiliter Corne. cons. 128. num. 6. lib. 3. Vincent. de Franchis decisione. 164. num. 12. nam tunc standum est verbis, quia aduersus tertium, nullum marito competit priuilegium. l. Nesennius. 41. in principio. ff. de re iudicata. in specie Bartol. l. 2. in principio. numer. 18. & ibi Iason numero. 26. ff. eodem. Sed si vxori ipsi promittat dotis restitutionem per quæcunque verba, semper ei agenti poterit opponere exceptionẽ ex priuilegio huius



huius text. cui maritus renuntiare non potuit. l. alia. §. eleganter. ff. eod. & in specie probat tex. l. 3. in princ. ff. de constit. pecun. resoluit Alexand. l. non tantùm. num. 11. in fin. & num. 12. ff. de re iudic. Ias. l. Nesennius. num. 8. eod. tit. Neque huic respõsioni obstat tex. l. eum qui. 30. §. si mulier. ff. de iureiuran. vbi mulier cõuenit maritum super dotis restitutione, & maritus detulit iuramentum mulieri, & inquit Iureconf. quòd si illa iurauerit, sibi deberi certam quãtitatem dotis nomine, ea integrè per maritum soluenda est; quia vt ibi declarant Paul. & Fulgos. in eo tex. erat quæstio inter maritum, & vxorẽ, vtrũ maritus esset idoneus ad restituendam integram dotẽ, vel tantũ teneretur, quatenus facere posset? Si ergo in huiusmodi controuersia mulier iurauerit, maritum sibi cẽtũ debere, facta relatione ad cõtrouersiam, iurasse videtur; illum esse idoneum ad prædicta cẽtum integra soluenda, & hac ratione maritus compellitur eam quantitatẽ soluere: nõ quidem quasi deferendo iuramentum mulieri, renuntiauerit priuilegio huius tex. quia id facere non potuit, vt suprà dictum est: sed potius quia contra delatũ iuramentum maritus auditi non potest, quia habetur pro veritate; & per illum controuersia censetur finita. l. 2. & l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. Quare si controuersia esset super datione dotis, & mulier iuraret sibi centum deberi, facta relatione ad cõtrouersiam, videretur iurasse centum dedisse in dotẽ. Vnde hoc non impediet, maritum vti hoc priuilegio, quia per hoc non impugnatur iura-
39 mentũ mulieris. † Paul. l. si prior. num. 4. ff. eod. Alexan. l. non tantùm. num. 12. ff. de re iudicat. Brunus tractat. de cession. bonor. 4. part. principal. q. 20. num. 19. Et iuxta hæc venit explicandus text. in d. l. eum qui. § si mulier. ff. de iureiurand. dũ distinguit, vtrùm mulier iuret centum sibi deberi, & tunc maritus non vtatur priuilegio, aut verò iuret se centum dedisse in dotem, & tũc maritus priuilegio vtatur. Imol. l. non tantùm. col. 1. ad fin. dere iudicat. illam iureconf. differentiã ita explicat; quòd quando mulier iurat sibi deberi centum, videtur intellexisse; quòd sibi deberentur cum effectu exactionis. l. debitor. ff. de verbor. significat. quando verò iurat, se centum dedisse in dotem, cessat prædicta ratio, & ideò poterit maritus vti priuilegio. Quæ explicatio nõ videtur tuta: nam si mulier simpliciter iuret centum sibi deberi, debet intelligi iuramentum, quòd sibi debeantur mero iure, & non debet censeri exclusa exceptio competens marito, iuxta priuilegium huius tex. vt aduertit Alex. d. l. non tantùm. num. 2. Vnde prædicta differẽtia debet intelligi modo suprà explicato, quando controuersia erat circa dotis exactionẽ; nam facta relatione ad controuersiã, procedet distinctio Iureconf. d. §. si mulier. vt si iuret sibi centum deberi, intelligatur cũ effectu exactionis: secus si iurer se centum dedisse in dotem, nam tunc facta relatione ad controuersiam, ex iuramento necessario nõ infertur, ea centum deberi cum effectu exactionis: & ideò non obstante iuramẽto, poterit maritus vti priuilegio huius text. Et ad hunc modum debent explicari Paul. l. ex diuerso. §. fin. num. 2. ff. eo. & Socin. regul. 257. num. 7. dum simpliciter dicunt, per iuramentum mulieris, excludi priuilegium huius legis. Neque est omittendum ad perfectam explicationẽ prædictorum, quòd Imol. l. non tantùm. col. 1. ff. de re iudicat. limitat notata per gl. l. si prior. ff. eod. procedere, quãdo maritus per stipulationẽ promisit dotẽ restituere: nam si per cõstitutum, soluto matrimonio, constituat se dotem solutturum, non habet locum prædicta glos. distinctio, sed dicendũ est, marito indistinctè competere hoc priuilegiũ. Ad quod expẽdit. l. 3. in prin. ff. de constit. pecun. vbi text. inquit, maritum constituisse se plus soluturum nomine dotis, quàm facere

cere posset,& quòd nihilominus hoc ei competit priuilegium: neque enim potest dici plus constituisse, quàm facere posset, nisi quando in constituto expressit certam quantitatem dotis. Cùm igitur text.ille nihilominus probet,eo casu marito cōpetere hoc priuilegium, apertè probat,in constituto non habere locū
40 distinctionem glos.l.si prior.ʃ.eodem. † Quod etiam videtur esse de mente Bartol.l.quod nomine.s. de condict. indeb. num.2. Sed non est vera hæc declaratio ex suprà traditis. Neque obstat d.l.3. in princ.s.de constit.pecun.quia aduertendum est,quòd ibi proponitur quęstio generalis, vtrùm quando maritus constituit se nomine dotis plus solururū, quā facere potest, vtatur priuilegio huius text.? Et respōdetur,quòd si constituit se soluturū mulieri,vtetur priuilegio, quia scilicet non potest renuntiare huic priuilegio.l.alia.§.eleganter.ʃ.eodē.etiamsi ea renuntiatio facta sit soluto iam matrimonio,vt ibi per glos.receptam. Neque hoc cōtradicit traditis per glos.l.si prior. ʃ.eodem.quæ in his terminis non loquitur,vt diximus suprà. Si autem constitutum fiat extraneo,tunc sentit dict.l.3.in princ.s.de constit.pecun:maritum in solidum teneri:nam cum restrinxerit se ad constitutū factū mulieri, tacitè excludit cōstitutū factō extraneo. l. cum prætor. s.de iudic. Et est ratio,quia cùm in constituto fuerit expressa certa quantitas,in solidū tenetur maritus illi quātitati satisfacere,vt voluit glo.d.l.si prior. Aliud igitur esset,si tantùm constituisset,se soluturum extraneo,quod mulieri deberet:nā tunc videtur intellexisse de eo quod deberet, deducto ne egeret, vt tenet glos. d.l.si prior.quam suprà probauimus: per quam debet declarari d.l.3.in princ.s.de constitut.pecun.& ita expressè sentiunt Alexan.l.non tantū.num.12. & ibi Vincent.in fin.ʃ.de re iudic. Non diffiteor tamen,eam esse differentiam in hac materia,inter stipulationem,& constitutū, quòd isto iure Digestorū propter interuētū nouæ personæ,adhibita stipulatione, præsumebatur nouatio prioris obligationis,ita ex vt hac secunda stipulatione tantùm actio competeret,prima propter nouationem sublata. §.præterea. Instit.quib.mod.tollitur obligatio. adiuncta.l.si Stichum.§.fin.ʃ. de nouation.quæ tamen non præsumebatur, interueniente noua persona in constituto,vt probat l.item illa.§.fin.& ibi notat Bart.s. de cōstit.pecunia.nisi partes exprimerent, se animo nouandi constitutum facere: nā tunc cēseretur sublata prima obligatio, etsi stipulatio non interueniret,sed constitutum,vt probat.l.si mandato.§.fin.s. mandati.docet Bart.l. 1.num.3.ʃ. de nouation. communiter receptus,vt asserit Deci.l.singularia.num.19.s.si cert.petatur. † Cessante igitur prædicta declaratione,cōstituens deberet idem duobus,
41 quasi reis credēdi.l.eum qui.§.quod exigimus.in fin.s. de constit.pecun.l. si Stichum.§.fin.ʃ. de nouation. Vnde in his terminis erat inducenda regula.l.fideicōmissa.t 1.§.plerumque.ʃ.de legat.3.& l.ex duobus.2.ʃ.de duob.reis. Cæterùm quanuis iure Digestorum prædicta differentia vera esset, hodie non proceder, quia hodie etsi interueniat noua persona in stipulatione, nō præsumitur nouatio.l.fin.C.de nouatio.Bart.l. singularia. num.10.s.si certum petatur.& sic hodie quoad hoc non est facienda differentia inter stipulationem,& constitutum. Ea igitur vtilior erit differētia, quòd si quis constituat se soluturum, quod ipse vel alius debet,si aduersus illud debitum cōpetebat aliqua exceptio,nihil valet constitutum.l.3.§.1.s.de constitut.pecun.& tamen in eisdem terminis valebit stipulatio.l.si dari.25.ʃ de verbor.obligat. Rationem huius differentiæ ex eo profluere existimat Imol.l.non tantùm.col.1.& ibi Alexand.num.9.ʃ.de re iudic.& Angel.Aretin.ibidem num.8. quòd constitutum censetur accessorium ad obligationem



tionem præcedentem.l.fin.s.de constit. pecun.& ideò exceptio competens aduersus debitum principale, competet etiam aduersus constitutum. c. accessorium.de regul iur.in.6.Sed stipulatio secunda est æquè principalis cum prima, & ideò exceptio obstans primæ, non obstabit secundę,imò per interpositionem secundæ stipulationis,exceptio competens aduersus primam censetur remissa. Quæ tamen ratio differentię nō placet, nam constitutum non censetur quid accessorium respectu primæ obligationis, sed cēsetur æquè principale cum prima obligatione,vt efficaciter probat.l. item illa.§.finali s.de constit. pecun. & tradit Bart.l.1.§.hæc actio.col.fin.ʃ.si quis test. liber esse iussus fuerit.&.l. si eum. §. qui iniuriarum.nu.2.s. si quis cautio. & colligitur ex notabili resolutione Paul.& Alexand.num.2.d.§.qui iniuriarum. quid quid ab ea recedat Ias.ibi num.17.& dicemus infrà num.92.Item non est verū, quòd ille,cui competit exceptio,promittens simpliciter id quod debet per stipulationem,videatur renuntiare suæ exceptioni,vt constat ex traditione glos.receptæ.l.si prior.ʃ.eodem. Et ideò verior ratio differentiæ est,quòd constitutū pro sui essentia requirit debitum præcedere.l.1.§.debitum.s. de constit. pecun.& cum debitum aduersus quod competit exceptio,debitum non videatur.dict.l.si dari.25.in fin.ʃ.de verbor.obligat.l.nihil interest.ʃ.de regul.iuris.ideò non valet cōstitutum. Quod ampliatur in d.l.3.§. 1.s. de constit.pecun.procedere,etiamsi debitum præcedat attēto iure ciuili,aduersus quod tamen prætor ex æquitate concedit exceptionem, iuxta principiū Instit.de exception.nam cum constitutum iure prætorio inuentum sit.§. de cōstituta.Insti.de actio.vtrùm sit debitum nec ne,secundùm ius prætorium consi-
42 randum est. † Hæc autem ratio cessat in stipulatione,quæ non requirit debitū præcedere,& ideò in ea locū habet decisio.l.si dari.25.ʃ.de verbo.obligat. Circa cuius intellectum aduertes, quòd Alexan.l.si vnus.§.pactus ne peteret. numer.13.s. de pact. intellexit in specie d. l.si dari. stipulationem secundam fuisse interpositam ad cōfirmationem primæ stipulationis inualidæ,propter exceptionem,ac ita vtramque stipulationem eo casu validam censeri. Imol.verò, & Alexand.num.4.in d.l.si dari.intelligunt secundam stipulationem videri interpositā animo nouandi, & sicut ex secūda tātùm agi posse. Ego verò text. illum in d. l.si dari. interpretor ex doctrina Bart. l. Stichum.§.legata.ʃ.de nouatiō. dum in hac materia ità distinguit, quòd si prima stipulatio habebat diem, & secunda nouans ita concepta sit, vt promittatur id quod debetur ex prima,dies etiam cēseatur repetita in secunda stipulatione nouante. Vnde exceptio obstās primæ, in his terminis etiam obstabit secundæ, vt significat.l.qui sic.47.ʃ.de verbo.obligat.& ibi notat Iason:tradit Alexan.l. diuortio.nume.4.ʃ.de verbor.obligat. Sed si in secunda stipulatione nouante,quātitas certa fuerit expressa, tunc dies vel exceptio competens aduersus primam, non obstabit huic secundæ, quæ omnino diuersa est à prima l.doli.ʃ. de nouation.& subscribit Alexand.consil.66.numer.5.lib.3. Ex quibus colligitur, quòd distinctio glos.receptæ.l.si prior.s. eodē. etiam in hoc nostro articulo admittenda est. Cōsequitur etiam elegans explicatio ad d.l.si dari 25.ʃ de verbor. obligation.quòd text.ille procedat, quando in secunda stipulatione quantitas expressa fuit:nam si dictum esset:Promittis mihi quod debes ex prima?nihil valeret secūda stipulatio:nam cū propter exceptionem nihil videatur debitum ex prima, videtur quis stipulatus id quod non est in rerū natura,& consequenter non valebit stipulatio:argumen.l.legaui.ʃ. de liber.legat.ac ita constat, quòd per secundam stipulationem non videtur remissa

exceptio,aliàs enim valeret secunda stipulatio,etiāsi concepta esset,de eo quod deberetur ex prima: cuius contrariū est de mēte suprà allegatorum. Vnde Imol. & Alexand. suprà relati, contrariū præ-
43 supponētes hallucinati videntur. † Sed dices,si suprà resoluta vera sunt,quomodo præsupponitur d.l.3.in princ.ſ.de cōstit.pecun.valere constitutum factū per maritum,de soluēdo eo, quod ipse facere non poterat? nam si marito competebat eo casu exceptio priuilegij huius text.non debuit valere constitutum de eo,quod nō videbatur debitum propter exceptionem. Cui tamen difficultati respondet Bart.d.l.3.in princ. quòd exceptio competēs marito,est tēporalis, siue dilatoria:& ideò nō facit illud quod debetur,non videri debitum. Sed hæc responsio suprà reiecta fuit,& ideò melius dicas,quòd hæc exceptio non elidit debitum principale,sed magis respicit exequutionis moderationē:& ideò cum nō respiciat debitum principale,propter eā non potest videri indebitū,vt suprà probauimus, & hac ratione valet constitutum. Secūdò principaliter amplia conclusionem huius text,etiamsi culpa mariti soluatur matrimonium: nam adhuc poterit vti huius legis priuilegio: ita sentit glos.2.c.1. de donation. inter virum. Cui tamen videtur obstare d.c.1.ibi,Totam.Sed resoluendum est,text.d.cap. 1. duos habere intellectus. Primus est, vt procedat,quando propter impedimentum consanguinitatis, vel aliud simile, fuit separatum matrimonium,quasi nulliter contractum:& hoc casu verum est, totam dotē esse restituendā, nulla facta deductione ratione priuilegij huius tex. nam cum nō valuerit matrimonium, & sic cesset nomen mariti.l.1. C. de cond. ob causam.nō potest locum habere priuilegium huius text. quod solis maritis conceditur. Qua ratione ita concludūt Ioan.Andr.d.c.1.& ibi Panormitan.Alexand.hic post prin.&.l. si cum dotem.§. fin.num.3.versic.item maritus.ſ.eod. & asserit receptum Couartu.de sponsal.2. part.c.6.§.8.num.26.quidquid in his terminis contrarium senserit glos.2. d.c.1. quam nititur defendere Corrasi.l. qui liberos.nu.52.ſ.de ritu nuptiarum. Quibus obstat,quòd dilatio concessa maritis ad dotis restitutionem, de qua.l. vnica.§.exactio. C. de rei vxor. action. non cōpetit maritis putatiuis,sed absque dilatione tenentur dotem restituere, vt efficaciter probat d.c.1. & ibi expendit Panorm.num.2.tenet glos.d.§.exactio.verbo,restituendis.& ibi Alber.col.5.in fin. Alexand.d.l.si cum dotem.§.fin.num.3. versic.ex his etiam.ſ.eod. Tiraquel. post leges connubiales,glos.8.num.239. Anton.Gomez.l.Tauri.50.num. 56. versic. septimò infero. Secundus intellectus d. c.1.est,quòd ibi valuit matrimonium,& propter sæuitiam mariti fuit diremptum quoad thorum,& mutuam cohabitationem,vt intellexit Ripa in rubr.num.26. ſ.eod.Palac.repet.rubr.§.64.num.10.& in his terminis procedit nostra ampliatio,quam sentit glos.2.d.c.1. & sentiunt etiam qui tenent primum intellectum: nam cum ideò denegēt hoc priuilegiū, quia ille maritus non est, apertè sentiūt, quòd si maritus sit,indistinctè ei concedetur hoc priuilegium, iuxta rationem
44 l.alia.§.eleganter.ſ. eod. † quidquid repugnet Lara.l.si quis à liberis.§. si quis ex his.num.18 ſ.de liber. agnoscend. Neque repugnat text.d.c.1. verbo, Totam. quia illud verbum non fuit positum ad excludendum priuilegium huius text. sed potius ad ostendendum,quòd ratione pacti vel statuti,maritus hoc casu nullum potest prætendere lucrum iuxta rationem.l.si ab hostibus.§. fin. ſ.eo.& ita Alexand.l.2.in princ.num.11.ſ.eod. Socin.Iunior consil.27.in fin.lib.1.Amplia tertiò cōclusionem huius tex.quòd hoc priuilegium non solùm competat marito,sed & eius defensori.l.alia.15.in prin. ſ.codē.l.si cum procuratore.23.ſ. de re iudicat.



iudicat.l minor.51.§.fin.ſ.de procurat.l. verum.64.post princ. ſ. pro socio. notat Brunus tractat.de cesion.bonor.4.part. princip.q.23. Sed obstat,quòd hoc priuilegium mariti personale est.l quia tale.ſ. eod.priuilegium autem personale non transit ad defensorē.l. eum qui.47.ſ. de minorib. Cui difficultati respondet glo. 1.l.alia.ſ.eod.quòd defensor conuenitur eādem actione in indiuiduo, qua maritus erat cōueniēdus: vnde ratione eiusdem actionis non debet condēnari vltra id,in quo maritus esset condemnandus:subscribit Duaren.d.l.alia. & asserit receptum Iason. l. si cum procuratore. num.7.ſ.de re iudicat. Ego tamē aduerto,hanc responsionem posse procedere in eo,qui defendit maritum tanquam eius procurator, ostendēs illius mādatū, in eo enim militat prædicta ratio,vt probat d.l.si cum procuratore.23 ſ. de re iudicat.nam licèt sententia hoc casu ferēda sit aduersus personam procuratoris.l. 1 C.de sentēt.tamen attēto effectu ipse maritus videtur condēnatus; quia virtute prædictæ sententiæ, in eius bonis debet fieri exequutio,& non in bonis procuratoris.l.4.in princip ſ.de re iudicat.l. Plautius.61.in princ.ſ.de procurat. Nos autem agimus de defensore, qui offerēs se liti,suo proprio nomine maritum absentem defendit,ac proinde lata sententia,debet fieri exequutio in bonis defensoris ipsius,& non in bonis mariti defensi,qui prædictę defensioni assensum nō præbuit.l. si procurator. 28. in fine. &.l. Platius. 61.in fin.ſ.de procurator. Vnde dum text.l.furti. §.si quis alieno. ſ. de his qui notant.infamia.dicit,defensorē con-
45 dēnari alieno nomine, † debet intelligi alieno nomine condēnari, eo respectu quia condēnatur propter obligationem residentem in persona alterius:sed quia offerendo se liti proprio nomine, ad illā se obligauit, hoc respectu dicetur condēnari proprio nomine,& hac ratione in eius bonis fiet exequutio:vt hic explicat Paul.ad fin.Fulgos.& Paul.d.§.si quis alieno. Vnde respectu defensoris,adhuc integra remanet difficultas:& ideò melius respondetur,quòd defensor absentis nō admittitur, nisi præstita cautione de iudicato soluēdo.§.si verò reus.Inst. de satisdat. quia aliàs alienæ causæ idoneus defensor non cēsetur. l. qui proprio. 46. §.qui alium.ſ. de procuratorib. Præstita autē prædicta cautione,loco domini absentis constituitur.l. Titius.76.ſ.de procurator.l.4.in princ.ſ.de re iudicat. & ratione huius subrogationis, loco absentis debet condēnari eo modo, quo absens esset cōdēnandus,vt est tex.clarus.l. minor.51.versi.quoniā.ſ. de procurat.l.verum.§.1.ſ. pro socio. facit.l. sed & hæ.§. defendere.ſ.de procurator. Neq; obstat si objicias,hæredem etiam subrogari loco defuncti;& tamē non potest vti priuilegio huius text. vt is text. clarè probat, quia respondetur, hæredē subrogari loco defuncti, & cum priuilegium personale defuncti morte fuit extinctum, nō potest videri subrogatus quoad priuilegium iam extinctum:defensor autē subrogatur loco mariti viui,& in cuius persona adhuc subsistit priuilegium,& ideò subrogatio operatur,vt priuilegium personale mariti,prosit defensori:nam cum hæc subrogatio videatur facta per legē, iura etiam personalia censentur cōmūnicata subrogato.l.2. C.de offic eius qui vicē alterius gerit.l.pen.in fin. C.de aquæ ductu.lib.11.l. 2.in fin.& ibi Platea.C.vt dignitatū ordo seruet.lib.12. tradit Bartol.l.1.§.hi quibus.num.2.ſ.de legat 3.& &.l.filius.num.1.ſ.de legatio. cum similibus.de quibus per Alexand.l.more.numer.46.ſ.de iurisd.omnium iudic. Cassador. decis. 4. nu.1.de constit. Vnde infertur,quòd si pēdente lite, maritus absens moreretur,tunc quia ab eo tempore incipit videri defensorem subrogatū loco mortui,in solidum cōdemnaretur; quia inciperet in eo militare eadē ratio, quæ in hærede mariti: quod probat.l.si cum

cum procuratore. 23. ℣. de re iudic. Item ab eo tempore defensor non videtur defendere defunctũ, qui iam defendi non potest. l. de qua re. 74. §. final. ℣. de iudic. sed potius videtur defendere defuncti hæredẽ, cuius nomine defensio fieri videtur, iuxta tradita eleganter per Paul. Castrens. l. si eum hominem. num. 3. ℣. de fideiussorib. Prout igitur hæres mariti in solidum tenetur: tex. hic, &. l. sciendũ. ℣. de re iudic. ita etiam & defensor illius
46 tenebitur in solidum: † & hac ratione etiam procurator mariti defuncti condẽnatur in solidum. d. l. si cum procuratore, quia mortuo marito, magis procurator hæredis esse videtur. Quare si hæres talis esset, cui hoc priuilegium competeret, vt quia esset de filijs eiusdẽ matrimonij. l. etiam. 19. in princ. ℣. eod. tunc & defensor & procurator, etiã mortuo marito, non condẽnarẽtur in solidũ, sed quatenus facere possent, prout & erat condemnandus hæres, cuius nomine iã nunc videntur defendere: & ita gloss. fin. d. l. si cum procuratore. quam ibi dicit receptam Iason num. 8. Brunus tract. de cesion. bonor. 4. part. q. 23. & ampliat Ancharran. consil. 411. nume. 5. Et ex his infertur explicatio ad. l. eum qui. 48. ℣. de minorib. vbi probatur, defensori minoris non competere restitutionẽ minori competentẽ: contrarium enim videbatur dicendum: nã si defensor subrogatur loco defensi. l. minor. 51. versic. quoniam. ℣. de procuratorib. & suprà dictum est, quemadmodum minor erat restituẽdus, ita etiam & eius defensor. Augetur difficultas, quia faciliùs transit restitutio in integrum ad aliũ, quàm priuilegiũ personale, vt colligitur ex isto text. adiuncta. l. non solum. ℣ de restitut. in integrum. &. l. minor. 19. §. fin. ℣. de minorib. Sed ad defensorẽ trãsit priuilegium personale. l. alia in princ. ℣. eod. ergo à fortiori debuit ad eum trãsire restitutio in integrum. Sed defendendo decisionẽ Iureconf. in d. l. eum qui. ad primam difficultatẽ respondendum est, quòd defensor videtur subrogatus loco minoris absentis, quoad obligationem principalẽ, vt scilicet non teneatur vltra id in quo ille esset obligatus. Vnde non potest videri subrogatus, quoad restitutionem in integrum, quæ antequam impetrata sit, nihil diminuit de obligatione, neque aliquam exceptionem producit. l. nam posteaquam. 9. §. si minor. ℣. de iur. iurand. &. l. exceptiones. 7. in fin. & ibi notãt Cuman. num. 4. & Socin. num. 9. ℣. de exception. Et confirmatur, quia restitutio cõceditur ex noua causa, & omnino diuersa ab obligatione principali, quia scilicet in lite mota super actione personali, aliqua contingit læsio, vel dolo aduersarij, vel facilitate minoris. l. non omnia. ℣. de minorib. Vnde subrogatio ad hunc casum extendi non debet: argum. l. itẽ veniunt. 21. §. quod prædiximus. ℣. de petition. hæreditatis. † Ad secundam autẽ
47 difficultatẽ respõdetur, quòd restitutio in integrum postquam incepit competere minori, transmittitur ad eius vniuersalẽ successorẽ. l. non solum. ℣. de in integrum restitut. Cæterùm in specie d. l. eũ qui. non incepit competere minori: nã cum minore absente nihil gestum fuit; quia defensor suo nomine cauit de iudicato soluendo. l. si defendente. 10. ℣. iudicat. solui. & ob id in eius bonis debeat fieri exequutio. l. 4. ℣. de re iudic. & suprà dictum est: & restitutio nõ incipit cõpetere minori, nisi quoad ea quæ cum eo gesta sunt. l. ait prætor. 7. ℣. de minoribus. Neque replices, quòd cum defensor possit per actionem negotiorum gestorum habere recursum aduersus minorem, agitur de minoris præiudicio, & hac saltem ratione debuit cõpetere restitutio: quia respondetur, quòd cum restitutio non possit concedi, nisi quando interuenit læsio, vel dolo aduersarij, vel facilitate defendẽtis. l. non omnia. ℣. de minorib. semper minor potest restitui aduersus defensorem; quia vtiliter negotium non gesserit,



gesserit, & sic cessat minoris præiudiciũ, vt aduertit gloss. fin. dict. l. eum qui. & ibi Odoffred. & tanquã nouum tradit Oddo Sforcius tract. de restit. in integrum. 1. part. q. 17. num. 55. & ideò etiam minori ex sua persona non est concedenda restitutio, vt probat d. l. eum qui. Quare diuersum dicendũ erit in procuratore minoris: nam cum tunc debeat fieri exequutio in bonis ipsius minoris. l. 4. in princ. ℣. de re iudicat. agitur de minoris præiudicio, & ideò ei concedenda est restitutio, vt probat. l. cum mandato. in fine. ℣. de minorib. & clarè insinuat dict. l. eum qui. & ibi notat glo. 1. & Odoffred. Quando enim ex facto tertij, minori infertur præiudicium, competit restitutio, quasi aliquid fuerit gestum cum minore. Bar. l. Stichum. §. quod vulgo. num. 2. ℣. de solution. & ad hunc modum debet declarari d. l. eum qui. Quartò amplia cõclusionem huius text. vt hæc exceptio possit opponi in exequutione sententię. l. Nesennius. 41. §. fin. ℣. de re iudicata. Et est ratio, quia licèt exceptio peremptoria debeat opponi ante sententiam. l. peremptorias. C. sententiam resci. non posse. tamen id debet intelligi, quando talis exceptio arguit latam sententiam de iniustitia, id enim ius non permittit. l. post rem. ℣. de re iudicat. Si autem talis exceptio non arguat sententiam de iniustitia, sed tantùm pertineat ad moderandam eius exequutionem, tunc post sententiam opponi poterit. c. Odoardus. de solution. & ibi Imol. num. 10. Et hac ratione procedit dict. l. Nesennius. §. fin. vt tradit Iason. §. sed etsi quis. num. 13. Instit. de action. &. l. 1. num. 15. C. de iuris & fact. ignorant. &. l. inter eos. num. 10. ℣. de re iudicat. Alexan. consil. 85. num. 3. lib. 5. additio Capellæ Tholosanæ. quęst. 258. extollit Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 2. num. 55. probat Ordin. lib. 3.
Ex exẽplo autẽ intellecto, vt communis vult,totũ cõtrariũ colligeretur, imò ei sẽper succurrẽdũ esse,nisi probetur causa, propter quã ei nõ debeat succurri Quia igitur nũquã est admittẽda interpretatio,qua quis in cõtinẽti sibi cõtradicat.l. nõ ad ea.ff.de cõd.& demonstr.dicẽdum est,prædictũ exẽplũ nõ adaptari ad conclusionẽ positã in sensu directo, sed adaptari ad subauditum intellectũ, & collectũ ex cõclusione â contrario sẽsu,vt sæpissimè facere Iurecõs.elegãter ostendit Costa.c.si pater.i.parte.verb. instituit.à num.4.de test.in 6. Quia igitur ex cõclusione à sẽsu cõtrario colligebatur, quòd si iusta causa absolutè nõ adesset,nõ esset sucurrẽdũ socero: huic subaudito intellectui adaptat exemplum propositum in d.l.pen.in fine. Quod licet DD.cõmuniter intelligant,quando socer sciens se nõ esse soluendo,dotem promisit, & genero insidiatus est,id est,eũ decepit:tamen verba tex huic interpretationi non arridẽt:nam verbum,Insidiatus est, significat,socerum per insidias voluisse generũ occidere.l.vt vim.§.de iust.&iur.l.liberi. C.de inof.test.l.fi.C.ad l.Cornel. de sicarijs.& sic significat Iurecons.quòd socer sciens se dotem promissam nõ posse soluere,conatus est occidere generũ, vt ab eius conuẽtione liberaretur, vt exponit Odoffred. d.l.pen.vel etiam genero insidiatus est circa matrimoniũ,quia scilicet persuasit filiæ, vt ei repudium mitteret, iuxta l.reprehẽdẽda.C.de instit. vt exponũt Græci cõmẽtatores in d.l.penul. Ex quo exẽplo ita explicato colligitur,quòd non solũ nõ est succurrendũ socero,quãdo iusta causa id nõ suadet,sed etiã quando illa adesset, & tñ non est absolutè iusta,quia scilicet ppter aliquã circũstãtiã superueniẽtẽ, iniustũ redditur prædicto socero succurri aduersꝰ generũ,vt quia eius vitę,vel matrimonio insidiatꝰ est.Pone igit istũ socerũ casu fortuito amisisse bona, & sic iustã causã adesse ppter quã ei debeat sucurri,vt infrà dicemꝰ:tñ si socer insi-



insidiatus est vitæ,vel matrimonio generi,ei non succurretur, quia hæc circunstantia efficit,ne prædicta causa,aliàs iusta,eum adiuuet,aduersus generum dotem promissam petentem:& secundùm hæc videtur cessare difficultas. Et ex his infertur vera resolutio ad eam dubiam quæstionem,vtrùm si socer sciens se nõ habere bona sufficientia ad dotem promissam soluendam,decepit generum,& conueniatur constante matrimonio, cõ
70 petat ei priuilegium huius text.† nam d. l.penul.§. de iure dotium. intellecta secundùm communem intellectum apertè videtur probare, priuilegium ei competere,cum tantũ socerum ab eo excludat,quando dirẽpto matrimonio cõuenitur: & ita expressè Cuman.l.sicut.ad medium.ff.de re iudic.Alex.l. rei iudicatæ.num.9.ff.eod.& ibi Aretin.§.socero. col.2.post princ.Campes.de dote.3.par. q.250.ad fin.Connan.lib.8.commentarior.c.9. num.8. ad fin. Costalius. l. pen. ad fin.§.de iure dotium.Brunus tract.de cession.bonor.4.par.princip.q.22.num. 4. Neque secundùm eos obstat regula.l. 71 si quis dolo.51.in princip.ff.de re iudicata.quòd dolus priuilegiati, indistinctè excludit hoc priuilegium, quia respondent prædicti,respectu soceri distinguẽdum esse: quia si tempore promissionis dolum commisit, nõ excluditur ab hoc priuilegio,si constante matrimonio cõueniatur: si autem post promissionem dolum commisit, tunc excludetur ab hoc priuilegio,iuxta regulam d.l. si quis dolo. & ita etiam post Imol. Alexand.l. non tantùm.num.13.&.14.ff.de re iudicata.Et hanc differentiam necessariò esse admittendã,vt tollatur antynomia,dicunt Iason.l.sicut.num.4.ad finem.ff. de re iudicata.& Brunus vbi suprà. Et ratio huius differentiæ est, secundùm Vincent.dict.l.sicut.num.8. quia patri videtur succurrẽdum,qui voluit filiam suam citius nuptui tradere, vt aliàs inquit Iurecons.l.penult.§.fin.ff.quod falsò tutor.



authore. Quæ ratio cessat, quando dolum commisit, postquam filiam nuptui tradiderat. Contrariã nihilominus opinionem, imò quòd in prædictis terminis excludatur socer à priuilegio,etiamsi constante matrimonio conueniatur, clarè sentit gloss.d.l.pen. verb. ex causa. §.de iure dotium.& probant Faber.§.itẽ si de dote.in fin.& ibi Angel.num. 3. ad medium.Instit.de actionib. Paul.l.rei iudicatæ.§.socero.num.8.ff. eodem. & pro constanti tenet Felin.c.quæ in ecclesiarum.numer.67.de constitution.additio Capellæ Tholosanæ,q.258.post prin. Palac.repet.rubr.§.21.num.14. & declarat Cephalus consil.312.num.126.lib.3. Zasius lib.1.singul.intellectuum, c.5. num. 5.& lib.2.singul.responsor.c.9. nume. 5. Loriot.l.diuus.ff.de regul.iuris.Couarru. resolution.lib.2.cap.16.num.9.versic. secundò.Baeça tractat. de non meliorandis filiab.c.32.num.11.&.c.35.num.11. Lara l.si quis à liberis.§.sed si filius.à numer.93.ff.de liber.agnoscend. & ita fuisse in Lusitania iudicatum asserit Gamma decision.25.num.2.† Et pro hac opinione vrgenter facit, quòd socer, qui habet priuilegium ne conueniatur vltra quàm facere posit,illud amittit propter dolum.l.sed hoc ita.22.§.fin.ff.de re iudicata. Similiter & maritus propter dolũ hoc amittit priuilegiũ. l.etiam. §.licet.ff. eodem.l. vnica.§. cum autem. C. de rei vxor.action.&.l.si quis dolo. 51. in princip. cum glos.ff. de re iudicat. ergo pariter & socer propter dolum debet prædictum priuilegium amittere: & ita in specie glos. fin.dict.l.penult.§.de iure dotium.Item facit,quòd si mulier sciens se non esse soluendo,dotem pro se promisit,& sic decepit maritum, amittit hoc priuilegium:ita in specie Bald.Nouellus de dote.6.part.priuileg.43.num. 3.versic.neque tamen.Palac.repetit.c. per vestras.3.notabili.columna. 2.pagin. 190. Arias.l.Tauri.27.numer.132. ad finem. neque cogitur eam ducere ad domum.

Bald. cap. quemadmodum. numer. 8. de iureiuran. ergo à fortiori idem recipiendum est in socero. Denique facit, quòd si quis sciens se non esse soluendo, contraxit cum creditoribus, amittit beneficium cessionis, & propter dolum detrudendus est in carcerẽ. l. finali. §. fin. cum gloss. ff. quæ in fraudem creditor. tradit Bart. l. alia. §. eleganter. in fine. & ibi Alexand. numer. 14. ff. eodem. Iason in princip. num. 88. Instit. de actionib. Palac. repetit. rubr. §. 21. numer. 15. probat Ordinat. lib. 3. tit. 89. in princip. & latè confirmat Tiraquel. l. si vnquam. verb. bona. à num. 5. C. de reuocan. donation. Denique in specie expendo text. l. fin. versic. fin. C. de dotis promission. Primò, dum dicit, si pater promisit dotem de bonis suis & filiæ, & tempore promissionis erat inops, videtur totum promittere de bonis filiæ; ea quidem ratione, quia si de suo videretur promittere, quasi generũ deceperit, condemnandus esset in solidũ, & si nõ esset soluendo, esset in carcerẽ mittendus, iuxta. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem creditor. quanuis gloss. dict. l. fin. verb. pertineant. aliter declaret. Secundò, dum dicit, quòd si pater habeat bona, eo casu videtur de suo promittere, etiamsi promissio forsitan excedat quantitatem bonorum promittentis, vt intellexit Nouellus de dote. 6. part. priuilegio. 3. numero. 2. & l. 1. numero. 78. ff. eodem. & ibi Bulgar. num. 31. Paris. consil. 80. numer. 2. libr. 3. nam & tunc quasi generum deceperit, carebit prædicto priuilegio. Et retenta hac opinione, non obstant suprà adducta pro parte contraria: nam ad primum de. l. penult. ff. de iure dotium. respondetur, tex. non probare, quòd succurritur socero dirẽpto matrimonio, nisi dolus eius arguatur, vt præsupponit prædicta inductio, imò magis vult, ipsi non succurri dirẽpto matrimonio, nisi iusta causa id suadeat. Neq; contrarium colligi potest ex exemplo ibi posito, vt suprà ostendimus: quinimò dict. l. penult. ff. de iure dotium. potest induci pro hac parte: nam prout socero cui denegatur hoc priuilegium dirempto matrimonio. l. sed hoc ita. 22. ff. de re iudicata. recipit nihilominus hanc interpretationem, nisi causa iusta suadeat, illi
71 esse succurrẽdum: † sic pariter quanuis dict. l. penult. dicat, constante matrimonio succurri socero, intelligendum est, nisi causa suadeat, illud ei non præstari. Planè nulla maior potest esse causa, quã dolus soceri promittentis, iuxta text. elegantem. l. penult. §. fin. ff. quod falso tutor. authore. & quia iura non solent subuenire decipientibus. l. 2. C. si minor se maior. esse dixerit. l. si sciens. C. ad Velleianum. Et potest ad id expendi. l. cum post. 44. §. 1. ff. de administration. tutor. vbi si tutor promisit dotem scienter vltra facultates pupillæ, id quod deest, videtur de suo promisisse donãdi animo; quia licèt forsitan hunc animum nõ habuerit, tamen in punitionem delicti, lex adhoc eum obligat, vt explicat Nouellus de dote. 6. parte, priuileg. 4. numer. 2. Quinimò existimo, quòd prout dict. l. penult. in fine. ff. de iure dotium. sentit, quòd non succurratur socero etiam ex iusta causa, quando genero insidiatus est, vt suprà probauimus, quòd pariter neque ei succurretur, si constante matrimonio conueniatur. Expendo enim, in dict. l. penul. istos duos casus æquiparari, quòd constante matrimonio socer conueniatur, vel dirempto matrimonio, dum modo iusta causa suadeat illi esse sucurrendum. Prout igitur in hoc secundo casu nihilominus propter insidias factas genero, non succurritur socero, idem dicendum est in primo casu: quod satis est de mente Zasij libr. 2. singul. responsor. cap. 9. numer. 5. & 6. Sed quæres, quæ nam igitur est differentia, vtrùm socer conueniatur constante matrimonio, vel eo dirempto? Cui quæstioni respondetur primò, eam esse differentiam, quòd constante matrimonio sola persona



persona soceri, ei tribuit hoc priuilegiũ, dirempto autem matrimonio non sufficit sola persona soceri, nisi accedat iusta causa. Vnde dum ille text. dicit, ex causa & persona hoc tribuendum esse priuilegium, significat, solam personam soceri non sufficere, sed requiri simul causam, personam tamen aliquid facere propter reliquias affinitatis: argument. §. socrum. Institut. de nuptijs. nam & gloss. 2. ad finem. l. sed hoc ita. 22. ff. de re iudic. non dicit extingui affinitatem & affectionem, sed tantùm quod decrescit, & diminuitur, vt aduertit Tiraquel. tractatu cessante causa. 1. parte. num. 29. Vnde persona soceri aliquid faciet, vt in specie tradit Goffred. l. ex diuerso. ad finem. ff.
73 eodem. † nam si omnino censeretur extincta, & is tanquam omnino extraneus consideraretur, tunc etiamsi adesset causa, hoc priuilegium ei non tribueretur, vt colligitur ex dict. l. penult. ff. de iure dotium. & ibi expresè gloss. verbo, ex causa. in fine. Et hæc est vera explicatio, quidquid aliter declaret Zasius lib. 2. singul. responsor. cap. 9. ad finem. Secunda differentia est, quòd constante matrimonio, indistinctè socero competet hoc priuilegium, nisi gener probet eius dolum, ita vt hoc casu non sufficiat culpa; quia ad amittendum hoc priuilegium non sufficit culpa, sed dolus requiritur. l. vnica. §. cum autem. & ibi glos. verb. versatus. C. de rei vxoriæ actione. Bartol. l. etiam. §. licet. numer. 2. ff. eodem. & infrà dicemus latiùs in quinta limitatione: & tamen dirempto matrimonio sufficiet 74 culpa soceri ad excludendum illum ab hoc priuilegio: nam cum dirempto matrimonio mero iure non competat ei hoc priuilegium. l. sed hoc ita. 22. ff. de re iudicata. & vt ei succurratur, oporteat iustam causam interuenisse, vt probat dict. l. penult. vtique hæc non potest dici causa iusta. quam culpa præcessit. l. si vt certo. §. quod verò. ff. commodati. l. si mulier. in princip. ff. quod metus causa. Bartol. l. item si verberatum. §. final. post medium. ff. de reiuendicatione. & quia non solet succurri illi, qui culpa sua incidit in paupertatem. gloss. cap. quæ in ecsiarum. verb. ad inopiam. de constitut. & gloss. cap. ex parte. verbo, prodigalitatis. de consuetudin. & saltem ei non succurritur cum tertij præiudicio, vt resoluit Felin. dict. cap. quæ in ecclesiarum. numer. 67. Crot. l. 4. §. Cato. numer. 69. ff. de verborum obligationibus. Hippolyt. l. 1. §. cum quis latrones. numer. 7. ff. de quæstion. Tiraquel. l. si vnquam. verb. bona. numer. 5. C. de reuocand. donationib. notabiliter Couarru. resolution. libro. 2. cap. 16. numer. 9. versic. tertiò. Tertia differentia est, quia etsi socer fuerit negligens in scientia bonorum suorum, nihilominus si conueniatur constante matrimonio, vtetur hoc priuilegio: nam cum ad illud amittendum requiratur dolus, vt suprà dictum est, quælibet causa etiam iniusta, & culposa, excusat à dolo. l. igitur. §. 1. ff. de libe. causa. Sed si conueniatur dirempto matrimonio, non tributur ei in prædictis terminis hoc priuilegium: nam cum ad hoc requiratur iusta causa, si culpa vel negligentia præcessit, nõ videtur eã subesse, vt suprà dictum est: vt ergo sit locus prædicto priuilegio, oportet, quòd post promissionem casu fortuito socer efficiatur non soluendo: argument. l. si creditores. 15. ff. de priuileg. creditor. & l. planè. ff. vt in possession. legator. vel quòd tempore promissionis iusta ignorãtia non sciuit quantitatem bonorum suorum. † iuxta exem
plum. l. in fraudem. 10. ff. qui & à quibus. &. §. in fraudem. & ibi optimè Theophil. Institut. quibus ex causis manum. non licet. facit. §. extraneis. in fi. Inst. de hæred. qualit. & differen. l. cum post. 44. ad medium. ff. de administrat. tutor. l. 2. §. si eo tempore. ff. de administratione rerum ad ciuitatẽ pertinentium. Neque etiam obstat ratio, quam pro communi distinctione suprà retulimus, quòd parcen-

dum est patri, qui voluit filiam nuptui tradere l. pen. §. fin. ff. quod falso tutor. authore. nam respondetur, tex. illum procedere, quando pater scienter dedit filiam pupillam nuptui pro maiore: hæc enim scientia nõ inducit dolum in patre; quia eum à dolo excusat paternalis affectus filiam tradendi nuptui, vt ibi declarat Cuman. num. 1. Vincent. l. si ante. nume. 16. §. eodem. Quod ego intelligo, quando per hoc nullum infertur probabile præiudicium genero, neque etiam aliquod lucrum patri quæritur, cum dotem promissam genero tradiderit, vt ex litera constat: vnde non debet præsumi per dolum hoc fecisse l. & eleganter. §. fin. §. de dolo. Inde autem inferri nõ potest ad nostrum casum, quando quis sciens se non esse idoneum, decipiendo generum dotem promisit: nam is censebitur esse in dolo. l. in fraudem. 10. ff. qui & à quib. l. si quis cum. ff. quæ in fraudẽ creditor. nam & genero præiudicat, cui dotem promissam nõ soluit, & ipse lucrum habet; quia scilicet filiam nuptui tradidit, neque dotem promissam vult soluere: nam meritò tunc præsumetur dolus. l. quòd si cum scires. §. de dolo. tradit Alexand. l. dolum. num. 3. C. de dolo. Ruin. consil. 42. num. 18. lib. 2. Ad quod expendo d. l. penult. §. fin. ff. quod falso tutor. authore. nam sentit, quòd licèt scientia patris nõ arguat in eo dolum, quando tantùm tradit filiam minorem pro maiore: tamen si ex hoc aliquod præiudicium infertur genero, dabitur aduersus eum doli exceptio, vt ibi explicat Cumanus numero. 2. ac ita ex his patet, opinionem quam defendimus aduersus magis communem veriorem esse. Neque est omittendum in hoc articulo; quòd Zasius libro 2. singul. responsor. c. 9. à num. 5. concordat opiniones hoc modo, quòd aut pater promisit dotem genero animo decipiendi eum, & insidiandi, & tũc etiam constante matrimonio nõ habebit hoc beneficiũ: † aut verò promisit sine animo decipiendi generum, sed bona fide, quia sperabat se acquisiturum bona, ex quibus posset soluere dotem: argum. l. si defunctus. C. arbitrium tutelæ. & tunc gaudebit hoc priuilegio, quia non videtur esse in dolo. §. in fraudem. Inst. quib. ex causis manumittere. Ad quod expendit verba d. l. pen. in fin. ibi: Genero insidiatus est. quasi si nõ habuerit animum insidiandi genero siue decipiendi, gaudeat hoc priuilegio. Quam cõsideratio nem confirmo ex traditis per Aretinum consil. 47. num. 2. vbi resoluit, quòd licèt quis promittat id quod non potest soluere; non ob id debet præsumi per fraudẽ hoc fecisse: sed potius quia magis sperabat de bonis suis, quàm re vera in illis esset: allegat. §. in fraudem. Instit. quib. ex causis manum. non licet. & ibi sequitur Oldrobandin. numer. 13. Sed cauendum est, quia præsupponit hæc concordia, q̃ si ille, qui non est soluendo, aliquid promittat, non videtur esse in dolo: & tamen contrarium probat: l. in fraudem. 10. ff. qui & à quibus l. si quis cum. & ibi Bartol. ff. quæ in fraudem creditor. & ita hac ratione in specie prædictum Zasij præsuppositum impugnat Costalius. l. penul. §. de iure dotium. Neque obstant rationes Zasij: nam ad primam respondetur, quòd cum dos statim sit danda genero, non potest cadere probabilis spes, quòd ante traditionem socer efficietur diues: vt in specie aduertit Alexand. hîc num. 1. versic. nõ ò fallit. Ad secundum de. l. penul. in fin. §. de iure dotium. respõdetur, quòd text. non requirit copulatiuè, quòd socer sciens non se posse soluere, etiã insidietur genero, vt Zasius præsupponit: imò magis sentit, quòd ex eo quod sciens se non esse soluẽdo, dotem promittit, videtur insidiatus genero, id est, eum decepisse: & ita in specie Goffred. l. ex diuerso. ad fin. ff. eodẽ. Campes. de dote. 3. part. q. 251. ad finem. & est de mente Bar. l. alia. §. eleganter. in fin. ff. eodẽ. & Paul. l. rei iudicatæ. §. socero. nu. 8.

75

ff. eod.



ff. eod. Bald. c. quemadmodum. num. 8. de iureiur. & est de mente suprà relatorum, & sic retorquebitur aduersus Zasium. Ad tertiam rationem de consilio Aretin. respondetur, illud non esse verum, vt ostendit Anton. Rube. l. Titia Seio. §. Imperator. num 78. ff. de leg. 2. nam imò qui non habet bona sufficiẽtia, si quid promittat, cẽsetur esse in dolo. d. l. in fraudẽ. 10. ff. qui & à quib. quia præsumitur scire vires sui patrimonij. l. quisquis. C. de rescind. vend. & tradit Bart. receptus. auth. sed cum testator. num. 5. C. ad leg. Falcid. Neque obstat text. d. §. in fraudem. Instit. quibus ex

76 causis manumittere. quia respõdet Bartol. procedere, quando quis facit actum in vltima voluntate: nam tunc propter mortis perturbationem videtur oblitus virium sui patrimonij: argumen. l. hac cõsultissima. §. at cum humana. C. qui testamen facere possunt. non ergo procederet tex. ille, si actus fieret inter viuos: & defendit Gomez. § item si quis in fraudem. à numer. 25. Instit. de action. Sed non placet hæc responsio, quia restringit generalitatem. d. §. in fraudem. vt aduertit Iason d. §. item si quis in fraudem. nu. 4. & ideò melius respondetur, text. d. §. in fraudem. non probare, quem ignorare vires proprij patrimonij, & sic plus de eo sperare, quàm sit in bonis, imò contrarium presupponit, & tamen sentit, non semper esse reijciendam allegationem ignorantiæ virium patrimonij, quasi non verisimilem; quia multoties contigere potest, quòd illa sit probabilis, & debeat excusare, vt ibi exemplificãt Theophil. & Oldrobandin. nu. 12. Exemplificant etiam. l. in fraudẽ. 10. ff. qui & à quib. in quibus terminis fateor socero succurrendum esse, vt suprà diximus. Illud certum est, quòd licèt respectu soceri dotem promittentis, præsumatur dolus, quando sciebat se non posse soluere; quia scilicet dotem tenetur statim dare: tamen diuersum erit in socero dotem recipiente: nam cum is eam non teneatur restituere statim, sed post solutum matrimonium, potest probabiliter sperare, quòd durante prædicta dilatione, possit acquirere bona, ex quibus possit dotis restitutioni satisfacere. l. si defunctus. C. arbitr. tutelæ. l. cura. §. deficientium. ff. de munerib. & honorib. & ideò in eo dolus non debet præsumi: & ita post Cuman. Angel. Aretin. §. item si de dote. numer. 3. versic. quartò fallit. Institut. de actionibus. Alexander. l. non tantùm. numer. 15. ff. de re iudicat. Campes. dote. 3. parte. q. 251. & Alexand. l. rei iudicatę. numer. 9. ad finem. ff. eodem. Vincent. l. sicut. numer. 8. ff. de re iudicat. Zasius libr. 2. singular. responsor. cap. 9. numer. 2. quidquid repugnet Aretin. l. rei iudicatæ. §. socero. col. 2. ante medium. ff. eodem. Palac. repet. rubr. §. 21. numero. 14. Et hac eãdem ratione si maritus dotem recipiens sit inops, non præsu-

77 metur in eo fraus, † quia si quid consumat ex dote, potest sperare, quòd antequam adueniat tempus dotis restituendæ, efficietur diues. Alexan. hîc numer. 1. versic. nonò fallit. Brunus tractat. de cession. bonorum. 4. parte principali. quæst. 20. numero. 11. quidquid contrarium teneat Socin. regula. 257. nume. 3. Oportet igitur aliunde constare de dolo soceri, vel mariti dotem recipiẽtium: nam tunc si de eo constaret, amitterent hoc priuilegium. gloss. fin. l. penult. §. de iure dotium. & notabiliter tradit Vincent. l. sicut. numer. 8. in fine. ff. de re iudicat. & Zasi. lib. 1. singul. intellectuum, cap. 5. numer. 6. Et hæc de ampliationibus huius text. Videndum igitur restat de illius limitationibus, & prima sit limitatio, vt hoc priuilegium non competat hæredi mariti: text. hîc: concordat. l. sciẽdum. & l. et si fideiussor. §. fin. ff. de re iudicata. l. verum. 64. in fine. §. pro socio. Et circa hoc aliquos graues Doctores errasse ostendit Alexand. l. fin. §. etsi præfatam. numer. 4. C. de iure deliberand. Sed in contrarium facit, quòd hæres, & defunctus, censentur vna & eadem persona.

sona.authen.de iureiurand. à moriente præstit. collatione. 5.Adeò quòd & iura personalia defuncti transeant ad hæredem.l.vnica.C.vt actio.ab hæred. Ratio autẽ decidendi est, quòd priuilegia personalia cum persona extinguũtur.l. quia tale.14.ʃ.eodem.l.in omnibus causis id. 48.ʃ. de regulis iuris. vnde quoad iura per mortem extincta,hæres non potest repræsentare personã defuncti. gloss. l. hæres in omne.37.ʃ. de acquirend. hæreditat.l.cum hæredes.in princip.iuncta gloss.2.ʃ.de acquir. posses. tradit Peralta in rubric.numero.139.ʃ.de hæred. instituen. Neque obstant iura pro ratione dubitandi adducta, quia procedunt in actionibus personalibus, quæ morte nõ extinguũtur,ne aliàs hominum comercia impediantur. Hanc tamen limitationem declarabat Socin. post Cuman. l. l.2.§.sanè.numer.7.ʃ.de exception. procedere, quando maritus decessit, antequã lis esset cõtestata super exceptione: nã si post eam contestatã decessit, trãsibit ad hæredes, quantumcunque personalis sit.l. si eum. §.qui iniuriarum. s̃. si quis cautio.subscribit Gomes. regul. de triennali.q.14.colum.4. Sed non placet hæc declaratio,quia est contra generalitatem huius text.per quem Bart l.ex diuerso.§.fin.in fine.ʃ.eodem. generaliter tradit, exceptionem hanc morte mariti extingui:tradit etiam Iason. l. quod nomine.in fine.s̃.de condict. indeb.l. inter eos.num.11.de re iudicat.Et pro hoc expendo text.l. si cum procuratore. 23.ʃ. de re iudicata.vbi lis fuit contestata per procuratorem super hac exceptione, & tamen mortuo marito præsupponitur, prædictam exceptionem nihil prodesse
78 hæredi mariti. † Neque obstat fundamentum Cuman.& Soci.quia.l. si eum. §.qui iniuriarum.s̃.si quis cautio.cum similibus,procedit in actione nobis competente ad aliquid petendum : si enim lis super ea cõtestaretur, illud quod aliàs non videbatur in bonis, incipit in illis videri.l.si cui ex empto. 12.ʃ. de verborũ significat. quia in litis contestatione,quidam quasi contractus celebratur.l. 3.§. idem scribit.s̃.de peculio.per quem actio quasi ex contractu transmittitur ad hæredem.l.vnica.C. vt actio.ab hæredib. Nos autem agimus de exceptione,quę nõ pertinet ad aliquid petendum, sed potius ad elidendam actionem aduersarij.l. si vnus. §.pactus ne peteret s̃.de pact. quem effectum non consequitur,nisi post latam sententiam.Bart.l.si plures.num. 4.ʃ. de fideiussorib. Cùm igitur mortuo marito ante sententiam,actio remaneat integra, & non elisa, nihil proderit litis contestatio hæredi, qui ex persona sua illam vult elidere,iuxta regulam huius text. Vnde infero, quòd si lata iam sententia, maritus decederet,tunc exceptio prodesset hæredi : nam cum actio mulieris iam sit elisa quoad effectum exequendi, non potest eam in solidum exequi in persona hæredis.Contrarium tamen voluit Bal.l.2.nume.4.C. quod cum eo.motus ex eo,quòd sententia iudicis non tribuit hoc priuilegium, sed beneficium iuris.l. miles. §. decem.ʃ.de re iudicat. vnde adhuc videtur procedere regula huius text.sequitur Aretin.hîc post medium.Brunus tract. de cession.bonor.4.parte principali.q.6.num.4. Sed nostra illatio videtur verior. Neque obstat Bald. ratio, quia sententia iudicis hoc saltem efficit,vt actio mulieris videatur elisa quoad effectum exequutionis: vnde impossibile est, per eam in solidum posse fieri exequutionem in hærede: facit.l.ex iudiciorum.ʃ. de accusation. Vnde à fortiori si postquã est deductio facta, maritus decedat,id quod retinuit ex dote, remanebit penes hæredes:quod tenet Faber.§.sed & si quis.numer.5. & ibi Angel.ad finem.Institut.de actionibus. Neque obstat,quòd id, quod deducitur,pertineat ad alimenta mariti.glos.fin.cap. studeat.50. distinctione. & alimenta morte extinguũtur.l.cum hi.§.modus.s̃.de transactionib. quia respondetur,quòd lex permittit



mittit simpliciter fieri hanc deductio-
79 nem ex dote, † & sic perinde est ac si dictum esset,quòd quid deduceretur,vt inde alimenta maritus perciperet, quo casu censetur illud esse in pleno dominio mariti,& q̃ debeat trãsmitti ad hæredes.l.4.ʃ. de alimẽtis & cibar. legat. l. cum hi.§.si vni.s̃. de transactionib. & ibi Iason numer.5. Verior igitur declaratio erit,quòd conclusio huius textus procedet in hærede mariti,non autem locum sibi vẽdicabit in hæredibus vxoris: nam licet vxor mortua sit, tamen maritus quandiu vixerit, poterit vti hoc priuilegio aduersus vxoris hæredes: & est expressum.l.si post.28.ʃ.eodem. Quinimò etsi propter delictum vxoris dos confiscetur,iuxta.l. quinque legibus. ʃ. de bonis damnator.maritus vtetur hoc priuilegio aduersus fiscum.l.maritus minus. 37.ʃ.eodem.quantumcunque fiscus prò priè hæres non sit delinquentis.l. quoties.in fin.ʃ.de nouation.l.2.C. ad legem Iuliam de vi publica.tradit Alexand.hîc colum.2. versic. vigesimo fallit.qui propter hoc acriter reprehendit Bald. contrarium tenentem.l.quod nomine.s̃. de condict.indeb.& subscribit Zasi.hîc numer.16. Campes.de dote.3. part.q.238. ad finem. Sed vtique Bald.immeritò reprehenditur per suprà dictos: nam imò dicit id quod suprà allegati volunt,illud addens,quòd si per contrarium propter delictum mariti bona eius confiscentur, dos restituenda est in solidum vxori,neque fiscus poterit vti priuilegio huius textus.Prout & eo vti non potest verus hæres mariti,iuxta istum textum : quod in specie insinuat.l. si marito.32. in principio. ʃ. eodem. & in terminis aduertit Brunus tractatu de cession. bonorum. quæst.20.principal.numer.29. Præterea declara limitationem de qua suprà,procedere in hæredibus extraneis, nam ad filios suos hæredes patris,transibit hoc priuilegium.l.etiam. 19.ʃ. eodem. tradit post alios Hippolyt Riminal.in princip. numer.347.Instit.quib.alien.licet.& ampliat Ancharran.consil.411.numer.5.& exornat Brunus tractat.de cession.bonorum.4.part.princip.quæst.26.à nume.3. Quod tamen intelligendum est in filijs procreatis ex eodem matrimonio: nam si maritus ex alia vxore habeat filios suos hæredes,& nouerca ab illis dotem repetat,nõ gaudebunt priuilegio huius textus:ita colligitur ex verbis d.l. etiam. in princip.ʃ.eodem.sentit glos.fin. l. si cum procuratore. 23.ʃ. de re iudicata. & aduersus gloss. 1. dict.l.etiam.resoluit Alexand.ibi numer.1.& consil.58.nume.4. lib.7.Iason.§.fuerat.numer.94. Instit.de actionib.Neguss.de pignorib.4.membr. 2.partis.numer.95.Socin.consil.84. numer.6.libr.1.Ruin.consil.163. numer.2. lib.4.Riminald.in princip.num.350.Institut.quib.alienare.licet.Menoch.consil.40.numer.10.& num.34.lib.1. Et pari ratione cum nepotes non possint dici nati ex eodem matrimonio, non con
80 cedetur illis hoc priuilegiũ : † quod sentit d.l.etiam.19.ʃ.eodem. ibi, Filijs. nam in priuilegijs appellatione filiorum non veniunt nepotes.l.sed & milites.10.ʃ.de excusation.tutor. & quia cum agatur de materia odiosa,& præiudiciali vxori, dotem repetenti,appellatione filiorum nõ comprehenduntur nepotes. l. quòd si nepotes.ʃ.de testam.tutela. quod ita resoluit Alexan.l.etiam.in princ.num. 2.ʃ. eod.Ias.l. si cũ procuratore. nu. 9.ʃ.de re iudicat.Crot.l.omnes populi.num.231. s̃. de iustitia & iure. Brunus tractatu de cession. bonorum. 4. parte principali.q. 26.num.4.Connan.lib.8.commentar. c. 9.num.9.Sed imò hoc priuilegium pertinere etiam ad nepotes, pro constanti tenet Bart.l.si cum procuratore. in fine. ʃ.de re iudicata.per text. authent. si aliquid. C. qui potiores in pignoribus habeantur. ibi , Soboles . quod verbum omnes descendentes significat.l.fin. C. de naturalibus liberis. authent . quibus modis naturales efficiant. sui. §. si quis

aurem defunctus, collat. 7. & Bart. subscribit Angel. §. fuerat. numer. 16. Instit. de action. Neguſ de pignorib. 4. memb. 2. part. numer. 65. Et iure regni Castellæ dicit verius Baeça de debitore inope, c. 17. numer. 49. Nihilominus tamen prima opinio est verior. Neque obstat d. authent. si quid. nam loquitur in priuilegio prælationis, quod habet vxor, iuxta l. asiduis. C. qui potior. in pignor. hoc enim cũ respiciat fauorem dotis, ad omnes descendentes extenditur. dict. auth. si quid. Intelligendo tamen de descendentibus per lineam rectam ex prædicto matrimonio. Bartol. dict. l. asiduis. in fine. Iason. §. fuerat. numer. 94. Instit. de actionib. nos autem agimus de priuilegio, ne quis condemnetur vltra quàm facere posit: quod priuilegium maximè est nociuum mulieri. Menoch. consil. 40. numer. 34. libr. 1. & ideò solis filijs ex eo matrimonio concessum est, vt aduertit Alexand. l. etiam. in princ. numero. 3. ℣. eodem. Et ex his facilè percipies veram rationem huius declarationis: quanuis enim priuilegia personalia patris regulariter ad filios non transeant, iuxta regulam generalem. l. in omnibus causis id. 48. ℣. de regulis iuris. tradit gloſ. fin. l. ex pluribus. 43. ℣. de administrat. tutorum gloſ. l. penult. §. fin. verb. simplex. s̃. de ritu nuptiarum. & asserit receptum Alexand. l. quia tale. numer. 2. in fin. ℣. eodem. Iason. l. si cum procuratore. num. 8. ℣. de re iudicat. & l. qui se patris. num. 43. versic. pro ista. C. vnde liberi. quidquid cõtrarium sentiat gloſſ. 2. l. sordidorum. C. de excusation. munerum. libro. 10. & gloſſ. penul. l. dabimus. §. 1. ℣. de priuileg. creditor. vbi Ripa numer. 16. asserit eam
81 communiter reprobari: † tamen quando priuilegium personale conceditur propter matrimoniũ principaliter, hoc priuilegium transit ad filios susceptos ex eodem matrimonio d. l. etiam. 19. ℣. eod. & ita Bart. l. quia tale. num. 4. ℣. eod. Bald. consil. 355. num. 5. lib. 1. Iason d. l. si cum procuratore. num. 8. Ripa. l. dabimus. §. 1. nu. 16. ℣. de priuileg. creditor. Et hinc est, quòd priuilegium prælationis, quod mulieris personæ conceditur ad repetẽdam dotem. §. fuerat. in fine. Institut. de actionib. etiam filijs eiusdem matrimonij communicatur. l. asiduis. versic. exceptis. C. qui potior. in pigno. Similiter priuilegium personale, quod conceditur mulieri, vt præferatur creditoribus habentibus personales actiones, quanuis non comuniceter hæredibus extraneis mulieris. l. vnica. C. de priuileg. dotis, communicatur tamen eius filijs susceptis ex eodem matrimonio, vt ibi tradit gloſſ. final. & gloſſ. 1. l. etiam. in princip. ℣. eod. vbi Alexan. num. 3. asserit receptum, & Iason. §. fuerat. numer. 94. Instit. de action. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. num. 45. quidquid repugnet Ripa. l. quæsitum. §. fin. numer. 18. ℣. de priuilegijs creditor. Est sanè aduertendum, priuilegium personale patris, non transmitti ad filios: quia cum eius morte extinctum sit. l. quia tale. 14. ℣. eodem. non potest ad eos transmitti, sed nouum priuilegium propter eundem fauorem matrimonij, formatur in eorum personas, ita vt ex propria persona nouum priuilegium separatum à priuilegio paterno videantur obtinere, vt in simili probatur. l. stipulatio ista. §. sed si quis. ℣. de verborum obligationibus. & in simili tradit Bartol. l. tutela. in fine. ℣. de tutelis. & in specie ita sentit gloſſ. fin. in princip. l. vnica. C. de priuilegijs dotis. & clarius Alexander. l. rei iudicatæ. §. finali. ad finem. versic. sed si. ℣. eodem. subdens, quòd ad constituendum, quãtum filij facere possint, non est habendus respectus ad solam personam patris, cuius priuilegium morte fuit extinctum: subscribit Iason §. fuerat. numer. 94. Instit. de actionibus. Secundò principaliter limita conclusionem huius text. vt hoc priuilegium nihil prosit fideiussori mariti dato pro dote restituenda: quod in specie probat. l. etsi



etsi fideiussor. 24. ℣. de re iudicat. & l. exceptiones. 7. in princip. ℣. de exception. Et si dicas, hanc limitationem verificari non posse, quia maritus pro dotis restitutione non potest dare fideiussorem vxori. l. 1. C. ne fideiussor. dotium dẽtur. respondetur, id exemplificari posse in fideiussore dato per maritum post solutum matrimonium: nam tunc dari potest. l. si constante. §. quoties. ℣. eodem. & ita expressè declarat Iurecons. dict. l. exceptiones. post princip. & ibi gloſſ. verb. post. ℣. de exception. Et poterit etiam verificari in multis casibus, in quibus etiam constante matrimonio maritus potest dare fideiussorem pro dotis restitutione, quos cõgerit Bald. Nouel. de dote. 6. part. priuil. 12. & priuil. 21. & ita in specie hanc nostram limitationem declarat & exemplificat Iason. l. si cum procurato-
82 re. numer fin. ℣. de re iudicata. † Brunus tractat. de cession. bonor. 4. part. principali, quæst. 25. numer. 4. Habet nihilominus hæc nostra limitatio duas difficultates. Prima, quia hoc priuilegium competit defensori mariti. l. alia. 15. in princip. ℣. eodem. ergo debet etiam cõpetere eius fideiussori, quia eadem videtur ratio. Secunda est, quòd si priuilegium mariti nõ prodesset fideiussori, inutile videtur reddi priuilegium mariti, cùm fideiussor solidum soluens pro marito, possit ab eo repetere per actionem mandati. l. indebitam. s̃. de cõdict. indeb. l. Papinianus. s̃. mandatu. & sic etiam maritus solidum in effectu restituet. Propter quam rationem constitutum est, generaliter exceptionem competentem principali, prodesse eius fideiussori, ne aliàs exceptio principali competens, reddatur inutilis. l. sed etsi. 11. §. non solum. s̃. ad Macedonian. l. 1. §. exceptiones. ℣. quarũ rerũ actio non detur. l. final. §. fin. C. de vsuris rei iudicat. §. fin. Instit. de replication. notabiliter Bart. quæst. 2. numer. 18. Sed his difficultatibus responderi potest. ad primam, quòd in hac materia differentia constituenda est inter fideiussorem mariti, & defensorem. gloſſ. l. etsi fideiussor. verb. rei. ad finem. ℣. de re iudicat. Et ratio differentiæ est, quia ea actione qua maritus absens erat condemnandus, ex eadem etiã debet fieri condemnatio defensoris: sed fideiussor conuenitur ex propria stipulatione, & obligatione. l. blanditus. C. de fideiussor. l. 5. §. satis acceptio. ℣. de verborum obligatio. & ideò etiam diuerso modo fit condemnatio: & ita gloſſ. 1. l. alia. 15. ℣. eodem. Bart. l. verum est. in princ. num. 4. s̃. pro socio. Angel. §. fin. colum. 1. ad finem. Instit. de replicatio. Iaſ. l. si cum procuratore. nu. 7. ℣. de re iudicat. Brunus tract. de cession. bonor. 4. part. princip. q. 25. num. 3. Cui tamen rationi videtur obstare, quòd etiam hæres conuenitur eâdem actione, qua defunctus maritus tenebatur. Bart. receptus. l. de eo. ad medium. s̃. de iudic. & tamen diuerso modo condemnatur, vt patet ex isto text. Neque dicas cum gloſſ. 1. d. l. alia. quòd hæres conuenitur proprio nomine. l. seruus. s̃. de his qui notant. infam. l. Modestinus. ℣. de exceptionib. & hac ratione diuerso modo condemnatur: quia replicabitur, quòd & defensor suo nomine conuenitur, & suo nomine condemnatur, vt suprà diximus, & tamen quia eâdem actione conuenitur, eodem modo condemnandus
83 est, quo maritus: † ergo idem dicendum est in hærede. Sed saluando prædictam rationem, respondendum est, quòd defensor conuenitur eâdem actione qua maritus tenebatur dum viueret, & ideò quasi eius loco subrogatus, eodem modo venit condemnandus. l. minor. 51. versicul. quoniam. s̃. de procuratoribus. nam licèt in ipso fiat exequutio sententiæ, propter cautionem, quam præstat de iudicato soluendo, vt suprà diximus: tamen quoad obligationem principalem, eâdem actione conuenitur, qua absens viuus erat conueniendus, & ideò eodem modo condemnatur: hæres autem

tem licèt conueniatur eâdem actione, tamen conuenitur tempore, quo mortuus erat maritus, & ſic extinctum eius priuilegium, & ideò diuerſo modo condemnabitur, vt ſuprà diximus: fideiuſſor autem quanuis conueniatur viuo marito, ex diuerſa tamen obligatione, & actione conuenitur, & ideò diuerſo modo condemnari poterit; quia exceptio perſonalis competens principali, non ſolet prodeſſe fideiuſſori. l. exceptiones. 7. ʃ. de exceptionib. §. fin. Inſtitut. de replication. Ad ſecundam autem difficultatem reſpondetur cum Iureconſulto. l. idemque. 10. §. generaliter. ad finem. ſ. mandati. quòd fideiuſſor conuentus denuntiet principali, vt veniat ad eius defenſionem, qui veniens ex propria perſona poterit opponere exceptionem perſonalem ſibi competentem, & faciet eam prodeſſe fideiuſſori, ne aliàs prædicta exceptio ſibi competens, reddatur inutilis: extollit Bartol. ibi, & l. verum eſt. in princip. numero. 3. ſ. pro ſocio. & q. 2. numer. 15. & in authent. de fideiuſſorib. in princip. numer. 13. collation. 1. Bald. l. tam mandatori, numer. 8. C. de non numer. pecun. Paul. hîc nume. 10. & l. Marcellus. numer. 2. ad finem. ʃ. de fideiuſſorib. Angel. Aretin. §. fin. colum. fin. Inſtitut. de replication. Alexand. l. quia tale. numer. 9. ʃ. eodem. & plures citat Pinel. l. 2. C. de reſcinden. vend. 2. parte, c. 3. numer. 44. Dueñas regul. 330. numer. 4. Gutierrez de iuramento confirmat. 3. part. cap. 15. numer. 16. Brunus tractat. de ceſſion. bonor. 4. part. princip. q. 25. numer. fin. Quibus adde Deci. l. diuus. num. 6. ʃ. de regulis iuris. Galeaul. l. 2. §. ſi tamen. numer. 8. ʃ. de verbor. obligation. Gammam deciſione. 25. num. 1. aſſerentem, ita in Senatu Luſitano fuiſſe iudicatum. Sed vt hęc reſponſio melius percipiatur, de duobus videndum eſt. Primò, vtrùm bene deducatur ex dict. §. generaliter.? Secundò, vtrùm ſit vera? Et quoad pri-
84 mum dicendum eſt, † videri bene deduci ex d. §. generaliter. ad finem. conſiderando, quòd text. ille dicit, quòd fideiuſſor ſoluens principali, non poterit ad uerſus eum agere, repetẽdo id quod pro eo ſoluit, ſi fuit negligens in denuntiando principali, vt veniret ad iudicium, & proprias exceptiones allegaret in fideiuſſoris fauorem: nam videtur text. agere de exceptionibus perſonalibus, quas fideiuſſor ex propria perſona opponere non poterat: nam ſi ageret de realibus, nihil opus eſſet prædictam denuntiationem facere, cum ipſe fideiuſſor ex propria perſona prædictam exceptionem opponere poſſet. l. exceptiones. 7. verſic. rei. ʃ. de exception. gloſſ. fin. cõmuniter. recepta. l. 2. C. de fideiuſſor. minor. ergo tex. ille ita inductus, bene probat cõmunem concluſionem. Ex quo in primis colliges, quòd licèt ille, qui venit ad defendendum aliquem propter proprium intereſſe, debeat aſſumere litem in terminis in quibus eam inuenit, tempore quo offert ſe ad defendendum. c. fin. vt lite pendẽte. in. 6. & ideò ſi veniat poſt dilationem datam ad probandum, non poſſit teſtes de nouo producere, vt reſoluit Couarru. practicar. quæſtion. cap. 13. num. 2. niſi ſit minor, qui per beneficiũ reſtitutionis ad id admitti poſſit. gloſſ. l. parentes. verb. ex perſona. C. de euictio. Afflict. deciſion. 15. & Couarru. practicar. cap. 14. nume. 3. tamen intra dilationem datam conuento, poterit allegare, & probare ea, quæ conuentus omiſit, vt eſſe de mente omnium, aſſerit Couarru. practicar. c. 13. num. 1. ad fin. Item opponere exceptionem perſonalem, qua cõuentus vti non poterat, vt colligitur ex mente ſuprà allegatorum: & tradit in ſpecie Añcharran. cap. ea quæ. num. 21. in. 17. quæſt. de regul. iuris. in. 6. Corne. conſilio. 79. numer. 15. lib. 4. Socin. conſil. 91. column. fin. poſt principiũ. lib. 3. & Cagnol. l. venditor. numer. 15. ſ. de iudicijs. Quibus adde Angel. §. in omnibus. numer. 7. ad finem. Inſt. de fideiuſſorib.

Item



Item colligitur, id procedere, ſiue reus principalis offerat ſe proprio nomine, ſiue procuratorio: vt probat dict. §. generaliter. in fin. expendit Bart. q. 2. num. 15. Sed videndum eſt, quando principalis dicatur ſe offerre ſuo nomine, vel procuratorio? Et eſt dicendum, tunc ſe offerre ſuo nomine, quando vult in ſe tranſferri iudicium, & quòd cum eo agitetur, & nõ cũ procuratore. Procuratorio autẽ nomine, quando offert ſe tanquam procurator in rem ſuam, ad coadiuuandum fideiuſſorem cõuentum, propter intereſſe, ſiue damnum, quod incurrit ſi ille condemnetur: vt tradit Bartol. dict. q. 2. num. 15. Quod ita explicandum eſt, vt ſiquidem principalis prætendat ita nouari iudicium, vt fideiuſſor omnino remaneat liberatus, & ſolùm agatur cum ipſo principali ſuo nomine, id quidem iſto iure obtinere non poterit: nam cum in electione creditoris eſſet, vel conuenire debitorem principalem, vel eius fideiuſſorem. l. non rectè. & l. iure noſtro. C. de fideiuſſorib. non poterat principalis facere quod inuito creditore fideiuſſor remaneret liberatus, & lis tantùm agitaretur cum ipſo principali. Sed ſi nihilominus principalis comparuit, antequam lis conteſtaretur cum fideiuſſore, & petijt in ſe transferri in-
85 ſtantiam litis futuræ, † & vt ſecum ageretur lis ſuo nomine, & quod tamen fideiuſſor non remaneret omnino liberatus, & hoc quidem obtinere poterat, vt infrà dicemus. Si verò poſt litem conteſtatam compareat, non poterit hoc quidem obtinere, ſed tanquam procurator in rem ſuam, admittetur ad aſsiſtẽdum fideiuſſori, & ad eum coadiuuandum, & ſic tunc dicetur comparere procuratorio nomine, niſi actor conſentiat, etiam poſt litem conteſtatam in eum transferri iudicium: nam tunc etiam hoc caſu dicetur comparuiſſe ſuo nomine. Prout etiam videmus, quòd ſi venditor compareat ad defendendum emptorem; ſi quidem velit eum omnino liberari, & animo nouandi in ſe trãsferri illius obligationem, inuito actore id obtinere nõ poterit, iuxta regulam. l. ſi mandato. §. 1. ſ. mandati. Si verò non prætendat, emptorẽ remanere omnino liberatum, ſed tantùm in ſe transferri inſtantiam litis futuræ; ſi quidem id petat ante litem cõteſtatam cum emptore, audiendus eſt. l. ſed et ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit. in fine. ſ. de petition. hæredit. & ibi Paul. numer. 13. notabiliter Bart. l. liberto. §. fin. in fine. ſ. de negoc. geſt. Bald. l. 1. in fine. C. vbi in rẽ actio. Angel. Aretin. in rubr. num. 14. Inſt. de exception. dummodo præſtet cautionem, quòd reſtituat rem, ac ſi poſſideret, vt probat dict. §. item ſi rem. in fin. & ibi Angel. num. 4. notabiliter Bar. l. 3. §. fin. num. 5. ſ. de alien. iudic. & niſi actor alleget, emptorem conuentum eſſe legaliorem, & faciliorem ad exigendum. l. ſi actor. ſ. de procurator. Si verò poſt litem conteſtatam id petat, non audietur: nam cum emptor per litis conteſtationem ſit iam obligatus inſtantiæ. l. 3. §. idem ſcribit. ſ. de peculio. non poteſt eximi ab hac obligatione, inuito creditore, iuxta regulam. l. ſi mandato. 45. §. 1. ſ. mandati. Tãtùm ergo poterit aſsiſtere illi, tanquam procurator in rem ſuam propter proprium intereſſe, vt in ſimili tradit Bart. l. ſæpè. num. 10. ʃ. de re iudicat. & ita in ſpecie Angel. l. venditor. numer. 3. & ibi Iacob. num. 6. ſ. de iudic. Si verò actor conſentiat, tunc id obtinere poterit. Maranta. l. ſi actor. num. 37. ſ. de procurator. Iuxta quæ eſt explicandus Bart. l. ſi actor. num. 2. ſ. de procurator. & Paul. l. ſolutionem. num. 1. ʃ. de ſolution. Hæc igitur etiam reſolutio admittenda eſt in principali volẽte defendere fideiuſſorẽ, quia prædicti caſus æquiparãtur. Bart q. 2. num. 15. Et aduertes, quòd inter prædictos modos multæ ſunt differentiæ: nam ſi principalis transferat in ſe inſtantiam litis futuræ, cum tunc ſuo nomine defendat, ipſe debet interrogari,

& om-

& omnia cum ipso debent tractari, tan-
86 quam cum principali,† vt declarat Bart.
d.l.si actor.num.2.ſ.de procurator.In se
cundo autem casu,cum emptor,& fide-
iussor sint principales in causa, cum psis
prædicta agenda sunt.Secunda differen
tia est;quòd primo casu potest actor op-
ponere,quòd fideiussor vel emptor sunt
idoneores,& ideò principalis non posit
in se transferre instantiam litis futuræ.l.
si actor.ſ.de procurator.quod in secun-
do casu opponere non potest, cum prin
cipalis tãquam procurator in rem suam
compareat,propter proprium interesse,
& ideò ei nihil opponi potest: prout ne-
que potest opponi simplici procurato-
ri,per quem ego volo causam meam de
fendere.l.1.§.vsus.ĵ. de procurator. tra-
dit Bart.d.l.si actor.num.2.ad fin. Deni-
que primo casu, cũ ipse principalis in se
transferat instantiam iudicij,lata senten
tia in eius exequetur bonis.l. Plautius.
61.ſ.de procurator.& nihilominus etiã
fieri potest in bonis emptoris, qui sciens
& patiens litem agitari per venditorem,
vel dominum principalem,tacet;nã tũc
sententia ei præiudicat.l.sæpè.versi.sciẽ-
tibus.ĵ.de re iudic. quod respectu ipsius
emptoris verificari non potest, nisi sen-
tẽtia etiam exequutionẽ habeat in eius
bonis.Bald.l.1.ad fin.C. vbi in rẽ actio.
Anchar.consil.333.dubia.num. 3. & ibi
pulchra additio Angel.in rubr.num.14.
Inst.de exception.Quòd si secũdo mo-
do se offerat,tunc in bonis principaliter
conuenti fiet exequutio.l.4.in princ.ĵ.
de re iudicat.& tanquam procurator in
rem suam coram eodem iudice poterit
conueniri propter euictionẽ, quia hoc
fit in consequentiã primæ litis.l. cum vẽ
dente.C.vbi causę fiscales.l.cum eorum.
C.de sentent.& interloc.Soci. cons.244.
considerata.à num.3.lib.2.Cagnol.l.vẽ-
ditor.nu.22.ſ.de iudic.& in dubio quali-
ter videatur comparere ille,qui se liti of-
fert propter propriũ interesse,videndus
est Alex.in l.2.num.6.C.de pactis.Et vl-
terius ad perfectam explicationẽ d.§.ge
neraliter.duo notabis,quòd si in contra-
ctu venditionis vẽditor cessit omnia iu-
ra sua in emptorem, constituẽdo eũ pro
curatorẽ in rem suam,tunc emptor, vel
etiã fideiussor propter cessionẽ poterit
vti exceptione personali cõpetenti prin
cipalibus,vt per.l.si res.ſ. de euiction. in
simili concludit Bart.l.Iulianus. §.1. nu-
mer.6.ĵ.de verbor.obligation.&.l.si pro
re.§.1.ſ.de euiction. quem sequitur Ca-
pic.decis.197.nu.9. & in specie ita de-
clarat Angel.Aretin.in rubr.num.14. Inst.
de exception.Alciat.responso.216.ad fi-
87 nem. † ex quibus notabilem cautelam
in proposito collegit Angel.Aretin.§. in
omnibus.num.8.Instit. de fideiussorib.
Secundò addendum est, quòd cum d.
§.generaliter.ea ratione procedat,quòd
agitur de interesse principalis, quia reus
condẽnatus potest aduersus eũ habere
recursum, à cessante ratione consequi-
tur,quòd si reus conuentus aduersum il
lum non potest habere recursum, non
poterit is comparere in iudicio,& ex per
sona sua allegare exceptiones proprias
personales,in fauorem fideiussoris: & in
specie Bart.l. Marcellus.ad fin.ĵ. de fide-
iussorib.Alexan.l.non tantùm.§.1.nu.9.
ĵ.de re iudicat. Campes. de dote. 3.part.
q.243.Deci.l.diuus.nu.6.in fin.ĵ.de regu
lis iuris. Quare si fideiussor sit filius, vel
libertus mariti, cum non posit aduer-
sus eum habere recursum,nisi quatenus
ipse facere posit.l.sunt personæ.ĵ. de re
iudicata.quia tunc cessat eius interesse,
cessabit dispositio dict.§. generaliter. &
ita Alexander.l.quia tale.ad finem.ĵ.eo-
dem.Campes.de dote.3.part.quęst.243.
Similiter si debitor obtinuerit inducias
quinquẽnales aduersus omnes credito-
res suos, iuxta.l.fin. C.qui bonis cedere
possunt hæ quidem induciæ quasi in-
ducentes priuilegium personale, non
proderunt eius fideiussori.§.fin. Inst. de
replication.Bart.l.cum filius familiàs. §.
1.ad finem.ĵ. de verborum obligation.

Quinimò



Quinimò operabuntur, quòd non pos-
sit induci d.§.generaliter.nam cùm præ
dictæ induciæ concessæ aduersus om-
nes creditores, comprehendant etiam
debitoris fideiussorem,iuxta notata.l.1.
ſ.si certum petatur.cùm tutus sit aduer
sus fideiussorem, & sic cesset eius inte-
resse,cessabit dispositio dict.§. generali-
ter.& ita Cyn.l.quoties.ad finem. & ibi
notabiliter Salicet.num.4.C.de precib.
Imperator. offerend. Angel. in rubric.
num.13. Instit.de exceptionib.& nota-
biliter Brunus videndus tractat. de ces-
sio.bonorum.quæstio.8.principali. nu.
5.Quod tamen tutum non est, nam cũ
debitor aduersus fideiussorem tantùm
tutus sit quoad quinquenium, non de-
bet impediri opponere suam exceptio-
nem, ne transacta dilatione, fideiussor
aduersus eum habeat recursum, vt est
de mente Bald.l.tam mandatori. num.
8.C.mandati. Ad quod expendi potest
doctrina Bartol.l.Stichum.§. quod vul-
go.num.2.ĵ.de solutio.dum vult, quòd
si fideiussor minoris conueniatur,pote-
rit minor comparẽdo allegare in fauorẽ
fideiussoris, beneficium restitutionis si-
bi competens.Hoc tamen dictum Bar.
impugnãt Paul.& Alexand.l. 1. C.de fi-
deiussor. minorum.ea ratione, quia cũ
fideiussor aduersus minorem non pos-
sit habere recursum.l.1.C.de fideiusso-
rib.minorum. cessante minoris interes-
se, non poterit opponere beneficium
restitutionis sibi competens,iuxta suprà
dicta,& videtur in specie tex.l.eum qui.
48.ſ.de minorib.subscribit Iason.l. si cũ
procuratore.num.5.ĵ.de re iudicat. Pi-
nel.l.2.C.de rescinden.vend.2.part.c.3.
num.43.Sed vtique Bart. non meretur
88 reprehendi:† quia loquitur,quando re-
cursus potest haberi aduersus minorem;
nam aliquãdo fideiussor habere potest
recursum aduersus minorem, iuxta tra-
dita per Bart.l.cùm post.§.1.num.3.ĵ.de
adminis.tutor.tũc enim cũ eius interit,

2.Tom.

inducetur d.§ generaliter.In quibus ter
minis Bart. doctrinã cõmuniter recipi
asserit Oddus Sfortius tract.de rest.1.p.
q.48.n.34. Vnde idẽ dicẽdũ est in casu
de quo suprà.His ita expeditis,restat vi-
dere, an cõmunis traditio suprà relata
sit vera? Et Duaren.l.alia.in prin.ĵ.eo.exi-
stimat,verã nõ esse: quia.l. exceptiones.
7.ĵ.de exceptio.& §.fin.Insti.de replica
tio.proponunt regulã, q; exceptio per-
sonalis nõ prodest fideiussori: quæ regu
la inutilis redderetur,si prędicta declara
tio cõmunis esset admittẽda.Cui tamẽ
rationi facilè respõderi potest,regulam
prædictorũ iuriũ tãtũ probare, fideiusso
rẽ ex propria persona nõ posse oppone-
re exceptionẽ personalẽ principali cõpe
tẽtẽ:nõ tamẽ negãt, ipsũ principalẽ cõ-
parẽdo in iudicio,posse opponere ex p-
pria persona exceptionẽ personalẽ sibi
cõpetẽtẽ,vt est expressũ d.§.generaliter.
neq; per hoc redditur inanis regula præ
dictorũ iuriũ:nã si fideiussor sciuit exce
ptionẽ personalẽ competere principa-
li, & ei non denuntiauit, quòd veniret
ad eum defendendum, locum habebit
regula prędictorum iurium: nam fide-
iussor solidum soluet,neque habebit re-
cursum aduersus principalem,vt probat
d.§.generaliter.Siverò ignorauit,eã ex-
ceptionẽ principali cõpetere, tũc solidũ
soluet,& repetet à principali, cui impu-
tandũ est,si nõ fecit certiorẽ fideiusso-
rẽ de exceptione personali sibi cõpeten
ti.l.si fideiussor.29.versic.si cũ debitor.ſ.
mãdati.& ita resoluit Ias.l. si cũ procura
tore.nu.4.ĵ. de re iudic. Et ex his venit
explicãdus tex.in.l.minor.51.vers.quo-
niã.ſ.de procurator.dũ probat, defenso
rem subrogari per omnia loco defensi:
ac ita illas tantùm habere exceptio-
nes, quas defensus ex sua persona ha-
bere poterat,non autẽ posse proponere
exceptiones ex persona sua: nam pro-
cedit ea regula in defensore volũtario,
quia spõte sua suscepit defẽsionẽ abscẽtis:

Aa sed

ſed non procedet in defenſore neceſſario, ſaltem neceſsitate cauſatiua: quia ſcilicèt, aliàs fideiuſſor poſſet habere recurſum contra eum: nam tunc etiam ex propria perſona poterit defenſor opponere eam exceptionem, quam defenſus opponere poterat, vt probatur dict.§. generaliter. †& tradit Bartol.
89 l. minor.§. final.ſ.de procuratorib.&.l. procurator ad exhibendum.§. 1. num. 1.ad finem.ʃ.rem ratam haberi. & aſſerit receptum Corne. conſil.128.num.1. libr.3. Tertia principalis limitatio ad regulam huius text.deducitur ex.l. diuortio.37.ſ.de negocijs geſtis. vbi maritus diuortio celebrato geſsit negocia mulieris: inquit text. dotem venire etiam in actione negociorum geſtorum : & quòd ſi tempore quo geſsit negocia, erat ſoluendo, & poſteà efficiatur non ſoluendo, conuentus per actionem negociorum geſtorum, in ſolidum condẽnabitur, non verò in quantum facere poteſt. Et ratio eſt ſecundùm gloſſ. ibi, verbo, facere. ad finem. quia maritus conuenitur per actionem quæ oritur ex actu geſto poſt ſolutum matrimonium: & quanuis maritus habeat priuilegium reſpectu contractuum geſtorum, dum conſtabat matrimonium. l. non tantũ 20.ʃ.de re iudicat. non autem illud habet reſpectu contractuum, vel quaſi,
90 geſtorum poſt iam diſſolutum matrimonium, ex ratione l. 3. in principio. ʃ. de actio. rerum amotarum. Et communiter recipitur hæc ſolutio, vt aſſerit Alexan. l. quia tale. num. 8. ʃ. eod. & eã probat Bart. hîc num. 1. Paul. num. 9. Duaren. col. 2. Zaſi. num. 11. Angel. §. item ſi de dote. nu. 2. Inſti. de actio. Alexand. l. non tantùm num. 8. ʃ. de re iudicat. & ibi Duaren ad finẽ. Cuiac. lib. 24. obſeruatio. cap. 38. Ac ita colligitur elegãs limitatio ad hunc text. vt non procedat, quando maritus conuenitur ratione actus geſti poſt ſolutum matrimonium. Habet tamẽ hæc limitatio difficultatẽ, ex. l non tantũ. 20. ʃ. de re iudic. vbi maritus habet hoc priuilegium, etiamſi conueniatur pro alijs contractibus diuerſis à dote, & etiamſi hæc conuẽtio fiat poſt ſolutum matrimonium, vt infrà dicemus. Secundò obſtat. l. 3. in princip. ſ. de conſtit. pecunia. nam in generalitate ſua probat, quòd etiãſi maritus poſt ſolutũ matrimonium conſtituat ſe ſoluturum dotẽ in ſolidum, tamen non tenetur ſoluere vxori, niſi pro ea parte, qua facere poſsit. Tertiò vrget authoritas gloſſ. fin. l. alia. 15. §. eleganter. ʃ. eod. quæ vult, maritum non poſſe renuntiare huic priuilegio, etiam poſt ſolutum matrimoniũ, propter reliquias matrimonij, quæ adhuc videtur ſupereſſe. l. 2. ʃ. de action. rerum amotarum. & ſequitur Dyn. ibi, quẽ aduerſus Bartol. contrarium tenentem, probant communiter DD. vt ibi aſſerunt Alexand. colum. final. Aretin. colum. 2. ad medium. Ergo ſi propter reliquias matrimonij, adhuc videtur durare reuerentia maritalis, debet induci priuilegium huius text. Sed defendendo cõmunem limitationem, ad primam difficultatem de. l. non tantùm. reſponder gloſſ. 2. ibi, text. eſſe intelligendum, quãdo maritus conuenitur pro alio contractu conſtante matrimonio: nam ſi eo iam ſoluto conueniatur, non habebit hoc priuilegium: allegat dict. l. diuortio. †quod & probauit gloſ. 1. hîc, &. l. ſi vxor marito. verbo, iudicio. ſ. de donatio. inter virum. Sed non placet hæc reſponſio, quia receptius eſt, quòd ſi maritus conueniatur ratione contractus celebrati conſtante matrimonio, habebit hoc priuilegium, etiamſi ſoluto matrimonio conuentio fiat, vt colligitur ex generalitate dict. l. non tantùm. vbi Alexander num. 8. aſſerit hoc communiter receptum. Aretin. hîc in princip. Neque repugnat dict. l. diuortio. quia non debet attendi in hac materia tempus, quo vxor maritũ conuenit, ſed potiùs tẽpus, quo celebratus fuit cõtractus, cuius ratio-



ratione fit conuentio: nam ſi conſtante matrimonio fuit celebratus, indiſtinctè competit hoc priuilegium: ſi verò celebratus eſt poſt ſolutum matrimonium, procedit d. l. diuortio. vt ibi declarat gl. recepta. verb. facere. ad finem. & in ſimili tradit Iaſon. §. ſed & ſi quis. num. 6. Inſtit. de actio. Gutier. de iuramẽto confirmator. 3 par. cap. 15. num. 1. Non obſtat ſecunda difficultas de. l. 3. in principio. ſ. de conſtitut. pecunia. quia reſpondet Bart. hîc num. 1. quòd in caſu ibi propoſito conſtitutum fuit ſubrogatum loco actionis dotis, & ideò illius aſſumit naturam, etſi ſubrogatio facta ſit poſt ſolutũ matrimoniũ. Et ſi opponas de dict. l. diuortio. vbi actio negociorum geſtorũ, ſuccedit loco actionis dotis, & tamen non aſſumit illius naturam: reſpondet Bart. hîc dict. num. 1. id ex eo proceſsiſſe, quia propter culpam mariti gerentis negocia poſt diuortium, prædicta actio ſucceſsit loco actionis dotis; & culpa mariti efficit, ne ea actio obtineat naturam actionis dotis: ſubſcribunt Paulus hîc numer. 9. Zaſius num. 11. Cumanus. l. non tantùm. in fine. & ibi Alexã. num. 8. Iaſon in fine. ʃ. de re iudicata. & ibi Vincẽtius num. 4. aſſerit receptum. Eandem ſolutionem probat Angelus §. item ſi de dote. num. 2. Inſtitut. de action. Iaſon. l. ſunt qui. in fine. ʃ. de re iudicata. Quibus adde gloſſ. 2. in fine. l. ſi id quod. in principio. ʃ. de donationibus. & ibi Imola numer. 4. Cynus. l. 3. in fine. C. ad Macedonianum. Sed non placet hæc reſolutio, quia in ea præſupponitur, quòd propter negocia geſta diuortio facto, maritus non tenetur actione negociorum geſtorum, niſi culpa eius interueniat. Quod tamẽ eſt falſum, & contra dict. l. diuortio. vbi præſupponitur, à principio oriri aduerſus maritum actionem negociorum geſtorum: vt etiam probat. l. ſi tutor. ʃ. de tutelis & rationib. diſtrahẽd. &. l. ſi rem unerandi. 6. §. apud Iulianum, &. l. ſi negocia. 35. ſ. mandati. †& culpa mariti ad
91 hoc expenditur, vt per actionem negociorum geſtorum poſsit condemnari: nam cùm is quaſi contractus reſpiciat vtriuſque partis vtilitatem, oportet, q culpa, ſaltem leuis, interueniat, vt negocium gerens condemnari poſsit. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſ. commodati. l. contractus. ʃ. de regulis iuris. Si igitur in ſpecie dict. l. diuortio. ſoluto matrimonio maritus geſsit negocia vxoris, ſtatim aduerſus eum oritur actio negociorum geſtorum, per quam maritus venit condemnandus in ſolidum, vt text. ille præſupponit, ſi modò culpa, ſaltem leuis, imputari poſſet, cur à ſe non exegerit id quod vxori debebat per actionem negociorum geſtorum, antequam efficeretur non ſoluendo. l. ſi pupilli. 5. §. final. ſ. de negocijs geſtis. l. ſi negocia. 31. ſ. mandati. aliàs ſi nulla negligẽtia ei imputari poteſt, actio negociorum geſtorum erit ſine effectu: neque enim per eam iuſtè condemnari poteſt: vnde tunc fruſtranea redditur quæſtio, vtrùm debeat condemnari in ſolidum, vel in quantum facere poſsit. Culpa igitur in ſpecie dictæ l. diuortio non expenditur ad hoc, vt oriatur actio negociorum geſtorum, ſed vt ex ea poſsit ſequi condemnatio, ſecundũm naturam prædictæ actionis. Præterea prædicta ſolutio præſupponit, q actio quidem negociorum geſtorum, quia ſuccedit loco actionis dotis, debuit habere naturam actionis dotis, niſi culpa mariti obſtitiſſet: quod tamen non videtur verum, neque enim ſola culpa mariti debuit hoc impedire: prout neque ſola culpa mariti eum excludit à priuilegio huius. l. l. vnica. §. cũ autem. C. de rei vxoriæ actione. l. etiam. §. licet. & ibi Bartolus num. 2. ʃ. eod. & infrà latiùs dicemus in quinta limitatione. Vnde ſecundo loco poſſunt cõcordari

prædicta iura, vt standum sit regulariter decisioni dict. l. diuortio. & limitationi ex eo sumptæ: limitetur tamen in cõstituto, quod licèt fiat post solutum matrimonium, tamen semper obtinet naturam actionis dotis, & ita gloss. final. l. non tantùm. 20. ʃ. de re iudicat. & ibi etiam Duaren. ad finem. adducentes bonum text. l. qui id quod. ʃ. de donationib. & subscribit Cuiacius libr. 24. obseruationum. cap. 38. ad medium. Sed neque hæc concordia placet, quia specialitas in constituto ex eo procedit, q̃ succedit loco actionis dotis. Bartolus hîc numero. 1. communiter receptus. Quæ ratio etiam militat in alijs contractibus: & patet ex eo quòd decisio dict. l. 3. in principio. s̃. de constituta pecunia. etiam locum habet, si ea promissio fieret per stipulationem, vt suprà probauimus. Ex alio tamen videtur, quòd prædicta specialitas in con-
92 stituto admittenda sit, † quia constitutum censetur accumulare actionem accessoriè ad præcedentem obligationem. Imola. l. non tantùm. columna 1. & ibi Angelus Aretinus numero. 8. Alexander numer. 9. ʃ. de re iudicata, & actio accumulata accessoriè ad aliam obligationem principalem, semper principalis assumit naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. s̃. si quis cautio. l. 1. §. si quis sub conditione. ʃ. vt legator. seu fideicommissor. nomine. l. 3. C. ad Macedonianum. tradit Bartolus. l. 1. §. hæc actio. ʃ. si quis testam. liber esse iussus fuerit. columna final. & dict. §. qui iniuriarum. numero. 2. Albericus l. si creditori. post principium. ʃ. de legatis. 1. Decius. l. certi condictio. in principio. numero. 10. ad finem. s̃. si certũ petatur. Sed etiam non placet, quia verius est, constitutum accumulare actionem æquè principaliter, vt Bartolus agnoscit dict. §. hæc actio. columna final. & colligitur ex notabili resolutione Paul. & Alexandri numer. 2. dict. §. qui iniuriarum. quidquid ibi repugnet Iason numero. 17. & nos suprà probauimus numero. 4. Pro vera igitur resolutione huius difficultatis aduertendum est, quòd tota difficultas consistit in concordia. l. 3. in principio. s̃. de constituta pecunia. & l. diuortio. 37. s̃. de negocijs gestis. quæ sibi videntur aduersari. Item est aduertendum, quòd vna actio succedit loco alterius duobus modis. Primo per viam substitutionis, vt quia vna actio subrogatur loco alterius extinctæ. Secundo per viam cumulationis, vt quando vni actioni iam natæ, & adhuc duranti alia accumulatur, vt distinguit Bartolus. l. 1. §. hæc actio. columna. 1. ʃ. si quis testam. liber esse iussus fuerit. Iason. l. si eum. §. qui iniuriarum. numero. 16. s̃. si quis cautio. Decius. l. certi condictio. in principio. numero 10. s̃. si certum petatur. In primo casu regulariter actio subrogata sapit naturam illius cui subrogatur; siue hæc subrogatio fiat per legem. §. fuerat. Institu. de actio. siue per hominem. Vnde nouatio facta alicuius actionis, censetur facta cum eisdem qualitatibus, quas habebat actio nouata. l. 2. in fine princi. ʃ de priuileg. creditor. l. aliam. iuncta gloss. verbo, actũ. ʃ. de nouation. & ibi Bartol. asserit receptum Ias. §. fuerat. num. 124. Instit. de actio. Adde Bartol. l. si quis cũ aliter. numer. 4. ʃ. de verbor. obligation. In secundo autem casu longam distinctionem facit Bartol. dict. §. hæc actio. colum. final. Sed quatenus pertinet ad nostrum propositum, resoluendum est, quòd vt actio accumulata sortiatur naturam illius cui accumulatur, tria copulatiuè requiruntur. Primum, quòd eidem competat. Secundum, quòd idem sit petendum. Tertiũ, quòd eâdẽ sit causa petẽdi, siue ex eadẽ causa & eisdẽ principijs vtraq; oriatur: ita colligitur ex. l. 3. in



in principio. ʃ. de constitut. pecunia. & l. vt tantùm. in prin. s̃. de seruo corrupto. & l. qui id quod. in princip. ʃ. de donation. & ex. l. tutor. 70. ʃ. de fideiussorib. Facit. l. cùm quæritur. cum legibus sequentibus. ʃ. de exception. rei iudicatæ. & l. duobus. §. colonus. iuncta gloss. verbo, poterit. s̃. de iureiurand. Altero autem ex prædictis tribus requisitis deficiente, actio accumulata non sortitur
93 naturam illius cui accumulatur. † Si ergo actio accumulata non competat eidem, sed diuersæ personæ, actio accumulata non sortitur naturam illius actionis cui accumulatur: distinguendo, vt per Imolam. l. qui id quod. num. 5. & ibi Roman. num. 6. ʃ. de donatio. Similiter si actio accumulata pertineat ad quid diuersum ab eo, ad quod competit prima actio, diuersam etiam habet naturam. l. rei communis. 45. & ll. sequẽ. s̃. pro socio. Facit. l. si quis ante. ʃ. de exceptio. & l. si mater. §. si quis iter. ʃ. de exceptio. rei iudicat. Deniq; si actio cumulata competat ad eandem rem, & tamen ex diuersa causa, & ex diuersis principijs competat, suã sortietur naturam, neque sequetur naturam actionis, cui accumulatur. l. cùm filius. §. varijs. ʃ. de legat. 2. §. sed nostra. Instit. de legat in quibus tres actiones cumulantur ad idem legatum, & tamen quælibet naturam suam diuersam habet, quia ex diuersa causa competunt, vt statim dicemus num. 95. & notat Bart. l. 1. §. hæc actio. ʃ. si quis testa. liber esse iussus fuerit. in fine. Facit. l. fin. ʃ. de exceptio. rei iudicat. & quod Deci. consil. 43. num. 2. Ex qua resolutione inferendo ad nostram difficultatem, dicẽdum est, quòd in specie. l. 3. in princip. s̃. de constitut. pecunia. & text. similis. l. qui id quod. ʃ. de donatio. ideò actio cõstituti accumulata actioni dotis, eius assumit naturam, quia verificantur tria illa requisita, de quibus suprà. Nam & eidem vtraq; actio competit, scilicèt vxori, & per vtramque actionem idem peti-



tur, scilicèt dotis datæ restitutio. Item ex eâdem causa, vt scilicèt, mulieri restituatur dos, quã marito tradidit. Facit. l. de eâdem. ʃ. de exception. rei iudicat. & quod Bart. l. edita. num. 18. C. de edendo. Cæterùm in specie d. l. diuortio. 37. s̃. de negoc. gest. ideò actio negociorum gestorũ accumulata actioni dotis, non assumit illius naturam, quia licet verificetur primum requisitum, quòd vtraq; actio eidem personæ competit, id est, vxori: item & secundum, quòd per vtranque eadem dos, siue res dotales petuntur: tamen non verificatur tertiũ, quòd ex eadem causa agatur, id est, ad eundẽ finem & effectum: nam per actionẽ dotis ex ea causa dos petitur, quòd cũ per vxorem data fuerit marito, æquum est, quòd soluto matrimonio eidem vxori restituatur. l. 2. in princip. s̃. eod. Sed per actionem negociorum gestorum non ex ea causa agitur, sed potiùs ex ea, quòd cùm diuortio facto maritus gesserit negocia pertinentia ad dotẽ vxoris, æquũ est, eum tenerivxori, siue ad damni emẽdationem, quia vtiliter negocium non incepit. l. sed an vltrò. §. 1. s̃. de negoc. gestis. siue illud non gessit, vt oportuerat, vel quid ex eo retinuit. l. 2. s̃. de negocijs gestis. Item actio dotis competit ratione contractus, & actio negociorum gestorum, ex quasi contractu. Cùm igitur non agatur ex eâdem causa, nõ assumit naturam actionis dotis, cui accumulatur: facit. l. final. ʃ. de exceptio. rei iudicat. Infertur etiam annotatio ad tradita per Bart. hîc num. 1. ad finẽ. dum dicit, quòd quando maritus conuenitur actione separata ab actione do-
94 tis, tunc distinguendum est, † vt si conueniatur pro contractu gesto constante matrimonio, habeat priuilegium, etsi conuentio fiat soluto iam matrimonio. l. non tantùm. 20. ʃ. de re iudicata. Si verò pro contractu gesto soluto iã matrimonio, non habeat hoc priuilegiũ. d. l. diuortio. 37. s̃. de neg.

gest. nam ex prædictis dicēdū est, ideò hanc differentiam procedere, quia agitur ex diuersa causa :& honor qui debetur pro gestis durante matrimonio,non debetur pro gestis post illud solutum. l. 3.in princip. j. de actio. rerum amotar. Item infertur annotatio ad tradita per Bart l.si id quod.in princip. & ibi Paul. & Imol.num 2.j.de donatio.& per Bar. l.tutor.num.2.& num.6.j. de fideiussor. dum tradunt, quòd ad sciendū vtrùm, actio cumulata debeat sequi naturam illius,cui accumulatur, distinguēdum sit, vtrùm in vtraq; militet eadem ratio, & tunc assumat illius naturam. d. l. qui id quod.j.de donatio.adiuncta.l.ne ex liberalitate.j.de re iudicat.notat Bart.l. 1.§. hæc actio.col fin.j.si quis testa.liber esse. aut verò mutetur ratio, & tunc non assumant:allegant.l.3.§.idem scribit. s. de peculio.Nam potiùs distinguere debuissent,vt suprà,vtrū in vtraque actione eadem res petatur, & eadem sit causa petēdi:& tunc procedat d.l.qui id quod.facit.l.de eadē.j. de exceptio rei iudicat. aut verò non sit eadem causa petēdi,& procedat d.l.diuortio. & d.l.3.§ idē scribit.s.de peculio. quia diuersa causa est, vtrùm quid petatur ratione delicti, vel ratione contractus,vt explicat etiā Bar. d.l.tutor.num.6. j. de fideiussor. Præterea infertur explicatio ad doctrinam Bart.in hac materia.l. 1.§.hæc actio.col. fin.j.si quis testament.liber esse.dum in hac materia distinguit, quòd si actio cumulata procedit ex diuersis principijs, regulariter non assumit naturam actionis, cui accumulat.Si verò ex eisdē principijs,adhucidē erit.l.cum filius.§.varijs. j.de legat.2.nisi vna cumuletur propter aliam:nam tunc actio accumulata assumit naturam illius cui accumulatur.l.vt
95 tantū.s.de seruo corrupto.† Nā potiùs docere debuisset,quòd si ex eisdē principijs actio accumulata nascatur,& in vtraque sit eadē causa petēdi, regulariter assumit naturam actionis, cui accumulatur.d.l.qui id quod.j.de donation.l.vt tantùm.s.de seruo corrupto. si verò sit diuersa causa petēdi,tunc non assumit illius naturam.d.l.cū filius.§.varijs.j.de legat.2.nam ibi non est eadē causa petendi,quia per actionem ex testamēto prætendit legatarius, rē sibi tradi tanquam debitam,& per reiuendicationē rem sibi tradi tanquā suam,& p hypothecariā possessionē rei tradi,tanquam sibi hypothecatæ:& sic videtur agi ex diuersa causa.l.fin.j.de exceptio.rei iudicatæ. in simili Socin.l.edita.num. 12. & ibi Deci. nu.77.C.de edēdo. Vltimò infertur explicatio ad tradita per Alexand. l. alia.§. eleganter.col.fin.j.eodē. dum tractans hunc articulum,resoluit, quòd quando maritus conuenitur per aliam actionē directò tendētem ad id quod veniebat in actione de dote,habebit hoc priuilegium,quia prædicta actio directò subrogatur loco actionis dotis:secus si conueniatur per actionem non directò tendentē ad id quod continebatur in actione dotis:nam tunc non assumit naturā actionis dotis, sed procedet d. l. diuortio.subscribit Campes.de dote. 3. parte. q.246.Nam clariùs ex suprà dictis dicēdum est,quòd quando actio accumulata datur ad idē, quod continetur in dote,& ex eadē causa,quia scilicèt dotis restitutio tacitè,vel expressè promissa est, assumet naturam actionis dotis.d.l.3.in princip.s.de constitu. pecun.&.l.qui id quod.j.de donation.secus si actio accumuletur ad idem,ex diuersa tamē causa. d.l.diuortio.37.s.de negoc.gest.explicata vt suprà. Ad tertium de authoritate gloss.fin.l.alia.§.eleganter.j eodē.quòd etiam soluto matrimonio nō potest maritus renuntiare huic priuilegio,quia ad huc durat reuerētia matrimonij anteà acti,respondetur,quòd Bart.ibi num. 7. contrarium tenet.Sed quia opinio glos. est receptior,meliùs respondetur, quòd gloss.loquitur in casu, in quo renuntiatio habet depēdētiam ab actu de præterito,



rito, scilicèt dotis, cuius restitutio fuit tacitè promissa,quando dos fuit tradita. l.si duo.§.pen.s.de iur.iuran. & hoc casu dicitur adhuc durare reuerētia. l. 2.j. de actio.rerum amotar. Alexand.l generaliter.num.2.s.de in ius vocand.† &
96 ideò non valet renuntiatio : si verò non habet dependentiam à casu de præterito, sed respicit nouam causam contingētē post solutum matrimonium,nō durat reuerētiæ maritalis consideratio. l.3.in princip.j.de actio.rerum amotar. Et hac ratione procedit d.l.diuortio. explicata vt suprà: tradidit in simili Salice. l.3.in fin.C ad Macedonian. Ex quibus non est tutum,quod tētat Imol.d.§.eleganter.num.2.in fin. & defendit Areti. ibi column.2.quòd valebit renuntiatio huius priuilegij, si quid post solutū matrimonium culpa mariti gestum fuerit: allegat d.l.diuortio.secundùm magis cōmunē intellectum. Nam dicēdum est, quòd si fiat relatio ad causam antiquam, scilicèt dotis restitutionis promissæ cōstante matrimonio,non valebit renuntiatio, quia propter culpā maritus non amittit priuilegium suum.l. etiam. §.licet.j.eod. & ita contrarium tenet Alex. d.§.eleganter.col.fin. Campes.de dote. 3.par.q.246.Sed si maritus aliquid fecit post solutum matrimonium,& eius culpa interuenit, ex dispositione iuris conuenitur in solidum.d.l.diuortio. explicata vt suprà: & sic frustra quæritur de renuntiatione priuilegij facta per maritū. Quartò principaliter limita conclusionē huius text.non procedere, si mulier repetēs suam dotē,sit inops: neq; enim tunc maritus vtetur priuilegio: quia cū ambo sint in pari casu inopiæ,locum habet regula.l.præses.C.de seruitu.& mulier suum repetēs,debet præferri. l. assiduis.versicul. exceptis. C. qui potior.in pignorib.&quia cū mulier videatur agere de dāno, & maritus de lucro, in pari casu locum habet regula.l.verum. 12.§. fin.s.de minorib.&.l.non debet.42.§.in re obscura.j.de regul.iuris. & ita limitat Bart.hic nu. 4.cuius opinio recepta est, vt hic asserunt Alexand.col.penul.post princip.Aretin.col.2.Zasi.num.20.Dua ren. post princip. Et eandē limitationē posuit Bald.l. 2. num.5.C. quod cū eo. Andre.Sicul.cap.Odoardus.num. 2.de solutio.Hippolyt.sing.99.Neuizan.consil.59.num.12.Couarr.cap. possessor.2. par.§.2.num.4.ad fin.de regul. iur. in.6. Auiles de prætorib.cap.18.column. 3. ad finē.pagin.197.Brunus tracta.de cessio. bonor.4.par.principali.q.20.nu.30.Gutierr.de iuramēto confirmator.3. par.c. 15.num.4.Quod ampliandum est procedere, si mortua muliere, hæredes eius repetant dotē à marito. Cùm enim idē sit obseruandum,ac si ipsa peteret dotē. l.si post.28.j.eodē. quēadmodum si ipsa esset inops,& dotē repeteret,non posset maritus excipere de hoc priuilegio, vt suprà dictū est:ita etiam neq; poterit op
97 poni hæredi inopi:†& ita Bald.l. si quis crediderit.in fin.s.de pact.Angel.§.itē si de dote.num.2.versic.primo. Institu.de actio.Sed aduersus hanc receptam limitationem multa vrgere videtur. Primò, quia per eam nimis restringitur priuilegium huius.l. nam à communiter accidētibus, mulieres non habēt alia bona præter dotē.Vnde admissa communi limitatione,rarò verificari posset priuilegium huius text.Secundò,quia hoc priuilegium fundatur in maritali reuerētia. l.alia.15.§.elegāter.j.eodē. l. vnica.§.cū autem.C. de rei vxor. action. quæ ratio militat etiam in terminis prædictæ limitationis.Item & tertiò aduersus communem expendo.l.si maritus in id.44.j.eo. vbi maritus fuit condēnatus, vt restitueret dotē,quatenus facere posset, & ipse non habebat in bonis nisi nomina debitorum,quæ tantùm æquiualebant quātitati dotis,non tenetur eas actiones mādare vxori,si ea quātitate tota indigeat ad se alendum: prout & si quantitatem illam penes se haberet,idē posset facere,

vt ibi explicat Duaren.& Hippolyt.Riminal.in princip.num.359. Instit.quib. alien.licet.ergo probat text.quòd generaliter maritus inops potest retinere dotẽ,etiam totam,si ea indigeat,quantumcunq, per hoc vxor videatur deduci ad inopiam:quidquid Paul.ibi num.1.ad finẽ.diuinando intelligat,eam mulierẽ vltra dotẽ,habere alia bona,& sic esse diuitẽ.Deniq; aduersus communẽ limitationẽ expẽdo text.l.facere posse.29.ʒ. eod. vbi probatur,quòd si maritus nõ habet bona sufficiẽtia ad dotis restitutionẽ,& tamẽ mulier ei aliquid debet, quod pro ea eius mandato soluit,id debitum computabitur in bonis mariti.Quòd si facta hac computatione,videatur habere bona sufficiẽtia ad dotis restitutionẽ, non poterit facere vllam deductionẽ ex dote.Sed pone, maritum pręter illud debitum vxoris, nihil aliud in bonis habere, vtrùm adhuc locus sit illius tex.decisioni:& Cuman.& Paul.ibi concludũt, illi locum non esse:nam quanuis si maritus eam quantitatẽ, quã sibi debet vxor, penes se haberet,ex illa posset facere deductionẽ huius tex. tamẽ hoc casu cùm illa quantitas sit penes ipsam vxorẽ, nõ cadit deductio,neq; retẽtio & priuilegium huius tex.tantùm concedit ius retẽtionis,non autem ius agendi, vt suprà dictum est.Contrarium tamẽ voluit Alexand.hîc num.2.versic.19.& Campes. de dote.3 par.q.238.vers.19.quia in prędicta specie maritus ex se habebat actionẽ mandati,ad petẽdum id quod soluerat iussu vxoris:ergo petẽdo,& obtinendo,ex eo quod soluitur,poterit vti retẽtione : †neq; enim vxor potest obijcere compẽsationẽ de dote reddẽda,cùm huiusmodi debitum propter exceptionem mariti inefficax videatur: vnde de eo non potest obijci compẽsatio.l. quæ cumq;.ʒ.de compẽsatio.Neq; obstat ratio Pauli& Cuman.quia procedet,quando maritus ratione priuilegij velit quid petere:sed quando aliam habet actionẽ ad petẽdum;vtique poterit petere,& in soluto vti retẽtione: ergo probat d.l.facere posse.29.ʒ.eo.quod etsi maritus,& vxor sint inopes, tamẽ non impeditur maritum vti priuilegio huius tex. Et retẽta hac sententia,ad adducta pro contraria opinione facilè respõdebis, quòd vbi primum maritus deductus fuit ad inopiam,priuilegium huius tex.illi quæsitum fuit. Si ergo istud ius iam quæsitũ ei tollatur,damnum videtur incurrere, iuxta traditionem gloss.l. 1.§.si quis autem propter.ʒ.de iti. actuq; priuato. & prætereà est in possessione dotis,ex quo faciẽda est deductio : ergo etiamsi vxor in pari causa esse videatur,tamen ratione possessionis maritus debet præferri. l.si seruũ.91.§.sequitur.in fin.ʒ.de verborum obligatio.cap.in pari.de regul.iuris. in.6.Tãtùm ergo rationes contrariæ admitti poterunt, quando dos promissa, non fuit tradita marito,ita vt possideatur per vxorẽ:nam tunc propriè militãt rationes adductæ in contrariũ:& in specie probat.l.si quis à liberis §.pen. ʒ.de liber.agnoscẽd. & ad hunc modum poterunt cõcordari opiniones. Vel veriùs cõcordabuntur, vt si mulier omnino sit inops,quia nihil habet præter dotem, neq; habet patrẽ, neque alium à quo posit petere alimẽta, tunc admittatur communis,quòd vxori sit dos restituẽda,ex ratione.l.assiduis.§. exceptis. C. qui potior.in pign.si verò habeat patrẽ, vel aliam personam à qua posit petere alimẽta,tunc maritus posit vti priuilegio huius.l.Vera enim videtur resolutio in hac materia,quòd si agitur de excludẽdo altero à proprio iure, siue priuilegio,propter inopiam agẽtis, †tunc inopia agẽtis debet considerari,non solùm attẽto præsenti statu,sed considerato etiam,vtrùm aliunde huic inopiæ posit subuenire:si autẽ per contrarium agatur de expellẽdo agẽte à |proprio iure, quia aliunde propriæ inopiæ subuenire potest, non debeat hoc considerari in præ-

98

99



præiudicium agentis, sed tantùm inopia de præsenti:& ita colligitur ex traditis per Riminald.auth.prætereà.colũ.5. & ibi Iason num.8.Deci.num.20.C.vnde vir & vxor. Vnde infertur, quòd in term inis huius text. vxor quæ habet patrem diuitem,non poterit maritum excludere à beneficio huius l. Infertur etiam, quòd licèt maritus habeat patrẽ diuitem, non excludetur à priuilegio huius .l.quia cùm propter inopiam simpliciter hoc priuilegium ei concessum sit,debet attendi præsens:status inopiæ: prout & in specie authen. prætereà. C. vnde vir & vxor.mulier inops, attento præsenti statu habet quartam in bonis mariti,quantumcunque patrem habeat diuitem,quia illud priuilegium simpliciter ei concessum est propter inopiam: & quia mulier quartã habet,etsi habeat filios,à quibus alimenta possit petere,vt probatur in d.authentic.prætereà.& ibi notabiliter probant,& defendunt Riminald.colum.5.Iason num.8.& Deci.nu. 20.& latè in vtrãque partem disputat Fabius à nu.22. Quòd si teneas contrariã opinionem,imò dict.authen. prætereà. non esse locum,si ea vxor inops habeat patrem diuitem, quia tunc non potest dici inops, iuxta traditionem gloss.l.2. C.qui ætate, vel professio. se excusant. lib.10.prout in specie tenet Cuman.l.in suis.num.8.ʒ.de liber.& posthum.& cõsilio.132.duo fratres.num. 1.& subscribunt Alexand.d.authent.prætereà. nu. 11.& ibi Curt.Iunior num.9. & fatetur esse magis receptum à Doctoribus |Decius ibidem num.19.& num.20.in fine. & Gregor.l.7.tit.13.partit.6.verbo, De lo suyo.& defendunt Socin.consil. 30. à num.4.libr.4. Lara.l.si quis à liberis.in princip.à num.77.ʒ.de liber. agnoscen. tunc à fortiori dicendum est, vxorem, quæ habet patrem diuitem, vel alium à quo posit habere alimenta, non posse indistinctè maritum excludere à priuilegio huius text. quantumcunque maritus etiam haberet patrem diuitẽ, quia in pari causa debet præferri maritus possessor dotis.d.cap.in pari.de regul. iuris in. 6.† & quia reuerentia maritalis hoc videtur exigere.Et tenebis menti in hac materia,quòd licet maritus nihil teneatur restituere ex dote, si omni ea indigeat secundũ qualitatem suæ personę, vt suprà diximus : tamen si vltra dotem aliquid habeat, quo etiam videtur ingere secundùm qualitatem personæ,debet nihilominus illud vxori restituere, siue tãto minus ex dote deducere, quia mariti priuilegium restrictum est ad dotem vxoris: vnde circa dotem tantùm eo vti potest,& quidquid supra dotem est, debet diminuere prædictam deductionem, & prodesse vxori, quod clarè videtur significare.l.si maritus in id. 44. ʒ.eo.ibi:Neq; mãdare actiones vxori. & sic tãtominus deducere ex dote:qđ etiã colligitur ex.l.facere posse.29.ʒ.eodem. Item & secundò,quòd id quod ex dote relinquitur marito propter priuilegium huius text.non oportet ita relinqui, vt ab eo auferri non posit, sed satis est,apud eum relinquere necessaria adse alẽdum,quantumcunque certum sit, per creditores hoc esse ei auferendum: ita colligitur ex.l.maritus facere. 55.ʒ.eod. &.l.inter eos. 19.ad finẽ.ʒ.de re iudicat. dum probant, non esse habendum respectum in hac deductione ad æs alienũ mariti:& in specie tradunt Duaren. hîc col.1.ad finẽ.Loriot.l.diuus.in fine.ʒ.de regul.iuris.Connan.lib.8.commẽtario. cap.9.num.9.ad finẽ. tantùm enim in deductione, quæ debet fieri per donatorem,iubetur haberi respectus ad æs alienum illius.l.inter eos.19.in fine.ʒ.de re iudicat.prout & in eo speciale est,vt licet perueniat ad pinguiorẽ fortunam, semel deductum non teneatur restituere.Faber.§.sed etsi quis. numero. 5.& ibi Angel. ad fin.Insti.de actio.Quanuis contrarium sit in marito, qui tenetur restituere id quod deduxit,si ad pinguio-

100

guiorem perueniat fortunam.l. vnica.
§.cùm autem.C.de rei vxor.actio.& sic
in his duobus donator magis priuilegia
tus est,quàm maritus.In eo tamẽ magis
priuilegiatus est maritus,quòd non solũ
ei succurritur, quando conuenitur su-
per dote, sed super alio quocũque con-
tractu.l.non tantùm.20.ʒ. de re iudicat.
& tamẽ donatori tantùm succurritur in
contractu donationis.l.diuus.ʒ. de regu
lis iuris.tradit Cuiac.lib.24.obseru.c.38.
101 ad mediũ.† Quintò limita conclusionẽ
huius text. non procedere si mariti do-
lus deprehendatur: nam propter dolũ
hoc amittet priuilegium.l. si quis dolo.
51.in principio.&.l.si rerum. 52.ʒ. de re
iudicat.l.vnica.§.cùm autem. C. de rei
vxor.actio.Quod& generale est,in omni
eo cui competit priuilegium, ne tene-
atur vltrã quã facere possit, vt probat
l.sed hoc ita.22.§.fin.ʒ.de re iudicat.l.ve
rum.64.§.tempus.s.pro socio. notabili-
ter Corne.consil.128. num. 5. libr.3.in-
quiens,in dolo videri esse, vel quia non
implet promissa.l. dolus est. s. mandati.
102 vel quia rẽ alienam scienter consumit.l.
etiam.§.licet.ʒ.eo. vt ibi latiùs per eum.
Sed quia in hac limitatione est tex.præ-
cipuus.l.etiam.19.§.licet.ʒ.eod.diligen-
ter circa illius explicationẽ insistemus.
Ex eo igitur prima sit conclusio.Si mari-
tus dolo dissipauit bona propria,ea men
te,ne esset soluẽdo,quanuis remoto do-
lo,in præiudiciũ vxoris, posset vti bene-
ficio huius. l. tamẽ propter hunc do-
lum,amittit prædictũ beneficium: con-
cordat.l.vnica.§. cùm autẽ. C.de rei v-
xor.actio.l.verũ.64.§.tẽpus.s. pro socio.
& notabiliter tradit Calcane.consil.50.
num.10.Et probabitur is animus ex his
quæ dixit ante factam dissipationẽ, iux-
ta doctrinam gloss.l.Fulcinius.§.quid sit
autẽ latitare.verb.animus.ʒ.quib.ex cau
sis in possessio. eatur. & gloss. 2.l. apud
Celsum.in princip.ʒ.de doli exception.
tradit Paul.d.§.licet.num.1.Et ex hac cõ
clusione,à cessante ratione infertur,q; si
maritus non dissipauit bona propria ani
mo præiudicandi vxori,sed alteri, is do-
lus non faciet perdi beneficium huius.l.
quod apertè probat dict.§.licet. extollit
Baptist.de priuileg. dotalib.cẽturia. 2.n.
37.Sed obstat huic illationi.l.ait prætor.
10.§.illud.ʒ.quæ in fraud. creditor. vbi
debitor habuit animũ fraudandi vnum
creditorẽ,& non alios,quos forsitã igno
rabat se habere:&tamẽ dicit tex.omnes
videri fraudasse,& omnibus competere
remediũ illius.l.ad reuocandum aliena-
ta in fraudẽ creditorũ. ergo idẽ erat di-
cẽdum in illatione,de qua suprà. Circa
solutionẽ laborant Alexan.d.§.licet.nu.
6.ad finẽ.& ibi Duaren. Sed vera respon
sio est,quòd in specie d.§.illud. debitor
ideò habuit animum fraudandi vnum
tantũ creditorẽ, quia ignorabat se alios
habere,& præsumit lex,quòd prout ha-
buit animum fraudandi creditorem,cu
ius habebat notitiam, pariter etiam ha-
beret animũ fraudandi alios,si eorũ no-
titiam habuisset: † & vigore huius præ-
102 sumptionis,omnibus creditoribus quasi
fraudatis succurritur.Sed quando debi-
tor habuit notitiam plurium creditorũ,
& tamẽ constat, quòd habuit animum
fraudandi vnũ tantùm, is dolus in fauo
rẽ aliorum non considerabitur,quia ces
sat præsumptio de qua suprà. Et hac ra-
tione procedit d.§.licet.vbi Alexan.nu.
6 post Iacob.de Bellouiso ita respondet.
Itẽ respondeo,quòd imò d. §. illud. pro-
bat,q; si satisfactũ sit illi creditori,quẽ de
bitor voluit fraudare, reliqui erga quos
debitor non habuit animũ fraudandi,
excludẽtur à reuocando,& tantũ si frau
datus egit reuocatoria,ad reuocandum
quidquid esset alienatũ per creditorẽ in
fraudẽ suam,etiamsi excederet,illud qd̃
sibi debebatur,probat ille text. quòd li-
cet debitor,qui alienauit in fraudẽ,ei of
ferat,quod sibi debetur, non ob id com
pelletur creditor fraudatus illud recipe
re,neq; excludetur ab illa vniuersali re-
uocatione, per quam in consequẽtiam
credi-



creditoribus, qui non fuerunt fraudati,
proderit: vt explicat gloss.d.§.illud.verbo,actionẽ.& aduertit Goffredus d.§.li
cet.ad fin.Quod pariter videtur admit-
tẽdum in specie d. §. licet. datis eisdem
terminis.Adde, quòd cùm hoc casu ad
amittẽdum priuilegium requiratur do-
lus mariti,non sufficiet eius lata culpa:
quia licèt lata culpa commissa circa ad-
ministrationẽ rerum alienarum, æqui-
paretur dolo:tamen commissa circa ad
ministrationem rerum propriarum, nõ
æquiparatur dolo,vt clarè significat d.§.
licet.&.l.si constante.25.§. si maritus. ʒ.
eodẽ.notat gloss.l.si mulier.22.§.sed ete
nim.verbo,consueta.ʒ. ad Trebellianũ.
& ita expressè declarat Cuman. d.§. li-
cet.num.3.& ibi Alexand.nu.6.& Dua-
ren.ad finẽ.idẽ Alexand.l.alia.§. elegan
ter.col.fin.ʒ.eodẽ. Iason. l. quod nomi-
ne.colum.2.s.de condict.indeb. & Cã-
pes.de dote.3.part.q.26.Nouellus de do
te.7.part.quæstio.14.Brunus tractat. de
cessio.bonorum.4.part. principali. quæ
103 stio.20.num.32.† Vnde cauendum est
à Bald. c. quæ in ecclesiarum. num. 18.
de constitut.dum dicit,quòd ille,qui do
lo,vel lata culpa incidit in egestatem,
amittit hoc priuilegium:quod etiã sen-
tit cap.ex parte.num. 1. de consuetud.
& subscribit Felin. d. cap. quæ in eccle-
siarum.num.67.Iason.l. quod nomine.
colum.2.s.de cond. indebit. Hippolyt.
l 1.§.cùm quis latrones.num.9. in fin. ʒ.
de quæstio. nam contrarium constat
verius esse ex suprà traditis: nisi eos in-
telligas in terminis sequẽtis conclusio-
nis.Secunda principalis conclusio ex d.
§. licet.ea est, quòd si maritus per dolũ
dissipet res dotales, & efficiatur non sol
uẽdo,amittet beneficium,etiamsi dolus
ad hoc nõ fuerit destinatus, vt ipse effi-
ceretur nõ soluẽdo:& sic colliges,quòd
quãuis in terminis primæ conclusionis
requiratur euẽtus,& consilium, vt mari
tus amittat priuilegiũ:tamẽ in hac secũ-
104 da conclusione sufficit solus euẽtus abs
que cõsilio.Et est ratio differẽtiæ, quia
in terminis primæ conclusionis, dolus
mariti nõ tẽdit directò ad præiudicium
dotis,sed tantùm indirectè,& in quan-
dã consequẽtiam.In secũda autẽ cõclu-
sione dolus mariti directò tẽdit ad præ-
iudicium dotis,&ideò magis nocere de
bet,quatenus pertinet ad recuperatio-
nẽ dotis.arg.regulę.l.1.ʒ.đ author.tutor.
& ita Cuman.d.§.licet.nu.7.& ibi Alex.
n 3.Est tamẽ aduertẽdũ vltra alios, eam
esse elegantẽ differẽtiã inter prædictas
cõclusiones,quòd in terminis prædictæ
primæ cõclusionis, maritus propter do-
losam dispositionẽ, amittit hoc priuile-
giũ in totũ: sed in hac secũda cõclusio-
ne nõ amittit priuilegium in totũ,sed tã
tũ respectu earũ rerũ dotaliũ, quas dolo
dissipauit: nã considerabitur valor ista-
rum rerũ,& quoad ad illas nõ vtetur pri
uilegio, ne dolus remaneat impunitus:
sed quoad alias resvtetur suo priuilegio:
arg.l.rescriptũ.ʒ. de his quib. vt indign.
& quia tantũ in eo quo quis deliquit,pu
niri debet.l.sancimus.C. de pœnis. c. 2.
de his quæ fiunt à maiore parte capitu-
li.Itẽ & in eo est differẽtia, quòd in ter-
minis primæ conclusionis requiritur do
lus,neq; sufficit lata culpa, vt suprà pro-
bauimus: & tamẽ in hac secũda conclu
sione sufficiet lata culpa: nam cùm aga-
tur de rebus dotalibus,& sic alienis.l.di-
uortio.8.§.si fundum.in fin.s.eodem. in
his terminis procedet regula.l.1.s.si mẽ
sor falsum modum dixerit.prout & lata
culpa equiparatur dolo in rebus alteri re
stituẽdis.l.mulier.22. §.sed etenim. ʒ.ad
Treb.& ita in specie tenet Angel.l.si cõ-
stante.§.si maritus.ʒ.eod.subscribit Ale-
xand.d.§.licet.num.8. Campes. de do-
te.3.part.q.264.ad finẽ. Nouellus de do
te.7.part.q.14.in fin. Brunus tractat. de
cessio.bonor.4.part.principali.q.20.nu.
33. Quinimò in his terminis sufficere
leuẽ culpam,videtur significare text. d.
§.licet.in princip.† dũdicit,maritũ in re-
bus dotalibus nõ solũ præstare dolũ,sed
&

&culpã,scilicèt leuẽ,vt ibi ꝑ gl.verb.cul
pã. ergo propter leuẽ culpã cõmissam
circa res dotales, maritus amittet hoc
priuilegiũ:quod sentit glo.d.§.licet.verbo,dolus.& clariùs glo.l.verũ.64.§.tem
pus.verbo.culpã .s. pro socio.subscribit
Bald.d.§.licet.col.1.ad fin. & tanquam
receptũ pro singulari tradit Baptist. de
priuileg.dotalib.cẽtu.2.nu.82.& centu.
3.nu.41.Nouell.de dote.7.par. priuileg.
14.in fin.Sed verius & receptius est pro
pter leuẽ culpã, maritum non amittere
hoc beneficium,vt colligitur ex l. verũ.
64.§.tẽpus.in fin.s.pro socio.& sentit gl.
l.vnica.§.cùm autẽ. verbo, versatus.C.
de rei vxor.actio.Bart.d.§.licet.num. 2.
& ibi Imol. nu. 3. in fin. & asserit magis
receptum Alexan.ibidẽ.num.7.Campe
sius de dote. 3.part.q.264. Quibus adde
Alberic.l.vnica.num.16. ad finẽ. C. de
rei vxor.actio. & ibi Salicet.num.25.Ia
son.l.quod nomine. num. 1.s. de cond.
indeb. Socin. regula.257.num 2.Mayneri.l.in condẽnatione.num.17.j.de re
gulis iuris.latè Lara. l. si quis à liberis. §.
sed si filius.à num.90.j.de liberis agnoscẽd.Neq; repugnat text. dict.§. licet.in
principio.nã duo casus distinguẽdi sunt.
Primus est,ad quã culpam teneatur ma
ritus ratione contractus dotalis. Secundus est,vtrũ ratione culpę maritus amit
tat hoc priuilegiũ, ita vt quanuis inops,
integrã dotẽ teneatur restituere?In pri
mo casu loquitur d. §. licet in princip.
quòd maritus ratione cõtractus, tenea
tur de dolo lata culpa,& leui, iuxta regu
lam.l.si vt certo.§.nunc videndũ.s.cõmo
dati.In secundo autẽ casu resoluẽdum
est,quòd vt amittatur priuilegiũ,requiritur dolus.d.§.licet.Et ideò in his termi
nis sufficiet quidẽ lata culpa,iuxta æquiparationẽ.l.1.s.si mẽsor falsum modum
dixerit.cæterùm leuis non sufficiet. Bar
tol.d.§.licet.num.2.Alberic.l. vnica.nu.
16.ad finẽ.C.de reivxor.actio.Et ad hũc
modum sunt explicanda verba Pauli.d.
§.licet.num.1.& Alberic.l.verum.§.si cũ
res.s.pro socio.Sextò † & vltimò limitã
da est conclusio huius text.vt non pro
cedat,si maritus conuẽtus per vxorem
super restitutione dotis, neget cum ea
contraxisse matrimonium: nã si posteà
de matrimonio constet,propter menda
cium,amittet maritus hoc priuilegium,
vt in simili probat.l.sed hoc ita.22.§.fin.
j de re iudicat.l.si vnus.68.§.final.in fin.
s.pro socio.l.si dubitetur.11.§.ita demũ.
j.de fideiussorib.Per quæ iura hanc limi
tationẽ ad nostrum text.assignauit Bar.
l.etiam.§ licet.num.3.j.eodẽ. & ibi latè
Alexand.num.9. & Duaren. post princ.
Alexand hìc colum.1.versi.11.fallit.&
Aretin.colũ.2.ad medium.Campes. de
dote.3.part.q.265. Iason.l.sicut.§.quod
autẽ. num.1.j. de re iudicat. Neuizan.
consil.59.num.8. Ratio colligitur ex re
gula cap.ex eo.de regul.iuris.in.6.Vnde
generaliter constitutũ est, quòd si quis
negat id quod est causa priuilegij con
cessi,illud amittet.l.sed si ex parte.4.§.in
terdum.s.quod cũ eo. & latè prosequi
tur Iason.l.quod te.num.40.s.si certum
petatur.Felin.cap.cæterùm. à num. 18.
& ibi Deci.num.19.de iudic. Quod tamẽ intelligendum est, quando per do
lum,vel latam culpam negauerit: aliàs
pœna prædicta non incurretur.cap.1.§.
vassallus.ibi,Ex certa sciẽtia.si de feudo
fuerit controuersia: & ibi notat Baldus
num.1. tradit Alex d.§. licet.nu. 9.ver
sicul.tertio limita.Vincent.l. sicut. §.qd
autem.num.5.j.de re iudicat. Carol. in
consuetud.Paris. §.30.num. 5. Item se
cundò intellige, quòd oportet speciali
ter negare id quod est causa priuilegij:
nam si generaliter negauit narrata in
libello, non amittet priuilegium, quia
per prædictam generalitatẽ non vide
tur negasse id quod in specie verisimili
ter non fuisset negaturus:argum.l.obli
gatione generali.s.de pignorib. & cap.
fin.de offic.vicarij.in.6. Neq; sub gene
ralitate comprehendi videtur casus, per
quem negans in pœnam incideret. l. si
pro-



l.si procurator.s.de cond.indeb.l. 3.§. si
procurator. s. quod quisque iuris & ita
Bar.l.si dubitetur. §. ita demum.in fine.
j.de fideiussorib.quẽ ibi sequuntur Paul.
& Imol.Alex.d.§.licet.n.9.&.l.eũ qui.in
prin.n.14.s.de iureiur.& l.sicut. §. quod
autẽ.n 10.& ibi latè Vinc.à nu.2.j. de re
iudic.Iason §.omnium.n.98.Inst.de act.
Hippol.sing.282.Gozad.consilio. 86.in
fine.Campes.de dote.3.part.quæst.205.
Carol.in consuet..§.30.num.8. Ac ita pa
tet,hanc esse communẽ opinionẽ,quid
quid contrariam esse magis receptam as
serat Felin.c.cæterũ.num. 19. de iudic.
& quidquid contrarium defẽdat Iason
l.sicut.§.quod autẽ.num.12.j.de re iud.
Paris.cons.100.num.9.libro.3.Brun.tra
cta.de cessio.bono.4.parte.principali. q.
106 20.num.14.† Itẽ declara,prædictam limi
tationem procedere, quando negans in
ea persistit vsque ad litis contestationẽ:
nam si antea agnoscens bonam fidẽ,ne
gationem reuocet, & fateatur veritatẽ,
excusabitur à prædicta pœna.l.electio.§.
neque. & ibi Bal.s.de noxalib.actio.l. de
ætate.§.fin.s.de interrogat.actio. vbi gl.
fin.not.tradit resolutionem,& gl.l. inde
Neratius.§.hæc actio.verb.in duplum.s. 108
ad l.Aquil.& notant Alex.l.sicut.§.quòd
autẽ.num.1.& ibi Vinc.num.6.j.de re iu
dicat.Quinimò sentit gl.§.ex maleficijs.
verb.distulerint.Instit.de actio. quod &
post litẽ cõtestatã potest reuocare nega
tionẽ,si adhuc actor nõ subiuit onus pro
bationis:nam cum per pœnitẽtiam eum
liberet ab hoc onere, excusandus videt
à pœna:arg.l.eum qui.in princ.s.de iure
iur.& colligi videtur ex resolutione glo.
fin.l.de ætate.§.fi.s.de interrogat.actio.
Sed receptius est, quod si actor accepta
uerit reuocationẽ,procedat glo. opinio.
Si verò dicat, Ego nolo recipere tuã cõ
fessionẽ,sed volo ꝑbare per testes,te fal
so negasse,vt sic amittas priuilegium,vel
incurras pœnas mẽdaci impositas, audi
ri debet:& tunc reuocatio negationis ni
hil proderit reuocanti:Bartolus l.eũ qui.
in principio.s.de iureiurand. & ibi Alexand.col.3.post princip. Brun tracta.de
cessio.bono.quæstio.4. principal. quæst.
20.numero.14. Et ex his infertur elegãs
explicatio ad l. 2. C. qui bonis cede pos
sunt,dum probat,quòd ille,qui cessit bo
nis,potest reuocare cessionẽ,& satisface
re aliter creditoribus, antequam bona
per creditores sint distracta, & sic res sit
integra: neque enim proceder, si cedẽs
à principio negauit credita: nam ꝑpter
hoc priuabitur iure cedendi,& reuocan
di cessionem,postquam lis fuerit conte
stata super negatione, iuxta suprà tradi
ta.In contrarium tamen videtur vrgere
traditio gloss.l.1.verb.iudicati.C.qui bo
nis cedere possunt.dum vult, quòd etiã
postquam quis est condemnatus per sen
tentiam,potest cedere bonis,& cõsequẽ
ter cessionem,si velit,reuocare, ante bo
na distracta per creditores,iuxta dict. l.
2.C.qui bonis cedere possunt.quod sen
tit gloss.2.l.penultima.j.de cessio bono
rum.& ibi Bartolus & in specie quòd il
le,qui negauit debitum,& quia creditor
illud probauit fuit condemnatus ad il
lius solutionem,potsit nihilominus post
sententiam,bonis cedere, tenet Salice
cetus l.1.numero.3.C.qui bonis cedere
possunt:subscribit Afflictis decisio. 379.
numero.4.&.5.& asserit receptum Bru
nus tract.de cessio.bono.2.q.princip.Et
saltem id esse admittẽdũ,si à sẽtẽtia con
dẽnatoria debitor appellauit, & ea pẽdẽ
te fecit cessionẽ bonorũ,existimat Ang.
§.fi.n.5.Inst.de actio.& Afflic.decis.296.
n.3.Sed ex suprà traditis prima facie pri
ma opinio videtur verior, & authoritas:
gl.l.1.verb.iudicati.C.qui bonis ced.pos
sũt.videt intelligẽda,quãdo debitor non
negauit debitũ,sed nihilomin? creditor
spõte voluit ꝑbare debitũ per testes,quia
sua intererat hãc facere ꝑbationẽ:glo.l.
pen.s.de cessio bono.Imol.c.Odoardus.
n.14.de solut.Sed quia hoc est nimis re-
strin-

ſtringere generalitatem: l. receptæ. d.l. 1.verb.iudicati.verius eſt,quod etiã poſt negationem, poſsit debitor cedere bonis,& etiã poſt ſententiam. Et eſt ratio, quia propter mendacium, non amittit quis ius ſibi competens, niſi in caſibus qui in iure inueniuntur expreſsi:&planè non inuenitur expreſſum,quòd propter negationem debiti, & ſic propter mendacium quis debeat amittere beneficiũ ceſsionis bonorũ,& ita in ſpecie Deci.& Cagnol.vterque.n.7.l.nemo.ex his.43.ʒ. de reg.iur.Pariſ.conſ.100.n.11.lib.3.Cũ igitur propter negationem, prædictũ beneficium non amittatur, bene ſequitur, debitorem negantem eo vti poſſe poſt ſententiam,& antequam ſit facta executio.d.l.2.qui bonis cede.poſſũt.c.Odoardus.de ſolut.& ibi Imol.à n.9. quæ notabilia ſunt ad interpretationem Ord.libr. 3.tit.89.§. antep. Vltimò declara prædictam limitationem procedere, quando maritus negauit matrimoniũ, & ſic cauſam priuilegij concedendi: in his enim terminis loquũtur iura ſuprà citata. Si ergo negauerit dotẽ datam,vel quid aliud, non ob id maritus amittet priuilegium quia pœna non habet locum niſi in caſibus expreſsis auth. de non eligendo ſecundò nubentes.§.cum igitur. col.1. gl. c.fin.de iure patronat. & ita Bar.l.etiam. §.licet.n.4.ʒ.eo.ſubſcribit Iaſ.l.ſicut.§.qđ autẽ.n.1.& n.13.ʒ.de re iud.Brun.tracta.
108 de ceſſ.bo.4 p.principali.q.20.n.12.† Vltimò pro coronide huius materiæ tenebis mẽte,quòd in regno Neapolitano,ſecũdũ conſuetudinẽ in ſcriptis redactã, maritus qui tenetur vxori reſtituere dotẽ, tenet eã in ſolidũ reſtituere, nõ obſeruato priuilegio huius text.vt tradit Afflict. deciſ.222. vbi ampliat,idẽ eſſe obſeruandum, quando ſocer promiſit dotem generо, vt teneatur inſolidum dotem ſoluere,& ſic non habeat locũ priuilegium l.ex diuerſo.18.ʒ.eo. qđ & ita ſæpiùs fuiſſe iudicatũ aſſerit Cæſar de Vrſillis in additionibus quas fecit ad deciſiones Matthæi de Afflict.dict.deciſio. 222. & Vincentius de Frãchis deciſione.164.numero.3.

## SVMMARIA LEGIS. QVIA TALE. 14. ff. Soluto matrimonio:

1 *QVamuis vni concedãtur omnia quæ habuit prædeceſſor, non tamen intelligitur conceſsio de his quæ habebat ratione priuilegij perſonalis.*
2 *In ius iam extinctum non datur ſucceſsio,nec ſubrogatio.*
3 *Quomodo cognoſcatur priuilegium eſſe reale vel perſonale.*
4 *Et præcipuè attendenda eſt cauſa propter quã fuit conceſſum priuilegium.*
5 *Et in dubio quid ſit præſumendum.*
6 *Immunitas conceſſa,quando cenſeatur realis, vel perſonalis.*
7 *Conceſsio facta propter benemerita, non cenſetur realis.*
8 *Conceſsio propter benemerita,quatenus cẽſeatur in contractum transire.*
9 *Priuilegium perſonale non transit ad filios.*
10 *Merita patris ſunt cauſa, vt filijs aliquid de nouo concedatur.*
11 *Conceſsio cenſetur realis, vbi exprimitur dictio,Perpetuo.*
12 *Etiam in beneficijs principum obtinet locum regula huius tex.*
13 *Explicatur doctr.Bar.l.fin.n.4.ʒ de ſeru.leg.*
14 *Qualiter ſit intelligẽda vulgaris traditio,quod priuilegiũ perſonale nõ trãſeat ad hæredes.*
15 *Cõceſsio facta rei contemplatione perſonæ,cẽſetur perſonalis.*
16 *In quo tamen elegans aſsignatur concordia.*
17 *Agitur de intellectu.l.pe.ʒ.de ſeruitut.legat.*
18 *Quæ multipliciter limitatur.*





19 *Priuilegium conceſſum ratione certæ qualitatis, extincta ea qualitate, extinguitur etiã priuilegium.*
20 *Priuilegium competens patri propter filios, illis mortuis non extinguitur.*
21 *Priuilegium perſonale cedi non poteſt.*
22 *In cõceſsione facta pro hæredibus,& ſucceſſoribus,cõprehẽditur legatarius,& quaratione.*
23 *Priuilegium conceſſum marito,vtrũ etiã vxori competat.*
24 *Priuilegium mariti regulariter non competit vxori etiam eo viuo.*
25 *Et quando conſeruetur vxori mortuo marito.*
26 *Explicatur regula l.mulieres.C.de dignit.lib. 12.*
27 *Priuilegium militis non competit eius vxori.*
28 *Priuilegia Senatorum qua ratione tranſeant ad liberos eorum,& vxores.*
29 *Maiores magiſtratus,nobiles efficiuntur ratione officij.*
30 *Priuilegium de non ſoluenda gabella marito competens,an communicetur vxori?*
31 *Elegans ponitur reſolutio, quando priuilegiũ mariti competat vxori.*
32 *Et aſsignatur ratio differentiæ.*
33 *Priuilegia Doctorum vtrũ tranſeãt ad eius filios?.*
34 *Explicatur regula l. diuo Marco. C. de quæſtio.*
35 *Appellatione hæredis in ſingulari, quando veniant omnes hæredes.*
36 *Quando appellatione hæredis, veniant extranei hæredes.*
37 *Priuilegium pro ſe,& liberis conceſſum,mortuo patre durat in filijs.*
38 *Agitur de intellectu.l.1.§.fi.ʒ.de iure immunit.*
39 *Et notab.ampliatur eius deciſio.*
40 *Priuilegium relatum ad locum, vel vniuerſitatem,cenſetur reale.*
41 *Priuilegium conceſſum ciuibus, & loco, non pertinet ad forenſes.*
42 *Explicatur c.quoniam Abbas. de offi. deleg.*
43 *Explicat doct.Bar.l.licitatio.§.fi.ʒ.de public.*
44 *Priuilegium conceſſum per viam contractus, eſt tranſmiſsibile ad hæredes.*
45 *Priuilegium conceſsum propter benemerita, non tranſit ad hætedem.*
46 *Quando conceſsio videatur facta in vim ſeruitutis realis,vel perſonalis.*
47 *Explicatur l.pen.ʒ.de ſeruit.ruſtico. prædior.*
48 *Explicatur l.vt pomum.ʒ.de ſeruit.*
49 *Agitur de ratione,ob quam reſtitutio trãſmittitur ad hæredes.*
50 *Reſtitutio dicitur remedium mixtum, participans de re,& de perſona.*
51 *Aſsignatur ratio,cur reſtitutio non proſit fideiuſsori minoris.*
52 *Reſtitutio quando ſit in conſideratione antequam impetretur.*
53 *Agitur de intellectu l.3. §. Pomponius. ʒ. de minorib.*
54 *Obligatio ciuilis eſt, qua filius tenetur ex proprio contractu.*
55 *Actio de peculio eſt eadem cum ea, qua filius ciuiliter tenetur.*
56 *Agitur de intellectu l. Pãtonius. ʒ. de acq. hæred.*
57 *Quando læſio fato contingit, non eſt ſufficiens ad impetrandam reſtitutionem.*
58 *Quãdo ex benignitate trãſmittat reſtitutio?*
59 *Reprehenditur doctr.Bar.l.qui duos.n. 5.ʒ.de reb.dub.*
60 *Explicatur l.qui duos.10.ʒ.de reb. dub.*
61 *Explicatur l.cum pubere.ʒ.de reb. dub.*
62 *Reſtitutio in integrum,vtrũ cedi poſsit?*
63 *Multũ intereſt in hoc articulo,vtrũ minor cẽdens ſit creditor,vel debitor.*
64 *Explicatur l.ſi minoris.ʒ.de adminiſt.tut.*
65 *Quando condemnati poſsint cogere minorem, vt eis cedat reſtitutionis beneficium.*
66 *Explicatur regula l.Modeſtinus.ʒ.de ſolut.*
67 *Reſtitutio nullum effectum producit antequã ſit impetrata.*
68 *Explicatur l.2.C.de fideiuſſ. minorum.*
69 *Quando reſtitutio pinguius ſuccurrit, poteſt concurrere cum remedio ordinario.*
70 *Agitur de intellectu l.minor. 51.in prin.ʒ.de procurato.*
71 *Cur fideiuſsori mulieris ſuccurrat per Velleia.*
72 *Agitur de intellectu.l.Stichũ.95.§.quid vulgo.ʒ.de ſolutio.*
73 *Explicatur gl.l.pater familias.verb.ſeruando ʒ.de priuil.creditor.*

74 *Si fideiussor succedat principali, indistincte extinguitur fideiussoria obligatio.*
75 *Explicatur litera d. §. quod vulgo.*
76 *Restitutio quãdo habeatur in cõsideratione ante impetrationem.*
77 *Quando dicatur fideiussorem interuenire contemplatione iuris prætorij.*
78 *Officia morte extinguuntur, neque ad hæredes transmittuntur.*
79 *Concessio facta sub nomine dignitatis, quando morte committentis extinguatur.*
80 *Cõmissio facta sub nomine dignitatis, quando morte concedentis extinguatur.*
81 *Dignitas duobus modis consideratur.*
82 *Explicatur dictum Bar l. terminato. n. 6. C. de fructib. & litium expensis.*
83 *Quando reseruatio videatur facta nomine dignitatis in concreto, vel in abstracto.*
84 *Officia habentia annexa iurisdictionem ordinariam, morte Regis non expirant.*
85 *Neque etiam officium tabellionum, vel scribarum.*
86 *Et quid de officijs concessis ad beneplacitum Regis.*
87 *Cap. si gratiose de rescrip. in. 6. etiã procedit in inferioribus à principe.*
88 *Iurisdictio concessa per viam officij, semper reuocari potest.*
89 *Successor in maioratu tenetur ratam habere donationem officij publici.*
90 *Quæ sit differentia inter concessionem factam per principem, vel per inferiorem.*
91 *Quando censeatur facta concessio ratione dignitatis in abstracto.*
92 *Et quando ratione dignitatis consideratæ in concreto.*
93 *Iurisdictio ordinaria vicarij expirat per mortem episcopi.*
94 *Auditores dominorũ terrarũ cẽsentur habere ordinariam, quæ tã morte dñi extinguat.*
95 *Quando princeps confirmat, a quo officium videatur habitum.*
96 *Ecclesiastica vnita rei profanæ, non ob id desinunt esse ecclesiastica.*

# INTERPRETATIO
## Legis Qua ratione. 14. ff. Soluto matrimonio.

EX hoc text. colligitur notabilis regula in materia priuilegiorum, q̃ priuilegium personale cum persona extinguitur, & ideò ad hæredẽ transire nõ potest: quã regulã probat etiam l. sordidorũ. C. de excusat. mune. libro. 10. & l. priuilegia. 157. ℣. de reg. iur. l. i. §. permittitur. ℣. de aqua quot. & æstiua. l. 3. ℣. de cẽsib. cũ similibus. de quibus per Niconiciũ in rub. n. 125. s̃. eo. Et expẽde text. istũ probare, priuilegium personale non transire ad hæredem mariti, licet is maritũ repræsẽtet, & eius loco subrogẽt. auth. de iureiu. à moriẽte præstit. in prin. col. 5. Rationẽ reddit Corras. l. 12. lect. n. 9s̃. eo. Vnde cauẽdũ est à Zasio. l. maritũ. n. 29. s̃. eo. dũ dicit, regulã huius tex. non ꝓcedere in eo, qui repræsẽtat defũctũ, cui cõpetebat priuilegiũ personale: allegat l. nõ solũ. s̃. de in integ. restit. & l. alia. 15. in prin. ℣. eo. & l. hæredes C. ad Velleia. sed apertè loquit cõtra istũ tex. & adiura allegata per Zas. infrà respõdebimꝰ. Quinimo cũ hæres succedat in omne ius defũcti. l. hæres in omne. 37. ℣. de acq. hære. & nihilominꝰ priuilegiũ ꝓsonale ad eũ nõ trãseat, iuxta



iuxta hunc textum, clarè infertur, quòd licet vni concedantur omnia ea, quæ prædecessor habebat, non tã intelligẽt cõcessio de his, quæ prędecessor habebat ratione priuilegij personalis, siue ratione propriæ personæ: nam prædicta concessio vniuersalis debet limitari, vt non videatur comprehendere ius personæ cohęrens, & quod cum persona finitur: & ita glossa. dict. l. hæres in omne. quã ibi notant Angelus, & Romanus in fine. ita vt meritò Albericus dict. l. hæres in omne. dixerit, quòd hæres succedit in omne ius defuncti, scilicet personæ illius non cohærens, ergo pariter & cõcessio, quòd succedat, siue habeat omne ius prædecessoris, prædicto modo limitari debet. Iason consilio. 20. col. 4. libro. i. Et confirmatur, quòd dispositio, q̃ quis succedat in omni iure alterius, non intelligitur de his, quæ illi competebant iure speciali & extraordinario: ita colligitur ex l. 3. C. de bonis proscripto. iuncta l. fina. eod. tit. nam d. l. fi. probat, propter deportationẽ, omnia bona deportati applicari fisco, & tã d. l. 3. probat non applicari fisco peculium castrense deportati, quod ipse obtinet iure extraordinario & speciali, contra regulam. l. placet. ℣. de acquirẽd. hæred. Vnde ex d. l. 3. colligũt Bald. & Ang. ibi, quòd translatio generalis facta de bonis & iuribus alicuius in alterum, intelligitur de bonis & iuribus, quæ prædecessori competebant iure cõmuni, non autem iure extraordinario, & priuilegiato: subscribit Ruin. cõs. 200. num. 19. libro. 2. & cõs. 142. num. 16. libr. 5. Aymõ l. i. n. 98. ℣. de leg. i quibus adde textum elegantẽ. l. cũ patronus. in fi. ℣. de legat. 2. & l. sed etsi restituatur. in fin. princip. s̃. de iud. Ord. li. 2. tit. 26. §. 17. Facit regula. l. Seio. §. medico. ℣. de annuis legatis. Et hinc est, quod licet capitulum, sede vacante, succedat in omnẽ episcopi iurisdictionẽ. c. 1. ne sede vacante. libr. 6. non tamẽ succedit in iurisdictione cõpetẽtẽ episcopo, iure extraordinario. ca. verũ. de foro cõpetẽti, vt putà ex delegatione. Panor. c. cũ olim. col. pe. post mediũ. de maio. & obed. Rom. cõs. 506. nũ. 14. Crot. l. i. n. 9. ℣. de leg. 1. facit bonus tex. l. fi. ℣. de magistratib. cõueniend. vbi actio quę cõpetit pupillo aduersus tutores malè administrantes, cõpetit etiã aduersus magistratus, qui idoneã satisdationẽ nõ acceperunt à tutoribus: & tã priuilegiũ actionis tutelæ, quòd competit pupillo agẽti aduersus tutores, nõ ei cõceditur, quãdo agit aduersus magistratum. l. 1. §. priuilegiũ. ℣. de magistratib. cõueniend. vt expendit Crot. l. Gallus. §. & quid si tã tũ. n. 99. Ergo à fortiori idẽ recipiendum est in priuilegio personali, vel cohærẽte personæ: nã cũ huiusmodi priuilegiũ, siue ius, morte extinguatur: tex. hîc. & l. sicut. §. fi. s̃. quib. mod. vsusf amittatur. l. 3. in fi. ℣. de censib. in ius iam extinctum, nõ potest dari successio: gloss. l. hæres in omne. 37. ℣. de acquir. hæred. † neque repræsentatio. Azo. in rubr. in fin. C. de his qui ante apertas tabulas. Qua etiam ratione si legetur aliquid quod morte testatoris extingui debet, nihil censetur legatum, & inutile illud cẽsetur ob prædictam rationẽ. l. quod in rerum. §. 1. ℣. deleg. 1. l. vxor patrui. cum ibi notatis. C. de leg. Ergo à fortiori non valebit legatum, siue concessio, qua ius iam extinctum, alicui relinquitur. Bal. l. pactum. num. 13. in fine. C. de collatio. Qua etiam ratione ius iam extinctum cedi non potest. Tiraq. libro. i. retract. §. 26. gloss. i. numer. 56. Oportet igitur, q̃ clarè exprimatur in concessione, quòd succedat etiã in his quæ prædecessori competebant ex priuilegio personali: nam tunc etiam illa pertinebunt ad successorem, quæ ex priuilegio competebant, non quidem ex persona prædecessoris, sed quasi de nouo videantur concessa, & constituta in persona istius successoris: vt in simili probat l. stipulatio ista. §. sed si quis. ℣. de verborum obligation. & l. repeti. in princ. s̃. quib. modis vsusfruct. amittatur,

quæ notabilia sunt ad Ord.lib.2.tit.18.§.1.His ita explicatis,argumẽto huius tex. tractant DD.de priuilegijs personalibus, & realibus:quã laboriosam materiam appellat Alexand.hîc num.2.&intricatam dicit Iason l.1.in fine.s̃.de constit.principum. Sed distinctiũs in ea procedendo, de duobus nobis agendum est. Primò, quomodo cognoscatur priuilegium esse personale,vel reale?Secundò, vtrũ sit instinctè verũ,quòd priuilegium personale nunquam ad alium transeat?Et quoad primũ videtur dicendum,quòd inspiciẽda sint verba priuilegij: nam si referant ad personam,censetur esse priuilegium personale: si autem referantur ad rem, censetur esse reale: ita videtur probare tex.l.i.§.permittitur.j̃.de aqua quotid.& æstiua.& l.1.§.personis.j̃.de iure immunitatis.l.forma.§.quamquam.j̃. de censib. l.priuilegia.157.j̃.de reg.iur.& ita glos.c. cum venissẽt.verb.fuisse.de instit.& glo. fina.c.tua.de his quæ fiunt à prælatis.gl. in summa.25.q.2.& gloss.1.c.possessiones.16.q.1.gloss.Clem.1.verb. excolendas.in fine.de censib.Bar.l.1.num.2.s̃.de constit.principum.& cons.189 nume.3. Boer.decis.177.nume.16.& ideò inquit Bald.l.liberti.num.20.C.de oper. libert. quòd priuilegium relatum ad personã, censetur personale:& Alexand.cons.86. num.1.ad finem.libro.1.inquit,quòd vbi concessio facta est certæ personæ,censetur concessio personalis.c. quoniã Abbas.de offic.deleg. Dec.cons.262.numero.1.& 9.& l.in omnibus causis id.numero.2.j̃.de regul.iur.Crot.l.omnes populi. num.229.s̃.de iust.& iur. quod & tradit Anan.cons.20.num.1.Bellon. consil.20. num.7.& notab.Syluan.consil.4.numero.13.ad finem.Et per contrarium,si verba referantur ad rem,siue locum,censetur illud priuilegium esse reale.l. forma. §.quamquam.j̃.de censib.l.1.§. permittitur.j̃.de aqua quot.& æstiua.tradit gl. in summa.25.quæst.2.& gloss.Clem.1.ver. excolentes.ad finem.de decim.Bartol.l. 1.num.2.s̃.de const.principum.Alexan. cons.193.num.3.libro.2.Anan. consilio 20.num.1.Ruin.consilio.217.nume.16. ad finem.lib.1.aSed aduertendũ est,† q̃ aduersus has communes resolutiones nimis videtur vrgere regula.l. in omnibus causis id.68.j̃.de reg.iur.vbi tex.probat, quod ad cognoscendum,vtrùm priuilegium sit reale,vel personale, semper causaconcessionis priuilegij inspicienda est: nam si contemplatione personæ concessum sit,censebitur personale: si verò contemplatione rei,vel actionis,tunc censebitur reale:ergo non est considerandũ, vtrũ verba referantur ad personam, vel ad rem? sed potius est consideranda causa finalis, propter quam facta sit concessio priuilegij: & secundum eam constituendũ est,vtrũ concessio sit realis,vel personalis:quod agnoscit Bald.l.maritũ. s̃.eo.dum dicit,quòd vbi priuilegium datur personæ, propter causam non cohærentem,personæ sed respicientem rem familiarem,censetur reale:subscribit Zasi.ibi num.25.& libro.2.sing. responso.c. 4.post princip. Et prædictam considerationem causæ principaliter esse habẽdã agnoscit Bal l.apud Iulianum.§.idem Iulianus ad medium.j̃.delega.1.& cap.1.§. fina.num.23.ad finem.de prohibit.feud. alien.perFedericum.idẽ l.fi.1.lect.col.fi. s̃.de const.principum inquiens, quòd si quid personæ conceditur propter locũ, tunc concessio censetur realis,quæ ad alium transire potest. Pro concordia resoluendum est, quòd in hac materia ad constituendum,vtrũ priuilegium sit personale, vel reale, in primis debet haberi respectus ad qualitatem rei cõcessæ: Aymon cons.404.à num.1.libro.3.Itẽ & ad causam concessionis,iuxta regulam.l. in omnibus causis id.68.j̃.de reg.iur.vt sentiunt Rom.l.maritum.num.32.& ibi Aret.col.3.in princ.j̃ eo.Bal.d.l.apud Iulianũ.§.idem Iulianus. ad medium.j̃ de legat.1.& post Ancharran.Alciat. responso.203.num.21.aliàs consil.7.numer.25.





vol.4.quibus adde Oldrad cons.257. numero.1.&.2.& Bal.cons.115.verba.num. 1.libro.1.Ac ita dicendum est,quòd si cõstet,causam principalem priuilegij, fuisse personam,censebitur priuilegiũ personale:& per contrarium si causa principalis concedendi priuilegium fuit res, seu
4 locus,priuilegiũ censebitur reale:† nam in qualibet dispositione causa principalis & immediata consideranda est, non autem secundaria,siue remota, & impulsiua.l.socium qui.§.i.& ibi Bart.s̃.pro socio.l.qui exceptionem.40.in princip. s̃. de cond.indeb.gloss.recepta.c. de cætero.de homicid.Anchar.consilio.315.dominus.nume.4.quia causa proxima magis influit:Purp.l.more.num.110.s̃.de iurisdictio.omn.iudi.Si autem de hac causa non constet, quia non inuenitur expressa in concessione, tunc recurrendũ est ad doctrinam primo loco relatam, vt si verba referantur ad personam,præsumatur,personam fuisse causam præcipuam & immediatã concessionis, vt colligitur ex ea cõmuni traditione quæ habet,priuilegium in dubio censeri personale:gloss.in summa.25.quæst. 2.Bartol. consil.189.num.4.Alexand.consil.86.n. 2.lib.1.& consilio.101.num.fina.eod. libro.1.Iason l.si sic.num.12.j̃.de verborũ obligat.&.cons.217.col.1.libro.2.& consil.89.col.2.vers.in primis.libro.3. Natta consil.163 num.4.lib.1.& num.16.Decis. in omnibus causis id. num.3.j̃.de regulis iur.Boeri.decis.227.num.16.& seq.cũ similibus.de quibus per Decianum consil.56.num.52.& cons.83.num.2.libro.2. & Nattã d.cons.163.num.7.lib.1.Et per contrarium si verba concessionis referãtur ad rem,siue locum,præsumetur,rem siue locum, fuisse causam principalem concessionis, personam autem fuisse causam remotam siue impulsiuam concessionis, ac proinde attenta causa principali,priuilegium censebitur reale:& in his terminis procedet traditio glos.l. forma.§.quamquam.verb.cum personis.j̃. de censib.dum sentit, priuilegium in dubio censeri reale,& non personale:quam sequuntur multi relati per Anchbarr.cõs. 327.num.4.in fine.Oldrad.consilio.257. num.2.Natta consil.163.num. 16.libr.1. & tanquam receptum tradit Beroius cõsil.205.num.1.libro.1. Tiraquel. tract.de primogen.quæst.40.num.72.in fine.malè citantes gloss. in summa. 25.quæst.2. nam illa dicit contrarium, imò in dubio priuilegiũ censeri personale.Pro concordia igitur distinguendum est vt suprà:& in specie colligitur prędicta distinctio,& resolutio ex gloss.Clement.1.verb.ad excolendas.ad finem.de decimis.quã probat Panormit c.ex parte.1.num.4.de de-
5 cimis.& cons.9.in.2.dubio.libro.1.Ruin. cons.157.num.9.libro.3.†Ex qua resolutione infertur vera explicatio illius controuersæquæstionis,vtrũ immunitas simpliciter concessa,cẽseatur realis,vel personalis? Nam quidã tenent censeri personalem,per text.l.semper.§. immunitati.j̃.de iure immunitatis. & per tex.l.forma.§.quamquam.j̃.de censib.quem pro hac parte esse expressũ (si non violetur) asserit Imol.c.cum venissent.num.21. de institutio.& hanc opinionem post alios probat Alexand.cons.101.num.13.lib. 1.Menochius consilio.70.num.1.libr.1. Contrariam tamen sententiam,imò q̃ concessio immunitatis censeatur realis, tenet Anchar.consil.327.à num.3.Bald. consil.112.de generali.num.2.libro.2.& latè comprobat Dec.cons.262.a num.4. Bellon.cons.20.à num.8. Sed pro cõcordia dicẽdum est,quod in primis attendẽda est causa concessæ immunitatis, vtrũ principaliter respexerit personã, vel bona:si autem de hoc non constet, tunc dicendum est,q̃ si verba immunitatis concessæ referuntur ad personam, ea censetur personalis,quantumcunque effectus ex illo resultans,principaliter debeat verificari in rebus:ita colligit ex l.1.§. permittitur.j̃. de aqua quotid.& æstiua. vbi si verba concessionis referuntur ad per-

ſonam, cenſetur cõceſsio perſonalis, quãtumcunque effectus, ſiue vtilitas illius debeat verificari in prædijs, ad quorum vtilitatem conceſſum eſt, aquam poſſe deduci ex flumine publico, vt expendit Fulgoſ. conſilio. 222. col. fina. poſt mediũ Aret. l. ſi mihi & Titio. num. 3. ff. de verb. obligat. Si igitur conceſſa ſit immunitas Titio pro rebus ſuis, illa cenſebitur perſonalis, quantumcunque effectus in bonis debeat verificari: & ita in ſpecie Aymon conſilio. 239. num. 4. Alcia. reſpõſo. 203. à num. 12. aliàs conſil. 7. nume. 16. libro. 4. Ioannes Cerier tract. de primog. libro. 3. q. 1. nu. 3. Colliges ex Iaſon l. ſi ſic. nume. 12. ff. de verb. obligatio. & conſ. 217. col. 1. libro. 2. & explicat notab. Ruin. conſilio. 217. num. 15. ad finem. libro. 1. & conſequenter extincta principali conceſsione, & immunitas pro rebus debet cenſeri extincta. l. cum principalis. ff. de reg. iuris. quidquid contrarium ſẽtiat Bald. conſil. 355. præmittendum. num. 9. ad finem libr. 1. Quòd ſi verba immunitatis principaliter referantur ad res, vt quia bona Titij iubentur eximi à libris æſtimi, tunc conceſsio cenſebitur realis, & perſonacẽſebitur fuiſſe cauſa impulſiua conceſſæ immunitatis: & ita colligitur ex l. forma. §. quamquam. ff. de cẽſib. & in ſpecie conſuluit Ruin. conſil. 217. num. 16. libro. 1. Hippol. Rimin. conſ. 26. nume. 4. libr. 1. †

6 nam vtrũ conceſsio ſit realis, vel perſonalis, ſẽper debet attẽdi quid in ordine conceſsionis præcedat, iuxta diſtinctionem Iureconſ. l. antepe. ff. de ſtipulatio. ſeruo. quã in hac materia noſtra eſſe quoque obſeruandam admonet Panormit. cap. mandata. nu. 1. ad medium. de præſumptio. Et in prędictis terminis admitti poterit opinio Alexand. conſilio. 193. libr. 2. Dec. conſil. 262. num. 4. & Bellon. conſil. 20. num. 8. dum dicũt, immunitatem cẽſeri realẽ, quia ad res principaliter habitꝰ fuit reſpectus. Secundò principaliter ex ſuprà traditis infertur explicatio ad. l. i. in fine. §. de conſtit. principum, & ad tex. ſimilem. §. ſed & quod principi. Inſti. de iure naturali, dum probant, quòd ſi conceſſio facta ſit propter merita perſonæ, cenſetur perſonalis, ac proinde non debet egredi perſonam illius, cui ob prædictam cauſam facta fuit conceſsio. Vnde colligebat Iaſon conſilio. 89. col. 2. ad finem. ver. 2. facit. libro. 3. quòd vbi exprimitur, conceſsionem fieri propter benemerita, indiſtinctè ea conceſsio debet cẽſeri perſonalis, cum conſtet, merita perſonalia dediſſe cauſam huic conceſsioni: ac ita debet induci regula. l. in omnibꝰ cauſis id. 68. ff. de regul. iur. quod etiam tenet Alcia. reſponſo. 203. numero. 21. aliàs reſponſo. 7. num. 25. libro. 4. Syluan. conſil. 4. num. 16. Contrarium tamẽ, imò quòd conceſsio facta propter benemerita, cenſeatur realis, per multas rationes conſuluit Socin. conſilio. 84. à numero. 11. lib. 3. conſuluit etiam Andr. Sicul. conſi. 44. numero. 14. libro. 2. ſubſcribit Probus ad Monachum. c. Abbates. num. 7. de priuileg. in. 6. vbi ampliat: & illis adde Fulgoſ. conſil. 225. conſulentẽ, quòd ſi princeps quid concedat propter benemerita alicuius, videtur conceſsio realis, & quæ debeat tranſire ad eius ſucceſſores: ſubſcribit Cagnol. l. in omnibus cauſis id. num. 5. ff. de regul. iur. Adde etiam Socin. conſilio. 59. numero. 9. libro. 1. hoc confirmantem ex eo, quòd tunc conceſsio videtur tranſire in contractum, Bald. l. qui ſe patris. numer. 14. C. vnde liberi. & omnis contractus eſt tranſmiſsibilis ad hæredes. l. i. C. vt actio. ab hæredit. & l. veteris. C. de contrahend. & committend. ſtipulatio. & ita etiam Bal. conſ. 112. de generali. num. 2. libro. 2. Et tenendo iſtam opinionem non obſtabit text. l. 1. in fine. §. de conſtitu. principum, quia reſpondet Socin. d. conſ. 84. num. 13. ad finẽ. libro. 3. procedere, quando verba conceſsionis principaliter referũtur ad perſonã. nam ſi referãtur ad res, & exprimatur eam fieri propter benemerita, tunc tãquam realis ad ſucceſſores tranſmittetur: qd̃ dicit conſta-



conſtare ex eo, quòd text. d. l. 1. in fine §. de conſtit. principum, dicit, priuilegium propter benemerita conceſſum, nõ eſſe trahẽdum ad exemplum. Et planè qd̃ cõceditur ob benemerita, regulariter debet trahi ad exemplum, vt alij magis incitẽntur ad virtutem ſequendam. l. 1. §. i. §. de iuſt. & iur. & l. vt virtutum. C. de ſtatuis & imaginib. †

7 Sed nõ his non obſtãtibus, prima opinio verior eſt ex ſuprà traditis, & ex tex. claro. l. i. ad finẽ. §. de cõſti. principum. qui adiuncta gloſ. probat, q̃ priuilegium cõceſſum propter benemerita, & ſic propter qualitatem perſonæ cohærentem, cenſeturperſonale, neque ad alium pertinere poteſt, in quo prædicta ratio benemeritorũ ceſſat: arg. l. ſi actionem. C. de pact. & in ſpecie Paul. conſil. 329. n. 2. in fine. & n. 5. ante finẽ. lib. 1. Aret. l. maritum. col. 3. ad finẽ. §. eod. & eſt pro illis bonus text. l. ſordidorum. C. de excuſa. mune. lib. 10. & d. l. 1. in fi. §. de cõſtit. princip. Neq; ſatisfacit reſpõſio Soc. §. relata: quia replicabitur, ideò in ſpecie d. l. 1. conceſſum ob benemerita, nõ trahi ad exemplum, quia in alijs ceſſat ea ratio benemeritorum, vt ſuprà dictum eſt. Quare licet, quando conceſsio fit perſonæ, ad vtilitatem fundi, debeat iterum concedi ſucceſſori in eodem fũdo, aliàs videretur ſibi facta iniuria. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiua. Bald. cõſ. 355. præmittendũ. n. 6. libr. 1. tamen quãdo ſit conceſsio perſonæ, ad vtilitatem fundorum propter merita, licet poſſeſſori fundi non fiat noua conceſsio, non ob id iniuria ei videbitur facta, cũ in eo ceſſet ratio benemeritorum: arg. l. ſi actionem. C. de pact. Paul. d. conſ. 329. nu. 2. in fine. lib. 1. & facit bene tex. l. ſordidorum. C. de excuſa. munerum. libr. 10. Nec etiã obſtat ratio ſuprà allegata pro contraria opinione, q̃ conceſsio facta propter benemerita, tranſit in contractum, quia reſpondendũ eſt, tranſire in contractũ in hoc ſẽſu, vt nõ poſsit reuocari per eũ, qui cõceſsionẽ fecit ꝓpter benemerita; quia cõcedẽs videtur benemerita ꝓ pretio habuiſſe: Bald. l. qui ſe patris. nu. 14. C. vnde libe. nõ tamẽ habetur pro cõtractu, quoad effectum, vt trãſeat ad hæredes: nam cũ per prædictã conceſsionẽ ſatisfiat benemeritis perſonalibus illius, cui fit conceſsio, in effectu videtur contractus reſtrictus ad perſonam, cui cohærent benemerita, non autem videtur intellectũ, vt tranſeat ad alios, in quorum perſona prædicta benemerita non reperiuntur. l. idẽ. 26. §. perſonale. §. de pact. Bald. conſ. 112. de generali. nu. 1. lib. 2. †

8 Quinimo quanuis in conceſsione exprimantur verba, propter quæ cõceſsio ſolet cenſeri realis: tamen ſi exprimatur, eam fieri propter benemerita; cenſebitur perſonalis: nam videmus, quòd conceſsio quæ fit dignitati, cẽſetur realis. c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & tamen ſi ponantur verba, ꝓpter quæ ad merita perſonæ videat haberi reſpectus, ea cõceſſio cẽſebit perſonalis, vt ibi tradit Panor. n. 8. idẽ Panormit. c. mandata. n. 1. ad medium. de præſũptio. & ibi Felin. n. 2. Crot. l. omnes popuili. nu. 229. §. de iuſti. & iur. Quod tũ verũ intelligo, quando materia talis eſt, vt per prædicta verba videatur electa induſtria perſonæ; tũc enim certũ eſt ad aliũ non debere tranſire. c. fi. §. 1. de offic. deleg. expreſsè Bal. l. apud Iulianum. §. idẽ Iulianus. ad medium. ff. de leg. 1. Sed extra hunc caſum, ſi verba referantur ad rẽ, vel dignitatẽ, cõceſsio cenſebitur realis, quantũcũque exprimatur propter benemerita illam fieri cõceſsionem, iuxta generalitatem l. forma. §. quamquam. ff. de cẽſib. cũ ſimilib. Bal. cõſ. 112. de generali. n. 2. ad finem. lib. 2. Poterit nihilominus opinio contraria ſaluari in tribus caſibus. Primus eſt, quòd conceſsio facta propter benemerita patris, tranſit ſaltem ad eius filios, & deſcendentes, quia benemerita, & gloria patris, ad filios, debet tranſire, qui eadem perſona cũ patre cẽſetur. l. fi. ad finẽ. C. de impub. & alijs. & ita Bal. cõſ. 355. præmittẽdum

à nu.

à n. 5. lib. 1. Soc. consf. 84. numer. 7. libr. 3. Deci. consf. 262. n. 7. Tiraq. tract. de pœn. temperand. causa. 49. n. 10. Matienço. l. 5. tit. 10. gl. 3. n. 6 lib. 5. Ordinament. quē vide. Et ideò priuilegiū, vel iurisdictio cōcessa patri, propter ardorē charitatis cēsetur etiā cōcessa filio: Bal. c. 1. 2. lect. n. 16. ad finē. de iud. Soc. consf. 59. nu. 9. ad medium libr. 1. Sed hæc saluatio non videtur tuta: nam regulariter priuilegiū personale concessum, non transit ad eius filios: gl. fi. l. expluribus. 43. ʒ. de administr. to. & videtur tex. c. ne aliqui. de priuileg. in 6. ex cuius mēte collegit Ioan. Andre. ibi, quòd priuilegiū concessū Regi, non censetur concessū filijs Regum, nisi hoc fuerit expressum: subscribunt Dominic. ibi n. 2. & 5. Perusin. n. 2. Deci. l. in omnibus causis id. n. 6. in fi. ʒ. de reg. iur. & cōs. 516. quoniam. n. fi. Crot. l. omnes populi. n. 230. s̃. de iust. & iure. Ioan. Cerier. tract. de primogenitura. lib. 1. quæst. 14. n. 36. Natta consil. 242. num. 1. lib. 2. Tiraq. tract. primogenio. q. 32. n. 2. Et ideò pro regula constituitur, quòd immunitas cōcessa alicui, non pertinet ad eius filios,
9 † l. sēper. §. immunitati. & ibi gl. verb. liberis. ʒ. de iure immunita. l. sordidorū. C. de excusa. mune. li. 10. Platea l. in filijs. in fi. ne. C. de decurio. lib. 10. Natta d. consil. 242. num. 1. lib. 2. Hippol. Rimin. consil. 258. à num. 9. lib. 3. Prætereà & aduersus communem vrget generalitas. l. 1. ad finem. s̃. de constit. principum. Neque ob
10 stat fundamentum contrarię opinionis: quia respondeo, quod aut tu intelligis, patri factam fuisse concessionem propter benemerita, & cum illi iā videatur satisfactū, nihil est, quod ad filios trāseat: aut intelligis, eum decessisse, antequā remuneratus sit; & adhuc non est verum, ius remuneradi trāsire ad filios: nā obligatio ad remunerandū non procedit ex aliquo iuris præcepto, vel ex aliqua necessitate per ius imposita, sed solū ex instinctu naturali: & ideò nullū habet effectū ex actionis: gl. l. ex hoc iure. verb. obligationes. in fi. & ibi Bar. n. 11. s̃. de iust. & iur. Vnde cū non sit propria obligatio, & personæ cohæreat, non potest ad filios, vel hæredes transmitti, vt expressè tenet Ang. de Periglis. l. fi fundum per fideicōmissū. col. 2. ad fin. ʒ. de leg. i. & est de mēte Bar. l. quæ dotis. n. 14. & ibi notat Iasō n. 61. ʒ. de leg. 1. & probatur l. si verò. non remunerandi. §. idē Papinianus. s̃. mandati. adiūcta l. fi fundū per fideicōmissū. 94. ʒ. de leg. i. secūdū intellectū Bar. ibi numero. 1. quē sequitur Ias. n. 24. Vnde cauendū est ab And. Sicul. consf. 44. à n. 13. lib. 2. Soc. consf. 59. à n. 4. lib. 1. & consf. 84. à n. 12. libr. 3. Dec. consf. 262. à n. 4. dū tenent priuilegium concessum patri, propter merita, transire ad filios, quia ad illos quoque transitius petendi remunerationem: id enim ex suprà traditis apertè confunditur: & tantū eorum dictū recipi potest in eo sensu, quòd benemerita patris sint sæpius causa, ob quam filijs de nouo aliquid indulgeatur. l. nemini. ver. filios autē. & l. petitionem. ver. filijs. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. l. iubem⁹. vers. & filio. C. de aduocatis diuersorum iudicum. l. 3. ʒ. de priuileg. veterano. expressè Roman. consf. 29. num. 1. facit bonus text. c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. vbi quanuis beneficium paternum ad filiam non transeat, tamen potest dominus illud filiæ concedere, ob amorem & seruitium paternum: † notat Fulg. consf. 4. col. 1. ad fin. & plures citati per Paris. consf. 4. n. 42. lib. 1. facit etiam l. 1. & 2. C. de filijs officialiū lib. 12. quas extollit Greg. l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss. Sino el hijo. col. fi. vers. & tenementi. Matienço l. 5. tit. 10. li. 5. Ordina. gl. 3. Conferunt etiam quæ tradit Tiraquel. tract. de nobilit. c. 20. n. 8. tamē concessio facta patri propter benemerita, ad eos non transibit iuxta regulam generalem. l. i. in fin. s̃. de constit. princip. & regulā huius text. Secunda opinio contraria suprà relata saluari potest, quādo benemerita sunt magna, ita vt perpetuam remune



remunerationē exigāt, vt congruè videā
11 tur remunerata: nam tunc concessio trā sibit ad omnes eius descēdētes: & ita Alciat. responso. 203. nume. 22. aliàs consil. 7. n. 25. lib. 4. & Sylua. cōs. 4. n. 16. ad finē. Sed neq; hæc saluatio placet: nā cū concessio simpliciter facta ꝓpter benemerita, cēseat personalis. l. 1. in fine. s̃. de consti. principū. nō potest ad descēdētes trāsire, iuxta regulā huius tex. & imputet sibi, qui talē remunerationē recepit. Tātū ergo prędicta saluatio admitti potest in eo sēsu, vt ad bonum regimē Reip. iustū sit, illorum descēdētibus, qui egregiā nauarūt operam pro Republica, remunerationem facere, vt sic alij incitētur ad cōtēnēdam vitam pro Reipu. defēsione, & ampliatione. l. fi. C. de præpositis agētiū in rebus. l. 1. C. de priuilegijs eorū qui in sacro palatio militant. li. 12. tradit in specie Pinel. l. 1. C. de bonis maternis. 3. p. n. 62. illatio. 14. & Matienço l. 1. tit. 10. libr. 5. ordinamēt. gl. 1. n. 4. Itē saluari potest in eo sēsu, quòd si ponantur aliqua verba ambigua, ita vt meritò dubitetur, vtrū ea concessio sit temporalis, & personalis, an verò perpetua, tūc propter merita perpetuam exigētia remunerationem, cēsebitur illa cōcessio perpetua. Exemplum erit, quando dictum fuerit, quòd ea concessio fit in perpetuum: nam dictio, Perpetuum, ambigua est, quia potest referri ad vitam illius, cui fit concessio. l. 1. s̃. pro socio. gl. c. si gratiosè. verb. perpetuo. de rescrip. in. 6. gloss. c. fundamēta. ver. perpetuum. de elect. in. 6. Et ideò in specie consuluit Alexand. consil. 86. num. 2. lib. 1. quòd si concessio sit relata ad personam, & addatur dictio, Perpetuò, adhuc cēsebitur personalis, & dictio, Perpetuò, intelligetur, id est, donec vixerit ille, cui fit concessio: subscribit Alciat. responso. 203. à num. 25. aliàs. consf. 7. à num. 28. libro. 4. & Syluan. consf. 4. à num. 18. Contrariam tamē opinionem, imò propter prædictam dictionē, Perpetuò, cōcessionem deberi censeri realē, & perpetuam,
11 † consuluit Anchar. consilio. 327. numero. 4. Andr. Sicul. consilio. 44. à num. 9. libro. 2. Socin. consilio. 84. à num. 4. libr. 3. notab. Ruin. consilio. 217. num. 6. libro. i. Bellon. consilio. 20. ad finē. Sed ex suprà traditis dicēdum est, primam opinionē procedere in concessione liberaliter facta: secundam autē in donatione remuneratoria: vt enim merita videantur sufficiēter remunerata, dictio, Perpetuò, in propria significatione accipietur: & quia donatio remuneratoria latiorē & fauorabiliorē admittit interpretationē: Decius consilio. 197. in casu. nu. 2. ad finem. Tertiò & vltimò saluari potest opinio suprà relata in beneficio principis, quod quidē soli præiudicat cōcedēti: namcùm hoc latam & fauorabilē admittat interpretationē l. fi. s̃. de consti. principum, concessio in dubio cēsebitur realis, & transitoria ad hæredes: & ita Bar. l. fi. num. 4. ʒ. de seruitut. legat. Ex cuius mēte collegit Imol. l. maritum. col. 2. s̃. eo. & c. cum venissent. num. 21. de instit. quòd licet vbi verba cōcessionis referūtur ad personam, cēseatur concessio personalis, vt dictum est in principio: tamē in beneficio principis cōtrarium dicetur, imò quod etiam eo casu cēsetur concessio realis, & ad successores transitoria. defēdit Aret. l. maritum. col. 3. post medium. s̃. eo. & ibi Zasi. num. 28. Aretin. l. apud Iulianū. §. si quis alicui. col. 2. in princ. & ibi Ias. num. 9. ʒ. de leg. i. Andr. Sicul. consilio. 44 num. 12. libro. 2. Decius l. in omnibus causis id. num. 5. ʒ. de reg. iur. Socinus consilio. 84. num. 13. ad medium. libro. 3. Bellon. consilio. 20. num. 8. Sed hæc conclusio Bart. ita explicata vera non est, quia suprà tradita in principio etiam locum habent in beneficio principis, vt probat l. in omnibus causis id. 68. ʒ. de regulis iuris. & ibi expēdit Cagnol. num. 4. Idem colligitur ex l. 1. in fine. s̃. de constit. principum. facit l. pen. ʒ. de seruitut. legata. vbi textus probat, quod illud quòd conceditur contēplatione personæ, censetur personal:

† etiamsi

† etiamsi ea concessio fiat in testamen-
2 to, quod latè accipi solet. l. in testamētis. ff. de regul. iuris. extollit Iason consil. 89. col. 2. ad finem. versicul. 2. libro. 3. Aymō consilio. 239. numero. 4. & in specie q̃ in beneficijs principum, illud, quod conceditur per verba relata ad personam, censeatur personale, sentit Bartolus consilio 189. numero. 3. ad finē. Baldus l. liberti. numero. 20. C. de oper. libertor. Boerius decisio. 227. numero. 17. & tanquam receptum tradit Alciat. responso. 7. numero. 16. libro. 4. & Syluan. consilio. 4. numero. 16. ad finē. Nec repugnat Bartolus d. l. fina. numero. 5. ff. de seruit. legat. neq; enim dicit, quod prædicti illi imponunt, sed illud tantū, quod vbi verba sunt dubia, vtrū referātur ad personā, vel ad rē, in beneficijs principum in dubio censebūtur relata ad rem, vt sic resultet concessio realis, quanuis in priuilegijs in dubio verba censeantur relata ad personam, vt suprà diximus: & ita notab. explicat Roman. l. maritum. numero. 35. & num. 36. §. eodē. & ante eum Bald. ibi ad finē. Cagnol. l. in omnibus causis id. numero. 4. ff. de regulis iuris. & est de mēte Alexan. hîc numero. 4. Iason. consilio. 27. col. fin. in principio. libro. 1. Decij consilio. 262. numero. 7. ad finē. Quibus ad de Bar. ita in simili distinguentē. l. 1. §. 1. in fine. §. de offic. præfecti vrbis. Huiusque rei vnum exēplum notabile proponitur à Paulo. l. maritum. n. 5. §. eo. quē ibi sequitur Zasi. numer. 28. Aliud etiam proponit Barto. dict. l. fina. numero. 9. ff. de seruitut. legat. quando princeps concedit iurisdictionem de nouo in aliquo castro, nam tunc dubium est, vtrùm censeatur iurisdictio concessa personæ, vel ipsi castro? & concludit, quod in dubio debet censeri concessa castro, vt sic tanquam realis perpetuo duret. l. forma. §. quamquam. ff. de cēsib. subscribit Iason. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. numero. 9. ad finem. ff. deleg. 1. Aretinus l. maritum. colum. 3. ad medium. §. eodē. Bellonus consilio. 20. numero. 9. Contrarium tamen, imò hanc concessionem debere censeri personalem, tenet Baldus l. fina. 1. lect. columna vltima. §. de constit. principum. & l. liberti. numero. 20. C. de oper. libertor. Pro concordia dicendum est, quòd Bartolus loquitur, quando in concessione fit mētio personæ, & castri, & vult in dubio cēseri concessionem realem in eo sensu, vt simul transeat cum castro, ad quemcunque castrum peruenerit: † sed respectu personæ concessio censebitur personalis, ita vt tantùm in eius vita ei videatur concessa: ac proinde eius filij, & suc-
13 cessores non habebunt iurisdictionem virtute concessionis paternæ, quæ eius morte censetur extincta, sed ex suo iure succedentes in castro, obtinebunt in consequentiam iurisdictionem illi cohærentem, vt in simili probatur in l. si aliena res. 10. §. 1. ff. de vsucapio. Et in specie est de mente Aretin. l. maritum. columna. 3. ad medium. §. eodem. & ibi Zasius numero. 28. idem Aretinus clarius. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. columna. 2. in principio. ff. de legat. 1. Et iuxta hæc est explicandus Bartolus consilio. 189. numero. 3. ad finem. dum dicit, quod iurisdictio concessa propter merita personæ, censetur personalis, nec videtur concessa territorio, nisi propter personam, & ideò extincta persona, etiam concessa facta territorio extinguetur, vt expressè inquit Baldus l. fina. 1. lect. columna final. §. de constitutio. principum: nam intelligendi sunt, vt concessio non censeatur personalis simpliciter, sed tantùm quoad effectum, vt extincta persona, non possit prætendi iurisdictio ex vi prædictæ concessionis, quæ tanquam personalis cum morte extinguitur: sed qui succedit in castro, etiam in iurisdictione succedet illi cohærenti, iuxta supradicta: & hoc respectu concessio prædicta censebitur realis, & cum æquè prin



principaliter videatur concessa personæ, & castro: quanuis concessio extinguatur, quatenus personalis censetur: tamen eadem concessio æquè principaliter facta castro subsistet: argumen. l. si fideiussor. & ibi Bart. ff. de legatis. 1. Illud certum est, prædictam interpretationē procedere in beneficijs principum, in quibus latissima solet fieri interpretatio. Non igitur procedet in beneficijs concessis ab alijs inferioribus à principe, quia in horum donationibus, non ita lata admittitur interpretatio: atque proinde concessio ab illis facta, in dubio censebitur personalis, per tradita suprà: & ita Iason consilio. 89. colū. penul. ad medium. lib. 3. quidquid contrarium sentiat Andre. Sicul. consilio 44. num. 10. libr. 2. & Socin. consilio 84. num. 13. ad medium. libr. 3. Et hæc de prima quæstione in materia huius. l. Succedit igitur secunda, an indistinctè verum sit, priuilegium personale non
14 transire ad alios? ] Et regula constituenda est, regulariter non transire, iuxta regulam huius text. & l. 3. in fine. & l. forma. §. quamquam. ff. de censib. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. Ratio ponitur. l. fordidorum. C. de excusatio. munerum. libr. 10. Quam conclusionem primò amplia, non solū quādo priuilegium conceditur alicui particulari, sed etiam quādo conceditur certo generi personarum. Ita colligitur ex isto text. dum loquitur in priuilegio cōcesso maritis in genere, & expēdit Zasi. l. maritum. num. 32. §. eod. Quod tamē declarandum est non procedere, quando quid conceditur certo generi personarum, quod propter fictionem iuris nunquam videtur perire, nam tūc etiā priuilegium perpetuò durabit: vtpotè si priuilegium concedatur ciuibus alicuius ciuitatis, nam hi perfictionē iuris nuuquam cēsentur perire. l. proponebatur. §. de iudic. & ideò concessio eis facta cēsebitur realis, siue perpetua: nam prout cēsetur perpetuū priuilegium, qd conceditur ciuitati, vel loco. l. forma. §. quamquam. ff. de cēsib. idē recipiendū est, si ciuibus concedatur. l. 2. ff. de rebus dubijs. & ita in specie Roma. l. maritū. n. 27. §. eodem. Socin. l. 2. nu. 4. ff. de rebus dubijs. Secūdò amplia procedere, quando rei, vel loco aliquid concessum est, ratione, & contēplatione personæ: nā huiusmodi concessio cēsebitur personalis, & consequēter cum persona extinguetur: ita videtur colligi ex regula. l. in omnibus causis id. 68. ff. de regul. iuris. & tradit Bart. consil. 189. num. 3. ad finem. & in specie videtur text. l pen ff. de seruit. legat. vbi concessum fuit ius eundi, & sic per verba importantia seruitutē realem: & tamē quia contemplatione personæ filiæ] facta fuit illa concessio, interpretatur Iurecons. esse concessionem personalem, & quæ cum persona extinguitur. Ex quo text. collegit Alberic. ibi nu. 1. ad finem. quòd si seruitus, quæ suapte natura est realis, contemplatione personæ cōcedatur, redditur personalis: & idē notat Alberic. l. Mela. §. fin. nu. 2. ff. de alimētis & cibar. legat. & idē sentiunt Iasi. consil. 89. col. 2. ad finē. vers. secūdo. lib. 3. & Aymon cōs. 239. nu. 4. dum per d. l. pen. dicūt, q̃ id quod datur cōtēplatione personæ, cēsetur personale: & idē sentit Lucas de Penna. l. fordidorum. ad med. C. de excusat. muner. lib. 10. dū dicit, q̃ id quod cōceditur rei contēplatione personæ, censetur personale: qd etiā tradit Ripa responso. 31. nu. 16. & nu. 24. Bosius in praxi tractatu de principe. à numero. 343. inferens, quòd cùm Leo Decimus concesserit Regi Francorum, tanquam Duci Mediolani, vt Mediolanenses sibi subditi non traherentur ad Curiam Romanam, hoc priuilegium debet censeri extinctum, quia Rex Franciæ amisit Ducatum Mediolanensem, & ille fuit
15 translatus in Imperatorem. † Et facit, quòd illud quod alicui datur contem-

platione alterius, magis videtur datũ illi, cuius contẽplatione facta fuit concessio. l sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari. l. pen. C. de iure deliber. l. fin. in fin. C. de vsufruct. Ergo etiam in hac specie debet induci regula huius text. Sed vtique hæc ampliatio non videtur vera, quia per eam nimis restringitur generalis regula. l. forma. l. §. quamquã. ff. de censibus. & quia qd̃ conceditur personæ cõtemplatione rerum, id est, propter vtilitatẽ ipsarum rerum, personale cẽsetur. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. sordidorum. C. de excusat. muner. lib. 10. Aymon consil. 289. nu. 4. ergo cũ contrariorũ eadem sit disciplina, cõcessum rebus contemplatione personæ, debet censeri reale. Quod in specie colligitur ex traditione gloss. receptæ. Cle. 1. verb. ex colendas. in fine. de decimis. Neq; obstant suprà adducta pro cõtraria opinione: quia ad primum de regula l. in omnibus causis id. 68. ff. de regul. iur. respondetur, eam regulam ita esse accipiendam, vt si constiterit, personam fuisse causam proximam & immediatam concessionis, ea concessio cẽsebitur personalis, quantumcunq; verba ad res sint relata. Interpretabimur enim tunc concessionem principaliter fuisse factã personæ, propter vtilitatem ipsarum rerũ, vt in simili probatur. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. Cæterùm quando de prædicto non constiterit, si verba sint relata ad res, magis interpretabimur, res fuisse causam proximam & immediatam concessionis, & sic illã esse realem, & contẽplationem personæ habuisse se per modum causæ impulsiuæ, siue mediatæ ad impetrandam prædictam concessionẽ: & ideò comtẽplatio personæ, quasi causa remota, non considerabitur. l. socium qui. §. 1. ff. pro socio. & dixi suprà: & ad hunc modum
16 poterunt concordari opiniones. † Nõ obstat secundum de. l. penulti. ff. de seruit. legat. quia respondet Bart. consilio 189. num. 3. ad finẽ. ex eo text. tantùm colligi, quòd concessio dubia, & quæ potest videri facta rei, vel personæ, in dubio cẽsebitur concessa personæ, & sic esse personalis: subscribit Boeri. decis. 227. num. 17. Sed hæc responsio non tollit difficultatem: nam in specie dict. l. pen. concessio non erat dubia, imò attentis verbis erat clara, quòd esset concessa seruitus realis: nam testator concessit filiæ ius eundi, per quæ verba certũ est videri legatam seruitutem realem. l. si fundũ. ff. de seruit. legata. & tamẽ quia propter affectionem filiæ videtur facta ea cõcessio, aduersus verborum proprietatem interpretamur, non ius seruitutis, sed ius personale videri concessum, vt ibi declarat Bart. num. 2. & 3. & sic videtur probare ille text. quòd licet concessio attẽta verborum proprietate videatur esse realis: tamen si verè, vel præsumptiuè constet, propter affectionem personæ factam fuisse, magis cẽsebitur esse personalis: notat Roman. consil. 503. num. 7. ad finem. ergo ille text. nimis videtur vrgere ampliatione, à qua recedimus. Et ideò veriùs respondebitur, text. d. l. pen. procedere, tribus simul concurrẽtibus. Primo, quòd verba concessionis fuerunt relata ad personam filiæ, vt ex litera constat. Secundò, quòd legataria erat filia, & sic persona, ad quam pater habebat affectionẽ. l. fin. C. de curator. furiosi. Tertio, quòd ius eundi erat legatum per ædes hæreditarias. Planè ire per ædes alicuius, nimis onerosum est, quia panduntur secreta domus alienæ; quod esse nimis onerosum probat. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. & quãuis ius eũdi, ciuili modo intelligatur, vt eat per eã partẽ domus, quæ minus præiudicet debẽti seruitutẽ. l. si cui. ff. de seruit. tamẽ ire per domũ alterius, semper nimis onerosum censetur, vt text. ille significat ibi: Per villam, & ita in effectu Bart. d. l. pen. nu. 2. & 3. Ia s. l. 2. §. item si in facto. num. 7. & ibi Galeaul. nu.



num. 23. ad finem. ff. de verbor. obligat. Altero igitur ex prædictis tribus deficiẽte, non procedet d. l. pen. Vnde infertur, quòd si in specie dict. l. pen. verba essent relata ad fundum, vt quia dictũ esset: Concedo ædibus tuis ius eũdi per ædes meas: tunc seruitus realis censeretur: nam semper seruitus realis censetur, quando verba concessionis ad rem referuntur. Baldus. l. 3. num. 1. in fine. C. de seruit. Iason. l. final. num. 6. in fine. ff. de noui oper. nuntiation. & in specie est de mente gloss. 2. dict. l. pen. & in simili ita distinguit Bartol. l. 3. §. opus. ad finem. ff. de alienation. iudicij mutandi
17 causa. † Ex quo colliges cõtra suprà allegatos, quòd quando verba referuntur ad res, censetur concessio realis, quantumcunque constet, contemplatione personæ factam fuisse cõcessionem: qd̃ est summè notandum in hac materia. Infertur secundò, quòd si legataria non fuisset filia testatoris, sed persona extranea, non procederet d. l. pen. imò tunc cẽseretur seruitus realis, quæ cùm fundo ad quemcunque transiret, iuxta regulam. l. via constitui. §. fin. ff. de seruitu. rusticor. prædio. quod apertè est de mẽte Iureconsul. d. l. pen. in fin. Interpretabimur igitur, ius eundi fuisse cõcessum per modum seruitutis realis: nam quando in concessione exprimitur hoc nomen, Ius, seruitus realis censetur concessa: quia seruitus ex se ius est. l. 1. §. fin. ff. de rerum diuisio. in princip. Instit. de rebus corporalib. ergo qui dicit, ius eundi concedere, seruitutem realem concedere videtur. l. si cui. ff. de seruit. tradit Bart. l. pen. num. 1. ff. de seruit. rusticor. prædior. & l. pen. nu. 8. ff. de serui. lega. & asserit receptum Ias. d. l. 2. §. item si in facto. nu. 6. ad finẽ. & l. 4. §. Cato. num. 1. ff. de verborum obligatio. Prout & seruitus videtur concessa, quando dicitur, iter, vel viam concedi, & sic fit concessio per verba, quibus prædictas seruitutes ius solet designare. l. si via. ff. de serui. rusticor. prædior. l. si fundum. ff. de seruitut. legata. asserit receptum Socin. d. §. Cato. num. 4. Interpretabimur igitur hoc casu, principaliter habitum fuisse respectum ad ædes legatas per testatorem, & verba fuisse relata ad personam legatariæ, vt demonstraretur persona, quæ prius eo iure vti debeat: argument. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. Infertur denique, quòd si ius eũdi fuisset concessum per fundum rusticum, non procederet d. l. pen. quia cessat ratio suprà assignata, quando ius eũdi conceditur per ædes. Neque istud ius eundi, cẽsetur nimis præiudiciale, si eius vsus fiat modo præscripto. l. si cui. ff. de seruitu. Quinimò si testator designaret ius eundi, per eam partem ædium, per quam non panderentur secreta domus, neque nimis esset grauosum dominis ædium prædictum ius eundi, non procederet d. l. penult. vt in simili obseruat Ancharr. consilio. 379. num. 4. Vnde dubium redditur, quod dicit Iason. d. §. item si in facto. nume. 7. † quòd si fratres diuiderẽt domos communes, & vnus exciperet ius hauriendi aquam ex puteo, quòd hæc concessio censetur
18 personalis, neque transibit ad extraneum: ac ita fuisse iudicatum asserit Galeaul. ibi num. 23. ad finem. id enim videtur confundi ex suprà traditis: nã ius hauriendi aquam ex puteo, semper respicit eam partem ædium, per quam non panduntur secreta domus, neq; nimis habitantibus est onerosum: & ideò magis videtur ius seruitutis realis fuisse exceptũ. Ex his igitur cõstat, d. l. pen. procedere tantũ concurrẽtibus illis tribus, de quibus suprà: quæ cũ generaliter in priuilegijs, vel similibus cõcessionibus verificari non possint, malè ex illo text. arguetur ad nostram materiã: & ita Bart. d. l. pen. num. 7. ff. de seruit. legata. distinguit materiam seruitutis realis, à materia priuilegiorum. Nõ obstat tertia ratio, quia ego fateor, quòd datũ mihi

mihi contemplatione alicuius, fingitur prius illi datum, & ab eo breui manu in me translatum.l.3.§ fin.ſ. de donation. inter virum & vxorẽ. Qua ratione quãuis illi id acceptum ferre debeam. l. ſed ſi plures.§.in arrogato.ĵ.de vulgari.l.profectitia.5.in principio. ſ. de iure dotiũ. non tamen ob id ſequitur,conceſsionẽ relatam ad res, non cenſeri realẽ:prout non ſequitur,quòd per mortẽ illius, cuius contẽplatione mihi quid datum eſt, extingatur conceſsio,vt efficaciter probat.l.fin. C.de vſufruct. & facit regula l.fin.ſ.de pactis.&.l.ſi poſt mortem.§.final.ĵ.de bonor.poſſeſsio.contra tabu. & in ſpecie tradit Otalora tract.nobilitatis Hiſpaniæ.4.par.cap.8.num.2.Vnde dictum illud Boſsij in praxi, tit.de principe.à nu.343.ſuprà relatũ procedet, quãdo verba conceſsionis fuerũt relata ad Regẽ Franciæ, tãquam Ducem Mediolani:nam tunc interpretabimur,illi principaliter fuiſſe factam conceſsionem ad vtilitatem ſubditorum Mediolanenſiũ: quod quidẽ inducit,conceſsionem eſſe perſonalem,vt efficaciter probat.l. 1.§. permittitur.ĵ.de aqua quotid.& æſtiua. & cũ ea qualitas Ducis Mediolanenſis, ceſſauerit in Rege Franciæ,meritò ceſſat etiam priuilegium illi cõceſſum, fundatum in prædicta qualitate.l. final. ſ.ſi quis cautio. c.venerabilẽ.ad finẽ. de electio.& ibi Panorm.nu.25.nam & priuilegium conceſſum loco ratione certæ quantitatis,qualitate perẽpta, cenſetur extinctum.Roman.l.maritum.nu.28.ſ. eod. Sed ſi verba eſſent relata ad ciues Mediolanenſes, tunc priuilegium tanquam reale perpetuò duraret: argumẽ. l.2.ĵ.de rebus dubijs. & quæ ſuprà diximus in prima ampliatione, quantumcũque conſtaret contẽplatione regis Francorum,tanquam Ducis Mediolanenſis, factam fuiſſe eam conceſsionẽ:†nã quã
19 do conceditur aliquid contemplatione alterius,eo mortuo,vel aliàs deficiente, illud ius non extinguitur. l. final.C. de vſufruct. & ſuprà diximus: & quia hoc caſu credimus, cauſam finalem, & immediatam conceſsionis fuiſſe fauorem ciuium Mediolanenſium, & contẽplationem Regis Franciæ tanquam Ducis Mediolanenſis, habere ſe per modum cauſæ incitatiuæ & remotæ. Planè ſemper cauſa finalis & immediata attenditur,non autem cauſa incitatiua,etiamſi talis ſit, ſine qua conceſsio prædicta facta non fuiſſet, vt eleganter explicat Nauar.in manuali.cap.23. nu.100.verſ. quinto.niſi conſtaret, contemplationẽ Regis Franciæ, fuiſſe cauſam finalem & immediatam conceſsionis, tũc enim interpretabimur,conceſsionẽ fuiſſe perſonalem, factam tamẽ propter vtilitatẽ ſubditorum:argum.d.l.1.§. permittitur. ĵ.de aqua quotid.& æſtiua. & probat.l. in omnibus cauſis id.68.ĵ. de regul.iur. explicata vt ſuprà. Et ad hunc modum eſt explicanda elegans reſolutio Panor. cap.ex parte.1. nume.5. de decimis. Et confirmantur ſuprà tradita,quia ſi patri conceſſum eſt priuilegium propter liberos,vel aliam cauſam,priuilegium ſemel quæſitum,non debet cenſeri extinctũ ex eo ꝙ liberi moriantur, vel aliàs prædicta cauſa deficiat.Ioann. Andre. cap. decet.de regu.iuris.in.6. quem ſequitur Deci.l.in omnibus cauſis id.num.17.ĵ. de regulis iuris.& plures citati per Tiraquel. tracta.ceſſante cauſa.limita.4. nu. 10.& aſſerit receptum Ripa.l. ex facto. num. 13.in fin. ĵ. de vulgari.Et quanuis poſt Alexand. contrarium teneat Alcia. tractatu de præſumptionibus, regul. 1. præſumptione. 36. numero. 2. tamen vera reſolutio colligitur ex traditis per Baldum conſilio.117. verbo,ad finem. libro.1. quòd ſi quis propter liberos obtinuit immunitatem ab oneribus iam ordinatis, & in eſſe productis, durabit hoc priuilegium,etſi liberi moriantur. Et eſt ratio, quia omnia illa onera deferuntur ex eâdẽ cauſa,id eſt,ex eodẽ ſtatuto.l.Stichũ.§.fin.ſ.de verbor. obligat. vnde priuilegium reſpectu onerum ex eodem ſtatuto deſcendentium,iam videtur effectum habuiſſe in perſona pa-
20 tris,† & regula,ꝙ ceſſante cauſa ceſſet effectus, non habet locum in his, quæ ante finitam cauſam effectum ſuum habuerunt.l.final.ĵ.vnde liberi.Bartol. receptus. l.2.§. final. ad finem. ĵ.de donatio. Sed ſi ex noua cauſa, onera diuerſa imponantur,tunc non ſufficiet liberos antea habuiſſe,niſi tempore quo ex noua cauſa hæc diuerſa onera deferuntur, liberi viuant: aliàs obtinebit locum regula, Quòd ceſſante cauſa, ceſſet effectus.l.2.verſ. qui ad munera.ĵ. de vacatio. munerum.ſubſcribũt Ripa d.l.ex facto.nu.18.Tiraquel.tract. ceſſante cauſa.4 limitatio.num.13.Quo fit, vt ſemel
21 excuſatus à tutela propter quinque libros,non excuſabitur à noua tutela, ſi eo tẽpore filios quinque viuos non habeat:quia ſcilicèt noua tutela, & ex noua cauſa ei defertur.l. ſpadonẽ.§. qui abſolutus.ĵ.de excuſat.tutor.l.2.§.remittit. eod.tit.proſequitur FernandusPaez tractat.de excuſandis parẽtibus ob numerum liberorum.num.36. Cùm igitur in caſu de quo ſuprà, priuilegium conceſſum ciuibus Mediolanenſibus,iam effectum habuerit in eorum perſona, quanuis poſteà ceſſauerit cauſa,cuius contẽplatione facta fuit ea conceſsio,non ob id ceſſabit priuilegium, iuxta ſuprà tradita. Amplia tertiò concluſionem noſtri text. vt non ſolùm priuilegium perſonale non tranſeat ad hæredem, mortuo eo,cui conceſſum fuit,ſed etiam priuilegiatus dum viuit, non poterit illud cedere,neque transferre in alium: nam quod ad hæredes non tranſmittitur,neque cedi poteſt.l.ſi ex pluribus. 48.ĵ. de adminiſtra. tutor. tradit Archidiacon. cap.hinc eſt.num.3.16.q.1.Roman.cõſil.484. in fine.Socin.l. qui Romæ.§. cohæredes.num.5.ĵ.de verbor. obligatio. Vnde pro regula conſtituitur,quòd priuilegium perſonale cedi nõpoteſt.Dyn. c.priuilegiũ.de reg.iur.in.6.Paul.l.quod ſi in diẽ.§.Iulianus.in fine. ſ. de petitio. hæred.Panorm.cap.fin.nu.3.de reſcrip. Tiraq. lib.1.retract.§.26.glo.1.num.57. Qua etiam ratione receptum eſt,vt cõceſſum cõtra ius,cedi nõ poſsit.Roman. cõſ.484.nu.1. dũmodò contẽplatione perſonæ id ſit conceſſum.Alex.l.1.§.fin. nu.5.in fin.ĵ.de noui oper.nũtiatio. Et hac etiã ratione cõcludit Bald.l. per diuerſas.nu.21.C.mãdati. ꝙ vidua priuilegiũ fori quod habet,iuxta.l.vnic.C.quãdo Imperator inter pupillos & viduas. non poterit alteri cedere: ſubſcribit Alex.l.ſi poſt.ad mediũ.ĵ.eo.Iacob.l. vnica.nu.39.C.ne liceat potẽtioribus. Ruin. conſ.142.nu.18.lib.5.Pariſ.conſ.64. nu. 10.lib.4.†Et adeò prædicta ampliatio vera eſt,vt quãuis alicui cõcedatur priuilegiũ pro ſe,& ſuis hæredibus, nõ tamẽ illud poteſt cedere alijs, vt receptũ aſſerit Curt.Iun.conſ. 60. num. 10. etiamſi conceſſum ſit pro ſe & hæredibus &ſucceſſoribus;quia illud verbum,Succeſſoribus,debet intelligi de ſucceſſoribus vniuerſalibus,& non particularibus,vt in terminis conſuluit Iaſon conſ. 89.col.3. libr.3.Contrarium tamẽ,imò illud verbum,Succeſſoribus, intelligendũ eſſe de ſucceſſoribus particularibus, in priuilegio prædicto modo conceſſo,ne aliàs illud verbũ videatur ſuperfluere,conſuluit Alexan.conſ.193.à nu.1.lib.2.quem ſequitur Deci. conſil. 286.& pro tenui. verſ.ſexto & vltimo.Alciat.reſponſ.216. per totũ. Sed prima opinio verior videtur,ex dicto Imol.l.quod dicitur.nu.14. ĵ.de verbor.obligat.ꝙ ſi emphyteuſis cõcedatur alicui pro ſe,hæredibus, & ſucceſſoribus, non videtur intellectum de particularibus ſucceſſoribus,ſed de vniuerſalibus ſuccedentibus per ius prætorium: ſubſcribit Alexander. l. quædam. §. nihil.& ibi Iaſon numer.4. ſ. de edendo. Decius conſilio.288.numero. 7. Neque obſtat argumentum contrariæ opinionis: quia reſpondetur, imò

mò verbum, Successoribus, non esse superfluum, si intelligatur de successoribus vniuersalibus: nam verbum, Hæredibus, refertur ad successores vniuersales iure ciuili, & verbum, Successoribus, ad successores vniuersales iure prætorio. §. quos autē. Instit. de bonor. possessio. Vel etiam de successoribus vniuersalibus, qui tamen non sint hæredes, de quibus agit. l. non solùm. §. de in integr. restit. Neque etiam repugnat. l. in conuentionibus. 217. ʃ. de verbor. significa. vbi in concessione emphyteutica, appellatione hæredis venit legatarius, qui est particularis successor: per quem text. adaersus suprà allegatos tenet Pinel. l. 2. num. 13. C. de bonis matern. nam respondetur, text. loqui in legatario, qui respectu rei legatæ quodammodo hæres est. l. id tēpus. §. 1. ʃ. de vsucapionib. & ideò ex mente partium sub nomine hæredis videtur comprehendi: & aliud erit in quocumque alio particulari successore, qui neque sub nomine hæredis, neque successoris comprehenditur, vt in specie tradit Costa tracta. de successio. regni. 1. parte. num. 22. † Neque circa prædicta dubitationem debet facere, quòd si in prædictis casibus priuilegium transmittitur ad hæredes: ergo & poterit cedi. d. l. si ex pluribus. 43. ʃ. de administ. tutor. & notat Socin. l. qui Romæ. §. cohæredes. num. 5. ʃ. de verbor. obligation. quia respondetur, quòd in prædicto casu priuilegium defuncti nō transmittitur ad hæredes, sed virtute concessionis, nouum priuilegium producitur in persona hæredum: argum. l. stipulatio ista §. sed si quis. ʃ. de verbor. obligationib. & infrà latiùs dicemus: & sic cessat difficultas quam mouet Roman. consil. 484. num. 1. Item respondeo, quòd licet valeat argumentum negatiuè conceptum, Non potest transmitti: ergo neque cedi potest: non tamen valet, si affirmatiuè concipiatur, Potest transmitti: ergo & cedi: prout explicat Iason. l. 1. §. final. num. 6. ʃ. de oper. noui.

22

& latè Tiraquel. libr. 1. retract. §. 26. glos. 1. à num. 44. Vltimò amplia conclusionem huius text. vt neque priuilegium personale mariti prosit eius vxori, siue viuo marito, siue mortuo eo: ita voluit Ioann. Andre. in cap. ne aliqui. de priuileg. in. 6. dum ex eo text. colligit, priuilegium concessum regi, non cēseri concessum neque communicatum eius vxori, nisi id fuerit expressum: & ibi subscribunt Dominicus & Perusin. & pro illis videtur text. l. princeps. §. de legib. & l. quod principi. cum. l. sequēt. ʃ. de legat. 2. Id quod pro regula admittit Iason l. non tantùm. num. 4. ʃ. de re iudicat. cum quo transit Cagnol. l. in omnibus causis id. num. 12. ʃ. de regulis iuris. Alberic. l. 2. num. 9. C. de Episcop. & cleric. Aretin. l. maritum. col. pen. ad finē. §. eod. & idē pro constanti tenet Afflict. lib. 2. constit. rub. 19. num. 12. ad finē. Sed est aduertēdum, aduersus istam ampliationem nimis vrgere. l. 1. C. de in ius vocā. vbi priuilegium concessum marito, censetur quoq; communicatum vxori, adeò quòd pœna imposita veniēti contra priuilegium mariti, extendatur ad casum, quo prædicto priuilegio contraueniatur in persona vxoris, & ibi notant Bald. & Salic. Ad idē est bonus text. l. non tā tùm. 20. ʃ. de re iudicat. vbi priuilegium concessum marito, pariter videtur competere vxori, ex quo Cuman. ibi num. 1. notauit, quòd priuilegium de non solueda gabella competens marito, competit pariter eius vxori: subscribunt Deci. & Alciat. vterq;. num. 5. l. 1. C. de in ius vocand. & Baptist. Ferretus consil. 167. num. 8. Ad idē videtur text. l. eos. C. de fabricēsib. lib. 11. ex quo colligitur, quòd priuilegium fori competēs viro, ratione alicuius artis, vel priuilegij personalis, competit etiam vxori: extollit Marian. Socin. in rubric. num. 13. ad finem. de foro competenti. & consilio. 12. nu. 18. libr. 1. quod etiam probat text. l. ne ad diuersa. C. de filētiar. libr. 12. quem ad id allegat Tiraquel. in. ll. connubialib.

glo.



glos. 2. num. 54. ac ita pro regula, quod priuilegium marito concessum, indistinctè eius vxori communicetur, † admittunt Bald. consil. 414. concessus. num. 1. lib. 5. Alberic. l. semper. §. negociatores. nu. 4. ʃ. de iure immunitatis. Afflict. lib. 2. constit. rubric. 31. num. 17. Curt. Iun. l. 1. num. 10. C. de in ius vocand. & latissimè comprobant Tiraquel. in. ll. connubialibus. glos. 2. à num. 55. & Perez l. 1. titu. 3. libr. 1. ordinamēti. pagina. 57. Baptist. Ferretus consil. 167. à num. 4. & latè Mexia de taxa panis. in. 2. conclusio. à numero. 62. Quod priuilegium durat in persona vxoris, etiam mortuo marito, dum ipsa est vidua, propter rationem. l. final. C. de bon. matern. & in specie est text. l. filij. §. vidua. ʃ. ad municipales. Afflict. lib. 2. constitut. rubric. 31. num. 17. Decian. consil. 33. num. 9. lib. 1. & eleganter comprobant Palac. repet. rubric. §. 31. nu. 8. Otalora de nobilitate Hispaniæ. 4. part. cap. 3. à num. 3. Perez vbi suprà, dict. pagin. 57. colum. 2. ad finē. Inuenio, quòd Roman. l. 1. §. si vir. num. 2. ʃ. ad Sillanian. concordat opiniones, quòd priuilegium competēs marito, indistinctè transit ad eius vxorem, dum maritus viuit, & sic vxor est in eius seruitio. l. 1. C. de vxoribus militum. l. 2. C. de Episcop. & cleric. l. fin. C. de iniurijs. Eo autem mortuo, existimat distinguendum: nam si priuilegiū competebat ratione alicuius artificij, mortuo marito non pertinet ad eius vxorem, vel liberos. l. semper. §. immunitati. ʃ. de iure immunitatis. Si verò competat ratione tituli alicuius dignitatis, tunc etiam mortuo marito, durat in vxore & liberis. l. mulieres. C. de dignitatibus. libr. 12. Circa quam tamē concordiam aduertendum est, quòd primum membrum prædictæ distinctionis probatur etiam à Paul. l. maritum. num. 6. §. eodem. per eadem iura quæ Romanus adducit. Sed non videtur verum, quia imò priuilegium concessum

23

marito, regulariter etiam eo viuo non pertinet ad vxorem. l. semper. §. immunitati. ʃ. de iure immunitatis. nisi sit expressum contrarium. l. quod principi. cū l. sequēt. ʃ. de legat. 2. & ita quòd priuilegium personale competens marito, non pertineat ad eius vxorē, etiā eo viuo, nisi in casibus in quibus expressè declaratur contrarium, † tenet Albericus l. 2. num. 9. C. de Episcop. & cleric. & lib. 1. statuto. quæstio. 114. num. 5. & Aretin. l. maritum. column. pen. ad finē. §. eod. Afflict. libr. 2. constitut. rubric. 19. num. 12. in fine. Neque obstant iura suprà adducta in contrarium, quia in illis expressè declaratum fuit, quòd pertinerent priuilegia ad vxorem, & liberos: nos autem agimus, quando priuilegium simpliciter conceditur marito, nulla facta mentione vxoris, vel liberorum, vt in specie aduertit Aretinus. l. maritum. colum. penult. ad finē. §. eodē. Vnde & secundum membrum suprà relatæ distinctionis etiam redditur falsum: nam si regulariter priuilegium mariti non transit ad eius vxorem, vel liberos, frustrà quæritur, vtrùm mortuo marito duret in eius vxore, vel liberis? Vnde verior concordia est, quòd ex dispositione iuris nobilitas mariti, siue procedat ex genere, siue ex dignitate per accidens acquisita, transit in vxorem: similiter & torus mariti ad vxorē transit, vt est text. clarus. l. final. C. de incolis. libr. 10. & l. mulieres. C. de dignitatibus. lib. 12. l. fœminæ. §. de senatoribus. Omnia igitur priuilegia competētia marito ratione nobilitatis proueniētis ex stirpe, siue ratione dignitatis per accidēs acquisitæ, transibunt ad vxorem, vt significat text. authentic. de nupt. §. non autem permittimus. collatio. 4. Alia autem priuilegia, alia ratione competentia, ad vxorem, vel liberos non pertinebunt, iuxta suprà tradita: & ita colliges ex Paulo consilio. 329. num. 3. & nu. 5. libr. 1. Alberic. 1. parte. statuto.

24

quæstio.114.num.4.&Capic.decis.129. num.9.Roland.cons.86.num.8.lib.2.& Lucas de Penna.l.eos.ad mediũ.C.de fabricẽsib.lib.11.Alberic.l.2. in fin.C. de Episcop.& cleric.Sed & huic distinctioni addẽdum est, q̃ dignitas duobus modis accipitur.Primò,quãdo per se consideratur, absq; aliqua administratione Reipublicæ,& sic quatenus facit aliquẽ differre à plebeis,& tũc dignitas & nobilitas idẽ significant,vt eleganter probat Bart.l.1.num. 46.C de dignitatib.libro.12. Accipitur & secũdo modo, quãdo alicui conceditur administratio alicuius officij publici, cui est annexus honor,siue dignitas.l.honor. j. de muner. & honorib.Bart.d.l.1.num.43.C.de dignitatib.lib.12.Si igitur primo modo accipias, verũ est,priuilegium transire ad eius vxorem,vel liberos, vt suprà diximus: nam cùm hoc casu dignitas accipiatur pro nobilitate,de vtraq; pari modo est iudicandum l. qui neque.§. 1. j. de rebus eorum. Si verò dignitatẽ secundo modo accipias,dicẽdum est, viuo quidẽ marito transire ad eius vxorẽ,
25 vel liberos,non autẽ eo mortuo,† vt est text.l.sordidorum.C.de excusatio. muner. lib.10.l.2. cum gloss. penul. C. de Episcop. & cleric. Et est ratio, quia cũ principaliter istud sit officium,licet habeat dignitatem annexam, magis tanquam officium debet considerari:argu. cap. super eo.de præbẽdis in.6. & ideò tanquam si priuilegiũ ratione officij cõcessum sit, mortuo marito, ad vxorem vel liberos non pertinebit, vt infra dicemus.Vt tamẽ annexio dignitatis aliquid operetur,dum viuit maritus,illud pertinebit ad vxorẽ vel liberos: vt sentit Cynus.l.2.ad finẽ. C. de Episcop. & cleric. & Panor. cap. licet. in fin. de censibus. Quanuis priuilegium ,quod datur ratione officij, dignitatem annexam non habentis, etiam viuo marito ad vxorẽ vel liberos nõ pertineat.l.semper.§.immunitati.j.de iure immunitatis. Prout & inter hos casus differẽtiam constituit glo l.semper.§.negociatores.verb.in hu iusmodi.j.de iure immunitatis.Bartol.l. maximarum.in fin.C.de excusatio.mune.lib.10.Aretin.cap.clerici.num.20.& ibi Felin.col.2.ad medium.de iudic. Et iuxta hanc resolutionem debet intelligi traditio Alberic.l2.num.9.C.de Episcop.& cleric.& lib.1.statutor.q.114.nu. 5.quòd priuilegium competens marito ratione officij,non pertinet ad vxorem & filios,etiam viuo marito, nisi in casibus iure expressis: nam id verum est in officio non habẽte dignitatem annexã, aliàs secus, vt constat ex suprà traditis. Præterea & ex eâdem resolutione multa inferuntur pulchra in hac materia. Et primò infertur explicatio ad. l. final. C.de incolis.lib.10.&.l.mulieres. C. de dignitatib. lib.12. vt mẽs illorum iuriũ sit,quòd vxor nobilitatur ex persona mariti,quando ipse ratione generis, vel stirpis est nobilis, vel quando non ratione sanguinis,sed ratione dignitatis,siue nobilitatis ex accidẽti quæsitæ : & consequẽter vtetur omnibus priuilegijs marito competẽtibus,siue ratione nobilitatis à genere prouẽniẽtis, siue nobilitatis
26 ex accidẽti: † & quòd ea priuilegia durabunt etiam mortuo marito.Palac.repet. rub.§.31.nu. 8.& Otalora de nobilitate Hispaniæ.li.4.c.8.per totũ. Quòd si priuilegia cõpetãt ratione officij cui sit annexa dignitas,tunc vxor & filij vtentur quidem priuilegijs mariti,vel patris, eo viuente, non autem eo mortuo,iuxta suprà tradita.Ex quibus colliges,quòd respectu vxoris non est differẽtia, siue nobilitas sit generis, siue ex accidenti: quanuis respectu descendentium differentia sit: nam si nobilitas acquiratur ex accidenti, non transit ad descendẽtes, nisi vsque ad trinepotẽ.l.filij.§.senatores. j. ad municipal.l. 1. cum gloss. C de dignitatibus.libr.12.Tiraquel. tractat.nobilitat.cap.15.num.12. Ordin. libro.5.titul.40.post principium. & tamẽ no-



nobilitas generis,deriuatur in omnes descendentes in infinitũ, vt explicat Martinus Laudensis de dignitatibus. versic. 44. Calcan. consilio. 8. num.13. & alij adducti per Matienço titul.1.libr.5.ordinamenti.in rubric.in gloss.1.nu. 124. Tiraquel.tractat.nobilita. c.15.num.3. Infertur secundò ex prædicta resolutione intellectus ad.l.2.C. de Episcopis,& cleric. vbi in vita clerici priuilegium illi concessum pertinet ad eius vxorẽ & filios,vt ibi declarat gloss.penulti. Nã ratio est,quia clericatus per se censetur dignitas,siue nobilitas.Ioann.Andre. c. eo.libẽrius.de seruis non ordinãdis. post principium.Bonus de Curtili tractat.de nobilitat. 3. part. num. 220. Tiraquell. tractat. de nobilitat. cap. 9. ampliando vt per Iasonẽ.l.generaliter.num.6.ẽ. de in ius vocand. & prosequitur Perez tit. 3.libr.1.ordinamẽti. pagina. 64. versic. quare his etiam. Cùm igitur clericatus sit actus, siue ministerium, habens annexam dignitatem & nobilitatem,meritò pertinet ad eius vxorem, vel filios eo viuo : & tamen eo mortuo extinguitur,iuxta suprà resoluta. Diuersum erit in milite , nam is censẽtur habere ministerium, non habens dignitatem annexam.gloss.l.vnica.C. de castrens.dignitat.libr.12.Bart.l.ex eo num.3.j.de testament. militis. &.l.1. num. 83. C. de dignitatib. libr.12. Albericus.l. milites. post principium.C.de locato.Tiraquel. tractatu nobilitatis.cap. 8. num. 5.&.8. notabiliter Perez titulo.1. libro. 4. ordinamenti. pagina.767.& ideò priuilegium militis non pertinet ad eius vxorẽ vel liberos, etiam dum viuit miles, iuxta regulam.l.semper. §. immunitati. j.de iure immunitatis. & in specie colligitur ex.l.1. à contrario sensu.C. de vxo
27 rib.militum.† notat Capic. decisio. 76. & decisio.172. Si sanè talis esset militia, quæ haberet dignitatẽ annexam, iuxta ea quæ tradit Ias. l.pen.nu.4. C.de pact. & Afflict.libr.3. constitu.rubric.37.c.1. §.constitutione præsenti.nu. 1.tunc viuo milite,transiret ad eius vxorẽ,& liberos, & eo mortuo extingueretur, iuxta suprà tradita.Et in histerminis procedit l.sordidorũ.C. de excusat.muner.lib.10. nam loquitur in priuilegio concesso alicui ratione militiæ,& dignitatis,& sic ratione militiæ habẽtis dignitatem annexam: & ideò præsupponit, priuilegium pertinere ad filium & vxorem ,dum ille viuit,aliàs secus.Et hac etiã ratione procedit.l.in sacris.3. C.de proximis sacror. scriniorum.lib. 12.&.l.final.C.de præpos sit.agẽtium in rebus.libro. 12. Infertur tertiò intellectus adleg. liberos. ẽ. de senatorib.vbi priuilegia senatoribus cõcessa, transeunt ad eius liberos, scilicèt in infinitum.l.liberorum. j. de verborũ signification.& notant Bart.& Corrasi. num.2. d.l.liberos nam contrarium videtur dicẽdum ex suprà resolutis . Cùm enim prædicta priuilegia competant senatoribus respectu officij administrationem habẽtis , cui sit annexa dignitas, vxor & filij non debuerunt illis vti,nisi dũ viueret maritus,vel pater,iuxta suprà tradita. Sed respondẽdum est, senatores habẽtes priuilegia,eos cẽseri , qui ex patricijs,vel consulibus descẽdentes efficiebantur senatores,& sic qui nascebãtur ex nobilibus,vt est expressum. l. fin. §.final.ẽ.de senatoribus. & ibi explicat Corras. num.1. & quando dignitas prædicta accedit,& connectitur cum nobilitate generis,etiam ad descẽdẽtes efficitur transmissibilis.Cùm enim nobilitas, siue dignitas innata, seminetur per patrem in descẽdentes. Bald.l. cum antiquioribus.num.8. C. de iure deliber. & hac ratione priuilegia ratione nobilitatis concessa, ad filios transeant. l. fœminæ.ẽ.de senatorib.Cyn.l.2.in fin. C.de Episcop.& cleric.Panor.c. licet.ad finẽ. de cẽsib.pariter transibũt priuilegia cõpetẽtia ratione prædictæ dignitatis:nã propter connexionẽ & vnionẽ, efficietur transmissibile illud quod aliàs non erat.

erat.l.qui patri.ʃ. de acquir.hæredit. Vnde dicit Iason.l.pen.num. 4. in fine. C. de pactis. quòd licet militia per se non
28 sit dignitas: tamen si coniũgatur cum habente dignitatem, considerabitur tã quam dignitas. † Vnde videtur inferri, quòd si senatores non sint etiam nobiles, tunc obseruanda sit distinctio de qua suprà, vt ad vxorem, vel filios perrineat, dum maritus, vel pater viuit; aliàs secus: quod videtur colligi ex mente.l.fin.§.final.s̃.de senatoribus. per quã ita tenet Alciat.lib.3. dispunctio.cap. 4. colum.2.ad finẽ. Sed in contrarium vrget.l.filij.§.senatores.1.ʃ. ad municipales. ex qua Bart.l.libertus.§.patri.num.1. ʃ.ad municipales.collegit, quòd priuilegia concessa propter dignitatem, transeunt ad filios.subscribit Ruin. consil. 227. num.4 libr.1. Aretin.consilio.130. num.2.Tiraquel.in.ll.connubialib.glo. 2. num. 53. & dicit Lucas de Penna. l. mulieres. colum.3. versic.sexto,ex nobilitate.C.de dignitatib.lib.12.quòd si priuilegia ratione nobilitatis,transeunt ad filios,à fortiori debent transire quæ cõpetunt ratione dignitatis. Et vltra alios vrget,quia d.l.filij.§. senatores. tantùm extendit priuilegia senatorum ad descendẽtes vsque ad trinepotes: ergo loquitur de his, qui ex accidẽti,& non ratione generis acquisiuerunt prædictã dignitatem, iuxta traditionem gloss.l. 1. C.de dignitatibus,libr.12.nam si ratione generis senatores effecti essent, ea priuilegia ad omnes descendentes pertinerent. dict.l.liberos. s̃. de senatoribus.adiuncta.l.fin. eod.titul. Pro concordia dicẽdum est, quasdam esse dignitates,quæ propter suam præeminẽtiã reddunt nobiles simpliciter eos qui illas obtinuerunt,vt colligitur extraditis per Alciat.lib.3.dispunctio.cap.4. nam senatores dicebantur superillustres,& sic cõsequebantur dignitatẽ regalẽ. Iason.l.1. num. 5. s̃. de offic.eius. Et hac ratione priuilegia competẽtia ratione illius dignitatis,siue nobilitatis ad liberos transeunt.l.1. C. de dignitatib.lib.12.Facit l.filiusfamil. §.nonnunquam. ʃ. de donatio.adiuncta.l.cùm plures.§.1.ʃ.de administratio.tutor.Et clariùs dicas, quosdam esse magistratus maiores,quosdam minores:maiores sunt Senator,Consul, Prætor&Censor: & reliqui dicũtur minores.Aulius Gelli.lib.13.noctiũ Attic. cap.14.Maiores igitur magistratus simpliciter & generaliter nobiles reddebãtur; & hanc nobilitatẽ ad filios transmittebant, vt colliges ex.l.1. C.de dignitatib. libr. 12. non sic minores magistra-
29 tus ex hîc traditis:† & quia tamen hæc nobilitas ex accidenti prouenit, non transmittitur nisi vsque ad trinepotes, iuxta traditionem gloss.l.1.C.de dignitatibus.libr.12. & in specie videtur expressum.l.filij. §.senatores.1.ʃ. ad municipales. Sed si dignitas non conferret simpliciter nobilitatẽ, iuxta tradita per Tiraquellum tractat.nobilitatis. cap. 8. num.10.& num.4. sed tantùm consideretur officium, cui sit annexa dignitas; tunc priuilegia pertinebunt vxori,& filijs,dum viuit pater,vel maritus:secus eo mortuo,iuxta suprà tradita, & infrà latiùs dicemus. Vnde cùm secundùm stylum hodiernum, nullus habens supremum officium,cẽseatur nobilis, nisi expressè ei per principem concedatur;nulla vxor, vel filij prædictis priuilegijs vti possunt, nisi dum viuit pater, vel maritus:quod sentit Ordinatio libr.2. titul. 43. §.penult. dum disponit, quòd priuilegia competẽtia referendarijs,illis mortuis,transeant ad eius vxores viduas,& sentit ad filios eorum minimè pertinere:vt pro constanti tenet Gamma decision.174. num. 23. & in simili disponit.l.18. titulo.14.libro. 6. ordinamẽti. quòd officiales Regum habẽt immunitatẽ,qua etiã vtũtur earũ vxores viduę; non sic filij:nam secundùm suprà tradita, neq; mero iure ad vxorem viduam debuit prædictum priuilegium transire:





& ita non transeunt ad vxores aliorum priuilegiatorũ,sed tantùm ad vxores referendariorum, quia ita per prædictam legem expressè fuit declaratum,& ideò ad filios non transit. Et quanuis regulariter in hac materia vxor & filij æquiparentur.l.2. C.de Episcop.& cleric.l.fin. C.de iniurijs.cap.ne aliqui. de hæretic. in.6.tradit Aretin. consil.130.num.2.& Tiraquel.in.ll. connubialibus. gloss.2. num.58. tamẽ prædictæ leges in nostro casu eos separauerunt, considerantes quòd vidua adhuc videtur consistere in primo matrimonio.l.final C.de bon. maternis.Roland. consil. 86. à num.5. lib.2.& ideò facilius fuit in eius persona conseruare priuilegium. Quæ intelligo procedere etiam in vidua illius, qui impetrauit senatorum priuilegia, quanuis senator non esset: nam perinde debet haberi ac si verè esset senator.l. liberos. C.de collatio. l.cùm ex oratione. ʃ. de excusatio.tutor.tradit Roman. consilio 383.num.2. Infertur quartò explicatio ad.l.non tantùm. 20.ʃ. de re iudicat. ex
30 qua collegit Cuman.ibi num. 1.† quòd priuilegium de non soluenda gabella marito competens,communicatur vxori:& subscribunt Deci.& Alciat.vterque num.5.l.1. C.de in ius vocando. Tiraq. in.ll.connubialibus.glos.2.num.55.Sed in contrarium est decisio Paul. consilio 329.num. 3.&.5 lib.1. ea ratione, quia priuilegium mariti communicatur vxori quoad honorem& nobilitatem.l.mulieres.C.de dignitatib.libr. 12. non autẽ quoad bona,quia id iure cautum nõ reperitur:quod etiam tradit Alex.cõs.207. nu.29.lib.6.& ita in specie prædictã decisionẽ Cuman. improbant Alex.& Ias. nu.4.d.l.nõ tantũ.Neq; pro Cuman.facit d.l.non tantũ. quia loquitur in priuilegio,qd̃ cõpetit marito aduersu vxorẽ, nã idẽ censebitur datum vxori aduersus maritũ causa æqualitatis seruandæ l.fin. C.de fructib.& litiũ expẽsis.sed extra illũ casum nõ procedet regula illius text. vt cõstat ex suprà traditis.Nisi pro cõcordia dicas,quòd in terminis iuris communis verior sit opinio aduersus Cuman. quia cum bona vxoris & mariti sint separata.l.1.§.si vir.ʃ.ad Sillania.priuilegiũ concessum marito quoad bona sua, nõ debet extendi ad bona vxoris.In regno autem Portugaliæ procedet opinio Cuman.nam cũ in eo regno cõmunicẽtur omnia bona inter coniuges. Ord.libr.4. tit.7.priuilegium de non soluẽda gabella concessum marito, etiam proderit vxori socię omniũ bonorũ.l.si is qui duos. & ibi Bart.in fin.ʃ.de liberat.legata. glo. l.fin.C.de munerib.& honorib. non cõtinuand. lib.10.Facit.l.fin.C.de præposit. agentiũ in rebus.lib. 12. Poterit etiã saluari dictum Cuman.quando maritus liberatur à soluẽda gabella, vel simili onere,ratione nobilitatis:nã cùm nobilitas mariti comunicetur cũ vxore.l. mulieres.C..de dignitatib. lib.12. c. is qui. §.fin.de sepultur.in.6 necessariò ad eam quoque debet pertinere priuilegium ratione nobilitatis competens, vt in specie tradunt Palac. repet.rubr.§.31.à nu. 8.Otalora de nobilitate.4. part. cap. 8. col.2. Sed si priuilegium ex alia ratione competat marito, procedet contraria opinio. Quintò infertur vera resolutio in hac materia.Si enim quæras,vtrũ priuilegiũ concessum marito,pertineat ad eius vxorẽ,debes distinguere: aut enim priuilegiũ procedit ratione nobilitatis innatæ,vel ex accidẽti acquisitæ,& hoc priuilegio mulier indistinctè vtitur, etiã si vidua sit.l.fœminæ.s̃.de senatorib. l.filijs.§.vidua.ʃ ad municipales.Ratio colligitur ex.l.fin. C.de incolis.lib. 10.Si verò priuilegium competat marito, ratione alicuius administrationis, siue ministerij nõ habentis dignitatem annexã, tũc indistinctè non pertinet ad vxorẽ.l. semper.§. immunitati.ʃ.de iure immuni
31 tatis. † Si verò competat marito, ratione alicuius administrationis,siue officij habẽtis dignitatẽ annexã, tũc dũ ma

ritus viuit,eo vtetur,nõ autẽ eo mortuo. l.2.iũcta glo.pen.C.de Episcop.& cleric. l.medicos.iũcta glo.verb.& filijs. C. de professorib.& medicis.lib.10. & est tex. l.fin.C.de iniurijs.& ibi notant Cyn. 3. notab.& Fulgos.n.2.& alij relati per Tiraq.tract.cessante causa.1.part.nu.107. Ratio est, quia cũ marito principaliter cõcedatur priuilegiũ, & ab eius persona deriuetur priuilegiũ ad personã vxoris, mortuo eo,cui principaliter fuit concessum priuilegiũ,in consequẽtiã extinguetur priuilegiũ ex eius persona ad vxorẽ deriuatũ:& ita Bald.l.2.in fin.C. de Episcop.& cleric.subscribit Andre Sicul.cõsil.44 nu.8.lib.2.Deci.l.in omnibus causis id.n.10.ʒ.de regul.iur. Hippolyt.l.vnica.n.28.C.de raptu virginũ.Rolãd. cõs. 52.n.40.lib.2.prosequitur Tiraq.tractat. cessante causa.1.p.à nu.111.Quæ tamẽ ratio prima facie nõ videtur cõcludẽs: nã secũdũ eam sequeretur, priuilegium mariti nũquã pertinere ad viduã: quia semper verũ est dicere, priuilegiũ mulieris ex persona mariti ad eã deriuari, ac ob id in persona mulieris non ita forte videri.Barto. l.qđ principi. ad fin.ʒ. de lega.2. Aretin.cons.130.nu.2. Riminal. l.1.post princ.C.de in ius vocãdo.Et tamẽ certũ est,sæpius priuilegiũ mariti, in vidua permanere.l.fœminæ.s.de senatorib.l.filij.§.vidua.ʒ.ad municip. Et ideò illi addẽdũ est, q̃ aut priuilegiũ cõpetit vxori propter nobilitatẽ mariti, & hoc retinet vidua:vel etiã priuilegiũ fori,sed priuilegia cõpetẽtia vxori propter officiũ mariti habẽs dignitatẽ annexã,extinguũtur morte mariti, vt suprà dictũ est. Et est ratio differẽtiæ, quia nobilitas nõ extinguitur morte mariti,sed deriuatur in descẽdẽtes.Bald. l.cũ antiquioribus. nu.8.C.de iure deliber. officiũ autẽ mariti,& dignitas illi annexa , eius morte omnino extinguitur.glo.l.antepenul.ʒ. de tutelis.† & ideò locum habet regula
32 cap.cùm cessante. de appellationib. Et secundùm prædicta est supplenda,& explicanda resolutio Cyn. in hac materia, quæ non multum discrepat à nostra resolutione.l.2.in fine.C.de Episcop.& cleric.quam ibi probat Salicet.nu.4.& Paulus nu.6.& Panor.c.licet.in fine.de censib. & in effectu Roman.l.1.§.fivir.nu.2. ʒ.ad Sillanian. & alij adducti per Tiraq. tract.cessante causa.1.parte. nu.107. Et iuxta hanc resolutionẽ venit determinãda quæstio,quam mouet Guido deciſio. 379. dum concludit,quòd vidua senatoris non tenetur contribuere in collectis vel subsidijs: prout in vita mariti non tenebatur:allegat.l.fœminæ.s. de senator. Sed id ex suprà traditis confunditur, & ita in specie cõtrarium tenet AEgidius Thomatus tractat.de collectis.§.media. nu.15.pag.389. de quo dicẽdum est vt suprà. Item iuxta prædictã resolutionẽ est etiam decidẽda quæstio, vtrùm priuilegia competentia patri, eo mortuo pertineãt ad eius filios? Et regula est cõstituenda,quòd priuilegia competentia patri ratione officij, cui dignitas sit annexa, ad filios non pertinent mortuo patre.glo.pen. l.2.C. de Episcop. & cleric. Iason.l.filius à patre.§.1.nu.3.ʒ.de liber. & posthu.&.l.scriniarios.in fin. C. de testam.milit.Hippolyt.l.vnica.num. 41.C.de raptu virginum. Tiraquel. tractat. primogenio.q.32.num.3.Vnde cõsequitur, quòd priuilegia competentia Doctori,mortuo patre, non transeunt ad filios:quod ita tenet glos.l. medicos. verbo,& filijs.C.de professorib. & medicis. lib.10.quam ibi sequitur Platea col. 2.ad fin.nã Doctoratus est officium,cui sit annexa dignitas.c. quanto. de magistris.ac proinde iuxta resolutionem de qua suprà, prædicta priuilegia eo mortuo ad filios transire non possent: quod ita hac ratione tenet Platea.l. in filijs.n. 5.C.de Decurio.lib.10. & latè defendit AEgidi.Thomat.tract.de collect. §.medici.n.11.pag.383.Contrariũ tñ,imò priuilegia doctoris, etiã mortuo patre transire ad filios,tenet Guido deciſio.389.& Petrus



Petrus Lesnauderius tract. de doctoribus.2.part.§.13.& latissimè defendit Perez tit.1.lib.4.ordinam. pag.77.vers. est tamen dubiũ ea præcipuè ratione, quia Doctor censetur nobilis.Bart.l. iudices. C.de dignitatib.lib.12. & priuilegia cõpetentia ratione nobilitatis, transeunt ad posteros.l.1.C. de dignitatib. libr. 12. Tiraquel.tractat.nobilitat.c.15.num.1. Inuenio, q̃ Alciat.l.1. nu. 5.C.de in ius vocand.concordat opiniones,quòd Doctori quædã competunt priuilegia ratione dignitatis,quædam ratione officij docendi,vel aduocãdi. Ratione dignitatis
33 competit priuilegium,ne torqueatur:† arg.l.milites.C.de quæstion.tradit Hippoly.in practica.§.expedita.nu.37. Item ne pro debito carceri emãcipetur.l. Medicos.iuncta gl.verb.exhiberi.C. de professorib.& medicis.lib. 10. quod priuilegium etiam vxori & liberis competit.d. l.Medicos.notat Matthesi.sing.59. Hippoly.in practica.§. attingam.num.68.& Auiles de prætorib.in proœmio.nu. 25. &.27.Ratione autẽ officij cõpetunt pri-
34 uilegia, scilicet ne hospites recipiat.d.l. Medicos.ne per hoc auocetur à studio. l.Archiatros.C.de metatis,& epidametic.libr.12. Item vt sint liberi à muneribus publicis,d.l. Medicos. nam hoc etiã causa studij videtur concessum.l.1.&.2. C.qui ætate vel professio.lib.10.Item & alia priuilegia expressa authent. habita.C.ne filius pro patre. & hæc mortuo Doctore ad vxorem,vel liberos nõ pertinebunt. Sed non placet hæc concordia,quia imò indistinctè dum viuit Doctor, vxor. & filij eius vtuntur priuilegijs dict.l.Medicos.& in his terminis loquuntur suprà allegati: eo autem mortuo,indistinctè ad eos non transeunt priuilegia, per suprà tradita. Neque obstat ratio contrariæ opinionis, quia respondeo,quòd in Doctore principaliter consideratur officium, & dignitas siue nobilitas venit per modum annexionis.l.honor.ʒ.de muneribus. & honoribus.Bart.l.1.



num.44.C.de dignitatib.libr.12.& ideò extincto officio per mortem, in consequentiã extinguitur nobilitas illi annexa:arg.l.3.§.fin.s.de seruit. rusticor. prædior.facit.l.Athletæ. 8.in princ.s. de excusatio.tutor.& ibi glos. verb. gencium. & quæ Tiraq.tract.cessante causa.1.par. à num.210.Facit etiam, quia ordinarius habet iurisdictionem iure proprio.l. more.& ibi Bar.num.4.s.de iurisd. omnium iudic.& tamen quia hæc venit in consequentiam officij, prout officium non transmittitur.l.antep.ʒ. de tutelis. c. fin §.fin.cum glos.de testament.in.6.ita neque iurisdictio illi cohærens. Bald. c. cũ venissent.num.5.de iudic. vnde neque ad vxorẽ,neque ad filios id quod extinctum est, transire potest:& videtur expressum.l.sordidorum.C.de excusat.muner.lib.10.quidquid sentiat glos.2.ibi. Si verò dignitas,vel nobilitas simpliciter & generaliter cõcedatur, tunc verum est, transire ad vxorem & eius filios,per tradita suprà. Vnde. l. diuo Marco. C. de
34 quæstionib.† & l.moris.9.§.fin.ʒ.de pœnis.l.3.ʒ.de priuileg.veterano.&.l. quoties.C.de priuilegijs scholarium. lib.12. cum similibus.dum probat,priuilegium patris transire ad filios,etiam mortuo patre,debent intelligi in terminis suprà dictis:vel etiam dicendum,ideò transire, quia quoad eos cãsus particulares ita expressim declaratum fuit per prædictas leges. In dubio autem recurrendum est ad distinctionem de qua suprà: & in his terminis procedet opinio Alberic.ita tenentis.l.2.num.9. C. de Episcop.& cleric.& lib.1.statuto.q.114.nu.5.Conclu- 35
sionem huius text.ita ampliatam limita primò, nisi in concessione personali fiat mẽtio hæredũ:nã tũc ad illos transibit.l. 1.§.final.ʒ.de iure immunitatis.l.repeti. s. quibus modis vsusfructus amittatur. l.stipulatio ista.§.sed & si quis.ʒ.de verborum obligationibus. vbi declaratur: & ita hanc limitationem posuit Bartol.l.1. num.2.ad finẽ.s. de constit. principum.

Zasius.l.maritum. num. 31.ſ. eodem.& lib.2.ſingul.reſponſor.c. 4. Circa quam limitationem aduertẽdum eſt; multum intereſſe, vtrùm priuilegium concedatur alicui & hæredibus in plurali, vel alicui & hæredi in ſingulari: nam primò caſu de omnibus hæredibus priuilegium intelligetur.l.ſciendum.70.ʃ. de verbor. ſignification.l.immunitates.ʃ.de iure immunitatis. Sed ſecũdo caſu intelligetur tantùm de primo hærede. l. antiquitas. C.de vſufr.& ita Bart.l.1.num.2.ad finẽ. ſ. de conſtitut. principum. ſubſcribunt multi, quos refert Anton.Gabriel.lib. 6. communiũ,tit.de legibus,concluſ.2.numer.3.& Tiraq. tractat.de morte. 5. declaration.2.partis.num.6. Quibus adde Palac.repet.rubr.§.69.numer.19. Sed in contrarium vrget,quia regulariter nihil intereſt,vtrùm fiat mentio de herede in ſingulari vel de hæredibus in plurali.l. ſi pluribus.ʃ. de legatis.2.l. ſi plures.ʃ. de legatis.3. Et hac ratione prædictam differentiam ſibi non placere dicit Bart. hic numer. 5.Pro reſolutione videtur recurrendum ad doctrinam Bartol.l.Gallus.§. etiamſi à parente.num.7. quòd aut verbum, Hæres, profertur in materia non tranſmiſsibili ad hæredes, & intelligitur de primo hærede.l.antiquitas.C.de vſufruct.iuncto.§.fi.itur. Inſtitut.de vſufr. aut profertur in materia tranſmiſsibili ad hæredes, & verbum, Hæres, in omnibus hæredibus verificatur.l.ſciendum.70.ʃ.verborum ſignificationib. Et hanc Bartol.doctrinam eſſe communiter receptam aſſerunt Alexand.dict.§.etiamſi

35 à parente.numer.8.& ibi Iaſon in fine.† Alexand. conſil. 36.numer. 6.libr.3.&.l. ex facto.§.final numer. 5.in fin.ʃ.ad Trebellianum. Tiraquel.lib.2.retractuum.§. 1 glo.6.numer.22. Secundùm quam reſolutionem limitatio ſupra aſsignata prõcedet: nam & quando verbum, Hæres, profertur in priuilegio perſonali, videtur proferri in materia, in qua non cadit tranſmiſsio ad hæredem, iuxta hunc text.

Sed verius videtur contrarium, imò quòd verbum, Hæres, prolatum etiam in materia nõ tranſmiſsibili ad hæredes, intelligatur de omnibus hæredibus, vt videtur probare text. l. in annalibus. C. de legatis.vbi verbum, Hæres, prolatum in materia legati annui, intelligitur de omnibus hæredibus, & tamen legatum annuum regulariter cedit in cauſam alimentorum.l. cum hi. §. ſi in annos.ſ.de tranſaction. & alimenta ad hæredes nõ tranſmittuntur.l.3.ʃ.de alimen.& cibar. legat.quod ita per d.l.in annalibus.concludit Bald.ibi num.1. quem ibi ſequuntur Paul.Alexan.& Corne.& Iaſ.Neque repugnat text.d.l.antiquitas.C.de vſufr. quia non procedit ratione ſupra relata: ſed potius ex ea quæ in text.exprimitur, ne, ſi intelligatur de omnibus hæredibus,proprietas reddatur inutilis.l.3.§.ne tamen.ſ.de vſuf.vt aduertit Alexan. d.§. etiamſi à parente.num. 4. poſt medium. & cõmuniter DD.d.l.in annalibus Quę ratio cũ eſſet in priuilegio perſonali, in eo magis debet locum habere deciſio d. l.in annalibus.C.de legatis. Prætereà eſt addendum,quòd cum priuilegium perſonale non tranſeat ad extraneos hæredes,iuxta hunc text. & ſic proferatur in materia non tranſmiſsibili ad hæredes extraneos,verbũ, Hæredibus, in priuilegio prolatum, intelligetur de filijs hæredibus,iuxta tradita per gloſſ.l. ex facto.§. fin.ʃ. ad Trebellian. & ita in ſpecie Deci.conſ.223.nu.6.verſi.item non obſtat text.Pinel.l.3.num.32.verſi.infertur nonò.C.de bon.matern.Sed & hæc declaratio falſa eſt,& contra mentem ſupra allegatorum, qui de omnibus hæredibus etiam extraneis, concesionem priuilegij intelligunt. Neque obſtat ratio ſupra relata,quia reſpõdetur, quòd tradita per gloſſ.l. ex facto.§. fin.ʃ. ad Trebellianum. † procedunt,quando verbum, Hæ-

36 res, profertur in materia ad ſolos filios tranſmiſsibili, non autem ad hæredes extraneos. Ergo ex ea malè infertur

ad



ad noſtram materiam,nam priuilegium perſonale ex ſui natura non eſt tam trãſmiſsibile ad extraneos hęredes,quàm ad filios.gloſ.fin.l.ex pluribus.43.ʃ. de adminiſtr.tutor.l.penul.§.1.iuncta gloſ. verb. ſimplex.ſ.de ritu nuptiar. Vnde nulla eſt

37 ratio ob quam in hac materia priuilegij perſonalis verbum, Hæres, magis intelligatur de filio hærede, quã de extraneo. Si ſanè priuilegium cõcedatur pro ſe & liberis, ſiue pro ſe & poſteris; tunc ad ſolos deſcendentes pertineret, non autem ad extraneos hæredes, vt probat.l. 1. §. fin.ʃ. de iure immunit. notat Bart. conſil.189.num.3.Circa quod primò notabis,quòd hoc caſu, etiam mortuo patre durabit priuilegium in filijs,qui tunc nõ veniũt ex perſona patris,ſed ex proprio iure,& propria vocatione.l. ſi quis operas. ʃ.de oper. libertor. in ſpecie Natta conſil.242.num.2. libr.2. Et ita intelligendi ſunt Ioan.And.Ancharran.Dominic.& Peruſin. in fine. c. ne aliqui. de priuileg. in.6.dum dicunt,quòd priuilegium cõceſſum liberis contẽplatione patris, durat,etiamſi pater moriatur,iuxta cap.decet.de regul.iur.in.6. & in ſpecie Tiraq. tract.primogen.q.32.nu.3. Prætereà dictio, Et, copulat æquè principaliter. l. reos.§.cũ in tabulis.ʃ.de duob.reis. gloſſ. l.3.ſ.de pecul.legat.Ruin.conſ.53. nu.7. lib.1.ergo cum æquè principaliter priuilegium concedatur patri & filijs, licèt priuilegium extinguatur quoad patrẽ, non tamen extinguetur priuilegium filiorũ eis æquè principaliter conceſſum. l.ſi fideiuſſor. & ibi Bart.ʃ.de leg.1.& in materia bonus text.l.3.cum gloſ.ſ.de peculio legato. & in ſpecie tradit Dominic.conſil.74.num.12.ad fin. Vnde licèt quando priuilegium principaliter conceditur patri, & ex eius perſona deriuatur ad filios, extincto priuilegio patris per mortẽ, & filiorũ priuilegium extinguatur,tanquam acceſſorium, iuxta regulam.l.1.&. 2. ʃ.de pecul. legato. Bald. l.2.in fin.C.de Epiſcop.& cleric. & dixi-



mus ſupra: tamen quando ex verbis conceſsionis conſtat, æquè principaliter liberis priuilegium cõcedi, tunc per mortem patris non extinguitur filiorum priuilegium.expreſsè Natta conſil.242.nu.

37 2.lib.2.† Qua etiam ratione filij etiam viuo patre poſſunt vti prædicto priuilegio, quia nihil impedit priuilegium eodem tẽpore competere,& patri, & filijs, vt tradit Bart. l. Gallus. §. quidam rectè. num.11.cõmuniter receptus, vt ibi aſſerunt Fortun.num.81.& Anton. Rube. nu. 208. Vlteriùs notabis,quòd priuilegium conceſſum alicui & liberis,non intelligatur de omnibus liberis,ſed de liberis vſque ad trine potes:ita gloſ.l.liberos. ſ.de Senator.quam ibi ſequitur Bart.allegat.l. diuo. C.de quæſtion. Sed verius eſt de omnibus deſcendentibus priuilegium eſſe intelligendum,iuxta.l.liberorum.ʃ.de verbor.ſignif.& in ſpecie ſignificat.l.1.§.fin.ʃ.de iur. immunit. & ita cõtrarium tenet Crot.l.omnes populi. numer.235.ſ.de iuſt.& iure. Neque obſtat d. l. diuo. quia loquitur in priuilegio ob dignitatem accidentalem per legẽ conceſſo,quod reſtringitur ad trineporẽ.gl. l.1.C.de dignitatib.libr.12. Sed quando adeſt expreſſa diſpoſitio,in qua liberorũ ſit facta mentio, non eſt recedendum à verborũ proprietate. Vltimò annotandum eſt, quòd in hac materia probat.l. 1.§.fin.ʃ.de iure immunitatis,quòd priuilegium conceſſum alicui & poſteris, non intelligitur de deſcendentibus per fœminas. Cui tamen deciſioni multum obſtat, quòd appellatione poſterorum, comprehenduntur etiam deſcendentes per fœminas.l. cum acutiſsimi. C.de fideicom.l.1.C.de impon.lucrat.deſcript. libr.10.l.Iuriſconſultus. §. parentes. ſ.de gradib.c.1. de ſchiſmaticis.lib.6. latè Tiraquel.lib.1.retractuum.§.1. gloſſ.9. numer.239.& in quacumque materia etiã reſtringibili,admittẽda eſt interpretatio quam verborum proprietas admittit. l. cum lege.& ibi Aretin. ſ. de teſtament.

Quare d.l.1.§.final. varios habet intellectus,quos latè refert Deci.l.2.à num.65. ℣.de regul.iuris. Sed magis cõmunis intellectus est,text.illum specialiter procedere in priuilegio immunitatis,quod cũ excuset à muneribus publicis, & sic repugnet vtilitati communi,venit restringendum:& ita glos.l. si ita scriptum. 46. verb.vocabulo.in fin.℣. de legat.2. & ibi Imol.Paul.l.maritum. nu.7.℣.eodem. & ibi Zasi.num.31. defendit Alexand. hîc num.6. & probat Deci.c.nouit. num.3. de iudic. Tiraq.lib.1.retract.§.1.gloss.9. num.240.Siluan.consil.4.num.15.Mantica de coniectur. vltim.voluntat. lib.8.
38 c.18.num.37. † Vnde decisio d.l.1.§.fin. non obtinebit locum in alio priuilegio, quod Reipublicæ nõ est nociuũ,sed stabitur verborum proprietati:ita probat.l. 1.C.de impon.lucrat.descrip.lib.10.tradit glos.d.l.si ita scriptum.Paul.d.l. maritũ.n.7.℣.eod.Alex.hîc nu.5.Catellian.in memorab.verb.immunitates.in.1.limitatio.Couar. c. Raynaldus. in fine prin. de testam.Sed hæc communis resolutio nõ videtur tuta,neque enim est semper verum, quòd priuilegium immunitatis sit nociuum Reipublicæ,vt colligitur ex l.1.in prin.℣.de vacation. munerum,ibi, Sua æquitate.& notat Deci.consil.48.co
39 lum.pen.ad fin.Alciat.responso.216. numer.3.Et ideò communi rationi addendum est,quòd decisio d.l.1.§.fin.non solùm procedit ob prædictam rationem, sed etiam quia priuilegiũ immunitatis solet concedi ob gloriam & memoriam illius, qui Reipublicæ in multis profuit. Bald.consi.355.num.5.lib.1.& sic ad honorẽ prædicti.l.Quintus.℣.de annuis legatis. Vnde verisimile est, de illis posteris fuisse intellectũ,qui essent de eius familia,& sic conseruarent memoriam & honorem illius, vt in specie probat.l. vacatio.13.℣.de munerib.& honorib.Vnde cum nati ex filiabus,non sint de familia aui materni.§.sunt autem.Instit.de legitim.agnat.tutela.l.pronuntiatio.§.fin.℣. de verbor.signific.l.liberos.℣. de Senatorib. ideò de illis nõ videtur in priuilegio intellectum:& ita in specie Paul.l.1.numer.4.C. de cond. insertis. Pinel.l.3.C. de bon.matern.num.32.versic. sed non recedendo.Mantica lib.8.c.18.num.37. ad finem. Vnde infertur,decisionem d. l.1.§.fin.etiam locum habere in beneficijs principum; quia adhuc militat prædicta ratio:quidquid contrarium teneat Imol.l. si ita scriptum.℣. de leg. 2. Paul.l. maritum.num.7.℣. eod.Alexan. hîc numer.6.& consil.160.lib.2. Infertur etiã, quòd si constet,prædictum priuilegium non concedi ob prædictam causam, sed ob aliam diuersam,tunc appellatione liberorum venient etiam descendentes per fœminas,quia cessat prædicta ratio. Quod colliges ex.l. 1. C.de impon.lucr. descript.lib.10.l.2.§.prætor.℣.qui satisd. cogantur.tradit Paul.l.1.numer.4.C.de condit.insertis. Infertur etiam, quòd in his terminis decisio d.l.1.§.fin.etiam locum sibi vendicabit,quando priuilegiũ conceditur alicui pro se,liberis,vel genere: nã ob rationẽ suprà assignatam recipiet prædictam restrictionem.Alexand. hîc num.6.Deci.consil.223.num.6.ad finem.Pinel.d.l.3.num.31.C.de bon.ma-
39 tern.† quidquid contrarium existimauerit Petrus,relatus per Bart. hîc numer.5. quem sequebatur Alexan.consi.160. numer.4.lib.2. Quinimò & idem erit recipiẽdum,si priuilegium concedatur pro se & legitimis hæredibus:quidquid contrarium existimauerit Decius consil.32. num.5.in fine.Et aduerte, quòd dum d. l.1.§.fin.℣.de iure immunit. solos excludit descendentes per fœminas, satis significat,filiabus etiam nuptis prædictum priuilegium communicari: & meritò, quia adhuc dicuntur de familia patris.l. voluntas.C.de fideicom.quidquid Bart. l.quoties.C.de priuileg.scholariũ.lib.12. contrarium tenuerit, de quo latè est videndus.Pinel.dict.l.3.num.34.C.de bonis mater. Secunda principalis limitatio ad



ad regulam huius text. ea est, vt procedat,quando verba priuilegij referuntur ad personam:nam si referantur ad locũ, priuilegium censetur reale, & perpetuò durat.l.forma.§.quanquam.℣. de censib. l.1.§.permittitur.℣.de aqua quot. & æstiua.cap.cùm venissent. de institution. & ideò si priuilegium concedatur ciuitati, collegio,vel vniuersitati,perpetuò durabit tanquam reale,prout,& prædicta loca perpetuò videntur durare.l.proponebatur.℣.de iudic.& ita Bart.l.1.numer.2. in fine.℣.de constitut.principum.Paul.l. maritum.numer.4.& ibi Zasi. num.22. ℣. eodem. & consequenter omnes successiuè habitantes in illis locis, prædicto vtentur priuilegio.l.omnia priuilegia. & ibi Bald.numer.2. C. de Episcop. & cleric. nam quanuis verba priuilegij ad locum referantur, tamen tacitè etiam ad habitantes in illis locis videntur referri, vt argumen.c.per exemptionem. de priuileg.in.6.tradit Roman.consil.180.numer.1.quem sequitur Deci.l.in omnibus causis id.num.16.℣.de regul.iuris.& consil.152.numer.3.Menoch.consil.36.numer.49.libr.1.Et per contrarium si ciuibus, vel personis, tanquam vniuersitati sit concessum priuilegium, illud perpetuò durabit; quia tacitè etiam ad locum videtur referri.l.2.℣. de rebus dubijs. & ibi Socin.num.4.Niconic. in rubric.numer.123.℣.eod. & diximus suprà: quidquid dubitet Guido decisio.489. in fin.
62 ad particularem, si expressim illa cessa sit:†quod etiam probat l.si alterius.20.§. 1.ĵ.de tutel.& ratio.distrah.& pro constanti tenent Bal.& Alber.l. non solum. s̄.de in integ.restitutio. Ang. §. si quis agens.num.10.Instit.de actio.Andr.Siculus consilio.6.num.15.lib.4.Aymon cōs. 191.num.2.Maurit.de restitutio.c.17.& plures,quos refert Tiraquel.li.1.retract. §.26.gloss.3.num.13.Ratio est,quia prout transmittitur ad hæredem, ita etiam cedi poterit:gl.l.quòd si minor.25.verb. procuratorem.s̄.de minorib.& ibi Bart. & Alberic.num.5.Idem sentiunt Alber. l.si minoris.num.3.& ibi Cuman. numero.7.ĵ.de administratio.tutor.Faber.§.fi. num.2.Insti.quib.alien. licet.Quā tamē rationē impugnat Iason l.1.§. fina.nu.6. ĵ.de noui oper. nuntiatio. quia licet valeat argumētum negatiuè conceptum, Nō trāsmittit,ergo cedi non potest.l.ex pluribus.ĵ. de admin. tut. tn affirmatiuè cōceptū,Trāsmittitur,ergo cedi potest, validū non est,vt ibi per eū.& l. si cōstante.num.136.ĵ.eod.Gom.§.fuerat.nume. 26.Instit.de actio.Iacob.Niger.l.i.num. 65.ĵ.delega.1.Ruinus consilio.72.num. 4.libro.1.Sed respondetur, imò etiā affirmatiuè valere regulariter prędictum argumentum, vt probat Aymon consilio 191.n.2.Et casus,in quibus prædictum argumētū affimatiuè cōceptū non valet, suas habent rationes particulares,vt prosequitur Anton.Rub.l.non solū. §. morte.â nume. 12.ĵ.de noui oper.nūntiatio. Aduerte tamē vltra alios, prædictam cōclusionē procedere, quando minor est creditor,& illi competūt actiones aduersus debitorē: nam prout actionem cedere potest,ita & restitutionem, vt ea cessionarius vti possit per viam replicationis,



nis,aduersus debitorem excipientem:in his enim terminis loquuntur iura suprà citata.Et est ratio,quia cū eadē actio,quę erat penes minorē,cedatur,ita cedi poterit restitutio, quæ ratione eiusdē actionis competere poterat, quia incipit militare eadē ratio,quæ in successore vniuersali:ac ita inducitur regula. l. quæ de tota.s̄.de rei vend. Quinimo non solū minor in his terminis restitutionē poterit cedere, imò inuitus ad hoc cogetur, si fortè actionē principalē donauerit, vel vendiderit:vt argum.l.creditor.§.penul. s̄.de actio. empti. tradit Oddus Sfortius de restit.1.parte.quæst.50.num.59. Sivero per contrariū minor sit debitor,quē admodū actionē passiuā,qua ipse tenet, non potest in aliū trāsferre inuito creditore.l.debitorū.C.de pact.l.2. C. de hæred.vel actio.vend.l.si mādato.§.1.s̄.mādati. ita etiam nec poterit cedi restitutio illi actioni co hærēs,quia hoc casu solū est in consideratione qualitas personalis minoris:ac ita videtur inducēda regula.l.si ex pluribus.43.ĵ.de administrat.
63 tutor.†Vnde hæc erit notabilis differentia inter successorē particularē & vniuersalē, quòd in particulari fit distinctio de qua suprà:& tamē ad vniuersalē indistinctè transibit beneficiū restitutionis:prout & indistinctè ad eū transeūt actiones tā passiuæ,quā actiuæ.l.vnica.C.vt actio. ab hæred.l.1.C. si certū pet.Notabis autē d.l. si minoris.ad tria valdè notabilia. Primū est,quòd licet remedium extraordinariū nō habeat locum, vbi potest cōpetere ordinarium.l.in causæ.2.s̄.de minorib.hoc verū est, si vtrūque remediū competat aduersus vnam personam: nā si competat aduersus diuersas, non procedet ea regula:ac proinde licet minori sit succursū per remediū ordinariū aduersus curatores,quorū culpa tutores in minore summa fuerūt condēnati,quam deberēt minori: nihilominus ei salua erit restitutio,aduersus tutores,qui perperam fuerant absoluti ab actione tutelæ, vt probat d.l. si minoris.& ibi gloss. ver. posse.Bartol.numero.3.& Cumanus numero.5 Et si opponas, secundū hoc minorem posse bis idē debitū exigere, contra regulā.l.bona fides.ĵ.de regulis iuris. respondetur, non posse restitui aduersus tutores iniustè absolutos, vt ab illis idē debitū exigat, in quo curatores fuerūt condēnati propter negligētiam cōmissam in cōuētione tutorū,sed tantùm vt ipsis curatoribus condēnatis possit cedere restitutionē aduersus tutores iniustè absolutos.Neque dicas inutilem videri hanc cessionē:cū enim per sētētiam tutores fuerint absoluti ab actione tutelæ, & sic per prædictam sētētiam fuit sublata obligatio ciuilis, & consequenter actio quæ ab ea producitur, frustra cedi tur actio,quæ iam per sētentiam sublata videtur: nam respondet glo.d.l.si minoris.verb.prouocantes,quòd licet actio tutelæ sit sublata per sentētiam, tamē quia speratur resuscitari per restitutionē,hæc futura actio in spe competēs cedi poterit curatoribus:subscribit Bartol. ibi numero.4.in fine.Albericus numero.5. Cumanus numer.7.& Goffred.columna.1. ad finem. extollit Baldus in Margarita. verb.cedere.columna fina.Tiraquel. libro.1.retract.§.26.glo.3.num. 13.†quæ est elegans ampliatio ad regulam de qua
64 suprà,quòd restitutio in integrum cedi potest. Poterit & faciliùs responderi, q̃ licet sententia perimat obligationem ciuilem,non tamen perimit actionem iā ortam,sed tantū eam elidit,opposita exceptione rei iudicatæ:vt explicat Bart.l. Iulianus verum debitorem nume.32.& ibi Iason numero.26.s̄.de cond indebit. Actio igitur adhuc mero iure subsistens cedi poterit,vnà cum restitutione in integrum, vt ex ea possit replicari aduersū exceptionē rei iudicatæ ortam ex sentētia. Secūdò ex d.l.si minoris colligēdum est,quòd etiam postquam curatores fuerunt condemnati,possunt opponere exceptionem doli in executione sentētiæ,

vt minor cogatur eis cedere actiones ad uersus tutores, pro quibus in effectu soluunt. Neque repugnat regula l. perẽptorias. C. sententiam. rescind nõ posse: nã quanuis circa hoc laboret gloss. d. l. si minoris. verb. prouocantes. in fine. tamen clarè respondetur, hanc exceptionẽ cedendarum actionum non impugnare vires latæ sententiæ, & ideò in executione opponi posse, iuxta not. l. ex diuerso. §. fi. ʒ. eod. & in specie probat l. si fideiussores. 42. §. fi. ʒ. de fideiusso. & aduertunt Bart. & Cuman. vterque. num. 7. d. l. si minoris. Iason l. si res obligata. num. 45. ʒ. delegat. 1. Ex quo infertur, quod verbũ, Prouocantes, de quo in d. l. si minoris. non debet exponi, id est appellãtes, vt ibi exponit gloss. verb. prouocantes. sed debẽt exponi, id est, recusantes iudicatum soluere, antequam eis cederetur actio, & restitutio per minorem: nam & sine appellatione in executione primæ sententiæ prædicta exceptio opponi potest, vt constat ex suprà traditis. Vltimò colligendũ est ex d. l. si minoris. quòd si curatores cõdemnati iudicatum soluerunt, non possunt cogere minorem, vt illis cedat actionem tutelæ aduersus tutores iniustè absolutos: poterit tamen minor si spõte velit illis cederẽ actionem tutelæ, vt ibi explicat Alberic. num 1. ad finem. Quæ tamen collectio duas habet difficultates. Prima est, quod etiam postquam curatores iudicatum soluerunt, possunt cogere minorem, vt illis cedat actionẽ aduersus prædictos tutores, vt videt̃ pbare tex. l si res obligata. 60. in fin. ʒ. de leg. 1. & ibi notat Ias. n. fi. Secũda est, quod postacceptã solutionem à curatoribus, videbatur dicendum, quod minor etiam volens non posset eis cedere actionem, iuxta regulã. l. Modestinus. 76. ʒ. de solutio. Sed defendendo decisionem Iurecons. d. l. si minoris. ad primam difficultatem respondẽdum est, verum quidem esse, vt si possessor conuentus à creditoribus per hypothecariam actionem, illis soluat, ⸗ potest adhuc implorato officio iudicis petere, vt creditores sibi actiones cedant aduersus principalem debitorem: nam is magis censetur soluisse animo liberandi rẽ suam, quã animo liberandi principalem debitorem: & ideò cum etiam post solutionem debitor principalis remaneat obligatus, potest aduersus eum cedi actio, vt declarat glo. fin. d. l. si res obligata. 60. ʒ. de leg. 1. Nec obstat, quòd si creditores agerent aduersus principalem debitorẽ, poterit eis obijci exceptio ex regula. l bona fides. ʒ. de regulis iur. vnde pariter ea exceptio debuit obstare cessionario, iuxta regulam. c. qui in ius. de regulis iur. in 6. quia respondeò, quòd ratio exceptionis, quæ poterat obstare creditoribus agentibus, cessat in cessionario, & ideò prædicta exceptio ei non obstat, vt explicat Paul. d. l. si res obligata. numero. 3. & ibi Iason ad finem. Cæterũ in specie d. l. si minoris. quanuis curatores cõdemnati soluerint suo nomine, & non animo liberandi tutores debitores principales, ac proinde tutores per illam solutionem non sint liberati, & consequenter aduersus eos adhuc posit cedi actio, vt est expressum. l. Stichum. 95. §. si mandato. ʒ. de solutio. tamen quia tutores aduersus quos erat cedenda actio, erant iam absoluti per sententiam ab illa actione, & sic aduersus illam eis competebat exceptio rei iudicatæ, frustranea reddetur cessio, cum eadẽ exceptio etiam obstaret cessionario. l. quod ipsis. 186. ʒ. de regul. iur. Et quanuis si cederetur etiam restitutio, actio illa potuit vtilis reddi, tamen probat d. l. si minoris. in fin. quòd minor inuitus non cogetur hanc cessionem facere, postquam suum recepit à curatoribus cõdemnatis: nam cum restitutio sit remedium extraordinarium, non cogetur minor illud cedere inuitus, postquã suũ recepit. in quo d. l. si minoris. reputat singul. & alibi non reperiri, Cuman. ibi num. 7. ad finẽ. Ex quibus colligas, etiam postquam suum recepit, creditorem cogendum esse actiones cedere, quando illæ possunt vtiles esse in persona cessionarij, alias non cogetur illa cedere, quanuis mediante beneficio extraordinario restitutionis potuerunt esse vtiles. Quoad secundam difficultatem respondetur, q̃ regula l. Modestinus. ʒ. de solutio. † procedit in pluribus obligatis eádem specie actionis: nam cum tunc facta solutione per vnũ, vtriusq; tollatur obligatio. l. 3. §. fina. ʒ. de duobus reis. sublata obligatione, frustra fiet cessio, nisi in casibus ibi expressis: nos autem loquimur, quando plures tenẽtur diuersa specie obligationis: nam tunc solutio vnius non tollit obligationem alterius, vt est expressum. l. Papinianus. 28. ʒ. mandati. & l. Stichum. 95. §. si mandato. ʒ. de solutio. & ideò cum etiam post solutionem supersit actio, cedi poterit: & ideò minor volẽs eam cedere poterit, simul cũ beneficio restitutionis, quanuis postquam suum receperit, ad hoc inuitus cogi nõ posit, ob rationem de qua suprà: & ita Bar. d. l. si minoris. ad finem. & ibi Goffred. n. 2. & Cuma. nu. 8. Bar. l. Modestinus. n. 4. ʒ. de solutio. idẽ l. si res obligata. nu. 6. & ibi Iason n. 46. ʒ. de leg. 1. Pau. consilio. 81. n. 1. lib. 1. Vltimò ex prædictis infertur explicatio ad resolutionẽ, quã in hac materia posuit Bartolus hîc n. 1. dum distinguit, quòd si priuilegium personale producit exceptionẽ peremptoriam, transmittitur ad hæredes: allegat l. non solũ. ʒ. de in integ. restitut. & l. hęredes. C. ad Velleian. Si verò producit exceptionem dilatoriam, tunc non trasmittitur: allegat istum tex. Quæ resolutio communiter recepta est, vt asserit Fabius l. qui se patris. n. 128. C. vnde liberi. Socin. cons. 59. num. 9. lib. 1. & probat Anan. cons. 20. nume. 2. & in effectu Zas. l. maritum. num. 27. ʒ. eo. & lib. 2. singul. responso. c. 4. Sed cauendum est, quia Bart. præsupponit, restitutionem in integrum producere ex se exceptionem peremptoriam, etiam antequam sit impetrata, dum allegat. l. non solũ. ʒ. de in integ. restitut. quod tamẽ est falsum, nec enim vllam producit exceptionẽ, antequã sit impetrata. l. nam posteaquã. §. si minor. ʒ. de iureiur. l. exceptiones. 7. in fine. ʒ. de de exceptio. & ibi notant Cuman. num. 4. Socin. n. 9. nec enim remedium extraordinarium aliquem effectum producit, antequam sit impetratũ. l. Stichum. 95. §. quòd vulgo. ʒ. de solutio. † Vnde Bartolo necessariò addẽdũ est, quòd vbi priuilegiũ personale producit exceptionem peremptoriam, vel spes est, quòd eã producat, postquam fuerit impetrata, transmittatur ad hæredem. d. l. non solũ. ʒ. de in integ. restit. Quare & dũ Bart. hîc nu. 1. dicit, quòd si priuilegium non incepit competere defuncto, tũc non transmittitur: subscribit Socin. cons. 59. nu. 3. libr. 1. suppleri debet, quando illi non incepit competere, neque re, neque spe, vt cõstat ex suprà traditis. Denique dũ Bar. sẽtit, exceptionẽ huius text. esse dilatoriã, contrarium probauimus. l. maritum. ʒ. eo dẽ. Cũ igitur Bart. resolutio in multis sit defectiua, tutius est, sequi resolutionem à nobis positam. Ex secũda autẽ cõclusione, de qua suprà, quòd restitutio nõ prodest fideiussori minoris, infertur ad intellectũ. l. 2. C. de fideiuss. minor. vbi tex. distinguit, quòd si minor sit læsus sua facilitate, tũc restitutio minoris non prodest fideiussori: si verò sit læsus dolo aduersarij, tũc restitutio etiã pdest fideiussori: extollũt DD. ibi, & Afflict. li. 2. cõst. rub. 40. n. 19. Rebuff. 2. tom. ad ll. Gallicas. tit. de restit. art. 2. gl. 3. n. 8. & alij relati per Duenas reg. 330. in. 1. limit. Sed videndum est, de quo dolo text. ille intelligi debeat? Et vtique si dolus dedit causam contractui bonæ fidei, certũ est contractũ ipso iure nullũ esse. l. & elegãter. ʒ. de dolo. & sic frustra quæritur, vtrũ cõperat restitutio? l. in causæ. 17. ʒ. de minorib. in specie Aymõ cõs. 207. nu. 17. Itẽ vtrũ restitutio prosit fideiussori: cũ certũ sit, fideiussorẽ accedentem contractui nulli, minimè obligari. l. cum lex. ʒ. de fideiussorib. in spe-



65 66 67

specie Cephalus cons. 347. à num. 22. libro. 3. Vnde videtur d. l. 2. intelligenda, quando dolus dedit causam contractui stricti iuris, quo casu nihilominus valet cõtractus. l. dolo. C. de inuti. stip. & consequenter necessaria est restitutio: vel in dolo incidenti in contractu bonæ fidei, qui etiam contractum non reddit nullũ ipso iure, & ita gloss. fina. d. l. 2. C. de fideiusso. minor. quam ibi sequuntur Bart. & Bald. & defendit Alexand. l. nam & postea. §. si minor. num. 7. ſ. de iureiur. & vti receptum tradit Costal. l. in causæ. 1. ſ. de minorib. Cæterũ Fulgos. Paul. & Iacobin. num. 14. d. l. 2. C. de fideiussor. minorum, magis existimant succurri hoc casu fideiussori per doli exceptionem, nec necessariam esse restitutionem minoris: † quod & tenet Paulus l. Marcellus. numero 2. post principium. j. de fideiussorib. & alij quos adducit Oddus Sfortius de resti. in integrum. 1. part. quæst. 48. à num. 24. & videtur tex. l. exceptiones. 7. in fine. j. de exceptio. Sentit enim, quòd vbi intervenit dolus, competit fideiussori exceptio doli, etiam ante impetratam restitutionem per minorem, quia exceptio doli ex parte opponentis censetur realis, vt ibi tradunt Cuman. num. 3. & Soc. num. 9. Fulgos. l. nam & postea. §. si minor. numero. 2. ſ. de iureiur. Pro concordia dicẽdum est, quod licet doli exceptio competat fideiussori ex propria persona, non ob id sequitur, ei non prodesse quoque restitutionem minoris; quia licet tutus per actionem de iure communi, nõ possit impetrare restitutionem in integrũ. l. in causæ. 2. ſ. de minorib. tũ tutus tantũ ope exceptionis non impeditur impetrare restitutionem in integrum, vel ea vti, vt ibi tenet gloss. verb. competere. in fin. & ibi Bart. num. 3. glo. l. si minor. §. minores. verb. desiderant. ſ. de minorib. gloss. auth. de temporib. non solutæ dotis. § generaliter. verb. restitutionem. c. ll. 7. gl. l. cum post. verb. non quærat. j. de admin. tut. subscribit Alex. l. admonendi. n. 4. ſ. de iureiur. & asserit receptum Alexand. l. diuus. num. 18. j. de re iud. & latè defẽdit Oddus Sfortius. tract. de in integ. restitut. 1. par. q. 17. à n. 97. quidquid contradicat Alex. l. 2. n. 2. C. de filiofam. minor. Videat igitur fideiussor, quid sibi sit vtilius, an tueri se ex sua persona ope exceptionis, vel expectare q̃ minor impetret restitutionẽ, quæ etiam ei proderit, ratione de qua per Dueñas reg. 330. in. 1. limitat. quãuis tunc debeat expectare, q̃ minor impetret restitutionem. d. l. exceptiones. in fine. j. de exceptio. Rebuff. 2. tom. ad ll. Gallicas. tit. de in integ. restit. art. 2. gl. 3. n. 12. Vel etiam pro concordia dicendum est, quòd si pinguius prouideat restitutio, quã remediũ ordinariũ, potest minor impetrare restitutionẽ, iuxta traditionem gl. l. fi. C. si aduersus rem iudicat. & ibi Bar. num. 3. Iacob. n. 5. Bar. l. in prouinciali. §. 1. num. 4. j. de noui oper. Alex. cons. 207. nu. 10. lib. 7. & plenè Riminald. cons. 163. per totum. libro. 1. † Quæ restitutio proderit fideiussori, vt suprà dictum est. Et iuxta hæc venit explicanda traditio Bart. l. in causę. 1. §. Põponius. nu. 1. ſ. de minorib. dum inquit, q̃ si dolus incidit in contractu bonæ fidei, tunc dolus purgatur per actionẽ ex eo contractu, & sic minor non restituet: sed quia per actionẽ ex cõtractu, nõ potest succurri fideiussori, qui non contraxit, succurretur ei per restitutionem in integrum ex persona minoris: subscribit Aret. l. si id qd̃ aurũ. in fi. j. dever. obli. Sed melius ex supradictis dicendũ est, quòd eũ æquius sit succurrere fideiussori minoris, qui ꝓpter minorẽ dãnũ incurrit, quã illi, qui dolũ adhibuit, non obstante remedio ordinario, minor restitui debeat, vt eius restitutio prosit fideiussori, quasi hoc casu restitutio pinguiùs prouideat, quã remediũ ordinariũ, iuxta suprà tradita. Secũdò ex supradicta conclusione infertur intellectus ad l. minor. 51. in princ. ſ. de procurator. vbi probatur, q̃ si minor defendens absentem, dedit fideiusso-



prodest huic fideiussori. Sed videndũ est de ratione. Et gloss. ibi verb. succurritur. duas reddit. Prima est, quòd text. ille loquitur in fideiussione de iudicato soluẽdo, & sic refertur ad iudicium, & restitutio minoris prodest fideiussori iudicij: & hanc probat Speculator titulo de executione sententiæ. §. sequitur. numero. 10. Baldus dict. l. minor. numero. 3. Afflict. libro 2. constitut. rubric. 40. nume. 19. Rebuff. 2. tom. ad ll. Gallicas. tit. de restit. artic. 2. glo. 3. numero. 10. Oddus Sfortius tract. de in integ. restit. 1. p. c. 48. à numero. 38. facit l. fina. §. fina. C. de vsuris rei iudicat. Cęterũ hanc primam rationem improbat gloss. d. l. minor. verb. succurritur. quia non est facienda differentia inter fideiussorem iudicij, & cõtractus. l. 2. C. si tutor, vel curator interuenerit. & ideò secundã reddit rationẽ, quòd ideò in specie dict. l. minor. restitutio minoris prodest fideiussori, quia per hoc non resultat dãnum creditoris, cum posit suũ debitum exigere ab illo absente, quẽ minor defẽdit: sequuntur Bart. num. 4. Bal. n. 3. & alij ibi: & eandem conclusionem probat gloss. l. 3. §. sed vtrũ. ſ. de minorib. Ang. l. i. n. 1. & ibi Alb. in fine. Iacob. n. 7. C. de fideiussorib. minorum. Ang. l. Marcellus. n. 4. j. de fideiussor. & alij quos refert Oddus Sfortius tract. de in integ. restit. 1. par. q. 48. à num. 35. † Ex quo colligitur elegans conclusio in hac materia, quòd restitutio minoris prodest fideiussori, quando propter hoc creditor nõ remanet in damno, quia scilicet superest debitor principalis, à quo id, quod sibi debetur, posit exigere: gloss. fina. l. 2. C. de filiofa. minore. Soc. l. exceptiones. n. 5. j. de exceptio. Maurit. de restitu. c. 14. Rebuff. 2. tom ad ll. Gallicas. tit. de restit. art. 2. gloss. 3. numer. 11. Dueñas regula. 330. in. 2. limitatione. Quibus adde l. si pupillus. 88. j. de acquirend. hæredit. adiuncta gloss. final. Et est ratio, quia ideò restitutio minoris nõ prodest fideiussori, quia si prodesset, hoc esset in necem, & manifestum damnum creditoris, vt inquit Iureconsultus. l. in causæ. 14. in principio. ſ. de minoribus. quia scilicet sibi debitum, neque posset exigere à minore propter restitutionem, nec etiam à fideiussore minoris, quem ob hanc causam sibi dandum curauit. A cessãte igitur ratione, si creditor remanet in damno, quia adhuc habet, à quo suum debitum exigat, restitutio minoris non solùm illi proderit, sed & fideiussori. Et si dicas, imò ad huc creditorem videri in damno, cum de nouo debeat conuenire debitorem principalem absentem? respondetur, quòd creditor non debuit admittere minorem tanquam defensorem absentis, cũ ob prædictam causam idoneus defensor non censeatur. l. minor. 51. in principio. ſ. de procuratorib. Si ergo nihilominus minùs idoneum admisit, sibi imputet. l. cum mãdato. ſ. de minorib. Ex hac autem secunda ratione infertur, quòd si creditor non posset habere regressum aduersus absentem defensum: vt quia nõ esset soluẽdo, in his terminis restitutio minoris non prodesset fideiussori, quia incipit militare ratio d. l. in causæ. 14. ſ. de minorib. & ita expresse Pau. & Aret. l. si pupillus. j. de acq. hæred. Infertur etiã, d. l. minor. tantũ procedere, quando minor obligatus pro alio, dedit fideiussorẽ: nam si pro sua propria obligatione fideiussorem daret de iudicato soluendo, restitutio minoris non prodesset eius fideiussori, quia incipit militare ratio d. l. in causæ. 14. ſ. de minorib. nisi eo casu, quo restitutio non omnino liberaret minorem à debito principali: nam cum adhuc creditor posit habere regressum aduersus minorem, restitutio proderit fideiussori, iuxta suprà tradita: Oddus Sfortius ita intelligẽdus tract. de resti. 1. p. q. 48. n. 40. Infertur etiam vera ratio decidẽdi ad l. si mulier contra. 16. §. 1. ſ. ad Velleia. & l. exceptiones. 7. j. de excep. vbi fideiussori mulieris succurritur per Velleianum, † quia scilicet cũ mulier obligetur pro alio, sem

ſæpe creditori poteſt eſſe cõſultum, aduerſus principalem debitorem, ac ita locum habent ſuprà tradita, vt poſt Cuma num aduertit Socin. l. exceptiones. numero. 5. ff. de exceptio. Vltimò ex ſupradicta cõcluſione infertur intellectus ad l. Stichũ. 95. §. quod vulgo. ff. de ſolut. vbi tex. probat, quòd ſi fideiuſſor ſucceſsit minori, tũc tãquã hæres ex perſona minoris reſtitui poteſt, quãuis tãquã fideiuſſor id non poſſet obtinere. Quã cõcluſionem ex eo tex. collegit Paul. ibi Iacobin. l. i. numero. 7. ad finẽ. C. de fideiuſſ. minorum. Collectarius. c. auditis, num. 6. & ibi Bellamera n. 15. de in integ. reſtit. Rebuff. 2. tom. ad ll. Gallicas. tit. de reſtit. articul. 2. gl. 3. num. 7. Dueñas reg. 330. in. 5. limitatione. Oddus Sfortius tract. de in integr. reſtit. 1. part. quæſt. 48. à num. 29. Cui tamen concluſioni fortiter videtur obſtare, quòd tunc demum obligatio fideiuſſoris, qui ſucceſsit debitori principali, extinguitur, ſi obligatio principalis erat efficax; aliàs ſecus. l. hæres à debitore. 22. §. quòd ſi hîc ſeruus. ff. de fideiuſſo. Sed obligatio principalis minoris cẽſetur inefficax propter reſtitutionem in integrũ: ergo etſi fideiuſſor ſuccedat minori, nõ debet extingui obligatio fideiuſſoria, & conſequenter ſi is conueniatur tanquã fideiuſſor minoris, non poterit impetrare reſtitutionem, iuxta ſuprà tradita. Sed reſpõdendum eſt, quòd reſtitutio in integrum nullam inducit inefficaciam obligationis, antequam impetrata ſit. l. exceptiones. 7. in fine. ff. de exceptio. l. fina. §. fina. in fine. & ibi gloſſ. & Doctores. ff. de condi. indebit. Cum igitur tempore quo fideiuſſor ſuccedit minori, obligatio principalis minoris videatur efficax, meritò iuxta regulam obligatio fideiuſſoris cenſetur extincta: & cum tanquam fideiuſſor non poſsit conueniri, ſed tanquam minoris hæres, poterit ex
72 eius perſona petere reſtitutionem; iuxta regulam. l. non ſolũ. ff. de in integrum reſtitutione. † Ex quo illud pulchrum cueniet, quòd impetrata poſteà reſtitutione, ab vtraque obligatione remanebit liberatus: à principali quidem propter reſtitutionem, à fideiuſſoria autem propter rationẽ: de qua ſuprà, vt clarè probat d. §. quod vulgo. in fine. & ibi declarat Paul. Vnde colligitur, impropriè loqui DD. dũ dicunt, quòd reſtitutio minoris prodeſt fideiuſſori, ſi illi ſuccedat: nam cum obligatio fideiuſſoris, ex diſpoſitione legis cẽſeatur extincta. l. generaliter. 5. ff. de fideiuſſorib. reſtitutio ei non prodeſt tanquam fideiuſſori, ſed potiùs tãquãm hæredi minoris, vt aduertunt Alberic. d. §. quod vulgo. poſt princ. & ibi Paul. in fin. Iacob. l. 1. num. 7. ad finem. C. de fideiuſſor. minorum. Infertur etiam, quod licet hæres adeundo videatur ratum habere id, quod fecit defunctus. l. cum à matre. C. de rei vend. l. vẽditrici. C. de reb. alie. l. ſi ab eo. C. de liber. cauſa. l. Seia. 73. ff. de euictio. tamen hæc tacita ratificatio nõ excludit hæredẽ à petitione reſtitutionis in integrum. Et eſt ratio, quia licet ratificauerit tanquã validè geſtum, nõ ob id impeditur reſtitutionem petere, vt in ſimili probat l. 3. in principio. ff. rem ratã haberi: & extollit Rom. ſing. 551. Tacitè eẽ videt promittere, quod nõ veniet contra id iure ordinario, nõ autem promittit, quòd non veniet iure extraordinario reſtitutionis in integrum, vt in ſimili tradit Ang. l. eleganter. in princ. numero. 4. ff. de cond indeb. Vnde nõ eſt tuta cõmunis illa traditio, quòd hæres minoris non poteſt ex illius perſona petere reſtitutionẽ, quando tacitè, vel expreſsè ratificauit factũ defũcti: gl. l. paterfamiliàs. ver. ſeruãdũ. ff. de priuil. cred. Roma. ſing. 98. Ang. §. ſi quis agẽs. n. 10. Inſti. de act. Maurit. de reſtitutione. c. 15. nam id cõfũdit ex ſupradictis. Inuenio tñ, quòd Oddus Sfortius tract. de reſtit. 1. p. q. 50. num. 20. concordat opiniones, quòd regulariter hæres minoris, ratificando factum defuncti, videtur illud ratificare in eo ſenſu, vt mero iure valeat, & ex eo ita



ita ſit obligatus ipſe hæres, prout erat minor. Cæterùm non videtur ratificare reſpectu reſtitutionis in integrum, vt efficaciter probat. l. 3. in princip. ff. rem ratam haberi. Limitetur tamen, ſi minor in hoc læſus fuiſſet, quòd illam hæreditatem adiuit: nam quia tunc hæres approbat aditionem factam per minorẽ, non poterit aduerſus illam impetrare reſtitutionem. gloſ. l. pater familiàs. verb. ſeruandum. ff. de priuileg. credito. quam ibi ſequuntur Bart. Alber. Angel. & Cuman. & aſſerit receptam Roman. l. final.
73 num. 4. ff. de acquir. hæredit. † Sed verius eſt, quòd etiam hoc caſu hæres minoris poſsit impetrare reſtitutionem, iuxta generalem regulam. l. nõ ſolùm. ff. de in integrum reſtitutio. & quia adhuc militat ratio ſuprà aſsignata, & quia hæres adeũdo hæreditatem minoris, etiam videtur adiuiſſe hæreditatem, quam minor adiuerat, quia non poterat illas ſeparare. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulgari. Non eſt ergo impediendus aduerſus aditionem factam per minorem reſtitui, prout ipſe minor reſtitui poterat: & ita Bartol. l. ſed ſi plures. §. ex aſſe. numer. 1. ff. de vulgari. & l. quidam elogio. numer. 3. C. de iure deliberan. & l. fin. nume. 7. verſic. primo caſu. ff. de acquir. hæredit. & ſubſcribunt Paul. Alexand. & Iaſ. d. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulgari. Corne. dict. l. quidam elogio. numer. 3. & defendit hanc opinionem, aſſerens cõmuniter eſſe receptam, Sfortius tractat. de in integr. reſtitut. 1. part. q. 50. à num. 32. Præterea in fertur annotatio ad dictum Bart. dict. §. quod vulgò. num. 2. dum reſoluit, quòd tunc demum confunditur fideiuſſoria obligatio, ſi is fideiuſſor ſuccedat debitori, quando ipſe fideiuſſor aduerſus debitorem minorẽ potuit habere recurſum, ſi pro eo ſoluiſſet, iuxta terminos. l. 2. ff. de admiſt. tutor. Quòd ſi fideiuſſor non poterat habere recurſum aduerſus minorem, etiãſi pro eo ſoluiſſet, vt eſt regulare. l. 1. C. de fideiuſſor. minorum. tunc non cõfundetur fideiuſſoria obligatio. Et eſt ratio differentia, quia primo caſu, quia fideiuſſor poterat habere recurſum contra minorem, potuit minor illi aſsiſtere, & facere quòd ſua reſtitutio prodeſſet fideiuſſori. l. idemque. §. generaliter. ff. mandati. & ſic in his terminis ex confuſione fideiuſsionis non videtur inferri præiudicium creditori. In ſecundo autem caſu, ſi fideiuſsio cenſeretur confuſa, manifeſtum eſſet creditoris præiudicium. Planè confuſio prædicta nunquam admittitur cum damno creditoris. l. debitor. in princip. ff. de ſeparation. Sed hæc opinio Bart. eſt contra text. d. §. quod vulgò. qui probat indiſtinctè induci confuſionem fideiuſſoriæ obligationis, neque curat, vtrùm fideiuſſor haberet recurſum contra minorem, nec ne? †
74 Neque obſtat Bartol. ratio, quia imò d. l. debitor. probat, mero iure induci confuſionem, niſi creditor impetret ſeparationem bonorum: quæ ſeparatio in noſtris terminis conſiderari non poteſt. Vnde tantùm obſtare videtur, quòd vbi actio principalis eſt inutilis, non extinguitur fideiuſſoria. l. hęres à debitore. 22. §. quod ſi ſeruus ff. de fideiuſſoribus. Sed reſpondendum eſt, quòd obligatio principalis minoris, non cenſetur inutilis propter reſtitutionem, quæ aduerſus eam impetrari poteſt; quia reſtitutio non eſt in conſideratione antequam impetretur, vt ſuprà diximus. Cùm igitur tempore quo inducitur confuſio, obligatio principalis efficax ſit, inducetur regula. l. generaliter. ff. de fideiuſſoribus. neque attendetur, quòd illa ex poſt facto poteſt reddi inefficax propter reſtitutionem, vt efficaciter probat dict. §. quod vulgò. Quare ſi tempore quo minor deceſsit, iam impetrauerat reſtitutionem, quia tunc attento tẽpore, quo fideiuſſor ſuccedit minori, obligatio principalis erat inefficax, propter impetratã reſtitutionem, non cõfundetur obligatio fideiuſſoria, iuxtà regulam d. §. quod ſi ſeruus.

& ita expresè Paul.d.§. quod vulgò.ad medium. Iacob.l. 1.nu.8. C.de fideiuss. minoris.Sfortius tract.de in integr.restitut.1.par.q.48.num.31. Intelligendo tamen.quando iam ea impetrata decessit: nam si pendente lite super restitutione decedat,contrarium erit dicendum:neque enim restitutio petita,antequã concedatur,aliquem effectum producit.l. si Titius.49.ʃ.de fideiussor.l. exceptiones. 7.ad fin.ʃ.de exception.l.fin.§.fin.in fin. ʃ.de cond.indeb.& ibi glos.& DD.Quia tamẽ litera d.§.quod vulgò.obscura est, & intricata,illam particulariter explicabo. In principio igitur d.§. quod vulgò: inquit Papinianus,quòd illud quod vulgò dicitur, quòd si fideiussor succedat debitori principali, extinguitur fideiussoria obligatio,intelligendum est,quando principalis obligatio est plenior quã fideiussoria. Cui addendum est, semper principalem obligationẽ videri pleniorem,si sit efficax : nã principalis semper plenior videtur fideiussoria,quæ accessoria est.l.debitor.in prin.ʃ. de separation. l.si debitori.51.ʃ. de fideiussorib. subdit Papinianus d.§.quod vulgò. Nã si reus dumtaxat fuit obligatus,fideiussor liberatur:quã literam tanquam corruptam emendat Cuiac.lib.11.obseruatio.c. 34. Sed quia litera cõmunis etiam reperitur in Pandectis Florentinis,dicendum est, Papinianum in illis verbis voluisse significare,quòd si reus,id est, principalis debitor,fuit dũtaxat obligatus,† quia nullus alius cum eo simul se obligauerat,tũc inducetur cõfusio,& liberabitur fideiussor succedẽs principali debitori. Quòd si cum reo prædicto principali alius simul sit obligatus : ita vt sint duo rei, & pro illis fideiussor obligetur,tunc etiam si fideiussor alteri ex correis succedat,nõ omnino extinguitur obligatio fideiussoria , cum adhuc salua sit alia obligatio correi,pro quo etiam fideiussor interuenit,vt probat text.l.Vrannius.72.ʃ.de fideiussoribus.& ibi Paul.numer.6.Prout

75

neque extinguitur obligatio, quando sunt duo rei debendi, & vnus alteri succedat:nam cum vtraque sit æquè principalis, per successionem nulla perimitur.l.generaliter.5.in fine.ʃ.de fideiussoribus. &.l.si duo.93.ʃ.de solution.Sequitur in dict.§.quòd vulgò.versic. è contrario. quem ita explico vltra alios: nam ex præcedentibus per argumentum à contrario sensu colligitur, quòd vbi obligatio principalis non est plenior,non confunditur fideiussoria obligatio. Quod tamen argumentum à contrario sensu dicit Iureconsult.ita esse accipiendum, vt procedat,quando tempore quo principalis & fideiussoria coniunguntur in eodem subiecto, principalis erat inefficax,& non plenior : nam si attento eo tempore,principalis esset efficax, & sic plenior,inducetur confusio, quãtumcunq; obligatio principalis talis esset,vt ex post facto posset reddi inefficax. Exẽplum proponit in minore , cui credita fuit pecunia , quam ipse posteà amisit, nam quanuis aduersus huiusmodi mutuum competat restitutio. l. 1. C. si aduersus creditorem. tamen quia attento tempore quo fideiussor succedit minori,principalis obligatio erat efficax; quia restitutio antequam impetretur in nulla est consideratione.l. 4.ʃ. de fideicommissarijs libertatib. meritò inducetur confusio: nam cum verum sit dicere, quòd tempore successionis, in eiusdem persona concurrat principalis obligatio efficax,simul & fideiussoria,quæ accessoria est, debet induci confusio, iuxta regulam propositam in d.§.quòd vulgò. in prin.&.l.generaliter.5.ʃ. de fideiussorib. maximè cũ accessoria accesserit sine contemplatione iuris prætorij.† Quę verba Emanuel à Costa preceptor meus ita interpretabatur, quòd si is fideiussor accederet contẽplatione iuris prætorij, id est,in casum , quo minor restitueretur,tunc non confunderetur fideiussoria obligatio : quam interpretationem probauit

76



probauit Caldas. l. si curatorem. verbo, curatoribus. numer.48. C. de in integr. restitut. & pro illis cito text.l.3. in princip.ʃ.rem ratam haberi.vbi text. probat, q; vbi quis dedit fideiussorem in casum, quo minor peteret restitutionem aduersus contractum,quòd tenebitur fideiussor,si minor petat restitutionem, & notat Alberic.ibi colum.2.in princip. Fulgos.consil.233.Aretin.consilio.100. numer.1. Sed non videtur vera hæc explicatio,quia secundùm eam nunquam in fideiussore minoris procederet regula dict.§.quod vulgò.in princ.quòd si principalis obligatio, & fideiussoria, in eadẽ persona concurrat,inducitur confusio; quia semper fideiussor minoris videtur interuenire contemplatione iuris prætorij,id est,ea intentione,vt si minor beneficio edicti prætorij restitueretur aduersus contractum,haberet creditor recursum aduersus fideiussorem, vt probat. l. in causæ.14.in princip.ʃ.de minorib. tradit Pinel.l.2.C.de rescinden.vend.3.parte,cap.1.num.16.& tamen dict. §. quod vulgò.apertè probat,etiam in fideiussore minoris obtinere prædictam regulam. Neque repugnat dict.l. 3. in princ. ʃ rem ratã haberi.quia ego fateor, quòd vbi fideiussor interuenit contemplatione restitutionis, tenebitur fideiussor, si minor petat restitutionem in integrum. Sed quando fideiussor succedit minori ex dispositione legis,fideiussoria obligatio extinguitur. Cùm ergo iam extincta sit, non potest is conueniri tanquam fideiussor, quantumcunque posteà nomine minoris petat restitutionem . Prout videmus, quòd si quis promittat non reuocare, neque contrauenire , si tamen reuocatio fit per dispositionem legis, licitè is contrauenire potest,vt tradit Corne. consil.11.num.9.lib.3. & Grammatic. decisione.102.colum.1. Vnde consequitur verius esse,quòd etsi fideiussor accesit in casum,quo minor peteret restitutionem , adhuc in terminis dict.§.

77

quod vulgò. inducetur confusio, cum adhuc verum sit dicere,quòd in eodem subiecto concurrit obligatio principalis efficax & accessoria. † Consequitur etiam,quòd quando principalis efficax, & fideiussoria concurrunt, semper inducitur confusio,quantumcunque ex hoc resultet damnum creditoris. Contrariũ tamen tenet Bart. dict.§.quod vulgò. numer.2. per text.l.debitor.ʃ. de separationib.Qui tamen text.nõ probat eius opinionem:nam imò probat,mero iure induci confusionem,& tamen suscitari fideiussoriam obligationem extinctam,si creditores impetrent separationem bonorũ hæreditariorũ à bonis fideiussoris, qui debitori principali successit,propterea quòd bona hæreditaria non sufficiebant ad solutionem ęris alieni defuncti, vt ibi explicat Cuman. Sed si simus extra hunc casum, ita vt non possit agi, neq; tractari de separatione bonorum, procedet dict.§.quod vulgò. explicatus vt suprà. Vera igitur explicatio ad verba dict.§.quod vulgò.ibi: Sine contemplatione iuris prætorij. ea esse videtur , vt dicat Iureconsul. ideò in prædicto casu induci confusionem fideiussoriæ obligationis; quia tempore successionis, & sic tempore,quo inducitur cõfusio, nullus potuit haberi respectus ad ius prætorium , per quod conceditur restitutio; quia illud ius tanquam extraordinariũ, non reddit obligationem principalem inefficacem , antequam impetrata sit. Cùm igitur principalis efficax videatur, necessariò fideiussoria accedens extinguitur: cùm tempore huius accessionis nullus debeat haberi respectus ad ius prætorium, vt suprà dictum est. His ita expeditis,vltimo loco regulæ huius textus addendum est,quòd non solùm priuilegium personale extinguitur morte, sed & quodcunque aliud ius personæ cohærens.l.vnica.§.ne autem.C.de caduc. tollend.l. cum quis sibi.55. & ibi Bart. ʃ. de verborum obligation.tradit Cassane.

consil.11.num.11.Anton.Gomez.2.tomo,cap.11.num.20.versic.tertiò limita. Quo fit,vt cum omnia officia tam publica, quàm priuata, suaptè natura cohæreant personæ,respectu illius,qui illa habet,eius morte cẽsentur extincta, ac ob id ad hæredem eius non transeunt.l. antepen.cum gloss.§.de tutelis. l. cuius bonis.9.ʃ.de curator.furiosi.l.1.ʃ.de fideiussorib.tutor.l.in compromissis.§. de arbitris.c.fin.§.fin.&ibi glos.de testamen.in 6.& ita pro regula,officia ad hæredes nõ
78 transmitti, † posuit Bald.l. final.§.1.numer.8.in princ.C.communia de legatis. Alexan d.l.diem functo.num.3.& ibi Iacob.numer.2.Cagnol. numer. 82.§. de offic.assessoris.Imol.l.maritum. num.2. & ibi Aretin.numer.3.§.eodem. Afflict. lib.1.constitut.rub.47.num.2.ad finem. Franciscus Marcus decision.617.in fine. & decision.626.numer.8.& numer. 12. in.1.part. Quibus adde Bald.consil.159. super.numer.5.ad medium.lib.3. Et ex hac regula inferebat Bald. c. cum venissent.num.5. de iudic. quòd si Papa concessit alicui principi vicariatum alicuius prouinciæ vsque ad decennium,quòd si is princeps decessit ante decennium, nõ transit officium ad eius hæredem pro
79 tempore,quod superest : nam in re non transmissibili ad hæredem,expressio tẽporis nihil operatur.l. vxori vsumfructum villæ.ʃ. de vsufruct. legat. ex quo improbat dictum Bart.contrarium sententis.l.penult.num.4.ʃ.de seruit. legata. subscribit Alexan.hic numer.8. Eleganter tamen aduertens,quòd Bart.d.l. penult.non loquitur in officio, sed in beneficio principis,quod in dubio dicit cẽseri reale:& sequitur Deci.l. in omnibus causis id.numer.5.ʃ de regul.iur. Ruin. consilio.34.numer.6.lib.1. Prædicta tamen limitabat Imol.l.maritum.num.2. §.eodem.nisi prædicta officij concessio fieret sub nomine dignitatis,tunc enim officium illud ad successores in dignitate trãsiret: allegat c.quoniam Abbas.de offic.delegat.Cæterùm Aretin. d.l. maritum. nn. 3. dicit, Imolæ dictum recipi posse,quando sub nomine dignitatis cõmittitur officium habens dignitatẽ annexam : aliàs verò non transibit ad successorem in dignitate,quantumcunque concessio sub nomine dignitatis facta fuerit:allegat Innoc.c.fin.de offic. delegat.quem sequitur Bart.l.more. ad fin.§. de iurisd.omnium iudic.&.l. qui liberis. §.hæc verba.numer.4.in fin.ʃ. de vulgari.& subscribit Ruin.consil.115. num. 9. lib.1.& consi.63.num.5.lib.4.post Iason. d.l.more.num.65.versic.primò.& defendit Beroius dict. c. quoniam Abbas. nume.111. Sed cauendum est,quia imò verius & receptius est, concessionem etiã nudi facti trãsire ad successorem in dignitate,si sub nomine dignitatis facta sit; quia semper militat ratio deducta ex d. cap.quoniam Abbas. & cap. si gratiosè. de rescript.in.6.& ita contrarium tenet Panormitan.d.c.quoniam Abbas.num. 16.& ibi Deci.numer.14. post medium. & fatetur magis communiter receptũ Beroius ibi num.111. Quod etiam asserit Curt.Iunior.l.more.numero.99.§.de iurisd.omnium iudicum.Menoch.lib.1.
79 de arbitrar.q.68.numer.23.† Vnde melius declarabitur dictum Imol. procedere,quando commissio fit sub nomine dignitatis, quam quis habet iure proprio: nam si illam habeat iure alieno, nõ transibit ad successorem prædictæ dignitatis:argumen.l. quod principi. &.l.seq. ʃ. de legatis.2. & ita post Petrum declarat Bart.dict.l.more.ad finem. cuius opinionem in his terminis asserit receptã Curtius Iunior ibi numer.101. Deci. dict. c. quoniam Abbas.numer.3.ad finem. Ex quo inferebat Bart.dict.l.quod principi. in fine.ʃ. de legatis. 2. quòd si fiat commissio vicario Episcopi, sub nomine vicarij, ea concessio non transibit ad successorem in vicariatu,quia nomen vicarij designat dignitatem, siue præeminẽtiam,quam quis habet nomine alterius:

subscri-



subscribit Panormitan. dict.c. quoniam Abbas.num.11.& ibi Deci.num.9. asserit receptum Iason d.l.more. numer.65. versi.secundò limita.& ibi Deci. nu. 54. Menoc.lib.1.de arbitrar.q.68. num. 24. Et pari ratione si fiat commissio legato etiam de latere, sub nomine dignitatis: cùm enim habeat dignitatem, nomine alieno,ea concessio non transibit ad successorem in ea dignitate:& ita Panorm. d.c.quoniam Abbas.num 11. & ibi Deci.num.9.ad finem. Perusin.c. si gratiosè.num.13.de rescript.in.6.Capic. decisione.136.num.6.Corne.consil.145 numer.3.lib.3. & sic venit ampliandum dictum Bald. c. cum venissent. num.5. de iudic.suprà relatum, vt concessio vicariatus expiret morte illius, cui conceditur,etiam si cõmissio fuerit facta sub nomine dignitatis,sed quid è cõtra, vtrùm morte concedentis officium, prædicta officij concessio censeatur extincta? Et Ruin.consil.115.num.9.lib.1.censet, nõ extingui, motus ex eo,quia vsus, & vsusfructus,seruitutes sunt personales,&quę ideo extinguntur morte illius, cui fuerunt concessæ.§.finitur. Instit. de vsufr. & tamen ex parte concedentis censentur reales, & ideò illius morte minimè censentur extinctæ.l.vti frui.§.1.§.si vsus fruct.petat. l. 5.§.reo.§. de vsufr. & quia alimenta censentur personalia ex parte illius,cui debentur.l.3. in princ. ʃ. de aliment.& ciba.legatis.sed ex parte illa debentis,censentur realia,& ideò ad hæredes illius trãsit obligatio.l.libertis quos.
80 §.1.ʃ.de aliment.& ciba.legatis. † tradit Bart.l.4.§.Cato.num.32.ʃ.de verborum obligationib. Sed vtique prædicta opinio,non bene deducitur ex suprà dictis, quia illa procedunt in hęrede debitoris, ad quem indistinctè transeunt obligationes.l.vnica.C.vt actio ab hæredibus. Nos autem agimus de successore in dignitate,ad quem nõ transeunt nisi obligationes ratione dignitatis contractæ, & ad illius vtilitatem tẽdentes. c.1.cum ibi notatis.de solution. Vnde tutior videtur resolutio eiusdem Ruin. consil. 104. à numer.8.lib.5. quòd aut concessio facta fuit expresso solo nomine dignitatis, & tunc morte concedentis non expirat: sed si concessio facta sit expresso nomine proprio concedentis, vel æquipolenti,tunc morte concedentis censetur extingui,vt in simili distinguit.cap.quoniam Abbas.de offic. delegati. Sed aduersus hanc resolutionem videtur vrgere:quod decisio dict. cap. quoniam Abbas.loquitur in eo, cui facta fuit concessio:nam respectu illius potest cadere prędicta distinctio; quia potuit ei fieri concessio tanquam constituto in dignitate, vel tanquam priuatæ personæ. Nos autem loquimur de eo ; qui facit concessionem,in quo prædicta distinctio videtur non posse cadere,quia cum non possit facere prædictam concessionem, nisi ratione dignitatis, semper prædicta concessio sub nomine dignitatis debet videri facta,vt in materia tradit Bartol.l. terminato.numer.7.C.de fructib.& litium expensis. Pro concordia dicendum est, dignitatem duobus modis considerari posse. Primò absolute,& in abstracto.Secundo in cõcreto quatenus coheret personæ illam dignitatem habentis. Si primo modo consideres, dignitas nũquam extinguitur.cap.si gratiosè.de rescript.in 6. Si autem secundo modo consideres, simul cum persona videtur extingui, vt in simili tradit Bartol.l.1.numer. 9. §. de iurisd. omnium iudicum. Si igitur solum nomen dignitatis sit expressum,videtur dignitas considerata in abstracto, & sic perpetuò durabit ex parte concedentis. Si verò nomen proprium sit expressum,tunc dignitas censetur considerata inconcreto : & ideò morte concedentis extinguitur concessio. † Neque
81 obstat difficultas suprà mota, quia licèt concessio non possit fieri, nisi ratione dignitatis,tamen potuit considerari dignitas inconcreto, ex quo sequetur mor-

te concedentis extingui concesionem, prout & extinguitur dignitas in concreto, cuius respectu facta fuit: & ita colligitur ex mente cap. si gratiosè. de rescriptis. in. 6. & tradit Bartol. l. 1. numer. 9. ſ. de iurisd. omnium iudicum. cui subscribunt Iason. numer. 5. l. more. eodem tit. & ibi Deci. numer. 14. Curt. Iunior numer. 11. Ruin. consil. 115. numer. 2. lib. 1. Couarru. resolut. libr. 3. cap. 15. num. 2. ad medium. & in effectu Alexand. post Salicet. d. l. more. nume. 9. Adde Decius idem resoluentem. c. quoniam Abbas. colum. 5. versic. sed hoc offic. delegati. Neque obstat argumentum Mantuæ ibi nume. 21. quòd in actibus hominum non cõsiderantur ea, quæ sunt in abstracto. Bartol. l. 2. §. & harum num. pen. ĵ. de verborum obligationib. quia respondetur. Primò, quòd dum dicimus, dignitatem cõsiderari in abstracto, intelligimus quatenus videtur esse penes Rempublicæ, vel ecclesiam, neque coheret personæ alicuius. Bartol. l. 1. numer. 9. ſ. de iurisd. omnium iudic. Prout igitur Respublica nunquam moritur. l. proponebatur. ſ. de iudic. neque etiam ecclesia. c. liberti. 2. 12. q. 2. ita etiã & dignitas, quatenus videtur esse apud illas nũquam moritur, & in specie Bal. cons. 159. super. nu. 5. lib 3. In concreto autem consideratur dignitas, quatenus existit penes aliquem particularem, cui Respublica illam concesit: nam prout particularis moritur, ita & dignitas eius persona adhærens, censebitur extincta. Ex qua explicatione infertur annotatio ad dictum Bart. l. terminato. à numer. 6. C. de fructib. & litium expensis. dum concludit, quòd vbi iudex tulit sententiam, reseruata sibi taxatione impensarum, quòd licèt illam taxationem non fecerit, tamen succedens in officio poterit illam facere, non facta distinctione, per quæ verba facta fuerit reseruatio taxationis impẽsarum, cum enim illam non posit facere, nisi tanquam iudex, semper nomine officij, vel dignitatis, videtur illam fecisse, non obstante expresione nominis proprij, ac proinde succedens in illo officio, siue dignitate, illam facere poterit: argum. d. c. quoniam Abbas. de offic. delegat. subscribunt Bald. num. 10. & Salicet. colum. 2. dict. l. terminato. & communiter receptum esse asserit Ruin. consilio. 104. numer. 2. & num. 14. versic. tertiò. lib. 5. Couarru. c. requisisti. num. 5. ad fin. de testa
82 mentis. † Prædicta enim Bart. ratio, nõ est tuta ex suprà dictis: nã licèt iudex nõ posit facere taxationem, nisi tanquam iudex, tamen potuit illam facere ratione dignitatis suæ personæ cohærentis, ac proinde successor illam facere minimè poterit, vt in simili tradit Bart. l. centesimis. §. fin. num. 9. ĵ. de verborum obligationib. & l. cum apud. num. 5. ĵ. iudicatũ solui. Iason. l. more. numer. 5. ſ. de iurisd. omnium iudicum. & ibi Deci. num. 14. Curt. Iunior. num. 11. Neque hac in re placet consideratio Ruin. consil. 104. à num. 14. lib. 5. quòd ea quæ non possunt fieri nisi per iudicem, videntur reseruata nomine dignitatis: & ita procedet doctrina Bart. d. l. terminato. à num. 6. quæ verò possunt ipsi competere, etiam tanquã priuato, nõ videtur reseruata nomine dignitatis: & ita procedat doctrina Bart. l. centesimis. §. fin. num. 9. quia verius est, quòd semper reseruatio videatur facta nomine officij, vt colligitur ex Bart. d. l. centesimis. §. fin. num. 11. tamẽ quia videtur facta nomine officij incon creto, reseruantis morte expirat. Et ideò verior resolutio est, quòd vbi in actu, de quo agitur, exprimitur nomen propriũ vel æquipolens, censeatur ille factus nomine dignitatis in concreto, ac proinde eius morte expirabit: argumen. dict. c. si gratiosè. in. 1. part. de rescript. in. 6. & d. c. quoniam Abbas. de offic. delegat. maximè quando benignius est, quòd hæc assumatur interpretatio, vt colligitur ex Bart. d. l. centesimis. §. fin. numer. 10. Benignior enim est interpretatio, quòd confi-



confinatio intelligatur facta nomine officij, siue dignitatis, in concreto: ne alias efficiatur perpetua, vt ibi declarat Alciatus. n. 16. qua etiã ratione procedit quod dicit Bart. l. cũ apud. nu. 5. ĵ. iudicatũ solui benignior enim ea est interpretatio, vt pœna euitetur, per cõtrarium autem si nomẽ propriũ expressum sit, vel æquipolens. & tamen agitur de actu proportionabili officio, siue dignitati. Et vlterius benignius est, quod videatur factus nomine dignitatis in abstracto, his duobus concurrentibus: hæc assumetur interpretatio ita procedet quod tradit Bart. dict. l. terminato à num. 6: nam taxatio impensarum respicit officium: & benignius est, quod reseruatio videatur facta nomine dignitatis in abstracto, ne alias facilè sequatur, quod sententia tanquam incerta non valeat. l. 2. C. de sen-
83 tent. quæ sine certa quantitat. † & hac etiam ratione procedit dictum Dominic. dict. cap. si gratiose. num. 12. ad finẽ, quòd si quis appellauit ad Bonifacium IX. & appellans inueniat eum mor-
84 tuum, poterit prosequi appellationem coram illius successore, quia appellatio est tantùm proportionabilis dignitati, & quia hoc benignius est: vt appellatio facile non corruat, quòd & tradit Rota decisio. 31. de appellatio. in antiquis, & in simili casu tradit Bald. cap. 1. §. fina. num. 23. ad fin. de prohibita feudi alienat. per Federicum. Colliges etiam veram rationem decidendi ad. l. more. ſ. de iurisdict. omnium iudic. vbi probatur iurisdictionem ordinariam morte concedentis non expirare: & tamen iurisdictionem delegatam morte concedentis re integra expirare: Ias. ibi nu. 5. Deci. nu. 14. & Curt. Iun. nu. 11. dicunt, ideò iurisdictionem delegatam morte concedẽtis expirare: quia censetur facta ratione iurisdictionis existentis in concreto, penes delegantem, quod etiã sentit Panor. c. relatũ. nu. 3. de offic. deleg. ex quorum mente colligitur, quòd ordinaria ideò non expirat: quia nomine dignitatis in abstracto, videtur concessa, quod ita vltra alios explicandum est: nam illa iurisdictio absoluta: & in abstracto, quæ videtur esse penes Rempub. in principem fuit translata. l. 1. ſ. de cõstit. princip. qui posteà cõcedens iurisdictionem vniuersalẽ ordinariam, videtur eã concedere eo modo, quo apud eum videtur esse scilicet absolutè: & in abstracto, vt scilicet officialis illam habeat nomine proprio, tanquam minister ipsius principis Curt. Iun. l. 1. num. 100. ſ. de iurisdict. omn. iud. & ideò morte concedentis non expirat. d. c. si gratiose. de rescript. in. 6. Sed quando ordinarius, vel etiam princeps delegat aliquam causam particularem, nomine dignitatis in concreto, videtur id facere, & ideò morte concedentis expirat iuxta supra tradita. Ex quo colligitur, quod officia habentia annexam iurisdictionem ordinariã, morte Regis non expirant: ac ob id ante confirmationem noui Regis, prædictis
84 officijs vti possunt † Francisc. Marcus decisio. 780. à numer. 1. in. 1. parte quanuis id ob vtilitatem publicam fuisse consuetudine receptum dicat Vancius de nullitatibus. tit. de nullitate ex defectus iurisdictionis delegatæ. num. 104. pag. 302. & Menoch. lib. 1. de arbitra. quęst. 69. à num. 8. Et iuxta hæc explicanda sunt tradita per Guillelm. cap. Raynuntius. verb. Duas habens filias. num. 39. dum dicit, quòd officia extinguntur morte Regis, & ideò omnes officiarij à nouo Rege debẽt cõfirmationẽ obtinere, per quã tamẽ nõ dicũtur nouã adipisci iurisdictionẽ, sed antiquã cõtinuare: quod etiã tradit Cassan. in cõsuet. Burg. rub. 1. §. 6. nu. 82. pag. 264. q. & in Hispania obseruari asserit Greg. l. 20. tit. 13. part tit. 2. glo. De los officios. in fin. nam intelligendi sunt, vt si sint officia iurisdictionem ordinariam annexam habẽtia: non cessent morte Regis: ac proinde non esse necessariam confirmationem,

vt illis vtantur Glossator ad regulas Cancellariæ Innocen.tit.de potestate Vicecancellarij colum.penult.pagin.248. & in specie sentit l.2.tit.3.lib.2.ordinamẽti. quia tamen Rex nouus si velit, potest illa reuocare.l.iudicium soluitur.§. de iudic.Albertus Brunus consil.92.nume. 6. Ex igitur confirmatio, non quòd ea sit necessaria ad iurisdictionem habẽdam, vel vsum illius, sed vt ex ea colligatur voluntas noui Regis,quòd non vult prædicta officia reuocare:& ad hoc reducendi sunt Iacob. de Bellouiso in practica,titul.de sententia criminali.in fine.& Rebuff.tractatu nominationum.q. 12.numero.36. dum dicunt, quòd ordinarius potest iurisdictione suavti,donec nouus Rex veniat, & ipsum confirmet, vel reuocet: nam potius dicere debuissent, quòd potest vti iurisdictione,nisi nouus Rex ipsum reuocet. Quæ non reuocatio colligetur ex prædicta noui Regis cõfirmatione, in vrbe Romana tamen de stylo obtentum est,vt omnia officia suspendantur vsque ad electionem noui Papæ,præter expressa.Clement. ne Romani.§.eo autem prouiso. de electio. & post Glossatorem ad regulas Cancellariæ tradit Francisc.Marcus decisio.780. in fine.in.1.parte.ac proinde officijs interim vti non possunt,electo autem Papa illis vti possunt absque alia confirmatione,quanuis Cardin.Clement. Auditor.numer.15.de rescript.dixerit officia morte Papæ extingui, ac ita oportere, quòd per nouum Papam concedantur. Adde,quòd & officia notariorum, siue scribarum deputatorum ad prædicta officia iurisdictionem ordinariam habentia annexam,etiam morte Regis nõ ex-
85 tinguntur:† nam quanuis hi propriè nõ dicantur habere iurisdictionem.Dominic.cap.1.numer.5. de offic.vicar. in. 6. tamen quia sunt personæ publicæ, & habent potestatem ordinariam scribendi, pertinentia ad iurisdictionem ordinariam.l.in fraudẽ.§.quoties.ĵ.de iure fisci. expressè Bald.in rubr.num.2.C. de fide instrumentor.neque prædictorum officia morte Regis extinguntur, & consequenter non est necessaria confirmatio noui Regis,vt illa exercere possint:& ita in specie Gamma decisione.353.numero.4. ad finem.& ante eum Glossator ad regulas Cancellariæ Innocen.tit. de potestate Vicecancellarij,col.penult. Item adde,adeò prædicta esse vera, vt procedant,etiam quando prædicta officia cõceduntur cum clausula, Vsque ad beneplacitum regis,nam adhuc non censentur reuocata per mortem Regis: cùm enim vt suprà diximus,videantur cõcessa sub nomine dignitatis,consideratæ in abstracto,locum habet decisio. c. si gratiosè.in.2.part.de rescript.in.6.& in specie videtur text.authen. de quæstore. §. si vero aliquis.collatio.6.per quem ita in specie tenet Bald.l.meminisse.num.2.§. de offic.proconsulis.& sequitur Perusin. cap.si delegatus.num.5.de offic. delegatis.in.6.Paris.de syndicatu,verb. an officialis successor.numer.6.pagin.427.Boeri.decision.149.à num.11.Auiles de prætorib.cap.5.num.10. pag.122. Francisc. Marcus decisione.624.num.3. in.1.parte.Capic.decision.116. num.3. Gregor. l.20.tit.13.part.2.in glos.De los officios. col.1.ad fin.Molina lib.1.de primogen. c.25.num.5.ad finem.Ex quibus cauendum est à Paride de syndicatu,verb.officialis perpetuus.num.3.pagin.349.dum dicit, quòd officialis datus ad beneplacitum Papæ, eo mortuo expirat per d.c. si gratiosè.in.1.part.quod & pro constãti tenet Gamma decisione.353.col.2. & ante eos sentit Salicet.l.fin. C. de aduocat.diuersorum iudiciorum. Id enim ex præcedentibus apertè confunditur, & in specie improbat Auiles de prætorib. cap.5.numer.10.pagin.122.& Gregor.l. 20.tit.13.partit.2.in glos.De los officios. colum.1.Neque obstat text.d.cap. si gratiosè. in.1.parte.quia procedit in gratijs, vel beneficijs concessis per principem, quæ



quæ licèt regulariter non expirent morte concedentis.c.si super gratia.de offic. delegat.in.6.Guido decisio.491.Ripa in rubr.num.50.de constit.Boeri.decision. 346.num.1.tamen posita prædicta clausula, Ad beneplacitum nostrum, morte
86 concedentis extinguitur gratia,† vt notat Perusin.d.c.si gratiosè. num.1.& numer.11.quia in dubio creditur concedentem retulisse se ad beneplacitum dignitatis consideratæ in concreto: vnde inducitur regula.l.4.§.locati. Sed quando conceditur officium iurisdictionẽ ordinariam annexam habens, videtur habitus respectus ad dignitatem in abstracto,vt suprà diximus:ac ita inducetur d. c.si gratiosè.in.2.part.tradit in simili Bartol.l. centesimis. §.fin.nu.9. ĵ.de verbor. obligat.Quod sine dubio apud nos procedit,quia in huiusmodi officiorum cõcessionibus solet poni clausula, Quandiu nos voluerimus,& contrarium non iusserimus: nam in hac specie certũ est, morte concedentis non expirare concessionem, nisi expressa sequatur reuocatio.c.si delegatus.de offic.delegati. in 6.Bart.l.more.num. 17. §.de iurisd. omnium iudic.& ita in specie Couarru. resolut.lib.3.c.15.nu.3.Valasc.de emphyteusi.q.34.nume.6. Quibus adde Perusin.d.c.si gratiosè.num.10.Gratum consil.92.in fin.lib.2. Recipiunt tamen prædicta duas notabiles limitationes.Prima est,non procedere in officijs deputatis ad seruitium Regis, siue domus regiæ; hæc enim morte principis expirabunt, prout & ea officia censentur extincta, quæ deputata erant ad seruitium legati. l.diem functo.§. de offic. assessor. & ibi notant Bald. & Alexand. num.2. Iacob. num.1.Molin.lib.1.de primogen.c. 25. num.12.ad finem quod ita in specie tenet Gamma decision.333.num.2.quanuis hæc etiam officia morte Regis non expirare,probet.l.2.tit.3.lib.2.ordinam. Secũda limitatio sit,prędicta procedere in principibus non recognoscentibus superiorem:nam alij inferiores, etsi maximè declarent,se sub nomine dignitatis concedere officia, tamen morte eorũ expirabunt,quia non potuerunt illa cõcedere vltra id tẽpus, quo durabat ius suum.l.lex vectigali.§.de pignor.c. nuper.de donation.inter virũ. & ita limitat Molina lib.1.de primog.c.25.nu. 5. & num.12.ad fin.allegat Bal.c.1.nu. 3. qui successores feudum dare teneãtur. & decisio.Afflict.101.num.3.& conferũt tradita per Pinel.l.1.C.de bon. matern.3.part. nu.65. quòd possessor maioratus non potest concedere res maioratus in emphyteusim,vltra tẽpus, quo durat ius suum. Cæterũ hæc limitatio non placet,quia imò distinctionem d.
87 c.si gratiosè. † etiam locum sibi vendicare in inferioribus à principe, colligitur ex Bart.l.centesimis.§.fin.num. 9.ĵ. de verbor.oblig.Felin.c.ex literis.nu.9. ad fin. de constit. Neque obstant Molinæ rationes:nam pro responsione duo casus sunt distinguendi. Primus est, vtrùm si concessio fiat per inferiorem à principe sub nomine dignitatis, eius morte expiret? Et dicendũ est non expirare,d.c.si gratiosè. in.2.part. Secundus est,vtrũ nihilominus successor possit illam concessionẽ reuocare?& dicẽdũ est posse,d.c.si gratiosè.ad fin. & notabiliter Afflict.decis.128.num.12. maximè si agatur de reuocãda iurisdictione;nam officiũ iurisdictionale ille qui cõcessit, vel eius successor libere reuocare potest.l.iudiciũ soluitur.§.de iudicijs.qui probat iudiciũ reuocari,si reuocet ille,qui iurisdictionẽ cõcessit. Ampliando vt per Purpur.l.more. nu. 101. §.de iurisd.omn.iudic.Et procedit etiã in iurisdictione ordinaria,concessa per modum officij, siue cõmissionis, nam & concedẽs reuocare poterit. And.de Isern.lib.1.constitut.rubr.47.& ibi Afflict.nu.2. post prin. Guilliel. de Perno consil.16.num.7. Afflict.cap.1. verbo, Potestas. numer. 13. quæ sint regalia. Quibus

Quibus adde Bald.l. 1.nu.7.in fin.ſ. de conſt. principum. quidquid contrariũ pro conſtanti habeat Riminal.d.l.more.col.final. ſ.de iuriſd.omnium iudic. Quinimò generale eſt, vt concedens iuriſdictionẽ alicui, poſsit illam ad libitum reuocare.Bald.rationem aſsignãs. l.reſcripta.num.12. C.de precib. Imperator.offerend.& latè Afflict.c.1.verb. poteſtas.à numer. 14. quæ ſint regalia. Grammat.deciſio.46.à num.2.& idem alia ratione firmat Bald. l. qui ſe patris. numer.14. ad medium. C. vnde liber. quem ſequuntur Aretin.c.nouit.num. 24.& ibi Felin num.9. verſic. primo limita.& Deci.num.14. de iudic. declarando tamen vt notabiliter per Bellugam in ſpeculo principum.rubr.9. numer.31.pag.18. † Non obſtat ſecunda
88 ratio de dicto Bald.c. 1.num.3.qui ſucceſſores feudum dare teneantur. nam tantũ dicit, quòd prælatus non poteſt ſupplantare ſucceſſorem, diſponendo de rebus futuris antequã vacent.c. deceſſorum. 25. q.2. tradit Anton.Gabr. lib.3.cõmuniũ,tit.de non tollendo iure quæſito.q.5.nu.14. Nos autẽ loquimur,quãdo poſſeſſor maioratus diſponit de rebus præſentibus, & quarũ proui ſio ad eũ pertinebat, hæc enim diſpoſitio obſeruãda erit à ſucceſſore,vt Bal. ſentit vbi ſuprà.Non obſtat tertium de authoritate Afflict.deciſ.101.n.3. quia reſpõdetur,eã non eſſe verã,neque iure probari,&aduerſus eã eſſe deciſionẽ Bald. c.1.nu.4.qui ſucceſſores feudum dare teneãtur, quòd vbi prædeceſſor aliquid conceſsit,& ex ea conceſsione ius alteri quæſitũ eſt, ſucceſſor nõ poterit illud reuocare.l.id quod noſtrum.ſ. de reg.iur.quod & tenuit Alber.l. digna vox.nu. 5.C. de legib. & in terminis tenet Gregor.l.2.tit.15.part.2. verb. Si no el hijo.col.vlt.verſ.& nota.Neq; placet conſideratio Molinæ d.lib.1.de primog.c.25.nu.17. quòd aut eſt creatus per prædeceſſorem aliquis tabellio,qui antea non fuerat tabellio, & ſucceſſor hoc officium reuocare non poteſt, quia abſurdum eſſet,in illius poteſtate ponere, vt ex perſona publica faciat priuatã: aut illi qui iam erat tabellio, additũ fuit nouum officium, & tunc quia ceſſat ratio de qua ſuprà, ſucceſſor illud officiũ reuocare poterit:nam hæc conſideratio tollitur ex ſuprà dictis: neque enim ſucceſſor ius alteri quæſitum ex cõceſsione prædeceſſoris,reuocare poteſt, iuxta regulam.l id quod noſtrũ.ſ.de regul.iuris. Neque etiã obſtat, quod ex ſupra traditis per Pinel.obiecimus, quia procedũt, quando poſſeſſor maioratus aliquid alienat:nam cum hoc ſit aduerſus conſtituẽtis maioratum prohibitionẽ,non poteſt ea alienatio tolerari,niſi in vita alienãtis: arg.l.peto. §.prædium.ſ.de legat.2. Nos autẽ agimus de officijs, quæ nõ poſſunt cadere ſub prohibitione alienationis, & quorũ redditus poſſeſſor nõ poteſt conuertere in propriam vtilitatẽ.c.fin.de officio Archipresbyteri. glos.fin c. relatũ. de præben.& ideò ſucceſſor hanc conceſsionẽ factam nomine dignitatis maioratus tenetur ratam habere.c.1.qui ſucceſſores feudũ dare teneatur.&.c.1. de pro
89 bation.† Quòd ſi officia talia ſint, vt durent perpetuò,id eſt,dum viuat ille, cui conceſsa ſunt,prout regulariter ſunt officia,quæ ſimpliciter concedũtur,vel cũ clauſula ad beneplacitum,vt tradit Gregor.l.6.tit.4.partit.3. verb. Acabaren. ad finem. & latè Burgos de Pace conſil. 21. Azeued.l.2.tit.3.lib.2.ordin.num.4. vel quæ non conſueuerũt reuocari in vita. Corne.conſ.66.in fine.lib.3.Si ergo poſſeſſor maioratus illa cõcedat,in vita illius cui ſit conceſsio, ſucceſſor illa reuocare non poterit,cũ nihil factum ſit,per quod poſsit allegare ſibi factum fuiſſe præiudicium: & ita in ſpecie Gregor.l.2.tit. 15. partit.2.col.5.verſic.& nota quòd ſuceſſor.& Gamma deciſione.353. num.5.Et in his terminis poteſt admitti,quod conſuluit Calderinus conſil.3. de reſcriptis. quòd



quòd officium collatum per rectorem prouinciẽ,durat in vita illius cui ſit conceſsio, quantumcunque officium concedentis expirauerit: ſubſcribit Dominic.d.c.ſi gratioſè.num.13.Beroi q.103. num.5.in fin.Franciſc.Marc.deciſ.624. num.3.in.1.par. Si verò officium ex ſua natura, vel ſecundùm conſuetudinem regionis,erat temporale,& poſſeſſor maioratus illud concedat, in vita illius cui ſit conceſsio,ſucceſſor illud reuocare poterit; quia quod ſit contra conſuetudinem,non poteſt valere in præiudicium ſucceſſoris.Bart.authent.qui rem.in fin. C.de ſacroſanct.eccleſ. & in ſpecie Burgos conſilio.21.ad finem. Vnde meritò Bald. in extrauagan.de pace Cõſtantiæ. verb.amplius.numer.2.concludit, quòd prædeceſſor non poteſt concedere caſtellanias perpetuas,quia caſtellania ſuapte natura reuocabilis eſt ad nutum.l. ſi ita.§. dominus. & ibi Bald. & Alberic. ſ. ſ.de vſu & habitation.ſubſcribit Gregorius.l.2.tit.15.partit.2.verb. Sino el hijo. verſic.& nota.Boerius deciſion.149.numer.25.Molina lib.1.de primogen. cap. 25.numer.18.Et in hac ſpecie procedet differentia inter officia cõceſſa per principem,vel per inferiorem:nam princeps licèt habeat dominium reſtrictum ad vitam, tamen illud eſt liberum,& ampliſſimum,& quo vti libere poſſunt, etiam in præiudicium ſucceſſorum.Molina li-
90 bro.1.de primogen.cap.3.numer. 18. † & ideò officia per eos collata, indiſtinctè per ſucceſſorem reuocari non poſſunt,niſi ſint iuriſdictionalia,vt ſuprà diximus. Poſtremò in hac materia notabis,quòd dum text.cap.ſi gratioſè.de reſcript. in.6. facit differentiam, vtrùm cõceſsio ſit facta nomine Papæ, vel nomine Sedis Apoſtolicæ; ea differentia procedit,quoad effectum, vt morte concedentis extinguatur conceſsio, vel non? quoad alios enim effectus nulla eſt differentia inter prædictas cõceſsiones De ei.c.ſedes.in princ. de reſcript. Mandoſius regul.1.cancellariæ.q.10.à num.15. Item quòd in dubio nunquam cõceſsio videtur facta nomine Sedis Apoſtolicæ, vel dignitatis in abſtracto, niſi id exprimatur.Salic.l.inter cauſas.in prin. nu. 3. ſ.mandati.&.l.mandatum.numer.8. C. mandati.ita vt verba dubia ſemper magis debeãt videri relata ad perſonam Papæ,quàm ad Sedem Apoſtolicam, ſiue dignitatẽ in abſtracto.c.literis.de reſcriptis.dum probat,aliud eſſe,ſi Papa mandet aliquid fieri,vel iam iuſſum à prædeceſſore exequatur;neque enim ea differentia procederet, ſi in dubio cẽſeretur facta conceſsio nomine Sedis Apoſtolicæ,cum Sedes Apoſtolica ſemper eadẽ ſit.d.c.ſi gratioſè.& ita Anchar.d.c. literis.num.1.& ibi Andr.Sicul.à nume. 30. Ruin.conſ.104.nu.14.lib.5. Decian. cõſil.56.num.51.lib.2. Quinimò ſi in conceſsione dicatur,ad arbitrium Sũmi Põtificis,magis videtur contemplata perſona,ſiue dignitas in cõcreto,quàm dignitas in abſtracto.gloſ.d.c.ſi gratioſè.verb. ſuæ.& ibi Peruſin.num.7. Addens idem eſſe,ſi dicatur,Ad arbitrium Papæ:quod & tenet Pariſ.tract.de ſyndicat.verb.officialis perpetuus.c.1.num.3.pag.349. Capic.deciſio.136.num. 7. Couarru. reſol. lib.3.cap.15.num. 2. Valaſc. de emphyteuſi.q.34. num. 7. Contrarium tamen tenẽt Lapus,& Dominic.d.c. ſi gratioſè. per c.quoniam Abbas. de offic. delegat. quaſi cùm ſolum nomen dignitatis fuerit expreſſum,ipſa dignitas principaliter cenſeatur conſiderata: ſubſcribit Felin. c.ex literis.num.9.verſic.ſed pro vtili.de conſtitut.Meminit huius controuerſiæ Capic.deciſione.136.nume.3. Pro concordia dicendum eſt,quòd vbi exprimitur hoc verbum, Ad beneplacitum, ſiue, Ad voluntatem Summi Pontificis, magis perſona, quàm dignitas videtur conſiderata, vel ſaltem dignitas in concreto,quæ morte Summi Põtificis expirat:voluntas enim magis conuenit perſonæ dignitatem habenti in concreto, quam

quam dignitati in abſtracto, cui propriè
91 non competit voluntas,† vt eleganter
aduertit Couarru.reſol.lib.3.c.15.nu.2.
ad medium.& in ſimili tradit Bald.l. fin.
§.1.num.7.verſi.non obſtat.C.commu
nia de legatis.Sed extra hos terminos ob
ſeruabitur diſtinctio d.c. quoniam Ab-
bas.& in ſpecie ſentit Peruſin.d.c.gratio
ſè.num.11.in fin.Ex quibus dubium red
ditur, quod tradit Bart. l. centeſimis.§.
fin.num.9.ff.de verbor. obligat. quòd ſi
quis ſit relegatus, donec poteſtati pla-
cuerit,videtur contemplata dignitas,&
ideò ea declaratio tranſibit ad ſucceſſo-
rem: nam cum verbum,Placere, non cõ
ueniat dignitati in abſtracto, magis de-
bet videri conſiderata dignitas in con-
creto,quæ morte illam habentis expirat,
vt ſuprà dictum eſt. Dubium etiã redde-
ditur,quod poſt Bald.tradit Peruſin.d.c. ſi
gratioſè.num.7.quòd ſi in tertia perſona
dicatur,Donec Papæ placuerit, videtur
contemplata dignitas: ſubſcribit Capic.
deciſ.146.nu.7.ad finem. id enim etiam
ex ſuprà dictis confunditur: & in ſpecie
aduertit Valaſc.de emphyteuſi.q.34.nu
mer.7.ad finem. Addendo tamen,quòd
quãdo quis poteſt obligari nomine pro-
prio & dignitatis,in dubio vtroque mo-
do videtur obligatus.Bald.conſi.88.lib.
1.Aymon conſil.404.num.4.lib.3. Illud
certum eſt,quòd ſi ſimul cum dignitate
ſint expreſſæ dictiones,Meum, vel,No-
ſtrum,magis videtur conſiderata perſo-
na,quàm dignitas in abſtracto: ita colli-
gitur ex gloſ.d.c.ſi gratioſè.verb. ſuæ.&
ibi Dominic.num.2.addit quòd prædi-
ctæ dictiones propriè deſignant perſo-
nam:& ideò concludit Ruin. conſ.104.
num.8.lib. 5.quòd ſi quid cõcedatur ad
beneplacitum domini noſtri Ducis,ma-
gis videtur conſiderata perſona, quàm
dignitas in abſtracto:quod & tradit Ro-
land.conſil.1.num.179.libr.2. inquiens,
quòd illud verbum,Domini noſtri,cum
dictione,Ducis,vel,Regis, oſtendit,per-
ſonã principaliter fuiſſe conſideratam:
quod & tradit Capic. deciſi.121.num.6.
in fine.Idem ſi exprimatur dictio, Nos,
nam & ea dictio deſignat perſonã; quia
ſecundùm conſuetudinem, homines in
dignitate conſtituti ſolent loqui de ſe
in plurali numero.gloſſ.fin.cap. cum ab
vno.de re iudicat.in.6.& in ſpecie Ruin.
conſil.104.numer.11.libr.5. Vnde cum
in conceſsionibus principũ ſoleat inci-
pere ſcriptura ab illis verbis, Ego Rex,
ſemper magis perſona Regis quàm dig-
92 nitas in abſtracto videtur conſiderata:†
& ita in ſpecie Capic.deciſione.136.nu-
mer.6. Neque obſtat,quod ipſe ſubijcit,
quòd Rex ſolet ſignare per ea verba,
Rex,& ſic per ſolum nomen dignitatis:
nam cũ hæc ſubſcriptio pertineat ad cõ-
firmationẽ,& comprobationem ſuprà
ſcriptorũ.Iaſ.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſſo
gonus.num.2.ff.de verbor.obligat. per il
lam nõ debet cenſeri mutata ſubſtantia
diſpoſitionis præcedentis: arg. Clem.1.
ad fin.de præben.Etiuxta hæc venit ex-
plicandus tex.c. Abbate ſanè.verſic. ſed
ad hæc.de re iudicat.in.6.dum probat,q
donatio facta nomine regni, vel regiæ
dignitatis, obligat ſucceſſorẽ in regno:
notat Xuarez allegat.10.nu. 3.Quod &
in alijs cõtractibus per regem celebratis
eſſe obſeruandũ tradit Bald.conſil. 159.
ſuper eo.libr.3. cuius dicta latè refert Ti-
raq. tract. primogenior.c.35.à num.21.
nam ad cognoſcendum,vtrùm cõceſsio
fuerit facta nomine regni, vel nomine
perſonæ,recurrendũ eſt ad diſtinctionẽ
c.quoniam Abbas. de offic.delegati. ex-
preſsè Deci.c.1.nu.7.de probation. Ro-
land.conſil.1.à nu.179.lib.2.Capic.deci
ſio.121.nu.5.ad fin.& conſequenter re-
currendũ eſt ad ſuprà reſoluta.Addẽdo,
quòd ſi conceſsio fiat alicui pro ſe, & ſuc
ceſſoribus,vel cũ clauſula, Vt perpetuò
duret,tũc videtur facta nomine dignita
tis,vt clauſulæ cõceſsionis verificari poſ-
ſint.Bart.l.antepel.num.2.in fin.ff.de ſti-
pulation.ſeruorum.Vel etiam quãdo cõ
ceſsio ſiue cõtractus fit ad vtilitatẽ regni:
nam



nam tunc etiam dignitas in abſtracto vi
detur conſiderata:Socin.conſil.34.n.3.
li.3. Vltimò in hac materia ſciendũ eſt,
q licet, vt ſuprà diximus, iuriſdictio or-
dinaria conceſſa,non expiret morte cõ
cedentis re integra.l.more. §. de iuriſd.
omnium iudic.id tamen non eſt verũ
in vicario Epiſcopi:nam licet is habeat
ordinariam iuriſdictionem.gl.c.2.de of
fic.vicar.in.6.& glo.c.Romana. in prin.
verb. generaliter de appellatio. in. 6.
quas aſſerit receptas Felin.in rub. nu.4.
de appellatio. Alexan.in rub.numer.15.
§. de offic. eius. tamen nihilominus per
mortem Epiſcopi expirat iuriſdictio or
dinaria vicarij:Clem.fin.de procurato.
93 † Guido deciſio.560.non ſolùm quoad
negotia nõdum cœpta, ſed etiã quoad
iam cœpta,vt ibi per gl.verbo cõteſtata.
Panor.c.extirpandæ.§.quia vero.nu.14.
de præben.Sed videndũ eſt de ratione,
Et Alex.l.more.nu.4.§.de iuriſd.omn.iu
di.exiſtimat,ea ratione procedere, quia
iuriſdictio vicarij habet ſe ad iuriſdictio
nem epiſcopi per modum acceſſorij:&
ideò locum habet regula.l. cum princi
palis.ff. de regulis iuris.ſubſcribit Fran-
ciſc. Marcus deciſio.780.numero.4. in
1.parte.Quod tamen clarius explican-
dum eſt ex traditis per Couarru.practi
car.cap.4. num. 4. quòd vicarius epiſco
pi eandem iuriſdictionem habet quam
epiſcopus, & non diuerſam: & ideo di
cuntur idem habere tribunal. cap. Ro-
mana. in princip.de appellatio.in.6. er-
go cũ per mortem epiſcopi extingua-
tur iuriſdictio ordinaria,quæ apud eum
erat in concreto, in neceſſariam con-
ſequentiam etiam cenſebitur extincta
in perſona vicarij,qui eandem habe-
bat.Et hæc eſt ratio, cur cẽſeatur extin
cta, etiã quoad negotia iam cœpta.glo.
Cle.fina.verb.conteſtata.de procurato
rib. & tamen is cui delegatur vniuerſi-
tas cauſarũ,ſi incepit de vna cauſa cog-
noſcere incluſa ſub illa vniuerſitate,cen
ſetur confirmaſſe ſuam iuriſdictionem,
quoad omnes cauſas illius vniuerſitatis,
ita vt per mortem concedentis, in ni-
hilo videatur diminuta eius poteſtas.
Bart.l.more. num. 14.§. de iuriſdictio.
omnium iudic. Ruin conſil. 115. nu-
mer.12.lib.1.nam in vicario illud pro-
cedit ob rationem ſupra aſsignatam.De
legatus autem ad vniuerſitatem cauſa-
rum, quamuis habeat iuriſdictionem
nomine delegantis.l. 1.§.fina.§. de of-
fic.eius.tamen eſt diuerſa ab illa, quam
habebat delegans, & ideò in ea obſer-
uabitur regula,quòd mandatum re nõ
integra non expirat. l. & quia.in fine. §.
de iuriſdict.omn.iud. vbi Baptiſt.nu. 4.
Iaſ.nu.1.Curt.Iun nu. 12. rationem aſ-
ſignant.Ex quibus venit explicãda Or
dinatio lib.2.tit.26.§.10.dum probat, q
auditores dominorum terrarum habẽt
eandem iuriſdictionem,quã habet ipſe
dñs:nam eſt dicendũ prædictos audito
res propter hãc legis diſpoſitionẽ,habe-
re ordinariã iuriſdictionẽ ad inſtar vica
rij epi.Zaſi.l.more.n.9.§.de iuriſd. omn.
iud.& Couar.reſol.lib.3.c.vltimo.nu. 4.
& notab. Molina libr.1. de primogen.
capit. 25. numero. 12. † vnde quem-
94 admodum morte epiſcopi extinguitur
iuriſdictio vicarij, vt ſupra dictũ eſt,ita
etiã iuriſdictio horũ auditorũ extingue
tur per dñi mortẽ:quod aduerſus Auen
dan.probat Couarr.practica.c.4. nu. 4.
Niſi princeps ſpecialiter hos auditores,
ſiue vicarios conſtituerit: nã cum tunc
ab ipſo principe videantur iuriſdictio-
nem habere, morte dominorum eo-
rum, non expirabit iuriſdictio. Guido
deciſ. 234. Franciſc. Marcus deciſio.
780.nume.5.in.1.parte.Infertur etiam
explicatio ad Ordin. lib.2.titulo.26.§.
9. dum probat, quod iudex ordina-
rius conſtitutus à domino terrarum,
nõ expirat per mortem domini. Ratio
eſt, quia cum non ſit vicarius dñi, ſed
iudex populi, non expirabit eius iuriſdi
ctio morte domini:nã ſiue ordinariã vi
detur habere,ſiue delegatã, videtur eã

habere ad vniuersitatem causarum: vnde etiam non expirabit, si ea iam cœpit vti in aliqua causa, vt suprà dictum est: & ita Faber §. item si adhuc. num. 3. Instit. mandati. & agnoscit Couarr. pract. cap. 4. num. 4. Quod à fortiori procedet, quando iudex fuerit electus per populũ, & per dominum confirmatus, vt de iure fieri debet extrauag. 1. de maiorit. & obed. Ioan. XXII. verb. debeat. ad finẽ. & verb. præsumat. Alexan. cõs. 26. n. 19. lib. 5. Afflict. cap. 1. §. iudices. num. 6. de pace iuramento firmanda. namtunc quasi, electus sit à populo durabit eius iurisdictio, etiam mortuo domino, vt notab. probat Molina vidẽdus. lib. 1. de primogen. cap. 25. num. 13. Neq; obstat, quòd iurisdictio siue officium non videtur habitum à populo eligẽte, sed potiùs à domino confirmante. authent. de defensorib. ciuitatum. §. ius iurandũ vero. post princip. collatio. 3. & ibi Angel. & in specie tradit Auend. libr. 1. de exequẽd. mandatis. cap. 19. num. 21. Afflict. cap. 1. §. iudices. num. 3. &. 5. de pace iuramento firmanda. quia respondetur, quòd non ob id sequitur, morte cõfirmantis debere extinguiiurisdictionẽ: nam cùm in effectu videatur hæc iurisdictio data à domino confirmante, accedẽte consensu, & electione populi, morte illius non debet videri extincta. Prout in simili videmus, quòd statuta facta per iudicẽ temporalem, non durant vltra tempus, quo durat officium. l. fin. C. de offic. præfecti vrbis. l. cùm nauarchorum. C. de nauicularijs. lib. 11. & tamen si prædicta statuta fiant de consensu populi conuocati, durabunt etiam post finitum officium. l. 1. §. 1. ℣. qnod quisque iuris. l. 1. &. 2. ℣. de decret. ab ordine faciẽd. tradit Bart. l. omnes populi.
95 num. 8. ℣. de iust. & iur. † Et cõfirmatur, quia licèt electio populi nõ tribuat immediatè iurisdictionẽ: tribuit tamẽ ius illã prosequẽdi, & petẽdi illius cõfirmationẽ, iuxta ea quæ notab. tradit Staphileus de literis gratiæ. tit. de formis mãdati. de prouidẽdo. 3. forma. n. 12. pag. 57. Hoc igitur ius, etiã faciet retineri iurisdictionẽ post mortẽ cõfirmãtis. Deniq; infertur explicatio ad tradita per Gãmã decisio. 353. à. n. 3. dũ tractat, vtrũ officia iurisdictionis cõcessa per regẽ, tanquã magistrũ militiarũ, eius morte expirẽt? Circa cuius dicta in primis aduerte, q̃ dũ ipse præsupponit, qd̃ propter vnionẽ magistratuũ militiarũcũ regia corona, rex nõ videtur cõcedere prædicta officia tã quã magister, sed tãquã rex, per notat. l. si ex toto. ℣. de leg. 1. nõ videtur tutũ, quia imò tanquã magister militiarũ id facit: neq, in cõcedẽdo vtitur iurisdictione seculari, sed potiùs ecclesiastica: prout & ea vtebantur magistri militiarum, antequã prædicta vnio facta esset cũ regia corona: & ita in terminis tradit Nauarr. in propugnaculo apologiæ. n. 14. Vt enim notab. inquit Ioan. Andre. c. 2. ad fin. de præbẽd. in. 6. quãdo Papa per priuilegiũ trãsfert iura spiritualia, vel ecclesiastica in laicũ, nõ videt illa execrare: ac proinde nõ sunt in laico tãquã fundata in eius persona, sed tãquã in ministro, agẽte nomine Papæ. c. cũ Apostolica. & ibi Anto. de his quæ fiũt à prælatis. subscribit Staphil. de literis gratiæ. tit. de formis mandã. 3. form. n. 10. pag. 57. Vnde videmus, q̃ licet ecclesia vnita alteri ecclesiæ, vel beneficio, in illius trãseat naturã. c. 1. ne sede vacãte. tamẽ si ecclesia, vel quid aliud ecclesiasticũ, vniatur cũ re profana, minimè transit in rei profanæ naturã: arg. c. qd̃ semel. cũ gl. de regul. iur. in. 6
96 &. c. cõperimus. 4. q. 6. & agnoscit idem Gamma decis. fin. nu. 7. † Consonat doctrina diui Thomæ. 2. 2. q. 87. artic. 11. in corpore, rem inanimatam Deo consecratam, non posse per aliquem prælatum reddi profanam. Illud sanè verum videtur, quòd propter vnionem factam cum regia corona, quanuis Rex videatur concedere tanquam magister, tamen nomine regiæ coronæ videtur concessiones facere: ac proinde concessiones factæ debent reputari, vti considerantur aliæ donationes, quæ fiunt nomine regiæ coronæ, & sic transibunt etiam ad successores, iuxta cap. Abbate. de re iudicat. in. 6. Item valebunt etiam in casibus, in quibus priuati habentes dominium restrictum ad vitam, validè disponere nõ possent, iuxta tradita per Molin. lib. 1. de primogẽ. c. 3. nu. 10. Et hæc satis in hac materia. Interpretationẽ. l. alia. 15. in princ. ℣. eo. iam explicauimus l. maritum. à nu. 39. ℣. eo. & ideò peculiaris eius interpretatio omittitur.



## SVMMARIA EORVM QVÆ CONTINENTVR in interpretatione legis Alia. 15. §. eleganter. ff. Soluto matrimonio.

1 *Priuilegio competenti propter reuerentiã, renuntiari non potest.*
2 *Patronus vtrum possit renuntiare priuilegio, ne vocetur in ius sine venia.*
3 *Citatio patroni in ius sine venia, nulla esse cẽsetur.*
4 *Quando admittatur pœnitentia post consummatum delictum.*
5 *Pœnitentia liberti vocantis patronum, sine venia, quando ei prosit.*
6 *Non potest actus nullus ratificari postquam fuit oppositum de nullitate.*
7 *Si citatio sit nulla, non potest procedi contra non comparentem, tanquam contumacẽ.*
8 *Pœna non incurritur, si patronus non inuitus venit ad iudicium.*
9 *Patronus qui nihil opposuit cõtra citationẽ, videtur eam ratificare.*
10 *Præsentia partis quando purgat vitium citationis.*
11 *Vtrùm egregia persona possit renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ℣. de iureiurand.*
12 *Priuilegio competenti ratione personæ potest renuntiari.*
13 *Nobiles, vtrũ possint renũtiare suis priuilegijs*
14 *De qua reuerentia is text. sit intelligendus.*
15 *In sacerdotibus proprie dicitur versari ius publicum.*
16 *In Magistratibus etiam consistit vtilitas publica principaliter.*
17 *Reijcitur quædam concordia Couarr. in hac materia.*
58 *Non valet cõsuetudo quod nobilis torqueat.*
19 *Priuilegium competit clericis, ne condemnẽtur vltra quam facere possint.*
10 *Et vtrũ huic possint renuntiare priuilegio.*
11 *Miles potest renuntiare proprio priuilegio.*
22 *Concordatur. c. si diligenti. de foro competẽti. cum. l. pen. C. de pact.*
23 *Clericus soluens solidum, vel passus fieri exequutionem in solidum, sibi præiudicat.*
24 *Quando mulier possit renuntiare priuilegio, ne ducatur in carcerem.*
25 *Mater propter debita ex causa tutelæ non detruditur in carcerem.*
26 *Vtrùm in terminis huius text. renuntiatio priuilegij confirmetur iuramento.*
27 *Et ostenditur non confirmari.*
28 *Quomodo accipienda sit regula generalis. c. cùm contingat. de iureiurand.*
29 *Iuramentum, cui deest iustitia, non habet vim iuramenti.*
30 *Et quando iuramento dicatur deesse iustitiã.*
31 *Quid significent ea verba, iuramentum non potest seruari sine dispẽdio salutis æternæ.*
32 *Et quodnam iuramentum dicatur non posse obseruari absque illo dispendio.*
33 *Quando iuramentum confirmat actũ nullũ.*
34 *Quãdo quis licitè recipiat vsuras ab vsurario.*
35 *Vxor renũtiare potest suo priuilegio cũ iuramento.*
36 *Præter eos, quibus debetur reuerẽtia, omnes alij possunt renuntiare priuilegio, ne conueniantur vltra quàm facere possint.*
37 *Nõ valet pactum, q̃ persona debitoris capiatur p osit.*
38 *De statuto ad pactum qualiter sit formandũ argumentum.*

39 *Agitur de intellectu cap. ex rescripto. de iure iurand.*
40 *Obsides, de quibus, ibi qualiter sint accipiendi.*
41 *Et vtrũ eo casu pactũ confirmetur iuramẽto.*
92 *Iuramentum non confirmat pactum restringens libertatem.*
43 *Non valet pactum, quòd creditor possit capere debitorem, & ducere ad carceres.*
44 *Quando quis possit capi non præcedentibus solennitatibus aliàs requisitis.*
45 *In pertinentibus ad exequutionem, si non valet quod ago, vt ago, valet vt valere potest.*
46 *Persona hæredis, vtrũ virtute pacti capi possit.*
47 *Explicatur Ordina. lib. 4. tit. 4.*
48 *Non valet pactũ, quòd debitore non citato, neque audito, fiat exequutio in eius bonis.*
49 *Non valet pactum, per quod renuntiatur cessioni bonorum.*
50 *Idque contra plures eleganter defenditur.*
51 *Refertur quædam concordia Rotæ, & Baldi.*
52 *Prædictum pactũ nõ confirmatur iuramẽto.*
53 *Beneficium cessionis vtrùm obseruetur in regno Castellæ.*
54 *Vtrùm propter alienationem factam in fraudem tollatur facultas cedendi bonis.*
55 *Reijcitur quædam differentia, quam Paulus circa hoc consideraui t.*
56 *Dans operam rei illicitæ in casu contingente præter intentionem, consideratur tanquam dolosus.*
57 *Qualiter probetur debitores alienasse bona in fraudem creditorum.*
58 *Explicatur Ord. lib. 3. tit. 89. in princ.*

# INTERPRETATIO
## Legis Alia. 15. §. Eleganter. ff. Soluto matrimonio.

PRoponit is text. notab. regulam, quòd maritus non potest renuntiare priuilegio, ne conueniatur vltra quã facere possit. Cui cõclusioni opponit glo. hîc regulam l. pen. C. de pact. q̃ quilibet potest renuntiare suo priuilegio: & responder speciale esse in hoc casu, neq; tamen assignat rationem specialitatis: & ideò Bart. hîc post princip. eam esse dicit, quòd hoc priuilegium datur propter reuerentiam, quam vxor debet marito, vt constat ex isto text. & l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxor. action. Pactũ igitur renuntiatiuum huius priuilegij, in effectu cõtineret, quòd mulier posset venire contra debitam reuerentiam: quod pactum tanquam repugnans bonis moribus, valere non debet. l. pacta quæ contra. C. de pact. subscribunt Alber. hîc num. 2. Bald. in princip. & Alex. num. 2. Bart. l. 1. nu. 19. ſ. eo. Alexand. consil. 133. num. 2. lib. 5. Alcia. l. fin. num. 4. ad finem. C. de in ius vocã. Socinus regula. 339. num. 6. Couar. cap. quanuis pactum. 2. parte. in princip. nu. 8. de pact. in. 6. & plures citati per Larã l. si quis à liberis. §. sed si filius. nu. 94. ſ. de liberis agnoscend. Vnde colligitur elegans conclusio in hac materia, quòd priuilegio concesso propter debitam reuerentiam, per pactum renuntiari non
1 potest: † quod & colligitur ex. l. final. C. de bon. libertor. notauit gloss. l qui exceptionẽ. 40. §. fin. ſ. de cõd. indeb. extollit Roma. sing. 480. & exornat Alex. hîc nu. 2. Aretin. 2. norab. Zasi. l. maritũ. nu. 33. ſ. eod. Cæterùm huic receptæ conclusioni nimis videtur obstare. l. quanuis. 11. ſ. de in ius vocan. nam q̃ libertus nõ possit vocare patronũ in ius, nisi prius



prius impetrata licentia à prætore, descẽdit à debita reuerentia, quam ratione naturali libertus debet patrono. l. 3. C. de in ius vocando. & tamen text. d. l. quãuis. probat, quòd si patronus in ius vocatus sine venia, sponte sua compareat in iudicio, non imponitur pœna liberto, quam ius ei imponit, quando patronum vocat in ius sine venia: ergo apertè probat, patronum priuilegio indulto propter debitam reuerentiam, renuntiare posse: quod admittit gloss. 2. l. 2. C. de in ius vocand. & ibi Deci. num. 10. asserit à DD. receptum: quod apertè repugnat conclusioni huius text. Huic tamen difficultati respondet Alciat. l. fin. num. 4. ad finẽ. C. de in ius vocando. regulam huius text. intelligendam esse, quando ex renuntiatione priuilegij resultaret magnum dedecus renũtiantis, vt quia maritus renuntians cogeretur mendicare. Sed si ex prædicta renuntiatione istud magnum dedecus non resultat, valebit renuntiatio. d. l. quanuis. neque enim magnum dedecus est, si patronus in ius vocetur sine venia. Sed non placet hæc responsio, quia is text. generaliter probat, priuilegio fundato in reuerentia renuntiari non posse: neq; cõsiderat, vtrùm resultet magnũ dedecus, vel non. Item, quia verius est, patronum non posse renuntiare priuilegio, vt possit per libertum in ius vocari sine venia: nam cùm prædictum priuilegiũ sit fundatum in reuerentia. l. 2. C. de in ius vocando. debet induci regula huius text. vt aduertit Deci. d. l. 2. in fine. & Gomezius. §. pœnales. nu. 33. Institu. de actio. Quare secũdo loco Deci. d. 2. l. nu. 10. C. de in ius vocand. aduersus omnes existimat, patronũ prædicto priuilegio renuntiare nõ posse, iuxta regulã huius rex. Neque secũdùm eũ obstat d. l. quãuis. quia tex. ille nõ loquitur de remissione venię petẽdæ, sed potiùs de remissione pœnę, quã libertus incurrit, propterea, quòd patronũ vocauit in ius sine venia: nam huic pœnę liberè patronus renũtiare potest, iuxta regulã. l. pen. C. de pact. Quẽ intellectũ assignauit etiã idẽ Deci. l. fin. nu. 4. in fin. C. eo. tit. & cons. 518. Visis. n. 6. & alij relati per Socin. d. l. quãuis. nu. 8.
2 Sed neq; hæc respõsio est tuta, † quia d. l. quãuis. apertè probat, propter volũtatẽ patroni veniẽtis spõte in ius, libertum à principio nõ incurrere pœnã impositã liberto vocãti patronũ in ius sine venia, quasi volũtas patroni faciat cessare edictũ imponens prædictã pœnã, vt hîc aduertit Alexand. nu. 3. Felin. c. si diligẽti. n. 24. ad fin. de foro cõpet. Gomez. d. §. pœnales. n. 30. ad fi. ergò apertè probat, tacitã renuntiationẽ priuilegij, resultãtẽ ex eo q̃ patronus vocatus sine venia, spõte cõparuit in iudicio, validã esse; & sic adhuc integra remanet difficultas. Quare tertio loco Alexã. cons. 166. viso pũcto. post princ. lib. 2. intellexit d. l. quãuis. procedere, quãdo patronus sponte sua cõparuit in iudicio, nõ vocatus per libertũ, tũc enim meritò cessat pœnã, cũ libertus nihil contra edictũ fecerit. Sed neq; hæc placet, quia nimis restringit generalitatẽ d. l. quãuis. quæ etiã procedit quãdo patronus vocatus in ius per libertum sine venia, sponte comparuit in iudicio, vt ex mẽte aliorum tradit Alciat. l. fin. nu. 4. C. de in ius vocand. Quare ad verã resolutionem huius difficultatis aduertendum est, cõtrouersum esse apud DD. vtrũ si libertus vocauerit patronũ in ius sine venia, valida sit huiusmodi citatio? vt tradit Capic. decisio. 56. num. 6. Sed vt ipse resoluit, verius & receptius est, prædictam citationem esse nullam ipso iure, neque propter eã posse procedi aduersus patronũ non comparentẽ in iudicio, tanquam aduersus contumacem, vt colligitur ex. l. 4. in princ. ſ. de in ius vocã. vbi patronus prohibetur vocari per libertũ in ius sine venia, & clarius ex. l. sed etsi p̃ prætorẽ. §. hæc clausula. ſ. quib. ex caus. maior. ibi: Prohibet sine p̃missu suo: ergo citatio cõtra p̃hibitionẽ

legis facta, nulla debet censeri. l. non dubium. C. de legibus. & in specie videtur text. l. 1. §. Offilius. ſ. ne quis eum qui in ius vocatus. vbi text. clarè probat, quòd ſi libertus vocauit patronum in ius ſine venia, hæc citatio non valet, quia facta fuit, non obſeruata forma iuris: notat Afflictis deciſio. 2. num. 6. Et hac ratione ſi quis patronum taliter vocatum in ius eximat, non incurrit pœnam illius edicti, quia non videtur delinquere, & ſic clarè probat citationem eſſe nullam: quod apud nos probat Ordin. lib. 3. titu.
3 8. §. 2. †Neque obſtat, quòd dict. l. 2. ſ. ne quis eum. probat tam libertum vocãdo patronum in ius ſine venia delinquere, quàm illum, qui patronum taliter in ius vocatum vi exemit: quia reſpondẽt Bar. d. l. 1. num. 1. & ibi Paulus num. 4. Alex. num. 3. ſ. ne quis eum. Iureconſul. ibidẽ ita arguere: Qui eximit eum, qui in ius vocari non potuit ſine venia, non deliquit. Sed ſi velis eum delinquere, quia contra verba edicti, vocatum in ius ſine venia, vi eximit: tamen adhuc per libertum conueniri non poteſt, quia in pari cauſa potior eſt conditio rei: & ſic Iureconſul. magis ſentit, citationem eſſe nullam, & ſic eximentem non committere contra edictum, & conſequenter nõ delinquere, vt latiùs expendit Ruin. l. 1. in princip. num. 145. ſ. de noui oper. nuntiatio. Ex quibus conſequitur, citationẽ patroni ſine venia, ipſo iure nullam eſſe: & tamen quia libertus vocando contra iuris prohibitionem deliquit. d. l. 2. ſ. ne quis eum. in pœnam delicti debet ſoluere quinquaginta aureos. l. pen. ſ. de in ius vocando. vt notat Paul. l. 2. num. 3. ſ. ne quis eum. Socin. d. l. quanuis. num. 12. Curt. Senior. l. fin. in fin. & ibi Curt. Iunior num. 11. C. de in ius vocando. & probat. § fin. Inſtit. de pœna temere litigant. quidquid contrarium ſentiat Gomez. §. pœnales num. 33. Inſti. de actio. nam quando nullitas actus, & pœna ſe compatiuntur, & vtrumque tendit ad punitionem illius, qui venit aduerſus iuris prohibitionem, actus erit nullus, & præterea pœna legis incurretur. l. 1. C. de ſepulchro violat. Bartol. l. prætor ait. in fine princip. ſ. de noui oper. & in ſpecie aduertunt Riminald. l. final. ad finẽ. & ibi Alciat. num. 4. C. de in ius vocand. faciunt tradita per Felin. cap. 2. col. 1. ad finem. de teſtib. Ex quibus ita præſuppoſitis infertur vera explicatio ad caſus expreſſos in d. l. quanuis. nam probatur ibi, quòd ſi libertus vocauerit patronum in ius ſine venia, & poſteà pœnituerit, & actionem remiſerit, euitat pœnam Concordat Ordin. lib. 3. tit. 8. §. 1. Neque obſtat, quòd per vocationem illam ſine venia delictum videtur conſummatũ, cũ ea vocatio facta fuerit aduerſus iuris prohibitionem: & poſt conſummatum delictum pœnitentia nihil prodeſt delinquenti. l. 1. §. ſi quis rem. ſ. depoſiti. l. ſi ea mente. ſ. de furtis. nam reſpondet Bart. d. l. quanuis. num. 1 ſpeciale eſſe in hoc caſu, vt poſt conſummatũ delictũ
4 admittatur pœnitentia, †rationem ſpecialitatis aſsignans: & ſubſcribit Alexan. l. vbi pactum. num. 5. C. de tranſaction. Alciat. l. fin. num. 4. C. de in ius vocand. Sed ea fundamentalior videtur, quòd prædicta citacio erat nulla, vt ſuprà probauimus; vnde propter illam de rigore iuris nulla debuit incurri pœna, quia propter actũ nullum quis non ſolet pœnã incurrere. c. non præſtat. de regu. iur. in. 6. l. ea quidem. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum. Bald. l. 2. num. 3. C. de Epiſcopal. audient. ſed quia nihilominus lex diſpoſuit, vt propter illam pœna incurreretur, vt ſuprà diximus, ita tamen hoc tẽperatũ eſt, vt liberaretur libertus à pœna, ſi propter pœnitentiam patronus liberaretur à moleſtijs iudicij, propter quas prædicta pœna fuit impoſita: & quia verba cum effectu ſunt accipiẽda. l. 1. §. 1. ſ. quod quiſq; iuris. l. pen. § docere. ſ. ne quis eũ qui in ius vocatus eſt. Et in hoc ſenſu admitti poteſt, quod ex d. l. quanuis. collegit Gome. §. ex maleficijs. num. 42. Inſtit. de actio. quòd quando pœna imponitur propter certum finẽ, ſi finis ille non violatur, pœna non incurritur. Admitti etiam poterit, quod ex d. l. quanuis. collegit idem Gomez. §. pœnales. num. 30. Inſtit. de actio. & d. §. ex maleficijs. num. 42. ad finem. quòd in extraordinarijs delictis, poſt delictum conſummatũ admittitur pœnitentia, ſi per illam res videtur reduci ad priſtinũ ſtatum. l. ex hoc edicto. §. fin. ſ. de alienatio. iudicij. per quam hanc doctrinã tradidit Bald. c. 1. in princip. numero. 3. de prohibit. feudi alienat. per Federicum. Iaſon. d. l. quanuis. num. 9. ſ. de in ius vocando. & l. final. col. 3. poſt princip. ſ. de cõdictio. ſine cauſa. Vnde colligo, quòd in ſpecie d. l. quanuis. vt pœna euitetur, ſatis eſt, quòd libertus deſiſtat ab inſtantia illius litis, quia propter hanc pœnitẽtiam ceſſant moleſtiæ & labores iudicij: & pro conſtanti tenet Alciat. l. final. nu. 4. C. de in ius vocando. probat Ordina. lib. 3. tit. 8. §. 1. quidquid Gomez. §. pœnales. num. 31. Inſtit. de actio. exigat, q̃ non ſolùm libertus deſiſtat ab inſtãtia, ſed & cauſæ renuntiet, iuxta. l. poſtquã liti. C. de pactis. Colligo etiam, d. l. quanuis. procedere, quando libertus deſtitit ab inſtantia & citatione, prius quam patronus veniret in iudiciũ: quia tũc clarè ceſſat moleſtia patroni. Et idẽ ſi deſiſtat poſtquam patronus venit in iudiciũ, ſi modò id faciat, antequam ille opponat ſe citatum fuiſſe ſine venia, quia tũc etiã pro maiore parte videtur ceſſare moleſtia, cùm nihil debeat allegare, vel probare: nam ſi poſtquam patronus prædictã exceptionem oppoſuit, pœniteat, nõ liberabit libertus à pœna, quia iam tũc dectũ etiã reſpectu finis videtur perfectũ,
5 †cum contra debitam reuerẽtiam inuitus comparuerit in iudicio: & oportuit allegare, & probare, vt ab eo liberaretur. Item quia poſtquam oppoſuit exceptionẽ, ius annullã di citationẽ, & pœnam petẽdi, ſibi perfectè fuit quæſitũ. l. pen. ſ. de in ius vocando. Vnde in prædictis terminis pœnitentia admitti nõ debet, iuxta regulam. l. ſi is cui. 19. ſ. de legat. 2. Et colligitur ex traditis in ſimili per Bal. cap. 1. in princip. nu. 3. de prohibit. feudi alien. per Federicum, & quia purgatio moræ & culpæ non admittitur, ſi per eã ius actoris fit deterius, vel fiat cũ dãno actoris, vt poſt alios tradit Alex. l. hoc amplius. §. Celſus. num. 7. ſ. de damno infecto. Et confirmatur, quia licèt in poteſtate eccleſiæ, vel minoris, ſit ratificare cõtractum nullum propter defectum ſolẽnitatis, ſi ſibi ſit proficuus, iuxta ea, quæ tradit gloſſ. l. & eleganter. verbo, nullã. ſ. de dolo. & quæ latè Tiraquel. de iure maritali. gloſſ. 8. quæſt. 10. à num. 92. tamen ſi ante ratificationem, in iudicio fuit oppoſitum de nullitate contractus, poſteà ratificatio illius contractus non admittetur. Bald. cap. 1. num. 15. de reſcript. Iaſon. l. non eo minus. num. 1. verſic. limita. C. de procurator. Palac. repe. rubr. §. 68. num. 7. & in alio eleganti caſu tradit Alexan. conſil. 237. perſpectis. in fine. lib. 6. Similiter licet dominus poſſit ratificare geſta per falſum procuratorem. l. 3. §. falſus. ſ. rem ratam haberi. Iaſ. l. licet. nu. 10. C. de procuratorib. tamen ſi ante ratificationem pars oppoſuit de falſitate mãdati, nõ admittetur amplius ratificatio, vt tradit Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num. 33. Ex quibus cauendum eſt à Gomez. d. §. pœnales. nu. 31. dum credit, prædictam pœnitentiam liberti eſſe admittendam, vſque ad ſentẽtiam: allegat gloſſ. d. l. quanuis. verb. pœniteat. ſ. de in ius vocando. quæ tamen non loquitur in terminis illius text. ſed potiùs in terminis. l. in criminali. C. de iuriſdict. omnium iudic. Cæterùm in terminis d. l. quanuis. non admittetur pœnitentia, niſi in caſibus de quibus ſuprà: & colligitur ex traditis in materia per Felinum. cap. ſi diligenti. num. 34. de foro competen. & ex text. §. final. Inſtitu.

6 de pœna temere litigãtium. † Qua etiã ratione non est admittẽdum, quòd post Paul.& Fulgos. resoluit Alexand. d.l. quãuis num. 12.& ibi Socin. num. 13. quòd pœnitentia liberti admittetur vsque ad litis contestationem, iuxta regulam l. si insulam. ĵ. de verborum obligatio. nã verius est, non esse attendẽdam litis cõtestationem, sed potiùs id quod suprà diximus, vt est de mente Iason. d.l. quanuis. ad finẽ. Et patet ex eo, quia aut patronus comparens in iudicio nihil opposuit de nullitate citationis; & tunc citatio videtur confirmata, & pœna non incurritur, vt infra dicemus: aut opposuit de nullitate citationis, & tunc non potest procedi ad litis contestationem. authẽ. sed omnes. & ibi Bald. nu. 8. C. si minor ab hæred. se abstineat. & sic non potest applicari prædicta declaratio. Adde q. & decisio. d. l. quanuis. explicata vt suprà, locum habet in pœna legis, in qua mitius proceditur. l. Celsus. cum gloss. s̃. de receptis arbitr. nam si pœna promittatur casu, quo quis in ius vocetur, pœna conuentionalis censebitur incursa, ex quo ille in ius vocatus comparuit, etsi nihil opposuerit. Alexan. d.l. quanuis. num. 5. & ibi Iason num. 9. Succedit secundus casus d.l. quanuis. vt non committatur pœna, quando patronus citatus noluit comparere in iudicio. Ratio est, quia cùm citatio fuerit nulla, aduersus patronum non comparentem non potuit formari processus. Bald. d. authẽ. si omnes. num. 8. Nequevalebit sententia lata aduersus eum, tanquam contra contumacem. glo. fin. l. si accusatoribus. C. de accusationib. Bald. cap. quaniã cõtra. num. 15. de probatio. nam nulliter citatus, si non compareat, non potest cẽseri contumax. gloss. cap. in causis. verb. venire. de offic. delega. gloss. cap. statutum. §. in nullo. verb. citet. de rescrip. in 6. gloss. fin. cap. veniens. de accusation. Iason in rubric. in fine. s̃. de in ius vocãdo. Afflictis decisio. 366. num. 16. Cùm igitur propter defectũ citationis, quidquid geritur contra patronum, sit nullum, neque ille posit dici contumax, cũ sic cesset omne patroni præiudiciũ, meritò pœna non incurritur. Quod in specie colliges ex Riminald. l. fin. ad finem. & ibi Curt. Iunior num. 10. C. de in ius vocando. & est de mẽte Bart. d. l. quanuis. num. 2. † quidquid aliam rationem effingat Gomez. d. §. pœnales. num. 31. Ex quibus colliges, quòd ille qui nõ cõparuit in iudicio, non potest allegare in præiudicium alterius, se ab eo fuisse citatum: notat Alexã. l. hoc amplius. §. Celsus. nu. 9. ĵ. de damn. infect. Socin. l. quãuis. num. 3. Item quòd decisio d.l. quanuis. in secũdo casu procedet, quando ex ipsa citatione constat, patronum fuisse citatum: cùm enim tunc ex citatione appareat de nullitate citationis, non potest procedi aduersus illum non comparentem. l. non videtur. 1. s̃. de iudic. & ibi Bar. l. si filiusfamil. 2. & ibi Bart. s̃. de interroga. actio. Bald. l. 2. §. quod fiactor. num. 4. C. de iur. iur. propter calumniã dando. optimè procedunt suprà tradita. Sed quando ex citatione non cõstat de illius nullitate, & sic oporteat patronum comparere, & allegare priuilegiũ suum. l. si quis ex aliena. s̃. de iudic. l. 2. s̃. si quis in ius vocat. & aliàs posit procedi aduersus eum ad primum decretum, vel ad multam pecuniariã. Bar. l. non videtur. 1. s̃. de iudic. si iudex aduersus eũ non comparentem procedat, pœna incurretur; quia cessat ratio de qua suprà. Et iuxta hæc explicãda sunt tradita per Alexand. d.l. quanuis. num. pen. dũ post Salice. hunc casum intelligit, quando patronus non comparuit, quia tertius eũ pervim exemit, iuxta. l. 1. s̃. ne quis eũ, qui in ius. Denique quòd d.l. quanuis. in secundo casu procedit, quando citatus non tenebatur comparere in iudicio: nam tunc locum habent suprà tradita. Si enim tenebatur comparere, cùm tũc iustè aduersus illum, tanquam contumacem



procedi posit, non habet locum decisio d.l. quanuis. vt ibi per Alexand. num. 5. Cagnol. l. si quis maior. nu. 88. C. de transactio. Succedit tertius casus expressus in d.l. quanuis. quòd pœna nõ incurritur si patronus non inuitus comparuit in iudicio: in quo casu videtur militare difficultas suprà mota. Sed illi respondendum est, hunc tertium casum duobus modis accipi posse. Primo, quãdo libertus in citatione expressit, quòd inuitus non veniret, sed si vellet comparere, tunc eum citabat: hoc enim casu pœna non committitur; quia cessat irreuerentia: argum. l. cùm donationis. C. de
8 transactio. † in specie Alexand. d.l. quanuis. num. 7. Vel veriùs, quẽ non vocari in ius sine venia, ex rei natura intelligitur, non vocari inuitum: nam cùm vocatio in ius ex sui natura importet, quòd inuitus veniat. l. 1. s̃. in ius vocativt eant non vocari in ius sine venia, per contrariũ importabit, vt sine venia inuitus in ius non vocetur: qđ in specie colliges ex l. 2. s̃. de in ius vocand. adiuncta. l. 1. s̃. quibus ex causis maior. ibi, Eum inuitum. Cùm igitur attenta rei natura, priuilegium contineat, ne inuitus vocetur in ius, si volens veniat, non renuntiat priuilegio: imò sumus extra casum in priuilegio contentũ, vnde meritò pœna nõ cõmittitur. Quare si patronus permitteret se vocari in ius, etiam inuitum sine venia, non valeret is consensus, iuxta regulam huius text. Et in his terminis procedet opinio Decij aduersus magis cõmunẽ. l. 2. n. 10. C. de in ius vocando. Idem, si promitteret, quòd vbi vocaretur in ius, semper volens comparebit in iudicio: quia cùm hanc voluntatem mutare posit. l. si quis in principio. ĵ. de lega. 3. mutata voluntate, impunè vocari non poterit in ius sine venia, vt in simili tradit Bart. l. 1. §. vsque adeò. num. 3. ĵ. de iurijs. Secundo modo potest accipi d.l. quanuis. in. 3. casu. vt si patronus vocatus fuit in ius sine venia, & tamen comparens in iudicio nihil opposuit aduersus citationem, pœna euitabitur: quia nihil opponendo videtur ratificare citationẽ. l fin. C. de exceptio. & sic perinde est, ac si volens compareret in iudicio. Bart. d.l. quanuis. num. 2. & ibi Alexand. num. 8. Iason in fine. Socin. nu. 4. Alexand. l fin. in fine. C. de in ius vocã. & esse communem opinionem asserit Capit. decisio. 56. num. 6 Gomez §. pœnales. num. 33. Instit. de action. Octauia. decisio. Pedamontana. 30. num. 21. Et hunc sensum probauit Ordin lib. 3. titu. 8. §. 2. in fine. inquiens quòd si patronus citatus, sponte velit respondere, neq; petere, quòd citatio annulletur, valebit citatio, & processus, quia eo casu videtur approbare citationem & processum. †
9 Quæ tamen in eo videtur malè composita, dum dicit, quòd citatio sine venia erit nulla, & etiam processus ratione illius factus, & quòd nullam incurret pœnam, nisi citatus sponte velit respondere: nam videtur probare, propter citationem nullam non incurri pœnam: quod est contra text. §. final. Insti. de pœna temere litigant. & suprà tradita. Item videtur probare, quòd quando patronus approbauit citationem, tunc pœna incurratur; quod est contra suprà tradita: & ideò verba illius ita videntur accipienda, siue potiùs emendanda, vt citatio sine venia sit nulla: item & processus ratione illius factus: & nihilominus libertus, qui vocauit in ius patronum sine venia, incidet in pœnam quinquaginta aureorum, nisi sponte sua velit patronus respondere, & approbare citationẽ: quia tunc libertus liberabitur à pœna, iuxta suprà tradita. Et aduertes, quòd dũ Bart. d.l. quanuis. num. 2. allegat. l. fin. C. de exceptio. videtur sentire, quòd si patronus ante litem contestatam non opposuit de nullitate citationis, sed passus est litem contestari super causa principali, non potest amplius opponere de nullitate citationis, neq; petere pœnam: qđ ex-

expressit Iason d.l.quanuis.in fin. Curt. Iunior.l.fin.num.10.C.de in ius vocando.Octauian decisio.30.num.21.Et est ratio,quia si citatio sit nulla, non potest validè fieri litis contestatio, vt suprà diximus. Vnde qui patitur litem contestari,tacitè vult citationem valere:argumen.l.2.ſ.de iurisdict.omnium iudic.& sic perinde haberi debet, ac si à principio volens venisset ad iudicium, iuxta regulam.l.fin.C.ad Macedonianũ. Ex quibus inferas annotationem ad tradita per Curt.Senior.l.fin.in fin. C.de in ius vocand. dum inquit, ideò si patronus nihil opposuit, valere citationem, quia præsentia partis purgat vitium citationis.gloss.l.1.verb.sciẽtia.in fin.ſ.de ferijs.quam extollit Felin.cap.1.nu.18. de iudic.&.c.illud num.8.de præsumpt. Hippolyt.l.de vnoquoq;.num.43.ſ. de re iudic. hæc enim ratio non est tuta, quia præsentia partis ideò purgat vitiũ citationis,quia præsentia partis habetur loco nouæ citationis.l. de vnoquoq;.ſ. de re iudicat.Quod nostris terminis applicari non potest:nam patronus præsens non potest haberi pro citato sine
10 venia prætoris,† vt aduertit Alexand. d. l.quanuis.nu.8.in fin. & ideò tutior videtur ratio suprà tradita.Cui addere debes,quòd si patronus approbet citationẽ,adhibita tamen protestatione, quòd ius petendi pœnam sibi sit saluum,tunc pœnam petere poterit: quia expressum facit cessare tacitum.l.cùm ex filio.§.1. ſ.de vulgari. & quanuis annullatio citationis,& pœnæ incursio, ex eadẽ causa pendeant, & sic videantur connexa:tamen cùm vnum non veniat ad determinationem alterius,sed quodlibet per se subsistat, censentur diuersa capitula, ita vt patronus possit vnum approbare, & aliud reprobare.l.etiam.§.1.ſ. de minorib l.Aurelius.§.idem quæsijt. & ibi Bart.in fin.ſ.de liber.legat. Menoch.libro.2.de arbitrar.casu.95.num.19. Itẽ adde, quòd licèt in d.l.quanuis.prædicti tres casus æquiparentur: illa tamen æquiparatio intelligenda est,quoad effectum,vt libertus liberetur à pœna:sed quoad alios effectus est differentia: nã in duobus primis casibus citatio est nulla,& processus virtute illius factus.Alciatus.l.fin.num.4.ad finem.C.de in ius vocand. quidquid controuertat Gomez. d.§.pœnales.num.33.Sed in vltimo casu validatur citatio,& processus, vt suprà diximus.Ex hac igitur conclusione nostri text. ita explicata,& defensa,multa inferuntur notabilia, & quotidiana in practica.Et primò infertur explicatio ad.l.ad egregias.15.ſ.de iureiurand.vbi ponitur priuilegium competens egregijs personis,vt non cogantur compare re coram iudice ad ferendum testimonium,sed potiùs iudex debeat ire ad illorum domos, & ibi accipere prædictorũ testimonia: quod non solùm de honestate,sed etiam de necessitate esse obseruandum, tradit Felin. cap. si qui testiũ. num.3. de testib.probat Ordin.lib.1.tit. 63.§.Edas inquiricoens.ad finẽ. Est igitur quæstionis, vtrùm egregia persona possit huic priuilegio renuntiare? & cũ sit fundatum in reuerentia debita personæ, videtur dcendum,illi renuntiari nõ posse,iuxta regulam huius text. quod ita tenet Cyn.l.neque honorem. C. de Episcop.& cleric. & extollit Romanus singular.169.Alberic.& Alexand.d.l.ad egregias.Felin.d.cap. si qui testium.nu. 3. de testib.Gomez.§.pœnales. nu.30. Instit.de actio.& latè defendit Mencha ca de successio.creatio.§.22.num.83.& videtur tex. pro hac sententia cap.2.ad finem.de iudic.in.6. Contrariam nihilo
11 minus opinionẽ, † imò valere renuntiationem prædicti priuilegij, tenent Roman. & Aretin.d.l.ad egregias.& ibi Iason num.1.& tandem Gomez.cap 2.n. 51. de iudic.in.6.Baeça tractat.de debitore inope.cap.16. num.41. & num. 61. & videtur text l.pen.C.de pact vbi priuilegio competenti ratione dignitatis per-



personæ renuntiari potest. Neque obstant adducta pro contraria opinione: nam ad primum de regula huius text. respondet Couarr. cap.quanuis pactũ. de pact.in.6.2.parte.in principio. nu. 8. ad finem.quòd regula huius text.procedit,quando priuilegium conceditur nõ solùm ratione reuerentiæ, sed & simul ratione pietatis, & naturalis dilectionis: & si hæc duo non concurrant, priuilegio renuntiari potest. Sed non placet hæc responsio, quia text.is tantùm fundat se in debita reuerentia, propter quã solam dicit, priuilegio renuntiari non posse:vt etiam colligitur ex.l.fin. C. de bon.libertor.tradit Gomez.cap.2.num. 48.de iudic.in 6.& ideò melius respondebitur, quòd priuilegium concessum egregijs personis, accipiendũ sit in hoc sensu,vt licet testis compellendus sit cõparere coram iudice ad ferendum testimonium, iuxta tit.de testib. cogendis. tamen egregia persona priuilegium habet, ne inuita cogatur ire ad domum iudicis pro testimonio ferendo.cap. 2. in princip. ibi:Inuitas. de iudic.in.6. Si ergo volentes eant, magis videntur fecisse actum non comprehensum in priuilegio, quàm contra priuilegium venisse, vt in simili suprà diximus.Item & respõdebitur,quòd regula huius text. procedit in ea reuerentia, quæ debetur alteri tanquam capiti, siue superiori: nam huiusmodi reuerentiam debet vxor marito.cap.est ordo.& cap.mulierem.33.q. 5.priuilegio enim fundato in hac reuerentia renuntiari nõ potest, quia ex hac renuntiatione resultat quid contra ius naturale,qd̃ dictat vt superioribus reuerentiam exhibeamus.l.veluti.ſ.de iusti. & iure.cap.2.de maiorit.& obedien.Sed quando priuilegium alicui competit ratione alicuius reuerentiæ debitæ eius personæ,& quæ tamen ei non debetur tanquam capiti, siue superiori, huic iuri reuerentiali renuntiari potest.d.l. pen. C.de pactis. ibi, Dignitatis. & in specie
12 Baeça tractat. de debitore inope. c. 16. nu. 59. † Non obstat secundum de cap. 2.ad finem.de iudic.in. 6. quia loquitur in monialibus,quæ etiam volentes non possunt exire à claustris monasterij,pro ferendo testimonio, vel alia quacumq; re,vt aduertit Felin.cap. si qui testium. num.3.de testib. quia huiusmodi priuilegium non conceditur eis ratione dignitatis personæ,sed potiùs,quia ratione voti,& religionis quam professæ sunt, non possunt exire à clausuris: vnde in his terminis renuntiatio meritò valere non debet,iuxta regulam.l. pacta quæ contra.C.de pact.& in specie Felin.cap. si diligenti.num.24.de foro competen. Et ex his venit reijcienda consideratio Cyni.l.neq; honorem.C.de Episcop. & cleric.quòd licet egregia persona non possit generaliter renuntiare prædicto priuilegio, poterit tamen ei renuntiare in casu particulari:subscribit Felin.d. c. si diligenti.num. 24.Iason d.l. ad egregias.num. 5.Gomez. cap.2.num.51. de iudic. in 6. nam confunditur ex suprà traditis: nam si prædictum priuilegium esset fundatum in reuerentia, de qua is text.agit,neque in casu particulari posset ei renuntiari, vt clarè probat is text. Quoniamautem prædictum priuilegiũ fundatur in alia diuersa reuerẽtia, ideò illi,& generaliter, & in casu particulari renuntiari potest,vt tradit Couar.c.quãuis pactum.2.part.in principio. num.8. ad finem.de pactis.in.6.& Baeça de debitore inope.cap.16.num.61. Similiter & ex prædictis venit reijciendum quod tradit Andre.Sicul.c.lator.num.5.de pignorib.dum tenet, quòd vbi priuilegiũ conceditur propter honestatem personæ,vel sexus, non potest illi renuntiari: allegat cap.2.ad fin.de iudic. in. 6. & idẽ sentit Gomez.§.pœnales.num.32.Inst. de actio.nam verius est, & huic renuntiari posse,vt infrà latiùs probauimus in 4.illatione. Neque obstat cap. 2. de iudic.in.6.quia diuersam habet rationem,
vt

vt suprà ostendimus. Secundò principaliter ex regula huius text. infertur vera resolutio ad eam dubiã quæstionẽ, præsupposito priuilegio nobiliũ, quid pro debito ciuili carcerari non possunt: arg. l.medicos.C.de professorib.& medicis. lib.10.probat.l.4.tit.2.lib.6.ordinamen. quod & iure communi dicit receptum Couarr.resolu.lib.2. cap.1.nu.4.& Mencha. de successio.creatio.§.22.num.75.
13 † imò neq; pro delicto, vt per Tiraquell. tracta.nobilitatis.cap.20.num. 30. probat Ordin.Portugaliæ.lib.5.tit.67.Quãuis contrarium in Castella disponat.l.6. tit.2.lib.6. ordinamenti.Similiter,quòd non posit ratione debiti fieri exequutio in armis,equo,& domo habitationis nobilium.gloss.l.nepos Proculo.verbo, dignitate.ʃ.de verbor.signi.l.3.tit. 2.lib. 6.ordinamẽti.Dueñas regul.275.in. 3.limitatio.vtrùm nobiles huiusmodi priuilegijs renuntiare posint?& Couar. cap. quanuis pactũ.2.parte. in princ. à nu. 5. de pact.in 6.asserit,quòd cùm hæc quæstio incidisset in Granatẽsi prætorio,valdè fuisse controuersam, & tandẽ determinatum,validam fuisse huiusmodi renũtiationẽ,propter regulam generalẽ.l. pen. C.de pactis. & idẽ tenet Gregor.l. 34.tit.fin.partit.7. in glo.De sangre.Mẽchac.de successio.creatio.§.29.num.17. ad fin.&.§.30.nu. 295. & hanc opinionẽ obtinuisse asserit Horosc.l. ius agnationis.nu.2.s̃.de pact.& latè comprobat Baeça de debitore inope.cap.16.à num. 37.& latiùs Gutier. de iurament. confirmator.1.par.cap.16. à nu.37.Contrarium tamen, imò prædictam renuntiationẽ esse inualidam,tenet Anton. Gomez.l.Tauri.79.num.3.&.2.tom.c. 11. num.54.& latè Menchaca de successio. creatio.§.22. à num.75. Otalora de nobilitate Hispaniæ.2.part.3. principal. q. 9.num.8. & alios referens tandem magis probat Gutierr.de iuramento confirmator.1.part.cap.16.num.61. & securè Tessaurus decisio.Pedam.36.n.5.Et pro hac parte adducitur,q; prædicta priuilegia conceduntur nobilibus, propter reuerentiam,quæ eis debetur: ergo huic priuilegio renuntiari non potest, iuxta regulam huius text. Secũdò adducitur cap.si diligenti.de foro compet.vbi tex. probat,clericũ nõ posse renuntiare priuilegio fori,quia illud fuit cõcessũ in honorẽ totius ordinis clericalis: quod etiã probat.c.contingit.1.de senten.excommunicatio.Ergo idem recipiendum est in priuilegijs concessis ratione totius nobilitatis. Sed nihilominus prima opinio verior est ex.l. pen. C.de pact. ibi, Dignitatis,id est,nobilitatis, iuxta tradita per Bart.l.1.num.46. C. de dignitat. libro. 12. Neque obstant adducta pro contraria opinione: nam ad primum de isto text. respondetur loqui de priuilegio, quod fundatur in reuerentia alicui debita, tanquam capiti, siue superiori, vt suprà diximus.Planè reuerẽtia,quæ debetur nobili, non debetur tanquam
14 capiti,vel superiori, & ideò priuilegio in eanõ fundato renuntiari potest.† Itẽ is text. procedit, quando reuerentia debetur renuntianti respectu rei,quæ exigitur ab eo, vtpote respectu dotis l.vnica.§.cùm autem. C.de rei vxoriæ actione. nobili autẽ nulla debetur reuerẽtia respectu debiti quod ab eo exigitur.gl. final.l. 3. C. de nouationib. Alexand. hîc numer. 6. ergo sumus extra terminos de quibus agit is text. Non obstat secundum de regula cap. si diligenti. de foro competenti. quia respondet Couar.dict.cap.quanuis pactum. 2. parte.in principio. num. 9. quòd ideò illo casu non valet renuntiatio priuilegij fori, quia talis renuntiatio tenderet in derogationem honoris status ecclesiastici, cùm clerici secularia tribunalia non posint frequentare, absque dedecore, & indecentia totius ordinis. cap. 1. &.2. ne clerici, vel monachi. Cùm igitur prædictum priuilegium contineat, & vtilitatem priuatam, & etiam



etiam publicam omninò inseparabilem à priuata, meritò non valet prædicta renuntiatio: Felinus dict.cap. si diligenti. num.16. Quæ ratio cessat in renũtiatione priuilegij facta per nobilem: nã quãuis nobilis ducatur in carcerem propter debita,nõ per hoc infertur dedecus,vel indecentia toti nobilitati, cùm nobiles frequenter in carceribus soleant poni, saltem propter delicta,eo maximè, quia is nobilis facilè euitare potest molestiã carceris cedendo bonis.l.1.C.qui bonis cedere poss. Sed non placet hæc responsio,quia maius dedecus & indecentia videtur inferri toti nobilitati,si aliquis de eorum numero detrudatur in carcerẽ propter debita, quã videatur inferri ordini clericali,si clericus ius suum prosequatur corã iudice seculari, coram quo in principio ecclesiæ iura sua prosequebantur iuxta titul.C.de episcop.& clericis nec hoc censebatur tendere in dedecus totius ordinis. Et ideò melius respõdetur,quòd in sacerdotibus videtur versari ius publicum principaliter.l.1.§.huius studij.s̃.de iustit.& iure.ita vt in illis ius principaliter publicum propriè verificetur. Alciatus l.pupillus. §. munus. numero.2.ʃ.de verborum signification. Priuilegium igitur concessum sacerdotibus tanquam talibus, ius publicum videtur continere:argumen.l.plenum. §. equitij. s̃. de vsu & habitat. Vnde meritò illi renuntiari non potest. l. ius publicum.s̃.de pact. Quã rationem expressit Summus Põtifex d.c.si diligenti.in prin
15 cip. † Inde igitur inferri non potest ad priuilegium concessum nobilibus:nam in illis non videtur consistere ius publicum principaliter,sed potius priuatũ,& publicũ tàtũ secũdariò in illis cõsiderari potest, cui iuri proculdubio renuntiari potest.l.penult.C.de pact.tradidimus l. 1.in.1.p.s̃.eo.facit ratio.l.si quis rogatus. 53.ʃ.de fideic.liber.& ita in effectu Baeça tract.de debitore inope.c.16.n.65. & n.70. Et confirmatur prædicta respõsio per l.2.ʃ.ad municipales.iunctis ibi notatis per Bart.nu.7. quòd id dicitur ius publicum principaliter, cuius vtilitas principaliter respicit totam Rempublicam, illud verò dicetur ius priuatum,cuius vtilitas principaliter respicit priuatos, licet in consequentiam videatur resultare etiam vtilitas publica:subscribit Aret. cons.2.num.18.Tiraquel.tract.primog. q.24.numero.19.Semper enim solet attendi principale, & non quod venit in consequentiam.l.1.ʃ. de autho.tutorũ. gloss.2.c.quanuis pactum. de pact. in.6. Priuilegium igitur concessum sacerdotibus,tanquam talibus,ius publicum videtur continere,quia eius vtilitas respicit sacerdotes tanquam tales, in quibus ita consideratis videtur contineri ius publicum principaliter.l.1.§.huius studij, s̃.de iust.& iure.Sed extra hunc casum,si vtilitas priuilegij principaliter respiciat priuatos,& in quibus non videatur consistere ius publicum principaliter,sed tãtùm secundariò, poterit illi renuntiari, vt suprà dictum est. Vnde ex dicto capit.si diligenti. illud tantùm colligi potest, quòd vbi priuilegium conceditur tanquam ius publicum, illi renuntiari non potest. Quare si in priuilegio principaliter concesso priuatis, exprimatur clausula, quòd consideretur tanquam ius publicum,illi renuntiari non poterit l.2.cum gloss.C. de agricol. & censit. libro.ii.l. 2.§. sed quia veremur. C.de iure iurando.propter calumniam. sentit Bartol.l.si quis pro eo.numero.8. ʃ. de fideiussorib.expressit Alciat.cap. cum contingat.numero.30.de iureiurand. quidquid Imol.ibi num.36.vers. sed potes.cõtrarium sentiat: & in hoc sẽsu accipiẽda sunt quæ in proposito tractat Matienço l.2.tit.2.lib.5.ordinamen.glos.3.n.16.In dubio autem priuilegium principaliter respiciens priuatos, dicetur continere vtilitatem priuatam principaliter, ac proinde illi renuntiari potest,vt suprà diximus. Pariter & priuilegijs concessis

magistratibus, tanquam talibus renuntiari non poterit, quia in his etiam versatur ius publicum principaliter, d. l. 1. §.
16 huius studij, † & sic militat eadem ratio, quæ in sacerdotibus. Quare si volẽtem iudicem percutias, nihilominus tenebe ris eadem pœna, qua tenetur iudicem simpliciter percutiens, quia cum huiusmodi priuilegium ius publicum videatur continere, voluntas iudicis nihil operatur, nec potest facere quin puniatur ea iniuria, quæ reipublicæ videtur facta, propter percussionẽ magistratus. ca. contingit. 1. de sentent. excommunica. & ibi gloss. 1. expressè Alexand. l. quanuis. in fine. §. de in ius vocand. Vnde magistratus non poterit renuntiare priuilegio. l. 2. §. de in ius vocand. quòd inuitus non possit in ius vocari, quanuis volens venire possit, quia in hoc casu non reperitur priuilegiatus. l. 1. §. quibus ex causis maiores, ibi, Eum inuitum. Ex his igitur patet, veriorem esse opinionem, quòd nobilis possit renuntiare priuilegijs, de quibus supra: vnde sine dubio valebit, si adsit iuramentum: Gutierrez de iuramento confirmato. 1. parte. capit. 16. numero. 62. aduersus Anton. Gom. l. Taur. 79. numero. 3. &. 2. tom. cap. 14. numero 24. Neque puto admittendam concordiam Couarru. dict. cap. quanuis pactũ. 2. parte. in principio. numero. 8. q. nobilibus multa competunt priuilegia, quorum aliqua directò tendunt ad reuerentiam, & honorem eis exhibendum, vt locus sublimior inter plebeos. §. aliam. cũ gloss. Instit. de bono possessio. & quòd in honoribus adipiscendis præferantur plebeis, & huiusmodi priuilegijs nobiles renũtiare non possunt, quia per talẽ renuntiationem toti nobilitati præiudicaretur: ac ita militat ratio. c. si diligenti. de foro competenti. Alijs autem priuilegijs non prędicta ratione competentibus, renũtiare possunt: nam hæc cõsideratio ex supradictis confunditur: nam d. ca. si diligenti. diuersam habet rationẽ, vt suprà ostẽdimus, & præiudiciũ, quod toti nobilitati videtur inferri, venit in consequẽtiam: quod præiudiciũ non solet esse in consideratione: gloss. 2. cap. quãuis pactũ. de pactis in. 6. & gloss. 2. l. de vnoquoque. ℣. de re iudicat. † Neq; etiã placet cõcordia Gregorij reg. 34. tit. 34. p. 7.
17 in gloss. De sangre. dum cõcludit, quòd nobilis poterit renũtiare priuilegio, ne carceretur propter debitum: cæterùm renuntiare non poterit priuilegio, ne nobilis torqueatur, de quo l. nullus. C. ad l. Iuliam Maiestat. l. milites. C. de quæst. l. 24. titulo. 21. partit. 2. & l. 2. tit. 30. partit. 7. & l. 13. titulo. 7. libro. 2. ordinamenti. tradit Ripa l. Centurio. nu. 14. ℣. de vulgari. Otalora de nobilitate. 5. parte. cap. fina. numero. 4. quia scilicet nobilis non est dominus membrorum suorũ, vt possit consẽtire illa torqueri. l. liber homo. §. ad l. Aquiliam. subscribit Auiles de prætoribus, in prooemio. pagina. 7. numero 26. & Baeça tractatu de debitore inope. cap. 16. numero. 56. Otalora de nobilitate Hispaniæ. 2. parte. 3. principal. capitulo. 9. numero. 8. hanc distinctionẽ Gregorij non admittit, contendens, nobilẽ non posse renuntiare priuilegio, quòd propter debitum non ducatur in carcerẽ, quia & qui consentit corpus suũ carceri deputari, amittit dominium naturale sui corporis, & sic militat eadẽ ratio, quæ in tortura. Ego verò existimo nobilem posse renũtiare priuilegio, ne torqueatur, iuxta regulam. l. penultimæ. C. de pactis. Nec obstat Gregorij ratio, quia si nobilis consentiret, se posse torqueri, non præcedentibus legitimis indicijs, is consensus non valeret, quia non est dominus membrorum suorum. dict. l. liber homo. §. ad l. Aquilian. Sed si præcedant legitima indicia, & propter quæ lex iubet delinquentem torqueri. l. 1. in principio. ℣. de quæstio. tunc valebit illius cõsensus, quia eius consensus non facit eum torqueri, sed potius dispositio legis: ipse autem tantùm priuilegio suo



suo renuntiat, quod validè fieri potest, iuxta regulam. l. penultima. C. de pact. Et iuxta hæc venit explicandus text. l. omnes iudices. 33. C. de decurio. lib. 10. qui videtur probare, non valere consuetudinem, quòd nobilis torqueatur: notat Bart. ibi Grammatic. voto. 1. num. 12. Dueñas regula. 290. nume. 4. Brunus tractat. de cessio. bonorum. 4. par. quæst. 11. num. 11. nam ex supradictis dicendum est, quòd licet non valeat consuetudo, vel statutum, quòd nobilis torqueatur, valebit tamen pactum: vt in simili tradit Panormit. cap. cum dilectus. num. 16. de arbitris. Et est ratio differentiæ, quia consuetudo vult, nobilem etiam inuitum torqueri: pactum autem inducit, vt volens torqueatur, propter quem consensum videtur cessare iniuria. l. cum donationis. C. de transactio. facit l. quanuis.
18 11. §. de in ius vocand. † Tertiò principaliter ex conclusione huius textus infertur resolutio ad eam controuersã quæstionem, vtrùm clericus possit renuntiare priuilegio capit. Odoardus. de solutio. quòd scilicet non fiat executio in eius bonis vltra quã facere possit? Circa quã quæstionem de duobus videndum est. Primò, vtrùm prædictum priuilegiũ clericis competat? Secundò, vtrùm illi possint renuntiare? Et quoad primum videtur dicendum, clericis prædictum priuilegium non competere, quia d. c. Odoardus. tantũ probat, quòd si clericus non possit solidum soluere, nõ sit ob hoc excommunicandus: non tamen probat, ei esse relinquenda necessaria ad vitã sustinendam. Item videtur text. authẽtic. vt determinatus sit clericor. numerus. §. §. cũ verò. coll. 1. vbi si ecclesia est oppressa ære alieno, permittitur ei, vt possit cedere bonis: ex quo innuitur, non habere priuilegium, ne condemnetur vltra quã facere possit, quia aliàs frustranea esset cessio, vt aduertit Panormit. cap. Odoardus. nu. 8. de solutio. Si igitur ecclesiæ nõ competit prædictum priuilegiũ, ergo à fortiori nec clerico: & ita in specie Rom. sing. 559. Ang. §. finum. 9. & ibi Ias. n. 10. Inst. de actio. Neuiz. cons. 59. in princip. Sed his non obstantibus, dicendum est, prædictum priuilegium clerico competere: nam si competit militi armatæ militiæ. l. miles. 6. ℣. de re iudica. ergo & militi cœlestis militiæ: vt ibi per glo. 2. & probatur c. Odoardus. de solutio. ibi: Nõ possit soluere. adiuncta l. nepos Proculo. ℣. de verbor. signif. & ita communi opinione, & praxi receptum est, vt asserit Viuius libro. 2. communium, opinione 45. & Brunus tract. de cessio bo. 3. q. principali. numer. 11. latè Gutier. de iuram. confirmato. 1. p. c. 17. à nu. 1. & à nu. 7. & Baeça de inope debitore. c. 17. num. 2. notab. Couar. resol. libr. 2. c. 1. num. 9. Menoc. libro 2. de arbitrar. casu. 183. n. 30. Neque obstant contraria: nam ad primũ respondetur, quòd imò d. c. Odoardus. de solutio.
19 bene probat communem, inductum vt suprà. † Non obstat secundũ, quia licet fateamur, ecclesiæ non competere prædictum priuilegium, non ob id sequitur, non debere competere clerico, quia ecclesia est res incorporalis, neque indiget necessarijs ad sustinendam vitam. Nec obstat si dicas, saltem necessarijs indigere ad alendos ministros, quia respondetur, quòd si ecclesia adeò est pauper, vt non possit alere ministros, tunc parochi cogendi sunt ministris necessaria submi nistrare. vt tradit Panor. c. de rectorib. n. 6. de cleric. ægrotan. & ca. significatum. n. 8 de præb. & c. 3. n. 6. de pig. & in rub. n. 3. de paroch. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. & q. 100. art. 3. Syluester verb. decima. q. 2. Couarru. resolutio. libro. 1. capit. 17. numero. 3. elegans. l. 9. tit. 19. partit. 1. & ibi Gregor. Que ratio cessat in clerico, quia si non haberet prædictum priuilegium, cogeretur mendicare, in opprobrium totius ordinis clericalis, & ideò prædictum priuilegium ei conceditur: quod etiam necessarium est ei, qui beneficium ecclesiasticũ obtinet. Cum enim in

in illius fructibus sit facienda executio. c.2.de fideiussor. adhuc cogeretur mendicare,si prædictum priuilegium ei non concederetur. Neque enim parochi hoc casu tenebuntur eum alere, cùm culpa sua in prædictam inopiam inciderit,iuxta tradita per Felinum capit. quæ in ecclesiarum.numero.67.de constitutionib.Item secundò respondeo, quòd licet text. d.authen.vt determinatus sit clericor.numerus.§. cum verò. collatio. 1.probet,quòd Ecclesia possit cedere bonis,non ob id sequitur,id priuilegium illi non competere:nam & clericis competit priuilegium d.c.Odoardus.de solutio.& tamen si eo neglecto,magis velint cedere bonis,id eis licebit. Ancharra. capit.Odoardus.numero.7.& ibi Imol.numero.13.de solutio.Afflict.libro.1.constitutio.rubric.66.numero.6. Neuizan. consilio.59.numero.2. diximus.l. maritum. ſ. eodem, numero. 2. & infrà latius dicemus.Quoad secundùm,vtrùm clericus possit renuntiare huic priuilegio?videtur prima facie dicendũ,quòd sic:nam clerico conceditur hoc priuilegium eadem ratione,quo illud concedi tur militi armatæ militię:gloss.2.l.miles. j.de re iudic.Sed miles potest huic priuilegio renuntiare.l penult.C.de pact.ibi, Propter cingulum militiæ: & ibi notat Deci.numer.28.ergo & clericus.Secundò,quia d.l.penult.C.de pact.pro regula proponit, licitum esse renuntiare priuilegio cõpetenti ratione sacerdotij: † qd etiam probat l.si quis in scribẽdo. C. de episcop.& cleric.à qua regula non videtur recedendum, nisi in casibus,in quibus contrarium in iure inuenitur expressum.l.ab ea parte.ſ.de probatio.Sednon inuenitur expressum, quòd clericus nõ possit renuntiare huic priuilegio: ergo prædicta renuntiatio licita esse videtur. Sed his non obstantibus, verius & receptius est, prædicto priuilegio clericũ renuntiare nõ posse,vt tenẽt Hostiens & Ioan. Andr. d.c. Odoard.quos ibi sequitur Andreas Sicul.numero.2. Antonius consi.41.Neuiz.cons.59.num.7.Gutierrez de iuramento confirmator. 1. parte. c.17.num.34.& Baeça de inope debitore.c.17.num.5.& Couarr.resol.lib.2.c.1. nu.9. Pro qua opinione facit,quòd hoc priuilegium concessum clericis pauperibus,videtur eis concessum tanquam ius publicum.l.1.§.huius studij.ſ.de iusti.& iur.vt suprà diximus.Ergo clericus illi renuntiare nõ potest.l.ius publicum.ſ. de pactis. Secundò, quia hoc priuilegium ideò clericis pauperibus concessum est, ne illi cogantur mẽdicare, in opprobriũ totius ordinis clericalis. Ergo illius non debet valere renuntiatio.c. si diligenti. de foro competenti.Neque obstant adducta suprà in contrarium, nã ad primũ respondetur, quòd imò, neq; miles potest renuntiare prædicto priuilegio, vt hîc tenet Alex.nu.6.motus ex doctrina gl. hîc, q̃ quis nõ potest renuntiare priuilegio cõpetẽti ratione personæ: & subscribit Ias.d.l.miles.n.1.Duar.l.ex diuerso.§.1.ſ.eo.sentit Ant.cons.42.& subscribũt Auiles de prætorib.in proœmio.c.7. num.27.& Brunus tractat.de cesio.bono.quæst.4.principali.quæst.11.numer. 15.Baeça de debitore inope.c.16.n. 82. & nu.87.Sed non placet hæc responsio, quia ei repugnat.l.penult.C.de pact.ibi, Propter cingulum militiæ: & in specie contrariũ tenet Ripa d.l.miles. in princ. num.2.Neque obstat authoritas gl hîc, quia debet intelligi,quòd renuntiari nõ potest priuilegio competenti ratione personæ,id est propter reuerentiam debitam personæ,vt hîc explicat Bart.n.5. & se explicat glos.l.si conuenerit.j. de re iudicat.Extra autem hos terminos,falsa erit glos.traditio,vt constat ex l. penult. C.de pactis.† Et ideò melius respondetur, quòd licet miles possit renuntiare priuilegio suo,non ob id sequitur,quòd etiam clericus possit. Ratio differentiæ est, quòd in priuilegio concesso militi nõ potest considerari ius publicum, nisi secũdario, & in consequentiam:in priuilegio autem concesso clericis consideratur ius publicum principaliter,& ideò miles renuntiare poterit priuilegio suo, non sic clericus, vt suprà diximus. Nec obstat secundũ de regula.l.penultim.C. de pactis.quæ probat licitam esse renuntiationem priuilegij competentis ratione sacerdotij:nam est aduertendum, in contrarium vrgere decisionem cap. si diligenti.de foro competen.Sed respõdent Salicet.dict.l.penult.numero.3. & ibi Paul.numero.4.Riminald.numer. 5. & Deci.numero.28.quòd d.c. si diligenti. loquitur in priuilegio concesso toti ordini clericali.Si verò certo clerico cõcedatur priuilegium, ne cõueniatur coram ordinario, sed coram alio iudice, huic priuilegio tanquam particulari clerico concesso,renuntiari poterit,vt colligitur ex d.c.si diligenti.ad finẽ. ibi: Cũ beneficium hoc nõ sit personale,sed toti collegio clericorum,&c. Sed non placet hæc responsio, quia nimis restringit generalitatem d.l.penult. C.de pact. & ideò vera concordia colligitur ex dict. cap.si diligenti.ad finem.quòd aut priuilegium conceditur toti clero publicè, id est vniuersaliter, siue omnibus, & cuilibet clericorum:argum.§.cõsequens. Instit.de suspect.tutorib.& in princip.Inst. de public.iudicijs.& huic priuilegio renũtiari nõ potest d.c.si diligẽti.Rationẽ ẽ reddit Soc. post Hostiens.reg.339.n.5. aut conceditur clero certæ prouinciæ, & tunc huic priuilegio renuntiari poterit.d.l.penult.C.de pactis.& videtur expressum.c.dilecti.de foro compet.& ibi notat Panorm.numero.2.Ratio differẽtiæ est,quia quando priuilegium conceditur toti clero, habitus videtur respectus ad qualitatem clericatus, in qua ius publicum cõsistit.l.1.§.huius studij.ſ.de iust.& iure.ac ita inducetur regula. l. ius publicũ. ſ. de pact. Sed quando conceditur clero vnius prouinciæ limitatiuè, principaliter videtur habitus respectus ad fauorem prouinciæ,aliàs toti clerò vniuersaliter concederetur. Cùm ergo principalis respectus sit prouincia, & nõ qualitas clericatus,non consideratur tã quam ius publicum principaliter,sed secundariò,† & ideò est licita renuntiatio, iuxta suprà tradita. Prout & in simili videmus,quòd statuta facta contra priuilegia concessa Ecclesiæ vniuersali, dicũtur esse aduersus libertatem ecclesiasticam.authentic.cassa.C.de sacrosan.ecclesijs.non sic statuta facta aduersus priuilegia concessa alicui ecclesiæ particulari.Cardin. capit. perpendimus.numero. 13. de sententia excommunicatio. quem sequitur Antoninus in summa.3. parte. titulo. 12. capite. 2. §. 5. Caietanus in summa. verb. excommunicatio. capite. 31.versicul.quinto. Nauarr. in manuali.capite.27.numero.119. Ex hac igitur responsione,inferendo ad nostrum casum, dicendum est,quòd cùm priuilegium hoc concedatur vniuersaliter omnibus clericis pauperibus,vbicunque sint,huic priuilegio tanquam ius publicum continenti renuntiari non potest,iuxta rationem.d.c.si diligenti. adiũcta l.quæ de tota.ſ.de rei vendic.nam & concessum ecclesiæ, vel clero, in dubio creditur ius vniuersale continere. auth. de non alienand.§.si verò in perpetuam. in fine.colla.2.Baldus authentic.nisi.numero.13.C.ad Trebellian.Afflict. decisio.24.numero.7. Et ex his dubium redditur,quod suprà tradidimus, clericum posse,repudiato hoc priuilegio, recurrere ad beneficiũ cesionis bonorũ: nã cũ is recursus in effectu importet,illi omnia esse auferẽda,& sic cogẽdũ esse mẽdicare,videt quòd hoc ei non debeat licere, iuxta suprà tradita.Sed respõdẽdũ est, q̃ priuilegiũ hoc,tãtũ permittit clericis ius retẽtionis:sed si spõte cedant bona creditoribus,vel aliàs spõte eis soluant, sumus extra terminos retentionis, & sic extra terminos priuilegij, vnde talis consensus prædictis, iuxta regulam

20

21

22

præiudicabit, vt probat.l. nam & maritus.s.de condit.indeb.Si igitur clericus, vel maritus paciscantur, ne vtantur hoc priuilegio,in casu, in quem conceptum est,si nihilominus mutata voluntate eo vti velint,vtique poterunt, iuxta regulã huius textus: sed si persistentes in eadẽ voluntate,vel sponte solidum soluãt,vel patiantur executionem in solidum fieri, prædicta solutio,vel executio valebunt, quia is casus videtur esse extra casum, in quo priuilegium conceptum est, vt diximus l.maritum. num. 26.s.eod.† Item &
23 iuxta prædicta venit explicãdum id, qd tradit Gom.in compendio vtriusque signaturæ.col.pen.quòd si quis debeat pẽsionẽ, cum clausula, Sine retardatione pensionis. aduersus petentem pensionẽ non potest opponi priuilegiũ.c. Odoardus.de solutio. quia obligat se in forma cameræ, & sic præcisè tenetur soluere: & quia id iurat,vnde præcisè tenetur iuramentum obseruare. c. ad nostram.de iureiurand. Nam ex supradictis dicendum est,quòd non tenebitur soluere,nisi pẽsionarius præstet cautionem, quòd in casu,quo constet ei competere prædictum priuilegium,restituet id, quod ratione priuilegij retinere poterat:argum. l. penultima.s. de petitio. hæred.nec enim propter prædictam præcisam obligationem,amittit priuilegium: Bald. l.1.num.3.C.qui bonis cede.possunt. & contra Gom. tenet in terminis Couarr. resol.lib.2.cap.1.num.9.vers.quoties verò.&Baeça de inope debitore.cap.17.n. 6.Quartò principaliter ex conclusione huius textus infertur vera resolutio ad tradita per Bartol.l. si quis sub conditione.num.18.j.de testament.tutela. dum tenet,quòd mulier suscipiens tutelam filiorum,& renuntians omni legum auxilio,potest personaliter capi,non obstante priuilegio authẽ.sed nouo iure.C.de custod.reorum. quia lex in prædicto casu permittit, mulierem renuntiare omni legum auxilio.authẽ. vt sine prohibitio.matres.§.quia verò.collat.7. & ideò propter fomentum legis,valebit eo casu renuntiatio prædicti priuilegij: quod etiam tenet Bar.auth.matri & auiæ.num. 13. C. quando mulier tutelæ officio. & ibi Salicet.num. 14.subscribit Rom. hîc nu. 11. Iason l.plerique.col. fina.s.de in ius vocand.Matthes.sing. 108. Hippol. sing.248.& alij relati per Decium l.2.numero.74.j.de reg.iur.Boeri.l. consentaneum.num.141. C. quomodo & quando iudex.& decisio.349.columna penultima.Dueñas regula.312.in.2.limitatio. & plures refert Matiençol.10.titulo. 3. libro.5.ordinamenti.gloss.1.numero.4. Et temerarium esse ab hac opinione in iudicando recedere,asserit Viuius lib. 2. communium,opinio.37.Brunus tracta. de cesio.bono.4.parte principal.q.1.nu.
24 2.† Sed circa horum dicta in primis est aduertendum,quòd prædicti præsupponunt,regulariter mulierem nõ posse renuntiare priuilegio d.auth.sed hodie.& expressit Gom.c.2.n.23.de iudic.in.6.ea ratione,quia hoc priuilegium conceditur mulieri propter honestatem sexus. l.1.C.de officio diuerso iud. ergo illi renuntiare non possunt, iuxta regulam huius textus:quod eádem ratione tenet Menchaca de successio.creatio.§.4.numero.49.ad finem.&.§.22.num.82. Brunus tracta.de cesio.bono.4. parte principali.q.1.num.5.Sed hoc præsuppositũ non est verum,quia illi aduersatur regula.l.penult.C.de pact. & ita esse de mente Doctorũ ostendit Baeça tract. de debitore inope.c.15.à num.15.Nec obstat ratio prædictorum,quia licet priuilegiũ concedatur propter honestatem,vel similem causam, nihilominus poterit illi renuntiari,vt suprà probauimus. numero. 9. dummodo mulier ponatur in carcere separato à carcere hominum,vt tradit Bal.l.1.num.5.in fine.C.qui bonis cedere possunt.Cauendum igitur est à Socin.l.plerique.num.40.s.de in ius vocando.à Baldo Nouello de dote.7.par. priuileg.



leg.5.dum dicunt,quòd mulier regulariter non potest renuntiare priuilegio d. authent. sed hodie, nisi assumat tutelã pupilli: nam tunc propter fauorem pupilli,admittetur prędicta renuntiatio:nã imò verius est,indistinctè posse mulierẽ prædicto priuilegio renuntiare, vt constat ex suprà traditis.Præterea ex mente prædictorum colligendum est,q; quando mater est debitrix filij ex causa tutelæ, potest propter huiusmodi debitum detrudi in carcerem.Quod etiam non videtur verum, quia mater conuenta à filio,habet priuilegium, ne condemnetur vltra quãm facere possit.l. patronus. j.de re iudi. etiamsi conueniatur per eũ ex causa tutelę: Bart.l.si quis sub conditione.num.20.j.de testament. tutel. receptus,vt asserit Anton.Gom.l.Tau.14. numero.11.Ergo ratione prædicti debiti,non potest detrudi in carcerem,iuxta doctrinam Bald.l.1.in fine.C.qui bo. cede.possunt.Fabri.§.fina.num.9.Insti.de actio.& in specie Baeça tract.de debitore inope.cap.16.num.58.† Nec est dicẽ
25 dum,quòd dum tex.auth. vt sine prohibitio.matres.§.quia verò.colla.7.permittit,matrem hoc casu renuntiare omni legum auxilio,videatur etiam intellexisse de priuilegio d.l. patronus. quia cum illud priuilegium fũdetur in reuerentia, quã filij debent parentibus.l.veluti.s.de iust.& iure.non potest mulier illi renuntiare,iuxta regulã huius text.& sub clausula generali non continetur casus, quẽ quis in specie facere non posset.c. à nobis.1.de sententia excommunicatio.Bartol.l.si quis sub cõditione.j. de cond.instit.& in his terminis, quòd mulier etiã ob prædictam causam non posit detrudi in carcerem,tenet Andre.Sicul. c.2.à numero.3.de pignorib.Gom.ca.2.à numero.22.de iudic.in.6. Hippol.in praxi §.attingam.numer.64.& notab.Couarru.resol.lib.2.cap.1.num.3. &.c. quãuis pactum.2.parte. in princ.numero. 7. de pact.in.6. Menchaca de successio. creatio.§.22.numero.82.Plaça de delictis.c. 34.numer.11.Baeça de decima tutoris. cap.4.num.78.& tracta.de debitore inope.c.15.à numero.13. & alij quos refert Matiençol.10.tit.3.libro.5.ordinamenti,glos.1.num.3.& iure Hispaniæ id esse verius fatetur Xuarez titulo,De los gouiernos.q.5.numero.11. Item & quartò principaliter ex conclusione huius text. infertur comprobatio ad tradita per gl. hîc ad finem.dum tenet,renuntiationẽ huius priuilegij non valere, etiamsi iuramento sit confirmata, quia cum prædicta renuntiatio videatur repugnare bonis moribus:text.hîc,succedit regula.c. non est obligatorium.de regul.iur.in. 6. subscribunt Bart. numero.9.Alexander numero.4.& asserit receptum Couarru. c.quãuis pactum.2.parte.in princip.n. 4.ad finem.Iason l.penult.numer.13.C. de pact.Anton.Gom.l.Tauri.53.numero.49.& Baeça de inope debitore.capit. 17.numero.37. Est tamen aduertendũ, quòd Zasi.l.maritum.numero.35.s.eodem. securè resoluit, imò communiter esse receptum, quòd huiusmodi renuntiatio iuramento confirmatur: quod tã quam verius probat Menchaca de successionum creatione.§.28.numero. 18.
26 & Gutierrez de iuramento confirmato. 1.parte.cap.16.numero.49.† ea ratione, quia hoc pactum potest seruari sine interitu salutis æternæ: ergo est obseruãdũ. c.cum contingat.de iureiur.c. quãuis. pactũ.de pact.in.6. Et vltra omnes probatur, quia pactum & iuramentũ, quòd maritus dotem in solidum restituat vxori, nihil illicitum in se continet,nec maritus potest dici aliquid facere contra debitam reuerentiam:nã cum illa sibi debeatur,succedit regula.c.fin.de institut. & l.2.s.de stipulatio.seruo. Tantũ ergo vxor est, quæ videtur fecisse contra debitam reuerentiam,quod non potest excusare maritum iustè iurantẽ, quin Deo reddat iuramentum.c.debitores. de iureiur.Et tenendo hanc opinionem,non obstabit

obstabit fundamentum communis opinionis, quia regula d. c. non est obligatorium. procedit, quando iuramentum repugnat bonis moribus, scilicet naturalibus, vel iure canonico inductis: nam si tantùm iure ciuili sint inducti, iuramentum obseruandum est, quantumcũque illis bonis moribus ciuilibus videatur repugnare, vt probat d. c. cũ cõtingat. & ibi notat Panor. num. 5. Imol. num. 33. notabil. Bald. l. non dubium. numero. 26. C. de legib. & asserit receptum Alex. consilio. 157. numero. 17. libro. 2. Gutierrez de iuramento confirmato. 1. par. c. 3. à n. 5. Vnde licet donatio inter virum & vxorem, moribus sit prohibita. l. 1. §. de donatio. inter virum: tamen receptum est, eam confirmari iuramento, vt asserit receptum Iason. l. pacta quæ contra. num. 3. C. de pact. Couarr. in rub. de testamẽt. 2. parte. numerõ. 10. Anton. Gem. tomo de contractib. capit. 14. numero. 26. Gutierrez de iuramento confirmato. 1. par. cap. 3. n. 5. & alia similia adducit Matienço l. 2. tit. 2. lib. 5. ordinament. gl. 3. à n. 2. Ergo pariter licet hoc priuilegium moribus competat marito: tamen illius renũtiatio cum iuramento valida censeri debet. Sed his non obstantibus, non est recedendum à recepta sententia: nam cũ hoc priuilegium competat marito propter debitam reuerentiam. l. vnica. §. cũ autem. C. de rei vxo. actio. & sic propter bonos mores naturales. l. 2. C. de in ius vocand. locum debet habere regula d. c. non est obligatorium. de regulis iuris in. 6. vt in specie contra Menchacam aduertit Baeça tractat. de debitore inope.
27 cap. 17. numero. 37. † Confirmatur, quia is textus dicit, hoc pactum esse contra bonos mores. Porrò quando lex ciuilis declarat, aliquid esse contra bonos mores, intelligendum est esse contra bonos mores naturales. l. stipulatio hoc modo concepta. cum ibi notatis. ʒ. de verborũ. obligatio. nã & honestas ciuilis à iure naturali deriuatur. l. iustitia. §. de iustitia & iure. vnde etiam hoc casu debet habere locum regula dict. c. non est obligatorium. vt sentit Bartol. l. si quis pro eo. numero. 9. ʒ. de fideiussoribus. & latius explicat Fortunius de vltimo fine iuris. numero. 318. Couarru. d. c. quanuis pactũ. 2. parte. in principio. numero. 1. Neque repugnat text. l. 1. §. de donatio. inter vir. quia aliud est, quid moribus dici inductum: nam exponitur, id est, consuetudine. Vnde prout iuramentum repugnãs dispositioni legis, seruandum est. d. c. cũ contingat. ita etiam & erit seruandum repugnans consuetudini, quæ pro lege habetur, l. 1. C. quæ sit longa cõsuetudo. Et aliud est per legem ciuilem declarari, aliquid esse contra bonos mores: nam etiam hoc casu locum obtinebit regula d. cap. non est obligatorium. & ad hoc reducendus est Matienço l. 2. titulo. 2. lib. 5. ordinament. gloss. 3. nume. 19. Et retẽta hac opinione, non obstant adducta in contrarium, nam ad primũ de d. c. cum contingat. respondet Couarru. d. c. quãuis pactum. 2. parte. in principio. numer. 4. ad finem. regulam illius esse limitãdã, quando iuramentum repugnat reuerentiæ debitæ: nam cum repugnet etiã honestati, & bonis moribus, seruandum nõ est. d. c. nõ est obligatorium. Sed hæc responsio non placet, quia ex parte mariti iurantis in solidum dotem reddere, nihil fit quod repugnet bonis moribus, vel honestati: hoc enim tantùm considerari potest ex parte mulieris recipientis prædictum iuramentum. Porrò in hac materia ad sciendum, vtrùm iuramentum seruandum sit, necne? tantũ debet inspici
persona iurantis, vtrùm iuramentũ possit impleri sine peccato ex eius parte: nã tunc tenebitur obseruare, quantumcunque ex parte recipientis versetur peccatum, vel turpitudo. capit. debitores. de iureiurand. & ibi Panormit. numero. 3. Rationem reddit Bal. l. non dubium. nu.
28 26. in fine. C. de legibus. † Vnde pro vera responsione & resolutione huius articuli



ticuli aduertendum est, in eo duas esse quæstiones. Prima, quænam debeant interuenire, vt quid valeat tanquam iuramentum? Secunda, dato quòd quid valeat tanquam iuramentum, quatenus sit obseruandum? Et quoad primam quæstionem dicendum est, quòd vt quid valeat tanquam iuramentum, tria oportet
29 cõcurrere, scilicet iudicium, veritatem, & iustitiam Hieremias ca. 4. Si enim horum trium comitum aliquod deficiat, non censetur validum iuramentum. capit. animaduertendũ. 22. q. 2. c. etsi Christus. de iureiurã. & prætermissis duobus primis requisitis, de tertio nobis est agẽdum. Ad cuius explicationem sciẽdum est, iustitię duas esse partes. Prima & principalis est, facere bonũ, sub ratione debiti in comparatione ad proximum. Secunda est, declinare à malo, id est, habere motum voluntatis, ne quid faciat, quod damnum & præiudicium possit afferre proximo, vt notab. explicat Thomas. 2. 2. quæst. 79. articulo. 1. Si ergo iuramentũ contineat quid, quod repugnet his partibus iustitiæ non valebit tanquam iuramentum: Ang. in summa. verb. iuramentum. 5. num. 3. Et hinc est, quòd si quis iurauit non fieri clericum, vel Episcopum, tale iuramentum inualidum censetur, nec ad illius obseruantiam iurans tenetur. c. 1. 85. distinct. Roman. sing. 507. & notab. Thomas. 2. 2. quæst. 89. articulo. 7 ad secundũ. Et est ratio, quia iurat non facere bonũ, quod potest esse vtile proximis: & sic in iuramento deficit illa prima pars & principalis iustitiæ, quæ est facere bonum, quod prodest proximis, & illos amare, sicut seipsũ. Similiter si quis iurat se non fideiussurum pro aliquo, nõ valet hoc iuramentum. Panormitanus capit. si verò. numero. 9. de iureiurand. Nauarrus in manuali cap. 12. numer. 16. quia in illo etiam deficit iustitia, quæ est facere bonum pertinẽns ad vtilitatem proximi. Item & hac eadem ratione procedit capit. cum quidam. §. final. de iureiur. & c. inter cętera 22. q. 4. Nam quamuis in multis casibus ibi expressis iurans non posset cogi facere illud quod iurat non facere, vt explicat Couarru. c. quanuis pactum. 2. parte. in principio. n. 4. de pactis in. 6. tamen quia iurat nõ facere id quod potest prodesse proximis, illud iuramẽtum tanquam carens comite iustitiæ, inualidũ censebitur. † Ex quibus consequitur, quòd iurans in prædictis casibus, poterit iuramento contrauenire propria authoritate: nam cum illud non valeat tanquam iuramentum, ob rationem de qua suprà, licitè quis ab eo recedit, neque tunc propriè dicetur cõtrauenire iuramento, quod nullum est: argument. l. 4. §. condemnatum. ʒ. de re iudicat. & sentit Thomas. 2. 2. quæst. 89. articul. 7. ad secũdũ. Antoninus 2. parte. titulo. 10. cap. 9. versic. tertius casus. Nauarrus in manuali c. 13. numer. 17. & cõsequenter in prædictis casibus non peccabit ex eo, quòd non obseruet iuramẽtũ quod nullũ est, neque habet vires iuramenti, sed tantùm in eo peccabit, q̃ iuramentũ fecit temerariũ, & inualidum, assumendo nomen Dei in vanũ: gloss. c. 1. verb. sanctis. 85. distinctio. & notabil. Caietan. 2. 2. quæst. 98. artic. 7. in responsione ad secundũ. Præterea etiã cõsequitur, q̃ in his terminis frustra quæritur, vtrùm sit obseruandum iuramentum: cũ enim illud non valeat tanquam iuramẽtum, frustra tractabitur, vtrùm illud, q̃d non est iuramentum, sit obseruandum tanquam iuramentum. Et iuxta hæc venit explicanda gloss. capit. et si Christus. verb. iustitia. de iureiur. quòd iuramentum vt valeat tanquam tale, debet esse licitum, & iustum: nam si illicitum sit, vel iniustum, non erit obseruandum. Thomas. 2. 2. quæst. 89. artic. 3. in corpore: nã intelligendi sunt de ea iniquitate, vel iniustitia, quæ resultat ex non obseruatis partibus iustitiæ suprà relatis: nam tunc ipso iure non valebit iuramentum, quia ei defecit comes iustitia. Venit etiã explicandum

plicandum, quod tradit Imol. capit. cum tingat. numero. 35. ad finem. de iureiurand. dum dicit, quòd vt iuramentum dicatur habere comitem iustitiam, satis est, q. id quod iuratur, nõ sit turpe, vel in eo obseruando non vertatur peccatum, quia aliàs sequeretur, quòd cùm iustum sit, mulierem non alienare fundum dotalem, contrarium, quòd posset alienare, esset iniustum, & consequẽter, quòd iuramentum de non reuocanda alienatione rei dotalis, non esset obseruandũ: quod tamen est contra textum d. c. cũ contingat. † Hæc enim cõsideratio Imo
30 læ pertinet ad secundam quæstionem, de qua statim agemus, non autem ad primam, de qua nunc agimus: nam vt quid non valeat tanquam iuramentum, non est attendendum, vtrùm in obseruando sit peccatum, sed tantùm vtrùm ei deficiat comes iustitia, vt suprà dictum est: & hac ratione probat c. 1. 85. distinctio. quòd si quis iurauit se non fieri clericũ, vel episcopum, non tenetur obseruare hoc iuramentum, quia deest comes iustitia, vt suprà declarauimus; quanuis in eo obseruando nullum vertatur peccatum: nam absque peccato potest quisnõ esse clericus, vel non accipere episcopatum. Neque his repugnat d. c. cũ contingat. quia loquitur, quando iuramentum fit de non reuocanda alienatione, quam lex ciuilis permittit reuocare, in fauorem dotis mulieris: nam in hoc iura
31 mento non potest considerari, quòd ei deficiat comes iustitia: nam in hac materia iustitia accipitur in consideratione ad proximum, vt suprà diximus. Vnde cum mulier renuntiet his quæ in proprium fauorem introducta sunt, nõ potest considerari defectus iustitiæ: argument. capit. final. de institutio. & hac ratione in dict. cap. cum contingat. pro constanti habetur valere iuramentum, & tantùm dubitatur, vtrùm sit obseruãdum. Et hæc de prima quæstione. Quoad secundam quæstionem dicendũ est, quòd præsupposito, quòd iuramentum valeat, quia habet illos tres comites, de quibus suprà, vtrùm tunc necessariò iuramentum sit obseruandum; recurrendum est ad regulam text. cap. cum contingat. de iureiurand. & cap. quanuis pactum de pactis in. 6. vt si illud posit obseruari sine detrimento salutis æternæ, sit obseruandum, aliàs secùs. Et expendẽda sunt illa verba, Sine dispendio, quæ significant, id est, sine detrimento. glos. c. 2. verb. dispendijs. de constit. Si igitur iuramentum non potest obseruari absq; detrimento salutis eternę, obseruandũ non est. Quare cùm peccatum veniale afferat detrimẽtum saluti æternæ, quia opponitur feruori charitatis. gl. in proœmio. Sexti. ver. benedictionẽ. in fin. si iuramentum nõ potest obseruari absque peccato veniali, non est obseruandum: & est recepta sententia, secundũ Couarru. capit. quanuis pactum. 1. part. §. 6. numero. 6. & videtur text. capit. si aliquid 22. quæstio. 4. ibi. In peiorem exitum; & ibi notat gloss. quidquid dubitet Alexã. hic numero. 5. per dictum capit. quanuis pactum. quod secundũ eum probat, iuramentum tunc demum nõ esse obseruandum, quando obseruari non potest absque interitu salutis æternæ: quod tamen text. ille non dicit, sed potius non esse obseruandũ iuramentum, quod nõ potest obseruari absque dispendio salu-
31 tis æternæ: † quod verbum significat præiudicium, siue detrimentum, nõ autem omnimodam iacturam, siue perditionẽ, vt colliges ex capit. quia sæpè. de electio. in. 6. vbi dispendium, & iactura, ponuntur tanquam diuersa: facit l. necessariò. versicul. sanè. §. de peric. & commod. rei vend. & quæ Deci. Authentic. quirem. numero. 2. C. de sacrosanct. eccles. Cùm igitur peccatum veniale afferat detrimẽtum & præiudicium saluti æternæ, non est obseruandum iuramentum, quod absque peccato veniali obseruari non potest. Et ita in effectu Georgius Natta

d. c.



d. c. quanuis pactum. 7. notab. nume. 34. Iuxta quæ dicendum est, quòd si quis iurat se facere aliquid, quod repugnat bonis moribus, non tenebitur obseruare hoc iuramentum, quia non potest facere id, quod repugnat bonis moribus absque peccato: & hac ratione procedit capit. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. Similiter quãdo promittit quid, quod in se est iniustum, vel turpe, neque enim hæc possunt fieri, vel obseruari absq; peccato, & ideò obseruandum non est tale iuramentum. c. quanto. de iureiurand. & iurans propria authoritate, illi potest contrauenire. authentic. quod eis. C. de nupt. resoluit Couarru. dict. c. quanuis. 2. parte. in princip. numero. 3. in fine. Et hac etiam ratione procedit opinio, quã defendimus: nam in iuramento mariti, quòd insolidum soluet dotem, nõ potest considerari defectus iustitiæ, quia renũtiat introductis tantùm in proprium fauorem, & sic mero iure valet iuramentum, vt suprã diximus: tamen quia iurat facere id, quod repugnat bonis moribus, non tenetur obseruare iuramẽtum mero iure validum, quia non potest illud obseruari absque peccato, vt sentit dict. cap. non est obligatorium, quia eius obseruatio esset cõtra iustitiam publicam: Thomas 2. 2. q. 89. artic. 2. ad tertiũ. Neque in his terminis repugnat d. cap. cum contingat. quia ibi agitur de mera dispositione ciuili, permittẽte rerum dotaliũ alienationem reuocari posse, in fauorem
32 dotis, & mulieris, in cuius iuramenti obseruantia, nullum vertitur peccatum; † cùm illud non repugnet bonis moribus naturalibus, nec sit verisimile quòd in introductis principaliter in fauorem mulieris lex voluerit obligare ad peccatũ mulierem, quæ non reuocaret alienationem rerum dotalium: argumen. c. quòd ob gratiam. de regulis iuris in 6. & diximus l. 1. in. 1. parte. §. eod. Non obstat secunda difficultas de c. debitores. de iure iurand. nam pro eius vera explicatione aduertendum est, textum illum duas ar duas habere difficultates. Prima est, q. promissio de soluendis vsuris est inualida, vt probat dict. cap. debitores. in prin. Ergò pariter iuramentum de illis soluendis valere non debet l. non dubium. C. de legibus. Secunda difficultas est, quòd illud iuramentum non potest obseruari absque peccato: nam offerendo vsuras illi, qui eas licitè accipere non potest, videtur ei dare occasionem peccandi: ergo peccat. c. fin. de iniurijs. Item dando vsuras cõsentit in delicto vsurarij, & sic peccat. cap. 1. de offic. deleg. ergo prędictũ iuramentum obseruandum non est, iuxta suprà tradita. Sed defendendo decisionem dict. cap. debitores. ad primam difficultatem respondendum est, tres casus esse distinguendos in hac materia. Aliquando enim iuramentum additur actui de se valido, aliquãdo additur actui inualido ,pter fauorẽ iurãtis, aliquãdo additur actui inualido ob odiũ illi?, qui accipit iuramẽtũ. Primo casu certũ est, iuramentum sapere naturam actus, cui additur. l. fina. §. qui satisdare cogantur. l. fin. C. de non num. pecun. notab. Alciat. l. 1. §. si quis ita. numero. 54. ff. de verborum obligation. Secundo casu iuramentum validat actum aliàs inualidum, & facit vt ex eo tãquam valido agatur. authentic. sacramẽta puberum. C. si aduersus vẽd. d. capit. cum contingat. tradit Bartol. l. si quis pro eo. numero. 11. ff. de fideiussor. In tertio autem casu iuramentum quidem seruandum est. c. significante. de pignorib. tamen non confirmat contractum inualidum, ob odium illius, qui accipit iuramentum. Bartol. d. l. si quis pro eo. numero. 10. vbi refert vtilitates quæ ex hoc procedunt, & Panormitan. capite. 1. numero. 12. de iureiurand. notab. Couarru. dict. cap. quanuis pactum. 2. p. §. 3. numer. 2. Ratio differentiæ est, quia in secundo casu iurans obseruare cõtractum non peccat, vt probauimus l. 1. §. eodem. 1. parte. & multo minus peccat

qui

qui accipit iuramentum: vnde cessante peccato ex vtraque parte, locum habet regula d.c.cum contingat. Sed in tertio casu ille qui accipit iuramētum peccat: & ideò in illius fauorem actus inualidus ob odium illius non censebitur fieri validus, ne iuramentum videatur esse vinculum iniquitatis, contra regulam capi-
33 tul. quāto.de iureiur. † Sed quia iurans inuocādo nomen Dei, promisit soluere, Deo quæsitam obligationem tenetur reddere, & sic adimplere id quod iurauit, Thomas.2.2.q.89.articul.7.ad tertiū. Bald.l. non dubium.num.26.in fine.C. de legib. Ad secundam difficultatem respondeo, quòd accipiens mutuum à parato mutuare sub vsuris, nō peccat, quia non dat occasionem vsurario peccandi, sed ipse ex propria malitia eam arripit: nam mutuum petens, magis vellet gratis accipere, & licet vsurarius peccet, tamē licuit mutuum accipienti, eius peccato vti ad bonum, id est ad succurrēdū propriæ necessitati suæ, vel alterius: Thom. 2.2.q.78.artic.4. Panormitanus capit. super eo.ad finem.de vsuris. Et si objicias, quòd licet petens mutuum sub vsuris non peccet accipiendo, ob prædictam rationem: tamen quòd posteà soluendo videtur peccare, quia consentit in delicto vsurarij.cap. 1. de offic.delegat. nam vltra responsionem Nauarri in manuali cap.17. numero. 246. ad finem. ego respondeo, quòd obiectio vrgeret, si ille, qui soluit vsuras ea mente soluisset, vt solutum irreuocabiliter remaneret penes vsurarium, sed qui vsuras soluit, non ea mente soluit, sed vt Deo redderet iuramentum. Vnde post solutionem factam, & postquam iuramento satisfecit, potest id quod soluit repetere, tanquam indebitum, vel ex turpi causa solutum. dicto capit. debitores. in fine. Bartolus dict.l. si quis pro eo. numero. 10. & Panormitanus dicto capit. 1. numer. 10. de iureiur. Vnde si soluens promitteret non repetere, vel non petere relaxationem iuramenti, non teneretur obseruare iuramentum, quia tunc consentiret peccato alterius, & faceret contra publicam iustitiam, vt tradit Thomas. 2.2. q. 89.artic.7.ad tertium. Couar.d.c. quan-
34 uis pactum.2.p.§.3.n.2. † Ex quibus infero ad casum, de quo agimus, dicendum esse, ideò maritum non teneri obseruare iuramentum de soluenda dote in solidum, etiam si inops esset, quia obseruādo iuramentum, veniret contra publicā iustitiam, & videretur consentire in peccato vxoris, cū ita ei solueret, vt non posset amplius ab ea repetere. l. nam & maritus. §. de condictio. indeb. Quia igitur non potest obseruare iuramentum absque peccato, non est cogendus illud adimplere. Ex communi igitur opinione ita defensa infertur annotatio ad tradita per Capellam Tholosanā. q. 258. dū concludit, renuntiationem huius priuilegij factam per maritū cū iuramēto mero iure valere, ac ob id necessarium esse, quod maritus petat relaxationē huius iuramēti, iuxta c.i. de iureiur. nā contrariū est verius. Cū enim obseruatio huius iuramenti repugnet bonis moribus, locum habet regula.c. nō est obligatoriū. de reg.iur.in.6. Itē cū maritus nō possit illud adimplere absq; peccato, vt suprà ostēdimus, sua propria authoritate potest illud non seruare. d. c. cum contingat. Infertur secundò, quòd in hac renūtiatione iuratamulier quidē peccat mortaliter, cū veniat cōtra bonos mores naturales, maritus autem iurando nō peccabit, per tradita l.i.§.eo.1.p. Sed nihilominus adimplendo peccabit, quia videtur cōsentire in delicto vxoris, vt suprà explicauimus. Infertur tertiò, veram esse opinionē glo. fin. hic quā asserit receptā Alex.col.fina. Aret.col.2.ad mediū. q. si soluto iā matrimonio, maritus faciat prędictam renuntiationem iuratam, adhuc non tenebitur illam obseruare, quia adhuc militat ratio huius tex.adiuncta l.2. ʃ. de actione rerum amotarum. & quæ

tradit



tradit Alexand.l.generaliter.num.2. §. de in ius vocando. Ad quod expendo istum textum: nam maritus promisit dotem restituere in solidum, quæ renuntiatio necessariam habet relationem ad tempus mortis.l.2.in princip.§. eod. atque proinde secundùm iuris regulas, perinde haberi debet, ac si illa renuntiatio facta esset soluto iam matrimonio.l. quod sponsæ.C.de donation. ante nuptias. Cùm igitur omnes concedant, hoc casu non valere renuntiationem iuratam, idem etiam est recipiendum, quando re vera renuntiatio post solutum matrimonium facta est: quidquid Bart. hîc contrarium sentiat, cuius opinionem reprobauimus.l.maritum.§. eodem. Vltimò infertur, prædicta minimè procedere in vxore renuntiante suo priuilegio cum iuramento: † quia priuilegium non
35 competit mulieri ratione reuerentiæ, quam maritus ei debeat, sed tantùm ratione æqualitatis seruandæ. l. non tantùm. 20. ʃ. de re iudicat. ergo nihil impedit induci hoc casu regulam cap. cùm contingat. de iure iurand. neque enim in his terminis, neque in iuramento, neque in obseruantia illius, peccatum considerari potest. Vltimò ex conclusione huius text. infertur intellectus ad leg. si conuenerit. 26. ʃ. de re iudicata vbi probatur, quòd si partes conuenerint inter se, iudex secundùm illarum conuentionem debet ferre sententiam. gloss. ibi duobus modis exemplificat. Primus est, quando inter partes conuentum est, ne debitor teneatur in solidum, sed quatenus facere potest: valere enim hoc pactum probat l.si quis crediderit. 50. §. de pactis. tradunt gloss. 2. & Bartol. hîc nu. 6. Quinimò si creditores cōueniant cū debitore, ne propter debitum detrudatur in carcerem, tacitè videtur conuentum, ne teneretur vltra quàm facere posit: is enim qui propter debitum detrudi non potest in carcerem, non tenetur bonis cedere. Bald. l. liber captus. in fine. C. de captiuis. & ita in specie Brunus tractat. de cessione bonorum. 4. parte, principali. quæstione. 35. Exemplum secundum ex gloss. dict. l. si conuenerit. illud est, quòd per contrarium valeat pactum, quòd teneatur in solidum ille, qui aliàs non tenebatur vltra quàm facere posit. Neq; repugnat noster tex. quia procedit, quādo prædictū priuilegiū cōpetit ratione debitæ reuerentiæ, sed si alia ratione debeatur, valebit renuntiatio, iuxta regulam. l. penultim. C. de pactis. & ita gloss. hîc. & gloss. d. l. si conuenerit. & communiter recipitur hæc resolutio, vt asserit Alexand. hîc num. 16. & l. si conuenerit. num. 10. ʃ. de re iudicata. Matthesil. singul. 61. ad finem. Angelus. §. final. numero. 11. Institut. de action. Andre. Sicul. cap. Odoardus. num. 2. de solution. Vincētius de Franchis decisio. 104. num. 14. Quare priuilegium competens socio, ne conueniatur vltra quàm facere possit. l. verum est. 64. §. pro socio. renuntiatione tolli potest. Similiter & priuilegium competens donatori, de quo l. inter eos. ʃ. de re iudicata. renuntiatione tollitur, vt post longā disputationē concludit Alexan. hîc nu. 16. quē sequitur Deci. l. diuus. num. 8. ʃ. de regul.
36 iuris. † Addens cum eodem Alexand. cōsilio. 133. num. 1. lib. 5. quòd sufficiet tacita renuntiatio, vt quia promiserunt integram summam sine diminutione soluere: quod etiam tradit Corne. cons. 128. num. 6. libro. 3. Iuxta quæ quærit Bart. hîc num. 10. vtrùm valeat pactum, quòd creditor debitorem non soluentem possit propria authoritate capere? Et prima facie videbatur dicēdum, valere hoc pactū, iuxta decisionē text. l. 3. C. de pignorib. & l. Titius. §. de seruis exportandis. Secūdò, quia hoc potest permitti per legē, siue statutū. l. ait prætor. §. si debitorē. ʃ. quæ in fraudē credi. ergo idē etiā p pactū permitti potest. l. nō impossibile. 51. & ibi dd. §. d pact. Tertiò quia

quis potest se vendere ad pretium participandum, & per hoc seruus emptoris effici.l.& in seruorũ.§.de stat.homi.ergo à fortiori poterit paciſci, vt creditor propria authoritate illũ capiat, ſi debitũ nõ ſoluat. His tamen non obſtantibus, contrarium concludit Bartol. hîc num. 10. poſt Dyn. motus per regulam huius tex. quæ tamen parũ facit, quia loquitur, quãdo renũtiatur priuilegio competẽti propter debitam reuerentiam: quam reuerentiam creditor minimè debet debitori, imò debitor cenſetur quaſi ſeruus creditoris.glo.fin.l.3.C.de nouatio.glo. l.fideicõmiſſa.11.§.ſi rem.verb. non accipere.ĵ.de lega.3. Melius igitur pro hac opinione facit regula.l.non eſt ſinguliſ. 137.ĵ.de regul.iuris. Secũdò, quia ob æs alienũ debitor non poteſt cogi ſeruire creditori.l.ob æs.C.de actio. & obligat. ergo neq; per illum capi & retineri poteſt: quia per huiuſmodi capturam & retentionem, ſpecies quædam ſeruitutis in eo inducitur.l.2.ĵ.de liber.homine exhibẽdo.l.Titio centũ.§.Titio.2.ĵ.de cõdit.& demonſtra. Tertiò, quia propter debitũ homo liber teneri non poteſt.c. 2.de pignorib. authẽt.vt nulli iudicum. §.quia verò.colla.9.Facit.l.qui filios. C. quæ res pignori & l.1.C.de patrib.qui filios diſtraxe.l.fin. s̃. quæ res pignori. Facit etiam.l.fin. C. de ſepulchro violato. Quartò videt tex.in.l. miſsi opinatores. C.de exactor. tributor.libr.10.vbi exequutores tributorũ fiſcaliũ non poſſunt per ſe facere exequutionem in bonis debitorũ, neq; iudex hoc debet pati: ergo à fortiori, neque in perſona debitoris poterunt facere exequutionem, illã capiendo: & ita his rationibus opinio
37 Bart. communiter recipitur, † vt hîc aſſerit Alexand. num.6.Aretin. num.7.& eſſe receptam opinionem aſſerit Ripa l.obligatione generali.num.22.s̃.de pignor.Couar.reſol.lib.2.cap.1.nu.7. ad finẽ.& cap.quanuis pactum.2.par.in principi.num.6.de pact. in. 6.Menchaca de ſucceſsion.creatione.§.22.num.81.& latiùs.§.6.num.33. Queſada de diuerſis quæſtionibus iuris.cap.8. num.2. Quibus adde Plateam.l. nemo carcerem. num.24.C.de exactorib.tributor. libro 10. Et retenta hac opinione, non obſtãt ſuprà adducta in contrariũ: nam ad primum de l.3. C.de pignorib. reſpondet Bart.hîc num.10.text.illũ probare, valere pactum, quòd creditor poſsit occupare res immobiles creditoris propria authoritate: item & res animatas, quæ in bonis debitoris ſint, vtpote ſeruos, qui appellatione rerum propriarũ continẽtur.l.omnia.32.§.final.ĵ.de legat.2. non tamen inde inferri poteſt, quòd & perſona debitoris capi poſsit, quia perſona præſtat rebus.l.iuſtiſsimè. s̃. de ædilit. edicto. & quia de rebus ſuis ad libitum quis poteſt diſponere. l. in re mandata. C.mandati. Non ſic de perſona, quia nemo eſt dominus membrorũ ſuorum.l.liber homo.s̃. ad.l. Aquil. neque propriæ libertatis.l.neq; ſi volens.6. C. de liber. cauſa. & latiùs comprobat Queſada de diuerſis quæſtionibus iuris.cap. 8. nu.3. Et confirmatur, quia captura perſonæ pertinet ad merum imperium. authen. de exhibend.reis.§.ſi verò.colla.7.l.1.C. de priuat.carcerib. declarando, vt per Baptiſt.l.imperium.num.29.& ibi Valaſ. num.162.s̃.de iuriſdict. omnium iudic. & conſenſus priuatorũ non poteſt tribuere ea quæ ſunt meri imperij, vel etiã iuriſdictionis.l.priuatorũ. C. de iuriſdictio.omniũ iudic. notabiliter Guido Pape conſil.196. Non obſtat ſecundum, quia quoad ea quæ non ſunt in dominio alicuius, non valet argumentum: Hoc poteſt fieri per legem, ſiue ſtatutum: ergo & per pactum: nam in his terminis argumentum affirmatiuè conceptum nihil valet, cùm ſit de maiori ad minus affirmatiuè: quod eſſe inualidũ oſtenditur ex eo, quia multa poſſunt fieri per legẽ, quæ cõuentione hominũ fieri nõ poſſũt.l.nemo poteſt.ĵ.de leg.1. &



& aduertit Bart.hîc num.12.Deci.l.neque ex prætorio.à nu.5.ĵ.de regul.iuris. valebit autẽ per contrarium, ſi à minori
38 ad maius affirmatiuè concipiatur, † ſcilicèt, hoc poteſt fieri per pactum, ergo & per legem: & ita procedit gloſſ. in rubri. C.de decretis decurio. lib.10. Ideò autem ſuprà dixi, hæc eſſe vera, quoad ea, quæ non ſunt in dominio: nam ſi ſint in dominio, multa fieri poſſunt per pactũ, quæ per legem non inducerẽtur. Panormitan.cap.cùm dilectus.nu.16. de arbitris. Non obſtat tertium, quia vt quis permittẽdo ſe vẽdi tanquam ſeruũ, amittat ingenuitatẽ, multa ſimul concurrere debẽt, quæ hîc commemorat Alexã.nu. 8. regulariter autẽ quis proprio conſenſu non poteſt ſe redigere in ſeruitutẽ.l.liberos. C. de liber. cauſa. libertas autem publica res eſt, & non priuata.l.ſi quis rogatus.53.ĵ.de fideicommiſ.libertatib.& ideò pactis priuatorum lædi non poteſt. l.ius publicũ.s̃.de pact. Qua ratione nullus poteſt recuſare libertatem ſibi oblatam.l.final.C.de teſtam. manumiſſ. Et
39 prædicta concluſio ita defenſa ampliatur primò, vt procedat etiamſi prædictũ pactum ſit iuramẽto confirmatum: nã cùm libertas cenſeatur quid publicum, locum habet regula.c.ſi diligenti. de foro compet.& ita Bald.authẽt. Sacramẽta puberum.nu.3.C.ſi aduerſus vẽd.Felin. cap.ex reſcripto.num.14.de iureiurand. Ripa.l.obligatione.num. 22.s̃.de pignorib.Mencha.de ſucceſsio.creatio. §.6.num.33. Contrarium tamen tenet Crot.l.nemo poteſt.num.11.ĵ. de lega. 1. ea ratione, quia id quod poteſt fieri per legem, poteſt etiam fieri per pactũ iuratum.Bart.l.fin. num.6. C. de pactis. Sed per legẽ fieri poteſt, vt creditor capiat debitorẽ propria authoritate. l. ait prætor.§.ſi debitorẽ.ĵ.quæ in fraudẽ creditor.ergo & p pactũ iuratũ. Itẽ videtur text.cap.ex reſcripto, de iure iurand.per quem ita ſecurè tenet Balb.deciſio. 77. Sed prima opinio verior eſt, ob rationẽ de qua ſuprà. Neq; obſtant contraria: nã ad primum de doctrina Bart.l.fin.nu. 6. C.de pact.reſpõdeo, quòd Bart. non arguit eo modo, quo Crot. eum refert, ſed potiùs ita arguit: Si per pactum de non ſuccedẽdo iuratum filius excluditur à ſucceſsione paterna.c.quanuis pactum. de pact.in.6. ergo & per ſtatutum: quod quidẽ argumentum validum eſt, cũ fiat de minori ad maius affirmatiue, vt ſuprà diximus. Sed ſi argumentum concipiatur eo modo, quo Crot.illud concipit, poteſt fieri per legem: ergo per pactũ iuratum minimè ſubſiſtit argumẽtum, per ſuprà tradita: nam videmus, quòd lex in multis caſibus excludit maritum à priuilegio, ne conueniatur vltrà quam facere poſsit, vt diximus. l. maritum. s̃. eodẽ. & tamẽ per pactum iuratum maritus ab eo excludi non poteſt, vt ſupra probauimus: & latiùs proſequitur Ioan. Hannibal.d.l. nemo poteſt. à num. 97. Neq; etiã obſtat c.ex reſcripto.de iur.iurand. † quia aduertendum eſt, illi deciſioni nimis obſtare regulam.l.ob æs. C. actio.& obligatio.& cap.2.de pignorib. & authẽt. vt nulli iudicum.§. quia verò. colla.9. quòd homo liber pro pignore dari, vel capi non poteſt: tradit Silueſter verb.pignus.num.3.Cui difficultati glo. 1.ibi.in fin.reſpondet, quòd pro bono pacis publicæ, liber homo poteſt dari obſes, vt ſic retineatur, vt melius pax publica conſeruetur.l. obſides. s̃.de teſtamẽtis.cap.expoſita.de arbitris. & ibi glo.fin.cap. ſuppliciter.23.quæſtion. 8. & ibi gloſſ.2.& eſſe receptam concluſionem aſſerit Aretin. l.obſides.poſt principi. ĵ. de teſtamen.Ripa.l. obligatione. num.12.ad fin.s̃.de pignor.Couar. reſolution. lib.2.cap.1.nu.1.ad finẽ.Socinus reg.174.in princip.Baeça tract.de inope debitore.cap.1 nu.24.probat.l.13. titu. 13.part.5. Cui tamẽ communi ſolutioni tria addẽda ſunt. Primũ, q̃ ſi eam intelligimus de obſide, qui efficitur quaſi ſeruus, & ob id teſtamẽtum facere non po-

potest,iuxta.l.obsides.ʃ.de testamentis. id fieri non potest, nisi authoritate non recognoscentis superiorem; qui de statu personæ disponere liberè potest. l. 1. §.de quare.ſ.de postuland.& ita expres se Panormit. d.cap.ex rescripto. num.7. & ibi Felin.nume.5 Socin.regula. 174. Corset in sing.verbo, obses.Item quòd quando quis datur obses per inferiorẽ siue recognoscentẽ superiorem, in persona obsidis non constituitur aliquod ius reale pignoris, vel simile, sed tantũ datur facultas retinendi eum iustè, pro bono pacis conseruandæ: ita gloss. 1.d.c. ex rescripto.& gloss.2.dict.cap. suppliciter.23.quæstio.8. & ita euitatur contrarium de dict.cap.2.de pignorib.cum similibus.Tertiò, quòd licèt prædicta cõclusio vera in se sit, & communiter recepta: tamẽ non bene applicatur terminis dict.cap.ex rescripto. vbi obsides nõ fuerunt dati pro bono pacis, sed potiùs pro ære alieno monasterij,neque etiam pro bono publico pacis conseruandæ, cùm obsides tantùmdati fuerint pro de
40 bito vnius monasterij,† vt aduertit Ripa d.l.obligatione generali.num. 12. & Baeça tracta.de debitore inope. cap.1. num.24.Et ideò secundò responderi potest, quòd licèt liber homo non posit pignorari,vel alienari pro ære alieno.l.1. C.de patrib.qui filios distraxe. neq; cogat creditori seruire.l.ob æs.C.de actio. & obligatio.tamẽ valebit pactum, vt tãquã obses retineatur in certo loco pro securitate debiti cuiuscunq;:& ita Bald. l.2.col.final.C.de patrib. qui filios distraxerũt.& subscribũt Hostien. Henricus Card.& Felin.num.8.d.c. ex rescripto. Zasi.tract.de Iudæis.q.3.col.1. Platea. l. nemo carcerẽ.nu.31.C.de exactor. tributor lib.10.Zasi.lib.2.singul.responso. c.8.in fin.Sed neq; hæc responsio admittẽda est,quia falsò præsupponit, valere pactum,q; quis detineatur in certo loco ratione debiti: nã cũ hoc pactũ infringat libertatẽ:argum.l.Titio cẽtum.§.Titio.2.ʃ.de cond.& demonstra.valere nõ potest.l.neq; si volẽs.C.de liber. causa.& in specie videtur text.in authẽtic.vt nulli iudicum. §.quia verò. colla.9. & ita q; pro debito pecuniario nõ valeat pactũ, quòd quis detineatur in certo loco, tenet glo.1.ad fin.d.cap.ex rescripto.& ibi sequuntur Panor.& Imol.& asserit receptum,Aretin.latè defendẽs d.l. obsides. ſ.de testam.& subscribunt Ripa d.l.obligatione generali.num.12.& Couar.resolutio.lib.2.cap.1.num.1.ad finẽ.Matien. l.4.tit.16.part.5. gloss.2. num.2. Vnde melius responderi potest, quòd d.c. ex rescripto.probat, quòd licet non valeat pactum, quòd quis ratione debiti detineatur in certo loco,vt suprà diximus:tamẽ si accedat iuramẽtum, hoc pactum confirmabitur, & illi standum est:ita vt ratione illius liber homo posit detineri inuitus in certo loco, vt ab eo recedere non posit: & ita Guilhel.c. Raynũtius. verb.testamẽtum. 3.num. 26. de testamẽt. Petrutius.l.1.num.196. ſ. de iure iur. & esse communiter receptum asserit Couar. resolutio.lib.2.cap.1.nu. 1.ad finẽ. cui accedit Quesada de diuersis quæstionibus iuris.cap.8.in fin.& Baeça tractat.de debitore inope. cap. 1.num. 25. ad finẽ. Est tamẽ aduertendum,q; Panormita. dict.cap. ex rescripto. num. 7.ad finẽ.hunc communẽ intellectum ita restringit & declarat, vt valeat pactum iuratum in eo sensu, vt obses non posit recedere à loco, metu incurrẽdi periurium:non autem in eo sensu, vt etiam inuitus, & vi præcisa cogatur in eo loco persistere, quia hoc modo nimis infringeretur libertas. l. Titio centum. §.Titio.2.ʃ.de condit. & demonstrat. ideò pactum hoc casu non potuit
41 confirmari iuramẽto,† per tradita suprà: subscribit Ripa dict.l. obligatione generali.numer.12. ad finẽ. expendens dict. cap. ex rescripto. dum probat, quòd dati fuerunt fideiussores in casu, quo obsides recederent à loco, quasi in-



inuiti in eo loco non possent retineri. Idẽ tenet Socin.reg.174.ad finẽ.&quanuis Felin. d.c.ex rescripto.nu.9. contrariũ teneat, quia iuramẽtum est præcisè seruandũ.c.ad nostram.de iur.iuran. & quia monachus etiam inuitus retineri potest in certo loco,quia voluntati abbatis resistere non potest.Panorm. d. c. ex rescripto.n.8.Corset.in sing.verb. ob
42 ses. Ergo idem recipiendum est, in quo cumq; iurante,cùm Deo nemo resistere posit, cui sit quæsita obligatio ex iuramento.cap. debitores.de iur. iurand. & id esse communiter receptum asserat Couar.resolutio.lib.2.cap.1.num.1. ad finẽ.tamen opinio Panor. verior est, & magis de mẽte d.cap.ex rescripto. & quia non valet pactũ iuratum, vt creditor propria authoritate posit capere debitorem,vt suprà probauimus: ergo neque debet valere,quòd debitor inuitus detineatur in certo loco, cùm hi casus æquiparentur.l.succurritur.9.ſ.quib.ex causis maiores.Neq; obstant Felin.rationes:nam ad primam respondetur, iuramentum in forma præcisa esse seruandum in eo casu, quo iurantem obligat: sed iuramẽtum non obligat,in casu quo conuentum est, vt homo liber inuitus detineatur in certo loco propter rationem suprà asignatam.Ad secundam respondeo, quòd monachus non habet, nolle,neq; velle.c.non dicatis.12.q. 1. & cap.ex eo.de electio.in.6.& ideò si Abbas velit,vt is sit in certo loco, non potest dici,quòd inuitus retineatur, quia quoad ius attinet,noluntas illius in nulla est cõsideratione,& sic monachus retineri potest in certo loco de voluntate Abbatis.Panorm.d.c.ex rescripto. nu.8. Corse.in singularib.verb.obses.Non idẽ admittetur in clerico,qui inuitus retineri non potest,quia Episcopus non habet tantam potestatem in eo, quantam habet Abbas in monacho.Panor. & Corsetus vbi suprà:& in his terminis procedet traditio gloss.1.c.suppliciter. 23.q.8. quam probat Roman.singul. 505. Iuxta hæc igitur ad nostrum propositum concludendum est,quòd pactum quòd creditor posit capere debitorem propria authoritate,non valebit,etiamsi accedat iuramentum,quia per illud nimis infringitur libertas, & committitur delictum carceris priuati.l.vnica. C.de carceribus priuat. † & ideò habet locum
42 regula cap.non est obligatorium. de regulis iuris.in.6.Pactum autem iuratum, quòd quis sit in certo loco sine vinculis,& carcere,sed quòd ibi sit omnino liber pro securitate debiti, vtiq; valebit, vt magis communis vult. Vel secũdùm opinionem Panor quam veriorem existimamus,non valebit,si cõtineat, quòd ille inuitus in eo loco debeat persistere, & sic cessat difficultas. Secũdo principaliter amplia cõclusionem de qua supra, vt neque valeat pactum, quòd creditor posit capere debitorem propria authoritate,& ducere illum ad carceres publicos:quia adhuc videntur militare rationes suprà relatæ:& ita post Alexand. & Aretin.hic column.3.post princip. resoluit esse receptum Ripa. l. obligatione generali.numero.23.ſ.de pignorib.sentit Ordinatio. lib.4.titulo.52.§.3.Contrarium tamen,imò valere huiusmodi pactum,tenent Bald.& Angel.hic nu.5. & subscribit Platea. l. nemo carcerem. nume.20.&.nu. 24.C.de exactorib. tributor.libr.10. Sed prima opinio verior est, quia cùm captura personæ pertineat,vel ad imperium, vel ad iurisdictionem,vt supra diximus, priuatorum consensus eam tribuere non potest. l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudic. vnde ius tantùm permittit creditori capere propria authoritate debitorem fugitiuum, & ducere ad iudicem l. ait prætor. §. si debitorem.ʃ. quæ in fraudem creditor. vel etiam repertum in flagranti delicto. l. interdum. §. qui furem. ʃ. de furtis. Vnde nec placet concordia Socini

consil.99.num.11. lib. 4. quòd quando creditor non resistit capturæ, procedat secunda opinio; aliàs procedat prima, iuxta regulam.l.non est singulis.ĵ.de regulis iuris.& quod Bald. auth.sed imò. C.de actio.& obligatio. num. 14. Nam prædictæ rationes euincunt, quòd generaliter creditor propria authoritate non potest capere debitorem, & ducere ad carceres publicos: in specie Bald. consil.285.quia non est opus.nu.7.libr.
43 1.†Amplia tertiò, neque valere pactum, quòd si debitor in tempore constituto non soluat, posit capi per apparitores publicos iudicis, & duci ad carceres publicos: nam vt procedatur ad capturam personæ, certus ordo est præfixus à iure, scilicèt, quòd prius citetur debitor, & sit contumax in comparendo.l. consentaneum.C.quomodo & quando iudex. Bart.l.cum eo.col.1.in fine.ĵ.ad.l.Iuliã. de vi publica.Roman.cons.224.in prin. Item quòd creditor deducat coram iudice causam debiti, & illius quantitatẽ ostendat coram iudice: arg.l. meminerint.C.vnde vi.ita vt si is ordo nõ obseruetur, captus tanquam non ritè captus, debeat in primis relaxari.l.si cũ nulla.ĵ.de re iudicat.in specie Bald. consil. 318. ista captura.num.4.lib. 4.prosequitur Baeça de inope debitore .c. 1. à nu. 30.ergo partes huic ordini à iure prescripto minimè renuntiare possunt, neque illum mutare, iuxta regulam.l.nemo potest.ĵ.de legat.1.l.neque ex prætorio.ĵ. de regul.iuris.gloss.cap. de causis. verb. consensit.de offic.delegati.Bart.authẽ. offeratur.num.13.C. de litis contestat. & ita hac ratione tenet Angel. l. nemo potest.num.1.ĵ.de legat.1. subscribunt Crot.ibi num.12.& Alexand. hîc num. 9.ad finem.& Aretin.num. 7. Balb. decisio.77.Brunus tracta.de cessio.bonor. quæst.20.principali.à num.25.& latè defendit asserẽs esse communiter receptum Ripa d.l.obligatione generali.à nu. 24.cui subscribit Couar. resolutio.lib.2. cap.1.num.7.post princip. Contrariam tamen opinionem, imò in his terminis valere prædictum pactum, sentit Angelus hîc num.1.idẽ Angel. & Platea à nu. 25.l.nemo carcerẽ.C.de exactor tributor.lib.10.Aretin.d.l.nemo potest. col. 2.Zasi. lib.2.singul.responsor.cap.8. Mẽchaca de successio.creatio.§.6.num.34. & videtur verius ex generali regula.l.iuris gẽtium.§.prætor ait.s.de pactis.Neq; obstat ratio contrariæ opinionis: quia ille ordo præscriptus est in casu, quo quis non obligauit se ad carceres publicos, & quod ad illos inuitus duci posit: nã tũc ordo ille erit obseruandus. Sed quando quis per pactum obligauit se ad carceres, si non soluat, vt pactum aliquid operetur absq; illo ordine, possunt ad carceres duci: nulla enim per hoc eis videtur facta iniuria.l.cũ donationis. C.de transaction. Ad quod adduco decisionẽ Angeli & Alexand.num.18.l.si sic. in prin.
44 ĵ.de legat.1. dum resoluũt, †quòd si quis obligauit se per instrumẽtum guarẽtigiæ, potest virtute illius capi, nõ præmissa citatione, neq; liquidato aliàs debito, quia non tollitur defensio, sed mutatur modus defensionis, scilicèt, quòd de illa agatur post capturam: subscribit Afflict. lib.1.constit.rub.8.num.2. Auiles tract. de prætorib.tit. de syndicatu iudicum. cap.3.verb.El descargo.num.3.Facit bonus text.l.1.§.si inter. ĵ. de magistrarib. conueniẽd.Ripa.l.obligatione.num.28 s.de pignorib. & ita vbiq; seruari dicit Paulus.l.Titio cẽtum.§ Titio.1.in fin.ĵ. de cond.& demonstra. Et confirmatur, quia & secundùm iuris communis dispositionẽ, debitor qui non habet bona sufficiẽtia ad soluẽdum, ducitur ad publicos carceres.l.1.C.qui bonis cede.possunt. Et quanuis ad hanc capturam procedi non posit, nisi præmissa bonorum excussione. gloss.l. 3. §.tutores.ĵ. de suspect.tutorib.Boeri.decisio.349.num.7. ad finẽ.Ordin.lib.4.tit.52.§. 1. & ob id ad euitandos carceres cautela fit, quòd de-



debitor offerat iudici bona sua vẽdẽda. Socin.l.2.§.1.num.11.s.si certum peta. tamen huic bonorum excussionidebitor renuntiare potest.Bart.l.si seruum.§. videamus.num.1.ĵ.deverbor.obligatio. Deci.consil.27.num.8.ergo prædictum pactum non omnino repugnat iuris cõmunis dispositioni, cũ per illud videatur debitor tacitè excussioni bonorũ renuntiare. Et hanc opinionẽ probat Ordina. lib.4.tit.52.§.3 constituẽs valere pactũ, quòd si debitor non soluat, iussu iudicis ducatur ad carceres: non valere autem pactum, quòd creditor posit propria authoritate capere debitorẽ, & ducere ad publicos carceres, vt & nos suprà probauimus. Et addit prædicta Ordinatio, q; si pactum contineat, quòd creditor posit capere debitorẽ propria authoritate, & ipse hac facultate non vtatur, sed recurrat ad iudicẽ, iudex debet iubere capi debitorẽ: & sic hoc modo prædictum pactum proderit creditori paciscẽti. Neq; repugnat regulæ, quòd si pactũ nõ valet, vt agitur, neq; debet valere eo modo quo valere potest.l. 1.§. si quis ita. ĵ. de verbor.obligatio.quia cùm hoc pactum pertineat ad faciliorẽ executionem debiti, in pertinentibus ad executionem si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest.l.si tam angusti.s.de seruit. Faber.§.fin.in fine.Instit. de adoptionib.†
45 Adde Ord.lib.4.tit.52.§.2. probantẽ valere pactum, quòd si debitor non soluat in tempore expresso, posit duci ad carceres, scilicet, de mandato iudicis, iuxta suprà dicta, quantumcunq; cõstet eum bona habere: in quo reijcit contrariam opinionem Angel.auth.vt non fiãt pignorationes.in fine colla.5.tenentẽ, non
46 valere pactũ, quò quis se obligat ad carceres, etiãsi bona habeat: sequitur Alex. hîc n.9.Deci.cõs.460.n.9.& idẽ etiã in regno Castellæ disponit.l.1.tit.17.li.5.Ord. Quod in regno Franciæ obseruatur, vt notabiliter prosequitur Rebuf. 1. tomo ad leges Gallicas tit. de literis obligatorijs, art.11.glos.3.per totum. Sed vtique opinio quã probat Ord. videtur verior: tum quia pars potest renuntiare beneficio excussionis bonorum, vt suprà diximus: tum etiam, quia statuto, vel consuetudine induci potest, vt quãdo debitor ad carceres se obligauit, posit de mandato iudicis incipi à captura personæ, nulla habita consideratione bonorum: vt vbique seruari dicit Paul.l. Titio centum.§. Titio.2. ĵ.de cond. & demonst. Anton.Massa in tracta.de obligationib. ad formam cameræ.q.6.pag. 57. & ante eos Bald.l.fina §.etsi præfatam.num. 3. C.de iure delib. & notab. prosequitur Baeça tracta.de debitor.inope.c.1.à nu. 27.& Thesaurus decisio Pedam.26.n.6. Sed quæstionis est, vtrũ prout paciscens ratione pacti potest detrudi in carcerẽ, etiamsi bona possideat, vt suprà dictum est, idem etiam recipiendum sit in eius hærede? & videtur dicendum, etiam hæredem detrudi posse in carcerem, iuxta regulam.l.postulante.ĵ. ad Trebellian. vbi in terminis notauit Bart. in fine, & subscribunt Alexan. ibi num.2.& Iason l.2.§.item si in facto.nu. 2.ĵ. de verbor. obligat. Sed in contrarium est decisio eiusdem Bar.l.si decesserit.num.1.s qui satid.cogantur.quòd imò hæres ratione prædicti pacti, in carcerem duci non potest, si bona habeat: & ibi sequitur Paul. num.10.& Crot.l.nemo potest. nu. 14. ĵ.de leg.1.& hanc esse communem opinionem fatetur Mencha. de successio. creatio.§.6.num.36. licet ipse in contrarium nitatur. Pro concordia dicendum est, quòd aut verba pacti, siue statuti, referuntur ad personam: & tunc non com
prehendent hæredem promittentis, †
46 iuxta regulam.l.si vnus. §. pactorum. s. de pact. & ita procedat decisio Bart. d.l. si decesserit.num.1. aut verba referuntur ad debitum, vt quia verba statuti dicãt, quòd debitor capiatur: & tunc quia hæc verba etiam comprehendunt hæredem, qui debitor est eo modo quo erat

defunctus,tunc hæres potest detrudi in carcerem:& ita procedat opinio Bar. d. l.postulante. in fine. ʃ. ad Trebellia. Et ita in specie opiniones cõcordat Antonius Massa in tracta. de garentigia. q. 9. quem omnino vide:dũ tamen prius cõstet, illum esse hæredem debitoris. Bal. l.per diuersas.q.10.C.mandati.Roland. consi. 20.numer.9.lib.1.Item nisi hæres fecerit inuentarium:cùm enim tunc nõ teneatur,nisi quatenus sufficiunt vires hæreditariæ.l.fin.§.etsi præfatam.C. de iure delib.ratione prædicti debiti in carcerem duci non potest, iuxta doctrinã Bald.l.liber captus in fine. C. de postlimin.reuersis, & ita in specie declarat Socin.l.si decesserit.num.7.s̃.qui satisd. cogantur.Alexand.l.postulante.num. 7.ʃ. ad Trebellian.Aretin.hic col.fin.ad medium,& asserit receptum Menchaca de successio.creatio.§.6.num.45.declarando vt per Bald.d.§.etsi præfatam.num.3. Adde in hac materia Ordin.lib.4.tit.4. quæ constituit,nõ valere pactum, quòd si debitor non soluerit in certo tempore,eo non citato neque audito,fiat executio in eius bonis:quæ Ordinatio duas habet difficultates.Prima est ex Ordin. lib.4.tit.52.§.2.&. 3. quæ probat valere pactum,quòd si debitor in tempore nõ soluerit,possit fieri executio in eius persona:ergo à fortiori debet valere pactũ, quòd fiat executio in bonis:argum.l. in seruorum.ʃ.de pœnis. Secũdo in cõtrarium vrget .l. 3. C.de pignor. per quam Bart.hic num.10.concludit, valere pactum,quòd creditor posit facere executionem in bonis debitoris propria authoritate,etiam eo non citato : subscribit Afflict.decisio.326. Defendendo tamen decisionẽ prædictæ Ordinationis, ad primam difficultatem respõdeo,terminos esse dispares:pactum enim quòd capiatur persona debitoris, etiamsi habeat bona,non tollit defensionem debitori,sed tantùm mutat modum defensionis. Areti.hîc nu.8.& supra diximus: cæterum pactum de quo agit Ordi. lib. 4.tit.4.in effectu tollit defensionem debitori:quia propter illud debitore non citato,neque audito,debet fieri executio effectualis in eius bonis, & ideò tale
47 pactum non admittitur. † Quare si pactum contineret,quòd nõ audiretur debitor,prius quàm deponeret certã quãtitatem,hoc pactum valeret,quia per illud non tollitur defensio debitori, sed tantum in eo grauatur, quòd antequã audiatur,debet deponere quantitatem conuentam: quod iuris rationibus non repugnat,& ideò tale pactum validum debet censeri,iuxta regulam. l.iuris gentium.§.prætor ait.s̃.de pact.& ita Alciat. l.nemo potest.nume.52.ʃ.de legat. 1.& Gamma decisio.369.nu. fin. Ad secũdã difficultatem de.l. 3.C.de pignorib. respondetur,quòd ea lex tantũ probat, valere pactum,quòd creditor posit accipere possessionẽ rei hypothecatæ propria authoritate: quod etiã pactum admittit Ordinatio.lib.4.tit.5.§.fi .limitãs, nisi debitor tempore capiendæ possessionis contradicat:neque enim tũc creditor propria authoritate debet prædictam possessionem accipere,iuxta regulam.l.non est singulis.ʃ.de regulis iuris, Quod tamen est intelligendum,quãdo debitor contradicit cum armis,ita vt sit timor rixæ & tumultus: nam si tantùm verbis contradicat, nihilominus creditor iure pacti vti potest:vt explicat Bart. l.3.num.17.in fin.C.de pignorib .Pactũ autem,quòd creditor,non audito, nec citato debitore,possit facere executionem in bonis illius, inualidum cẽsetur. Ordinatio. lib.4.tit.4.Quinimo neque valebit pactum, quòd post sententiam iudicis,creditor posit facere executionẽ in bonis debitoris propria authoritate.Ordina.lib.4.tit.5. in princip . Et est ratio, quia facere huiusmodi executionẽ pertinet ad iurisdictionem.l. à diuo Pio.in princip.ʃ.de re iudicat.quam consensus priuatorum tribuere non potest. l.priuatorũ.C.de iurisd.omn.iud.Adde, neq; valere pactũ,quòd si debitor nõ soluat, eo neq; citato, neq; audito, possit mandato iudicis fieri exequutio in bonis debitoris:nam cùm in exequutione faciẽda debeat præcedere citatio,& saltẽ summaria cognitio.l.à diuo Pio.§. si super rebus.ʃ.de re iudicat. magis propter ordinẽ à iure præscriptum,& eius rigorẽ obseruandum, quàm propter partium voluntatẽ,iuxta cap.1.de libelli oblatio. partium conuẽtio hunc ordinẽ mutare
48 non potest,† iuxta notata. cap. de causis de offic.delegat. & ita Ripa.l.obligatione generali.num.27.s̃.de pignorib.& ante eum Bald. consi.285.nu.9.lib.1.Neq; in his terminis repugnat.l. 3. C. de pignoribus. quia loquitur in exequutione, quæ fit extra iudicium, & per quam tantùm acquiritur possessio rei hypothecatæ:hæc enim fieri potest,non citato debitore,neq; liquidato debito, vt aduersus Bart. efficaciter probat Salicet. l.3. 49
num.27. C. de pignorib. quẽ sequitur Ruin. consil.152.num.7.lib.4. Sed si agatur de exequutione iudiciali,† hæc etiam ex pacto fieri non potest, nisi præcedat citatio,& debiti liquidatio, vt explicat Salicet.dict l.3.num.30. Neuizanis consilio.82.num.28.Et iuxta hæc venit explicandus Bart.hîc num. 10. dum generaliter inquit,valere pactum,quòd creditor posit facere exequutionẽ in bonis debitoris propria authoritate: nã debet intelligi de illa exequutione quæ fit extra iudiciũ ad acquirẽdã possessionẽ rei hypothecatæ: & aliud erit in iudiciali,vel etiã extraiudiciali, quæ habeat instar iudicialis, vt constat ex suprà traditis.Illud vtiq; verum est, valere pactũ, quòd si debitor non soluat,pignus remaneat vẽditum creditori pro iusto pretio. l.si fundus.§.final. s̃. de pignoribus.l.Titius.s̃.de pignorat.actio. Ruinus consil. 145.num.6.lib.4.probat Ord. lib. 4. titu. 26.§.1.Vltimò Bart.hîc num.12.quærit de ea notabili quæstione, vtrùm valeat pactum,per quod debitor renuntiat beneficio cessionis bonorum ? & ipse cõcludit non valere, & eius opinio cõmuniter recipitur,vt asserit Neuiza consi. 59.num.6.Rota decis.31. de re iudic. in antiquis.Couar.resolutio.libro.2.cap.1. num.7.Balb. decisio. 4.defendit Angel. §.final.num.11.Instit.de actio.Mench. de successio.creatio.§.22.num.79.Bruñus tract.de cessio. bonor. q. 20. principali.à num.4.Baeça tractat. de debitore inope.cap.1.num. 41. Gutierr. de iuramẽto confirmator.1.part.cap.18.num. 1. & plures quos refert Tessaurus decis. Pedamon. 36.num.2. & notabiliter ampliat Alexand. consil.37. n.6.libr.2 Ratio huius opinionis est, quòd per huiusmodi renuntiationẽ in effectu quis obligat se ad perpetuos carceres:quod pactũ valere nõ debet.l.Titio cẽtum.§.Titio. 2.ʃ.de cond.& demonst.l.2.ʃ.de libero homine exhibẽd. &.l.post certi.C.de liber.causa.† Contrariam nihilominus opinionẽ, imò valere prædictã renuntiationẽ,tenẽt Angel. Roman. & Alexan. hîc num.11.Imol.cap. cùm contingat. num.32. de iur.iurand. Guido decisio. 211. Felin.cap.si diligẽti.num.4.de foro comp. & cap.ex rescripto.à num.11. de iur.iurand. Et hanc opinionem in puncto iuris esse veriorẽ asserit Ripa. l. obligatione.num.30. s̃.de pignorib. & ei videtur accedere Couar. dict. cap. quanuis pactum.2.part.in principio. num. 6. & plures quos refert Tessaurus decisio. Pedamon.36. nu. 3.Mouẽtur per regulam.l.pen. C.de pact. & quia debitor tacitè potest renuntiare beneficio cessionis bonorum.l.final. cum gloss.final. C. qui bonis cede.possunt. ergo & expressè.l.cùm quid. s̃.si certum petat. Et tenẽdo hanc opinionẽ, ad fundamẽtum communis respondetur, quòd carcer nõ est inuẽtus ad restringendam libertatẽ,sed potiùs ad cũstodiam.l.aut damnum.§.solent.ʃ.de pœnis. Restrictio igitur libertatis, quæ venit in consequentiam,

tiam,non debet esse in consideratione. l.1.ʒ.de auth.tutor.& post Imol. aduertit Alex.hîc num.11. & Menchaca de successio.creatio.§.29.num.17.post medium.& quia esse in carcere,magis videtur pertinere ad macerationẽ corporis, quã ad restrictionẽ libertatis;& quis potest consentire in his quæ pertinent ad macerationem corporis:vt colligitur ex Bart. l.1.§.vsq; adeò.num. 2.ʒ. de iniurijs. Placet nihilominus prima opinio, quæ proculdubio magis communis est. Pro quavrget,quòd huiusmodi pactum est nimis asperũ,& inhumanum, quòd semper quis cogatur esse in carcere. authẽ de fideiussorib. §.quod autẽ. versic. agnoscant. colla.1. ergo valere non debet.l.final.C.de pactis pignorum. l. seruus ea lege.s̃.de serui exportand. Item, quia negari non potest,per hoc pactum nimis restringi naturalẽ libertatẽ,si quis semper debeat esse inclusus incarcere.l. Titio cẽtum.§.Titio.2.ʒ.de cond.& demonstra. ita vt quanuis propriè seruitus non inducatur glo.fina.l. 1.C.qui bonis cede.possunt. tamẽ quædam figura,& similitudo seruitutis videtur induci. Alexand.consil.133. num. 2.lib.6. ergo tale pactum valere non debet.l.sicut. 20.C. de liber.causa.Facit.l.nõ distinguemus.

50 §. de liberali.s̃.de arbitris. † Neq; obstãt rationes adductæ pro contraria opinione:nam ad primam de regula, l.pen. C. de pact. respondetur,quòd beneficium cessionis dicitur miserabile refugium.l. final.C.qui bonis cede.possunt.&ibi notat Bald.num.1.& dicit Imol. c.Odoardus.num.24.de solution. quòd propter miseriam& inopiam hoc beneficium fuit inductum: subscribit Beroius quæstio.133 num.1.& pariter dicitur remedium flebile.l.pen.C.qui bon.cede.possunt. & ibi Alber. Vnde colligitur, hoc beneficium concessum fuisse debitoribus,quasi personis inopibus,& miserabilibus.Porrò priuilegium concessum alicui tanquam inopi, & miserabili personæ,per pactum non potest repudiari.gl. l.vnica.verbo,excedere.C. quando Imperator inter pupillos & viduas. quam ibi sequuntur Cyn.Bald.& Salice.Felin. cap. si diligẽti.num.16. de foro compe. addens rationem esse, quòd talis renuntiatio tolleret misericordiam, & consequẽter repugnaret bonis moribus:quod & tradit Iason.l.pen.num.11. in fine.C. de pact.Guilliel. cap.Raynuntius. verb. qui cum alia.num.134. de testam. Neq; etiam obstat.l.final.cum gloss.fin.C.qui bonis cede.possunt.quia vt notab.aduertit Mẽcha.de successio.creatio.§.22.nu. 79. & Gutier.de iuramẽto confirmato. 1.part.cap.18. nu.3.in specie illius text. non agitur de aliqua renuntiatione tacita,vel expressa,sed tantùm lex priuat debitorẽ eo beneficio,quando creditores ei cõcesserunt quinquẽnalẽ dilationẽ,vt etiam probat Ordin. lib. 3. tit. 89. §.2. Ex priuatione igitur facta per legẽ, non bene infertur ad priuationẽ quæ prætẽditur fieri per simplex pactum hominis:nam priuatio legis propter illius fomẽtum,multo plus operatur quã simplex pactum,vt prosequitur Ias. l. 1.nu. 6. C.qui admitti.Inuenio tamẽ, q̃ Bald. l.1.num.9. C.qui bonis ceder. possunt. concordat opiniones,quòd pactum, q̃ quis nõ posit cedere bonis,sed debeat perpetuò manere in carcere,donec debitum integrum exoluat, non valebit, quia inducit quandam speciẽ seruitutis. Vnde eo non obstante,si conijciatur in carcerẽ,potest cedẽdo bonis ab eo se liberare,iuxta.l.1.C.qui bonis cede. possunt.Cæterùm pactum operabitur,q̃ licet cedẽs bonis, in postea acquisitis nõ teneatur,nisi quatenus facere potest. l. 4.ʒ.de cessio. bonorum. l.ex contractu. C.de bonis authorit.iudic. & sic deducto ne egeat secũdùm dignitatẽ, per tradita.l.maritum.s̃.eodẽ. probat Ordina. libro. 3.tit.89. in fin.principij.tamẽ stante prædicto pacto,ex posteà quæsitis nõ deducet necessaria secundùm dignitatem,



sed secundùm indigentiam, vt pactum aliquid operetur:subscribit Angelus.§.final.num.11. ad finẽ. Instit. de actio.Guido decisio.211.in princip.Ripa l.obligatione.num.33.in fin.s̃.de pignorib.Aufreri. in additio.ad Capellã Tholosanã.q.61. † Et eandem concordiam

51 ponit Rota decisio.167.vtrùm posit, & decisio.177.& decisio.211. in antiquis. aliàs decisio.31.num.5. de re iudicat. in antiquis.& eam tanquam æquitati consonam probat Brunus tract. de cession. bonor.quæst.20.principali.num. 13. & Baeça tractatu de debitore inope.cap.1. num.45.Tessaurus decis. 36. nu.3.adfin. Quæ concordia admitti potest,quia tantùm declarat communem traditionẽ. Sed quid si istud pactum confirmetur iuramento,vtrùm tunc sit seruandum? Et Guido decisio.211. concludit,neque iuramento confirmari, asserẽs ita fuisse iudicatum:quod & tenet Rota decisio. 176.& decis.210. in antiquis.aliàs decis. 31.de re iudicat in antiquis. & decis. 4. de renuntiatio.in antiquis.Beroius quæstio.133.num. 5.& magis probat Couar. resolu.lib.2.cap.1.num.7.ad finẽ.Auendan tracta.de debitore inope.cap. 1. nu. 41.& noua ratione comprobat Mencha. de successio.creatio.§.22.num.80. Tessaurus decisio.Pedamonta. 35. num.4. Contrariam tamẽ opinionẽ, imò quòd huiusmodi renuntiatio confirmetur iuramẽto,tenet Federic.consil.60. per regulam.c.cùm contingat.de iureiurand. vbi Imol.num.83.ita concludit:cui subscribit Angel.§.final.nu.11.Instit. de actio.Capella Tholosana.q.61.Marianus Socin.tracta.de citatio.artic.17. nu. 18. Ripa.l.obligatione generali.num.33.ad finẽ.s̃.de pignorib. Et hanc opinionem vti veriorẽ, & magis communẽ probat Mẽchac. sibi contrarius de success. creatio.§.28.nu.19.& §.19.nu.17.&Gutier. de iuramẽto confirmator.1. parte. cap. 18.num.4. & alij quos refert Tessaurus decisio.Pedamontan.36.num.4. Placet nihilominus prima opinio: nam cũ prædicta renuntiatio manifestè libertatem restringat.l.Titio centũ.§.Titio.2. s̃.de cond.& demon.Bar.l.fraterà fratre.nu. 56.s̃.de cond.indeb.& libertas sit publica res,& non priuata.l.si quis rogatus.53 ʒ.de fideicommis.libertat. iuramentum repugnans vtilitati publicæ,seruandum non est.l.iuris gentium.§.si paciscar.s̃.de pact.& cap.si diligenti.de foro compet.

52 † Bart.l.si quis pro eo.num.17.ʒ. de fideiussorib.vt in specie aduertit Rota decision.210. in antiquis. Neque repugnat regula dict. cap. cùm contingat. quia respondetur,quòd renuntiatio beneficij cessionis,repugnat misericordiæ, & sic bonis moribus, vt in terminis inquit Felin.c.si diligenti.num. 16. de foro cõpet. Cagnol.in procemio Digesti Veteris.num. 286. nam repugnat charitati, & affectui humanitatis,insito in pectoribus hominum,vt debitor nullo modo euitare posit carcerem, & ex quo creditor nullam aliam vtilitatẽ prætendere potest, quàm q̃ debitor carceris miseria,& sordibus non enectus,perpetuò suspiret:ergo hoc pactum tanquam repugnans charitati & bonis moribus,nõ debet esse obligatoriũ.c.non est obligatorium.de regul.iuris.in.6. & ita in terminis Panor.c.2.nu.2. de pignorib. Quod sine dubio procedet,quando ille qui est in carcere,ob hoc versatur in probabili vitæ periculo:nam cùm vita sit præferẽda rebus.l.sancimus.C.de sacros. eccles. non obstante iuramẽto,debet relaxari: quod admittit Federic.consil.60. in fin. Ripa d.l.obligatione generali. num.30. Exẽplum erit,quando inopia fuerit notoria, vt si in carcere retineatur propter inopiam, fame sit periturus, nam tunc non ligabit iuramentum, quasi repugnet pietati, & bonis moribus, vt post Federicũ & Imol. tradit Alexand. hîc nu. 12.Aufreri. in additio.ad Capellam Tholosanam.quæstio.61. Baeça de debitore inope.cap.1.num.41. Præterea

&

& ad complemẽtum istius articuli aduertes, quòd in regno Portugaliæ beneficium cessionis est in vsu; ac proinde in eo regno procedẽt suprà resoluta, vt cõstat ex Ord. lib. 3. tit. 89. In regno autem Castellæ sublatum videtur esse ius cessionis bonorum ex l. 4. &. 6. &. 7. tit. 16. lib. 5. ordinamẽti. & esse in praxi; & theorica receptissimum asserit Baeça de debitore inope. cap. 2. num 2. Sed cauẽdum est, quia non valet consuetudo, quòd non posit cedi bonis. Faber §. fin. num. 7. Instit. de actio. quidquid contrarium præsupponat Capella Tholosana. quæst. 61. neq; princeps supremus, illi derogare potest, nisi ex iustissima causa. Beroius quæst. 133. num. 2. Vnde verius dicẽdum est, etiam in regno Castellæ locum esse beneficio cessionis bonorum: † tamẽ cessio non habet illum effe
53 ctum, quẽ habet cessio iure communi: neq; enim facta cessione, statim liberatur à carcere, sed debet in eo esse per no uẽ dies. Itẽ non remanet in sua libertate, sed traditur creditori, vt illi seruiat, & ex operis extenuet debitum principale, vt probant prædictæ leges: ita vt quanuis iure communi homo liber nõ posit retineri, vt ex operis satisfaciat creditori. l. ob æs. & ibi Baldus. C. de actio. & obligatio. cap. 2. de pignorib. tamẽ contrarium statutum sit per prædictas leges, vt obseruat Xuarez tit. De los gouiernos. in princip. à nu. 6. & nu. 20. Quod & in multis partibus seruari dicit Oldrad. consil. 54. Panorm. cap. inter alia. num. 22. de immunit. ecclesiarum. Aufrerius ad Capellam Tholosanam. quæst. 422. colum. 2. versic. sed in multis. Alberic. 1. part. statuto. quæst. 39 & de validitate harum legum, & earum defensione videdus est Xuarez tit. De los gouiernos. §. 2. à num. 18. & latè Baeça tractat. de debitore inope. cap. 2. à numer. 11. cum sequẽtibus. Vltimò ad cõplemẽtum materiæ aduertẽdum est ad ea, quæ hîc tradit Bart. in fine. quòd ille, qui alienauit bona sua in fraudem creditorum, non potest bonis cedere: sed propter dolum hoc beneficium amittit: allegat. l. final. §. final. cum gloss. ĵ. quæ in fraudem creditorum. subscribit Paulus. l. etiam. §. licet. num. 2. ĵ. eod. Vbi tamẽ addit, id esse intelligẽdum, quando dissipauit bona mobilia, quæ facilè recuperari non possunt per creditores: nam si alienauit bona immobilia, in fraudẽ creditorum; quia tunc facilè illa creditores reuocare possunt, iuxta titulum. ĵ. quæ in fraudẽ creditorum. prædicta alienatio in effectu eis non præiudicabit. vnde non obstante alienatione facta in fraudẽ creditorum, de-
54 bitor poterit cedere bonis: † quod dicit esse de mẽte d. l. final. §. final. subscribit Alexand. hîc num. 14. Iason. §. itẽ si quis in fraudẽ. nu. 92. & § fin. num. 7. Institu. de actio. Brunus tractat. de cessio. bonorum. 4. parte. principali. quæstio. 28. ad finẽ. & alij quos refert Stracha de decoctoribus. 3. part. num. 9. resoluẽs, q̃ quãdo debitor ita dessipauit bona, vt recuperari non possint, indignus est legis beneficio: quia in legẽ commisit. l. sed etsi ex parte. §. interdum. s̃. quod cum eo. l. auxilium. in fin. s̃. de minorib. Sed circa hæc dicta DD. ad plura est aduertẽdũ. Primò, hanc limitationẽ non bene adaptari ad præcedẽtia, quia in præcedẽtibus agitur, vtrũ posit renuntiari beneficio cessionis tacitè, vel expressè? in isto autẽ casu lex priuat debitorẽ beneficio cessionis ad puniẽdũ dolũ per eũ cõmissũ, vt hîc aduertit Alex. num. 14. & Ripa. l. obligatione. nu. 33. s̃. de pignorib. Item, quòd conclusio in se vera est, quòd propter dolum amittitur beneficium cessionis: & licet Iason. §. item si quis in fraudem. num. 92. Institut. de actio. dicat, se non videre vtilitatem, quæ ex hoc resultet creditori: tamen respondetur, id nõ tantùm induci propter fauorem creditoris, sed potiùs ad puniendum dolũ debitoris, vt apertè inquit Iurecõs. d. l. fi. §. fin.



fina. ĵ. quæ in fraudem creditor. & aduertit Stracha de decoctoribus. 3. parte. nu. 10. Et hinc est, quod falliti, siue decocto res non habent beneficiũ cessionis, quia præsumitur in fraudem creditorum bona dissipasse, vt eleganter consuluit Bal. consilio. 400. in libris. numero. 4. libro. 1. Baptista tracta. de suspecto. & fugit. debitore. quæst. 1. num. 13. Paris. consil. 94. à num. 10. lib. 1. Boerius decisio. 215. Stracha de decoctorib. 3. par. nu. 1. &. 9. Denique quod declaratio suprà assignata per Paul. & alios non est simpliciter vera: nam si bona immobilia alienẽtur per debitorẽ titulo lucratiuo, verũ quidem est, posse facile per creditores reuocari. l. penult. C. de his quæ in fraudẽ creditor. Cæterùm si alienatio facta sit titulo onerosò, non possunt creditores eam alienationẽ reuocare, nisi probetur, emptorem dolum participasse. l. qui autẽ. §. hoc edictum. ĵ. quæ in fraudẽ credito. Ergo licet immobilia extent, quia tamen non possunt reuocari per creditores, debitor propter dolum amittet beneficium cessio-
55 nis: † Et est de mente Cuma. d. l. fin. §. fina. ĵ. quæ in fraudem creditor. Cæpolla consil. criminal. 9. num. 4. Quinimo addendum est, quòd si res alienatæ non extent, potest debitor in carcere poni, donec reuelet personas, in quas res alienauit, vt post Ioan. Andr. tradit Gregor. l. 7. titulo. 15. par. 5. gloss. 1. ad finẽ. Vltimò expende, quod vt huic conclusioni locus sit oportet, quòd dolus debitoris interueniat, vt clarè probat dict. l. finali. §. finali. & tradit Bartolus hîc ad finem. Baldus l. 1. nu. 4. C. qui bonis cedere possunt. Iason §. final. num. 5. & num. 18. Instit. de actio. Balb. decisio. 4. ad finẽ. Ergo sequitur quòd non sufficiet culpa: vnde cauendum est à Croto. l. frater à fratre. num. 131. s̃. de condictio. indeb dum dicit, quòd si quis culpa sua amisit bona propria, & effectus est inops, amittet beneficium cessionis bonorum: subscribit Paris. cons. 94. num. 13. libr. 1. Stracha de decoctoribus. 3. part. num. 13. nam cum dolus requiratur, culpa nõ sufficit. Quinimo videtur, quòd neque lata culpa sufficiet: nam lata culpa commissa in bonis proprijs, non est punibilis, neque dolo æquiparatur. l. etiam. §. licet. ĵ. eodẽ. quòd ita in specie resoluit Brunus tractatu de cessione bonorum. quæstio. 15. column. fina. & quæstio. 29. quæstionis. 4. principalis. Contrarium tamen imò latã culpam sufficere ad amittendum hoc priuilegium, pro constanti tenet Bald. cap. quæ in ecclesiarum. num. 18. de constit. & ibi Felin. nu. 67. Dec. num. 30. versic. secundus. Paris. d. cons. 94. num. 10. lib. 1. Pro cõcordia harum opinionum distinguendum est, quòd si debitor faciendo actum licitum, siue indifferentem, vt pote negotiando, incidit in paupertatem, non aliàs amittet priuilegium, quàm si probetur eius dolo id accidisse, notat Paris. consilio. 94. à num. 60. libr. 1. & in his terminis non sufficiet lata culpa, & procedet prima opinio, si verò debitor dando operam rei illicitæ, incidit in paupertatem: tunc propter solam culpam, priuabitur hoc beneficio cessionis, & procedet secunda opinio. Et est ratio, quia quando quis dat operam rei illicitæ, & actus verisimiliter tendit ad id, quod posteà euenit, punitur faciens tanquam dolosus, siue delinquens; quamtumcunque id præter intentionem, & for-
56 malem eius voluntatem acciderit. † l. quoniam. C. ad l. Iuliam de vi publica. c. finali. de homicid. in. 6. Bartolus receptus. l. diuus. numero. 1. ĵ. de sicarijs Si igitur debitor ludendo, vel meritando, bona cõsumpserit, amittet prædictũ beneficium, quasi dolo consumpserit, quanuis formaliter non habuerit animũ præiudicandi creditoribus: Bald. l. 1. numer. 9. ad finẽ. & ibi Salicet. num. 10. C. qui bonis ced. poss. Iason §. fina. num. 19. Instit. de actio. Brunus tract. de cessio. bonorũ. 4. par. principali. quæst. 5. nu. 5. Et hoc est, q̃ voluit dicere: Crot. l. frater à fratre.

fratre. numero. 131.s̃.de cond.indebit. quòd ille,qui culpa ſua amiſit bona, illis abutẽdo,amittit hoc beneficiũ,nec huic conclusioni obſtat argumẽtum Aretin. hîc columna fin.poſt principium. quod is debitor non habuit animum amittendi bona,nec fraudandi creditores:& tantùm re ipſa illos videtur fraudaſſe, propter quam cauſam non reperitur iure expreſſum,quòd debeat beneficium ceſſionis amittere, quia reſpondetur,quod iuris interpretatione,ille,qui datoperam rei illicitæ,conſideratur tanquam voluntarius delinquẽs,quando ex illo actu veriſimiliter id,quod euenit poterat cõtingere, vt expreſsè docet Diuus Thomas 2.2.quæſt.64.articulo.8.in corpore. Vnde in ſpecie c.final.de homicid. in. 6.Illud homicidium præter intentionem mandantis contingẽs,magis videtur accedere homicidio voluntario,quam caſuali,vt eleganter probat Couarru. Clement.1.de homicid.2.parte.§.1.num. 2. & vt notab. inquit Diuus Thomas. 2. 2. quæſtione.62.articul.7. in corpore ad finẽ.quis tenetur reſarcirè damnum quaſi voluntarie illatum, quando dabat operam rei illicitæ, & ex ea poterat probabiliter exiſtimari, quod illud damnum, quòd euenit, eſſet euenturum:quòd etiam colligitur ex recepta doctrina Bartoli.l.diuus.numero.1.j.de ſicarijs.Denique vt inquit Baldus cõſilio.382.numero.19.libro.5.Difficillimum eſt probare debitores in fraudem creditorum diſipaſſe bona propria, & ideò ſatis eſt, probationem concludere,ſecundũ communiter accidẽtia,& ſecundũ legũ præſũptiones, quæ in materia difficilis probationis pro plena probatione ſolent reputari, vt diximus l.2.in principio.s̃. eodẽ.† Secũdò principaliter addẽdum eſt, quòd ſi debitor tempore quo contraxit: iam non habebat bona ſufficiẽtia ad ſoluẽdum credita: quoad huiuſmodi credita,cẽſebitur eſſe in dolo.l.penul.in fin.s̃. de iur. dot. & conſequẽter amittet hoc beneficiũ.l.fina.§.fina.j.quæ in fraudem creditor.& ita Bartol.hîc ad fin.communiter receptus,vt aſſerit Alexand.hîc numero.14.Qui etiam aduertit,hanc limitationẽ non bene adaptari ad ſuprà reſoluta,quia hoc caſu non amittitur beneficium propter renũtiationẽ, ſed propter priuationẽ factam per legẽ, ad puniẽdũ dolum:ſubſcribit Ripa dict. l. obligatione.numero.33.s̃.de pignoribus.Concluſio tamẽ eſt in ſe vera.pro qua vide Paul. Caſtrẽſ. conſilio.179.ad finẽ. libro.2.reſoluentem quòd vbi debitores tempore contractus,non habebant bona ſufficiẽtia ad exoluendum credita, reſpectu illorum creditorum,non poterunt vti beneficio ceſſionis, quaſi per dolum induxerint creditores ad ſecum contrahẽdũ allegat dict.l.penultima s̃. de iure dotiũ. quod etiam tradit Balb.deciſ.4. ad finẽ. & Iaſon §.fina. numero. 19. Inſtit. de actio.& notab.proſequitur Brunus tract. de ceſsio.bo.4.par.principali. quæſt. 31. Quibus tamen addendum eſt,hoc procedere.quando creditores ignorabant, debitorem non habere bona ſufficientia,quia eis nihil declaratum fuit:nam ſi ſciant,ſibi eſſet imputandum.quòd cum tali contraxerint.l.ſi creditores.j.de priuileg.creditor.Et conſequenter quaſi inducta delictorum compenſatione,debitor non amittet beneficium ceſsionis. Et ex his venit explicanda ordinatio lib. 3.titulo.89.in principio. Dum diſponit, quod debitor non poteſt vti beneficio ceſsionis,niſi in duobus caſibus. Primus quando probauerit,ſe tempore initi contractus habuiſſe bona ſufficientia ad exoluendum credita,& quòd poſteà propter caſum ſuperuenientem abſque culpa ſua,illa amiſerit, vel quando tempore contractus declarauit creditoribus,ſenõ habere bona, ſufficientia ad exoluendum, credita, vel quod bona, quæ poſſidebat iam alijs creditoribus erant obligata: nam ex ſupradictis dicendum eſt. † Quòd ideò illi, qui non habe-



habebat bona ſufficientia,ſi nihil declarauit creditoribus, amittit hoc beneficium, quia videtur eſſe in dolo.d.l.pen. s̃.de iure dotium. ideò autem ei incumbit onus probandi bona ſufficientia tũc habuiſſe,quia cum nunc non habeat,retro præſumitur,nec illa habuiſſe.l.ex perſona.C.de probatio.in ſpecie Aret.conſilio.66.numero. 8. dum autem prædicta ordinatio ſentit,quod vt competat beneficium ceſsionis, oportet debitorẽ poſt cõtractum amiſiſſe bona per caſum fortuitum abſque culpa ſua, explicanda eſt ex ſupradictis, vt procedat quando debitor amiſit bona propter actum illicitum: tunc enim vt habeat beneficium ceſsionis,oportet,quod omni culpa careat: nãſi eius culpa deprehendatur, ea amiſſio ei imputabitur, quaſi voluntariè, & per eius dolum contingerit iuxta ſuprà tradita:nam aliàs ſi nõ probetur eius dolus,non amittet prædictum beneficium, vt ſuprà dictum eſt,&ad hunc etiam modum ſunt interpretanda tradita per Soto lib. 4.de iuſt.& iure.q.7.artic.4.col.vltim.dum dicit, quòd ſi debitor non habebat bona, & tantùm ex credito pendebat,& ingens es alienum conflat,perniciosiſsimum videtur genus latrocinij, propter quod debet amittere ceſsionis beneficium, ſed qui bona fide negotiatur,& propter caſum ſuperuenientẽ deducitur ad inopiam,beneficio ceſsionis vti poteſt:ſubſcribit Nauarrus capit.non dicatis. 12.quæſtio.1.num. 3. ad medium. colligẽs,quòd ea ſola ceſsio excuſatà peccato,quòd incurritur,quia non ſoluitur debitum, quia ſcilicet ea ratione admittitur,quia propter caſum contingentem debitor amiſit bona propria: nam horũ dicta procedẽt, quando quis amiſit bona dando operam rei illicitæ, aliàs indiſtinctè proderit ceſsio, niſi conſtet eius dolo amiſsionem bonorum contigiſſe, vt cõſtat ex ſuprà traditis. Et hæc ſatis in materia de intellectu.l. rei iudicatæ. 16. in principio.s̃.eodẽ.iam egimus. l. maritũ.s̃. eo. Item de intellectu d.l. rei iudic. §.1.j.eo.actũ eſt.l.2.in prin.j.eod. Præterea & intellectum dict.l.rei iudicatæ.§.final.cum l. ex diuerſo,j.eodẽ. perigimus. d.l.maritum. s̃. eodẽ. vbi etiam egimus de intellectu. l.ex diuerſo. 17. §. final. j. eodẽ. Similiter & de intellectu l.etiam. in principio. & §.licet.j.eodẽ. ibi actum eſt. deniq; interpretationẽ.l.quãuis.21. cum l. ſequenti, j. eodem iam tractauimus l. 2. in principio. s̃. eo. Et ideò peculiaris interpretatio earũ omittitur,cũ in prædictis locis abundè de illarum intellectu actum ſit.

## SVMMARIA EORVM QVÆ TRACTANTUR in interpretatione legis Si cùm dotẽ.23.in princ. ff.Soluto matrimonio.

1 *Pater dans dotẽ pro filia poteſt ſtipulari,vt mortua filia ſibi reſtituatur.*
2 *Cur pater non poſsit in ſe transferre dotis reſtitutionem niſi mediante ſtipulatione.*
3 *Pactũ quãdo veſtiatur cohærẽtia contractus principalis.*
4 *Aſsignat vera ratio ad l.auia.C.de iur.dot.*
5 *Et aduerſus Alex.eleganter defenditur.*
6 *Quod actio ſit communis inter patrẽ & filiã, ſemper videtur præcedere pactum patris.*
7 *Multũ intereſt actionem præſcriptis verbis dari ex contractu veſtito,cohærentia cõtractus,vel quaſi ex cõtructu innominato habita relatione pacti adcõtractũ principalẽ.*
8 *Quãdo iſto iure præſumeretur animus nouã di.*
9 *Nouatio non poteſt fieri per pactum, quamtumcunque conſtet de mente partium.*
10 *Quãdo dicãtur delegatio,& quæ ſit eius vis.*

11 *Quando pactum interpositum à patre aliquid possit operari in hac materia.*
12 *Et quando ex hoc pacto possit dari actio præscriptis verbis.*
13 *Quando contractus respicit vtilitatem vnius, & pactum vtilitatem alterius, nunquam vestitur cohærentia contractus.*
14 *Quando extraneus dotat, & sibi stipulatur restitui non potest tractari de nouatione.*
15 *Agitur de intellectu. l. quoties. 30. ff. eo.*
16 *Quando in ea dicatur stipulationem in continenti fieri.*
17 *Pater quando possit dissoluere sponsalia cõtracta per filiam.*
18 *In casu omisso pater videtur donare actionem filio.*
19 *Contrarium tamen defenditur.*
20 *Tacita donatio non requirit acceptationẽ partis.*
21 *Agitur de intellectu. l. inter socerum. §. fina. ff. de pact. dotalib.*
22 *Per actum nullum quando reuocetur validus.*
23 *Etiam in vltima voluntate per actum nullum non reuocatur validus.*
24 *Et circa hoc elegans assignatur resolutio.*
25 *Agitur de concordia huius tex. cum l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotalib.*
26 *Dos in eo casu pertinet ad filios tanquam patris hæredes.*
27 *Expenditur. l. inter socerum. §. 1. ff. de pact. dotalib.*
28 *Filia fa. isto iure in dote non poterat habere hæredem.*
29 *Qui sibi prouidit in certo casu, in contrario videtur oppositum voluisse.*
30 *Saluatur intellectus Bal. & aliorum ad d. §. cum inter.*
31 *In contractibus quod colligitur per argumentum à contrario sensu censetur dispositum.*
32 *Et in specie d. §. cũ inter. quid operetur pactũ in fauorem soceri.*
33 *Reijcitur quædam consideratio Imol. Romani, & aliorum in hac materia.*
34 *In casu d. §. cum inter. cuius nomine retineatur dos.*
35 *Et vtrum ibi casus omissus relinquatur dispositioni iuris communis.*
36 *Explicantur quædam dicta Paul. hic nu. 9. & aliorum.*
37 *Et noua adhibetur cõsideratio aduersus eos.*
38 *Item exploditur quædam consideratio Claudij in hoc articulo.*
39 *Agitur de intellectu l. Bebius. 30. ff. de pactis dotalib.*
40 *Pactum de non petendo refertur ad ius, quod competit de præsenti.*
41 *Pactũ, si morte mulieris solueretur matrimonium, nõ habet locum si soluatur per diuortium.*
42 *In specie d. l. Bebius qualiter debeat sumi argumentum à contrario sensu.*
43 *Et qua ratione ibi prælegatum dotis valuerit.*
44 *Et cur tantùm ratione prælegati filia dotẽ petere possit.*
45 *Reseruatio iuris competentis quid operetur.*
46 *Explicatur l. fina. in princ. C. de episco. & clericis.*
47 *Casus deportationis magis assimilatur solutioni matrimonij per diuortium.*
48 *Intellectus l. si filia familia. 5. de diuortijs.*
49 *Factum in præiuditium & fraudem alterius nihil præiudicat.*
50 *Casus omissus videtur relinqui in dispositione iuris communis.*
51 *Explicatur l. si extraneus. ff. de condict. ob causam.*
52 *Si matrimonium non sequatur, nullum ius quæritur mulieri.*
53 *In specie d. l. si extraneus. in fin. actio est communis inter patrem & filiam.*

INTER-



# INTERPRETATIO
## Legis Si cum dotem. 23. in princ. ff. Soluto matrimonio

TEXT. Is in hoc principio famosus est, & subtilis, vt asserunt Pau. & Claud. ex eoque colligunt duæ conclusiones sigillatim explicandæ: ad quarum declarationem præmittendum est, quòd si pater dat dotem pro filia in potestate, ius constituit, vt actio competens ad illius restitutionem, sit communis inter patrem & filiam. l. 2. §. quòd si in patris. ff. eod. & ibi Vincent. n. 2. Si autem illam det pro filia emãcipata, dotis actio in solidũ est filiæ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. actio. nisi in continẽti pater per pactũ vel stipulationẽ cauerit sibi fieri dotis restitutionem. l. vnica. §. accedit. ad finẽ. C. de rei vxor. actio. l. ex morte. ad finẽ. C. de pact. conuentis. Secundò præmittendum est, quòd licet pactum, siue stipulatio indefinitè concepta, comprehẽdat omnes casus restituẽdæ dotis. l. cũ quærebatur. 238. ff. de verbor. signific. l. qui sic. 57. ff. eod. tamen si pactum limitatiuè concipiatur in certũ casum, scilicet, si morte soluatur matrimonium, & contingat matrimonium dissolui per alium casum diuersum ab expresso, non habet locum pactum, siue stipulatio expressa, sed ille casus tanquã omissus relinquitur determinandus secũdũ iuris principia: quod probat is tex. & l. si extraneus. ff. de condi. ob causã. & l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. de quo infrà latius agemus. Quibus ita præmissis, ex hoc principio colligẽda est prima cõclusio, q; pater, vel extraneus dotem dantes, possunt pacisci, vt soluto

1 matrimonio per mortẽ, eis dos restituat in solidũ. † Sed ad illius declarationẽ aduertendum est, quòd licet valeat prædictũ pactũ respectu extranei dotem dantis, vt est expressum in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. tamẽ respectu patris dotem dãtis non valet pactum; quia vt pater dotis restitutionẽ in se transferat, non sufficit pactum, sed requiritur stipulatio, vt est expressum. l. auia. 6. C. de iure dotium. & significat l. quoties. 30. ff. eodem. Ergo malè is textus coniungit extraneum, & patrem, paciscentes, sentiẽs etiam patrem per solum pactum posse in se transferre dotis restitutionem. Cui difficultati respondet gl. hic verb. mulieri. quòd verbum, Pepegit, de quo in hoc text. relatum ad extraneum, in propria stabit significatione: sed relatum ad patrem, exponendum est, id est, stipulatus est, iuxta d. l. auia. Neque enim nouum est, vnum & idem verbum ad diuersa relatum diuerso modo exponi. l. 2. de offic. Proconsulis. Et hanc glossæ solutionẽ esse communiter approbatam asserit Alexand. hic num. 7. ad finem. Clau. numer. 2. Campes. de dote. 3. parte. quæstio. 124. n. 1. Sed negari non potest, hũc communem intellectum literæ vim facere, cùm regulariter vnum & idem verbum in eádem oratione positum non debeat diuersimodè accipi. l. iam hoc iure. ff. de vulgari. & ideò Bartolus hic numer. 1. aliter respondet, quòd licet hoc pactum inutile sit in persona patris, ad transferendum in eum dotis restitutionem. dict. l. auia. tamen quatenus ex eo colligitur tacitus animus donandi filiæ in casu omisso, operabitur in fauorem filiæ, vt ex illo in solidum detur actio filiæ. Quam responsionem

confirmat Rogeri. hîc numero. 12. Sed neque hæc respõsio placet, quia præsupponit, ex prædicto pacto resultare donationem in fauorem filiæ in casu omissò, per quã ei quæritur actio in solidum: qd tamen est falsum, vt infrà ostendemus: in secunda conclusione, & ita etiã hæc Bartoli responsio communiter reprobatur, vt hîc asserit Claud. numer. 2. Vnde pro vera explicatione huius difficultatis videndum est nobis in primis, quanã ratione in d. l. auia. fuerit constitutum, quòd pater dotem dans pro filia, nõ possit in se transferre dotis restitutionẽ per pactum, sed ad hoc necessariam esse stipulationem? Et vtique ratio in obscuro est, ita vt vix concludens reddi possit, teste Iasone l. in traditionibus. colum. i. & ibi Horoscius in fin. s̃. de pact. Cęterùm gl. d. l. auia. ver. simplici. quatuor asignat
2 rationes. † Prima est, quia ius in fauorem patris induxit, vt dando dotem pro filia, actio ad dotem restituendam esset communis inter patrem & filiã, etiamsi pater nihil paciscereturl. vnic. §. accedit. C. de rei vxo. actio. vnde in alio fuit grauatus, vt non posset in se transferre in solidum dotis datæ restitutionem, nisi per stipulationem, iuxta regulam l. eum qui. s̃. de iureiurand. Et hanc rationem probauit Imol. hîc columna. 2. post principiũ, & communiter esse receptam asserit Alexand. hîc numero. 8. ad medium. Claud. num. 6. & verisimam appellat Castillioneus hîc in rep. num. 6. eam defendens, & num. 11. Iason §. fuerat. num. 54. & ibi Gom. num. 22. Instit. de actio. Sed hæc cõmunis ratio non est admittenda, presupponit enim in patris fauorem fuisse inductum, vt dando dotẽ pro filia, actio dotis esset communis sibi & filiæ: quod tamen falsũ est, quia potius hoc in eius grauamen inductum videtur, cum actio dotis datæ pro filia in potestate, secundũ iuris regulas patri in solidum debuit quæri. l. placet. j̃. de acquirend hæreditat. notauit in specie gloss. l. 2. §. quod si in paverb. profecta. s̃. eod. ergo ratio communis apertè corruit. Secũdam igitur rationem asignat gloss. d. l. auia. quòd ea ratione requiritur stipulatio ex parte patris, quia is de necessitate tenetur filias dotare. l. qui liberos. s̃. de ritu nuptiarũ. non sic extraneus, qui voluntariè dotat: & ideò in patre requiritur stipulatio, & in extraneo sufficit pactum. Quæ ratio supplenda est cum Angel. hîc col. 2. post principium. & l. lecta. num. 8. s̃. si certum petat. quòd regula quæ dictat, pactũ in continenti appositum, vestiri cohærentia contractus principalis. l. iuris gẽtium. §. quinimo. s̃. de pactis. l. in bona fidei. C. eod. tit. procedit, quãdo contractus principalis voluntariè celebratur, & ab eo qui anteà non erat obligatus: nam si fiat ex necessitate, & ab eo, qui anteà erat obligatus illud præstare; tũc cohærentia huius contractus non vestitur pactum etiam in continenti appositum, ne aliàs sequatur, vnum & eundem actum duos contrarios effectus operari, scilicet quòd contractus principalis liberet contrahẽtem ab obligatione, qua aliàs tenebat, & præterea vestiat pactum in continenti appositum in eiusdem fauorem, & sic ei acquirat actionem, gloss. est celebris. l. in traditionibus. & ibi Bart. s̃. de pactis. Cùm igitur pater ex necessitate dotet filias, pactum in continenti appositum non vestietur cohærentia contractus; & ideò necessaria est stipulatio: secus in extraneo dotante, quia cum volũtariè dotet, pactum vestietur cohærentia contractus: & hanc rationem ita explicatam †
3 probat Bald. Nouellus de dote. 6. parte. priuileg. 17. num. 3. Alciat. l. legem. nu. 7. in fin. C. de pac. Duaren. l. quoties. j̃. eo. Connan. libro. 8. commentario. cap. 10. num. 7. Antonius Vsillus. §. fuerat. nume 66. Instit. de actio. Sed neque hæc ratio concludens est, quia ea admissa sequeretur, quòd si pater daret dotem pro filia emancipata, non sufficeret pactum, vt sibi dos restitueretur, sed necessaria esset stipulatio; quia & filiam emancipatã, pater ex necessitate dotat l. fin. C. de dotis promissio. & tamen tunc pactum sufficere probat l. vnica. §. accedit. in principio. iuncto versic. extraneum. C. de rei vxor. actio. Qua ratione prædictam rationem improbant Cumanus, Imola, Romanus, & Alexander hîc numero. 9. Claud. numero. 6. & Castillioneus in rep. numerõ. 4. & 6. Roman. l. si extraneus. numero. 4. s̃. de cond. ob causam. Neque repugnat traditio gloss. d. l. in traditionibus. quia duas recipit limitationes. Prima est, vt procedat, quãdo primus contractus fit ab eo, qui aliquid debet ratione conuẽtionis: nam si debeat ex dispositione legis, adhuc pactum vestietur cohærentia contractus, vt probatur in dict. §. accedit. iuncta dict. l. final. C. de dotis promissio. & ita Alexand hîc numero. 9. & Castillioneus numer. 4. Itẽ secũdò procedit in debito iure actionis: secus in debito officio iudicis: nam cũ hoc nullam præsupponat obligationẽ. l. qui per collusionẽ. §. fina. s̃. de actio. empti. debitum per officium iudicis, tantũ largo modo potest dici debitum gloss. l. si seruum. 91. §. fina. verb. possit. & ibi Iason numero. 4 j̃. de verborum obligatio. Vnde liberatio ab hac impropria obligatione, non impediet pactum vestiri cohærentia contractus, vt probat d. §. accedit. adiũcta. l. qui liberos. s̃. de ritu nuptiarum. & ita Alexand. hîc numero. 10. & Iason l. in traditionibus. columna fina. s̃. de pactis. Reiecta igitur hac secunda ratione, item & tertia, quæ communiter reprobatur, & nullũ habet colorẽ, succedit quarta & vltima ratio asignata per gloss. d. l. auia. quòd secundùm iuris dispositionem, quando dos datur pro filia in potestate, actio competẽs ad dotis restitutionem, est communis inter patrẽ & filiam. l. 2. §. quòd si in patris. s̃. eod. † Si
4 ergo pater velit, quòd ea actio sua sit in solidum, in effectu prætendit mutare actionem dotis, & consequenter prædictam actionem nouare: quæ tamen nouatio citra stipulationem celebrari non potest. l. fi. ex pretio. C. si certum petat. & l. qui negocia. 34. s̃. mãdati. quã responsionem probat Bald. d. l. auia. in fine. Oldrad. consilio. 132. numer. 1. Sed & hãc communiter esse reprobatã asserit Alexand. hîc numero. 9. & aduersus eã tres adducit rationes. Primã, quia tũc frustra constitueretur differentia inter patrem & extraneum dotantes: nam & extraneus simpliciter dotando videtur donare mulieri. l. vnica. §. accedit. C. de rei actio. & sic si velit in se transferri dotis restitutionem, semper videtur agi de nouatione prioris actionis, vnde etiam necessaria esset stipulatio: cuius contrariũ probat d. l. auia. in principio. Secundã, quia non potest tractari de nouatione, antequã contractus perfectus sit: & quãdo pactum in continenti apponitur, adhuc non videtur contractus haberi pro perfecto: argument. l. contractus. C. de fide instrumento. Et hac ratione pacta in continenti apposita, informãt contractum præcedentem, quasi adhuc imperfectum. l. lecta. versicul. dicebam. & ibi Bartolus numero. 18 s̃. si certum petat. l. iuris gentium. § quinimo. & ibi Alexan. in princ. s̃. de pact. Tertiã, quia fallò præsupponit prædicta ratio, nouationẽ non posse fieri nisi per stipulationem, quia imò fieri potest per alium quemcunque actum, ex quo nascatur naturalis obligatio. l. si mandato. §. fina. s̃. mandati. Sed ex pacto oritur obligatio naturalis: ergo per illud inducetur nouatio: quod videtur probare text. l. si pro mutua. iuncta l. si ex pretio. C. si certum peta. Sed his nõ obstantibus, ego nõ recedo ab hac quarta ratione, quã video expressè poni in d. l. auia. Neque obstant rationes Alexan. in contrarium adductæ, quia ad primam respondetur, terminos esse dispares: nã quando dos datur per extraneum, vel patrẽ, qui mulierem non habet in potestate, lex nõ intromittit se, sed totum relin-

quit conuentioni partium, vt si in continenti paciscatur dans dotem, quasi declarando voluntatem suam, id obseruetur: si verò nihil declarauerit, tunc fingit stipulationem in fauorem mulieris: ac ita si bene attendas, tunc tantũ agitur de declaranda dubia voluntate dotantis, vt apertè colligitur ex d. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & in specie aduertit Claud. hic numero. 7. ad finem. Cæterũ quando pater dat dotem pro filia in potestate, lex non pendet ex conuentione partium, sed etsi nihil per partes dictum sit, producit actionem, quæ communis sit inter patrem & filiam. d. §. accedit. in fin. Vbi igitur primùm dos data est per patrem, etiam ante partium conuentionem, lex intromittit se, & producit prædictam actionem: vnde pactum etiam in continenti superueniens, semper videtur venire, postquam lex prædictam actionem produxit, quæ mutari non potest per pactum, †sed necessaria est stipulatio l. si ex pretio. C. si certum petatur.
5 & infrà latius probabimus in respõsione tradita ad tertiam Alexandri rationem: & ita in specie colliges ex Oldrad. consilio. 132. numero. 1. Neque huic consideratione obstat, quòd actio ad dotem repetendam non statim nascitur, sed post quam fuerit solutum matrimonium, vt traditur l. si constante. §. 1. ĵ. eodem. Vnde ante actionem ortam, non potest tractari de nouatione. l. quoties. §. fi. l. si Stichũ. §. i. ĵ. de nouatio. Nã facilè respõdetur, quòd licet actio ad dotem repetendam, attenta veritate, non nascatur nisi post solutum matrimonium, tamen retrotrahitur, iuxta regulam l. potior est. s̃. qui potio. in pignoribus. & sic quoad ius attinet, perinde habetur, ac si tempore dationis dotis orta esset. l. 1. s̃. qui potio. in pigno. l. inter socerum. §. fina. s̃. de pactis dotalib. Vnde adhuc locum obtinet ratio suprà asignata. Non obstat secunda Alexandri ratio, quia locum habet in his, pro quibus lex non se intromittit, vt est regulare: non procedet autem in his in quibus se lex intromittit, dando actionem ante partium conuẽtionem, vt est in nostro casu: nam tunc pactùm superueniẽs semper videtur venire post actionem iam productam, & sic postquam iã perfecta est, vnde ad illius mutationẽ necessaria est nouatio, & consequenter stipulatio. l. si ex pretio. C. si certum petat. Vnde quando lex nõ se intromittit, sed expectat conuentionem partium, tunc cùm actus adhuc non censeatur perfectus, pactum vel informabit contractũ, ita vt actio competens pro contractu principali extendatur & contineat id
6 quod in pacto exprimitur, iuxta l. iuris gentium. §. quinimo. s̃. de pactis. Vel etiã ex ipso pacto quasi vestito cohærentia contractus nominati, producetur actio præscriptis verbis. l. in bonæ fidei, & ibi tradit Curt. Iunior. nume. 11. C. de pactis, & in specie probat. l. auia. in princ. C. de iure dotiũ. Vel habita relatione pacti ad contractum principalem, videtur resultare quidam contractus innominatus, ex quo dabitur actio præscriptis verbis. l. naturalis. §. 1. s̃. de præscriptis verbis. & in specie probat l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. Multũ autem interest, vtrùm actio præscriptis verbis competat, quasi pactum vestiatur cohærentia contractus nominati, vel quasi ex cõtractu innominato habita relatione pacti ad contractum, vt explicat Alexand. l. in bonæ fidei. numero. 7. C. de pactis. Prædicta autem vera esse intelligas, quãdo pactum in continenti sequutum est, & sic antequam partes haberẽt contractum perfecto: nam si ex interuallo interponatur, & sic postquam partes habuerunt contractum pro perfecto, pactum non producet prædictos effectus, sed locum habebit regula. l. iuris gẽtiũ. §. igitur nuda. s̃. de pactis. explicant Salicet. l. in bonæ fidei. numero. 11. & ibi Alexand. numero. 12. Decius col. fina. C. de pactis. Alexander consilio. 10. à nu. 7.

libro



libro. 1. Non obstat tertia & vltima ratio Alexandr. quia aduertendum est, nimis controuersum esse apud DD. vtrùm stipulatio sit necessaria ad inducendam nouationem, an verò illa induci posit per alium quemcunque contractum: nam d. l. auia. C. de iure dotium. videtur probare necessariam esse stipulationem, & idem probat l. si ex pretio. C. si certum petatur. & l. qui negotia. 54. s̃. mandati. & ita tenet gloss. d. l. auia. in vltima ratione, & etiam glo. 2. l. cum dos. s̃. de pactis dotalibus. Oldradus consilio. 132. numero 1. Corneus consilio. 33. numero. 10. libr. 2. rationem reddit Bald. dict. l. auia. ad finem. quã probat Claud. hic numero. 6. Contrariam tamen opinionem imò nouationem induci posse, per quemcunque alium contractum videtur probare textus l. si mandato. 45. §. final. s̃. mandati. per quem ita tenet Bartol. l. 1. numero 3. & ibi Paulus numero. 4. ĵ. de nouation. idem Bartolus l. singularia. numero. 11. & numero. 21. s̃. si certum petatur. & ibi Iason numero. 27. Decius. numer. 19. Alexander in rubrica numer. 10. & l. si diuortio. numero. 3. ĵ. de verborum obligatione. & consilio 13. numero. 5. libro. 2. Aretinus. l. 1. numer. 3. C. de iudicijs. Socinus consilio. 89. numero. 3. libro. 3. & plures quos refert ex ea. de pactis num. 468. versicul. 45. & asserit receptum A-
8 lexand. hic numer. 9. †Sed videntur concordandæ opiniones quod interuenientе stipulatione iure antiquo præsumebatur nouatio in casibus expressis. §. præterea. Instit. quibus modis tollitur obligatio: & tamen in eisdem casibus non interueniente stipulatione, sed alio contractu, nõ præsumebatur nouatio, nisi id clarè expressum esset per partes. l. itẽ illa. §. fina. & ibi Bartolus s̃. de constituta pecunia: & ita tenent suprà allegati. & Aretinus consilio. 5. numero. 5. & Socinus consilio. 21. numero. 9. libr. 1. Galeaula in rubrica. numero. 155. ĵ. de verborum obligatione. Purpuratus l. certi cõdictio. §. si nummos. numero finali. s̃. si certum petatur. Sed non placet, quia hodie generale est, vt non videatur facta nouatio, nisi id exprimatur per partes. l. finali. C. de nouatio. & sic in effectu hodie dicta. l. auia. & l. si ex pretio. C. si certum petatur. inutiles redderentur aliam igitur concordiam asignauit: Clau. hic numero. 6. quod per pactũ non inducitur nouatio, licet constet de partium mente, propter rationẽ Bald. dict. l. auia. in fine. C. de iure dotium. Sed per contractum nominatum, prout est mandatum, inducetur nouatio: & in his terminis loquitur dict. l. si mandato. §. finali. Sed neque hæc concordia admittenda est, quia est contra mentem communis, quæ tenet nouari actionem per quemcunque contractum ex quo saltem oriatur naturalis obligatio, vt hic refert Alexand. numero. 9. & ex ea de pactis. numero. 468. versicul. 45. Item quia non potest asignari congrua ratio differentiæ inter prædi-
9 ctos casus. Quare verior est prima opinio, quòd indistinctè non posit fieri nouatio, nisi per stipulationem, vt clare probant dict. l. auia. & l. si ex pretio. C. si certũ petatur. Neq; obstat dict. l. si mãdato. §. finali. quia debes aduertere quod non loquitur de nouatione, sed potius de delegatione quæ differt à nouatione, & in qua vt illi sit locus multa requiruntur de quibus per Iason l. singularia. numero 36. & ibi Decius numero. 27. s̃. si certum petatur. huiusque delegationis duæ sunt species. Prima est, quando iubeo debitorem meum tibi promittere per stipulationem, id quòd mihi debet. l. 1. C. de nouatio. Secunda est, quando de mandato meo conuenis meum debitorem: nam lite contestata cum eo, inducitur delegatio. l. delegare. 11. ĵ. de nouatio. de prima specie delegationis agit dicta. l. si mandato. §. fina. In primo casu probans quod licet quando ego tibi delego debitorem meum, & ille tibi promittit, ego remaneo liberatus. l. 1. C. de

noua-

nouatio. hoc tamen non procedet, quãdo dictum est, vt acciperes promissionẽ debitoris mei meo periculo, neq; enim tunc remanebo liberatus, pro ea parte, quam ille à debitore meo consequi non poterit: & ideò per actionem mandati, illud à me repetere poterit: de secunda autem specie delegationis loquitur dict. l. si mandato. §. fina. in 2. parte. vt colligitur ex illius verbis ibi, Egissẽ, adiuncta. l. amplius non peti ĵ. rem ratam haberi, & doctrina gloss. 1. l. si posteà. 44. s̃. de peculio. & hoc secundo casu probat ille textus, quòd si mandato fideiussoris creditor egit cum re principali, & sic cum debitore fideiussoris. l. indebitam. s̃. de condictio. indebit. Sequuta litis contestatione, & sic locum habente secunda specie delegationis, fideiussor remanet liberatus à prima actione, & poterit conueniri per actionem mandati. Non intelligas autem quòd remanet liberatus à prima obligatione, propter mandatum, vt Bartolus & alij malè præsupponunt, sed virtute delegationis per quam inducitur liberatio. l. 1. C. de nouatio. ac si delegans soluisset. l. quanuis. 8. §. interdũ. s̃. ad Velleian. & in specie aduertit glo. final. dict. l. si mandato. §. final. Quare si in specie d l. si mandato. §. fin. non posset habere locum delegatio, quia deficeret vnum de requisitis de quibus per Iason dict. l. singularia numero. 36. tunc propter mãdatum fideiussor non remaneret liberatus, sed potius duplici obligatione teneretur, iuxta l. item illa. §. final. & ibi Bartolus s̃. de constit. pecunia. Ex hac igitur quarta responsione: gloss. d. l. auia. ita defensa infertur, vera explicatio ad dictam l. auia. C. de iure dotium. nam ea ratione procedit differentia ibi constituta, quia quando extraneus, vel qui mulierem nõ habet in potestate dotem promittit: lex nõ se intromittit, sed expectat partium conuentionem: & ideò non videtur agi de nouatione, sed quando pater dat dotem pro filia in potestate lex se intromittit non expectata partium conuentione dict. §. accedit. in fine. & sic per pactum etiam in continenti superueniẽs videtur agi de mutanda natura actionis iam productæ per legem: ac ita in effectu de nouatione, ad quam inducendam pactum non sufficit, vt suprà probauimus, neque audiendi sunt, Albericus hîc ad finem. & Fulgosius l. lecta. numero. 15. s̃. si certum petatur, dum intelligunt, quod quando interuenit pactum, non creditur patrem voluisse nouare priorem actionem, sed si de hoc constaret, tunc etiam per pactum induceretur pro quibus potest expendi, dict. l. auia. in fine. ibi, non creditur, sed falsus est is intellectus ex suprà traditis, & illum acriter impugnat Alexand. hîc numero. 10. versiculo aliam limitationem, neque obstant verba d. l. auia. quia illud verbũ non creditur, debet referri ad dispositionem iuris: nam stante dispositione iuris, non credit per pactũ valide nouasse. Secũdo infertur explicatio ad istum textum, in verbo pactus est, nam respectu patris debet exponi id est stipulatus est, vt gloss. & magis communis exponit, & respectu extranei, debet accipi in propria significatione, neque nouum est ex subiecta materia, & iuris principijs vnum, & idem verbum, diuerso modo exponi, iuxta doctrinam glossæ. l. 2. s̃. de officio Proconsulis, vel etiam respectu patris potest accipi in propria significatione dummodo addas hoc pactum patris, posteà in stipulationem fuisse deductum, vt in nostra materia probat l. pater cum filiæ. 23. s̃. de pactis dotalibus. inuenio tamen quòd Alexand. hîc numero. 10. versiculo ego autem tentat differentiam esse, vtrùm pater velit in omnem casum dotis restituendæ actionem sibi appropriare: & procedat dict. l. auia. aut in vnum tantùm casum, & sufficiat pactum, quia non agitur de tam magno filiæ præiudicio: & ita procedat is textus, quòd reprobat Claud. numero. 3. quia semper militat ea ratio, quod per pactum non potest nouari actio: nihilominus tentari potest consideratione Alexand. admitti posse in eo sensu, vt quando pater in omnem casum dotis restituendæ, velit sibi dotem appropriare, & de hoc paciscatur videatur habere animum nouandi: & procedat dicta l. auia. cum sua ratione, quando verò in vnum tantùm casum paciscatur, non credatur habere animum nouandi, sed potius, quod pactũ locum haberet, quando cessaret præiuditium filiæ: & interesse & cõsequẽter eius consensus non esset necessarius ad dotem recuperandã: nam in his terminis non potest videri nouata actio, quæ potius in his non habet locum, idquòd patet ex primo exẽplo huius textus, quod pater pactus est dotem restitui sibi, si morte filiæ soluerentur matrimonium: nam præsupponitur, filiam debere mori ante patrem, quia aliàs patri dos non posset restitui, quo casu cessat filiæ præiudicium: & consequẽter eius consensus, non est necessarius. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. † Vnde pariter & secundus casus eo modo videtur intelligendus, vt si pater paciscatur, quòd dos ei restituatur, si diuortio fuerit solutum matrimonium, intelligatur in casu, quo cesset filiæ præiuditium: & interesse, & sic eius consensus non sit necessarius. Quare si culpa mariti diuortium interueniat, non erit dos restituenda patri sine consensu filiæ, quia videtur agi de illius præiuditio. Cæterùm si culpa filiæ interueniat diuortium, quia ipsa amittit dotem. l. consensu. §. 1. C. de repud. Et sic iam non potest videri de eius præiuditio tractari, locum habebit pactum; quanuis enim non valeret pactum, quo mulier caueret sibi dotem restitui, etiamsi eius culpa diuortium interueniret, propter rationem. l. conuenire. s̃. de pactis dotalibus. tamen valebit in fauorem illius, qui in diuortio nullam culpam admisit, iuxta regulam. l. conuenit. C. de pactis conuentis. & in specie probat l. si dotem. 24. C. de iure dotium. Vnde inferas, quòd in specie huius textus sufficiet pactum, quia non videtur agi de mutanda priori actione, sed vel additur noua actio, vel etiam pactum, intelligitur in casu, quo cessaret filiæ præiuditium & interesse. Quare ex pacto producetur actio præscriptis verbisquæ oritur ex cõtractu correspectiuo, do, vt restituas, qui videtur resultare facta relatione pacti ad dationem, vt in simili probat l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & explicat Oldradus consilio. 132. numero. 1. Quanuis igitur vbi constat de animo nouandi, pactum non producat ex se actionem præscriptis verbis, iuxta regulam l. 1. §. si quis ita. ĵ. de verborum obligatione. & in specie significat dicta. l. auia. Tamen quando non constat de animo nouandi, producet actionem præscriptis verbis, vt constat ex suprà traditis. Quæ tamen licet sint in se vera per tradita infrà numerum. 33. Tamen nimis restringitur generalitas huius textus: & ideò tutius est, magis cõmunem intellectum sequi, de quo suprà numero. 10. † Infertur tertiò, explicatio ad legem auia. C. de iure dotium. Nam cum ibi agatur de nouatione actionis, vt suprà declarauimus, necessaria est stipulatio: Inuenio tamen, quòd Oldrad. consilio. 132. numero. 1. id existimat intelligendum, quando pactum dotis restituendæ, sequitur dationem dotis: nam cum tunc præcedat datio, ex qua oritur actio communis ad dotem restituendam: semper videtur agi de nouatione. Aliud igitur erit si pactum dotis restituendæ, præcedat dationem, quia tunc non potest videri agi de nouatione: & sic pactum sufficiet, sed non placet hæc declaratio, quia cum hoc pactum præsupponat dationem, tacitè debet videri collatum in tempus, quo

quo datio præcesserit. l. quod sponsæ. C. de donation. ante nuptias. & sic vtroque casu videtur agi de nouatione, & militat ratio. dict. l. auia. Nisi eum salues, quando tempore promissionis dotis, quasi per viam protestationis dictum est, vt actio ad recipiendam dotem, esset patris in solidum: nam tunc militat ratio Oldradi, & cessat ratio hîc adducta. Illud igitur verius est, quòd ibi tradit Oldrad. dict. l. auia non procedere in donatione factæ filiæ, cum ea conditione, vt post mortem filiæ ad se, vel ad proximiores, reuerteretur: nam cum in donatione cesset ea consideratio, quòd actio sit communis, & sic cesset ratio. dict. l. auia. non potest videri agi de nouatione: ac proinde in donatione prædicta obtinebit regula. l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. Quarto infertur intellectus ad l. vnicam. §. accedit. C. de rei vxoris actio. Vbi probatur, quòd si extraneus in continenti paciscatur, dotem sibi restitui, competit ei actio præscriptis verbis: nam ratio est, quia cùm non posit hoc casi videri agi de nouatione, sufficit pactum, nec est necessaria stipulatio, vt suprà diximus, intellige autem prædictam actionem dari, quasi ex contractu innominato, qui videtur resultare ex relatione pacti, ad contractum dotis: nam eo casu, non potest competere actio præscriptis verbis, quasi ex pacto vestito cohærentia contractus, tum per tradita suprà: tum etiam, quia contractus dotis respicit vtilitatem mulieris, siue mariti, & pactum respicit vtilitatem tertij dotantis, & pactum non vestitur cohærentia contractus, quando contractus respicit fauorem vnius, & pactum fauorem alterius, ex ratione. l. quòd fauore. C. de legibus. & est expressum l. si tibi. 27. C. de locato. secundum intellectum: gloss. finalis. ibi tradit gloss. 1. ad medium. l. petens. C. de pactis. Bartolus l. lecta. numer. 10. & ibi Socinus numer. 14. Iason numero. 25. §. si certum petatur. & ita in specie Bald. Nouellus de dote. 6. parte. priuileg. 1. ad finem. & priuileg. 17. numer. 3. & Claud. hîc numero. 7. ad finem. Vnde colligas, quòd licet vbi pactum vestitur cohærentia contractus, non competat actio præscriptis verbis, quasi ex contractu innominato correspectiuo, quia ea non competit, nisi in defectum alterius actionis. l. 2. & l. quoties. §. de præscriptis verbis. tamen vbi non potest competere actio ex pacto vestito cohærentia contractus, tunc competet prædicta actio. † Quinto infertur
13 intellectus ad l. tale pactum. 41. §. final. §. de pactis. vbi textus agit, de patre dotante filiam in potestate, & tamen probat valere pactum, quo pater paciscitur, vt mortua filia, dos restituatur fratri suo hæredi futuro: quòd apertè repugnat decisioni. dict. l. auia. explicatæ, vt suprà: & ideò glos. dict. l. tale pactum. §. finali. verb. pactus est exponit, id est, stipulatus est, vt sic concordat cum dicta lege auia, & subscribit Claudius hîc numero. 7. Sed quia is intellectus literam impropriat: Alexander hîc numero 10. versiculo sed sustinendo, intellexit, ideò pactum suffecisse in specie dict. l. tale pactum. §. finali. quia fuit collatum in tempus, quo morte filiæ solueretur matrimonium, quo casu cessat filiæ præiuditium. l. 2. §. de pactis dotalibus. & hac de causa, per pactum potest mutari natura actionis, sed si pactum esset generale: quod etiam viua filia, dos cesse trestituenda alteri: tunc non sufficeret pactum, sed requireretur stipulatio. dicta. l. auia. subscribit Campesius de dote, 3. parte, quæstione. 124. ad finem. Iason l. tale pactum. §. final. numer. 6. §. de pact. Sed non placet hæc responsio, quia tunc



tunc demũ valet pactũ conceptum in mortem filiæ, quando dos ad patrem est reuersura. l. si conuenit. C. de pactis conuentis. Sed si pater decedat ante filiam, nõ est reuersura ad patrem, neq; ad eius hæredes: sed potiùs consolidatur in persona filiæ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Ergo pactũ patris, quòd hæredi dos restitueretur hoc casu valere nõ debuit: & quia cùm agatur de mutanda natura actionis dotis, semper necessaria est stipulatio, iuxta suprà tradita. Vnde ego nouè considero, in hac difficultate duas esse quæstiones. Prima, vtrùm per pactum possit nouari actio? Secunda, vtrũ durante eadẽ actione cum sua natura, quatenus in facto consistit, & quæ secundũ iuris dispositionem est vni faciẽda restitutio, possit per pactum alterari, vt alteri fiat? Quoad primam quæstionẽ dicendum est, pactum nõ sufficere, sed requiri stipulationem. d. l. auia. in fin. & l. quoties. 30. in princip. ʃ. eodẽ. nam cũ nouatio sit vnius actionis in aliam transfusio. l. 1. ʃ. de nouatio. id per pactum fieri non potest. Bald. d. l. auia. in fine. & suprà diximus. Et in hac specie procedit. d. l. auia. eius enim mens est, vt in extraneo paciscẽte non possit tractari de nouatione, sed tantùm in patre dotante
14 propter rationem, de qua suprà. † Item quòd licèt extraneo paciscenti possit competere actio præscriptis verbis, non sic patri paciscenti; quia cùm agatur de nouatione, succedit regula. l. 1. §. si quis ita. ʃ. de verbor. obligatio. & diximus suprà. Quoad secundã quæstionẽ videtur dicendũ, q̃ dotis restitutio, quatenus in facto cõsistit, possit alterari per simplex pactum, designando aliam personã, cui fiat, vt videtur expressum. l. cũ dos. 7. & l. ob res. §. 1. §. de pact. dotalibus. Neque enim tunc nouatur actio, sed alteratur modus restitutionis, quatenus in facto consistit, quòd per pactum fieri posse, colligitur ex. l. alia. §. eleganter. ʃ. eodẽ. per locũ à speciali, & tradit Castellion. hîc in rep. num. 8. ad finem. Neq; enim vlla est ratio, cur in causa dotis non obseruetur regula. l. in traditionibus. §. de pactis. & cap. verum. de condict. appositis. nam imò etiam obseruari debere in dote data per patrem, probat dict. l. cùm dos. & l. ob res. §. 1. §. de pact. dotalib. sentit. l. cũ à socero. C. de iure dot. Facit. l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. Intelligendo tamen, quãdo pactũ confertur in tẽpus mortis mulieris: nã aliàs pactum patris, etiã in continẽti positũ, filiẹ non præiudicat ex ratione. l. 2. §. de pact. dotalib. & sic dum viuit filia, actio remanet in sua natura, & tantùm eius morte alteratur quo ad effectũ restitutionis: & est expressum. l. quanuis. 3. C. de pact. cõuentis. Hac igitur ratione procedet d. l. tale pactũ. §. fin. & ex ea potest admitti, & defendi tanquam in se verus intellectus Alex. suprà relatus nu. 13. Vltimò ex suprà traditis infertur intellectus ad. l. quoties. 30. ʃ. eo. Ex qua in hac materia tres colligitur conclusiones. Prima est, posse patrẽ stipulari, q̃ soluto matrimonio, dos sibi reddatur: neque ad hoc est necessarius consensus filiæ, si hoc pactũ tempore dotis dandæ fuit interpositũ. Concordat. l. cùm dos. 7 §. de pactis dotalibus. ratio est, secundùm Castellion. hîc in repetitio. num. 11. quia quando pater in continenti stipulatur, nullum adhuc ius filiæ erat quæsitum: vnde nõ
15 exigitur illius consensus. † Sed obstat, quòd vt suprà probauimus perfecto cõtractu dotis per donationem, statim videtur producta actio communis inter patrem & filiam, quam stipulatio videtur nouare. d. l. auia. C. de iure dot. ergo debet requiri filiẹ cõsensus. Vnde tutior ratio est, q̃ propter stipulationẽ in continenti factã: cõcurrũt eodẽ tẽpore, & ius filiæ, & stipulatio paterna, quẹ impediet cum effectu acquiri actionem filiæ, vt obseruetur regula dictæ. l. in traditionibus. §. de pactis. & colligitur ex l. cùm dos. 7. §. de pactis dotalibus.

Et expendes dict. l. quoties. In hac prima conclusione probare, id procedere in dote data filiæ per patrem. Notat Nouellus de dote. 6. parte priuilegio. 17. numer. 2. Vnde quanuis dos succedat loco legitimæ, & in legitima non possit poni grauamen. l. quoniam in prioribus. C. de inofficios. testament. tamen in dote potest poni grauamen, de quo suprà. Neque ex hoc multum filiæ præiudicatur, cùm ei saluum sit ius petendi legitimam, notat Xuarez dict. l. quoniam in prioribus. 15. ampliatio. num. 2. &. 4. Menchaca de successione creatione §. 10. num. 465. Item expendes dict. l. quoties. exigere hoc casu stipulationem, quasi pactum non sufficiat: & est ratio quia pater volebat in se transferre actionem, & sic inducere nouationem: & ideò necessaria est stipulatio. l. auia. 6. C. de iure dotium. secus si nollet in se transferre actionem, sed designare personam, cui mortua filia est restituenda dos: tunc enim sufficiet pactum, vt suprà diximus: quanuis enim mortuo patre dos consolidetur in filiæ persona. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxoriæ actione. tamen pactum impediet prædictam consolidationem: saltem vt videatur facta cum onere restituendi personæ designatæ, postquam filia mortua fuerit. Bartolus receptus. l. post dotem. numero. 22. ℣. eodem. dicetur autem in continenti interposita stipulatio, quando tempore promissionis dotis facta est, vel tempore dationis, quando promissio non interuenit, vt colligitur ex. l. cùm dos. 7. §. de pactis dotalis. l. ex morte. in fine. C. de pactis conuentis. l. cùm à socero. 7. C. de iure dotium. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione. Bartolus receptus. l. quoties. numero. 2. ℣. eodem. & sufficit tempore promissionis, stipulari dotis restitutionem: nam quocumque tempore posteà dos detur, semper in continenti videtur fieri. Bartolus dict. l. quoties num. 2. in fin. argumen. l. Modestinus. ℣. de solutionib. extollit Hieronym. Gabriel consilio. 58. à numer. 13. † Secunda conclusio ex dict. l. quoties. ea est, quòd si pater ex interuallo velit in se transferre actionem dotis: non poterit id facere, nisi filiæ consensus accedat. Concordat. l. 3. §. sed vtrùm. in fine. §. de minoribus. l. cùm dos. §. de pactis dotalibus. l. post nuptias. 29. §. de iure dotium. notat Connan. lib. 8. commentarior. cap. 10 num. 5. nam cùm ius actionis communis, cum effectu sit quæsitum filiæ: succedit regula. l. id quod nostrum. ℣. de regulis iuris. & in specie colligitur ex. l. cùà socero. 7. C. de iure dotium. Ideò autem in hac secunda conclusione text. restringit se ad patrem, quia si extraneus ita stipuletur, etiam de consensu filiæ, non valebit stipulatio. Et est ratio, quia quòd pater stipuletur, dotis restitutionem, non videtur agi de filiæ magno præiudicio, cùm pater ex dispositione iuris teneatur, eam iterum dotare. authēt. sed quanuis. C. de rei vxoriæ action. quæ ratio cessat in extraneo: & ideò succedit regula, quòd mulier non potest facere deteriorem conditionem dotis. l. de die. §. de pactis dotalibus. & ita Bald. Nouellus de dote. 7. parte. priuilegio. 11. num. 9. & num. 10. Deci. consilio. 35. num. 34. ad fin. Kipa l. 1. num. 84. §. eod. Neq; repugnat. l. ob res. 20. §. 1. §. de pact. dotalibus. vbi text. probat, etiam extraneum posse stipulari dotis restitutionem ex interuallo, de consensu mulieris, quia debet intelligi quando per hoc dotis conditio non redditur deterior, vtpotè, quia stipulatio fuit collata post mortē mulieris, iuxta. l. 2. §. de pact. dotalibus. & ita Alexand. l. 2. in princip. num. 13. & ibi Socin. num. 10. §. eodē. & ibi etiam diximus. Vltima conclusio ex dict. l. quoties. ea est, quòd si pater ante matrimonium, dotem genero tradidit, iuxta. l. si ante. §. eod. & ante matrimoniū contractum, etiam ex interuallo stipulatus est dotis restitutionē, valebit stipulatio etiāsi non interueniat filiæ consensus. Et est ratio quia ante matrimoniū, nō cōsistit dos. l. 3. §. de iure dot. si ergo ante matrimoniū stipuletur dotis futuræ restitutionē semper incontinenti videtur fecisse, id est, ante quā cū effectu ius filiæ sit quæsitum: & ideò non est necessarius filię consensus, iuxta. 1. casum. d. l. quoties. Et hæc est tutior ratio, quàm illa quā assignat Bart. d. l. quoties. nu. 3. quam probant Imol. & Alex. ad finē. quod ideò hoc casu, pater videtur in continenti stipulatus; quia in eius potestate fuit dissoluere sponsalia. l. in potestate. §. de sponsal. & sic impedire ius filiæ. l. adoptiuū. 6. §. 1. §. de iure dot. inde inferētes, † quòd cùm iure canonico pater non possit dissoluere sponsalia, contracta per filiā. c. 2. de sponsalib. hodie non dicetur pater in continēti stipulari: & consequenter necessarius erit filiæ consensus, & ita etiam Imol. l. huiusmodi. §. cùm pater. in fin. ℣. de lega. 1. Decius consil. 35. num. 5. Hieron. Gabriel consil. 58. num. 4. Sed neq; ratio placet, neq; illatio, cùm euitanda sit legum correctio: & ideò aptior est prima ratio, quę ostendit d. l. quoties. etiam hodie procedere, quoad hanc tertiam conclusionē. Illud vtiq; verum est, id tantùm procedere in patre dotante filiam in potestate: nam cum reliqui simpliciter dotantes, videātur habuisse animum donādi mulieri. l. vnica. §. accedit. & ibi glo. verbo, fecerit. & Cyn. Bart. & Salice. C. de rei vxor. actio. iam ius videtur irreuocabiliter quæsitum mulieri: atque ita obtinebit regula. l. id quod nostrum. ℣. de regulis iuris: quod pariter procedet in regnis Hispaniæ: cùm enim secundum leges illius prouinciæ, filij per matrimonium censeantur emancipati: pater simpliciter dotando, videtur habuisse animum donandi. d. §. accedit. ac ita adhuc militat ratio, de qua suprà. Et hæc de prima conclusione huius text. Succedit igitur secunda, quòd si pater, vel extraneus pacti sint, incertum casum dotem sibi restitui, in casu omisso actio dotis pertinebit ad mulierem. Sed est videndum, vtrùm in solidū ad eam pertineat? & respectu extranei certum est actionē in solidum esse mulieris: quia in casu omisso censetur donatum mulieri. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actio. Sed in patre dubium est, vtrum idem sit recipiendum? & gloss. hic. verbo, mulieri. ad finem. existimat etiam hoc casu idē dicendum esse, quasi pater in casu omisso voluerit donare actionem dotis filiæ: quæ donatio speciali fauore dotis valere potest. l. Pomponius. §. famil. erciscund. & hanc opinionem gloss. probat Bartolus hic num. 3 &. 6. & alij cōmuniter, vt hic asserunt Alexand. num. 14. Claudius num. 11. Guido decision. 147. column. 2. Baptist. de Sancto Blasio de priuilegijs dotalibus. Centuria. 2. num. 94. Ripa. l. 2. §. 1. num. 3. & ibi Alclat. num. 5. §. eodē. Antonius Gomez. l. Tauri. 50. numer. 28. defendit Zasius libro. 2. singularū. responsorium. cap. 2. numero. 8. † Et si dicas, hoc repugnare regulæ. l. cum de indebito. §. de probationib. respondetur, hoc casu admitti præsumptionē donationis: tum propter fauorē dotis, tum etiam propter affectionē paternam, & coniunctionē: nam inter cōiunctos facilius præsumitur donatio. l. si seruus. §. de donatio. inter virum. Bart. l. quæ dotis. num. 5. ℣. eodē. & ita declarat Paul. hic nu. 4. &. 8. & subscribunt Alex. nu. 14. & Claud. nu. 11. & alij relati per Hierony. Gabriel. consilio 58. nu. 22. & ita supplēdus est Bart. l. si cōstante. nu. 53. ℣. eo. dū dicit, id fauore dotis admitti: & sequitur Cāpes. de dote. 3. par. q. 39. & Bald. Nouel. de dote. 6. part. priuilegio. 67. Nam addēdum est, solum fauorē dotis hanc præsumptam donationē non inducere, sed etiam coniunctionem, & affectionem paternam, iuxta suprà tradita. Et pro hac sententia ex-

expenditur is text. dum æquiparat patrem, & extraneum: sed in extraneo certum est in casu omisso censeri donasse mulieri. dict. §. accedit. Ergo idem dicendum est in patre, iuxta regula.l.iam hoc iure.ʒ.de vulgari. Secundò, quia contrariorũ eadem est disciplina.l fin.§.fin.ʒ.de legat. 3. Sed pater in casu expresso voluit actionem sibi in solidum quæri: ergo in casu omisso contrario debet censeri voluisse, vt actio in solidum esset filiæ. Tertiò videtur text. l.inter socerum.§.fin.s̃. de pact.dotalib. vbi præsupponitur in casu omisso actionem dotis,ad filiam in solidum pertinere. Contrariam nihilominus opinionẽ imò quòd in casu omisso actio non sit in solidum filiæ: sed potiùs communis inter patrem & filiam,iuxta.l.2.§. quod si in patris s̃.eod.tenuerunt aliqui, quos refert gloss.hic.verb. mulieri. ad finem. & probat Bald. l.quod fauore.in fine.C. de legib. &.l.si extraneus.col.2.post medium.s̃. de cond. ob causam. Duaren. hîc ad finem.Cagnol.l.1.num.130.s̃.de offic.eius.Fulgos.l.si extraneus.num. 3. s̃. de cond. ob causam. & Goffred. hîc, sentit Bart.l.Gallus.§.& quid si tantùm.
19 num.3. & ibi Ruin.num.27. † Pro qua sententia vrget.l.vnica.§.accedit. C de rei vxor.actio.vbi si pater dotauit simpliciter filiam in potestate non censetur illi donasse actionem:sed illa est communis inter patrem & filiam:ergo à fortiori idem est dicendum, quando pater in vno casu sibi prouidit expressè, vt actio sua esset in solidum:neq; enim ex inductis ad augmentum, debet summi præsumptio ad diminuendum.l.legata inutiliter.ʒ.de adimend legatis. Secundò vrget, quòd licet cõuentio hominis faciat cessare remedium extraordinariũ legis.l.fin.C.de pactis cõuentis. non tamen facit cessare remedium legis ordinarium:imò homo tacitè sibi videtur illud reseruare.gloss.recepta.l.2.verbo,repellere.ante mediũ. C.de iure emphy.

Ergo hæc conuentio patris, non debet facere cessare remediũ ordinariũ.l.2. §. qđ si in patris.s̃.eo. Tertiò quia pater stipulatus est in casu expresso sub cõditione,quæ quidẽ cõditio deficit: quia non euenit casus expressus.l. inter socerum. §.fin.s̃.de pact. dotalib. vnde illa stipulatio debet haberi pro non facta.l.si pecuniam.s̃.si certum petat. &.l.1.ʒ.de regula Catonian.& in specie significat.l. 3.s̃. de pact. dotalibus. ergo per actum nullum, non debet videri patrem sibi præiudicasse in iure suo. cap. non præstat. de regulis iuris in.6.l.certi condictio. §. quoniam.s̃.si certum petat. Inuenio,q; Bart. l.si constante.num.53. & num.59. ʒ.eod.concordat opiniones, quòd aut filia est præsens tempore,quo pater stipulatur,aut est absens. Primo casu vera sit communis opinio:quia cùm filia sit præsens, videtur acceptare tacitam donationem patris,in casu omisso.l. qui patitur.s̃.mandati.vnde licet actio dotis,adhuc eo tẽpore orta nõ sit,iuxta notat.l.si constante.§.1.ʒ.eod.tamen quasi per pactum pater iuri illi de futuro,validè videtur renuntiare.l.1.C.de pactis. Sed in secundo casu procedet contraria opinio, nam neque filia absens potest videri acceptare tacitam donationem patris,iuxta tradita per gloss.l. neque ambigi.C.de donat.neq; illa renũtiatio patris,circa actionẽ dotis futurã,potest in pactũ trãsire,&per simplicẽ renuntiationẽ non potest renuntiari iuri de futuro.l.si ita scriptum.§.1.ʒ.de legat. 2. Quam concordiam Bartol.defendit Roman. hîc nu. 20.Sed alij communiter reprobant: tũ propter generalitatem huius text. tùm quia tacita donatio inducta per legem
20 non requirit acceptationem.† l.2.C.de pactis.l.3.§.final. cum.l.sequen. s̃.de negocijs gestis.& ibi notat Baldus num.2. Decius.l cùm quid. 2.lectura. num.52. s̃. si certum petatur. rationem reddit Claud. hîc nu.12. Sed melior colligitur ex traditis per Deci.l.si ego.n.4.s̃.si cert. petat.



petat.ergo prædicta distinctio Bartaper tè corruit,vt hîc tradunt Paul. num. 6. Alexan.num.15.& Claud.num.11. qui asserunt,eam communiter reprobari,& Bald.Nouel.l.si constante.nu.56.ʒ.eod. Neque obstant Bart.fundamẽtum,quia cùm agamus de tacita donatione inducta ex præsumptione legis,lex etiã in absente præsumit consensum Deci.l.2.n.8. C.de pact.& sic semper videtur resultare tacitum pactũ. Ego verò secundã opinionem indistinctè veriorem existimo propter rationes suprà allatas:qua reten ta,non obstabunt rationes adductæ pro communi sententia: nam ad primũ de isto tex. respondeo, quòd dum tex.iste dicit,in casu omisso actionem esse filiæ, ea verba explicanda sunt,iuxta text.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxor.actio,qđ respectu extranei erit actio filiæ, scilicèt in solidũ:quia videtur ei donasse, sed respectu patris habentis filiam in potestate, erit actio filiæ, scilicèt simul cum patre, quia pater in casu omisso non videtur donasse,neq; renuntiasse iuri suo, vt ibi exprimitur.Neq; nouum est, quòd vbi in vna dispositione, coniunguntur duæ personæ,inter quas est diuersa ratio attẽtis iuris principijs,diuersa admittatur interpretatio.l.coheredi.§.quidiscretas.& ibi Aretin.2.notab.ʒ.de vulgari.Latè Decius.l,in testamento.num.8. C.de testament.milit. maximè in dispositione legis.Bald. hîc col.2.ad finẽ. per doctrinã gloss.l.2.s̃.de offic.Proconsult.Non obstat secundũ,quia quanuis quis sibi prouideat in vno casu, non ob id sequitur, quod in casu omisso voluit sibi præiudicare:sed tantùm, quòd in eo nihil sibi cauisse videtur,vt est expressum.l.3.s̃. de pactis dotalibus. Neque enim iuris ratio patitur, vt ex dispositione facta in fauorem, colligatur præsumptio contraria;quod in casu omisso voluerit sibi præiudicare.cap.quod ob gratiam.de regulis iuris.in.6.¦Non obstat tertiũ de.l.
21 inter socerum.§.fin.s̃.de pact. dotalib.†

quia respondeo,ideò eo casu præsupponi in casu omisso, dotis actionem in solidum esse filiæ,quia pater fuit deportatus,vnde filia fuit affecta sui iuris.§.cùm autem.Instit.quib. mod. ius patriæ potest.Et hac ratione actio aliàs communis,fuit consolidata in eius persona.l. vnica.§.videamus.C.de rei vxor. action. non verò ex eo quod in casu omisso pater videatur ei donasse actionem in solidum.Et ex hac opinione ita defensa infertur primò saluatio ad communem allegationem huius text. quod casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis,vt latè per Tiraq. lib. 1.retract.§. 20. glo.vnic.nu.11.nã hoc benè deducitur ex isto tex.secundũ intellectũ quem defendimus.sed & admisso communi intellectu,adhuc tex.probabit per locum ab speciali:nã si speciali fauore dotis,casus omissus non videtur relinqui in dispositione iuris cõmunis, regulariter est contrarium dicendũ: maximè cũ neq; solus fauor dotis sufficiat, nisi accedat coniunctio personarum, vt suprà ex cõmuni retulimus, & in specie aduertit Hierony.Gabriel cons.58.nu.22.& nu. 36.Infertur secundo annotatio ad tradita per Bart.hîc nu.1.Nã volens ostendere,in isto tex.sufficere pactũ etiã ex parte patris,considerat, quòd licet pactum non esset sufficiens ad transferendam actionem in patrem.l.auia.6.C. de iure dotium. tamen quatenus ex eo resultat tacita donatio in fauorem filiæ, quoad hoc pactum operabitur effectum suũ. l.plane. 34. in principio. ʒ. de legatis. 1. & hoc inquit significare istum textũ, dum dicit, propter pactum patris, actionem esse filiæ. Quam Bartoli considerationem, defendit Rogerius hîc in repetitio. num. 12. Sed aduertendũ est,q; licet admittamus communẽ opinionẽ:qđ in casu omisso videatur donatum filiæ:non ob id verũ est id qđ Bart. præsupponit:nã cõmunis procedit, quãdo actus expressus validus est:si enim sic

inualidus,ex eo non potest sumi coniectura donationis in fauorem filiæ:argu. l.3.§.fin. ſ.de seruit.rusticor.prædior.regulariter enim ex actu nullo,nihil vtile, & validum produci potest. l. eius qui.§. quod si stipulatus.& ibi Iason num.3. ſ. si certum petatur.l.& ideò. ſ.de donat. inter virum.l.nullus solius.44. C.de decurio.lib.10.† Oldrad.consil. 177. num. 22 1.& ita hoc Bart. præsuppositum, communiter reprobant DD.vt hic per Alexand.num. 8.Castillion.num. 9.Hiero. Gabriel consil.58.à num.6. & facit,quia cùm in casu expresso, voluerit pater sibi prouidere,& quasi in compensatione in casu omisso donare filiæ: si casus expressus nunquam potuit effectum habere,non est verisimile,quòd tunc in casu omisso voluerit donare:argum. l.alteri. j.de adimend.legat. Neq; obstat fundamentum Bart. d.l.planè.34. j. de lega.1. quia reiectis aliorum responsionibus, respondet Alexand.hic num.8.text. illum procedere in vltima voluntate, in qua per actum etiam inutilem inducitur reuocatio. l. legatum sub conditione.24. § 1. j.de adimend.legatis. Et diuersum est in contractibus inter viuos, quibus tanquam fortioribus, nunquam censetur derogatum,per actum inualidum.l. certi condictio.§.quoniam.ſ.si certũ petat.§.præterea.Instit.quib.mod.tollit.obligatio. subscribit Campes. de dote. 3. parte. quæst.125. Adde tũ,quòd prædictam differentiam inter contractus, & vltimas voluntates,posuit Bart. l.etsi trãsferam j.de adimend.legat.subscribit Iason.dict. l.planè.num.6.&.l. quæ de legato.num.11.j.de legat.1.&.l.certi condictio.§.quoniam.num.8.ſ.si certũ petatur. & receptam esse differentiam asserit Couar. in rub. de testam. 2.part. nu. 21.vers.tertio principali.Sed his non obstantibus,ego verius existimo, quòd admissa cõmuni, quòd pater in casu omisso videatur donare filiæ, verum sit eius præsuppositum,vt scilicèt donatio subsistat in persona filiæ: quantumcunque actus ille per quem sibi pater prouidit in casu expresso,sit inualidus: prout & defendit Claud.hic num. 2.Moueor,quia differentia suprà relata inter contractus & vltimas voluntates, non videtur probabilis: quia etiam in vltima voluntate pro regula constituitur,per actum inutilem ei non derogari.l.legata inutiliter. 14.§.fin. j.de adimend. legatis.l. sciure. 18.j. de legat.3.l. fin. §. fin. j.de auro & argento legato.notat Alexand.l. si quis ante.num.8.j.de acq.possessio.† Quinimò facilius per actũ inutilem derogari 23 actibus inter viuos,quam vltimæ voluntati: colliges ex Bar.l.fin.§.fin.in fin.j.de auro & arg lega.& ideò nulla facta differentia inter vltimas volũtates,& contractus inter viuos, resoluendum est cum Bart. l.si fideiussor.in princ.j.de legat.1. Quod aut actus expressus,& tacitus,veniũt æquè principaliter, & tunc vitiato expresso,non vitiatur tacitũ æquè principale.l.si fideiussor.52.j.de lega.1.quod etiam procedet in contractibus.l.1.§.1. & ibi Bart.ſ.quib.mod.pignus.vel hypothe. si verò tacitũ venit in consequentiam expressi,tunc vitiato expresso,vitiabitur tacitum,iuxta regulam.l.cùm principalis.j.de regul.iuris.& in materia probat.l.3. §.fin.ſ.de serui.rusticor.prædio. Ad cognoscendũ autem,quando tacitũ veniat æquè principaliter, vel in consequentiam,recurrendũ est ad tradita per Claud. hic num.2. quod aut tacitũ immediatè procedit ex expresso, & tũc videtur venire accessoriè: & cõsequenter vitiato expresso,vitiabitur tacitũ.l. si iure.18.j.de lega.3.nam ibi ex reuocatione testamenti,immediatè procedit tacita reuocatio legatorũ in eodem testamento scriptorũ.l.si nemo.j.de testam. tutela.& ideò si non valet reuocatio testamenti,neq; etiam tacita adeptio, aut tacitũ non procedit immediatè ex expresso, sed potiùs ex diuersa dispositione, respiciente diuersam personam quæ



quæ colligitur tacitè ex expressa: & tũc hæc diuersa dispositio tacita, censetur æquè principaliter venire cum expressa:& ita procedit.l.si fideiussor.52. j. de legat.1.adiuncta l.fideicommissa.§. interdũ.j.de lega.3. procedet etiam.l.planè.34.j.de lega.1.adiuncta.l.etsi transferam.j.de adimen.legatis.† Ex qua reso- 24 lutione inferẽdo ad nostrũ casum dicẽdũ est,quòd cùm ex stipulatione paterna in certo casu, colligatur noua dispositio,scilicèt donatio tacita in fauorem filiæ in casu omisso,vitiato expresso,non vitiabitur tacitum,conferũt quæ in materia tradit Socin. l.1.num.35. j.de vulgari.Cæterùm, quanuis admissa cõmuni Bart. præsuppositum defendi possit: tamen admissa nostra opinione, quòd in casu omisso non videatur donatum filiæ,sed ille casus relinquatur dispositioni iuris communis:inutilis redditur prædicta controuersia. His ita explicatis ad perfectam declarationem huius materiæ aduertendũ est, quòd aduersus istũ tex. secundùm vtrumq; intellectũ fortiter obstat decisio Iureconſ.l. inter socerum.26.§.cùm inter.ſ. de pact. dotalib. vbi socer stipulatus est à genero,dotem sibi restitui, si filia in matrimonio 25 decesserit sine filijs, & inquit Iureconsultus, quòd si filia in matrimonio decedat cum filijs, dos retinebitur per generũ, quasi per argumentũ à contrario sensu,in casu contrario voluerit,q; per generum dos retineretur. Est igitur expendẽdũ,quòd in casu huius tex. dos in casu contrario, non retinetur per generum:sed potiùs videtur donata filiæ, cuius contrarium probat d.§.cùm inter. augetur difficultas,quia aut admittis intellectum,quem defendimus,quòd casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.Et tunc dicendũ esset,in specie d.§. cùm inter.quod in casu omisso non pertinebat dos ad generũ,sed potiùs ad ipsum socerum, cui mortua filia ius addicit dotem:quantumcunque illa liberos relinquat.l.dos à patre.cum glo. C.solut. matrimo. Bar.receptus. l. post dotem.num.29.j.eod. ergo tex. d.§. cũ inter.ex diametro videtur pugnare cum nostro:& ideò inter hos tex.variæ assignantur concordiæ per DD. quas referunt Alexand.hic num.15.Claud.num. 12.& aliam nouam concordiam assignat Zasius. libro.2. singular. responsor. cap.2.à num.8.& aliam Alciat.l.Lutius. 2.num.57.j.de hæred.instit. aliam Anton.Costan.de dotib.c.6.nu.8. Sed cõmuniter tenetur concordia Bart.hic.n. 9.Quod imò hæc iura bene expensa cõcordent:nam in casu huius tex.dos videtur donata per patrem filiæ,in casu omisso:quòd pariter admittendum est in specie d.§.cũ inter.Neque repugnant verba illius text. nam licèt Iureconſ. dicat, existentibus liberis dotem retineri per generum,intelligendum est,quòd non retineatur per eum nomine proprio,tãquam in casu omisso,siue contrario,sibi donata sed eam retineat nomine filiorum,quasi matri donata: & consequenter quæ ad eos pertineat,tanquam hæredes matris, cui tacitè in prædicto casu censetur fuisse donata.† Quam concordiam assignauit etiam Bart.consil. 130. num.1.& defendunt Alexã. hic nu.15. Rogerius num.68.Alexand.l post dotẽ. num.17.& num.24.j.eod. Alexan. consilio.24.col.pen.lib.1.Paul. consil. 108. num.2.lib.2. Alciat.lib.3. de verborum signification. num.12.& eam probauit Card.consil. 152.num.3.Guido decisi. 147.col.2. & communiter esse receptã asserit Kuin. consil.132.num.11.libr.2. Curt.Iunior.l.1.num.59.ſ.de offic.eius. Hiero.Gabriel consil.58.num.20.Phanuntius de lucro doris.gloſſ.11.num.9. pag.503.Cæterùm hæc communis cõcordia admittenda non est: quia multa in ea præsupponuntur, quæ secundum iuris principia vera esse non possunt. Nã primo præsupponit in specie d.§. cũ inter. dotem non retineri per generum

 nomine

nomine proprio ratione pacti: sed potiùs nomine filiorum, tãquam hæredũ matris, cui dos videtur donata. Quod tamẽ apertè repugnat verbis, & menti. d. §. cùm inter. dum apertè probat, ratione conuentionis, dotem ad generum pertinere: quod agnoscunt DD. qui communiter ex d. §. cùm inter. colligunt etiam in contractibus summi argumentum à contrario sensu: & quod per illud colligitur censeri dispositum, & contentum in dispositione, vt ibi per Salice. Bald. l. 3. in fin. C. de institutio. Alexand. consil. 185. num. 20. lib. 2. & consil. 91. num. 5. lib. 4. Afflict. decisio. 202. ad finẽ. Capit. decisio. 21. num. 5. Socin. consil. 5. nu. 6. lib. 4. Alciat. l. Lutius. 2. num. 42. ff. de hæred. instit. & alij adducti per Cagnol. l. 1. num. 127. §. de offic. eius: ergo clarè volunt, in specie d. §. cùm inter. ratione pacti, facto argumẽto à contrario sensu, dotem ad generum pertinere. Item supponit prædicta concordia, dotem pertinere ad filios tanquam hæredes matris: & tamen text. d. l. inter socerũ. §. 1. probat, quod imò ad eos pertinet tanquam patris hæredes: † nam in casu ibi proposito coniuges conuenerant, quòd soluto matrimonio per diuortium, dos retineretur liberis existentibus, quòd pactum validũ censetur, iuxta. l. 1. ff. de dote prælegat. euenit quòd solutum est matrimonium per diuortium, superstite filia cõmuni, maritus per errorem restituit dotem vxori, quam ratione pacti retinere poterat: deinde moriens filiam solã hæredem reliquit, posteà mulier decedens eandem filiam pro parte hæredem instituit, hæreditas materna diuidebatur inter filiam, & cohæredem inquit Iurecõsul. quòd arbiter in diuisione hæreditatis, debet totam dotem adiudicare filiæ, quæ sola hæres erat patris, qui per errorem dotem restituit: nam cùm istud lucrum dotis, pertineret ad maritum propter onera matrimonij, non consideratur tanquam lucrum, sed tanquam quid habitum ex titulo oneroso, iuxta traditionem gloss. l. si donaturus. §. fin. ff. de cond. ob causam. Et ideò solutum per errorem repeti potest, iuxta regulam. l. sed etsi me putem. in princip. ff. de cond. indeb. & explicat Fulgos. dict. l. inter socerum. §. 1. cùm ergo mater defuncta debitrix esset filiæ hæredis pro parte, quanuis pro parte qua filia hæres ei est confundatur actio. l. debitori. C. de pactis. tamen pro parte cohæredis, dos sibi est restituenda. Expende igitur text. illũ apertè probare: quod dos, quæ propter filiam retinetur, efficitur proprium patrimonium mariti, ita vt ad eius hæredes tanquam proprium patrimonium pertineat: patet, quia si consideraretur tanquam patrimonium matris, non esset dos restituenda filiæ pro parte cohæredis, sed quilibet pro parte hæreditaria dotem retineret: quia tamen præsupponitur esse patrimonium mariti: ideò filia hæres eius in solidum pro parte cohæredis dotem indebitè solutam repetit: & ita Bald. ibi in lectura antiqua tradens, quòd ex pacto quod existentibus liberis dos retineatur: ex isto pacto quæritur ius patri pro se, & suo nomine: vnde filia percipit dotem tanquam hæres patris, & non ex persona sua: & idem notat Bald. authen. sed etsi quis. num. 7. ad medium. C. de secund. nup. & Paulus hic num. 8. ad finem. & Bald. col. penulti. ad mediũ. ergo dum text. dict. l. inter socerum. §. cùm inter. dicit, propter liberos existentes, dotem retineri: intelligendum est, retineri tanquã patrimonium mariti, & eius nomine: non verò tanquam patrimonium mulieris, vt prædictus communis intellectus malè præsupponit. † Neque obstat si dicas cum Alexandro hic colum. pen. post principium. quod in dict. l. inter socerum. §. 1. non exprimitur quibus verbis conceptum fuerit pactum: & sic potest intelligi, quando in pacto expressum est, vt per maritum retineretur nomi-

26

27



nomine proprio, vt videtur intellexisse Bald. dict. authẽt. sed etsi quis. num. 7. nã replicabitur, quòd generalitas illius tex. admittit id quod suprà dictum est, procedere etiamsi in pacto non fuerit expressum, cuius nomine dos retineatur. Neq; repugnant verba dict. l. inter socerum. §. 1. ibi (filiæ nomine retinere) quia ea verba nõ significãt, in pacto fuisse expressum, vt nomine filiorũ fieret retentio: sed potiùs significant, ius retinẽdi competere patri nomine filiorum, id est, propter liberos extantes, vt est expressum. l. si inter. 24. ff. de pactis dotalibus. & patet quia d. l. inter socerum. §. 1. statim subdit, dotem illam pertinere ad filiam tanquam ad hæredem vniuersalem patris: ac ita constat non benè mentem illius text. percepisse. Bald. consil. 273. quia maritus. num. 1. libr. 1. dum dicit, quòd ibi dos non pertinet ad filios tanquam hæredes patris, sed potiùs nomine proprio quasi expressum fuerit, quòd eorum nomine fieret retentio: quia imò dict. l. inter socerum. §. 1. contrarium apertè sentit, vt suprà diximus. Vltimo, & eo nomine venit reijcienda communis concordia suprà relata: quod præsupponit isto iure Digestorum filiam famil. in dote profectitia ex pacto sibi delata, posse habere filios hæredes. Quod tamen falsum est, vt à fortiori probat. l. 2. ff. de castrens. peculio. & in specie contrarium tenet Bald. l. pro hæreditarijs. num. 11. C. de hæredi. actio. & hic col. pen. post principiũ. Angelus colum. fin. & notabiliter Imol. num. 5. & Zasi. lib. 2. singul. responsor. cap. 2. num. 11. † & verius esse ostendemus in l. post dotem. ff. eod. Reiecta igitur communi concordia, verior concordia est, quæ colligitur ex. l. Bebius. 30. ff. de pactis dotalibus. quod aut casus expressus in pacto euenit, & tunc verba contenta in pacto recipiunt interpretationem, etiam per argumentum à cõtrario sensu. dict. §. cùm inter. aut casus expressus non euenit, vt quia pactum conceptum est in casum, quo morte solueretur matrimonium, & illud fuit solutum per diuortium, & hoc casu non admittitur interpretatio per argumentum à contrario sensu, sed casus omissus remanet in dispositione iuris communis, text. hic secundum verum intellectum. Et ratio differentiæ est, quia primo casu, si bene aduertas, de duobus prouisum fuit, scilicèt, quo casu facienda esset restitutio dotis ex pacto? Secundò cui esse facienda? Si ergo verificata fuit conditio, quoad casum, in quo facienda est restitutio ex pacto: tunc agitur de secundo, cui sit facienda restitutio? Et in hoc proceditur secũdũ verisimilẽ mentẽ partium, iuxta regulam. l. final. C. quæ res pignori. etiã admisso argumento à contrario sensu, quod fortissimum censetur. l. 1. §. final. ff. de offic. eius. In secundo autem casu, cùm non euenerit conditio casus, in quo ex pacto facienda est restitutio, perinde est ac si pactum de hoc nunquam fuisset celebratum. l. si pecuniam. ff. si certum petatur. l. 1. ff. de regula Catonian & in specie. l. 3. ff. de pactis dotalibus. Cùm igitur non sit locus restitutioni dotis ex pacto: frustrà quæritur, cui restitui debeat? Et confirmatur, quia primo casu cum in pacto fuerit expressum, quòd casu, quo morte mulieris solueretur matrimonium, dos ex pacto restitueretur, item quòd restitueretur socero, si filia sine liberis decederet, si morte mulieris soluatur matrimonium; & sic extiterit conditio, siue casus, in quo dos erat restituenda ex pacto, & in quo per pactum prædictum sibi socer prouidit: si filia sine liberis decederet, tacitè videtur velle, quòd in casu opposito, id ist, si illa cum filijs decederet, gener non teneretur dotem restituere socero: & consequen-

28

ter

ter,quòd iure pacti,eam retinere posset: quia vt dicebat Guido Doctor antiquus relatus per Baldum authenti. sed si quis. numero.7.post medium.C.de secundis nuptijs. quoties quis prouidit sibi in vno casu, in eius contrario videtur
29 prouisum totum oppositum. † Cum igitur sibi socer prouiderit circa dotis restitutionem tantum in casu,quo morte mulieris solueretur matrimonium, sine filijs: & matrimonium quidem fuit solutum per mortem: & tamen filia decessit cum filijs,quoad partē pacti facientem mentionem de filijs,contraria fiet interpretatio à casu expresso, vt scilicèt, q̃ in eo dos non restituatur socero:& consequēter retineatur per generū,virtute taciti pacti collecti per argumentū à contrario sensu: regulariter enim, quando quis sibi prouidit in vno casu,tacitè casum diuersum videtur excludere:& sic quòd pactum de restituēda dote in sui vtilitatem in eo locum nō haberet,iuxta regulam.l. cùm prætor. §. de iudic.& in materia.l.3.§.de pact.dotalibus. Et ex hac noua concordia iam infertur verus intellectus ad istū tex. & ad d.l.inter socerū.§.cū inter.Nā dicendū est,q̃ in specie huius tex.pactū cōceptū, si morte mulieris solueretur matrimoniū,si illud soluatur per diuortiū,nō verificatur:cū is sit casus diuersus ab expresso:ac ita locū habet regula.l.cū prætor.§.de iudic. & procedet etiāsi in pacto expressum esset,q̃ dos restitueretur patri,si morte mulieris solueretur matrimonium sine liberis: nā si per diuortiū solueretur, frustrà ageretur de restitutione ex pacto,siue in fauorem soceri,siue generi,vt est expressum.l.bebius.30. §.de pact.dotalib. Cùm ergo pactum nihil pertineat ad istum casum diuersum ab expresso: is casus diuersus relinquetur dispositioni iuris cōmunis.tex.hîc secundū verū intellectū, quem suprà defendimus. Cæterùm si morte mulieris soluatur matrimonium,& sic eueniat casus,in quo posit agi de restitutione dotis ex pacto:tunc quoad aliam partē pacti,cui faciēda est restitutio, admittetur interpretatio per argumētum à contrario sensu,vt est expressum d.l. inter socerū.§. cū inter. & in hoc sensu potest saluari concordia, quā inter hæc iura assignarunt Bald.hîc column. penultima.& Angelus columna. final. post Dynum
30 resoluētes,† quòd in specie dict.§.inter. casus existentium liberorum, non potest dici omissus:nam cū socer cauerit, quòd sibi restitueretur dos, si filia decederet sine liberis: à contrario sensu videtur velle,q̃ dos retineretur per generū, si filia decederet cū liberis:& quod colligitur per argumentū à contrario sensu, nō potest dici omissum.l.apud antiquos C.de furtis.In casu autē huius tex. casus fuit omnino omissus:& subscribit Card. consilio 152. num. 2. ad finem. Quam tamen concordiam impugnant Imola hîc numer.4. ad medium.Romanus numero.22.& Alexander numero.15.versiculo. hanc solutionem. ea ratione, quia etiam in specie huius text. potest videri prouissum in casu omisso per argumentum à contrario sensu. Cùm enim socer voluerit dotem sibi restitui casu, quo morte filiæ solueretur matrimonium: per argumentum à contrario sensu videtur velle, quòd casu, quo per diuortium solueretur, non restitueretur sibi dos, sed posset per generum retineri. Nam ex prædictis dicendum est, concordiam Baldi, & Angeli procedere, quando euenit casus, in quo ex pacto dos veniebat restituenda: quia scilicèt, morte filiæ fuit diremptum matrimonium: & tunc quo ad casum, & conditionem, cui esset facienda restitutio, propter argumentum à contrario sensu, casus existentium liberorum non videtur omnino omissus, vt prædicti dicunt, sed



sed quando non euenit casus,in quo ex pacto veniebat restituēda dos; vtpotè, quia non per mortem, sed per diuortiū fuit solutum matrimonium; tunc non potest per argumētum à contrario sensu deduci,quòd in casu diuortij dos retineretur per generum: tum quia ex diuersis non fit bona illatio.l.fin. §.de calumniatorib.tum etiam,quia cùm circa restitutionē dotis,socer sibi non prouiderit,nisi casu, quo morte filiæ solueretur matrimonium,in casu diuerso,prout noluit sibi prouidere,circa dotis restitutionē,neq; etiam genero, neque alteri, vt suprà dictum est:& per argumentum à contrario sensu tantum inferri potest, quòd in casu diuerso, ab expresso, non tractetur de restitutione facienda ex pacto:sed is casus tanquam omnino diuersus à pacto expresso relinquatur dispositioni iuris cōmunis, vt suprà diximus. Secundo principaliter infertur bene ex d.§.cū inter. cōmuniter deducere DD. quod etiam in contractibus,quòd colligitur per argumentum à contrario sensu,censetur dispositum, vt suprà retulimus.
31 †Inuenio tamen,quòd Hieronym. Gabriel.consil.58. num. 22.& num.36. negat hanc communem traditionem esse veram, & contendit confundi per istum text.vbi casus omissus non censetur decisus per argumentum à contrario sensu,sed tantùm ex fauore dotis,& coniunctione paterna, vt suprà retulimus,& sic sentiūt,quòd cessante fauore dotis, & affectione paterna:casus omissus nunquam decidetur per argumentū à contrario sensu:sed fallitur, quia DD. loquuntur,quando casus est omnino diuersus ab expresso,& conditio casus expressi defecit,tunc enim verum est, ex expresso malè inferri ad casum diuersum,& omnino omissum,siue per argumentum à contrario sensu, siue alio modo, vt suprà diximus:sed quando conditio dotis restituēdæ ex pacto euenit:tūc per argumētum à contrario sensu decidetur casus alius, cui sit faciēda restitutio.d.§. cùm inter. explicatus, vt suprà. Inuenio etiam,quòd Deci.l.1.num.48. §.de offic.eius.& ibi Cagnol. num.128. ad finē.& ante eos Socin.consil.278.nu. 3.lib.2.& etiam Anton. Costanus tract. de dote.cap.6. num. 8.aduertunt ideò in specie d.§.cū inter.admitti argumētum à contrario sensu: quia alias pactū nihil operaretur: nam cùm mortua filia dos debeat reuerti ad patrē.l. dos à patre.C.soluto matrimonio. Si pactum illud intelligeretur tantùm in fauorē soceri; nihil operaretur: vt igitur aliquid operetur per argumentum à contrario sensu,dicemus prouissum esse genero, iuxta doctrinam gloss.l.nulla nisi.C. de episcop.& cleric.& gloss.magna.l. vt liberis.C.de collatio.Sed non placet hæc consideratio:tum quia in specie dict. §. cùm inter.pactum etiam respectu soceri,multum operari potest,quia cùm generaliter fuerit conceptum,comprehēdet etiam casum, quo filia moriatur in matrimonio post patrem,quo casu propter pactum,dos pertinebit ad hæredes patris, iuxta regulam.l. si pactum. §. de probatio. cum tamen cessante pacto, magis pertineret ad hæredes filiæ: quia mortuo patre ante filiam,dos consolidabatur in persona filiæ.l. vnica. §. videamus.C.de rei vxor.actio.& consequenter pertineret ad hæredes filiæ.l.si filia.§. de diuort.†& in specie aduertit Cuma.
32 hîc num.13. Præterea dato,quòd pactū nihil operaretur in fauorē soceri, nō ob id sequitur,quòd vt quid operetur, per argumētum à contrario sensu, debeat induci,quòd in casu contrario voluerit sibi præiudicare cōtra regulam.c. quod ob gratiam. de regulis iuris.in. 6. Vnde verius per d.§.cum inter. constituenda est regula generalis:quod vbi in contractibus purè celebratis, vel sub conditione,quæ extitit, ponuntur aliqua verba limitatiua:ex illis sumitur argumentum à contrario sensu, per quod in casu opposito

posito contrarium censetur dispositum: & meritò, quia verba limitatiua, necessariò admittunt argumentum à contrario sensu: vt inquit Bald. l. obseruare. §. profecisi. num. 5. ſ. de offic. Proconsulis. notauit Deci. consilio. 626. num. 5. Vnde cum verba conditionalia ex se limitatiua sint, semper ex illis sumetur argumentum à contrario sensu. l. Titia. §. final. ſ. de manu. testa. & probat d. §. cum inter. tradit Cagnol. l. 1. num. 130. ad finem. ſ. de offic. eius. neque tunc quòd deducitur per argumẽtum à contrario sensu, dicitur omissum: sed potiùs ex cõiectura expressum, & declaratũ. l. apud antiquos. C. de furtis. Bald. hîc colum. 2. ad finem. confirmando, vt per Curt. Iunior. consil. 93. à num. 2. quidquid in uoluat Hieronym. Gabriel. consilio. 58. à num. 24. Vnde inferas, quòd licet tex. d. §. cùm inter. loquatur, quando in pacto continebatur, quòd dos restitueretur socero, si morte filiæ solueretur matrimonium sine liberis: tamen idem erit si per cõtrarium ita conciperetur, si per diuortium solueretur matrimonium sine liberis: nam tunc etiam in fauorem mariti sumeretur argumentum à cõtrario sensu: quia quãdo extãt liberi, & per diuortium soluitur matrimonium, valet prædictum pactum expressum. l. 1. ſ. de dote prælega. ergo & tacitum. l. cũ quid. ſ. si certum petatur. & in specie colligitur ex. l. bebius. 30. ſ. de pactis dotalibus. Vnde cauendum est à concordia, quam post Salicet. assignant Imol. hîc num. 5. & Roman. num. 32. & in effectu probat Alexand. num. 15. ad finem. versiculo, hæc solutio. & Castillion. in repe. num. 20. quòd quando pactum non potuit verificari in vita filiæ: vt potè, quia in casum eius mortis, fuit collatum: tunc procedat dict. §. cùm inter. sed quando etiã in vita filiæ potuit verificari: tunc potiùs filiæ viuæ videatur cautum, & procedat is text. secundum communem intellectum: nam dum præsupponunt dict. §. cum inter. non procedere, quando viua filia solueretur matrimonium, puta per diuortium falsum est, vt constat ex suprà traditis. † Prætereà dum sentiũt tex. istum tantum procedere, quando morte filiæ soluitur matrimonium: quia aliàs iam mortuæ frustra faueretur, etiam falsum est, quia in casu omisso non fauetur filiæ, sed relinquitur dispositioni iuris communis, vt suprà probauimus. Item is tex. loquitur, quando casus expressus non euenit: nam tunc in casu omisso potest faueri filiæ, siue ea viua id contingat, siue ea mortua; quia satis ei faueri videtur, si id suo hæredi relinquat. l. auia. 6. C. de iure dot. Si verò extitit casus expressus, indistinctè procedet d. §. cùm inter. explicatus vt suprà. Illud sanè admitti potest, ꝙ quando cõcipitur pactũ in casum mortis filiæ, sufficiet pactum, vt dos integra patri restituatur: quia cessat filiæ præiudicium: secus si in casum diuortij conciperetur, quia cum de præiudicio filiæ videretur agi, non sufficeret pactum, sed requireretur stipulatio per tradita suprà. Infertur tertio principaliter, quòd in specie d. §. cum inter. per argumentum à contrario sensu fauetur marito: ita vt in casu opposito retineat dotem suo nomine, quasi ei concessam ex vi conuentionis in prædicto casu, vt clarè ille text. significat, & suprà probauimus: & agnoscunt ibi Græci commentatores. & gloss: final. l. si filia. 5. ſ. de diuortijs. Baldus, Angelus, & Paulus hîc numer. 9. Baldus authentic. sed etsi quis. numero. 8. C. de secundis nuptijs. & probat. l. 30. in fine. titulo 11. partita. 4. & ibi notat Gregorius verbo, Si ella. & clarè etiam colligitur ex l. bebius. 30. ſ. de pactis dotalibus. Neque obstat, quod Iureconsultus dict. §. cum inter. dicit, extantibus filijs, dotem posse retineri, neque declarat per quem. Vnde debet intelligi, quòd retineatur per filios, vel per patrem, filiorum nomine: nam illis videtur cau-

33



cautum, per prędictum pactum: argumento. l. si actionem. C. de pactis. vt considerat Iason. l. post dotem. num. 98. ſ. eodem. & Cagnol. l. 1. numer. 129. ſ. de offic. eius. † quia respõdetur, quòd cum text. dicat, ratione conuentionis dotem retineri, debet intelligi per eum, qui dotem penes se habebat, & consequenter per maritum, qui dotem penes se habet. l. doce. C. de reiuen. neq; enim dicimur retinere, nisi id quod penes nos habemus. glos. fin. l. post emãcipationem. 38. §. fin. ſ. de legatis. 3. & in specie aduertit Zasi. lib. 2. singul. responsor. cap. 2. num. 5. & clarè ostenditur ex eo, quia dict. §. cum inter. probat, ratione conuentionis dotem retineri, quòd non potest verificari in filia, cum qua nihil conuẽtum fuit, & quæ tantùm fuit posita in conditione, & ex verbis conditionalibus, nunquam inducitur dispositio, siue conuentio. l. si quis sub conditione. ſ. si quis omissa causa testam. Quod pariter dicẽdũ est in liberis, qui tantùm positi fuerũt in cõditione ad exclusionem soceri paciscentis, qui ob id non videntur vocati ad prædictum lucrum, sed tãtùm in spe eis prouidetur, si patri ex testamento, vel ab intestato succedant, iuxta traditionẽ glos. finali. l. Lutius. 2. ſ. de hæred. instit. quæ etiam locum habet in contractibus, vt ibi per Alciat. ad fin. & notabiliter Purpuratus. l. 1. numero. 684. ſ. de offic. eius. Item & in statutis notabiliter Socin. Iunior consil. 27. numer. 14. lib. 1. ergo per conuentionem non potest videri prouisum, nisi genero, cum quo pactum celebratum fuit, vt agnoscunt Bald. hîc colum. 2. ad finem. & Castillione. in repet. num. 20. & Alexan. colum. penul. ad medium. Ex quo intellectu ita comprobato, consequitur, quòd cum in specie d. §. cum inter. dos extantibus liberis cedat lucro mariti, sequuntur illi effectus, de quibus hîc per Roman. num. 33. & Ripa l. 2. in princ. nu. 20. ſ. eodem. Consequitur etiam nõ esse verum, quod in specie d. §. cum inter. existimant Cardin. consil. 152. num. 3. Socin. consi. 9. num. 4. & 5. lib. 1. quòd ibi dos non pertinet ad generum, ratione pacti: sed potius ad liberos ex dispositione iuris cõmunis, cui ille casus nõ expressus videtur relinqui. Nã hæc interpretatio repugnat verbis d. §. cum inter. quæ habent, ratione conuentionis dotem retineri, † non verò ex dispositione iuris communis, vt aduertit Cagnol. l. 1. num. 128. ſ. de offic. eius. Itẽ quia secũdùm dispositionem iuris communis, dos matris non pertinet ad filios, sed potius ad patrem dotantem, & quod pertineat ad filios tantùm cõsuetudine fuit introductum. glo. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. Bart. l. post dotem. nu. 29. ſ. eodem. Consequitur etiam cauendum esse à Cardin. consi. 152. num. 1. ad fin. Zasi. lib. 2. singul. responsor. c. 2. nu. 8. Rogeri. hîc à nu. 67. dum dicũt, quòd in specie d. §. cũ inter. dos nõ retinetur per patrẽ, in suam vtilitatẽ, sed potius ad vtilitatẽ filiorum, quia scilicet filij in ea tanquã hæredes anormoli succedunt, vt declarat Bald. l. pro hæreditarijs. nu. 12. C. de hæred. actio. id enim etiã ex suprà traditis. Manifestè confunditur, consequitur etiam annotatio ad dictum Bald. l. 1. nu. 3. C. de inuti. stip. quod non sumitur argumentum à contrario sensu, quando inducta ad fauorẽ, operarentur contrariũ effectũ, quia hoc reputatur absurdũ. l. legata inutiliter. ſ. de adimen. legat. subscribit Alex. cons. 17. num. 3. lib. 2. Claud. l. 1. nu. 39. & ibi Purp. nu. 682. ſ. de offic. eius. hoc enim confunditur per d. §. cum inter. nam ibi pactum respiciebat fauorem soceri paciscentis, vt aduersus Bald. explicat Roman. hîc num. 28. Et tamen sumitur argumentum à contrario sensu, in damnum soceri, & cõmodum generi paciscentis: & ideò verius dicẽdum est, quòd in dubio nunquam debet admitti interpretatio, qua inducta ad augmẽtam, trahantur ad diminutionem, maximè in dispositis per legem. Sed quando verba

34

35

verba sunt limitata, semper admittetur argumẽtũ à contrario sensu, etiamsi ex eo sequatur inducta ad augmẽtum trahi ad contrarium effectum, vt efficaciter probat d. §. cum inter. & ibi notat Odofred. quidquid aliter explicet Bald. l. quod fauore. num. pen. C. de legib. Denique ex prædictis consequitur, dubia reddi ea, quæ in materia tradit Paul. hîc num. 9. nam vult, quòd si pater dans dotem pro filia, stipuletur dotem sibi restitui, si filia decesserit sine liberis in casu cõtrario, videtur filiæ donasse, iuxta hũc text. secundùm cõmunem Bart. intellectum, idẽ tenet Bald. auth. sed & si quis. num. 9. C. de secund. nupt. & l. 2. nu. 10. C. de hęred. actio. inferens, quòd filia eo casu. de dote tãquam de re propria & si-
36 bi donata, potest disponere, † & alij relati per Phanuntium de lucro dotis, glos. 11. num. 9. nam hęc opinio falsa est, & cõtra d. §. cum inter. explicatũ vt suprà: magis enim in casu contrario existentium liberorum, videtur conuẽtum, vt gener dotem retinere posset suo nomine. Neque obstat is text. quia loquitur in diuerso casu, quando scilicet non extitit conditio, sub qua pater stipulatus est dotem restitui, tunc enim casus diuersus, & in pacto non comprehensus remanet in dispositione iuris cõmunis, vt suprà declarauimus. Vnde consequitur non esse tutum id, quod tradit idem Paul. d. nu. 9. quòd si mulier dedit pro se dotẽ, & cauit etiam sibi restitui, si sine liberis decesserit, q̃ liberis existentibus nõ remanebit dos penes maritũ, sed potius pertinebit ad eius filios; quia verisimile est, matrem magis voluisse esse cautũ filijs, quã marito: arg. l. cum accutissimi. C. de fideicom. quod & tenuit Bald. l. pro hæreditarijs. nu. 10. C. de hæred. actio. Addens, quòd mater tunc de hac dote quasi donata filijs, non poterit disponere in eorum præiudiciũ, iuxta regulã. l. perfecta. C. de donation. quæ sub modo. & subscribit Hieron. Gabr. cons. 58. nu. 28. nam hæc opinio confunditur per d. §. cum inter. nam auus stipulatus est dotem sibi restitui, si filia sine liberis decederet: & tamen in casu contrario videtur cautum genero, vt dotẽ retinere posset, quantumcunque auus maiorem affectiouẽ videatur habere ad nepotes, quam ad generũ d. l. cum accutissimi. & in specie contra prædictos est text. l. inter socerum. §. 1. ſ. de pact. dotalib. & ita contrarium tenet Alex. hîc col. penul. ad medium. quem tandem sequitur Phanuntius de lucro dotis, gloss. 11. num. 9. ad finẽ. & patet ex eo, quia idem Paul. hîc nu. 9. fatetur, quòd si pater dãs dotem pro filia, stipuletur dotem restitui filiæ, si filij non adsint, non videtur cautum filiæ, in casu existentium liberorum: nam cum ei expressè prouisum sit in casu non existentium liberorũ, in casu contrario existentium liberorum, nõ potest videri ei cautum: arg. l. penul. ſ. de collation. dotis. quod etiam tenet Bald. l. pro hæreditarijs. nu. 10. in fin. C. de hæredita. action. & licèt ibi non declaret, apud quem dos debeat remanere, tamẽ dicẽdum est, quòd eo casu, debeat apud generum remanere, vt expressit idẽ Bal. auth. sed & si quis. num. 9. C. de secund. nupt. subscribunt Alex. hîc col. pen. post princ. & Claud. nu. 16. Ergo idem dicendũ est, quando mulier stipulatur dotem sibi reddi, non extantibus liberis, eadem
37 enim in vtroque casu militat ratio, † vt agnoscit Hierony. Gabr. d. consil. 58. nu. 28. & num. 35. ad fin. Et quanuis ipse ex hoc inferat, quod etiam hoc secundo casu magis debeat videri cautũ nepotibus. quã genero. Ego totum contrariũ inferẽdum existimo, quòd quemadmodũ hoc secũdo casu cautũ videtur genero, vt est expressum d. §. cũ inter. idem etiam recipiendũ sit in primo casu, quia eadem est ratio. Neq; obstat fundamentũ contrariæ opinionis, quia in contractibus non statur verisimili menti partium, nisi constet eã vel fuisse expressam, vel ab vtraque parte sub intellectam. l. si repetẽdi.

C. de



C. de cond. ob causam. Bart. l. damus. numer. 3. ſ. de cond. indeb. & in proposito non constat, maritum se conformasse cum ea verisimili mente vxoris, & maximè quia satis videtur cautũ liberis; quia ratione dotis, tenebitur maritus lautius filios alere; & quia hoc lucrum tenetur reseruare prædictis filijs. authent. vxore. adiuncta gloss. 2. C. de secund. nupt. Roman. hîc num. 33. Et ex his etiam pariter corruit id quod ad limitationem dict. §. cum inter. tentat Claud. hîc numer. 17. quòd procedat, quando verba pacti referuntur ad generum: secus si referãtur ad filiam, vt quia pater dixit, promitto nomine filiæ dotem, quæ restituetur hæredibus meis, si illa sine filijs decesserit, tunc enim in casu existentium filiorum, videtur dotem dedisse filiæ, & non generi allegat. l. seruo legato. §. si testator. ſ. de legat. 1. nam hæc limitatio nimis restringit generalitatem d. §. cum inter. & in contrarium est text. bene expensus. l. bebius. 30. ſ. de pact. dotalibus. nam & in prædicto casu gener est ille, qui cẽsetur creditor. l. cum pater. 30. ſ. de iure dotiũ. Vnde conuentio à contrario sensu, ad
38 eum debet censeri relata, † neq; extrinsecus persona supplenda est. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fin. ſ. de verbor. obligationibus. Vltimò ex prædictis infertur intellectus ad text. difficilem in hac materia. l. bebius. 30. ſ. de pact. dotalib. Cuius quidẽ casum figurat Bald. authen. sed & si quis. num. 8. C de secund. nuptijs. & Cuiac. lib. 4. obseruation. cap. 23. Sed quia litera illius text. obscura est, & malè per DD. explicata, illã in primis explicabimus, proponitur ergo ibi casus, quòd socer promisit nomine dotis centum genero, pacto adiecto, ne constante matrimonio dos peteretur, cuius pacti generalitas importat, ne dos peratur etiam post mortem soceri promittentis, si adhuc constat matrimonium, vt constat ex sequentibus, quanuis enim pactum, ne dos peratur viuo socero cesset eo mortuo. l. ob res. §. fin. ſ. de pactis dotalibus. l. si marito. 32. §. 1. ſ. eod. quia est personale, & ideò ad hæredem non transit. l. iuris gentium. §. pactorum. ſ. de pactis. tamen pactum, quòd constante matrimonio dos non petatur, proderit etiã hæredi, socerí dũ cõstat matrimoniũ, facit. l. qui de reddenda. ſ. de pactis dotalibus. Præterea in dict. l. bebius. inquit Iureconsult. additum fuisse aliud pactum, vt si filia post mortem patris decederet sine liberis, tunc dos promissa, æqualiter diuideretur inter socerum, & generum pro æqualibus partibus, stantibus prædictis pactis, euenit, quòd durante adhuc matrimonio, socer decessit, & filiũ hæredem vniuersalem instituit, filiæ verò dotem prælegauit, & posteà maritus culpa sua diuertit ab vxore, filia ex ea suscepta: vxor autem post diuortiũ moriens, filiam, & fratrem, æqualiter hæredes instituit, posteà gener mortua vxore dotem promissam, repetebat à filio soceri, tanquam eius vniuersali hærede, dicebatq; totam dotem promissam ad eum pertinere; quia cautum fuerat, q̃ mortua filia sine liberis, dos pro dimidia pertineret ad generum. Vnde à fortiori videbatur cautum, quòd si cum liberis decederet, totam dotem gener haberet, filius autem soceri tanquam eius vniuersalis hæres conuentus, aduersus hanc petitionem generi, duobus modis excipiebat. Primò, quòd exceptio pacti vulgaris, prosit etiam hæredi filiæ, prout ipse quoque ei erat hæres pro dimidia, vt su-
39 prà dictum est. † Quæ prima exceptio explicatur variè à gloss. dict. l. bebius. & à Cuiacio lib. 4. obseruationum. cap. 23. Ego autem explico, cum Græcis commentatoribus ibidem, quòd maritus soluto matrimonio, fecit vxori pactum, de non petenda illa dote. Pro qua explicatione expendo, quòd soluto matrimonio etiam post mortem patris, dos consolidatur in persona filiæ. l. si socer. 45. §. Lutius. ſ. eodem. & ibi Paul. numero. 2.

Vnde cũ pro dote promissa genero,non competat actio mulieri.l.si pater. C. de dotis promiss. potuit vxor cogere maritum,vt dotẽ promissam,& nondum solutam exigat ab heredibus patris,& exactã illi restituat, vel quod cedat ei actiones, vt vxor illam exigere possit ab eisdẽ hæredibus.d.§.Lutius.Cæterùm quia in specie proposita,dos fuerat prælegata filiæ per patrem, & sic videbatur esse penes eam.l.qui actionem.ff.de regul. iur. non poterant competere prædicta remedia: sed tantùm poterat vxor prætendere, vt liberaretur à marito.l.nupta.§.1.ff.eod.l. promittendo.41.§.fin. ff.de iur.dotium. Cùm igitur videret prędicta vxor,quòd non poterat dotem prælegatam cum effectu habere,nisi patris hæredi caueret, ne dos per maritum peteretur, vt est expressum.l.cum pater.30.ff.de iure dotiũ. curauit,vt maritus ei faceret pactum de non petenda amplius dote promissa, scilicet neque à se,neque ab hæredibus patris; quia aliàs secure prælegatum dotis non poterat obtinere. Hanc igitur exceptionem procedentem ex hoc nouo pacto,probat d.l.bebius.prodesse hæredi mulieris,& licèt frater eius hæres pro parte,non conueniebatur tanquam hæres sororis,sed tanquam hæres patris, tamen cum interesset mulieris, & consequenter eius hæredis,ne dos exigeretur per maritum ab hæredibus patris, propter prejudicium,quòd ex hoc inferebatur prælegato dotis,facto per patrẽ mulieri,ex persona defunctæ,poterat hæres excipere,aduersus maritum in fauorem hæredis paterni ex ea causa conuenti,recessit nihilominus conuentus ab hac ex
40 ceptione: quia animaduertebat, † aduersus hanc exceptionem, posse actorẽ replicare in pacto de non petenda dote,eum intellexisse de ea actione, quæ ei de præsenti competebat ad petẽdam dotem,non autẽ de illa actione, quæ ex noua causa sibi poterat competere,scilicet mortua vxore cum filijs; quia verba generalia pacti, vel indifinita referũtur ad ius de præsenti competens, non verò ad ius,quòd in futurum competere potest,quantumcũque ex causa de præsenti.l.si ita scripsisset. 47.ff.de leg. 2.Bart.l. qui Romæ.§.duo fratres.num.18.in fin. & ibi Ripa nu.74.ff.de verbor.oblig.Recessit igitur à prædicta exceptione, & aliam opposuit ex sua persona,quòd pactum, in quo actor nitebatur, continebat,quòd mortua filia in matrimonio sine liberis,dos diuideretur; & quòd mulier non decessit in matrimonio,quia ante illius mortem fuit solutum per diuortium.Quare si antequam vxor moreretur,maritus velet petere dotem, vt illam restitueret vxori, iuxta.l. si socer.§.Lutius.ff.eod.poterat hæres soceri,excipere quod ille non posset petere dotem;quia promiserat cõstante matrimonio illam non petere,& tantùm ius petendi ei cõcessum est, postquã filia in matrimonio mortua,decederet sine liberis.Cùm igitur solutio matrimonij non contigisset per mortem,sed per diuortium, nõ competebat ei ius petẽdi dotẽ: ergo hac eadem exceptione,etiã mortua sorore vti poterat. Et ratione huius secundę exceptionis dicit Iureconf.fuisse absolutũ cõuentum,reseruato iure actori, depetenda dimidia parte dotis, quæ debebatur eius filiæ; quia dos prælegata fuerit matri,cui illã hæres erat pro dimidia.Ex litera igitur d.l.bebius.ita explicata,quatuor colligẽda sunt valde notabilia.Primũ est, quòd pactũ collatum in casum,quo morte mulieris solueretur matrimonium,nõ habet locum,quando per diuortiũ soluitur matrimoniũ, vt etiã probat.l.3.ff.de pact.dotalib. Ex quo consequitur, quòd cũ casus diuortij in primo pacto nõ continetur, is casus relinquetur dispositioni iuris cõmunis,consequitur etiã, quod lucrũ delatũ alicui in casum,in quo morte mulieris soluatur matrimoniũ,neque in casu expresso, neq; in casu, qui colligi potest per argumẽtũ à cõtrario sensu, locum



obtinebit, quia cum cõditio illa, sub qua pactum conceptum est defecerit,perinde habetur ac si nunquam fuisset celebratum: vnde ex eo lucrum prætendi nõ potest: † & ita Bald.d.l. bebius.
41 in vtraque lectura Fulgos. & Salic. Bald. auth.sed & si quis.num.8. post medium. C.de secund.nuptijs. Castillione.hic in rep.num.19.& Roman.num.23. Et ex his etiam colligitur vera cõcordia inter d.l.bebius.& d.l.inter socerum.§.cũ inter.nam vt expressè tradunt Græci commentatores in d.l.bebius. pactum quòd si mulier decedat sine liberis dos restituatur patri,per argumentum à contrario sensu cõuenisse videtur, vt si relictis liberis decedat dos remaneat penes maritũ.d.l.inter socerũ.§.cum inter. Sed in d.l.bebius non sumitur argumentum à contrario sensu,neq; dos cedit lucro mariti,quia non morte mulieris, sed per diuortiũ solutũ fuit matrimoniũ. Vnde pacta,quæ fiũt in casum mortis, non habẽt locum,quando per diuortiũ soluitur matrimoniũ,neque è contra. Et rationẽ huius differentiæ suprà assignauimus : & quia argumentũ à contrario sensu,debet desumi à tota dispositione, & ad limites verborum expressorum in sensu directo. Anton.c.cũ Apostolica.vlt.notab.de his quæ fiunt à prælat. Deci. l. si pecuniam. nu. 3.ff.si cert. petat. &.l. senium. nu. 27. C.qui testa.facere possunt.& cons. 386. col.3.Vnde argumentũ à contrario sensu,ita debet sumi:ergo si filia decedat in matrimonio cum liberis,dos pertinebit ad generũ. Ex quo consequitur,quòd si in specie d.l.bebius.post diuortium, filia moreretur sine liberis,neque dimidiã eo casu delatam marito, ipse obtinere posset,propter rationẽ suprà allatam,consequitur etiã, quòd si in specie d.l. bebius. morte filiæ solueretur matrimoniũ, relictis liberis,per argumentũ à cõtrario sensu,tota dos pertineret ad maritum,vt est de mente d.l.bebius. dum maritũ ea tantùm ratione excludit,quòd nõ per mortem,sed per diuortium,fuerit solutũ matrimonium. Quare licèt tex.ille eam rationem adducat,quòd cum in casu,quo filia decederet sine liberis, voluit dimidiam dotis pertinere ad generum, à fortiori voluit quòd ex tantibus liberis, dos ad eum in totum pertineret,vtique procedet,etiamsi genero nihil pertineret ex dote, moriente filia sine liberis, adhuc enim locum habet argumentũ à contrario sensu,per quod gener obtinebit totã dotem,vt est expressum in d.l.inter socerum.§.cum inter. Secũdò ex d.l bebius, colligitur,quòd quando pactum ita conceptũ est,vt soluto matrimonio sine liberis,aliqua pars dotis pertineret ad mari-
41 tũ. † Satis cautum videtur, quòd liberis existentibus,tota dos pertineret ad maritũ. Vnde videtur corruere dictũ Paul. hic nu.9.ad fin. dum dicit,quòd si pacto cauetur,vt si mulier decedat sine liberis, maritus lucretur certam partẽ dotis, q̃ si ea decedat cum liberis, in eo casu non videtur prouisum marito,neque aliquid lucrabitur. Sed is casus relinquetur decidendus secũdũ ius cõmune: subscribit Curt.Iun.cons.93.n.6.& Socin.Iun.cõs. 27.à nu.11.lib.1. Ex quo infert Paul.hic nu.10.quod stãte statuto,q̃ si decedat vxor sine liberis maritus dotẽ lucretur,nõ habeat locũ si decedat cum liberis. Sed is casus relinquetur dispositioni iuris cõmunis:subscribũt multi quos refert Phanuntius de lucro dotis,glos.11.num.10. nam vtrumque dictum cõfunditur per d.l.bebius.inductã vt suprà:& quia si maritus lucratur,quãdo nulli sũt liberi,à fortiori quãdo illi extant; quia maiora onera sustinet,vt in specie aduertit Ruin.cõsil.8.nu.1.lib.2.Tertiò ex d.l.bebius.colligendũ est,quòd quando pactum cõcipitur in casum mortis, in casu diuerso diuortij,nõ videtur donatum mulieri.Sed is casus relinquitur dispositioni iuris cõmunis, patet quia filia in specie d. l.bebius habet dotem,quia ei fuit prælegata per patrem : & tamen si in casu diuortij, vide-

videretur ei donata, non valeret prælegatum, iuxta regulam. §. si quis debitori. versic. è contra. Instit. de legat. Ergo clarè innuit nr, quòd ratione tacitæ donationis, non videtur illam habere, vt hic aduertit Paul. num. 9. ad fin. Bald. d. l. bebius. 2. lectura. ad fin. & authent. sed & si quis. num. 8. post medium. C. de secund. nupt. & Roman. hîc num. 23. & sic erit text. pro intellectu, quem suprà asignauimus, ad hunc text. etsi adhuc objicias, quòd non debuit valere prædictum prælegatum dotis, ex eo quòd morte patris consolidatur dos in persona mulieris. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ action. etiamsi post mortem patris id cõtingat. l. si socer. §. Lutius. & ibi Paul. num. 2. ĵ. eod. & quod ob id prælegatum dotis. relictum per patrem valere nõ debuit, iuxta regulam. l. si creditori. ĵ. de legat. 1. respondendum est, quòd tempore, quo pater prælegauit dotẽ, adhuc dos non erat
43 consolidata in persona filiæ: † & ideò valuit prælegatum dotis, quia dos non debebatur mulieri, sed marito, cui fuit promissa. l. si pater. C. de dotis promission. & ideò nihil obstat valere prælegatum dotis factum per patrem filiæ, vt est expressum. l. cum pater. 30. s̃. de iure dotium. Quinimò, & post consolidatam dotem, dos promissa, & non soluta, non videretur debita mulieri, & ideò oportet, quòd maritus ei actiones cedat. d. l. si socer. §. Lutius. ĵ. eod. Vnde nihil est, quòd impediat prælegatum dotis factum filiæ. Ex quibus infertur annotatio ad tradita per Alexand. hîc colum. penult. ad fin. nam aduertens d. l. bebius. secundùm prædictam inductionem probare, dotem in casu diuortij, nõ censeri donatam filiæ, sed potius relinqui dispositioni iuris communis, & sic apertè repugnare communi intellectui huius text. cõcordat, quòd aut pater stipulatur dotẽ sibi restitui, si morte filiæ soluatur matrimoniũ, & tũc in casu diuortij censeatur donasse filiæ. Si verò stipuletur, quòd soluto matrimonio per mortem filiæ, dos alijs restituatur, tunc in casu omisso, non videtur donasse filiẹ, ne in casu expresso, & in tacito, videatur sibi præiudicasse: quam concordiam etiam sensit Paul. hîc numer. 9. ad fin. quem calumniosè carpit Alexan. vbi suprà, vt hîc ostendit Claud. num. 17. & in effectu Benedictus de Plumbino. l. post dotem. nu. 19. ad fin. ĵ. eodem. Sed non placet, quia non video quid intersit, vtrùm restitutio sit facienda patri, vel alteri de eius voluntate: & ideò verius dicendum est, in casu omisso nõ videri donatum filiæ, sed relinqui dispositioni iuris communis, secundũ quam actio non debet esse communis inter patrem, & filiam, vt hîc ostendit Roman. numer. 24. sed in solidum consolidatur in persona filiæ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor action. & nihilominus valuit prælegatũ dotis factum per patrem filiæ ob rationẽ suprà asignatam. Infertur etiam annotatio ad tradita per Alexand. hîc colum. fin. in princip. dum dubitat Quare in d. l. bebius. præsupponatur filiam ex causa tantùm prælegati, posse dotem petere, cum verius sit, quòd propter consolidationem, habeat etiam actionẽ dotis? & tandem resoluit, esse in potestate mulieris, vtrùm agat ad dotem per actionem dotis, vel ex causa prælegati. Sed verius
44 ex suprà dictis dicendum est, † quòd propter cõsolidationem habet mulier actionem dotis, aduersus maritum, vt vel exigat dotem, & restituat, vel actiones cedat. l. si socer. §. Lutius. ĵ. eod. Sed tunc sibi præiudicabit in prælegato dotis, vt est expressum. l. cum pater. 30. s̃. de iure dotium. Videat igitur quid sibi sit vtilius, & ex eo agat, sed vno electo ad aliud nõ potest habere recursũ, & vtique semper vtilius est eligere prælegatum; quia dotem exactam ratione promissionis, tenebitur fratribus conferre, modo expresso. l. 1. §. pen. ĵ. de collation. dotis. sed dotem prælegatam non tenebitur conferre saltem isto iure, iuxta regulã. l. 1. C. de collation. neque



neque etiam ab intestato. l. à patre. C. de collation. Roman. consil. 253. post princip. Electo autem prælegato, debet curare, vt maritus faciat pactum de non petẽda illa dote, vt suprà declarauimus. Et ad hunc modum est explicandus Benedictus de Plumbino in. l. post dotem. num. 19. ad finem. ĵ. eodem. Vltimo ex d. l. bebius. in fin. colligendum est, quòd quando agis ex vna causa, ex qua obtinere nõ debes, reus est absoluendus, quantumcunque ex actis constet, ex alia causa diuersa, ius actori competere: extollit Bald. auth. sed & si quis. nu. 8. ad finẽ. C. de secund. nuptijs. concordat. l. habebat. s̃. de institori. & l. fin. s̃. quod cum eo. Et ideò licèt in regno Portugaliæ, iudex debeat ferre sententiam secundùm veritatem, de qua cõstat in actis nõ obstãte errore, siue inualiditate processus, tamẽ non poterit iudicare, nisi secundùm causam deductam in libello. Ordin. lib. 3. tit. 49. in princ. circa quod vide Valasc. de emphyteusi. q. 6. num. 12. & nu. 14. Item, quòd tũc iudex debet quidem absoluere reũ, sed reseruare actori, ius sibi competens ex alia causa, notat Fulgos. d. l. bebius. numer. 1. & Iason. l. edita. nu. 23. C. de edendo. & l. 1. num. 8. s̃. de offic. assessoris. Felin. c. exanimata. num. 15. de iudic. Aymon consil. 210. ad fin. & Corset. in singula. verb. iudex ex ea. c. 1. num. 352. de constitut. & quid operetur prædicta reseruatio? Explicant post alios Aymon cõsil. 870. numer. 2. & Menoch. consil. 2. à num. 57. libr. 1. & licèt prædicta reseruatio facta non sit, tamen si actor posteà agat ex alia causa, admittetur, neque obstabit ei exceptio rei iudicatæ. † c. exa-
45 nimata. de iudicijs. & colligitur ex traditis per Tiraquel. lib. 1. retract. §. 8. glos. 7. à nu. 3. & in specie Pinel. l. 2. C. de rescinden. vend. 3. part. c. 3. num. 32. His ita explicatis conclusionem huius text. secundùm verum intellectũ, quòd casus omissus relinquitur dispositioni iuris cõmunis, tribus modis limitabis, ac ita perfectè remanebit explicata. Prima, ergo limitatio sit, vt dispositio concepta in vnũ casum, trahatur ad aliũ diuersum, quando is casus diuersus potest comprehendi sub verbis dispositionis. Et ex eo resultat idem effectus text. est. l. fin. in prin. C. de Episcop. & cleric. vbi pactum lucrandæ dotis, collatum in casum mortis mulieris, verificatur, si illa ingrediatur religionem; quia licèt mors, & ingressus religionis diuersa sint, tamen ingressus religionis dicitur mors ciuilis, & sic potest comprehendi sub verbo mortis, & ex ea resultat idem effectus, & ideò dispositio collata in casum mortis verificatur, si mulier ingrediatur religionem, notat gloss. hîc verb. mulieri ante medium. Bart. ad fin. Cuman. num. 8. Ad veram tamen explicationem d. l. fin. sciendum est, illius decisionem procedere, quando mulier ingreditur religionẽ, antequam sit cognita per virum: nam cum tunc per ingressũ religionis soluatur matrimoniũ quoad vinculum, ita vt ille, qui remanet in seculo posit nubere cui velit. c. 2. de conuersio. coniugator. Et sic tunc ex ingressu religionis resultet idem effectus, qui ex morte naturali, meritò verificatur prędictum pactum in morte ciuili; quæ videtur induci per ingressum religionis: nam dispositio faciens mentionem mortis naturalis, verificatur etiam in ciuili, quando ex ciuili resultat idem effectus, qui ex morte naturali, quoad casum de quo principaliter agit. l. Gallus. §. & quid si tantùm. tradit glos. Clem. 1. verb. morte. de election. & in specie, quòd in prædictis terminis sine dubio procedat decisio dict. l. fin. concludunt Bald. Angel. & Paul. ibi, & hanc esse cõmunem opinionem asserit Roland. de lucro dotis. q. 95. num. 14. & num. 19. Beroius c. in præsentia num. 477. de probation. Vnde in prædictis terminis, maritus statim lucrabitur dotem, nõ expectata aliàs morte naturali vxoris, quæ ingressa est religionẽ, vt clarè deducitur ex d. l. fin. tradit Nouellus

uellus de dote.7.par.speciali.11.num.8.
versic.quando autē. Alciat.lib.2. de ver-
46 bor.signific.num.26. † Controuersum
autem est,vtrùm decisio d.l. fin. etiā lo-
cum obtineat,quando post copulā vxor
ingreditur religionē de cōsensu mariti?
iuxta c.ex publico. de controuers.cōiu-
gator.nam magis communis opinio exi
stimat,hoc casu non esse locum decisio
ni d.l.fin.in princ.ea ratione moti, quia
in isto casu per ingressum religionis nō
soluitur matrimonium quoad vinculū.
d.c.ex publico. de conuers. coniugator.
Quia igitur ex ingressu religionis, hoc
casu non resultat idem effectus, qui ex
morte naturali,non debet esse locus lu-
cro dotis:nā & generale est,quòd dispo-
sitio loquens de morte naturali,non ha
bet locum in morte ciuili,quando ex il-
la nō resultat idem effectus, qui ex mor-
te naturali.l.ex ea patre. §. in insulam. ʒ.
de verbor.obligation.l.Statius Florus. §.
fin.ʒ.de iure fisci.tradit gloss.c.susceptū.
de rescript.in.6.Quod ita hac ratione in
specie concludunt Imol. & Alexan. hîc
num.12.Claud.num.9.& ante eos Paul.
d.l.fin.num.2.& 7.C.de Episcop. & cle-
ric.& Bald. Nouellus de dote.7.part.spe
ciali.11.num.4.Sed his non obstantibus
verius videtur contrarium,imò quod ad
huc sit locus decisioni dict.l.fin.nam illa
etiam loquitur,quando vxor ingreditur
religionem post copulam, de consensu
tamen mariti.Panormitan.consil.1.col.
fin.lib.1. Alexand. hîc num.11.ergo ibi
est text.expressus pro hac parte,& vide-
tur etiam text.auth.sed hodie. in fin. C.
de adulter. & tenet Roman. hîc nu. 15.
cuius opinionē defendimus.l.2. in prin-
cip.ʒ.eod. Et retenta hac opinione non
obstat fundamentum magis communis
opinionis,quia ego fateor, quòd vbi ex
morte ciuili non resultat idem effectus,
qui ex morte naturali, dispositio loquēs
de morte naturali,nō habebit locum in
ciuili,& hac ratione si pactum conceptū
sit,si morte soluatur matrimonium, non
habebit locum,si deportatione soluatur
matrimonium.glos.hîc verb.mulieri cō
muniter recepta,vt asserit Bald. Nouel-
lus de dote.7.part.speciali.11.num.8. ad
fin.qui eleganter admonet,glos. esse in-
telligendam quādo post deportatione,
mutatur affectio. l. 1.C. de repud. nam
aliàs cum per solam deportatione nō sol
uatur matrimonium, frustra quæritur,
vtrùm sit locus prædicto pacto. Et est ra
tio, quia per deportationē non soluitur
matrimonium.auth.de nupt.§. deporta
tio.collat.4.& sic non resultat idem effe
ctus,qui ex morte,& quanuis mutato ef
fectu dissoluatur matrimonium, is casus
magis debet assimari diuortio,quā mor-
ti.Vnde inferri poterit, quòd si pactum
sit, Si diuortio soluatur matrimonium,
tunc sequuta deportatione, & affectio-
nis mutatione, verificabitur pactū; quia
idem effectus resultat, qui ex diuortio:
nā diuortiū propriū debet fieri secundū
leges.l.pen.ʒ.de adulter.& sic nō sola mu
tatione volūtatis, sed adhibitis solemni-
tatibus de quibus.l.nullum. s̄. de diuor-
tijs. dixi suprà in rubr.in.2.par.contrariū
47 tamen tenet Castillione. hîc nume.22.†
Pro quo facit, quòd verbum, Diuortiū,
debet intelligi de diuortio solēniter fa-
cto,iuxta.l.nullum.s̄.de diuort.nam ver
ba accipiuntur in potiori significatu.l. 1.
s̄.si ager vectigalis.Istud autem diuortiū,
q̄ inducitur per deportationē, cū muta
tione sola voluntatis inducatur, propriè
nō potest appellari diuortiū, & sic in eo
pactū verificari nō potest: & ideò cū in
eo nō verificentur verba dispositionis,is
casus tāquam omissus debet relinqui iu
ris dispositioni. Ad quod expēdo.l. si sic.
57.ʒ.eod.vbi text.probat, quòd si pactū
sit cōceptum,verbis generalibus, Si quo
modo mulier nupta esse,desierit,tūc ve-
rificatur pactum sequuta deportatione
cum mutatione volūtatis, vt ibi per glos.
3.ergo cessante prædicta clausula gene-
rali sentit,quòd si dictū sit, Si nupta mu-
lier esse,desierit, non verificabitur pactū
in



in solutione matrimonij,quæ contingit
propter deportationē cum mutatione
voluntatis ob rationē,de qua suprà:quid
quid ad contrarium eum citet Cuman.
hîc nu. 8. Cæterùm quanuis hæc ita ve-
ra sint;tamen in specie d.l.fin.C.de Epis
cop.& cleric.indistinctè ex ingressu re-
ligionis,videtur resultare idem effectus,
qui ex morte naturali: nam ratio illius
text. est, quia quoad maritum respectu
vxoris ingressæ religionem, resultat idē
effectus qui ex morte naturali, nam pro
pter votum nō potest amplius rem cum
ea habere. Panormit. c. charissimus. de
conuersio.coniugator. Dominic. cap.1.
num.10.de voto.in.6.Roman.sing.521.
& quanuis respectu aliarum mulierum,
non idem effectus videatur resultare,
quia non potest cū alia contrahere,quia
durat vinculum matrimonij, tamen sa-
tis est,quòd respectu vxoris de qua agi-
tur,idem effectus quoad maritum videa
tur resultare ex ingressu religionis, qui
ex morte naturali,vt in simili tradit Are
tin.l.ex facto.num.5.ʒ.de vulgari. & Ia-
son.l.fin.num.1.C.de collation. Secun-
da limitatio colligitur ex.l. si filia.5.s̄. de
48 diuort.& ex lege.l.filiæ meæ.60.ʒ.eod.†
Ad quorum intellectum debes aduerte
re,quòd Angel.hîc num.2.collegit ex il
lis legibus,quod pactum, quòd si soluā
tur matrimonium morte filiæ dos resti-
tuatur patri, non habet locum si per di-
uortiū soluatur matrimonium, quia ces-
sante dolo in casu diuortij, censetur do-
natum filiæ,iuxta hunc text.secundū cō
munem intellectum.Sed vtique text.d.
l.si filia. magis probat, quòd sequuto di-
uortio,dos pertinet ad lucrum mariti,&
quanuis Bart.hîc num.9. dicat,ideò per-
tinere ad maritum, quia ita in pacto ex-
pressum fuit,tamen illud diuinat;neque
est verum,valere pactum, quòd si per di
uortiū soluatur matrimonium,dos perti
neat ad maritum,vt constat ex regula. l.
2.s̄.de pact.dotal.&.l.quāuis.C.de pact.
conuen. Et ideò melius videtur respon-
dēdū,q̄ in specie d.l.si filia mulier.diuer
tit à marito,vt præiudicaret patri, & sic
ipsa dedit causā diuortio,ob quod ex di-
spositione legis,cessante omni pacto,ma
ritus lucratur dotem.l.consensu.§. final.
C.de repud.& tamen quia hoc constat,
per filiam in fraudem patris factum fuis
se,per prædictum diuortium non præiu
dicabitur iuri patris. Itē expendes, quòd
in d.l.si filia.cùm mysterio dicitur,filiam
emancipatā ideò diuertisse, vt patri præ
iudicaret,quia scilicet, quando dos pro-
fectitia datur filiæ emancipatæ, quanuis
consolidetur in eius persona.l. vnica. §.
videamus.C. de rei vxor. action. tamen
si morte soluatur matrimonium, dos ad
patrem reuertitur.l.iure succursum.7.in
princip.s̄.de iure dotium. vbi ponitur ra
tio, & nos probauimus.l.2 §. quod si in
patris s̄.eodem. Si autē per diuortium,
vel alio modo solueretur matrimoniū,
tunc ad filiam, & eius hæredes pertine-
bat, vt significat.l. filiæ meæ.90.ʒ. eodē.
Vnde in specie dict.l. si filia, in vtroque
casu reperiebatur specifica dispositio le-
gis,vt scilicet si per mortem solueretur
matrimonium, pertineret dos profecti-
tia ad patrem: si autem per diuortium,
ad filiam, & eius hæredes. Nihil mirum
igitur si ibi præsupponatur,quòd cessan-
te dolo,dos sequuto diuortio, vel perti-
neret ad lucrum mariti, ex dispositione
l.consensu.§.fin.C.de repud.vel ad vxo-
rem,& eius hæredes.d.filiæ meæ.60.ʒ.eo
dem.Et sic nihil facit ad nostram mate-
riam,in qua agitur, quando in vno tan-
tùm casu reperitur facta dispositio,secū-
dùm quæ probant illa iura, quòd quan-
do in fraudem alicuius fit actus, per quē
iuri illius derrogatur, & in alterum ius
transfertur,succurrit lex,vt ille actus fa-
ctus in fraudem habeantur pro non fa-
49 cto, † ac ita ius patris integrum maneat:
ita vt posteà sequuta morte filiæ, dos ad
eum reuertatur,ac si re vera morte eius
solutum esset matrimonium, & notabis,
quòd quando diuortium fit cum filia in
firma

firma', præsumitur fieri in fraudẽ patris, vt apertè colligitur ex.l.filiæ meæ. 60. ʃ. eodem.& cap.2.de renunciat.in.6. prosequitur Gomez in regula de infirmis resignantibus.q.26.& Antonius Gomez.l. Tauri.9.num.59.vbi declarat, & notabiliter Menoch.consil.334.à numer.25.libr.4. Tertiò & vltimò limita per.l. si extraneus.6.s̃.de cond.ob causam. Ad cuius intellectum debes aduertere, quòd Bald.l.si mater.num.3.C.de institut.dicit, DD. malè adducere illũ text.ad materiam casus omissi:nam in eo dotans expressè sibi prouidit, in casu sequuti matrimoni,& ex expressione causæ finalis, tacitè in eius defectum videtur sibi cauisse, non quidem vt expressa prouisio ad istum casum extenderetur, sed vt ob defectum causæ expressæ,sibi competeret condictio ob causam. Et pro eo vrgent verba dict.l.si extraneus.ibi: Et verisimile est, &c. quem intellectum probat Cuman.hîc num.7. Alciat.libr.3. de verborum significat.num.12. Sed hunc intellectum improbat Alexand. hîc nume.10.ad fin.quia si hoc esset verum,sequeretur,quòd ratione pacti,extensi, ad hunc casum omissum agi posset : & tamen text.in d.l.si extraneus.contrarium probat,imò agi condictione ob causam, quæ oritur extra id, de quo agitur. l. si is qui.§.si libero homini.s̃. cõmodati. Cui tamen argumento facilè responderi potest,ex verbis Bald.suprà relatis, qui fatetur,prouisionem tacitam, non resultare ex verbis pacti expressis:sed potius ex expressione causæ finalis, in cuius defectũ tacitè sibi videtur prouidisse. Sed quia Iureconsult.apertè vult, casum non sequuti matrimonij,esse omnino omissũ: verius dicetur cum glos.d.l.si extraneus. verb.in hunc.in fin.& ibi Fulgos.num.2. in fine.& Castillione.hîc num.12. quòd casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis:iuxta regulam huius text-
50 tus, † & secundùm iuris dispositionem, is qui dat ob certam causam, ea non sequuta habet condictionẽ ob causam. l.qui se debere.§.fin.s̃.de cõdict. ob causam.& secundùm hunc intellectũ summat Bart.dict.l. si extraneus. quòd casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis , & latè exornat Cassane. in consuet.Burgund.rubr.6.§.5.num.12.verb. Et se parez. & Tiraq.lib.1.retract. §.20. glos.vnica.num.11.additio Seguræ.l.cũ patronus num.35.ʃ.de legat.2. notabiliter Alciat.lib.3.de verbor.signific.à numer.3.Ias.consil.29.col.2.versic. quintò facit.lib.3.Hippolyt.Riminald. consi.75. à num.24.libr.1.& consil.181.à num. 1. lib.2.Aymon consil.416.num.15.lib.3. & declarat Decian.consil.1. à num. 145. lib.1.& consil.28.à num.23.lib.2.Et procedit in quacumque materia Gozad.cõsil.84.num.9.& Bolognet.latiùs consi.9. à num.81.Tiraq. tract.primogen.q.40. à nume.194.Et secundùm hæc veniunt explicanda verba d.l.si extraneus,vt extraneus dotans videatur sibi prouidisse in casu omisso, ex ea iuris regula, quòd pars censetur idem velle, quòd ius dispo nit.l.si duo.ʃ.de acquir.hæredit.& quod dispositio iuris declarat conuentiones. Anchar.consil.81.prima facie.nume.5. Sed obstare videtur huic declarationi, quòd extraneus simpliciter dotans, videtur habere animum donandi mulieri.l. vnica.§.accedit.C.de rei vxor.action.ergo secundùm iuris dispositionem magis debuit competere condictio mulieri, quam dotanti respondet tamen Bartol. hîc num.7.quòd lex non fauet doti, nisi postquam cõtractum sit matrimonium: & ideò si illud non sequatur,cessat fauorabilis præsumptio,d.§. accedit. subscribit Castillion.hîc num.16.& Rogeri.numer.33.Deci.cons.35.num.5.ad finem. Cui tamen respõsioni obstat, quòd imò lex solet fauere doti, etiam non contracto matrimonio,vt sic mulier facilius nubere posit.l.2.§. final.ʃ. de priuileg. creditor.l.lege Iulia.s̃. de fundo dotali. tradit Loazes.l.filius familiàs.§.diui.nu.35.

ʃ.de



ʃ.de legatis.1.Boeri.decisio.331.num.2. & ideò aptior videtur responsio Claud. hîc num.8.& ante eum Roman.l. si extraneus.num.2. s̃.de cõdict. ob causam. quòd in omni promissione,siue datione dotis,sub intelligitur tacita conditio , Si matrimonium sequatur.l.item quia.§.1. s̃.de pactis. & sic tacita donatio , & omnia dotem respicientia , videntur ab eadem conditione pendere. Si ergo conditio illa non impleatur , & tacita donatio,& omnia respicientia dotem , similiter corruũt.l.cum principalis.ʃ.de regulis iuris. Et secundùm hanc explicationem veniunt interpretanda verba d.l. si
51 extraneus. † vt verisimile sit,in casu non solutæ dotis, dotantem sibi prouidisse; quia ex natura rei deductæ in conuentionem,colligitur tacita cõditio, Si matrimonium sequatur. Vnde ex ea tacita conditione tacitè colligitur, quòd ea nõ adimpleta, dotatio ipsa non valeret , & consequenter quod ipse posset illam repetere per condictionem ob causam Roman.l.si extraneus.numer. 5.s̃.de cond. ob causam.& est de mente Panormitan. consil.45.attingam.colum.2. ante finẽ. lib.1.Iason.l.lecta. colum.4. ad finẽ. s̃. si certum petat. Alciat.lib.3. de verborum signification.numer.12.& ad hunc modum poterit defendi intellectus Bald. l. si mater.num.3.C.de institut.suprà relatus. Item ex prædicta explicatione facilè resoluetur dubitatio Rogerij hîc numer.34. vtrùm dispositio dict. l. si extraneus locum habeat,quando post contracta sponsalia fuit facta illa dotis datio? nã dicendum est, vtique etiam eo casu locum habere:nam & dotis promissio siue datio facta post contracta sponsalia, habent tacitam conditionem,Si matrimonium sequatur.l.quod seruius.s̃. de condict.ob causam.l.stipulationem.22.s̃. de iure dotium.l.1.versic.ante nuptias.ʃ.de vsucapion.pro dote.tradit Purpur.l. 2.§. creditum.num.7.s̃.si certum petat. Vnde adhuc militat ratio suprà assignata. Denique iuxta prædicta venit explicandum,quòd probat dict.l.si extraneus. in fine.quòd idem erit in patre dotante filiam: nam intelligo,quòd licèt si sequeretur matrimonium,actio dotis esset communis inter patrem & filiam,dict.§.accedit.tamen cum non cõtracto matrimonio cesset nomen dotis.l.3.s̃. de iure dotium.& locũ habeat ratio de qua suprà: condictio ob causam erit solius patris,in qua filia nullam habebit communionẽ. Vnde cauendum est à Decio consil. 35. num.3.&.6.Loazes.l.filius familiàs.§.diui.num.34.ad finem.ʃ.de legat. 1. Palac. l.Tauri.17.num.46.& ibi Tellius nu.78. dum dicũt , quòd licèt dotatio facta per extraneum mulieri,nullum ius acquirat mulieri,Si matrimonium non sequatur. d.l.si extraneus. tamen diuersum erit in patre dotante:nam cum dotando videa tur satisfacere propriæ obligationi.l. fin.
52 C. de dotis promiss. † dotatio subsistet, & erit irreuocabilis,etiamsi matrimoniũ non sequatur: hoc enim apertè est contra text.dict.l.si extraneus.in fine. & notat Bart.l. Titio centum.§. Titio genero. num.3.ʃ.de cond.& demonstrat.& quia etiam in parte dotante militat ratio de qua supra.l.stipulationem. 22. s̃. de iure dotium. vt in specie aduertit Baeça de non meliorand.filiab.cap.21.numer.14. & num.17.& eleganter num.21. magis ergo docere debuissent,quòd licèt regulariter non valeat donatio inter patrem & filiam in potestate.l.2.C.de inof.donatio. tamen si pater ex causa dotis donet filiæ,& de hac voluntate constet, quod voluerit ei donare, etiamsi matrimoniũ non sequeretur,quòd tunc valebit ea donatio,etiamsi matrimonium non sequatur,ad quod illum text. extollunt Romanus ibi numer. 3.Alexand.num.4. Iason num.16.Alexan.hîc num.7. & alij quos suprà retulimus.l.2.§. quod si in patris. num.11.s̃.eodem. & ita etiam in specie Baeça tractat. de non meliorand. filiab. cap.21.num.21.qui ibidem. numer. 16.

elegan-

eleganter respondet ad tradita per Deci.d.cons.35.Quinimò licèt prędicti sentiant etiam in hoc casu actionem esse solius filiæ,neque patrẽ in ea habere cõmunionem,vt expressit Alexan.l.2.§.quod si in patris.1.notabili.s.eod. Tamen ego verius credo,quòd ea actio sit communis inter patrẽ & filiam in potestate, vt coligitur ex.l.Pomponius.s.famil.ercisc. adiuncta regula.l.2.§.quod si in patris.s. eodem.& quia vt ibi tradidimus: ideò in hac materia datur cõmunio patri:vt tantis per satis fiat regulæ.l. placet.j. de acquir.hæred.† Quæ ratio etiam militat in 53 specie.d.l.si extraneus. in fine.& hæc satis in materia huius legis.Intellectum autem.§.1.huius legis iam tractauimus.l.2. §. finali.s.eodem. Item de intellectu.§. si mulier. huius legis iam egimus in rubric.2.parte.s. eodem. & interpretationem gloss.d.§. si mulier.posuimus.l.2.in princ.s.eodem. Et ideò peculiaris eorum. §. omittitur interpretatio.

## SVMMARIA EORVM QVÆ TRACTANtur in interpretatione legis Si cùm dotẽ.23.§.Si pater. ff.Soluto matrimonio.

1 *Si dos sit exacta sine consensu filiæ,ipsa repetet dotem à marito, & maritus potest agere aduersus soceri hæredes, qui indebite dotem recepit.*

2 *Debitor necessarius videtur legare animo cõpensandi,non sic voluntarius.*

3 *Aduersus quàm resolutionem cõmunem expenditur is text.*

4 *In hac materia differẽtia est constituenda inter debitorem ex contractu, vel quasi contractu.*

5 *In quasi contractu,quis obligatur per legem, præter intentionem suam.*

6 *Quot modis quis dicatur debitor necessarius.*

7 *Ratio,obquam debitor necessarius videtur legare animo compensandi.*

8 *Hæc compensatio magis inducitur ex lege, quàm ex voluntate testatoris.*

9 *Debitor ex dispositione statuti,videtur legare animo compensandi.*

10 *Et eleganter defenditur aduersus plures.*

11 *In falcidiam,legata non imputantur, & qua ratione.*

12 *Maritus, qui debet arras vxori, non videtur legare animo compensandi.*

13 *Legata non compensantur, cum medietate lucrorum, quam vxor obtinet ex vi consuetudinis.*

14 *Si debeatur species, & legetur quantitas, vel è contra,non præsumitur compensandi animus.*

15 *Quod defenditur aduersus plures.*

16 *Etiam in compensatione inducta per legẽ; ea non admittitur de specie ad quantitatem.*

17 *Si filia pro parte fuerit instituta, vtrùm in totum repelli debeat à dotis petitione?*

18 *Actio confunditur pro quota,in qua quis hæres instituitur.*

19 *Intellectus.l.dotale.§.fina.s.de fundo dotali.*

20 *Item.l.cum pater.79.§.qui dotale.j. de leg.2.*

21 *Hæres confecto inuentario,non tenetur, nisi pro quantitate bonorum.*

22 *Mulier, sibi non præiudicat accipiendo legatum,in quo erat posita clausula, quod plus petere non possit.*

23 *Quando filia instituta dotẽ suam petere possit.*

24 *Explicatur.l.fina.C.commun. vtriusq; iudic.*

25 *Text.ille procedit secundùm verisimilẽ mentem patris.*

26 *Datum causa dotis,nõ secuto matrimonio indistinctè condicitur.*

27 *Pater dotem sibi restitui cauens, & hæredibus videtur prospexisse.*

28 *Agitur de intellectu.l.pater filiã. 14. in prin. j.ad leg.Falcid.*

29 *Quando pater adhuc dotem nõ exegit filia pro parte instituta, dotem petere potest suo iure.*

*In*



30 *In Trebellianicam legata imputantur.*

31 *Post dotem traditam ,pater non potest considerari tanquam debitor necessarius.*

32 *Pater non potest iubere,vt quæ habet filia extra causam testamenti imputet in quartam.*

33 *Filia semper tenetur imputare dotem in legitimam.*

34 *Equius est filiam ex sua dotari.*

35 *Pater promittens dotẽ pro filia,& posteà simpliciter legando videtur animo compensandi legare.*

36 *Quando quantitas his promittitur censetur multiplicata.*

37 *Agitur de intellectu. l. si pater pro filia. j. de collatio.dotis.*

38 *Pro legato facto genero,competit actio etiam filiæ.*

39 *Quando legatur ex eadem causa, ex qua debebatur, præsumitur compensandi animus.*

40 *Quando debetur dos, & relinquitur nominè dotis,animo compensandi relinquitur.*

41 *Filia emancipata præterita non reddit nullum testamentum.*

42 *Assignatur nouus intellectus ad d. l. si pater pro filia.*

43 *Si pater legat, & deinde promittit dotem pro filia, videtur habere animum compensandi.*

44 *Explicatur l.filia.C.de legat.*

45 *Agitur de intellectu.l.1.§.pen.j. de collatio dotis.*

46 *Et ostenditur ibi agi de collatione, & non de compensatione, & quid in illis terminis circa compensationem dicendum sit.*

# INTERPRETATIO
## Legis Si cum dotem. 23. §. Si Pater. ff. Soluto matrimonio.

AD Interpretationem huius textus premittẽdum est, quòd isto iure, quidquid filia fa. acquirebat, eodẽ momẽto in patrẽ transfereba tur.l.placet.j.de acquir.hæred.tamẽ speciale erat in dote,vt actio competens ad eius repetitionẽ, cõmunis esset inter patrẽ,& filiam.l.2.§.q; si in patris.s.eo.Quare si filia esset præsens, non admittebatur pater ad repetẽdam dotẽ,sine filiæ cõsensu,& si illa esset absens,non admittebatur,nisi præstita cautione de ratõ. l.2. §.fina. s. eo.q; si gener aliter restituebat dotẽ,per illã dotis solutionẽ non liberabatur,& consequẽter dotẽ tanquam indebitè solutam socero,ipse repetere poterat.l.qui hominẽ.34.§.si gener.j. de solut.l.4.s.eo.Vnde socer debitor efficiebatur prædictæ dotis indebitè receptæ, vt tradit Panor.cons.81.nu.2.lib.1.Alexan. hîc nu.7.ad finẽ. Quibus præmissis probat is tex. quòd si absente filia pater dotẽ recepit, non perstita cautione, quòd filia ratum haberet,si filia nolit ratum habere gestum per patrem, tunc ipsa dotẽ poterit repetere à marito, qui eam condicet ab hæredibus soceri, vt illam possit vxori restituere.l.si socer.45.§. Lutius. j. eod.nisi pater filiam hæredem instituat, vel ei tantùm leget,quantum ex dote cõsequi poterat:Hi enim casibus non pote 1 rit dotem repetere à marito, † sed circa explicationem huius conclusionis aduertendum est, quòd licet ea de plano procedat, quando per patrem fuit filia hæres instituta:nam cùm tunc repræsentet personam patris debitoris,necessariò confunditur debitum.l. debitori. C. de pactis. l. iuranius. j. de fideiussor. & est expressum.l.si socer.45.§.Lutius.in fine. j.eod.

j.eod.tamen quatenus probat idem esse si pater leget filiæ, quantum ipsa ex dote consequi poterat, dubia videtur, quia hoc casu cessat ratio de qua suprà, & regula est, quòd debitor legans creditori, non videtur legasse animo compensandi: & ideò creditor, & legatum, & debitũ petere potest. l. creditorem. 87. j. delega. 2. l. creditor. 16. C. de legatis. Vnde maritus debitor dotis, si simpliciter leget vxori, ipsa vxor & dotem, & legatum petere poterit. l. vnica. §. primum versic. sciendum. C. de rei vxor. actio. de cuius intellectu notab. agit Cuiacius libro. 3. obseruatio. cap. 16. idem probat l. qui dotem. 47. adiuncta gloss. j. eodẽ. & notab. ampliat Bald. consilio. 84. testamentum. numer. 2. libro. 2. Ergo pariter videbatur dicendum, quòd si pater, qui in effectu est debitor dotis indebitè exactæ, dotem leget filiæ, poterit filia, & legatum, & dotẽ petere: Bartolus autem hîc numer. 3. pro resolutione huius difficultatis, existimat distinguendum esse, inter debitum voluntarium, quod propria voluntas, & factum spontaneum constituit & inter debitorem necessarium, quem lex, vel statutum, præter eius voluntatem debitorem fecit. In primo debitore procedent iura suprà adducta pro ratione dubitandi. In secundo autem debitore procedet is textus, cui concinit. l. quoniam nouella. C. de inof testamẽt & auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. & hanc Bar. resolutionem probat Alexand. hic num. 4. Cãpes. de dote. 3. parte. quæst. 100. & receptissima esse resolutionem asserit Curt. Iunior. auth. præterea. C. vnde vir. num. 19. Afflictis decisio. 44. num. 9. Couarru. c. officij. nu. 2. de testam. Tellius l. Tauri. 16. num. 6. Costa. c. si pater. 1. par. verb. legauit. num. 19. de testam. in. 6. & latè insistit Menoc. lib. 4. præsum. 109. per totã. & secundũ istã communẽ opinionẽ consuluit Bald. cons. 58. in restitutione. nu. 4. lib. 2. Fulg. cons. 80. nu. 3. Ruin. cons. 92. nu. 5. lib. 5. Paris. cons. 95. à nu. 37. libro. 2. Aymon consil. 86. in princ. exornat Neuizan. consil. 62. à num. 22. Menoc. cons. 59. num. 17. libro. 1. Cephalus cons. 486. num. 17. lib. 4. † Cæterùm huic communi resolutioni, nimis videtur obstare, q̃ in specie huius tex. pater non debuit cõsiderari tãquam debitor necessarius, sed potius tanquã voluntarius: nam ex ea ratione tenetur dotẽ exactam sine consensu filiæ, iterum restituere, quia mediante facto suo voluntario, dotẽ exigit minus solẽniter. Ergo magis debet considerari, quasi debitor volũtarius, vt hîc aduertit Cuma. num. 2. nam vt quis dicatur debitor necessarius, oportet, quod lex eum obliget nullo facto voluntario interueniẽte Bal. cons. 58. in restitutione. numero. 4. lib. 2. Neque huic argumento satisfacit responsio Iason. auth. præterea. nu. 19. C. vnde vir. quòd ideò in casu huius tex. pater cõsideratur tanquam debitor necessarius, quia per legẽ cogebatur, dotẽ repetere à genero, quã debebat reseruare filiæ iterum nubenti. auth. sed quanuis. C. de rei vxo. actio. Nam falsò præsupponitur in ea responsione, legẽ cogere patrem, vt dotem datam, à genero repetat: nam imò in eius potestate est, vel illã exigere, vel eam exigendam filiæ relinquere. l. si socer. 45. in prin. j. eo. Itẽ etsi cogeretur per legẽ dotẽ repetere, cogebatur tamẽ, eã secũdũ formam iuris exigere, si igitur illa non obseruata exegit, magis propter factum voluntarium videtur obligatus, & minus satisfacit respõsio Decij. d. auth. præterea. nu. 11. quã ibi probat Cur. Iun. nu. 19. quòd pater inuitus cogitur per legẽ filias dotare. l. fina. C. de dotis promissio. l. qui liberos. j. de ritu nuptiarũ, & hac ratione dicitur debitor necessarius, quia & semel data dote in eadẽ obligatione necessaria persistit, quia si dos semel data casu fortuito amittatur, ex eadẽ obligatione legali tenetur ei nouã dotẽ constituere. authẽ. q̃ locũ. C. de collatio. Quæ ratio est etiã de mẽte Bar. hîc nu. 3. & Paul. n. 2. nam & hęc respõsio con-



confunditur ex eo, quia posset admitti, si socer dotem promisisset, & propter pactum illam non soluisset, iuxtà terminos l. si marito. 32. §. 1. j. eodẽ. & l. Bebius. 30. j. de pact. dotalibus. nam cum considera retur tanquam debitor necessarius, videretur legare animo compensandi, vt infrà dicemus. Sed quando iam dotem tradidit, obligatio illa necessaria soluta est, in principio. Insti. quibus modis tollitur obligatio. Et sic ea soluta, quoad exactionem quàm posteà voluntariè fecit, non debet considerari tanquam debitor necessarius, sed tanquam voluntarius. † Neque quòd dos posit amitti, per casum fortuitum, & eo casu pater cogatur nouam dotem constituere, debet esse in consideratione, antequam eueniat. l. Iulianus. j. qui. & à quibus. Quare Cuiacius libro. 3. obseruatio. capit. 16. existimat patrem leganté simpliciter filię, nõ videri legare animo compensandi per l. vnicam. §. primum. versicul. sciendum. C. de rei vxoris actio. quæ à fortiori procedet in patre simpliciter legante. Neque obstat is textus, quia respondet, intelligendum esse, quando testator legauit nomine dotis, tunc enim constat, animo compẽsandi legasse. l. Titia. cum testamẽto. 35. §. qui inuita. j. deleg. 2. Qui nimo existimat, quod dum is textus in his terminis dicit, quòd legatum cedit lucro filiæ, si tantùm ex eo consequuta sit, quantum ei nomine dotis debeatur, debet litera emendari, & debet reponi, si amplius ab eo consequuta, sit quàm ei suprà, quia cum legatum accipiat pro dote debita, non potest dici, lucrum ei cedere, nisi id, quod excedit debitum dotis. Sed hæc opinio Cuiacij reijcienda est, quia nimis restringit generalitatem huius textus, & multo minus recipienda est literæ emendatio, cùm sit contra fidem omnium codicum. Neque obstat eius ratio, quia cum in electione sit filiæ, vel debitum petere, vel eligere legatũ. l. cum pater. 30. j. de iure dotium. l. cum ab vno. 55. j. delega. 2. si filia repudiato debito, legatum eligat, satis verificantur verba huius textus, quia attenta forma petitionis, tanquam legatum petitur, & sic tanquam lucrum quanuis attento effectu non sit lucrum, nisi in eo quòd excedit debitum. l. Titia. cum testamento. §. qui inuita. j. deleg. 2. & est de mente glo. fin. hîc. 1. solutione. & Cuman. nu 7. Item potest exponi verbum, Lucrum, vt hîc per Dyn. & Alber. post princ. Imol. in fin. Paul. numer. 3. Ad veram igitur resolutionẽ aduertendum est, quòd licèt Paul. hîc nu. 2. à pari iudicet, quem obligari ex cõtractu, vel ex quasi cõtractu, quasi vtroq; casu, censeatur debitor voluntarius: & idẽ Paulus l. creditorem. j. delega. 2. & in consil. 35. column. 2. ad finem. libro 1. Tamen ego inter eos casus, quoad nostram materiam differentiam esse cõstituendam existimo: † nam qui tenetur ex contractu, considerabitur tanquam debitor voluntarius, qui verò tenetur ex quasi contractu, considerabitur tanquam debitor necessarius: moueor, quia qui tenetur ex contractu, attento initio propter actum voluntarium obligatur. l. sicut. C. de actio. & obligatio. Et cùm in quacunque materia initiũ actus sit spectandũ. l. qui id quòd. j. de donatio. l. clam posidere. in prin c. j. de acquir. posses. l. nam origo. j. quòd vi aut clam. l. 1. C. de imponenda lucratiua discrip. libro. 10. Attento initio, qui obligatur per contractum, censetur debitor voluntarius, vt latè prosequuntur Ronchegallus l. 1. à nu. 23. j. de duob. reis. Menoch. libro. 2. de arbitrarijs casu 182. à nu. 52. & Hippol. Rimin. cõs. 384. num. 42. libr. 4 inquiens, q̃ actus necessarius dicitur, qui habet principium necessarium, & per contrarium dicetur actus voluntarius, qui habet principium volũtarium, vbi multos allegat, & etiam Menoc. lib. 4. præsump. 109. à nu. 2. & Cephal. cõs. 255. à n. 2. li. 2. quibus adde Bal.

consilio.58.in restitutione.numer.3.lib. 2.tradẽtem,quòd omnis hominis dispositio,& ab eius facto procedẽs,dicitur voluntaria,sed qui tenetur ex quasi contractu etiam attento initio, non volũtariè obligatur, quia præter eius intentionẽ, lex eum obligat ex bono & æquo. §. 1. instit.quib.mod.re contrahit.obligatio. l. is qui commodatum.§.fina.ſ.commodati.nam quasi contractus non oritur ex consensu vero, vel præsumpto, sed potius ex æquitate inducitur per legẽ Bart. l.1.num.10.ſ.de cond.indeb.Galeaula in rubr.num.55.j de verb.oblig. nam propter actum præambulum,in consequentiam inducitur per legem æquitate suadente,quasi contractus:& dicitur pactũ legale,vt declarat Galeaul.d.rubr. num. 52.j.de verbor.oblig.Principaliter enim obligatio inducitur per legem,& consẽsus partis venit secundariò, & in consequentiam,quia censetur se obligare,quatenus teneri debet,secũdum dispositionem legalem.l.si duo.j.de acquir. hæredit.& expressè Bal.rub.nume.22.C.qui admitti.Habito igitur respectu,ad id, q̃ est principale, hæc obligatio dicitur legalis,vt tradit Alciat.l.4.§.Cato.numer. 106.j.de verborum oblig. & consequenter dicetur debitor necessarius,quia obligatur principaliter ex dispositione legis, extra propositum principale facientis: Bar.l.stipulationes non diuiduntur.nu. 37.j.de verbor.oblig.Et hac ratione cautio,quæ præstatur pupillo per tutorẽ dicitur,necessaria.l.de die.8.§.tutor.ſ. qui satisd.cogantur.& ibi notant Bar. & Fulgos.num.1.quia attento initio, præstatur propter quasi contractum,quem lex inducit inter tutorem,& pupillum.§.tutores Insti.de oblig.quæ ex quasi contra
5 ctu, † & hac etiam ratione in iudicio dicimur quasi contrahere.l.3.§.idem scribit.ſ.de peculio. quanuis re vera iudiciũ reddatur in inuitum. l.inter stipulantẽ. §.1.j de verbor.obligatio. Et ex his colligitur vera ratio decidendi ad hunc textum:nam ideò in eo,pater consideratur quasi debitor necessarius, quia cũ teneatur ex quasi contractu,qui inducitur inter eum,qui in debitũ soluit,& eum, qui recepit.§.1. Instit.quibus modis re contrahit.obligatio.§.penul. Insti de obligatio. quæ ex quasi contractu adiuncta.l. qui hominem.34.§.si gener.j.de solutio. Cùm principaliter videatur teneri ex dispositione legis, considerabitur tanquã debitor necessarius:& sic videbitur legasse animo compẽsandi, vt cõmunis vult, & ex hac noua explicatione infertad ea, quæ notab. in hac materia tradit Xuarez,titulo,De las arras.num.37.vbi elegãter considerat. debitorem necessarium tribus modis considerari posse. Primo strictè, quando lex aliquem obligat, nullo precedente eius facto voluntario,vt contingit in legitima, quæ filijs debetur ex dispositione legis,vel in obligatione dotandi filios: nam huiusmodi obligationes inducũtur,nullo facto præcedente obligati: nam quanuis præcedat matrimonium,tamen non est causa immediata inducẽdi obligationem, sed potius ratio naturalis.l.cum ratio.j. de bonis damnato.Cũ igitur actus voluntarius matrimonij,non sit causa immediata harum obligationum, dicitur induci ex dispositione legis,non præcedente facto voluntario,quia causa mediata,& remota non solet haberi in consideratione.l mulier.j.de actio.rerum amotarum l.sociũ qui.§.1.ſ.pro socio. Et in hac specie sine dubio procedit regula,quod debitor necessarius simpliciter legans,videtur legare animo compensandi. l. quoniam Nouella.&.l.omnimodo.j.de inofficios.testamen.l.3.§.si debita.j. de bon. libertor.Crotus consi.314 num.6.lib.3. notab.Petra de fideic.q.8.num.113.ampliando,vt per Cagnol.l.si quis maior.numer.67.C.de transact.& declarando cũ Rimin.consi.243.num.57.libr.2.Secũdo modo dicitur debitor necessarius magis large,quando mediante facto voluntario obligatur quis ex eo, tanquam causa mediata. Quanuis attenta principali mẽte disponentis factum illud non erat ordinatum ad huiusmodi obligationẽ inducendam:nam cum hoc casu lex inducat obligationem præter principalem intentionem facientis:hæc obligatio magis dicetur legalis:† Bart. l. stipulationes non diuiduntur.numero.37. j. de verb. obliga. & consequenter dicetur debitor necessarius, quod proprie exemplificari potest in obligatis per quasi cõtractum, vt suprà probauimus. Et in his etiã locũ habet regula, quod debitor necessarius simpliciter legando, videtur legasse animo compensandi: & in hac specie procedit istex.nam licèt socer propriè, sit debitor generi,& non filiæ, quia tamen si filia repetat dotem solutam à marito, ipse potest condicere dotem à socero.l. qui hominem.34.§.si gener.j.de solutio. Attento effectu,videtur esse debitor filiæ, qua inuita dotem à genero recepit, vt aduertit Imol. l. cum pater. §.pater filiæ.col.2.ad medium.j.deleg.2.Alexander hîc num.7.in fine.Et hac ratione patet,quasi debitor necessarius respectu filiæ,videtur legasse animo compensandi & ad hunc modum debet explicari Crotus consi.314.num.7.lib.3.Tertiò modo dicitur debitum necessarium largissimo modo,quando scilicet quis obligatur ratione contractus: nam potest dici debitor necessarius, quia ex postfacto contractus sunt necessarij.l.sicut.C.de actio.& obligatio.tamen, quia attento initio sũt voluntarij: debitor ex contractu magis dicetur voluntarius, quàm necessarius, vt suprà diximus. Et ideò in eo obtinet locum regula.l.creditorem.87.j.delega. 2.Et hac etiam ratione procedit.l.vnica. §.primũ.versic.sciendum.C.de rei vxori actio. Nam maritus recipiendo dotẽ, & ad illius restitutionem, se obligando, voluntariè fecit,quia potuit vxorem indotatam recipere.l.fina. C. de donatio. ante nuptias. Et ideò non videtur legare animo compensandi,nisi id exprimat. l.qui dotem.47.j eodẽ.l.si compensandi. C.de hæred. instit.Defensa igitur sic, & declarata communi distinctione,videndum restat de ratione prædictæ distinctionis: & Imol.hîc post princ. eam esse existimat,quia cũ pater sit debitor necessarius, locũ habet regula. l.rẽ legatam.j. de adimend. legat. quod in necessitatibus nemo liberalis existit,quã rationem sibi arrogat Iason.auth.prætereà.nu. 19. C.vnde vir & vxor.& eam probat Ronchegallus.l.1.num.25.j.de duob. reis,& vti receptam refert Phanuncius de lucro dotis,gl.8.nu.41. Sed hæc ratio non est concludens,procederet enim quãdo constaret,quẽ legasse tanquam debitorẽ necessariũ: nã tũc non videretur animo liberali legasse,sed quando sumus in dubio,cũ legatũ ex se liberalitas sit. §. legatum.Instit.de lega. animo liberali de-
7 bet videri legasse:†& sic videtur inducẽda regula.l.creditorẽ.87.j.delega.2.probabilior igit̃ est ratio Decij d.auth. prætereà. nu. 11. quam ibi probant Paul. de Montepico.num.55. ad finẽ.Curt.Iun. num.20.quod cũ hæc obligatio sit induꝛta principaliter per legẽ,præter volũtatẽ obligati:& sic in hoc lex obligatũ grauauerit,secũdũ legis consuetudinẽ, voluit eũ in alio releuare.l.eum qui.in princip.ſ.de iureiur.& sic constituit,quòd legatum semper cẽseretur relictum,ea intentione,vt compensaretur cum debito necessario,facit regula.l.si fideiussor.§ 1. ſ.qui satisd.cogantur. Vnde colligo hãc compensationem magis induci ex dispositione legis, quam ex mente testatoris: ac proinde quanuis testator de compensatione in ducenda tempore legati non cogitauit, nihilominus illa inducetur, propter legis dispositionem, ad quod nouè expendo.l.Titia.cum testamento. 35.§.qui inuita. in fine. j. delegat. 2. vbi textus probat, quòd si testator putauit se efficaciter dotem exegisse à genero, quanuis filia non consenserit: & hoc

hoc ita existimans,legat dotem filiæ,inducitur compensatio : & tamen eo casu non potest dici, compẽsationem induci ex præsumpta voluntate testatoris:nam cũ ille crederer,se non esse debitorẽ dotis,neque respectu generi , neque respectu filiæ:& sic legando non potuit habere animum compensandi, & nihilominus illa inducitur ex dispositione legis, ita vt sit textus expressus pro Bald.l.quoniam in prioribus.numer.6.in fine.C.de inofficios.testam.dũ inquit,quòd in terminis huius text.creditur legatum relictum fuisse animo compensandi cũ debito necessario, ex dispositione legis, quæ hoc inducit, etiamsi testator de cõpensatione non cogitauerit, quæ verba summè esse notanda in hac materia asserit Xuarez titulo, De las Artas, numero 39.ad finem.Item erit textus pro Cumano hîc numero.6.tradente,hanc compẽsationem non tam induci ex præsumpta mente testatoris, quã ex dispositione legis, supplente id quod credit verisimiliter testatorem dispositurum, † Si de eo cogitasset, id quod etiam sentiunt glos. hîc verb. tantũ Bart. & Imol.in princip. dum ex isto textu colligunt, quòd quis tenetur ratum habere factũ illius, à quo lucrum consequitur l. ex qua persona. 191.ʒ.de reg.iur.Ac ita sentiunt,hãc cõpensationem principaliter induci,per iuris dispositionẽ, & regulas,quod etiam admittit Couarru.c.officij.nu.2.ad medium. de testamẽ. Paul.de Montepico. authentic.præterea.num.55.ad finẽ. C. vnde vir & vxor.Matienço l.7.tit.9.li.5. ordinamẽti.gloss.1.num.4. Et clarè constat ex eo,quod hac ratione debitor voluntarius,nõ cẽsetur legare animo compensandi. l. creditorem. 87.ʒ.delegat.2. quialegatum est donatio.§.legatum.Instit.de legatis. Et implicat contraditionem,quod quis dicat se donare,& legatũ compẽsetur cum eo,quod creditori debet,quia sic non donaret,sed potius debito satisfaceret,vt tradit Bald.l. quoniã in prioribus.num.6.C.de inofficios.testament. Alexand.consil.12.num.5.libr.2. Corn.consilio.210.num.15.libr.1.Quæ ratio etiam militat,quando debitor necessarius dicit se legare:vt aduertit Fabianus dicta authẽtic.præterea.num.65.& tamen lex interpretatur debitorẽ necessarium ita legasse, vt in electione creditoris sit,vel debitum petere,vel legatum accipere,supplendo id, quasi testator ita esset dispositurus,si de hoc interrogatus fuisset,nisi clarè probetur,voluisse,& debitum peti,& legatum deberi.l.Titia.cũ testamento.35.§.qui inuita.ʒ.deleg.2. & l.penul.ʒ.de dotẽ.prælegat.Ex hac igitur ratione differẽtiæ ita explicata. infertur primo comprobatio ad dictum Bart.hîc numero.4.Quòd si statutũ dicret, quòd propter onera matrimonij,maritus lucretur certam partem dotis,si mulier ei aliquid simpliciter leget,tenetur hoc imputare in lucrum dotis:allegat auth præterea.C.vnde vir.& vxor.nam cũ per statutũ vxor cõstituatur quasi debitrix istius lucri,inducẽda est regula huius text.explicata vt suprà : subscribit Alexand.hîc num.6. Rolan.de lucro dotis. quæst.69. latè Fabian.auth.præterea.nume.60.& ibi Pau.de Montepico.num.56.C.vnde vir.Baeça de decima tutoris.c.5.numer. 28.† Contrariã nihilominus opinionem tenet Bald.authẽtic.præterea.num.5.C. vnde vir.& vxor. Ea præcipua ratione, quia hoc debitum initium sumit ab actu voluntario,scilicet à matrimonio,& dotis datione,ergo non debet videri legatum animo compensandi,iuxta l.vnicã. §.primũ. vers. sciẽdum. C.de rei vxor.actio.Et confirmatur, quia saltem negari non potest,huiusmodi debitum procedere mixtim ab actu volũtario,& dispositione statuti.Quare in dubio non est recedẽdũ à generali regula. l.creditorem. 87.ʒ. deleg.2.& ita arguit Bald.l.si vxor. num.4. C.de bon.auth.iudic. Item quia si legatum cẽseretur relictum animo cõpẽsandi,in effectu inutile redderet legatum,

8

9



tum,& non est admittenda interpretatio,qua legatum reddatur inutile.l.Mæuius.in principio.ʒ.delegat.2.& hanc opinionem magis videtur probare Bald. hîc col.2.& Cuman.num.5. & probauit idẽ Bald.l.Titia cum testamẽto.§.qui inuita.ad finem.ʒ.deleg.2.& l.si donaturus §.1.col.1.s.de condictio.ob causam.Andreas Sicul.c.officij.num.15.de testamẽtis,& dicit verior ẽ Ferron. in consuetudin.Burdigalens.libro.1. tit.4.§.6. col.7. post princip.& eam defẽdit Corrasi. lib. 3.miscele.cap.1.à num.8.adducens pro ea.l.in quartam. 90.ʒ. ad l. Falcid. vbi in quartam Falcidiam non imputãtur legata:& tamen falcidia debetur ex dispositione legis,etiam contra voluntatẽ testatoris.l.Titia.ʒ.ad l.Falcid.capit. Raynaldus.ad finem.de testamẽt. Itẽ quia mulier dans dotem videtur idẽ velle, quòd statutum in eo casu disponit.l.si duo.ʒ. de acquirend.hæred.Bar.l.hæredes mei. §.cum ita in fine. ʒ. ad Trebellian. Ergo quasi ex voluntate mulieris hoc lucrum debetur:ac ita debet induci regula.l. creditorem.87.ʒ.deleg.2.Sed his non obstãtibus,non est recedẽdum à magis recepta sententia,quæ bene deducitur ex regula huius text.explicata,vt suprà.† Nec obstant rationes suprà adductæ pro contraria opinione,quia respondeo,quod vt suprà tetigimus ad constituendum,quis dicatur debitor voluntarius,vel necessarius, debet semper attendi causa proxima,& immediata obligationis, non autem causa mediata, siue remota, iuxta regulam.l.socium qui.§.1.ʒ.pro socio.& ita in terminis Petrutius d.authẽ.præterea.quem ibi refert Fabius.nu.60.& Andreas Sicul.c.officij.num.13. ad finẽ. de testamentis.Planè in nostro casu,immediata causa,& proxima obligationis,fuit statutum, quod istud lucrũ defert marito propter onera matrimonij:matrimonium autẽ,& dotis datio habẽt se ad hoc lucrũ per modũ causæ remotæ : & ideò mulier tanquam debitrix necessaria cõsideranda est,vt magis communis vult: nam & in authen. præterea.C.vnde vir. præcessit matrimonium voluntarium:& tamen,quia non est proxima causa lucri, de quo in d.auth.Sed proxima causa est dispositio illius auth.dicitur maritus debitor necessarius, similiter obligatio dotandi filias ortum habuit à matrimonio voluntario ? & tamen quia matrimoniũ non est immediata causa prædictæ obligationis, omnes concedũt, patrem dici debitorẽ necessariũ:& ad hoc reducendus est Alexan. hic num.6.ad finẽ. Non obstat secunda ratio, quia ea tantũ concludit in debitore voluntario,in necessario autẽ non attẽditur prædictum inconueniẽs,vt constat ex isto textu, quia huiusmodi compẽsatio magis inducitur ex dispositione legis,quã ex præsumpta mẽte testatoris,vt suprà diximus.Nõ obstat tertiũ, de.l. in quartam.90.ʒ.ad l.Falcid. quia respõdetur,speciale esse in lege Falcidia,ne in illam legata imputẽtur,ea ratione,quia lex prohibet hæredẽ grauari vltra dotantem.l.1.ʒ.ad l.Falcid.& sic hæres sẽper debet habere quartam iure institutionis,& cũ legata differant ab institutione.l.filium.§.sed etsi portio.ʒ. delega.præstand. non imputantur in Falcidiam.quæ iure institutionis habẽda est. Vnde diuersum est in alijs quartis,in quibus cessat prædicta ratio, atque ob id in illas legata imputantur. d.l. in quartam. in.2.par.& ita Bar.hîc num.4.communiter receptus,secundùm Ruinum d.l. in quartam.numero.2.Vbi tamen in cõtrarium adducit,quod legitima hodie filijs titulo institutionis relinquẽda est.auth. vt cũ de appellatio.cognoscitur. §.aliud quoque.colla.8. & tamen in legitimam legata imputantur.§.fina.Instit.de inofficio.testam.Sed facilè respõdetur,† quòd quarta Falcidia integra debet haberi iure institutionis,vnde legata nullo modo in eam imputari possunt : legitima autẽ integra,non est relinquenda titulo institutionis, sed sufficit quid minimum re-

10

11

linqui titulo institutionis. l. Gallus. §. in omnibus.& ibi Aret. Vnde id quod deest ad integram legitimam,ex legatis supplerì potest.l.omnimodo.C.de inoffi. testament.nam in legitimam etiam difformiter relicta imputantur: Paul. de Montepico.l.in quartã.n.207.ʒ.ad ll.Falcid. Nõ obstat vltima ratio,quia respondetur verius esse hoc lucrum principaliter deferri ex dispositione statuti : Bal.receptus.l. fin.in fine.C.de bon.mater. & voluntas mulieris est consecutiua ad necessitatẽ legis.l.si duo.ʒ.de acquir.hæred. Cũ igitur semper debeat attendi principale. l. si quis neq; causam.ʒ.si cer.pet. hoc debitum magis dicetur necessariũ quã voluntariũ.Secundò principaliter ex resolutione suprà tradita infertur annotatio ad tradita per Xuarez,titulo , De las arras,nu.36.dũ tenet,quod arræ,quas secũdũ consuetudinẽ Hispaniæ , mariti solẽt dare,vel promittere vxoribus,cũ sit debitũ proueniens ex necessitate consuetudinis, considerabitur tanquam necessarium:& consequenter legata cum eo debito compensabuntur iuxta regulam huius tex. Quæ tamen opinio vera non est,nam maritus non cogitur hodie dare vxori donationẽ propter nuptias:glo. auth.sed quæ nihil.C.de pactis conuentis. Adeò quod omnes ll. inducentes donationẽ propter nuptias , ex necessitate esse faciendã vxori,sint hodie per cõsuetudinem abrogatæ:glo.auth. æqualitas. C.de pact.conuẽtis. communiter receptа,vt asserunt Paris.cons. 95.n.35.lib.2. Iul.Clar.§.donatio.quæst.11. Ergo neq; tenebitur præstare arras, quæ in Hispania loco donationis propter nuptias videntur successisse,neque.ll.Hispaniæ cõtrarium disponunt,sed præsupposita maritorum voluntate , taxant quãtitatem, quam arrarum promissio excedere non possit , vt constat ex l.2.titulo.2.libro.5. ordinamenti.& ord. Portugaliæ.lib.4.titulo.6.§. final.Cùm igitur videantur arræ deberi ex contractu merè voluntario inducetur regula.l.vnic.§.primum.versic.sciendum.C.de rei vxoris actio.&.l. creditorẽ..87.ʒ.deleg.2. quòd ita in specie†aduersus Xuarez concludit Couar
12 ru.capite officij.numero.4.versic.quòd si arræ de testamentis. Tellius l. Tauri. 16.numer.8.Pallac.rep.rubric.§.37.numer.3.& alij,quos refert & sequitur Matienço.l.7.titulo.9.libr. 5.ordinamenti. gloss.1.num.8.Quibus adde Paris. cons. 95.à num.37.lib.2.Infertur tertiò ex cõmuni resolutione explicatio ad l.7.tit.9. libr.5.ordinamenti.quæ disponit,quòd si secundũ consuetudinem Hispaniæ,vxor acquirat partem acquisitorum cõstãte matrimonio,cuius consuetudinis meminit.c. 2.secundũ vnum intellectũ de donatio.inter virum : q̃ si maritus quid legat vxori,nõ cõpẽsabitur legatũ cum prædicta parte lucrorũ : & tamẽ ex prædictis contrarium videbatur dicendum: nam cũ huiusmodi lucra acquirantur ex dispositione consuetudinis, respectu illorum debuit maritus considerari tanquam debitor necessarius,& consequẽter debuit induci regula huius tex. Sed defendẽdo prædictam constitutionem huic difficultati respondendum est, lucra constante matrimonio quęsita ex vi consuetudinis , ita communicari inter coniuges, vt ipso iure medietas lucrorũ videatur ad quemlibet pertinere ratione dominij , & possessionis, vt probat Segura in tracta. de bonis lucratis constante matrimonio.numer.62.Couarruias resolutio.libro.3.cap.19.numer.2. & clarè significat.l. 2. titulo.9.libro. 5. ordinamẽti.& ibi latè Matienço glos. 3. à num.2.Cùm igitur illa medietas lucrorum,magis videatur esse in dominio vxoris,quàm ei debita, cessat regula huius textus, vt tradunt gloss.& Doctores l.filia.C.de legat.& post Angel.Alexander hîc numer.7.versic.Angelus. & Couarru.cap.officij.numero. 4. de testam. Tellius l.Taur.16.num.3.Matienço.l.7. tit.9.lib.5.ordin.gloss.1.nume.3. quibus adde



adde Fabium auth.præterea.num.59.C. vnde vir & vxor dicentem rationem esse,quia cum soluto debito perimatur obligatio:in princ.Instit.quibus mod.tollit obligatio , cessat nomen debitoris : si igitur posteà legat,sumus extra termi-
13 nos huius textus. †.& si opponas. Quæ igitur fuerit ratio dubitandi in specie. d. l.7.tit.9.libro.5.ordinamenti , vtrùm legata compensarentur cum debito lucrorum? Respondebitur rationem dubitandi fuisse,quia licet dominium, & possessio transferatur in vxorem : tamen non transfertur actualis possessio facti , quæ multos operatur effectus : Molina libro 1.de primogen.capit.14.numer.15.maximè cum mulier,neque possit agere ad diuisionem , neque vt sibi tradatur sua pars lucrorum,dum viuit maritus, qui etiam de parte lucrorum vxoris disponere potest ex permissione legis , vt tradit Gregorius l.55.titulo.5.par.5.verb. communalmẽte.ad finem. ita vt dominium
14 vxoris dum cõstat matrimonium,videatur adumbratũ,& quasi in habitu , quod soluto matrimonio exit in actum : argument.l.in rebus.30.C.de iure dotium.& post Carol.tradit Couarru.resol.libro.3. capit.19.numero.2.ad finem.Vnde secũdum hæc videbatur maritus considerandus,tanquam debitor necessarius lucrorum ex consuetudine debitorum : & sic debuit induci regula huius textus.Contrarium tamen determinatur in prædicta lege , quia cum attenta veritate illa pars lucrorum ,magis sit in dominio, & possessione vxoris,quã ei debita:argum. §.omnium.Instit.de actio. Maritus non consideratur tanquam debitor : & sic sumus extra terminos huius textus, quidquid alio modo explicet Matienço dict. l.7.tit.9.libro.5.ordina.gloss.1.numer.7. Quartò ex prædictis infertur explicatio ad dictum Bartolum.l.huiusmodi.§.cum pater.num.1.ʒ.delegat.1. dum tenet , q̃ si debitor necessarius debeat speciem,& leget quantitatem , vel è contra non inducatur compensatio iuxta regulam, q̃ de quantitate ad speciem , vel è contra non admittatur compensatio.l.si conuenerit.18.ʒ.de pigno.actio.& dictum Bartoli probat Iason dicto.§.cum pater. numer.12.& tenet etiam Bald.l. quoniam in prioribus.numero.6.C.de inofficioso testament. & consil.58.in restitutione. numer.2.libr.2.Xuarez titulo, De las arras.num.42.versic.3.limita , asserens, ita vidisse iudicatum Anton.Rube.l. Gallus.§.quidam rectè.nu.32.Tellius l.Tauri.26.num.2.Couarru.cap.officij.nume. 2.ad medium. de testament. & refert alios Matienço l.7.titulo.9.libr. 5. ordina. gloss.1.num.9.& ibi Azenedus num.11. & secũdum istam opinionem consuluit Corne.consilio.257.num.20.libro.1. Alexand.consil.7.num.17.libro. 6. Socin. consil.93.num.23.lib.1.Ruin.cons.137. nu.8.lib.5.Neuizan.consil. 62. num.21. Menochius consilio.56.num.48. & numer.12.libr.1.† adducitur pro hac sentẽtia.l.si pater pro filia.ʒ. de collatio.doris. vbi probatur,quòd si filiæ dos sit promissa,& pater illi exhæredatæ simpliciter legat,filia,& dotem,& legatum habere potest:quòd apertè repugnat decisioni huius textus,ne ergo hæc iura sibi inuicem contradicant , videntur concordanda modo,de qua suprà.Contrariam tamen opinionem,imò etiam in hoc casu inducendam esse compensationem,iuxta generalitatem huius textus, tenent Romanus,Imola,& Alexander hîc col.pen. ad medium.Alexander auth.præterea. numer.13.& ibi Iason num.26.Dec.nu.10. Fabius num.47.C.vnde vir & vxor.Afflictis decis.138.num.4.& defendit Phanũcius de lucro dotis.glos.8.nu. 53. quibus adde Corne.cons.230.num.6.lib.4.Expenditur pro hac sententia is tex.dũ probat,quòd si filia sit instituta hæres per patrem,non potest dotẽ repetere à marito: & tamẽ in hæreditate à cõmuniter accidẽtibus,reperiuntur species,ergo probat tex.in hac materia de speciebus ad quantitatem

titatē dotis admitti compēsationē:expēditur etiam generalitas.authē.prætereà. C. vnde vir & vxor. & vltra eos facit pro hac opinione, quod hęc compensatio magis inducitur ex dispositione legis,quā ex præsumptamente testatoris, vt suprà probauimus,& in compensatione inducta per legem, non obseruatur regula,quod de specie ad quantitatem non admittatur compensatio.l. in quartam. 90.ʃ. ad l.Falcid. vbi pecunia data causa conditionis implendæ,impuratur in Trebellianicam,quæ ex singulis rebus hæreditarijs:& sic etiam ex speciebus deducenda est.l.2. cum glo. C. ad l.Falcid. & in specie Albe.l.filium.col.5.antē medium.C.famil.ercis.Dec. d. auth. prætereà.num.10.& ibi Fabius nu. 47. Sed his non obstantibus non est recedendum à communi per tex.l.quod dicitur. 5.ʃ. de impēsis.vbi etiam in compēsatione,quæ inducitur ex dispositione legis, obseruatur regula,quod de quantitate ad speciē non admittatur compensatio.† Nec obstant rationes adductæ in contrarium: nam ad primum de isto tex. respōdetur, quòd quatenus loquitur de filia instituta,non est intelligēdus,quòd eo casu admittatur compensatio,sed potius,quia in persona filiæ concurrunt duæ qualitates cōtrariæ,q̄ sit creditrix & debitrix inducit cōfusio actionis.l. Vrānius.ʃ. de fideius.& hac ratione dotē petere nō potest: sed quatenus is tex.etiā loquit de filia ex hæredata,cui legatū relictum est,tunc agitur de compensatione,& in his terminis admittenda est communis declaratio de qua suprà.Non obstat secunda ratio de generalitate.auth.prætereà.C.vnde vir & vxor,quia debet recipere declationē à regula.l.quòd dicitur.5.ʃ. de impensis.Non obstat tertia ratio, quā vltra Doctores adduximus,quia respondetur, imò verius esse in compensatione inducta per legem,obseruari regulam,quod de specie ad quantitatem non admittatur compensatio,vt efficaciter probat l. quod dicitur.5.ʃ.de impensis.& quia lex inducit hanc compensationem supplendo id, quod verisimiliter declarasset testator,vt suprà diximus,& nulla est verisimilitudo, quòd debitor speciei legando quantitatem, voluerit induci compensationem, cum iuris regulæ huic declarationi repugnent, in specie Ruinus consilio.137.numero. 8.libro. 5. Iosephus decisio.Perusin.15.numero.6.Et colligitur ex traditis per Alexand.consilio.12.num.5.libro. 5.Quinimo illa coniectura,quòd debitor speciei legans quātitatem, non videatur habere animum compensandi,fortissima est, & quæ omnibus alijs præsumptionibus in contrarium præferri debeat:Corneus dict. authentic.prætereà.num.3.versicul.4.limita.C. vnde vir & vxor.& consil.236.numer.6.libro.4.per textum. l. si pater pro filia.ʃ. de collatio.dotis.secundùm intellectum suprà relatum. Ex quibus colligitur,falsum esse dictum Alberic.& aliorū suprà relatorum, quod in compēsatione inducta per legem,nō obseruetur regula, quod de specie ad quantitatem non admittatur compensatio. Hoc enim dictum est contra textum.l. quòd dicitur. 5.ʃ.de impensis.& aduersus suprà tradita.† Et in specie contrarium tenet Paul. de Montepico.dict.l.in quartam. numero.85.ʃ.ad l.Falcid.neque repugnat tex. l.in quartam.90.ʃ. ad l. Falcid.inductus. vt suprà.Quia vltra responsionem Paul. de Montepico,ibi numer.87. Ego respōdeo,quod loquitur,in imputatione: nos autem agimus de compensatione,inter quos terminos differentiam esse in terminis tradit Ang. de Perigl.l.huiusmodi. §.cum pater.col.7.post medium.ʃ. delega.1.Fabius d.auth.prætereà.nu.45.ad finē. Et est ratio differentiæ,quia quarta Trebellianica nō simpliciter debet hæredi,sed disponit ius hæredē grauatū restituere hæreditatē,quartā partē debere retinere ex bonis testatoris,siue ex illi° dispositione,in huiusmodi enim debitū ita qualificatum,imputabit,quidquid ex bonis testatoris,vel ex eius dispositione obtinuit.l.3.§.si debita.ʃ.de bonis liberto.l. omnimodo.§.imputari. C.de inofficios. testam.Vnde cum datum causa conditionis implēdæ,ex iudicio, & dispositione testatoris habeatur.l.quidam testamēto.99.§.fina.& ibi Bar.ʃ.delega.1.meritò illud in quartam Trebellianicam imputatur.d.l.in quartam.in.2.part. Quando autem agitur de compensatione,præsupponimus aliquid deberi simpliciter ex dispositione legis principaliter:& prætereà aliquid debitorem legasse,& hoc casu quæritur:vtrùm sit admittenda compensatio? Et resoluendū est, non admitti in casibus,de quibus suprà: poterit sanè recipi contraria opinio in eo sensu, q̄ si clarè constiterit, testatorem voluisse, etiam in prædicto casu locum esse compēsationi,illi locus erit, ea ratione, quia in potestate creditoris ponitur:vtrùm velit accipere legatum, vel debitum petere.l.cum ab vno.55.ʃ.delega.2.glo l.creditorem.87.eodē titul.Alexand. hîc numer.2.ad medium.quòd si eligat accipere legatum,admittetur compēsatio,quia volentibus partibus de specie ad quantitatem admittetur compensatio,iuxta regulam.l.2.§.1.s̄.si certum pet.tradit glo. l.1.§.penul. verb. compensatio. s̄. si pars hæred.pet.Bald.l.si constat.num.8.C.de compēsatio.Socinus Iunior consil. 173. num.7.libro.2. Quintò principaliter ex supradictis infertur explicatio ad istum textum dum probat, quòd si filia fuerit hæres instituta per patrē,repellitur à dotis petitione. Quæstionis enim est, vtrū si fuerit instituta hæres,pro parte, sit repellenda à tota dotis petitione, vel tantùm pro parte hæreditaria,† & Paul. hîc num.2.& l.pater filiam.ad finē.& ibi Alexand.num.4.Vinc.col.3.ʃ.ad l.falcidiam existimant,indistinctè à totius dotis petitione esse repellendam, contendentes debere æstimari,quantum valeat ea pars hæreditatis,in qua filia fuit hæres instituta,etsi tantùm valeat,quantū valet dos, debeat repelli filia,à dotis petitione,quātumcunque attēta quota, in qua fuit instituta,tantùm debuit repelli à petitione dotis, pro ea quota hæreditatis, in qua fuit hæres instituta.Contrarium tamen, imò filiam non esse repellendam à petitione dotis, nisi pro ea quota parte hæreditatis, in qua fuit instituta hæres, iuxta regulam. l. cum à matre. C. de rei vend.concludit Alexand. hîc nu. 1.per tex.expressum.l.si socer. 45. §. Lucius.in fin.ʃ.eodē. & subscribit Campes. de dote.3.par.quæstio.101.Et retētā ista opinione non obstabit is tex.quia respondet Alexand.hîc d. num. 1. quòd loquitur,quando filia fuit instituta, quòd intelligi debet,scilicet in solidum,vt in dubio pręsumēdum est.l.si defensor. §. qui interrogatus.s̄.de interrog.actio.& ideò meritò à totius dotis repetitione repellitur,si verò pro parte esset hæres instituta,locum haberet dict.l.si socer.§.Lucius in fine.ʃ.eodē.Sed repugnant huic resolutioni verba huius tex. in quibus præsupponitur, filiam non accepisse totam hæreditatem paternam,sed quantū sufficeret ad dotis debitæ quantitatē:& ideò melius respondendū est,in isto tex.duos proponi casus. Primus est, quando filia fuit hæres instituta per patrem.Secūdus, quando ei exhæredatæ aliquid legatum fuit. Primo casu dicēdum est,non posse agi de compensatione: nam filia creditrix,si patri succedat,confunditur debitum.l.debitori.7. C.de pactis. Confuso igitur debito non potest agi de compensatione, sed est dicendum confundi actionem,pro quota,in qua fuit instituta, iuxta regulam.l.licet.14.C.ad l.Falcid.& l.si vxor.7.C.de bonis auth.iudic.faciēd. quia tātùm pro ea parte repræsentat defunctum.†gloss.l.2.§.fi.ʃ.de prætorijs stipulatio.Quæ repræsentatio,est causa huius confusionis.l. iurānius.ʃ.de fideiusso. & hac ratione procedit.l. si socer. 45. §. Lutius.in fin.ʃ.eod.vt in specie aduertit Vinc.

Vinc. l. pater filiam. col. 3. post princip. ʃ. ad l. Falcid. In secundo autem casu propriè agitur de compensatione, & in eo verum est, debere attendi valorem legati, & secundùm illum inducendam esse compensationem cum debito, vt is textus probat, & ex his infertur, quòd si filia fuit instituta in quota hæreditatis, & illa quota minus valebat quàm dos: tamen id, quòd deest ad implemẽtum dotis petere non poterit: nam cum inducta sit confusio, pro ea quota quæ minus valebat actio semel extincta amplius reuiuiscere nõ potest. l. qui res. §. areã. ʃ. de solut. & in specie videt colligi ex generalitate huius tex. Sed in cõtrariũ videt tex. l. dotale. 13. §. fin. ʃ. de fũdo dotali. vbi vxor, cui debebatur dos, si fuerit instituta per maritum nõ tenet adimplere volũtatẽ mariti, nisi ex bonis retinere posit, id qd̃ sibi debebat ratione dotis, estq; specialе fauore dotis, vt ibi notat glo. fin. Imola l. cum pater. §. qui dotalem. ad finem. ʃ. delega. 2. Alexander hîc column. 2. in principio. Vincent. l. pater filiam. col. 3. ad finem. ʃ. ad l. Falcid. Ruin. l. 1. §. si hæres percepto. numer. 10. ʃ. ad Trebellian. Est tamen aduertendum, quòd d. l. dotale. §. final. loquitur, quando testator legauit fundum dotalem. Neque enim tenetur vxor ad præstationem legati, si eo soluto non inueniturin bonis, id quod est necessarium ad solutionem dotis. Et est ratio, quia quando agitur de solutione legatorum, ex permissione legis hæres potest deducere æs alienum sibi debitum, quantumcunque mero iure videatur cõfusum. l. in imponenda. C. ad l. Falcid. notat gloss. penultima. dict. l. dotale. §. final. & si facta hac deductione, non reperiatur in bonis, quod est necessarium ad solutionem legatorum, ipso iure hæres nõ tenetur. Neque enim obligatur ad legatorum præstationem, vltra vires hereditarias. l. si vniuersæ. C. de legatis. l. 1. §. si is qui. ʃ. ad Trebellianicã. Vnde etiã semoto fauore dotis, meritò probat tex. dict. l. dotale. §. final. quòd vxor hæres instituta, non tenebitur soluere legatum fundi dotalis, si facta deductione dotis, non superest in bonis testatoris, id ex
19 quo posit integrum legatum solui: † nã si superesset, tunc tenebitur fundum dotalem soluere, deducta scilicet, quarta Falcidia, sed si non agatur de legatarijs, sed potius de debitoribus mulieris, qui tamen respectu patris defuncti erant creditores, quia tunc per additionem inducitur confusio, neque in præiuditium prædictorum permittitur deductio. l. debitori. 7. C. de pactis. etiam in dote mulier sibi præiudicabit pro rata, in qua Instituta est, iuxta regulam. l. si socer. 45. §. Lucius. in fine. ʃ. eodem. Quæ aliàs non posset procedere, si semper ad quantitatem dotis esset habendus respectus, vt prima opinio præsupponit: & aduertit Vincent. l. pater filiam. column. 3. ad finem. ʃ. ad l. Falcid. & patet quia dict. l. dotale. §. final. loquitur, quando mulier insolidum est instituta. Quo casu is textus probat, nullo pacto admittendam esse mulierem ad dotis repetitionem, poterit sanè admitti fauor dotis in eo sensu, quòd licèt quando quis instituitur animo compensandi, si adeat hæreditatem debitũ petere nòn potest, etsi hæreditas minus valeat, quia tanti hæreditatem videtur æstimasse. l. si compensandi. C. de hæredib. instituit. Qua ratione, si defunctus instituat hæredem, & grauat eum dare rem propriam, tenebitur hęres hoc legatum adimplere, quanuis hæreditas minus valeat, quia tanti fundum suum videtur æstimasse. l. Imperator. 72. ad finem. principij. ʃ. delegat. 2. Tamen in fauorem dotis non tenebitur præstare legatum, si minus sit in hæreditate, quàm in dote, vt est de mente suprà allegatorum. Et est ratio, quia prout mulier per expressum consensum, non potest sibi præiudicare in dote. l. licet.



licet. ʃ. de pact. dotalibus, ita etiam neque per tacitum, quòd adeundo tanti fundum suum videatur æstimasse. Et iuxta hęc venit explicandus text. l. cum pater. 79. §. qui dotale. ʃ. de legatis. 2.
20 nam verus intellectus illius text. est: † quod ibi testator, qui alienauit fundum dotalem, duplex legatum relinquit vxori, & voluit in secundo, quòd accepto pretio mulier fundum alienatum non reuocaret. Si ergo mulier, accepit primum legatum, propter hoc tenebitur stare secundo legato: vt accepto pretio fundum non reuocet, vt ibi declarat Paulus in dubio autem cum maritus propter factum voluntarium alienationis sit debitor: legando non videretur animo compensandi legare, vt ibi tradit Imol. per regulam. l. vnicæ. §. primum, versic. sciendum. C. de rei vxo. acti. Sed quid si in specie dict. §. qui dotale mulier esset instituta hæres per maritum? & videtur dicendum, illam reuocare non posse iuxta regulam. l. cũ à matre. C. de rei vendicat. etiam si hæreditas minus valeret: quam dos iuxta suprà tradita: neque enim tunc, mulier sibi præiudicaret ex eo: quòd tanti videatur æstimasse dotem suam, sed potius ex eo, quòd per additionem inducitur confusio debiti, proportione hæreditaria. Vnde ad quotam hæreditatis debet haberi respectus, non autem ad valorem ipsius: vt ex mente aliorum tradit Harelatan. l. generaliter. numero. 123. C. de secundis nuptijs: & quamuis mulier etiam proprio consensu, non posit sibi præiudicare, circa alienationem dotis. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. tamen soluto matrimonio poterit sibi præiudicare, etiam ratam habendo alienationem antea factam: vt probat dicto. §. qui dotale, & ibi notant Bald. & Imol. quam quidem ratam habere videtur, adeundo hæreditatem illius, qui in effectu debitor est. l. si ab eo. C. de libe. causa. Quod tamen hodie intelligendum est procedere, si hæres adiuit non confecto inuentario, nam si confecto inuentario adeat: quia tunc non attenditur nomen hæreditatis, sed valor ipsius. l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. non tenebitur hæres ratam habere alienationem, nisi pro valore ipsius hæreditatis, vt resoluit Harelatan. dicta. l. generaliter. numero. 124. Pinel. l. 1. C. de bonis maternis. 3. parte num. 79. versi. eadem conclusio. & Molin. lib. 4. de primogen. capit. 1. numero 24. Prout & hodie specialitas dict. l. dotale. §. fina. procedet, si hæres conficiat inuentarium: nam si non confecerit, cum teneatur legatarijs vltra vires hæreditarias. authent. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis collat. 1. authent.
21 sed cum testator. C. ad legẽ Falcid. † nõ potest procedere illius text. specialitas, vt aduertit Alexand. hîc col. 2. post princip. Vincent. l. pater filiam. col. 3. ad finem. ʃ. ad legẽ Falcid. Sed quid dicendũ erit in secũdo casu huius tex. si legatum relictum minus valeat, quam dos debita, vtrùm mulier sibi præiudicet accipiendo illud legatum? & resoluendum est: quòd si constet tacite, vel expressim, de animo compensandi, videtur testatorem induxisse compensationem pro rata valoris legati: vt colligitur ex isto textus. & l. penult. §. fina. ʃ. de aliment. & cibo. legatis. tradit Paul. consil. 73. nu. 3. lib. 1. & notab. Alexand. l. si compensandi. nu. 2. C. de hæred. instit. & consil. 132. num. 2. lib. 2. Ruin. consil. 70. num. 3. lib. 2. Sed si testator addat illa verba, quòd plus petere non posit ratione debiti: dubium est: vtrùm eligendo legatum, quòd minus valet quam debitum: mulier sibi præiudicet? & Paul. hîc num. 3. & Alex. numero. 2. concludunt, sibi præiudicare, quia cũ ea cõditione legatum sit, debet stari iudicio testatoris. l. cum ab vno. 55. ʃ. de legatis. 2. c. officij.

de testamentis: & quia tantum videtur æstimasse debitum, imputet ergo sibi, si elegit legatum: quod minus valebat, cũ in manu eius esset repudiato legato, integrum debitum obtinere, vt in materia tradit Socinus Iunior consilio. 173. num. 3. & num. 8. libr. 2. Et hanc etiam limitationem ad hunc tex. posuit Alex. consilio. 132. num. 2. lib. 2. Ruin. consil. 79. num 6. lib. 2. Baeça de decima tutoris. cap. 5. num. 43. Contrariam tamen opinionem, imò istum text. procedere, etiam quando ponitur prædicta clausula, tenet Imol. l. cùm pater. §. qui dotale. ad finem. ʃ. de legat. 1. per text. l. dotale. § final. ſ. de fundo dotali. Qui bene facit pro hac sententia, secundùm intellectum suprà assignatum: quod speciale est in dote, vt mulier sibi non præiudicet: quanuis minoris videatur æstimasse dotem quàm valeat. Ergo neque in prædictis terminis sibi nocere potest. cum nihil aliud posit ei objici: quàm quòd tanti videtur æstimasse debitum dotis. Ruinus consilio. 79. num. 6. lib. 2.

22 † Socinus Iunior consilio. 173. num. 8. lib. 2. Facit etiam. l. qui dotem. 47. ʃ. eo. intelligendo, quando mulier etiam sciẽter, elegit legatum inutile: neque enim sibi præiudicabit in dote, vt ibi per Imolam, ob rationem de qua suprà. Extra causam autem dotis, vera erit resolutio, de qua suprà: vnde extra causam dotis, si testator debitor quantitatis legauerit animo compensandi, cum prædicta clausula, minorem quantitatem: & legatarius scienter eam acceperit, non poterit quantitatem debitam petere, quia tãti videtur æstimare liberationem, quam per prædictam clausulam iubetur dare: vt consuluit Ruinus consil. 79. num. 6. libr. 2. quanuis contrarium consuluerit Paulus consil. 73. num. 3. libr. 2. cuius opinio procedere potest in legitima, in qua prædictum onus à principio non subsistit. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. vel quando aliàs grauamen non subsistit: nam cùm onus non valeat, non potest videri tantiæ stimasse suum debitum: in quibus terminis Paul. loquitur: & latiùs prosequitur Bertrand. l. hac edictali. §. si vero plus. à nu. 6. C. de secund. nuptijs. Illud certum est quòd si plus valeat legatum, quam sit debitum, id quod excedit legatum pertinebit ad legatarium, vt probat is text. l. Titia cum testamento. 35. §. qui inuita. ʃ. de legat. 2. & tradit Cuman hîc num. 7. Cuiac. lib. 3. obseruatio. cap. 16. ad finem. Sexto principaliter ex suprà resolutis infertur intellectus ad. l. final. C. communia vtriusque iudicij. dum probat, q̃ si dos data est filiæ, & ad patrem reuertitur, vel ex dispositione legis, vel ex vi pacti, & pater moriens filiam hæredem instituat cum extraneis hæredibus, filia habebit suam institutionem. Et præterea illam dotem, quæ ei semel data, ad patrem reuersa fuit: ergo filia instituta, adhuc potest petere dotem: quod repugnat decisioni huius text. Cui difficultati respondent Bald. & Roman. hîc nu. 13. per illum text. nostrum esse declarãdum, vt filia hæres instituta, non possit petere dotem, quando in solidum fuit instituta, vel pro parte simul cum fratribus. Extra vero hos duos casus, filia instituta dotem petere poterit. dict.

23 l. final. † subscribit Alexander hîc num. 3. & l. post dotem numer. 23. ʃ. eodem. & l. huiusmodi. §. cùm pater. numer. 1. & ibi Iason numer. 13. ʃ. de legatis. 1. Quæ tamen responsio non placet, quia per eam nimis restringitur generalitas huius textus, & l. si socer. 45. §. Lucius. ʃ. eod. Et ideò melius respondendum est, textum nostrum procedere, quando dos patri non fuit ritè soluta; ac ob id adhuc tanquam debita, potest peti per filiam: nam si sit hæres instituta repellitur à petitione dotis, iuxta regulam huius textus, si vero dos ritè sit exacta, & incorporata in patrimonio patris, & dubitatio sit inter hæreconhæredes, qualiter ea dos sit diuidẽda: procedit distinctio d. l. fin. vt tanquam patrimoniũ patris veniat diuidenda inter cohęredes, nisi in duobus casibus, scilicèt, quando filia instituitur cum fratribus, qui similem donationem ex bonis paternis habuerunt, vel filia instituitur cum extraneis. His enim duobus casibus, & hæreditatem, & dotem præcipuam habere poterit: & ita est de mente Cuman. hîc num. 2. & quidem quoad primum casum, ratio est expedita, vt æqualitas seruetur inter fratres. l. vt liberis. C. de collationib. Quoad secundum autem casum Iason. l. huiusmodi. §. cùm pater. num. 13. ad medium. ʃ. de legatis. 1. eam esse rationem existimat, quòd pater dando cohæredes extraneos filiæ, videtur eam iniuria afficere, & in compensationem huius iniuriæ, & institutionem, & dotem præcipuam obtinet. Sed non placet, neque enim pater potest videri iniuriam facere filiæ, vtendo potestate sibi concessa per legem. l. iniuriarum actio. ʃ. de iniurijs. Aliam ergo rationem assignauit Phanũtius de lucro dotis. gloss. 8. num. 48. ad finem. quòd institutis extraneis, ideò filia dotem præcipuam retinet: quia illis non tenebatur conferre, quanuis illam fratribus institutis cõferre deberet. Sed etiam non placet, quia cùm in terminis d. l. fin. dos recuperata esset incorporata in patris patrimonio, frustrà ageretur de collatione dotis, quam tunc demum filia conferre tenetur, quando illam penes se habet, iuxta titulum. ʃ. de collationib. dotis. Item neque in terminis dict. l. final. potuit facere dubitationem vel rationem decidendi materia collationis: tum quia agitur de hæredibus institutis, & ex testamento certum erat, isto iure nõ esse locũ collationi, † vt text.

24 ille probat, & l. 1. C. de collationibus. & etiam, quia certissimum semper fuit, dotem solis fratribus esse conferendam vt æqualitas obseruaretur inter eos. l. vt liberis. C. de collationibus. & nullo modo esse conferendam extraneis hæredibus, vt per Iasonem. l. si emancipati. à numero. 26. C. de collationibus. Et ideò verior ratio est, quòd dicta. l. fin. procedit, supplendo id quod verisimiliter pater statuisset, si de hoc fuisset interrogatus, iuxta doctrinam textus: cum gloss. l. tale pactum. §. final. ſ. de pactis. Quia igitur prædicta dos, iam semel fuerat patrimonium filiæ. l. 3. §. sed vtrum. in fine. ſ. de minoribus. & ad patrem fuerit reuersa cum eo onere, vt filiæ iterum nubenti daretur. l. si socius. 82. §. cæterum. ſ. pro socio. authẽtic. sed quanuis. C. de rei vxoriæ actione. verosimile est, quod si pater de hoc fuisset interrogatus, declararet, quod volebat dotem, quæ semel filiæ fuerat, eiusdem esse præcipuam: quia facilè debet admitti interpretatio, qua res reuertatur ad pristinam naturam. l. si vnus. §. pactus. ne peteret. ſ. de pactis. C. ab exordio 35. distinctione. tum, quia hoc conuenit voto paterno, vt sic faciliùs, & dignius, filia iterum possit nubere: argumento. l. mulier. 21. §. cùm proponeretur. ʃ. ad Trebellianum. Et hac etiam ratione si filia cum fratribus instituitur, dotem præcipuam non retinet, nisi fratres tantundem obtinerent ex bonis paternis: quia semper credendum est inter filios testatorem voluisse æqualitatem obseruari. l. vt liberis. C. de collationibus. Vnde infertur, quòd si testator in prædictis casibus, contrarium declararet, illius declarationi esset standum: cùm enim lex suppleat, quòd verisimiliter testator disposuisset, expressum faciet cessare tacitum. l. cùm ex filio. §. 1. ʃ. de vulgari. & clarè significat dict. l. final. C. communia vtriusque iudicij. ʃ. † Infertur etiã elegans ex-

25 plicatio ad authentic. sed quanuis. C. de rei vxoriæ actione. vt ea procedat, si patre viuo filia iterum nubat: nam eo mortuo cessat prædicta obligatio: neque

neq; filiæ iterùm nubenti ea dos præcipua danda est, nisi quando de verisimili mente testatoris esset, quòd ea dos præcipua ad filiam pertineret, vt clarè significat dict.l.fin. Et est ratio, quia mortuo patre, filia habet ex bonis patris legitimam, per quam cividetur satisfactum: neque enim filia regulariter legitimam, & dotem, simul ex bonis paternis prætẽdere potest: vt colligitur ex authent. res quæ.C. communia de legat. Panormit. consil.12.colum.3.versic. ad vltimum. lib.1.sed vel legitima, vel dote, debet esse contenta.l.1.§.si filiam. ʃ. de collatio. dotis. Vincen. l.post dotem. num. 28.ʃ. eod. Ruin consilio. 200. num.7. libr.1. vnde dum Paul. consil.111.num.2. lib.1. tradit dict.authẽ.sed quanuis.etiam obseruandam esse per hæredes patris, debet intelligi, quatenus illa dos semel data excederet legitimam: aliàs secus per supra tradita. Infertur etiam, quòd cùm in specie d.l.final. dos præcipua filiæ detur, vt facilius, & dignius nubere iterũ posit: quod si posteà non nubat, dos illa veniet diuidenda cum hæredibus patris etiam extraneis, quia videtur defecisse causa, propter quam dos præcipua ei concessa fuit: & videtur colligi ex mẽte.l. si socius.82. versic. cæterùm. ʃ. pro socio. Sed contrarium est verius, quia d. l.final. indistinctè præcipuam dotem filiæ concedit, neque exigit: quod illa iterum nubat. Neque obstat ratio in contrarium adducta: quia cùm prædictus modus respiciat fauorem mulieris, eius defectus non irritat acquisitionem.l.Titio centum.in.2.responso ʃ. de cond. & demonstra.l.2.§.final.ʃ.de donatio. Sed non placet hæc responsio, quia quando quid reliquitur pro dote, vel vt nubat, semper defectus huiusmodi irritat acquisitionem. l.si ego. in principio. ʃ. de iure dotium. quia respicit piam causam, & fauorem animæ defuncti. Bart. l.2. §. final.numer.2.ʃ. de donationibus. Item & fauorem alterius, scilicèt Reipublicæ.l.1.ʃ. eodem. Bartolus.l. Titio centum. §. Titio genero. num.3. ad medium ʃ.de condictio. & demonstratio. Tiraquellus tracta. cessante causa. 1. limitatio. num.59. & ideò receptum est, prædicto modo non impleto, indistintè condici posse, id quod datum est ex
26 causa dotis: † vt resoluit Baldus Nouellus de dote.6.parte priuilegio.50. num. 2. Et ideò melius respondetur, quòd cũ is modus non fuerit expressus, propter illius defectum, non potest competere condictio ob causam .l.si repetendi.C. de condictio. ob causam. Bartolus .l. damus. num. 3. ʃ. de condictio. indebiti. Item, quòd is modus ita subintelligitur, vt filia dotem præcipuam habeat, vt si velit iterum nubere, possit id facilius & dignius facere ob prædictam dotem: & ideò cùm necessitas nubendi ei non videatur imposita, non debet reuocari dos, semel quæsita quia non nubit: argumento.l.si mulier dotem.C. de iure dotium. per quam in terminis dixit Baldus consilio.249.an legatum.colum.2.libro 4. quòd si testator legauit aliquid, vt mulier se præpararet ad inueniendum facilius maritum: hæc causa nõ facit legatum conditionale, neque illius defectus facit condici, id quod ob eam causam datum fuit: & subscribit Aymon consilio.101. num. 1. Denique infertur annotatio ad dictum Bartoli. l.post dotem.num. 22. ad finem.ʃ. eodem. dum tenet, quòd licèt pactum patris impediat consolidationem fieri dotis in filiæ persona.l.quoties. 30. ʃ.eodem. l.vnica. §.accedit.C.de rei vxoriæ actione. id est intelligendũ, quando conditio huiusmodi pacti impleta est, viuo patre: secus si eo mortuo allegat dicta .l.final.& subscribit Alexander dict.l.post dotem.numero.19. & ibi Vincentius numero.25 ad finem. & Xuarez.l.quoniam in prioribus.15.ampliatio. numer.5.C. de inofficios. testamẽ. & ita consuluit Roman. consilio.253.numer. 1. ad finem. Nam hæc



hæc opinio falsa est, cùm pater sibi paciscens, & hæredi videatur paciscì. l.si pactum ʃ.de probationib.l. qui de redenda.ʃ. de pactis dotalibus. Neque contrarium probat dict.l.final.quia ibi dos præcipua ad filiam pertinet: quia lex id supplet, quasi ex verisimili mente patris, vt suprà diximus: quæ suppletio non est admittenda stante prædicto pacto. Cũ enim tacitè, videatur etiam cauisse hæredibus, non est verisimile, quòd mutauerit voluntatem suam. l. cum qui.
27 ʃ. de probationib.† Vnde à fortiori reijciendum venit, quod tradit Paulus d.l. final.numer.7. C.communia vtriusque iudicij.quod hodie non est obseruanda distinctio illius legis, imò cùm hodie dos semel data, sit restituenda filiæ iterum nubenti sine diminutione.authentica, sed quanuis.C. de rei vxoriæ actione. indistinctè ei restituenda est, etiam si fratres ex bonis patris non obtinuerint similem donationem, id enim manifestè falsum est. Neque obstat dicta authentic. sed quanuis. quia cùm filia per mortem patris obtineat legitimã ex qua posit se dotare: cessat dispositio dict.authentic. sed quanuis. nisi legitima minor sit, quam dos semel data, vt suprà probauimus. Quanuis illud verum sit, quòd si quando pater dedit primam dotem, non apposuit pactũ impeditiuum consolidationis: nõ poterit illud opponere in secundo matrimonio: quia sic non videretur in secundo matrimonio, dotem sine diminutione dare. Bartolus dict.l. post dotem. numero. 23. & ibi Alexander nu. 20. ʃ.eodem. Postremò notabis, quòd dum dict.l.final. præsupponit, facto testamento non esse locum collationi: tamen hodie id immutatum est per nouam constitutionem authentic. ex testamento.C.de collation. Vnde hodie distinctio dict.l. final. etiam locum habebit facto testamento, atque proinde si hodie pater fecit testamentum, & filij nihil simile habeant ex bonis patris, diuidetur dos æqualiter inter filios. Cũ enim hodie, si dos fuisset apud filiam, veniret per eam conferenda, & diuidenda inter fratres, etiam facto testamento: à fortiori idem erit, quando dos inuenitur incorporata in bonis patris, quòd si fratres similem donationẽ habuerint, filia retinebit dotem præcipuam: quod est intelligendum, quando fratres ita prædictam donationem habuerint, vt non teneantur illam fratribus conferre. Romanus consilio. 253. num.1. ad finem. quia mens dict.l.final, est succurrere filiæ, quando fratres similem donationem habent, quam non tenentur sorori conferre, vt ibi per Paulum ad finem. & notabiliter per Salicet. num.2. Sed potest etiam intelligi, quando conferre tenentur: nam quasi inducta compensatione, filia dotem præcipuam retinebit, & alij fratres ei non conferent. Tertiò principaliter, ex suprà traditis infertur intellectus ad legẽ pater filiam.14.in principio. ʃ.ad legem
28 Falcidiam. † vbi filia hæres instituta per patrem, & rogata partem suam alteri restituere: deducit Falcidiam, & præterea dotem præcipuam retinet; quod apertè repugnat decisioni huius text. circa solutionem insistunt gloss. hic.verbo, tantùm. & Cumanus num. 1. Sed ad veram explicationem aduertendum est, q; verba d.l. pater filiã. ibi: Si pater dotẽ consentiẽte filia nõ petijsset, possunt habere duplicem sensum, quòd pater exegit dotem sine consensu filiæ: & posteà hæredem filiam pro parte instituit: & tunc fortiter aduersatur huic text. Nisi dicas, quòd Iurecons. tantũ dicit, partem petijsse dotis: non autẽ exegisse: vnde actio consolidatur in persona filiæ, & ad eam transit instantia; imò & sententia, quam pater viuus obtinuit .l. si marito. 32. §. si voluntate. & ibi Paulus numero. 1. ʃ. eodem. & in specie gloss.2. ad finem. in d l. pater filiã. &

& ibi Bart. num.1. & hac ratione in d.l. pater filiam.dicitur dotem non inuenire in hæreditate patris:possunt etiam dicta verba intelligi,quòd pater de cõsensu filiæ dotẽ non exegit,duvixit, & ponderatur consensus filiæ, vt propter hoc pater non teneatur: quanuis dotem diuortio facto statim non exegerit; cùm aliàs hæc culpa ei imputari posset.l.nupta.31.§.fin.ĵ.cod.l.si extraneus. 34.s̃.de iure dotium.l.ob res.§. final. s̃. de pactis dotalibus. In his igitur duobus casibus probat d.l.pater filiam. quòd filia hæres instituta per patrem, & rogata fratri hæreditatem restituere, poterit Falcidiam deducere.Et præterea dotem præcipuã habere,& est ratio, quia cùm pater adhuc dotem non exegerit:neq; sit in eius patrimonio,non potest considerari tanquam debitor necessarius: & ideò filia deducet tanquam hæres quartã:& præterea dotem præcipuam habebit, quia eam petit iure suo, quia scilicèt per mortem patris,dos in eius persona fuit consolidata.l.vnica.§.videamus.C. de rei vxor.action.& ita Alexan.hîc num.8.Cãpes de dote.3.parte. q.104. & defendit Polit.l.filium quem habentem. nu.62. C.famil.erciscund. & secundùm istum intellectum ex d.l. pater filiã. colligitur notabilis conclusio in hac materia, q̃ licet,quando pater exegit dotem sine cõsensu filiæ, & sic in effectu est debitor necessarius,vt suprà declarauimus: instituendo filiam, illa non posit dotem petere,vt probat is text.tamen si adhuc non exegit,& sic non potest considerari tanquam debitor: filia instituta non impedietur iure suo dotem in solidum
29 petere:† & ita Alexand.consil.7.nu.16. lib.6.Cui adde hoc procedere, etiamsi constet testatorem se considerasse tanquam debitorem necessariũ:patet,quia disposuit,quòd filia instituta compensaret dotem in Falcidiam,idest,non deduceret eam tanquam æs alienum ex hæreditate:sed quasi in Falcidiam computaret,iuxta.l.si debitor.12.ĵ.ad legẽ Falcidiam.quod propriè locum habet, quãdo pater erat debitor dotis, & per aditionem filię confusa fuit actio ipso iure: nam quanuis nihilominus in deducenda Falcidia, posit deduci tanquam æs alienum,ac si non esset confusa.l.in imponenda C.ad leg.Falcidiam.tamen testator potest contrarium ordinare. d.l. debitor. Cùm igitur nihilominus probet d.l. pater filiam. quòd filia deducit integram Falcidiam, & integram dotẽ: benè ex eo text., colligitur quod suprà diximus,vt expendit gloss. final.ad fin. d.l.pater filiam.& ibi Paul.num.3.& Paulus hîc num.6.Et est ratio secundũ Alexand.hîc num. 8. quia in quartam non imputatur nisi ea, quæ acquiruntur ratione testamenti,non autem ea,quæ extra causam testamenti acquiruntur:allegat.l.id autem.76. ĵ. ad legem Falcidiã. Cùm igitur dos virtute consolidationis, filiæ acquiratur extra causam testamenti,id in quartam Falcidiam non imputatur:subscribunt Polit.l. filium quem habentem.num.61.& ibi Corras num.92. C.famil.erciscund.& sentit gloss.3. d.l. pater filiam. Sed obstat huic solutioni, quòd d.l.id autem loquitur in Falcidia, inquam certum est,ea tantùm imputari quæ iure hæreditario quæruntur:atque proinde neque legata, neque datum cõditionis implendæ gratia, in eam imputantur.l.quod autem.74.l. Id autem.76. ĵ.ad legem Falcidiam.& tamen text.d.l. pater filiam.agit de quarta Trebellianica,cùm filia rogata fuerit, partem suam fratri restituere,deducta quarta parte.§. sed quia hæredes.Insti. de fideicommis. hæredit.in quam quartam prædicta imputantur.l.in quartam.90.in 2.part.ĵ.ad legem Falcidiã. ergo pariter debuit imputari dos,saltem quando testator id expresse declarauit.† Et ideò melius respõ
30 dendum est,quòd testator præsupposuit id quod re vera non erat,scilicèt, quòd actio dotis per aditionem ipso iure esset



esset confusa: & quod ideò in Falcidiã imputaretur,iuxta.l.si debitor. 12. ĵ.ad leg.Falcidiam.& quia voluntas testatoris mutare veritatem non potest.l.si forte.ĵ.de castrẽs.peculio.filia prædictã imputationem facere non tenetur, & hoc significauit Iurecons.d.l.pater filiam.dũ dicit,quòd dos non erat in hæreditate patris:atq; ita actio dotis per aditionẽ filiæ non potuit videri merò iure confusa,& sentit gloss.final.ibi,ad finẽ.& Bart. num.1.in fin. Vnde secundùm hanc rationem ex dict l.pater filiam. duo colliges.Primũ, quòd suprà diximus.Secundũ, quòd testator facere non potest, q̃ id quod acquiritur ex dispositione iuris consolidantis actionem in persona filiæ,computentur in quartam Trebellianicam, sed ea tantùm quæ immediatè 31
occasione testamenti acquirũtur, vt ibi notat glo. fin. in fin.& Bart. in summario.ac proinde in specie d.l.pater filiam. filia deducta sexta parte quam pater permisit id quod deest ad integram quartam deducet ex hæreditate, quam restituit, neque tenetur compensare dotem, etiamsi id testator expressè iubeat:nam neq; testator potest cauere vt filius imputet in legitimam ea, quæ secundũ ius imputare nõ tenetur.Bald. l.2.in fin.C.de iure dotiũ.Paul.de Montepico l.in quartam.num.251.in fine.ĵ. ad leg.Falciã.Gamma decisio.34.nu.9. Ex prima autẽ conclusione infertur cõprobatio ad dictũ Alexand.l.huiusmodi.§.cũ pater.num.5. ad mediũ.ĵ. de legat.1.dũ concludit, quòd licèt receptũ sit, quòd si pater simpliciter leget filię,& postea dotẽ promittat,legatum debeat compẽsari cũ promissione,iuxta regulam huius tex.tamẽ si pater simpliciter legat filiæ nondũ nubili,& posteà dotẽ pro ea promittat,non debet legatum compẽsari cum promissione: quia tempore legati non poterat considerari in patre necessitas dotandi:cũ filiæ nondũ nubili non cogeretur dotẽ constituere. l.quod pupillæ.ĵ. quando dies lega.cedat.& sic cũ tẽpore legati non potuerit considerari tanquam debitor necessarius,cessat coniectura, quæ secundũ regulam huius tex.deducitur, & idem tenet Alexand.consil.58.num.24.lib.2.Fabianus authẽ.præterea.num.66.C.vnde vir & vxor.Ruin.consil.64.num.7.lib.2. & pari ratione, si pater dotẽ promissam soluit filiæ,&deinde ei simpliciter legat, non videtur legare animo compẽsandi, quia cũ per solutionẽ cessauerit obligatio legalis.in princip.Inst quib.mod.tollitur obliga. Sumus extra terminos huius tex.& ita Alexand.hîc num.7. versi. Angelus.Palac.repe. rubr.§.27. num.2. Tellius.l.Tauri.16 num.3.& suprà diximus: † qd̃ benè deducitur ex mẽte tex. d.l.pater filiam. explicata vt suprà, &.l. cùm pater.79.§. pater filiæ.& ibi notant Paul.& Imol.ĵ.de lega.2.prosequitur Roman consil.253.per totum.Quinimò,si tẽpore legati testator non erat debitor, sed alius,licèt occasione dispositionis testatoris,legando illi,cui non testator,sed tertius prædictus aliquid debebat, non videtur legare animo compẽsandi. cap. officij.14.de testamẽtis.nam in eo casu, ex eo quod testator aliquid relinquerat certæ ecclesiæ,quarta debebatur Episcopo per ecclesiam legatariam. Si ergo is idẽ testator Episcopo aliquid legauerit simpliciter,Episcopus,& quartam suam canonicam,& legatum obtinebit: quia cum testator respectu prædictæ quartæ, non esset debitor Episcopi, sed potius ecclesia legataria. In his terminis cessat ratio huius tex. ac proinde legatum animo liberali videtur relictum,iuxta naturam suam.§.legatum.Insti.de legatis.& ad hoc tex.d.c. officij. extollunt Anto. & alij,quos ibi refert Couar. num.3.& 6.extollit etiam Alexand.hîc num.5.Iason authen.præterea.num.20.C.vnde vir & vxor.Xuarez tit.De las arras.num. 42.Quare si testator aliquid leget alicui, cui testator nihil debebat:& tamẽ illius

hæres institutus per testatorem, erat debitor necessarius, non censebitur testator legasse animo compensandi: argum.d.c.officij.& post Afflict.in specie tradit Baeça de decima tutoris. cap. 5. nu.17. Ex secunda autē conclusione d. l.pater filiā.explicata vt suprà, infertur cō probatio ad dictum Pauli hîc num.6. q̄ si pater relinquat legitimam filiæ addita ea clausula, quòd in eā dotem imputaret: quod nihilominus filia, & legitimam, & dotem habebit. Neque enim testator facere potest, quòd in quartam legitimam imputetur id quod extra causam testamenti filia iure suo obtinet. d. l.pater filiam. & quia in legitima nullū grauamen opponi potest.l. quoniam in prioribus.C.de inoffic. testam. Et facit,
32 quia filius solam legitimam habens, † potest reuocare alienationem rei suæ factam per patrem.Bald. l.cùm à matre. nu.5.C. de reiuendicatio. Bartolus.l.2. num.7. C.si quid in fraudem patroni.& l.filius famil. §. cùm pater. in fine. ʒ. de legatis.1. quia testator non potest iubere, quòd filius in legitimam imputet rē propriam.Alexand. hîc ad finem. ergo neque iubere poterit, quòd filia imputet in legitimam propriam dotem, quæ censetur patrimonium mulieris. l. 3. §. sed vtrùm in fine. s̄.de minoribus. His tamen non obstantibus, verius videtur contrarium, imò quòd patet posit iubere, quòd filia imputet in legitimam propriam dotem, vt tenet Bald.l. quoniam in prioribus.num.5.C.de inoffic. testa. &.l.2.in fin. C.de iure dotium. Alexan. hîc col.fin.ad medium.Campes. de dote.3.part.q.104. Iason.l.quoniam nouella.num.4.C.de inoffic. testam. ea ratione, quia filia debet stare iudicio patris. l.cùm ab vno. 55. ʒ.de legatis.2. Facit.l. si debitor.12. ʒ.ad legē Falcidiam. Neque obstant rationes adductæ in cōtrarium: nam ad primum de dict.l. pater filiam. respondetur loqui in quarta Trebellianica, in quam non imputantur, nisi habita occasione testamenti. Nos autem agimus de quarta legitima, in quā imputantur ea, quæ ex bonis testatoris processerunt.l.quoniam nouella. C. de inoffic. testam. vel occasione bonorum ad filium peruenerunt.l. omnimodo.§. imputari.C.de inofficios.testam. & agnoscunt hanc differentiam Bartol.dict. l.pater filiam.num.1.& ibi Paul. num.3. ʒ.ad.l.Falcidiam.& Bald.l.2.in fine. C. de iure dotium. Cùm igitur dos à bonis testatoris processerit. l.profectitia. 5.s̄. de iure dotium. nihil mirum si in legitimam imputetur, vt hîc aduertit Alexā. col.final. ad medium.Campes. de dote. 3.part.quæst.104.Gamma decisio. 308. nu.10.Et ad hunc modū est supplenda glo.3.d.l.pater filiā.ʒ.ad leg.Falcid.Qui nimò prædicta ratio euincit, id esse admittēdum, etiamsi pater id expressè nō declarauit: nam qua ratione per filiam cōferri debet dos, & si pater nihil dicat iuxta tit.ʒ.de collatio. dotis. pariter & in legitimam ei imputabitur.d. l.quoniam nouella, & ibi in terminis Iason num.3. vel tanto minus accipiendo ex bonis pa
33 tris.l.dotis.C.de collationib. † Non obstat secundum de.l. quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam.quia cùm hoc onus imputationis, proueniat ex natura ipsius dotis, nullum grauamen videtur imponi in legitima, ex Bald. ibi num.5. ad finem. Non obstat tertium, quia respondetur cum Alexand.hîc in fine.dotem non censeri esse in patrimonio filiæ: quia à patris substantia processit. Sed obstat.l.3.§.sed vtrum.in fine.s̄.de minoribus. & ideò melius respondetur, nos loqui, quando filia instituta in legitima, vult patri succedere: nam tunc quia dos processit à bonis illius, de cuius hæreditate agitur, non consideratur tanquam verum patrimonium mulieris, & hac ratione tenetur dotem conferre, vel tantùm minus accipere ex bonis patris.dict.l.dotis.C.de collationibus.secus si ageretur de



de alio debito filiæ, quòd à bonis testatoribus non processit: hoc enim filia minimè tenebitur in legitimam imputare, etiam si id testator caueat, vt eleganter tradit Bald.l.2.in fin. C.de iure dotium. quem sequitur Paul.de Montepico.l.in quartam num.251. ad finem. ʒ.ad legē Falcidiam.Gamma decisio.34 num. 9. Et in his terminis potest saluari opinio Paul.quæ etiam saluari potest, quando filia est in sola legitima instituta: nā qua ratione tunc nō tenetur obseruare alienationem factam per patrem rei ipsius filiæ, vt suprà diximus. Pariter non prohibebitur, petere dotē perperam solutā patri: quia eadem militat ratio, & tenet Paul.hîc num.6. Quod tamen non puto verum: nam cum id ita intelligi debeat, vt ante legitimam deducatur æs alienum: quod soluendum est marito, à quo vxor repetit dotem: ex quo in consequentiam, & ipsa legitima minuitur, vt declarat Pinel.l.1.C.de bonis maternis.3.part.num.80. versicul.ego autem. melius est, vt maritum liberare debeat, vt sic ex portione sua videatur dotata, vt aliàs inquit.l.1.§.pen. ʒ. de collation. dotis. notauit gloss.1.l.si pater filiæ.45. s̄.de iure dotium. Qua etiam ratione, si pater dotem dedit pro filia, & deinde illam instituat in legitima: quia nihilominus filia, tenetur hanc dotem promissam fratribus conferre, iuxta titulum ʒ.de collatio. dotis. pariter & eam imputabit in legitimam tantùm minus accipiendo ex bonis patris.l.dotis.C.de col
34 latio. † expressè Bald.l. quoniam in prioribus.num.6.C.de inoffic. testam. quia æquius est ex suo dotatam esse: argumē. d.l.1.§.pen.ʒ.de collatio. dotis. subscribit Iason.l. quoniam. nouella. num.3. C.de inoffic.testa. Neque obstat argumentum Alexand hîc ad finem: quòd dos promissa consideratur tanquam æs alienum.Bart.l.2.§.1.num. 2. ʒ.de priuilegijs creditor. & ideò debet deduci ex hæreditate ante legitimā l.Papinianus. §.quarta autem.s̄. de inofficios. testam. & subscribit Campes.de dote.3.part. q. 105. Quia respondetur, quòd si filia vult dote esse contenta, & repudiat hæreditatem patris, iuxta.l.final.ʒ. de collation. dotis. procedet fundamentum Alexan. Sed si succedit patri, dos non consideratur tanquam æs alienum, cùm filia iubeatur illam conferre, & imputare in legitimam.l.quoniam nouella. C.de inoffiçios.testa. & in specie Bald. l.2.in fine. C. de iure dotium. Alia autem quæ ex decisione d.l. pater filiam. explicata vt suprà, inferuntur, vide per Alexand.l si patroni.in principio.num.4.ʒ.ad Trebellian. Maranta.l.is potest. num. 29 ʒ.de acquirēda hæred. Corras.l.filium quem habentē.num.142. C.famil. erciscund. Octauò principaliter ex suprà resolutis infertur vera resolutio ad eam controuersam quæstionē, vtrùm si pater promiserit dotem pro filia, & posteà simpliciter ei aliquid legauit, videatur legasse animo compensandi cum debito resultante ex promissione dotis? & magis cōmunis opinio tenet, compensandum esse legatum cum prædicto debito: ita enim tenet Barto.l.huiusmodi.§.cùm pater.num.1.s̄.de legat.1.& ibi Alexand. num 3.Iason num.8. & asserunt receptum Iacob.l.cùm pater.num.2. s̄. de iure dotium. Palac.rep.rubri.§.27. num.3. Et secundum istam opinionem consuluit Fulgos.consil.80.num.3. Paris.con
35 silio.95. num.38.lib.2. † ea ratione, quia pater per legē obligatur ad dotandum filios.l.qui liberos. s̄. de ritu nuptiarum. ergo debet induci regula huius text. Quanuis enim sponte dotē promiserit: tamē cū sciret se cogi posse, perinde habēdum est: ac si propter necessitatē legis promisisset: argum.l. nouissimè.ʒ.quod falso tutor.author.&.l. fin. ʒ. de separatio. Cagnol.l.siquis maior.num.67.C.de transaction. & in specie ita expendunt Riminaldus authentic. præter eà. colū. penultima. ad finem. & columna final. vers.

versicul.secundo.prædicta.C.vnde vir, & vxor.& ibi Decius num. 12. Fabian. num.48 tradit idem Decius consil. 22. num.2.& cap.cum.M.num.34. de constitution. Alciat. l. 3. num.21.ff.de legat. 1.Et pro hac sententia videtur text. in.l. huiusmodi.86.§.cùm pater.ff.de legat.1. Neque dicas,quod in eo text. expressit, quòd legabat eadẽ centum,quæ promiserat,vt ex litera constat,& sic quòd loquitur in casu claro. Inde igitur inferri non potest ad nostrum casum, in quo agimus de casu dubio:nam replicabitur quòd Iureconsult.non dicit testatorem expressisse,quòd centum, quæ promiserat nomine dotis legabat, sed tantùm quòd centum promiserat(& eadem cẽtum)id est, eandem quantitatem cẽtum legauerat filiæ, ex quo præsupponit cõpensandi animum. Quod quidem dicendum est, procedere ex ratione, de qua suprà: quia in debitore voluntario contrarium esset dicendum ex regula generali.l.creditorem.87.ff.de legatis 2.ita vt meritò gloss. dict.§. cùm pater. verbo,eandem. dixerit, text. illum procedere etsi dictio, Eadem, non fuerit expressa in legato.Neque dicas cum Cuman.dict.§. cùm pater.numero. 2.imò quòd etiamsi pater consideraretur tanquam debitor voluntarius, adhuc procederet decisio d. §. cum pater. quia cũ promissio,& legatum fuerint eiusdem quantitatis:ex hoc debet præsumi compensandi animus:subscribit Iason ibi numer.8.Ruin. consilio.223.num.3.libr.1. Aymon consil.149.num.5.& cons. 301. in fin.& alij quos refert Menoch. consil.56.num.25.libr.1. nam respondetur, horum traditionem confundi per text. l.quingenta.12.ff. de probatio. vbi si in duabus scripturis diuersis,eadem quantitas inueniatur promissa, præsumitur multiplicatio, & ex qualibet quantitas
36 promissa peti debet.† Ergo & in nostro casu si ageretur de debito voluntario, si quantitas centum inueniretur promissa in instrumento dotali,& eadem centum inuenirentur legata in scriptura testamenti, non præsumeretur compensatio, sed ex vtraque scriptura, summa illa peti poterit:ergo text. ille apertè cõfundit prædictorum considerationem. Neque satisfacit responsio Imol. dict.§. cùm pater.quam ibi probant Alexand. num.5.Iason num. 17. Corne.l.filia.ad finem.C.de legatis.quod ideò in dict.l. quingenta. præsumitur multiplicatio promissionis,quanuis eadem sit quantitas,quia aliàs secunda scriptura remaneret inutilis.l.qui bis idem. ff. de verborũ obligationibus. Quæ ratio cessat in nostro casu, etsi interpretemur legatum videri relictum animo compensandi, cũ etiam tunc ex duplici iure agi possit,scilicèt ratione legati reuocabilis,& ratione promissionis irreuocabilis: nam replicabitur, quòd imò attento effectu secunda remanet inutilis.Cùm enim admissa præsumpta compensatione altero debeat esse contentus,secunda dispositio attento effectu nihil operaretur.Itẽ & contra Cumanum & sequaces,expẽdo nostrum text. dum agit de legato, quod æquiualet debito dotis, & sic sentit, quòd si eadem quantitas continetur in debito, & in legato, præsumitur compensandi animus, in debitore necessario,vt communis vult, quasi aliud sit in voluntario debitore: contrariam nihilominus opinionem: imò quòd in terminis,de quibus suprà,legatum non censeatur relictum compensandi animo,tenet Imol.dict.l.huiusmodi.§.cùm pater.colum.fin.Cuman. consilio. 134. num.2. Roman. consil.253.col.2.& ante eos Baldus.l.filia.num.4. C. de legat. per textum,qui videtur expressus.l.si pater pro filia. ff. de collationibus dotis. Sed non recedendo à communi traditione, restat respondere ad textum difficillimum in dict. l. si pater pro filia. de cuius intellectu latè agit Menochius libro.4. præsumption.109.à numer. 17.

Illi



Illi autem in primis respondet Bart. d.§. cum pater. num.1. procedere, quando in promissione dotis continebatur quãtitas,& in legato exhæredatæ relicto cõtinebatur species: tunc enim non præsumetur compensandi animus per regulam l.si cõuenerit.18.ff.de pignor. actio. subscribunt Alexand. dict.§. cùm pater. num.3. & alij, quos refert Iason ibi nu. 22.Rubeus.l Gallus.§.quidam rectè.numer.32. post Aretin.ibi colum. 2.ad medium.Menoch.consil.56.num.48.lib.1. Cæterùm quanuis hæc responsio in se
37 vera sit,per tradita suprà num. 14.tamẽ negari non potest, diuinatiuam esse,† vt aduertit Iason dict.§ cùm pater.num. 12 Corne.consil. 257.num.20.libro.1. Quare secundo loco Imol.d.§. cùm pa-
38 ter respondet,quòd in casu d.l. si pater. pro filia dos fuerat promissa genero pro filia: & sic ipse gener censebatur creditor dotis, & non filia.l. si pater pro te. C.de dotis promissio. & est expressum l.cum pater.30.ff.de iure dotium. Cùm igitur pater non legauerit genero, sed potiùs filiæ,quæ non erat creditrix,meritò non præsumitur compensandi animus:argument.l.pater filiam.14.ff.ad.l. Falcidiam.& cap.officij.de testamentis. Et hanc Imol. responsionem probant Aretin. & Alexand.num.3. dict.§.cùm pater. Alexand. hîc num.7. versiculo, & ad dictam. Curt.Iunior authen. præterea.num.23.ad medium. & ibi Paul. de Montepico.num.58. C.vnde vir & vxor.Menochius consilio.56. num.50. libr.1. Sed non placet hæc solutio,quia licèt respectu promissionis dotis factæ marito, mulier non censeatur creditrix. dict.l. cum pater. 30.ff.de iure dotium. tamen cum vtilitas istius promissionis ad filiam pertineat, debet etiam considerari tanquam creditrix. Prout & in hac materia censetur debitor ille, qui directò debitor non est: sed tamen onus soluendi in consequẽtiam eius bonis incumbit, vt colligitur ex isto text. & hîc tradit Alexand.num.7.ad finem. Et ad hoc expendo verba dict.l. si pater pro filia.vbi dos fuit promissa genero,& legatum fuit relictum filiæ,& dicit tex. quòd filia,& dotem præcipuam, & legatum habebit, quasi eo casu:etiam respectu dotis creditrix censeatur, & in specie Corne. consilio.230. num. 7. libr.4. Decius dict.authẽ. præterea. num. 13. ad finem. In simili Paulus consilio.35. columna.2.ad medium.libr.2. Et confirmatur,quia licèt in contractibus,in quibus strictè proceditur, pro dote promissa marito, non competat actio mulieri.l.si pater pro te.C.de dotis promissione: tamen diuersum est in vltima voluntate:nam pro legato facto genero nomine filiæ, competit filiæ actio:† quia eius maximè interest.l.seruo legato. 72. §.si testator.ff.de legatis.1.l.tali.§. final.ff.de iure dotium. Et agnoscit hãc differentiam gloss.dict.§.si testator. & ibi Iason num.12.Corneus consil. 230. nu.8.libro. 4. ergo propter hoc interesse in legatis saltem, vti creditrix considerari debet quoad nostram materiam. Et expendes quòd dum dict. l. cum pater.in principio.ff. de iure dotium. probat,quòd si testator, qui promisit genero dotem,ei dotem legat: non valet legatum propter regulam.l.si creditori. ff. de legatis.1.in quo sentit apertè,quòd legatum cẽsetur relictum animo compensandi cum promissa dote,vt aduertit Socinus Iunior consil.79. num. pen. libr.3. Et tamẽ contrarium videbatur dicendum, quia gener respectu soceri debet considerari tanquam voluntarius debitor: cum per legem pater ei non sit obligatus, sed filiæ: ergo si socer legat genero, debet induci regula. l. creditorem.87.ff.de legatis. 2. quod in specie admittit Bartolus dict.§.cum pater. in fin. & ibi Iason num.final. Sed respondendum est, quòd testator in specie dict.l. cum pater. legauerat dotem genero,& quando quis etiam voluntarie

riè promittit dotem, & dotem legat, sem per præsumitur compensandi animus. l. virilis. §. fina. adiuncta gloss. fina. ff. de legat. præstand. l. vnica. §. primum versic. sciendum, & ibi notat Bal. C. de rei vxo. actio. l. Titia cum testamento. 35. §. qui inuitam. ff. de legat. 2. & l. pen. ff. de dote prælegat. quando enim quis legat ex eadem causa ex qua debitor est, semper præsumitur compensandi animus, vt argum. l. libertis quos. 18. § 1. ff. de aliment. & cibaria legat. tradit Bar. l. cum centum. ad fin. ff. de adimend. legat. Ruin. consil. 223. num. 4 lib. 1. Prout per contrariũ si legatum relinquatur ex diuersa causa ab ea, ob quã testator erat debitor, indistincte non præsumitur compensandi animus, vt post Bald. l. filia. ad finem. C. de legatis. tradit Alexan. consil. 7. num. fi.
39 lib. 6. † Ex quo infertur, quòd si in specie. d. l. cum pater socer non legaret dotem genero, sed quid simpliciter: tũc non præsumitur compensandi animus: sed gener vtrumque haberet: quod expresse admittunt Bart. dict. §. cum pater in fine, & ibi Iason num. fina. Sed in contrarium vrget regula. l. quod autem ff. de iure dotium, iuxta quam legatum simpliciter relictum genero, intelligitur ex causa dotis filiæ relictum, probat. l. tali. §. fina. adiuncta gloss. pen. ff. de iure dotium. Sed pro concordia dicendum est, quòd si testator genero legat nomine filiæ, tunc nomine dotis videtur legasse in eo sensu, vt legatum soluto matrimonio conuertatur in causam dotis. d. l. tali. §. fina. ff. de iure dotium. l. Titio centum. §. fina. ff. de cond. & demonst. Sed si simpliciter leget genero, non exprimendo, quòd nomine filiæ legat procedit, quod sentit Bart. dicto. §. cum pater. in fine. Præterea aduerte, quòd dum text. dicta. l. cum pater in. 2. parte probat, quòd si mulieri in prædicto casu legetur, valet legatum, quia illa non est propriè creditrix, dicendum est non considerari tanquam creditricem, ne alias legatum videatur inutile, sed dato, quod legatum valeat, quoad alia considerabitur tanquam creditrix, vt suprà diximus. Item quòd ideò in eo secundo casu mulier non potest dotem ex promissione habere, & legatum, quia cum fuerit relictum nomine dotis, semper videtur relictum animo compensandi, vt suprà dictum est: & in specie tradit gloss. l. Titia cum testamento. 35. §. qui inuita verb. non est: & ibi Bart. & Paul. ad finem. ff. de legat. 2. Bart. l. huiusmodi. §. cum pater. numero. 2. ff. de legat. 1. Cuman. consil. 134. numero. 2. Paul. consil. 35. colum. 2. ad finem lib. 2. Socin. regul. 282. num. 2. Vnde dubium est, vtrùm idem sit dicendum, si non nomine dotis, sed simpliciter filiæ legaret: & cum certum sit, respectu filię patrem censeri debitorem necessarium, semper debet videri relictum animo compensandi, iuxta communem, quam defendimus prout etiam, & ita explicanda est. l. Titia cum testamento. 35. §. qui inuita. ff. de legat. 2. Cum igitur ex prædictis constet responsionem Imol. non
40 esse tutam. † Tertio loco respondet Phanuncius de lucro dotis gloss. 8. numer. 50. quòd in dicta. l. si pater pro filia, principalis dubitatio erat: vtrum filia teneretur dotem conferre eo casu? & deciditur non teneri. Inde igitur inferri non potest, quod non videatur relictũ animo compensandi: quia materia conferendi, & compensandi multum differunt, quia prima est certa, & iure declarata: secunda autem incerta, & à coniecturis pendens vnde de vna ad aliã non benè infertur. l. fina. ff. de calumniatoribus. Sed neque hac respõsio placet: quia in specie dicta l. si pater pro filia, non potuit esse dubitatio, vtrùm dos esset conferenda, nec ne? quia cum ibi præsupponatur factum fuisse testamentum, non potuit dubitari, vtrùm dos esset conferenda, cùm certum esset eo iure ex testamento collationem non fieri.





l. 1. C. de collationib. etiam tempore Iustiniani. l. finali. C. communia vtriusque iudic. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Fantùm igitur potuit esse dubitatio, vtrùm videretur relictũ compensandi animo? Cùm igitur text. dicat, quòd filia & dotem præcipuam, & legatum habebit, satis significat, non videri relictum compensandi animo, aliàs vtrùmque nõ haberet, iuxtã nostrum textum. Et si dicas secundùm hanc interpretationem dict. l. si pater pro filia. non facere ad titulum, respondetur, imò facere per argumentum à contrario sensu, sentit enim, quòd si filia exhæredata agendo querela, vel filia emancipata præterita agendo contra tabulas rescinderent testamentum, & rem deducerent ab intestato, tunc dotem conferre tenerentur. l. vt liberis. C. de collationib. neque legatum tunc obtinerent. l. filium. §. omnibus. ff. de legat. præstand. & est de mẽte gloss. final. dict. l. si pater pro filia. Ad quod expendo dicta. l. si pater pro filia. dum agens de præteritione, exemplum ponit in filia emancipata præterita; quia si filia in potestate esset præterita, tunc accresceret hæredibus, & tanquam instituta esset obligata, omnibus soluere legata. l. maximum vitium. C. de liber. præterit. & sic legatum pro parte sua confunderetur, neque illum integrum obtineret. Ponit igitur exemplum in filia emancipata præterita, quia hæc non est obligata ad soluenda legata. Item neque rescindit testamentum ipso iure, sed tantùm potest petere contra tabulas, cui renunciando per acceptationem legati. l. parentibus. C. de inof. testamen. ex testamento valido isto iure, non cogetur ad
41 collationem, vt suprà dictum est. † Vltimò loco Iason. l. huiusmodi. §. cum pater. numer. 15. ff. de legat. 1. respondet, quòd in dict. l. pater pro filia. agitur de filia exhæredata, vel præterita, & sic affectis iniuria per patrem. l. pen. C. de fideicom. In compensationem igitur istius iniuriæ, eis videtur relictũ, & hac ratione cessat coniectura huius text. quam responsionem repetit idem Iason authen. præterea. num. 20. C. vnde vir & vxor. & ibi probat Fabius numer. 46. Menoch. consil. 56. nu. 49. lib. 1. Cephalus consil. 486. numer. 25. lib. 4. Cui tamen responsioni videtur repugnare, noster text. nam agit de filia instituta, & de ea, cui legatum relictum est. Ergo necessariò is textus intelligendus est in hoc secundo casu de filia præterita, prout censetur illa, quæ instituta non fuit. §. eadem hæc. Instit. de hæreditatib. quæ ab intest. deferuntur. §. emancipatos. Inst. de exhæred. libero, vel etiam de filia exhæredata, iuxta suprà tradita: ergo is text. apertè confundere videtur prædictam Iasoni respõsionem, & eadem inductione eam confundere videtur. l. huiusmodi. 86. §. cum pater. ff. de legatis. 1. Et quia regula generalis est in hac materia, quòd debitor necessarius nunquam censetur grauare hæredem duplici onere. l. Titia cum testamento. 35. §. qui inuita. ff. de legat. 2. l. penultim. ff. de dote prælegat. & ita Iason intellectum improbant Phanuntius de lucro dotis gloss. 8. numer. 48. & Menochius libro. 4. præsumptio. 109. à numero. 19. Poterit nihilominus saluari responsio Iasonis in eo sensu, quòd licèt filia sit exhæredata, vel præterita, si per debitorem necessarium simpliciter ei legetur, indubio præsumatur relictum animo compensandi, vt is textus efficaciter probat inductus, vt suprà. Sed si constaret, quòd relictum fuit filiæ non simpliciter, sed propterea quod fuerat exhæredata per patrem, vel præterita, procedit responsio Iasonis: & in his terminis accipienda est dict. l. si pater pro filia. Ad quod expendo illa verba exhæredatæ, vel emancipatæ præteritæ legauit, quæ verba innuit, constare vti talibus legatum fuisse re-

lictum. Ad quod etiam expendo, quòd in nostro text. non fuit expressum filiæ exhæredate, vel præteritæ legatum fuisse relictum. † Sed simpliciter dicitur, q
42 filiæ non institutæ fuit legatum, vt sic ostenderet, in specie proposita, nullam fuisse habitam considerationem exhæredationis, vel præteritionis: & tamen in d. l. si pater. pro filia expressum fuit, exhæredatæ, vel emancipatæ præteritæ fuisse legatũ, vt sic significaretur in legato fuisse habitẽ respectum ad exhæredationẽ, vel præteritionem: & sic optimè procedit responsio Iason, & constat text. illum non vrgere aduersus opinionem communem quam defendimus, cùm in ea constet, filiæ ea ratione fuisse legatum, quia esset affecta iniuria, præteritionis, vel exhæredationis. Ex qua colligẽdum est, quòd debitor necessarius semper videtur legare animo compensandi, siue debitor sit, quia per actionem cõueniri potest, vt in terminis huius text. adiuncta l. qui hominem. 34. §. si gener. ff. de solution. siue debitor sit, quia per officium iudicis compelli poterat, vt constat ex opinione communi, quam defendimus, adiuncta l. qui liberos. & communi ibi. §. de ritu nuptiar. & ita in specie tradit Alberic. l. vnica. numer. 12. ad finem. C. de rei vxoriæ action. Afflictis decision. 138. numer. 5. Sed quid dicendum erit è contra, pone patrẽ legasse filiæ simpliciter, deinde viuum eam dotasse? vtrùm legatum relictum cum promissione, vel datione dotis debeat compensari? Et communi opinione receptum est, compensari, quasi illa dotis promissio facta sit in exequutionem legati relicti in testamẽto: quod ita videtur probare text. l. filia. 11. C. de legatis. & quia cùm pater teneatur dotare filiam, simpliciter legando, videtur ex causa dotis legare. l. quod autem. 24. & ibi Bartol. §. de iure dotium. Crescens. singul. 3. & in specie tradunt Alexand. l. huiusmodi. §. cum pater. numer. 3. ff. de legatis. 1. Ias. d. l. filia. num. 2. ad finem. C. de legatis. Ruin. consilio. 3. numero. 1. libro. 3. Quibus adde l. alij. §. penultim. adiuncta gloss. penultim. §. de iure dotium. ergo cum posteà dotem promittat, vel det, debet videri id factum animo compensandi. l. virilis. §. finali. iuncta gloss. penultim. ff. de legat. præstand. l. cum pater. 30. §. de iure dotium. l. penultim. ff. de dote prælegat. & suprà tradidimus: & in specie probat. l. vxorem. 40. §. testamento. 2. ff. de legatis. 3. Quibus rationibus hãc opinionẽ probarunt Corneus, & Iason. dict. l. filia. C.
43 de legatis. † asserentes, eam esse communiter receptam, & per Ruin. consilio 138. numer. 3. libr. 4. Cephalus consilio 84. numer. 9. libr. 1. Contrariam tamen opinionem, imò in prædictis terminis, filiam & legatum, & dotem habere posse, tenet Bartol. l. filia. C. de legatis. & l. huiusmodi. §. cum pater. numer. 4. ff. de legatis. 1. Cuman. l. Lutius. 1. numero. 2. ff. de legatis. 2. per regulam text. l. quingenta. 12. §. de probation. Et tenendo hanc opinionem ad fundamentum communis de. l. filia. 11. C. de legatis. facilè respondetur, quòd text. dicit, patrem dotasse filiæ ea, quæ ei legauerat, & sic sub commemoratione legati, tunc enim euidens coniectura est, quòd voluerit legatum includi in dote: nam relatum videtur contineri in referente cum omnibus suis qualitatibus. l. à filio. §. testator. ff. de alimentis & cibar. legat. & idem operatur ac si interueniret specialis expressio relati. Bald. l. final. 2. oppositione. C. de impuber. & alijs: & ita in effectu Alexander hic numero. 7. versic. tenendo, non puto tamen recedendum à magis communi sententia per generalitatem. l. filia. C. de legatis. & quia cùm legatum cẽseatur nomine dotis relictum, vt suprà probauimus: si posteà dos detur primum legatum censetur consumptũ. l. Lutius. 90. §. impuberẽ. ff. de leg. 2.





& sic facile euitatur regula dict. l. quingenta. §. de probationib. Vnde infertur, quòd licèt filia succedẽs cum fratribus, non teneatur conferre legata sibi relicta per patrem, quia illa accipit post mortem patris. l. filiam cum fratribus. & ibi communis. C. de collationib. l. si qua. C. famil. erciscun. tradit Anton. Gomez. l. Tauri. 29. num. 4. tamen in specie dict. l. filia. filia legatum tenebitur conferre: nã cum posteà pater dotando videatur trãsferre legatum in dationem dotis inter viuos, & sic exinde incipiat considerari, tanquam actus inter viuos, iuxta doctrinam Bart. receptam. l. legatum. num. 2. ff. de legatis. 2. Succedit regula quòd acquisitum ex bonis patris inter viuos cõferendũ est suum, iuxta regulã. l. quoniã nouella. C. de inofic. testam. & declarat Deci. authen. ex testamento. in princip. C. de collationib. Qua ratione ita in ter-
44 minis, † tenet Salicet. l. filia legatorum. ad finem C. de legatis. Iason. l. filiæ dotem. numer. 3. C. de collation. Antonius Gomez. l. Tauri. 17. num. 24. quidquid contrarium sentiat Bald. dict. l. filia legatorum. in princip. & ibi Fulgos. nume. 2. & contrarium defendat Grot. l. frater. à fratre. à numer. 94. §. de condict. indeb. Vltimò ex suprà resolutis infertur intellectus ad text. celebrem in hac materia. l. 1. § penult. ff. de collation. dotis. Ex quo rex. Roman. l. post dotem. num. 66. ff. eodẽ. colegit, quòd licèt si pater dote promissa pro filia decedat, obligatio transeat ad eius hæredes. l. si pater filiæ. 45. §. de iure dotium. tamen si filia fuerit instituta hæres cum fratre, vel extraneo hærede, coheres pro illa promissione dotis, nihil pro parte sua tenebitur soluere: sed filia ex portione sua debet integram dotem consequi, dicens ad hoc text. illum esse mirabilem: & subscribit Alexand. d. l. post dotem. numer. 23. Campes. de dote. 1. part. quæstion. 18. Iason. l. huiusmodi. §. cum pater. numero. 5. ff. de legatis. 1. & authent. præterea. numer. 19. ad medium. C. vnde vir & vxor. Ruin. l. 1. numer. 168. §. eodem. & ibi Socinus Iunior numer. 191. ad fin. Sed hæc traditio non videtur vera, cùm enim certum sit, prædictam obligationem transire ad hæredes, d. l. si pater filiæ. ergo debet ad eos transire pro portione hæreditaria, iuxta regulam. l. 1. C. si certum petat. & in materia sentit. l. si socer. 45. §. Lutius. in fin. ff. eodem. Neque contrarium probat d. l. 1. §. penult. ff. de collation. dotis. quia in primis debes aduertere, prædictos male figurare casum, quando filia & frater hæredes instituuntur: nam tunc eo iure filia non teneretur cõferre dotẽ. l. 1. C. de collation. licèt hodie secus authen. ex testamento. C. de collation. & ideò text. d. l. 1. §. pen. specifice loquitur in filia succedente patri ab intestato, & ibi notat glos. verb. intestato. Item est aduertendum, quòd text. d. l. 1. §. pen. loquitur de sorore, quæ tenetur conferre dotem, & sic de ea, quæ succedit cum fratre. Si ergo huic dos promissa sit, conferet dotem liberando fratrem à parte obligationis, qua tenebatur ad soluendam do-
45 tem promissam, † vt ibi notant Bartol. & Alberic. per. l. 2. C. de collation. Ex eo ergo textu, id tantùm colligendum est, quòd vbi soror tenetur conferre dotem, si ea sit promissa, liberabit fratrem à parte suæ obligationis; quia æquius est, ex portione sua dotem habere, quàm petere partem à fratre, & eam soluram iterum ei conferre. Et sic erit text. pro opinione Bald. l. quoniam in prioribus. numer. 6. C. de inof. testam. quòd si pater dedit dotem pro filia, & posteà eam instituat in legitima, videtur velle, quòd dotem in legitimam imputet, quia æquius est ex suo dotatam esse: subscribit Ias. l. quoniam nouella. num. 3. C. de inoffi. testam. & auth. præterea. nu. 19. ad mediũ. C. vnde vir & vxor. l. huiusmodi. §. cum pater. num. 4. ff. de legat. 1. Cæterũ si ponas filiã esse institutam cũ extraneo, ac proinde nõ teneri ad collationem dotis,

iuxta tradita per Iason. l. si emancipati. nu.20.C.de collatio. à cessante ratione de qua suprà, pro portione sua hæreditaria confundetur actio competēs,ex promissione dotis.l.si socer.45.§.Lutius.in fin.ĩ.eodem.& pro parte hæreditaria coger hæredem ad dotis promissæ solutionem. dict.l.si pater filiæ.45.s̃.de iure dotium. adiuncta.l.1.C. si certum petatur. Vnde cauendum est à Roman. d.l. post dotem.numer.66.ĩ.eodem.dum intellexit d.l.1.§.penul.procedere, etiam quādo filia instituitur cum extraneo hærede: quod & sentiunt Ruin.l.1.num.172. & ibi Socin.Iunior num. 191. ad finem. s̃ eod.hoc enim cōfunditur ex suprà dictis:& ideò cautius Alexand. d.l.post dotem.num.23.& alij suprà allegati loquūtur,quando filia instituitur cum fratre: nam tūc pro sua parte cōfunditur actio; & pro parte fratris,cum exactam dotem teneatur ei conferre, æquius est, vt eum liberet,& ex portione sua dotem habeat scilicet eam integram retinendo, quam aliàs propter collationem debebat diminuere. Item ex prædictis colligas dict.l. 1.§.penult.agere de collatione, non autem de compensatione, de qua nos agimus,pro portione sua igitur hæreditaria agere nō poterit; quia confusa est actio; iuxta nostrum text.Pro portione autem cohæredis agere poterit, nisi ei dotē cōferre teneatur,iuxta suprà tradita.Quod si de compensatione quæras, dicendum
46 est, † quod in specie d.l.1.§.pen dū agit de dote data, si legatum filiæ sit relictū, non potest induci compensatio. Cùm enim per dationē soluta sit obligatio legalis,nō potest legatum videri relictum compensandi animo.glos.l.filia.C.de legatis.diximus suprà num.31. & ideò tūc filia dotē conferet,& legatū præcipuum retinebit.l. filiā cum fratribus. secundū cōmunem intellectū.C.de collatio. Sed in secundo casu d.l.1.§.pen.quando dos promissa est,quia tunc legatum videtur relictum compensandi animo iuxta cōmunē,quam defendimus, liberabit quidem fratrem à parte sua. Et vlteriùs ex portione sua tātùm minus retinebit nomine dotis,cum legatum cum ea sit cōpensandum,iuxta suprà tradita. Et hæc satis in materia de intellectu.§.si patri.ĩ. hac.l.dictum est.l.2.§.fin.s̃.eodē.Item & de intellectu. §. eo autem tempore. egimus ibi. Et ibidem etiam explicauimus intellectum.§.si soluto.ĩ.hac.l. de intellectu autem.§.si maritus.cum.§.seq. agemus.l.si constante. s̃.eod. & ideò peculiaris eorum.§.omittitur interpretatio.

## SVMMARIA EORVM QVÆ CONTINENTUR in interpretatione legis Si cùm dotem.23.§.Transgrediamur. ff. Soluto matrimonio.

1 *SErvo qui contractum celebrauit rectè solutitur,quod illius ratione debetur.*
2 *Intellectus.l.fugitiuus.19.s̃.de solution.*
3 *Intellectus.l.si hominem.34.§.si nullo.ĩ.de solution.*
4 *Ratio cur non contingat liberatio, si de mandato serui fugitiui alteri fiat solutio.*
5 *Explicatur.l.non ideò.25.ĩ.de nouation.*
6 *Cui libera administratio peculij conceditur, non videtur permissum,vt donare possit.*
7 *Filius familiàs nō remanet obligatus, etiamsi consentiat dotem patri tradi.*
8 *Hodie pater recipiens dotem remanet obligatus.*
9 *Quando quis pro alio tenetur se obligare,consentiendo actum fieri, remanet obligatus.*
10 *Intellectus.l.1.C.de filijs familiàs, & quemadmodum pater.lib.10.*
11 *Qua ratione pater obligatur,si filium consentiat creari magistratum.*

*Intel-*



12 *Intellectus.l.si filius familiàs.7.s̃.de tutel.*
13 *Quando pater teneatur pro filio tutore se obligare.*
14 *Intellectus.l.1.C. quod cum eo.*
15 *Quando voluntas patris habeatur pro iussu.*
16 *Pater tenetur bona sua obligare pro filio recipiente dotem.*
17 *Quod tamen notabiliter declaratur.*
18 *Patris furiosi, vtrùm bona censeantur obligata per restitutione dotis quā filius accepit?*
19 *Explicatur glos. hic,verb. absolute.*
20 *Si filius recepit dotem sine consensu patris,pater tantùm tenetur de peculio.*
21 *Mulier si res dotales non extent,alijs creditoribus præfertur.*
22 *Explicatur.l.filio familiàs.26.in prin.ĩ. eod.*
23 *Explicatur doctrina Bartol. l.sane. s̃. de iure dotium.*
24 *Si tempore traditæ dotis filius sit emācipatus, ei tradenda est dos,& non patri.*
25 *Iure Digestorum pater non tenebatur filio familias dotem reddere,etiam seorsum habitanti.*
26 *Vtrùm in dote aduentitia pater habeat vsumfructum?*
27 *Filius habitans seorsum à patre eo inuito,ex iusta tamen causa,iuste petit dotis restitutionem.*
28 *Si dos restituitur marito, non efficitur dotis deterior conditio.*
29 *Socer non tenetur fideiussores dare pro dote recepta.*
30 *Donatio propter nuptias hodie non est in vsu.*
31 *Pater pro filio dotem recipiente,quando teneatur bona sua obligare.*
32 *Si matrimoniam iam sit contractum, vtrùm pater teneatur se obligare, vt filius dotem recipiat?*
33 *Si filius sit suspectæ vitæ, pater pro eo non obligat bona.*
34 *Pater tenetur pro filio se obligare tanquam fideiussor,& non tanquam principalis.*
35 *Quādo pater obligat bona pro traditione dotis facta filio,clare interuenit vt intercessor.*
36 *Quādo pater & filius præsentes sunt dotis receptioni,obligatur tanquam principales.*
37 *Quod tamen notabiliter declaratur.*
38 *Si maritus & vxor confiteantur pretium recepisse, præsumitur ad maritum totum peruenisse.*
39 *Pro dote potest interuenire alius, qui principaliter se obliget cum marito.*
40 *Lucrū dotis vtrùm per filium sit conferēdum?*
41 *Et defenditur minimè conferri.*
42 *Refertur quædā cōcordia Bart. & defēditur.*
43 *Lucrū dotis ex causa onerosa videtur deferri.*

# INTERPRETATIO
## Legis Si cum dotem.23.§.Transgrediamur. ff. Soluto matrimonio.

AGITVR IN Hoc textus de personis, aduersus quas cōceditur actio dotis repetendæ, eūque ad hoc dicit magistralem. Alex. hic. 2. notab. Et ex illo tres in hac materia colliguntur cōclusiones.Prima est,q, si maritus sui iuris,dotē recipiat, vel alius quilibet de ius voluntate,maritus per actionē dotis cogetur eam dotem vxori restituere,postquam solutū fuerit matrimoniū, concordat.l.etiāsi.20.s̃. de iur. dot. &.l.nuptura.in princ.s̃.de fundo dotali. & ge-

& generale est, idem esse, quid mihi tradi, vel alteri de mea voluntate & manda to. l. nihil. C. de solution. l. solutum. 11. §. solutam. in princ. s. de pignor. actio. Sed in contrarium adducit glos. 2. hîc text. l. fugitiuus. 19. j. de solution. vbi differentia constituitur, vtrùm quis soluat seruo fugitiuo, vel alteri de illius voluntate, & mandato: nam primo casu soluens liberatur, non sit in secundo. Cui difficultati vno modo respondet Bart. hîc nu. 1. quem sequitur Alexand. num. 9. versi. in glos. 2. & alio Paul. hîc num. 2. Sed ad veram resolutionẽ huius difficultatis, premittẽdum est, generalem esse regulam, quòd si seruus, vel quilibet alius contractum aliquem celebrauit ex permissione legis, rectè potest ei solui illud, quod ratione prædicti contractus debetur. l.
1 quod seruus. 35. j. de solution. † l. quod seruus. s. depositi. Item & secundò præmittendum est, quòd si seruus contractum celebret, certum quidem est, ei solui posse, iuxta iura suprà citata. Sed si velit alteri fieri solutionem, distinguẽdum est: nã si velit solutionem cedere in vtilitatem illius, cui debet fieri solutio, id facere non poterit: nam quanuis ipsi permittatur recipere solutionẽ rei quæ debetur ratione prædicti contractus, non tamen videtur ei permissum, vt possit alteri donare. l. contra iuris. 29. §. final. s. de pactis. Si autem velit, quòd alius recipiat nomine ipsius serui, & ad eius vtilitatẽ, & hoc ei permittitur. Cũ enim ille alius recipiat, quasi procurator serui, locũ habet regula. c. qui per alium. de regul. iur. in. 6. & l. 1. §. per procuratorem. j. de acq. poss. & quia procurator cõstitutus ad negocia, potest loco sui aliũ substituere. l. si procuratorẽ. §. §. 1. s. mãdata. c. 1. §. fin. de procurat. in. 6. & hãc differentia formaliter constituit Iureconsl. l. fin. j. de nouation. Ex quibus ita præmissis iam infertur vera explicatio ad. l. fugitiuus. 19. j. de solution. dum probat in prima parte, quòd si seruus fugitiuus recepit pecuniã quam mutuauerat, contingit liberatio: nam ratio est, quia ex mutuo facto per seruum fugitiuum, accipiens erat domino obligatus, sequuta scilicet cõsumptione, vt est expressum. l. rogasti. §. fin. s. si certum petat. Si ergo accipiẽs tãtumdem soluat liberabitur; quia cum numi soluti ex potestate legis in dominũ transferantur. l. placet. j. de acquir. hæred. meritò contingit liberatio, ac si domino facta esset solutio: & ita clarè d. l. fugitiuus. in. 1. parte. Cui tamen primæ conclusioni, nimis videtur obstare. l. qui hominẽ. 34. §. si nullo. in fin. j. de solution. vbi si fugitiuus rem vendidit, & emptor ei pretiũ soluerit, nõ contingit liberatio: & tamen secũdùm rationem suprà relatam, debuit cõtingere liberatio; Communis concordia est d. l. fugitiuus. procedere, attenta æquitate, & d. l. qui hominem. §. si nullo. in fin. procedere attento rigore. Sed non placet, quia sic in effectu d. l. fugitiuus. corrigeret d. §. si nullo. in fin. cũ æquitas scripta debeat præferri rigori. l. placuit. C. de iudic. Bart. l. cotem ferro. §. qui maximos. in princ. j. de publican. & tamen semper legum correctio euitãda est. c. cũ expediat. de electio. in. 6. & idcò probabilior est solutio glo. d. l. fugitiuus. verb. liberari. quam ibi probat Iacob. de Rauenis, quòd d. l. fugitiuus. procedat in
2 mutuo, † & d. l. qui hominem. §. si nullo. in fin. procedat in venditione: & quanuis alij cõmuniter reprobent, quasi vtroque casu sit eadem ratio. Tamen ego auerto, inter hoc casus manifestã esse rationẽ differẽtię, quia quãdo seruus fugitiuus recipit id quod mutuauerat, nullũ infertur domino præiudicium, si ex illa receptione debitor liberetur: nam & numi soluti ex potestate legis domini fiũt, & in pecunia nihil interest, suam vel aliã pecuniam habere. l. numis. s. de in litem iurand. Cæterùm in venditione, si ex acceptatione pretij sequeretur liberatio, maximum inferretur domino præiudicium, quia sequuta liberatione, in necessariam



sariam consequentiam remaneret valida venditio facta per fugitiuũ, & sic dominus inuitus careret re vendita, quæ re vera sua esset, quòd nimis præiudiciale esse censetur. l. non enim. j. de action. rerum amota. l. inuitum. C. de contrah. emptio. Et confirmatur, quia seruus, cui administratio peculij cõcessa est, potest mutuando contrahere mutuum. d. l. rogasti §. fin. s. si certum petat. & tamen is vendere non poterit, nisi libera peculij administratio ei concessa sit: argumen. l. quam Tuberonis. in princ. versic. alia. s. de peculio, quia scilicet ex mutuatione pecuniæ, non infertur domino præiudicium, quòd tamen ei videtur inferri per vẽditionem, vt declarat Deci. l. rogasti. §. fin. in princ. & ibi Purpurat. num. 2. Aliqui post princ. Ex qua noua concordia infero, quòd si in specie d. §. si nullo. in fine. ageretur de mutuo, si accipiens solueret, remaneret liberatus, vt est expressũ in d. l. fugitiuus. siue mutuum consisteret in pecunia, de quo loquitur d. l. fugitiuus, siue consisteret in rebus consistentibus pondere & mensura: nam cum tãtumdem eiusdem bonitatis reddatur. l. cum quid. s. si certum petat. adhuc militat ratio de qua suprà. Quanuis aliud esset dicendum, si prædicta venderentur, nam cum pro illis pecunia sit accipiẽda, & sic aliud pro alio inuito creditore, adhuc militat ratio de qua suprà, adiuncta l. 2. §. 1. in fine. s. si certum petat. Vnde in his terminis adhuc procedet decisio d. §. si nullo. in fin. Infertur secundò, quòd si in specie d. §. si nullo. seruus haberet liberam peculij administrationem; quia tunc licitè potest vendere, quasi ex domini voluntate, vel etiam valet vẽditio, quia posteà illam dominus ratã habuit, iuxta. l. si quis offerenti. 58. j. de solution. tunc si emptor soluerет pretium seruo, cõtingeret liberatio, quia cessat ratio de qua suprà: & militat regula. l. quòd ser-
3 uus. 35. j. de solution. † Et tamen diuersum erit si tempore venditionis, seruus cui fuit concessa libera peculij administratio, esset fugitiuus: nam tũc propter mutatos mores, censetur reuocata libera peculij administratio. l. libera. 48. s. de peculio. l. rogasti. §. fin. s. si certum petat. & ibi Alexand. à num. 2. Deci. à num. 4. & Purpur. à num. 11. Vnde non valeret venditio facta per eum; & consequenter, neque per solutionem prætij liberaretur emptor, vt clarè probat d. §. si nullo. in fine. & in his terminis procedit differentia inter mutuum, & vẽditionem, quam suprà assignauimus. Et hæc de prima conclusione d. l. fugitiuus. Succedit igitur secũda, quòd si ille, qui recepit mutuum, nõ soluat fugitiuo, qui mutuauit, sed alteri de eius voluntate, vel fugitiuus factam alteri solutionem ratam habuit, non contingit liberatio. Ratio est secundùm Paul. hîc numer. 2. quia fugitiuo ex permissione legis videtur concessum, q̃ possit recipere solutionem ratione contractuum, quos gessit. Cùm autem hæc permissio facti sit, non potest in alium transferri. §. sed cum factum. Institut. de stipulat. seruor. Cæterùm si alicui competat non solum facultas recipiendi solutionem, sed etiam ius obligationis, si alteri soluatur, de eius voluntate, continget liberatio tex. hîc. Sed nõ placet, quia sequeretur, quòd si fugitiuus velet, quòd alteri soluatur, recipienti illius nomine, non posset id facere, & tamen id falsum est, quia imò tũc illi alteri solui poterit, iuxta regulam. l. nihil. C. de solution. & in materia bonus text. l. fin. in princ. j. de nouation. & in specie tradunt Oldrad. Bart. Paul. & Imol. d. l. fugitiuus. Verior ergo ratio est, quòd in isto secundo casu, seruus voluit in tertium illud dominiũ trãsferri, vel quia rationes cum eo habe-
4 bat, vel ex alia causa: † nam cum tunc numorum solutorum dominium in dominum transferri non possit, non liberabitur soluens, quod clarè sentit Imol. d. l. fugitiuus. in summario, dum dicit, per solutionẽ cõtingere liberationem, quãdo

rei solutæ dominium transfertur in dominum serui fugitiui, alias secus. Et ex his facilè d.l. fugitiuus. componetur cũ nostro text. nam loquitur, quando ad cõsequendam liberationem oportet, rei solutę dominium alteri acquiri ex potestate legis. Sed extra hunc casum sufficiet volũtate mea alteri tradi, etiam vt in eũ transferatur dominium, quia ego ita remaneo obligatus, ac si mihi traditũ fuisset. l. etiamsi. 20. §. de iure dotium. & ibi glos. l. si nuptura. 14. in princ. §. de fundo dotali. Neque obstat si dicas, quòd quando iussu serui solutio alteri fit, fictione breuis manus, videtur ei prius facta, & per eum transferri in accipientem. l. 3. §. fin. §. de donation. inter virum. & in materia bonus text. l. vir ab eo. 50. §. de iure dotium. Si ergo prius videtur solutũ seruo, eodem momẽto domino acquiritur. l. placet. §. de acquir. hæred. ergo semper verum est dicere, dominium rei solutæ quæri domino serui fugitiui, & consequẽter semper mero iure debet contingere liberatio, quia respondetur, quod ita acquiritur seruo, vt apud eum non remaneat: & ideò nõ potest induci prædicta legis acquisitio. Bart. l. 2. §. 1. num. 1. §. de donation. quanuis ea efficiat, vt maritus remaneat obligatus ad restituendam dotem, vt suprà dictum est. Et ad hunc modum debet explicari. l. si mulier. 60. §. de iure dotium. Vltima conclusio ex d. l. fugitiuus. in fine. ea est, quòd seruus, cui peculium cõcessum est, potest recipere solutionem eorum quę debentur, ratione peculij, non tamen potest nouare, vel delegare cõcordat. l. seruus neque. 16. §. de donation. Sed videtur obstare. l. qui rectè. 10. §. de nouatio. vbi probatur, quòd is cui rectè soluitur, potest nouare obligationem, sed seruo rectè soluitur: ergo & poterit nouare. Vera resolutio colligitur ex. l. non ideò. 25. §. de nouation. † quòd seruus recipit solutionem tãquam debiti alieni, scilicet domini: & ideò obligationem mero iure quæsitam domino, non potest nouare absque eius voluntate, iuxta regulam. l. si mandato. 45. §. 1. §. mandati. secus si posit recipere solutionem, tanquam proprij debiti, tunc enim procedit regula d. l. qui rectè. & ita Imol. & Paul d. l. nõ ideò. Vlteriùs & aduersus prædictam conclusionem vrget. l. fin. in princ. §. de nouation. vbi probatur, quòd seruus, cui cõcessa est peculij administratio, potest nouare obligationem: quod etiam probat. l. libera. 49. in fine. §. de peculio. & l. huic enim. 21. §. de iureiurand. Vera cõcordia est, quòd aut is habet simplicem administrationem peculij, & is nouare, uel delegare non poterit inuito domino, iuxta iura primo loco citata, aut habet administrationem cum libera potestate, & is delegare, & nouare poterit, vt in simili probatur. l. procurator cui generaliter. 58. §. de procurator. & in materia bonus text. l. si conuenerit. 19. §. fin. §. de pignor. actio. & ita glos. 1. l. fin. §. de nouation. Ias. l. rogasti. §. fin. num. 1. §. si certum petat. Cui tamen addendum est, quòd licèt habens simplicem administrationem, non posit nouare, neque alienare, poterit tamen numos peculiares mutuo dare, vt supra diximus. Item quòd licèt Alciat. d. l. rogasti. §. fin. post princ. faciat differẽtiam inter peculium simpliciter concessum, vel concessum cum iure administrandi, vel concessum cum libera administratione: tamen talis differentia iure non probatur, imò cui conceditur peculium, tacitè videtur cõcessa illius administratio: argum. l. 2. §. de iurisd. omnium iudic. non tamẽ cum libera, nisi hoc exprimatur. l. quam Tuberonis. 7 in princ. versic. alia est. §. de peculio. Cui igitur peculium tantùm conceditur, vel cum iure administrandi, is neque nouare poterit, neque delegare, qui autem habet administrationem cum libera, nouare & delegare poterit, dum tamen id non faciat animo donandi, hæc enim facultas ei non videtur concessa, iuxta regulam. l. contra iuris. §. final. §. de pact.



pact. & l. filius familiàs. post prin. §. de donation. & in materia est expressum. l. fin. §. de nouatio & l. 1. §. 1. §. quæ res pigno. obligari possunt. † Et hæc de prima conclusione huius text. Succedit igitur secũda, quòd si filius in potestate patris sit, & pater dotem accipiat ipse pater obligatur ad dotis restitutionem. Et est ratio, quia actio procedens ex promissione dotis facta filio, ipso iure translata est in patrem. l. placet. §. de acquir. hæred. & ideò cum ei tanquam domino actionis, dos tradatur, meritò ad illius restitutionem tenetur, & est de mente Bart. hîc nu. 2. Bald. post princ. Alberic. num. 6. & Paul. num. 4. Ex qua ratione infertur, quòd ex prædicta datione, filius non remanebit obligatus, cum enim pater acceperit tãquam dominus actionis, & suo proprio nomine: succedit titulus. C. ne filius pro patre, & sentit clarè is text. in fin. dum tãtùm obligat filium quando fuerit hæres patris, & ex illius persona conueniatur, vt expendit Alexand. hîc in princ. Infertur secũdo, quòd pater hoc casu recipiet dotẽ etiam inuito filio. Cùm enim actio patri sit quęsita, ei debet fieri solutio, quãuis si actio esset filij, non posset pater rectè recipere solutionem, sine filij consensu. l. qui hominem. 34. §. si nullo. in princ. & l. si quis offerenti. 58. §. de solution. Infertur tertiò, quòd etiamsi filius consentiat dari dotem patri, non ob hoc remanebit obligatus: nam cum is consensus non sit necessarius, & sic inutiliter interueniat, non debet filius propter eũ obligari. l. 1. in fine. C. de honorib. & munerib. non continuand. lib. 10. facit cap. non præstat. de regulis iuris. in. 6. & quia quando quis nõ tenetur se obligare pro actu alterius, neque consensum præstare, simplex consensus circa illum actum, non obligat cõsentientem. l. Lutius. 22. §. de administ. tutor. & in frà latiùs dicemus: quòd clarè sentit is text. dum in fine obligat tantùm filium, quando fuerit hæres patris, quasi in nullo alio casu obligetur: & quia sentit differentiam esse inter filium emãcipatum, & in potestate, & sic sentit, quòd licèt quãdo filius emãcipatus cõsentit dotem alteri dari, remaneat obligatus, diuersum erit in filio in potestate, cui dos non erat danda, & cõsequẽter neque vtiliter poterat cõsentire, quòd dos alteri detur. † Infertur quartò, quòd cum dos censeatur quid aduẽtitium. l. 1. C. de bonis quæ liberis. & sic pater in dote tantùm habeat ius administrandi. l. 2. C. de bonis quæ liberis. Bart. l. contra. §. 1. ad fin. §. de action. rerũ amotarum. quòd pater hodie censebitur recipere dotem non nomine proprio, sed nomine filij, tanquam eius legitimus administrator. l. 1. C. de bonis matern. glo. l. post mortem. §. fin. §. quando ex facto tutoris. & consequenter propter receptionem dotis, non remanebit hodie pater obligatus: sed potius filius, cuius nomine videtur recipi, & ita Cuman. hîc num. 1. Sed contrarium tenet Paul. hîc num. 4. quia secundùm hęc, prædicta cõclusio huius text. remaneret correcta, & tamen semper euitanda est legum correctio. Neque obstat Cumani ratio, quia respondeo, quòd licèt verum sit hodie non tradi dotem socero, ea ratione, quia actio eius sit, tamẽ ei nihilominus necessariò danda est, propter eam regulam deductam ex peculiari natura dotis, quòd ibi debet esse dos, vbi sunt onera matrimonij. l. si is qui. 57. §. 1. §. de iur. dotium. Sed quando pater habet filium in potestate, onera matrimonij pertinent ad ipsum patrem. l. si filia. 20. §. 1. ad fin. §. fam. ercisc. glos. recepta. l. si quis à liberis. §. si vel parens. verb. cætera. in fin. §. de liber. agnoscend. ergo cum dos etiã hodie necessariò dãda sit patri, ex ipsa datione ipse tantùm debet remanere obligatus. Poterit sane admitti opinio Cumani, quando pater tempore dationis declararet, se recipere nomine filij tanquam eius legitimus administrator: nam tunc filius, cuius nomine recipitur dos, remaneret obliga-

obligatus.l.1.C.de bon.matern. Bar.hic num.2.Angel.§.fuerat.num.26.ad medium.Instit.de action.dũ modo huic declarationi patris,filius consentiat: nam cũ pater debeat recipere hãc dationem proprio nomine, & ratione eius remaneat obligatus, vt suprà probauimus; si per declarationẽ suam velit;hãc obligationem in filium transferre;oportet prædictæ declarationi filium consensum adhibere.l.vlt.§.itẽ si prædixit.ſ. nautæ caupones.Bart.l. non solùm.§.morte. num. 19.ſ.de noui oper.nuntiat.& in terminis
8 tradit Alberic.hic num.6.† Neque hoc casu sufficeret non contradictio, siue taciturnitas filij,quia propterreuerentiam paternam,censetur tacuisse.l.penul.ſ.de furtis.Bar.l.quæ dotis.num.23.ſ.eodem. Illud certum est,quòd hæc secunda cõclusio obtinebit locum,attento iure cõmuni,secundũ quòd filius per matrimonium non eximitur à potestate paterna. l.si vxorẽ.C.de cond.infert.glos.in prin. Inst.de Tertulliano.nam in Hispania minimè obtinebit;quia secundũ leges prædictę prouinciæ,per matrimonium filius eximitur à patria potestate, & sic in Hispania non potest practicari hæc secunda conclusio huius text.sed tantùm prima,tradit Gregor.l.23.tit.13. partit.5. in glos.2. Hanc secundam conclusionẽ huius text.ita explicatam ampliabis procedere,etiamsi filio detur dos de voluntate,& iussu patris:nam adhuc pater solus remanebit obligatus,ac si illi dos data esset:argum.l.etiamsi.20.ſ.de iur.dotium. & in specie probat is tex. in hac secunda parte,ibi: Iussu soceri,id est,eius voluntate,vt hic exponunt Dyn.& Bald. Et confirmant Corne.consil.256.à numer.33. lib.1.Negus.de pignorib.4.memb.2.partes.num.42. & sic clarè probat is tex.prędictam ampliationem. Sed ad illius declarationẽ de duobus videndum est.Primũ,qualiter hæc voluntas patris dicatur interuenisse? Secundũ,vtrùm in terminis huius ampliationis filius recipiẽs dotem,etiam ex sua persona remaneat obligatus ad dotis restitutionem? Et quoad primum dicendũ est,quòd si sciente patre dos data est filio, propter hoc pater videbitur consentire, quòd dos daretur filio;& consequenter remanebit obligatus in solidum ad dotis restitutionẽ iuxta hunc tex.& ita Bart.hic num.7. Ex cuius doctrina prima sit cõclusio, quando quis non solũ tenetur consentire in actu filij,sed etiam pro eo se obligare, & tunc ex simplici consensu remanet pater obligatus.l.si filius familiàs.7.ſ.de tutelis.vbi pater consentiens,quòd filius gerat tutelam datiuam, propter hunc consensum pater remanet obligatus;quia scilicet pater non solùm tenetur consentire,quòd filius familiàs gerat tutelam, sed etiã & pro eo se obligare.l.fin.§.fin.ſ.de suspect. tutorib.l.si quis inter.8.§.fin.ſ.de excusatio.tuto. Ergo bene probat prædictam conclusionem,quam probat Corne.cõsil.256.num.33.libr.1.Negus.de pignorib.4.memb.2.part.num.39.Ioannes de
9 Amicis consil.90.nu.6. & ad hoc text. d.l. si filius familiàs.reputat singularem Platea.l.1.num.2.ad finem. C.de decurion.lib.10. Secunda conclusio ex Bart. est,quòd vbi pater tantũ tenetur consentire in actu filij.nõ autem pro eo se obligare,tunc consentiendo non obligatur. l.Lutius Titius.22.ſ.de administ. tutor. vbi pater consentiens, quòd filius gerat tutelam testamentariam, nõ obligatur, quia licèt pro datiua teneatur se obligare pro filio,vt suprà diximus. Pro testamentaria autem,neque pater neq; alius tenetur se pro filio obligare.in princ.Instit.de satisd.tutor. & hac ratione cõsentiendo non obligatur pro filio;nisi actione de peculio,& de in rem verso, quibus actionibus teneretur,etiamsi cõsensum non præstitisset.§.præterea.Instit.quod cum eo.& ita prædicta Bart.resolutio cõmuniter recipitur:vt asserit Alexan.hic num.6.& eam probat Bald.l.1.ad fin. C. quod cum eo.Angel.§.fuerat.num.28.

Instit.



Instit.de action.Afflictis decisione.332. num.2.Curt.Junior consil.133.num.2. Palac.rep.rub.§.21.num.5.Octauian.decision.Pedam.43.num.8. Ex qua resolutione infertur,quòd cum pater teneatur dotem recipere,& pro eius restitutione se obligare,quando filius est in eius potestate,consentiẽdo dotem filio dati, semper remanebit obligatus, etiamsi protestetur, quòd consentit eo animo ne remaneat obligatus:nam in his, quæ pendẽt à dispositione legis protestatio hominis,nihil operatur,gloss.l.alimenta.C. de negoc.gest.& in specie Iason. §.fuerat.num.108.Instit.de action. Palac.tepet.rubr.§.21.à num.6. Infertur secundò,quòd prout pater non tenetur accipere dotem;quando filius est emancipatus,vt probat is text. facta relatione huius secundæ conclusionis ad primam.Et consequenter neque pro dotis restitutione se obligare,si consentiat,filiũ emãcipatum accipere dotem, propter hunc consensum nõ remanebit obligatus, iuxta regulam.l.Lutius Titius.22.ſ.de administr.tutor. & in specie videtur text.l.1. C.de filijs familiàs. & quemadmodum pater.lib.10.l.fin.§.item rescripserunt patris.ſ.de municipales. In quibus probatur,quòd si pater consentit,filium suum emancipatum creari magistratum, non
10 obiad pro eo,censetur obligatur: † ergo à fortiori non obligabitur, si consentiat filio emancipato dotem dari, vel tutelam ei deferri: faciliùs enim pater obligatur,quando consensit filio deferri magistratum,& sic officium authoritate,& vtilitate publicum,quam quando consensit ei deferri officium,quòd saltẽ vtilitate sit priuatum.l.1.C. quod cum eo. & ibi glos.verb.in rem.& in glo.fin.& ita in specie hac ratione tenet Speculator tit.de dote post diuortium. §. formatis. Inuenio tamen,quòd aduersus hanc illationem,tenet Corne.cõsil.256.à nu.35. lib.1.contendens,quòd etiamsi agatur de actu,in quo pater nõ teneatur se obligare pro filio tamen si expressum cõsensum adhibeat filio,actũ facienti,propter hoc videbitur pro eo obligatus, motus quia pater non tenetur cõsentire, quòd filius familiàs fiat decurio,& cõsequẽter neq; tenetur pro eo se obligare.l.honores.in fin.ſ.de decurio. & tamen si consentiat cum fieri decurionem, censetur obligatus pro filio.l.2.in princ.ſ.ad municipales.l.1.C.de decurion.lib.10.quo argumento idem tentat Cuman.hic numer.6. Item adducit.l.si res.5.§.quod seruus.ſ.de in rem verso. vbi si dominus cõsentiat,seruum aliquem actũ facere, propter hunc consensum, remanet obligatus,ac si expressè iuberet;illum actum fieri;quod etiam colligitur ex.l.1.§. sed etsi serui.ſ.quod iussu. Sed his non obstantibus nostra illatio verior est suprà traditis. Neque obstãt rationes Cornei, nam ad primam respondetur, quòd.l.2.ſ.ad municipal. procedit,quando pater consentit,filium in potestate creari decurionem,vel magistratum publicum, tunc enim propter hunc consensum,remanebit obligatus:secus si consentiat, filium emancipatum creari magistratum, nam propter hunc consensum minimè obligabitur.l.1.C.de filijs familiàs, & quemadmod.pater.libr.10. Et sic retorquebitur argumentum.Itẽ & secundò respondetur,speciale esse fauore Reipublicæ,vt si pater cõsentiat filiũ familiàs creari magistratum,propter hunc consensum cẽseatur obligatus, quantumcunque non teneretur consentire, neq; pro filio illo casu se obligare,quæ specialitas fuit inducta,vt per hoc indemnitati Reipublicæ cõsulatur.l.3.§.fin.ſ.de peculio. Sed extra hunc casum pater consentiẽs filio aliquid deferri, propter hunc consensum,
11 nõ remanebit obligatus: † si aliàs pro eo munere non tenebatur se pro filio obligare, vt efficaciter probat text.l. Lutius Titius.22.ſ.de administ.tutor. vbi pater consentiẽs,filium suscipere testamẽtariã tutelã,nõ ob hoc obligatur; quia quãuis

tutela

tutela sit officium publicum authoritate, est tamen priuatum vtilitate, iuxta notata in principio. Institut. de excusat. tutor. & ideò specialitas, quæ inducitur in officio authoritate, & vtilitate publico, ad istum casum extendi non debet, vt aliàs inquit Iure consl. Lutius Titius. 47. §. Sempronij. in fin. ff. de administ. tutor. & ita in specie Platea. l. 1. nu. 3. C. de decurio. lib. 10. & Alexan. hîc num. 6. in fin. Palac. rep. rub. §. 21. in fine. Ruin. hîc num. 13. post medium. Prout etiam in officio publico authoritate, & vtilitate, si pater sit præsens quando officium defertur filio, & taceat, videtur consentire. l. 2. §. 1. ff. ad municipalis. & tamen quando pater propter consensum, obligatur pro filio tutelam suscipiente, non sufficiet eius præsentia cum taciturnitate, sed requiritur expressa cognitio, & approbatio, vt colligitur ex. l. si filius familiàs. 7. ff. de tutel. & contra glos. resoluit Bart. ibi num. 1. glos. l. 1. C. quod cum eo. verb. in rem. & glos. fin. & ibi Salic. num. 2. Bart. l. 1. numer. 4. C. de decurio. lib. 10. Vnde pro regula constituendum est, quòd extra casum specialem. l. 2. ff. ad municip. pater consentiens actum fieri, pro quo nõ tenebatur se pro filio obligare, nũquam ex hoc consensu censetur obligatus pro filio, vel seruo. gloss. celebris in. l. 1. §. si ratum. verbo, si ratum. in fin. ff. quod iussu. & prosequuntur Alexan. hîc. num. 6. Iason. l. 1. in princ. num. 7. ff. de verb. obligation. Felin. c. non ne. num. 16. de præsumpt. Palac. rep. rub. §. 21. num. 18. Neque prædictis repugnat text. l. si filius familiàs. 7. §. de tutel. † vbi probatur, quòd si pater consentiat, filio deferri tutelã da
12 tiuam, propter hunc consensum cẽsetur obligatus pro filio: nam respondetur, q̃ text. loquitur in tutela datiua, pro qua satisdatio præstanda est. §. nos autem. Institut. de attiliano. tutor. & proinde pater pro filio tunc tenetur se obligare. l. si quis inter. 18. §. fin. ff. de excusatio. tutor. l. fin. §. fin. ff. de suspect. tutor. & ideò tũc propter consensum obligatur: secus si non teneretur pro filio se obligare. nam tunc propter solum consensum, nõ censeretur obligatus pro filio. l. Lutius Titius. 22. ff. de admin. tutor. vbi Bart. nu. 1. ita resoluit, & hîc num. 9. & d. l. si filius familiàs. num. 1. ff. de tutel. subscribit Platea l. 1. num. 2. C. de decurion. lib. 10. Habet tamen hæc solutio duas difficultates. Prima est, quòd præsupponit pro tutela datiua dandum esse fideiussorem, & tamẽ contrarium probat tex. in princ. Inst. de satisd. tutor. Sed respondetur, argumentum concludere, quãdo quis datur tutor adhibita inquisione, tunc enim non tenetur is dare fideiussorem d. §. 1. Instit. de satisd. tutor. l. bonorum. 8. ff. de curator. furiosi. Cæterùm si non detur tutor ex inquisitione, sed ad simplicem requisitionem partis, tunc satisdatio præstanda est. l. fin. C. de author. tutor. l. bonorũ. 8. ff. de curator. furiosi, vel quando dantur ex inquisitione ab inferioribus magistratibus: nam & hi tutores etiam ex inquisitione dati, tenentur satisdare. l. 1. C. de tutorib. & curator. qui satis non dederunt, tradit Bart. l. tutores. nu. 1. ff. de cõfirmand. tutor. cuius resolutio communiter recepta est, vt asserit Oldrobandi. in princ. num. 43. Instit. de satisd. tutor. In his ergo duobus casibus, procedet quod præsupponit d. l. si filius. aliàs pro tutore dato per inquisitionem, non est satisdandum, & consequenter neque pater consentiens pro filio obligabitur, vt efficaciter probat. l. 1. in princip. C. quod cum eo. Secunda difficultas est, quòd præsupponit prædicta solutio, quòd pater teneatur satisdare pro filio, quando ei defertur tutela, pro qua satisdandũ est. Quod tamen non videtur verum: nam si pater non tenetur se obligare pro filio, cui defertur officium authoritate, & vtilitate publicum. l. honores. in fine. ff. de decurion. à fortiori non debet obligari, pro tutela filio delata, quę censetur officium publicum authoritate, priuatum autem vtili-



vtilitate, vt suprà dictum est. Et ita arguit Cuman. hîc nu. 6. post mediũ. & l. si filius ad finem. §. de tutellis, & Albe. hîc nu. 2. Neq; contrarium probat. l. si quis inter.
13 18. §. fina. ff. de excusat. tutorum † cum similibus, quia pater obligatur, ibi, quando ex parte eius interuenit dolus, vt expendit Cuman. hîc nu. 4. & Albe. nu. 3. facit in simil. l. fina. §. item rescripserunt patris ff. ad municipales, & l. si filia. 5. §. de diuortijs prætereà prædicta iura sunt intelligẽda, quãdo filius non potest inuenire aliũ fideiussorem, quam patrẽ, vt tenet Bald. l. 1. ad finem, & ibi Salic. nu. 2. ad finem. C. quòd cum eo. Ergo non est verũ dicere, quòd pater pro filio tutore dato, teneatur simpliciter se obligare. Sed defendendo cõmunem opinionem, & ad hãc secundã difficultatem responderi potest primo, quòd pro filio electo ad officium publicum, illud specialiter inductũ est, vt pater tacendo videatur consentire in sui præiudicium, aduersus regulam generalem. l. filius familiàs. §. inuitũ. §. de procurato. vt constat ex. l. 2. ff. ad municipales. Vndè aliud in ipsius fauorem inductum est, ne inuitus cogeretur pro eo se obligare. l. honores. §. fina. §. de decurio. in tutella autem pater tacens non videtur consentire, vt suprà diximus. Et ideò in fauorem pupilli inductum est, vt pater pro filio familiàs tutore dato obligaretur, si idoneus ad illam tutellam esse videatur. l. si in tres. 18. §. fin. ff. de excusatio. tuto. Neq; satisfacit responsio. §. tradita, quia imò tex. in. d. §. fin. videtur sentire, quòd cum filius familiàs nulla bona habens facile non inueniet fideiussorẽ, præter patrem, si pater pro eo non vult fide iubere, præsumitur, quòd id faciat in fraudem, vt scilicet filium liberet ad illa tutella, vt est de mente Roman. hîc num. 12. Bald. Nouelli de dote. 6. parte, priuileg. 20. num. 4. Eo igitur casu, vel pro eo tenebitur, ac si fideiussisset, arg. l. fina. §. item rescripserunt patris. ff. ad municipales, vel dabitur tutor simul, cum filio. d. l. si in tres. §. fina. ff. de excusatio. tuto. Cũ igitur in effectu debeat se obligare pro filio, si consentiat, eum esse tutorem, videtur se pro eo obligasse: prout tenebatur, scilicet fideiussorio nomine, vt declarat Gofred. l. si filius familiàs ad finem. §. de tutellis, & iuxta hæc venit explicandus tex. in. l. 1. C. quòd cum eo.
14 † Nam vt sit differentia inter primum casum, & secundum dicendum est, quòd & si quis detur tutor consentiente patre, non videtur pater pro eo obligatus, sed tantum tenetur actione de peculio, intelligendo in tutore dato per inquisitionem, pro quo nullus tenetur satisdare in princ. Instit. de satisd. tuto. & consequenter pater consentiens non videtur pro eo obligatus. l. Lucius Titius. 22. ff. de administ. tuto. Sed tamen pater consentiens, quòd filius efficiatur decurio, pro eo censetur obligatus. l. 2. ff. ad municipales. l. 1. C. de decurio. lib. 10. ratione. §. tradidimus. Addit. d. l. 1. in. 2. casu, quòd si ratione decurionatus filius fuerit datus tutor, tunc pater pro ea tutella censebitur obligatus, etiamsi ad illam gerẽdam, consensum non præstiterit, nam cum consenserit in decurionatu, videtur etiam consentire in his, quæ in consequẽtiam illius inducuntur iuxta ea, quæ tradit Corne. cons. 256. à nu. 20. lib. 1. adeò, quòd licet pater cõsentiẽs in decurionatu filij, non teneatur, nisi pro his quæ cõcernunt indẽnitatem Reip. non autem pro his, quæ concernunt indẽnitatẽ priuati. l. 3. §. fina. §. de peculio. tamẽ etiã tenebitur pro concernentibus vtilitatem priuatam, quando illa vtilitas priuata habuit originẽ, ab obligatione decurionat' notat Salic. d. l. 1. n. 5. C. q̃ cũ eo. Et notabis, q̃ illa obligatio patris, quæ cẽset cõtracta quãdo filius suscipit officiũ publicũ, videtur esse fideiussio indẽnitatis, pro qua nõ potest fieri exequutio in patre, nisi prius excusis bonis filijs. l. 1. in fine. C. de decurio. lib. 10. l. libertus. 17. §. 1. ff. ad municipales. Idq; generale esse in omni

obligato Reip. Pro officio alterius probat.l.4.§.fin.ʃ.de administ.rerum ad ciuit.pertinentiũ.l.1.C.de cõueniend.fisci debito.lib.10. Sed quando pater cõsentiens in tutella filio delata, videtur obligari pro filio iuxta.l. si filiusfamiliàs. 7.s. de tutellis, videtur obligatus tãquam simplex fideiussor, qui olim poterat cõueniri ante principalem.l.1.C.de fideiusso.tuto. hodie autẽ obseruatur decisio, auth. præsente.C. de fideiussorib. & ita sentit glo.l.tria onera.5.ʃ.de excusatio.tuto. & ibi Bar.notab.Salic.l.1.à nu.5.C.quòd cũ eo. Quidquid contrariũ, vt receptũ tradat Platea.l.1.n.6.C.de decurio.lib.10.Et sic ex his constat primũ argumentũ Cornei suprà relatũ nihil facere, pro eius opinione, pro quo etiã non facit secũda ratio deducta, ex.l.si res.30.§. quod seruus
15 s.de in rẽ verso,† quia placet mihi consideratio, Cuman.hîc nu.6. q̃ aut obligatio & vtilitas quæritur patri, & tunc eius volũtas habebitur pro iussu.l.1.§. si ratũ, s.quòd iussu, si autem obligatio, vel vtilitas, nõ transit ad patrem, tunc volũtas nõ habetur pro iussu. l. Lucius Titius. 22.ʃ. de administ.tuto.l.1.C. quòd cũ eo subscribit Ang.§.fuerat nu.28.Instit.de acti. Cùm igitur vtilitas dotis datæ, pertineat ad filiũ emancipatũ, voluntas patris non debet haberi pro iussu.Et sic opinio Speculatoris suprà relata videtur esse verior. Ex quibus infertur à notatio ad tradita per Paul.hîc nu.5. Alex. nu.6. dũ contra Speculatorẽ concludunt, quòd si pater consentiat dotẽ dari filio emãcipato, propter hũc cõsensum, obligabitur ad dotis restitutionẽ. Subscribit Campes. de dote.3.parte.q.168.n.2.Palac.rep.rub.§.21. à nu.16.mouentur, quia prout pater iure cõmuni tenebatur pro filio etiam emancipato, præstare donationẽ propter nuptias.l.fin.C.de dotis promissio, vt per eã mulier esset secura de dote sua.c. fin.de donat.inter virũ & vxorem. Ita & hodie pro securitate dotis, tenetur se, & sua obligare Bar.hîc nu.6. cuius opinio communiter recipitur, vt asserunt Corne. consi. 256.nu.21.&.35.lib.1.Curt.Iunior.consil.133.nu.2. Succedit igitur decisio.l. si filius familiàs.7.s.de tute.quòd vbi pater tenetur se pro filio obligare, ex suo cõsensu inducitur obligatio. Sed opinio Speculatoris verior videtur ex suprà traditis, & ex.l.1.C.de filijs familiàs, & quemadmodum pater lib.10.adiuncta.l.2.ʃ.admunicipales. Neque satisfacit responsio Alex. & aliorum suprà citatorum, quòd pater non tenetur se obligare, pro filio suscipiẽte officiũ publicum.l.honores in fine.ʃ. de decurio. Pater autem pro dote data filio emancipato, tenetur se obligare, vt suprà dictum est, quia replicabitur, quòd licet pater nõ teneatur se obligare pro filio suscipiente officiũ publicum, tamen fauore Reip.inductum est, vt per solum cõsensum pater obligetur pro filio, ac si pro eo teneretur se obligare, vt probat.l.
16 2.ʃ.ad municipal.& diximus.s.† Et nihilominus si pater consentiat, huiusmodi officiũ deferri filio emãcipato, nõ obligatur.d.l.1.C.de filijsfamiliàs. Et quẽadmodũ pater, lib.10.ergo pariter licet propter cõsensum pater obligeẽ, quãdo pro filio tenebatur se obligare: debet hoc tãtũ locum habere in filio in potestate, nõ autẽ in filio emancipato. Neq; obstat fundamẽntũ contrariæ opinionis, quia in primis responderi potest, eam doctrinam Bar.tantũ procedere in filio in potestate, non autẽ in filio emancipato, cui pater non tenetur quærere vxorẽ, vt sentit l.qui liberos suprà de ritu nuptiarum, & consequenter, neq; pro eius nuptijs bona sua obligare, & ita Corrase.d.l.qui liberos, nu.10. Et in specie sentit Curt. Iun. consi.133.nu.3.& Menoch. cõsi.33.nu. 25.lib.1. Sed non placet, quia verius est, doctrinam Bart.procedere etiam in filio emãcipato, vt infrà probabimus. Et ideò melius respondetur, prædictam Bar.doctrinã procedere, quando aliter filius nõ potest inuenire vxorem dignam, quam si pater obliget se pro dotis restitutione,



tione, vt sic mulier, sit secura de dote sua, & ita Roman.hîc nu.12.Alex.nu.5. ad finem.Corne.consi.256.nu.19.lib.1.& in fine.Nouellus de dote.6.parte, priuileg. 20.nu.4. Vndè si filius emancipatus habuerit bona, per quæ mulier possit esse secura de dote, non tenebitur pater pro filio dotem recipiente, bona sua obligare, quãtuncumq; mulier, nolit ei nubere, nisi pater pro eo se obligaret? Neq; enim tunc potest dici, stare per patrem, quominus filius contrahat matrimoniũ, sed potius propter importunam; & minimè necessariam mulieris petitionẽ, quæ non debet onerare patrem mariti, arg. l.non debet alteri.ʃ. de regul. iuris. Sed potius filius debet compelli, aliud quærere matrimonium, in quo non prætendatur id, quòd ad securitatem dotis non est necessarium, vt est de mente Angel. §.fuerat.n.27. Instit.de actio. Quidquid contrarium sentiat Bald. Nouellus de
17 dote.6.parte, priuileg.20.nu.4.† Quinimo verius existimo, quòd pater non cogatur pro filio bona obligare, quando filius posset alios reperire fideiussores, nã quanuis maritus eos dare, non posit vxori propter prohibitionem.l.1.&.2. C. ne fideiussores dotium detur, hoc nõ debet onerare patrem, & pariter, si quocũque alio modo præter obligationem patris, mulier posset esse secura de dote, vt tradit Angel.§. fuerat, num.27.Instit.de actio.& confirmatur, quia obligatio illa, qua pater tenebatur dare pro filio etiam emancipato donationem propter nuptias, pro securitate dotis nurus.l.fina. C. de dotis promissio.iam hodie consuetudine est abolita.glos. auth. æqualitas.C. de pact. conuentis. Et sic pater non tenebitur se obligare pro securitate dotis, nisi quando aliàs impediretur matrimonium culpa, siue dolo præsumpto patris. arg.l.si quis inter.18.§. fina. s. de excusatio.tuto.explicatæ, vt suprà, & aperte est de mente.Roman.hîc nu.12.& ad hunc modum poterunt concordari opinio-



nes, & iuxta hæc veniunt resoluẽda, quæ tradit Paul. hîc nu.9. quòd si filius mentecapti, vel furiosi, accipiat dotem, bona quoq; furiosi censebuntur obligata pro dotis restitutione. Nam cum, si ille saperet, & consentiret, bona sua essent obligata, vt suprà dictum est. Si sit furiosus, bona debent censeri obligata, ac si consentiret.arg.l.2.§.fina.s.eod. Ioannes de amicis consi.90.nu.3.& latè defendit Neguſ.de pigno.4.memb.2.partis, num.39. Sed improbant Alex.hîc nu.7. ad finem Campes. de dote.3.parte.q.167. Pallac. rep.rub.§.21.nu.8. ea ratione, quia neq; furiosus, neq; eius bona, possunt videri obligata, nisi prius detur curator, qui nomine furiosi se obliget.l.1.& l.admonendi.C. qui petant tutores. Sed vera concordia colligitur ex suprà dictis, vt opinio aduersus Pau.regulariter sit vera, procedat tamen Pauli opinio, quando filius mentecapti, aliter non posset inuenire vxorem, nam tunc bona mentecapti cẽsebuntur obligata, quia quando requiritur consensus, & præsenti non concederetur contradictio, tunc furiosus pro cõsentiente habetur Bart.l.2.§. fina. nu. 5.
18 s.eo.† Neq; tunc obstabunt.l. 1. & l.admonendi.C.qui petant tutores, quia loquuntur in iudicialibus, in quibus persona legitima debet ad esse.l.1.C.qui legitimam personam, quã furiosus non habet.l.in negocijs.ʃ.de regul.iuris, nos autem loquimur in extraiudicialibus, & in quibus furiosus si saperet, non posset contradicere, nam tunc interpretatiuũ consensum videtur habere ex dispositione legis.l.3.§. final. & ibi Bart.s. de negoc.gest. Et hæc de prima quæstione. Succedit igitur secunda quæstio, vtrum filius accipiens dotem de voluntate, & consensu patris, remaneat etiam obligatus ad illius restitutionem? Et Paul. hîc numer. 5. secure dicit, quòd pater remanebit obligatus actione, quòd iussu, & filius per actionem de dote, & idem Corne.consi. 303. num. 5

lib.4.Quæ tamen declaratio videtur esse cõtra mentem huius tex.qui probat, patrem iubentem tradi dotem filio, teneri nihilominus per actionem de dote ad illius restitutionẽ, quod etiã colligitur ex l.etiãsi.20.s.de iure dotiũ, & ideò verius videtur,filium accipientem non obligari mulieri ad dotis restitutionẽ. Vndè & is text.in fine. probat eum non obligari, nisi sit hæres patris.Pro concordia dicendũ est,quòd si mulier voluit tradere dotẽ socero,& is iubeat eã tradi filio.Si quidẽ iubeat,vt ei tradat nomine patris,certũ est,filiũ nõ obligari per dotis receptionẽ.l. si Pupilli.§.1.s.de negot.gest.l.fi.s.qd̃ iussu.l.fin.in prin.j.de nouatio.Quia tũc perinde est,ac si patri esset data.d.l.etiãsi 20.s.de iure dotium Bald.hîc post princ. Qua etiam ratione,etsi iusserit dari,vt filius eã haberet nomine proprio: adhuc idem esset dicendum,quia propter fictionem breuis manus à patre,& non à muliere, videtur dotẽ recepisse.l.3.§. fina. s. de donatio.inter.virum. Et consequenter mulieri non tenebitur, sed patri per actionem mandati.l. si procuratorem.8. §.si tutores.s. mandati Aretin. consi.29. nu.2.& est de mente glo.hîc verb. absolutè.Dum dicit,quòd si mulier voluit dotem tradere socero, & eum solum obligare,non obligabitur maritus,etsi ei iussu patris dos data sit.Quinimò dum prędicta glos.verb.absolutè sentit, quòd si mulier habuit solum animum tradendi dotem filio,& eum obligandi, quòd tũc nõ tenetur socer, & si iussu filij ei dos tradatur, & quòd si habuit animum vtrũq; obligandi,tunc vterq; obligabitur ad dotis restitutionem.l.si Pupilli.§.1.s. de negot.gest.† Et subscriburit Bart. hîc nu.2. Albe.nu.6.Imol.post princ. Bald.col. 1. ad finem. addentes, quòd indubio præsumendum est, mulierem habuisse mentẽ vtrumq; obligandi, arg.l. in ambiguis pro dote.j. de regul.iuris, & sequuntur Nouellus de dote.7.parte.priuil. 37. nu. 1.Corne.cõs.303.nu. 5.lib.4.Angel.§.fuerat nu.26. ad finẽ. Instit. de actio. Octauian.decisio Pedemontana.43.nu.11.ne cessatio intelligendũ est, quando cũ hac voluntate mulieris, simul cõcurrat volũtas patris,& filij:nam aliàs si secundũ iuris dispositionẽ alteri eorũ debeat tradi dos, & sic alterũ obligari tantũ ad dotis restitutionẽ, voluntas mulieris tradẽtis: hanc iuris dispositionem mutare nõ potuit.l.si filia.20.s.famil.ercisc. Et in specie sentit.l.quemadmodum.47.§.1.s. de iure dotiũ. Vnde prædicta traditio procedet,quando dos de consensu patris traditur filio:nam tunc in fauorem dotis, indubio credemus, & mentẽ mulieris tradentis eam esse, vt vtrumq; haberet obligatum ad restitutionẽ dotis, & patrẽ, & filiũ eo casu eandem mentẽ habuisse, & in huiusmodi præsumptione cõsister dotis specialitas,quicquid aliter eã explicet Nouellus de dote.7.par.priuil.37.Ex quo ille effectus orietur,quòd vterq; tenebitur insolidũ,ac si duo essent rei debendi l.fin.C.de dote cauta.Corne.cõs.303.nu. 5.lib.4. Quanuis, quando pater,& filius, confitentur, se dotem recipisse, quilibet videat teneri pro sua virili,vt infra dicemus.Tertia, & vltima conclusio ex isto tex.est,quòd vbi filius accepit dotem, sine consensu patris,non obligatur pater, nec dos est eius periculo. l. quemadmodum.47.§.1.s. de iure dotiũ. Tenebitur tamen de filij peculio,vel quatenus in rẽ patris versum fit,concordat.l.si filio familiàs.26.in prin.j.eo.l.si filia.20.§.1.in fine.
20 s.famil.ercisc.† Ipse autẽ filius accipiens, tenebitur actione de dote.l.si filio familiàs.54.in prin.j.eod.Sed aduersus istam, tertiã conclusionem, illa videtur vrgere difficultas,quòd dos data filio,iure potestatis trãsit ad patrẽ.l.placet.j. de acq.hæred. Ergò semper dos transit in rem patris,& consequẽter cum competat actio de in rem verso,frustra dicitur competere etiã actionẽ de peculio.Sed respondẽdũ est,quòd dos data filio similiàs quãuis mero iure acquiratur patri, tamen relinquitur



quitur in dominio, & administratione peculij ipsius filij,quasi in peculium transierit,vt colligitur ex §.seq. & l.si filio familiàs.26.in princ.j.eo.l.ex facto. 53. ad finẽ,s.de peculio. Vnde meritò præsupponitur cõpetere actionem de peculio, & non de in rem verso,quia vt hęc actio competat, oportet verti in rem domini, quæ sit extra peculium filij.l.si res.5.§.final.cum l.seq.s.de in rem verso. Si ergo vertatur in rem patris,extra filij peculiũ, competit actio de in rem verso, aliàs actio de peculio, quæ actiones competunt,etiam si ignorante patre quid factũ sit.§. præterea. Instit. quod cum eo. l.1. s. de in rem verso l.si filio familiàs.26.in princ.j.eo. Circa quas actiones tria notanda sunt. Primò,quòd indubio competent hæ actiones, neq; enim scientia, & consensus patris, præsumitur, nisi de eo constet:iuxta regulam.l.quæcunq;.§. fin.s.de Publician.in specie Cuman.cõs. 40.col.2. Itẽ & secundò,quòd si res dotales extent, tunc non est necessum ad has actiones recurrere, sed potius illæ vendicari debent per mulierem.l.de posui. 39. s.de peculio,& sic pater insolidum tenebitur,cum non sit habẽdus respectus ad peculium,Bart.hîc nu.2.ad finem.& mulier tanquã in rebus proprijs, alijs creditoribus præferetur tex.§.seq.& l.in rebus 30.& ibi Bald.nu.1.C.de iure dotium. Si vero non extent, tunc recurrendum est ad actiones huius tex.Tertiò, quòd mulier quando res dotales non extant,tamẽ habet priuilegiũ,vt præferatur alijs creditoribus peculiaribus,personales actiones habẽtibus.tex.§.seq.l.ex facto. 53.ad finẽ s.de peculio.l.2.§.fin.cũ.l. seq.j.de priuileg. credito.† Præterquã patri ipsius mariti:nã si quid ei filius debeat, hoc imprimis deducet pater ex peculio. §.cũ autẽ.
21 Instit.q̃ cũ eo,& in hac deductione nurui pręferetur:vt colligitur in.§.seq. & l.ex facto.53.in princ.s.de peculio, & clarius l.si filio familiàs.54. ad finem. j. eo. & ibi notat Rom.nu.5.vbi tex.probat, id procedere,quãdo pater cõuenitur per actionem de peculio:nam si filius cõueniatur per actionem dotis,condẽnabitur quatenus est in peculio, nec fiet deductio de eo,quòd filius debet patri, & cõsequẽter mulier ipsi patri præferetur, & ibi tradit Bar.nu.6.Pau.nu.7.& Imol.num.1.Et ob prædictã rationẽ.l.quẽadmodũ. 47.§.1.s. de iure dotiũ.probat, quòd dos tradita filio,est periculo mulieris, quandiu pater non habet ratã eam traditionẽ, quia tũc ex solo peculio debet fieri solutio deducto eo,quòd filius patri debebat,& sic facile potest cõtingere,q; in effectu dos pereat mulieri.Deniq; iuxta prędicta venit explicandus. l.si filio familiàs.26. in prin. j.eo.dum inquit, quòd si in iussu patris,filius dotem accipiat,tenetur pater de peculio, quòd explicandũ est iuxta supra tradita,& dũpò stea subdit, quòd si quid debeatur filio per mulierem,id auget dotem,colligendum est,quòd quemadmodum id quòd debet filius patri,diminuit peculium, vt probant iura suprà citata: ita per contrarium, si quid debeatur filio,auget peculium, adeò quòd si ex peculio non posit haberi integra dos, si posteà pater velit petere,id quòd mulier debet filio,opposita compensatione, excludetur pater à petitione,cum id quod petitur,augeat dotem. Et sic necessarium sit ad dotis integrã solutionem,vt ibi declarant Paul.Imol.& Alex. Potest etiam intelligi,quòd quando vxor petebat dotem,socer eã reconueniebat de eo,quòd ipsa debebat filio,& non obstante reconuentione iubeat tex.totum id, quod est in peculio præstari mulieri,quia cum id, quod ab ea petitur augeat peculiũ, totũ ei tradẽdum est. Si id sit necessarium ad dotis integram solutionẽ, vt ibi declarat Cuman.& latius Cuiac.lib.23. obseruatio.cap.37.† Hisita visis quæ ad explicationem literæ pertinebãt ad perfectam
22 declarationem materię, de tribus quæstionibus nobis agendum est. Prima, vtrum pater recipiens dotem, teneatur eam

eam filio restituere, si eum emancipet. Secunda, vtrùm pater teneatur obligare bona sua pro dote quæ filio traditur. Tertia, vtrùm lucrum, quòd filius acquirit ex dote, teneatur fratribus conferre & cum eis communicare. Et quoad primam quæstionem prima sit conclusio, Pater tenetur filio, quem emancipauit, dotem restituere: nam cum emancipando reliquerit eum in sua potestate, poterit is seorsum habitare à patre, vbicũque ei libuerit, & cum ex dote remanẽte penes patrem, nõ posit seorsum ab illo habitando, commodè onera matrimonij sustinere: succedit regula, quòd ibi dos debet esse, vbi cõsistunt onera matrimonij. l. si qui. 57. §. 1. ſ. de iure dotium. l. si filia. 20. §. 1. ſ. famil. erciſc. Et quia si filius per mortem patris efficiatur sui iuris, fratres tenentur ei dotẽ restituere, vt onera matrimonij sustineat. l. si maritus. 47. in fine. ſ. famil. erciſc. Ergo etiam ei restitui debet, quando per emancipationem efficitur sui iuris, iuxta ęquiparationem. l. vnicæ. §. videamus. C. de rei vxor. actio. quòd ita post Bald. resoluit Alexand. hîc num. 8. Baptist. l. frater à fratre. num. 119. & ibi Crot. num. 99. ad finem. ſ. de cõd. indeb. extollit Cæpolla cautel. 115. nu. 1. ad finẽ. & omnes in hoc cõuenire asserit Boeri. decisio. 195. nu. 4. Ex qua conclusione infertur, annotatio ad tradita per Bar. l. sanè. ſ. de iure dot. dum ex eo text. collegit, quòd si socer recepit dotẽ à nuru: & posteà filium emancipauit, & ei dotem vxoris restituit, volente, & consentiente nuru, per hanc solutionem liberatur socer, ita vt non posit amplius per nuram conueniri, quamtumcunque filius posteà efficiatur non soluendo: subscribunt Bald. & Fulgos. ibi Roman. hîc num. 22. Paul. l. 2. in princ. num. 10. & ibi Alciat. num. 28. ſ. eod. Baptist. d. l. frater à fratre. num. 117. & ibi Crot. num. 100. Afflict. decis. 349. num. 2. & latè Vinc. de Franchis decis. 381. in. 2. par. Ruin. cons. 144. nu. 13. libro. 5. nam cum pater emãcipato filio teneatur dotem restituere, vt possit commodè sustinere, onera matrimonij, vt suprà probauimus, non videtur necessarius consensus nuru, ad restitutionem faciendam filio, quem prædicti requirunt. Cùm enim secundùm legis dispositionem, restitutionem pater fecerit, liberatus debet censeri, etiamsi ignorante nuru id faciat, ne aliàs sub authoritate legis, videatur decipi, aduersus regulam. l. 1. C. de his qui veniam ætatis.

23 ¶ Et quia cum ex iusta, & probabili causa restituerit filio, debet liberari, argumẽt. l. quamuis. ſ. eo. Neque debet considerari, quod posteà filius reperitur non soluendo, quia semper attendi debet vtrũ initiũ negocij fuerint vtile. l. sed an vltro §. 1. ſ. de neg. gest. & aduertunt Bald. Nouel. de dote. 7. par. priuil. 34. n. 3. & Crot. d. l. frater à fratre. nu. 100 ad finẽ. Ripa l. 2. in princ. nu. 27. ſ. eo. Poterit tamen saluari Bar. & aliorum præsuppositum, quãdo filius à patre emancipatus, noluit vti iure suo, neque seorsum habitare à patre prout ei licitum erat, sed voluit simul cũ eo morari, tunc pater non tenetur eirestituere dotem, si paratus sit, sustinere onera matrimonij, vt colligitur ex traditis per Bald. Nouellum de dote. 7. parte. priuileg. 34. nume. 5. ad medium. Cessat enim ratio de qua suprà: nam licet pater dotem retineat penes se, ex illa poterũt commodè sustineri onera matrimonij, filio simul cum eo commorante: & ideò tunc lex non obligat eum, dotem filio emancipato restituere: & in his terminis procedat Bar. præsuppositum: nam cum hoc casu lex præcisè non obliget patrem filio dotem restituere, si velit mutare debitorem vxoris: necessarius est illius consensus, iuxta regulam. l. si mandato. 45. §. 1. ſ. mandati. Si ergo socer in prædicto casu, dotẽ restituat filio adhibito nuru cõsensu, cũ tũc omnino remaneat liberatus non est ei necessarium exigere cautionem à filio, de conseruanda dote, vt ex mente Bar. d. l. sanè. deduxit Bal. Nouellus



uellus de dote. 7. parte priuileg. 34. num. 5. ad finem. Si verò sine consensu nurus restituat, cum non remaneat liberatus, si velit sibi cautum esse, exigat à filio cautionem de conseruanda dote, & indemne seruando patrem à muliere: argum. l. pater dotem. 8. ſ. de dote prælegat. Bald. l. 2. num. 2. C. famil. erciſc. & ibi Paul. numer. 1. Alciat. l. 2. in princ. num. 19. ad finem. ſ. eodẽ. Infertur etiam ex prędictis, quòd si tempore traditæ dotis filius sit emancipatus, dos tradenda est filio, & nõ

24 patri: ¶ nam si posteà emãcipato dos reddẽda est per patrem, à fortiori vbi à principio est emancipatus, dos ei tradenda est, quòd probat is tex. in. 1. par. Secunda conclusio in hac materia sit, si filius est in potestate, pater non tenetur ei tradere dotem dum viuit: nam cum onera matrimonij ad eum pertineant, penes eum debet esse dos: & ideò iura passim exigunt, quod pater sit mortuus, vt filio in potestate dos restituatur. l. 2. C. famil. erciſc. l. si filia. §. 1. & l. si maritus. 47. eodem titulo. Vnde infertur, quòd etiamsi filius in potestate habitet seorsum à patre: tamen pater ei non tenetur dotem restituere, sed tantùm præstare ei alimenta necessaria ad onera matrimonij sustinẽda, quòd tenet Roman. hîc num. 26. ea ratione motus, quia dos cẽsetur esse aduentitij peculij. l. 1. C. de bon. quæ liber. Ergo illius debet habere pater liberam administrationem. l. 1. C. de bon. mater. Ergo non est cogendus filio eam restituere, sed tantùm ei præstare alimenta necessaria. Contrariũ tamen, imò hoc casu, filio dotem esse restituendam ob rationem suprà assignatam tenent Angel. & Imol. hîc ad finem. quos sequitur Alexand. hîc num. 9. Subscribit Bald. Nouellus. l. si constante. num. 63. ſ. eo. Alciat. l. 2 in principio. num. 21. ſ. eod. Nouellus de dote. 7. parte. priuilegio. 34. num. 5. Crotus. l. frater à fratre. num. 99. ſ. de cond. indeb. Pro concordia dicendũ est, quòd attento iure Digestorum vera sit prima opinio Romani: tum quia isto iure, nulla poterat esse lis inter patrem & filium. l. lis nulla. ſ. de iudicijs. tum quia si dos traderetur per patrem filio in potestate, ex potestate legis dominium reuertebatur ad patrẽ, vt sentit l. dotẽ. 16. ſ. de Castren. pecul. & tantùm ius administrandi poterat filio competere. Cùm ergo per traditionem dotis pater nõ posset remanere liberatus, non est cogendus, cum periculo suo dotem filio restituere, neq; committere se fragilitati cautionis, arg. l. qui ita. §. 1. ſ. ad Trebellian. Et ideò merito iura. ff. præsupponunt: tantum mortuo patre, dotem filio familiàs esse restituendã, Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 37.

25 nu. 2. ¶ Sed attento iure nouo, quo aduẽtitia filio acquirũtur quoad dominum. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, si dos tradatur filio in potestate, potest ei quæri quoad dominium, & consequenter pater restituendo dotem, remanebit liberatus: vnde à cessante ratione, de qua supra cogendus est filio familiàs seorsum habitanti, dotem restituere: neq; obstabit argumentum Romani, quia respondet Alex. hîc num. 9. eius argumentum non concludere, quia eo admisso sequeretur, quòd neq; mortuo patre hæredes cogerentur dotem restituere, si parati essent ei præstare necessaria, & tamen contrarium est verius: nam imò hi præcisè coguntur dotem filio restituere, vt colligitur ex. l. si filia. §. 1. & l. si maritus. 47. ſ. famil. erciscun. & tradit in specie Paul. l. 2. num. fina. C. famili. erciſ. Quæ respõsio nõ est tuta, quia hæredes patris nõ sunt administratores bonorum filij: imò cũ per mortem patris filius efficiatur sui iuris. In princ. Instit. quib. mod. ius patriæ potestatis: merito ei tanquam sui iuris, dos præcisè restituenda est: nos autem loquimur, quando filius est in potestate, & pater bonorum illius habet administrationẽ d. l. 1. C. de bon. matern. Vnde melius respondetur, quòd pater non habet vsum fructum in dote,

ea ratione, quia est legitimus administrator bonorum filij. Sed potius ex eo, quia sustinet onera matrimonij: vt colligitur ex l. si filia. 20. §. 1. s. famil. ercisc. & tradit Paul. hic nu. 7. Cùm igitur consentiendo, vt filius familiàs seorsum habitet ab eo, tacite etiam vult, quòd onera matrimonij in eum transeant: non potest prætendere, quòd ipse dotis debeat habere administrationem, vel etiam illius vsumfructum. Vnde videmus, quòd licet verius, & receptius sit, quòd pater habeat vsumfructum in dote aduētitia data filio, siue dos consistat in quantitate, siue in specie, vt aduersus Bart. l. contra. §. 1. ſ. de actio. rerum amotarum. resoluit Baldus Nouellus de dote. 6. parte, priuileg. 36. Id tamen intelligitur, dum ipse sustineat onera matrimonij, nam si filius illa sustineat, fructus ad eum debent pertinere; iuxta eam regulam, quòd ibi debent esse fructus dotis, vbi sunt onera matrimonij. l. siis qui. §. 1. s. de iure dotiū. & ita Angelus l. 1. nu. 1. C. de bonis quæ liberis. Roman. auth. ex testamento. nu. 21. C. de collatio. Nouellus de dote. 6.
26 parte, priuileg. 36. † nu. 3. Et hac ratione magis receptum est in dote aduentitia, patrem non habere vsumfructū, vt probauimus. l. 2. §. quòd si in patris s. eo. Et hac etiam ratione dicimus, quòd licet pater emancipando filium, posit retinere, sibi dimidiam partem vsusfructus. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ liberis, tamen nihil vsusfructus nomine retinere potest ex dote, emancipando filium ob rationem de qua supra, vt hic tradit Bald. & Baptist. l. frater à fratre. nu. 119. s. de condictio. indeb. Neq; replices, quòd etiam si filius seorsum habitet à patre, & tamen pater paratus est sustinere onera matrimonij, quòd non debet cogi ad restitutionem dotis, & sic amittere ius vsusfructus, sibi quæsitum; vt arguit Alciat. l. 2. in princ. nu. 23. s. eo. Quia respondetur, quòd etiamsi socer offerat se paratum sustinere onera matrimonij: non tamen potest id præstare, prout prædicta onera exigunt: vt eleganter ostendit Bald. Nouellus de dote. 7. parte priuileg. 34 numer. 5. Si sanè pater in principio anni, daret omnia necessaria ad subeunda onera matrimonij, quæ dictim sustinentur: tunc videtur audiendus socer, ne aliàs sine causa vsufructu, sibi quæsito priuetur, & hæc erit differentia inter filium emancipatum, & filium in potestate seorsum habitantes: nam emancipato dos restituenda est. Et si pater dicat separatū dare necessaria ad sustinenda onera, nam cum emancipādo filium, ius dotis in eum sit translatum: arg. l. vnicæ. §. videamus. C. de rei vxo. actio. dos ei prædicte restituenda est. Sed quando filius est in potestate, quia cessat prædicta ratio, audiendus est pater, si paratus sit sustinere onera matrimonij, vt oportet, vt suprà dictum est. Ex hac igitur opinione ita defensa infertur, quòd non solum prædicta procedunt, quando filius familiàs à principio de voluntate patris seorsum habitat. Sed etiam quando eo inuito seorsum habitat, ex iusta tamen causa: nam tunc perinde haberi debet, ac si de eius voluntate seorsum habitaret, vt hic tradunt Imol ad finem Paul. num. 10. & Alex. nu. 9. Vnde redditur inutilis cautela Cæpollę cautela. 115. nu. 2. quòd filius cogat patrem, vt eum emancipet, iuxta l. fina. ſ. si quis à parente fuerit manumiss. tunc enim ei dos restituetur: nam etsi emancipationem non impetret, adhuc dos ei restituenda est
27 iuxta supra tradita. † Si sane sine iusta causa, & cōsensu patris, filius seorsum habitaret: tune non solum ei dos restituenda non esset. Sed neq; etiam necessaria alimenta pater ei teneretur præstare, vt aduersus Roman. hic nu. 20. notab. probat Bald. Nouellus de dote. 7. parte priuileg. 34. nu. 5. Itē ex supradictis infertur, quòd si filio familiàs seorsum habitanti, pater restituat dotē de consensu nurus, remanebit liberatus, iuxta doctrinā Bar.

l. sanè.



l. sanè. s. de iure dotium, & ita Socin. l. 2. in prin. nu. 9. s. eo. Imò, etsi eā restituat, si ne nurus consensu, nam cum ius eū obliget ad restituendū, locum habent suprà tradita. Contrariū tamen, imò quòd etiā si dos restituatur filio familiàs de consensu nurus, socer restituens non remaneat liberatus, tenet Alex. l. 2. in princ. nu. 8. & ibi Ripa nu. 27. Alciat. nu. 19. s. eo. Nouellus de dote. 7. par. priuil. 34. n. 3. Mouētur, quia per hanc liberationē, videtur nurus fecisse donationem socero. l. si mulier. s. de cond. ob causam. & dum maritus est in potestate, donatio inter socerū, & nurum non valet. l. 3. §. 1. s. de donatio. inter virum. Secundò, quia liberando socerū, mulier reddit conditionē dotis deteriorem, vt colligitur ex ratione. l. 4. §. fin. ſ. de liber. legata. & mulier non potest dotis cōditionem deteriorem reddere. l. & Attilicinus. s. de pact. dotalib. Sed his nō obstātibus opinio Soc. verior est ex suprà traditis. Neq; obstāt rationes adductæ in contrarium, nam ad primā respondetur, tunc demum esse prohibitam donationem inter socerum, & nurum, quando per eam socer locupletior efficitur. l. si cum mulier. 15. s. de donatio. inter virū, quod in nostro casu verificari nō potest. Neq; enim dotem restituendo, socer remanet locupletior, quantuncumq; liberetur ab obligatione, qua videbatur tenetri, dum dos apud eum consistebat. Ad secundā rationem respondetur, non videri dotis conditionem deteriorem effectā, si liberato socero, maritus remaneat obligatus ad dotis restitutionem. Cùm per hoc in eo videatur melior effecta cōditio mulieris, quòd maritus cōmodius poterit satisfacere oneribus matrimonij.
28 † Vnde cum vtiliter facta fuerit huiusmodi restitutio, non debet retractari huiusmodi liberatio ex eo, quòd posteà filius efficiatur non soluendo, arg. l. sed an vltro. §. 1. s. de negot. gest. Et in specie sentit. l. pen. §. si vir à contrario sensu. ſ. eo. Et resoluit Nouellus de dote. 7. par. priuil. 34. nu. 3. ad mediū & nu. 6. Quidquid reluctentur. Alex. l. 2. in prin. nu. 8 & ibi Alciat. nu. 19. s. eo. Si sanè filius esset suspectus de dilapidatione, non esset cogēdus pater filio perdituro dotem restituere, quia non remaneret liberatus, arg. l. mutus. §. 1. s. de iure dotiū, &. §. si post. s. hac. l. etiam de consensu nurus, quia cum tūc manifestè fiat dotis conditio deterior, cōsensus mulieris, nihil operatur. l. & Attilicin'. s. de pact. dotalib. & ita Imol. hic in fi. & Alex. n. 9. Bapt. d. l. frater à fratre nu. 118. Boeri. decis. 195. n. 9. Qui licēt dicant, quòd tunc non est restituēda dos filio, nisi data cautione de conseruando patre indēne, arg. l. pater dotē. 8. ſ. de dote prælegat. melius est dotem nō restituere, sed alimenta necessaria præstare, ne confidendo fragilitati cautionis, facilè dānū incurrat, arg. l. qui ita. §. 1. ſ. ad Trebellian. & sentit Menoch. cōsi. 33. nu. 26. lib. 1. Et hæc de prima quęstio. Succedit igitur secunda, vtrū pater teneatur obligare bona sua pro filio recipiente dotē? In qua quæstione in primis est aduertēdum, ei locū non esse, quando filius est in potestate, nam cum tunc dos sit tradē da patri, iuxta hunc tex. in. 2. parte, certū est pro restitutione dotis, eius bona esse obligata. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. obseruat Socin. consi. 269. nu. 4. lib. 2. Tantum ergo quæstio procedit, quando filius est emācipatus, vel si est in potestate, tamen de volūtate patris seorsum habitat. His enim casibus dos dāda est filio, & non patri, & sic locum habet quæstio suprà posita. Item est aduertendū non bene in ea præsupponi, patrem debere obligare bona sua pro restitutione dotis, cū tex. l. 2. C. de fideiussores dotium dentur. probet, quòd nec maritus, nec socer pro filio dotē recipiēs, tenētur præstare cautionē de dote conseruanda.
29 † Nec etiam de restituenda, & tradunt glo. Bar. Pau. & Alex. nu. 5. l. si constante §. quoties. ſ. eo. defendit Ripa. l. si constā te nu. 12. ſ. eo. Anto. Gomez. l. Tauri. 50.

nu. 26.

nu. 26. Imò nec volētes, prædictam cautionem offerre possunt. glos. cōmuniter recepta. l. 1. C. ne fideiussores dotiū dentur, sed respondendum est, nos loqui de socero obligante bona sua, & licèt maritus, vel socer prohibeātur dare cautionē siue fideiussores, non tamen prohibētur obligare bona pro restitutione dotis. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotiū, vt constat ex. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. Et in specie. l. 1. s̄. qui pocio. in pigno. habeantur, & ita Bar. l. si constante. §. quoties nu. 7. j̄. eo. & esse receptū fatetur Nouellus de dote. 6. parte, priuil. 21. nu. 10. & defendit Ripa. d. l. si constante. nu. 14. Item loquimur in patre, qui pro filio potest intercedere. l. fina. C. de dote cauta, & tradunt Paul. hîc nu. 5. & Alex. nu. 6. post medium. Nouellus de dote. 6. parte, priuil. 21. nu. 4. notab. Ant. Gomez. l. Taur. 50. nu. 26. vers. 4. limita. & huius traditionis vnā rationem reddit Bar. l. si cōstante. in prin. nu. 34. j̄. eo. & aliā generaliorem, idē Bar. d l. si cōstante. §. quoties nu. 7. j̄. eod. His ita præmissis ex Bart. hîc nu. 6. in prædicta quæstione prima, sit cōclusio. Si obligatio patris dandi donationē propter nupcias pro filio, iuxt. l. fin. C. de dotis promissio. de consuetudine, in aliquibus regionibus obseruatur, non est cogendus pater bona sua pro dote filij obligare, ne aliàs duplici onere videatur grauatus cōtra regulā. l. Titia cū testamēto. §. qui inuita. j̄. de leg. 2. & l. pen. j̄. de dote præleg. & c. mandatū. de rescriptis, & sequitur Imol. & Roman. hîc nu. 12. & alij cōmuniter, vt fatetur Cor. cons. 256. nu. 16. lib. 1. Ang. §. fuerat. n. 27. Instit. de actio. quòd intelligi, quādo donatio propter nuptias æquiualet doti, vti debet ęquiualere secundū ius commune. auth. dos data. C. de donatio. ante nuptias. authen. æqualitas. C. pe pact. conuētis, aliàs pro eo, quòd deest, tenebitur pater obligare bona sua, arg. l. quæ de tota. s̄. de rei vend. & in speciè Corne. consi. 256. nu.
30 29. lib. 1. † Ideò autem Bart. requirit, donationem propter nuptias dari, consuetudine esse receptum, quia de generali cōsuetudine, hoc non est in vsu, vt asserit glos. auth. æqualitas. C. de pact. conuentis, eius tamē loco videtur successisset in Franciæ, id quòd pater dedit filio causa matrimonij contrahendi. Berengarius. l. in quartam, cap. 3. nu. 73. j̄. ad leg. Falcid. vel quādo pater fecit pro filio augmentum dotis. Tessaur. decisi. Pedemōt. 46. post prin. In Hispania autē arras successit loco donationis propter nuptias dicit. l. 1. tit. 11. p. 4. & ibi Greg. verb. En España. l. 84. & 87. tit. 18. part. 3. notabiliter. Coua. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 7. nu. 12. Si igitur pater vnum ex prædictis dederit pro filio, non tenebitur pro eo obligare bona sua. Secunda conclusio ex Bar. est, q̄ in locis, in quibus non est cōsuetudo, patrem dare pro filio donationem propter nuptias, tenetur pater pro filio obligare bona sua, ne aliàs impediatur matrimonium. l. qui liberos. s̄. de ritu nuptiarum. Et quia si pro tutella filij tenetur se obligare. l. fin a. §. fina. j̄. de suspect. tuto. à fortiori pro dote filio data, & cōmuniter recipitur hæc secunda conclusio, vt asserit Alex. hîc nu. 5. Nouellus de dote. 6. part. priuileg. 20. num. 1. Neguſ. de pigno. 4. memb. 2. partis, nu. 36. Campes. de dote 3. parte, quæst. 266. Baptist. de priuil. dotalib. cēturia. 1. nu. 99 & Palac. rep. rub. §. 21. nu. 3. Gutierrez de iuramento confirmato. 1. par. cap. 46. à nu. 3. Octau. decisio. Pedemont. 43. nu. 8. Greg. l. 23. tit. 13. part. 5. in glo. 2. & secundū istam opinionē consuluit Corn. cons. 256. à num. 21. lib. 1. Socin. cons. 269. à nu. 2. lib. 2. Ioannes de amicis cōsi. 90. nu. 1. & nu. 6. Curt. Iunior. cons. 133. à nu. 1. Contrariā tamē opinionem, imò quòd pater non teneatur bona sua obligare, pro dote accepta per filium, tenet Iacob. de Aren. & Albe. hîc à nu. 2. Cuman. nu. 4. & Duarē. Quorum opinionem vti veriorē, probat Angel. §. fuerat, nu. 27. Instit. de actio. & Menoch. consi. 33. à nu. 24. lib. 1. Et latè Ant. Capitius



Capitius in extrauaganti volentes. §. sed nō esset ociosum à nu. 2. pag. 9. quia si pater pro officio publico filij, non tenetur se obligare. l. honores. §. fin. j̄. de decurio. Ergo neq; pro dote accepta per filiū, & facit, quia iure cōmuni donatio, quā pater faciebat filio. d. l. fin. C. de dotis promissio. cedebat ad securitatē dotis. c. fi. de donatio. inter virū, cōsuetudo igitur, secundū, quam pater hodie, non tenetur dare donationē propter nuptias, in effectu eū liberauit ab obligatione de securitate dotis facienda. Ergo minimè cōpellendus est, prædictam securitatē facere, neq; ratio Bar. multū facit, quòd per hoc impedietur matrimoniū filij, quia hęc ratio tātum militat in filio in potestate, cui pater tenetur quærere vxorem. l. qui liberos. s̄. de ritu nuptiarū, quā tamen non tenetur filio emācipato quærere, vt sentit. d. l. qui liberos, & ibi Corrase. nu. 10.
31 Menoch. d. cōs. 33. nu. 25. lib. 1. † Sed cōcordandæ sunt opiniones, vt. s̄. fecimus. Ex qua cōcordia inferas, quòd vbi filius aliter nō potest inuenire vxorē idoneā, tenebitur pater se obligare pro filio etiā emancipato, nam quāuis pater nō teneatur quærere matrimoniū filio emancipato, vt suprà dictum est, tamen non debet eius matrimonium impedire, quòd quidem videtur facere, quando pro eo se non vult obligare, & ille aliter idoneum matrimoniū inuenire non potest, arg. l. si in tres. 18. §. fin. j̄. de excusatio. tuto. explicatæ, vt. s̄. Et ita in specie Alex. hîc nu. 5. Palac. rep. rub. §. 21. nu. 16. & Curt. Iunior. cons. 133. nu. 1. Infertur secunda, q̄ cū vt suprà conclusimus pater cōsentiēs in actu, ita demū obligetur pro filio, si tenebat pro eo se obligare. l. filius familiàs. 7. s̄. de tutellis aliàs secus. l. Lucius Titius. 22. j̄. de admi. tut. quòd quando filius potest inuenire vxorē, absq; eo, q̄ pater obligetur pro eo, vel etiā pater pro eo dat donationē propter nuptias, quo casu nō tenet se obligare pro filio, vt diximus nu. præcedēt. Si pater his casibus cōsentiat, dotē recipi per filiū non ob id censebitur pro eo obligatus. Quidquid contrarium dicat Corne. consi. 256. nu. 35. lib. 1. Ioānes de amicis consi. 90. nu. 6. Infertur tertio, quòd si filius contraxit matrimoniū, cū aliqua muliere, & postea socer nō vult ei tradere dotē, nisi pater pro eo se obliget, quòd non poterit compellere patrē, vt pro eo se obliget, cū iam vxorem inuenerit, ac ita cesset ratio de qua supra. Et ita Ang. §. fuerat nu. 27. Instit. de actio. Contrariū tamen tenet Bald. Nouellus de dote. 6. parte, priuileg. 20. nu. 5. Quia satis videtur impediri matrimonium, si non posit aliter habere dotē, sine qua onera matrimonij sustineri nō possunt. Et quia contrariū est de mente Bart. hîc nu. 6. qui loquitur in filio accipiēte vxorem, & tamen vult patrem pro eo debere obligare bona sua, pro concordia dicē
32 dum est, † quòd si tēpore matrimonij, filius promisit præstare hāc securitatem, procedat opinio Bart. hîc nu. 6. aliàs procedet opinio Angel. nam neq; iuste potest vxor, vel socer, recusare dotis promissæ solutionem, eo prætextu, quòd ei non præstatur securitas pro dote, quā tēpore promissionis non exigerunt. l. si creditores. j̄. de priuileg. credit. Quartò infertur annotatio ad tradita per Socin. consi. 269. nu. 3. lib. 2. quem sequitur Neguſ. de pignorib. 4. mēb. 2. partis, nu. 36. ad medium, dum dicunt, quòd ita demū pater tenetur obligare bona sua pro filio, quādo ipsi dos promittitur, vel traditur, quia ipse vult sustinere onera matrimonij, aliàs non cōpelletur se ponere in manifesto periculo, si dos tradatur filio, & ipsius bona remaneant hypothecata pro illius dotis restitutione, ad quòd expendunt istū tex. dum probat, patrē tunc demum obligari ad dotis restitutionē, quādo ipse accepit dotē, vel eius iussu tradita fuit filio. Quòd etiā sentit Nouellus de dote. 6. parte, priuil. nu. 20. nu. 6. Sed non videtur vera hæc declaratio, nā vt suprà diximus hæc quæstio non potest habere locum,

locū,nisi in filio emāncipato,vel in filio in
potestate seorsum habitante à patre,qui-
bus casibus dos filio est tradēda, & non
patri,vt suprà probauimus. Ergo dū cō-
munis vult,quòd in prædictis casibus pa
ter teneatur obligare bona sua pro dote
filij,aperte volunt quòd dos tradenda sit
filio, tamē ipse pater tenetur pro ea do-
te obligare bona sua. Neq; repugnat is
tex.quia procedit,quoad effectum, vt pa
ter conueniri possit per actionē de dote.
Nos autē agimus quādo pater debet cō-
ueniri ex propria obligatione, quā pro fi
lio facere tenetur,vt cōmunis vult,pote
rit sane admitti prædictorū opinio,quan
do filius fuerit suspectæ vitæ:ita vt dos ei
tradita non sit in securo,tūc enim ne pa-
ter remaneat in manifesto periculo, ad-
mitretur prædictorū opinio, vt & admit
tit Menoch.consi.33.num.26.lib.1. post
Bald. Nouel.de dote.6. parte, priuil.20.
33 nu.6.†Vltimo inferunt annotatio ad tra-
dita per Bar.hîc nu.5.dum sentit,quòd si
pater cōsensit matrimonio filij, propter
hoc indistincte tenebitur obligare bona
sua.Nam Palac.rep.rub.§.21.nu.17.in-
tellegit,quod ex quo pater consensit ma
trimonio filij,tacite videt pro eo se obli-
gare,arg.l.2.ʃ.admunicipales. Sed vrget
in cōtrariū, quòd vt pater obligetur pro
filio,duo copulatiue requiruntur, quòd
consenserit matrimonio filij. Item,& q;
ipsi dos tradatur, nam potest consentire
matrimonio. Et tamen propter iustam
causam recusare, quòd illi dos tradatur:
vt ergò hæc obligatio inducatur, exigi-
tur,vt etiā dotis traditioni factæ filio, pa-
ter consentiat,vt tradit Socin.consi.269.
nu.3.lib.2. Neguſ. de pigno.4. memb.2.
partis,nu.36.Corn.consi.256. nu.39.lib.
1.& asserit receptū Curt.Iunio.cōs.133.
nu.5.Neq; cōtradicit Bar.hîc nu. 6. quia
tantum dicit,quòd licet pater nō tenea-
tur se obligare pro filio,quando inhone-
stam vxorem accipit.arg.l.3.§.si emanci-
patus,el.1.ʃ. de bonor. possess.cōtra tab.
Et est receptum, vt per Bald. Nouellum
de dote.6.parte,priuileg.20.nu.2.tamen
si pater in eo matrimonio consensit, ni-
hil opponere potest,Corne. consi.256.
col.fin.lib.1. Cæterū oportet,quòd tem-
pore dotis tradendæ filio,consentiat;vel
si non consentiat, ad hoc compelli de-
beat.Et expendes Bar.sentire,patrem te
neri se obligare, etiā si filius sine eius con
sensu vxorē accepit,honestam tamen,vt
aduertit Ruin.consi.144.nu.18.lib.5.Ad
complementum autē istius articuli,illud
restat inquirendū,vtrum pater debeat se
obligare pro filio tanquā eius fideiussor,
vel tanquā principalis?Et videtur dicen-
dū,quòd tanquā fideiussor, nam cum pa
ter tanquā fideiussor, posit interuenire
pro dote tradita filio, vt suprà probaui-
mus.Succedit regula.l. cū filius familiàs
49.in princ.ʃ.de verb.obligatio.quòd pa
ter videtur se obligare tāquā fideiussor,
& consequenter ei competet beneficiū.
auth.presente.C.de fideiusso.&ita in spe
cie sentiunt Ang:hîc nu.2.Paul.nu.1.ad
finē;Alex.col.1.ad finem,versi.Sed respō
deo.Ioannes de amicis consi.90.num.1.
Campes.de dote.3. parte.q.168.in fine.
34 Cuman.consi.40.ad finem.† Contrariū
tamen tenet Octauian.decisio. Pedemō
tana.43.num.12.motus ea ratione, quia
quando pater & filius sunt præsentes do
tis traditioni, censentur obligati tanquā
duo rei debendi.l.fina.C.de dote cauta,
Nouellus de dote.7.parte,priuileg.37.in
fine.& priuileg.seq.Itē,quia quando pa-
ter conuenitur,quia iussit filiū contrahe
re,vel iussit ei dotē tradi,tenetur in solidū
pro filio.Neq; tūc habet beneficium ex-
cusionis.l.1.§.quid ergo.s. q; iussu. tradit
Bar.l.si seruū.§.an filius familiàs.n.2.ʃ.de
verb.oblig.&.l.libertus.§. filiū,in fine.ʃ.
admunicip.subscribunt Soc. nu.5. Iaſ.n.
12.l. cū filius familiàs in prin.ʃ. de verb.
obligat.& q; pater iubens,vti principalis
teneat,tradit Bal.l.si mādator ad finē.C.
q; cū eo.Corne.cōs.303.nu.7.lib.4.Pręte
reà,quia si pater ratione dotis se obligat,
tacite eius bona cēsentur hypothecata,
iuxta



iuxta generalitatē.l. vnicæ.§. & vt ple-
nius.C.de rei vxor.actio.Corne. consil.
256.nu.36.lib.1.Bald.Nouell.de dote.6.
part.priuileg.20.à nu.8. Neguſ.de pign.
4.membr.2.partis.nu.36.Sed his nō ob-
stantibus non est recedēdum à prima
sentētia,quia nos loquimur, quādo dos
est tradenda filio,vel quia est emancipa
tus,vel quia habitat seorsum à patre, vt
suprà diximus. Vnde iussus patris, quod
tradatur filio, id quod iure ei tradendū
erat, non debet esse in consideratione
per tradita suprà. Item, quia in effectu
mandat fieri id quod tradens iure suo fa
cere debebat: vnde quasi mandatū per-
tineat ad vtilitatem mandatarij,resolue
tur in consilium.l.2.§.fin.s. mandati.l.
cùm pater.§.rogo.ʃ.de lega. 2. Cùm er-
go non ratione iussus, sed ratione pro-
priæ obligationis, in solidum teneatur
debet ei competere beneficium. authē.
præsente.C.de fideiussor.arg.l. 1. C. de
Decurio.lib.1.l.libertus. §. filium.ʃ. ad
municipal.l.4.in fin.ʃ.de administratio.
rerum.ad ciuit. pertinentium. Bart. d.l.
cum filius famil.in princ.num.2.ad finē.
ʃ.de verbor.obligatio.Cuman.cons.40.
ad fin.& diximus suprà. Neq; obstāt cō-
traria:nam ad primū respondetur,quòd
Bald.Nouell. suprà citatus loquitur,quā
do pater & filius fuerunt præsentes pe-
cuniæ dotalis receptioni: nam cū tunc
mulier videatur vtriusque fidē sequuta,
vt suprà tradidimus, videbuntur obliga
ti tanquam duo rei, vt explicat idē No-
nellus d.7.part.priuil.38. post medium.
nos autem loquimur, quando pater spe
cificè obligauit bona sua pro dote tradi-
ta filio:nam tunc clarè videtur quasi pro
filio intercedere: vnde debet induci d.
35 auth. præsente.C.de fideiussor.†Nō ob
stat secundū, quia fatendū est,quòd si
pater conuenitur pro filio actione de pe
culio,vel simili actione tenet,tāquā prin
cipalis,& sic potest cōueniri ante filiū.l.
3.§.sed vtrū.s.de minor.l.1.s.de pecul.&
idē si cōueniatur ratione iussus, vt quia
iussit quid tradi filio,q; aliàs ad ipsum pa
trē pertinebat,vt tradunt suprà allegati:
sed quādo pater ratione propriæ obliga
tionis,obligatur pro filio in solidū, tan-
quā fideiussor videtur interuenire,neq;
ante filiū excusum cōueniri potest.d.l.1
C.de decurio.lib.10.Bart.receptus.l. cū
filius fa.nu.2.ad fin.ʃ.de verbo.obliga.&
is est noster casus.Et cōfirmatur,quia cō
stat hoc casu,pro filio se obligasse,&quā
do pater pro filio se obligat, cēsetur esse
fideiussor,& non principalis.l.pen.§.ta-
bernæ.s.de institoria actio.Bal.l.si man-
dator.in fin.C.quod cū eo. Poterit sanè
admitti cōtraria opinio, quādo pater &
filius,in instrumēto confitentur,se dotē
recepisse:nā tūc tenebūtur tanquā prin
cipalis.l.fin.C.de dote cauta. quod pro-
cedit etiā, quando fuerūt præsentes re-
ceptioni pecuniæ: nā cū mulier præsu-
matur vtriusq; fidē sequuta,vti principa
les tenebūtur,quasi fateātur,eam pecu-
niam simul recepisse.Nouellus de dote.
7.part.priuileg.38.ad med.& Octauian.
decisio Pedamon.43.nu.11.& suprà di-
ximus.Sed videndū est, vtrū teneantur
in solidū,vel saltem pro parte virili?Et di
cendū est,quòd pro parte virili, iuxta re
gulā.l.reos.§.cùm in tabulis.ʃ de duob.
reis.quod ita sentit Bart.hîc nu.2.&.l. si
constante.in princ.nu.32.&.§ quoties.
nu.6.ʃ.eo.Cuman.cons.40.nu.4.notab.
Curtius Senior consil.54.sæpe nu. 4. Et
hanc esse magis receptam sententiam
asserit Alex.hîc nu.7.Boeri. decisio. 23.
nu.10.Tiraq.lib.1.retract.§.32.glo.vni-
ca.nu.7.Viuius libr.2.commun. opinio.
213. Stracha de contractib. mercator.
nu.10.pag.136.Ronchegalus.l.si id qd.
36 num 18.ʃ.de duob.reis.† Ex quibus in-
fertur annotatio ad distinctionem Bal-
di Nouelli de dote.7.parte.priuileg. 38.
dum dicit,quòd si pater & filius simpli-
citer confiteantur, se dotem recepisse,
intelligentur pro virili, iuxta cōmunem
suprà relatam, nisi expressè actum sit,
q; sint duo rei.Bartolus.l. si constante.

num. 32. ĵ. eod. si vero dos tradita sit filio de consensu, & iussu patris: tunc vtere que tenebitur in solidum: filius quidem propter receptionem, per actionem dotis conuenietur in solidum: pater autē ratione iussus, etiam in solidum conuenietur: & subscribit Octauian. decision. 43. num. 11. & idē etiam tenet Corneus consil. 303. num. 5. lib. 4. per istum text. & notata hîc per DD. quòd quādo dos traditur filio de iussu patris, ipse pater tenetur actione, quòd iussu, & sic in solidū l. 1. §. quòd iussu. Hæc tamen distinctio confunditur ex suprà traditis: nam cùm offerēdo dotem duobus, pro virili censeatur obtulisse: arg. d. l. reos. §. cùm in tabulis. ĵ. de duobus reis. Corne. consil. 151. n. fi. lib. 1. Ruin. consil. 5[illegible]. nu. 17. lib. 1. & si pater iubeat tradi dotē filio: videtur quidem iubere, vt pars quæ ei offerebatur, tradatur filio, & sic non in solidū: sed pro ea parte ratione iussus tenebitur: & in hoc etiam sensu accipietur: quod tradit gloss. hîc. verb. absolutè. quòd mulier videtur vtriusque fidē sequuta: nam intelligetur, quòd fidem cuiuslibet videtur sequuta, scilicèt, pro dimidia dotis parte. Neq; repugnat is tex. quia loquitur, quando dos secundū ius erat tradenda in solidū patri, vt quia filiū habebat in potestate: si enim iubeat filio tradi: meritò tenebitur in solidū, ac si illam accepisset per tradita suprà. Cæterū si dos est reddēda filio, quia erat emancipatus vel habitabat seorsum à patre de eius voluntate: tunc si pater iubeat totam dotē tradi filio, ratione iussus non tenebitur, nisi pro dimidia. Quinimò videtur, q̃ neq; ratione iussus pater in aliquo teneatur, sed tantùm debeat teneri tanquam intercessor filij per tradita suprà nu. præced. nā cùm iubeat, offerētem totā dotē offerre filio: prout secundū ius tenebatur offerre: videtur hoc mandatum pertinere ad rē mandatarij tantùm: vnde ratione iussus nō debet teneri, quia ille iussus in his terminis videtur resolui in consiliū. l. 2. §. fin. ſ. mādati. & sic mandans ratione mandati, non poterit conueniri. Superest igitur vt quasi fideiussor filij teneatur: prout sine dubio eo modo tenetur, quādo simpliciter consensit totam dotem tradi filio. Cuman. cons. 40.

37 ad fin. † Infertur etiam annotatio ad tradita per Cyn. hîc in aditionibus, quem retulit, & sequitur Angel. num. 4. quod si in instrumento dicatur, patrē & filiū dotē recepisse, si pater gubernabat omnia, præsumitur ad eum totam dotē peruenisse: & sic ipse solus in solidum conuenietur, & è contra: nam valet argumētum à communiter accidentibus. glo. l. neq; natales. C. de probat. & magis probant Cuman. hîc num. 6. ad finē. Alexā. num. 7. Curt. Senior consil. 54. sæpe nu. 7. quod ita consuluisse dicit Angel. Aretin. §. est & aliud. num. 2. Instit. de donatio. nam & id ex suprà dictis confunditur. Cùm enim ex verbis instrumēti cōstet, pro virili fuisse traditam, etiamsi ex post facto partē suam filius concesserit patri, vel è contra: non ob id respectu mulieris debet augeri obligatio, sed tantùm ille, qui tradit partem suam, habebit actionem aduersus accipientem, vt eum indēnem seruet, probabit autem filius, patri suam partem tradidisse, per argumentum à communiter accidētibus, vt est de mente Imol. hîc col. 1. ad finē. & Alexand. nu. 7. Qua etiam ratione corruit, q̃ tradit Roma. hîc nu. 16. q̃ is filius qui præsumptiuè probat, partē suam tradidisse patri, obtinebit, q̃ prius excutiatur pater suis expensis, iuxta doctrinam Bar. l. 3. §. fin. n. 15. ĵ. de duob. reis. Cū enim tradēs nō habeat actionē aduersus patrē, nisi pro virili, non potest locū habere doctrina Bar. quæ procedit, quando duo erant obligati in solidū, & res ad vnū solum peruenit, vt aduertit Alexā. hîc nu. 7. & subscribunt Campes. de dote. 3. par. q. 169. Iacob. l. si is qui. §. 1. in fine. ſ. de iure dotium. Ruin. consilio. 19. num. 9. in fin. libro. 4. Illud sanè verum est,



est, q̃ si maritus, & vxor fateātur, pretiū rei alienatæ recepisse, præsumptione iuris credetur, totū pretium ad maritū peruenisse, & vxoris personam fuisse inser-

38 tam causa simulationis, vt probat tex. authen. si qua mulier. C. ad Velleian. & ibi notant Bart. Alber. Bald. Paul. & Salicet. quidquid contrariū teneat Bart. consil. 324. nu. 1. per regulā d. l. reos. §. cùm in tabulis. Cui tamē locus esse non potest, quando lex præsumit vnius personam fuisse insertā causa simulationis, & quærendi colorē: nā tūc is quē lex credit totum recepisse, solus obligabitur: argu. l. Titius & Seia. ĵ. de fideiuss. Et iuxta prædicta venit explicandus Bald. auth. hoc amplius. nu. 21. C. de fideicom. dum dicit, quòd maritus & vxor aliquid recipiē res, pariter obligantur, nisi constet, totam vtilitatem ad maritum peruenisse, vel confessionem fuisse factam super re ad solū maritū pertinente: sequitur Bolognin. cons. 44. nu. 5. nam imò ex prædictis dicendum est, credi ad maritū totū peruenisse, & mulieris personam fuisse insertam simulationis gratia: quandiu contrarium non probetur d. auth. si qua mulier. Ex proximè autem resolutis colligе, quòd licet pro marito recipiēte dotem, non possit interuenire fideiussor. l. 1. & 2. C. ne fideiussores dotiū dentur. potest tamē interuenire alius, qui principaliter se obliget cū marito d. l. final. C. de dote cauta. & ibi notat Bartol. & hāc esse communem opinionem asserit Campes. de dote. 3. par. q. 179. Iason. l. si constāte. nu. 49. ĵ. eo. & ibi Ripa nu. 55. Octauian. decisio. 43. nu. 11. & melius quam alibi probat Paul. consil. 188. nu. 2. lib. 1. & defendit Ronchegalus. l. si id quod. num. 22. ĵ. de duobus reis. Cōtrarium tamen tenet Bart. l. si constante. §. quoties. num. 6. ĵ. eodē. ea ratione, quia duo rei videntur inter se fideiubere. gl. recepta. l. vir vxori. §. fin. ſ. ad Velleian. ergo & constitutio rei principalis debet censeri inclusa sub prohibitione. l. 2. C.



ne fideiussor. dotiū dētur. Itē quia aliàs facilè, quòd prohibitum est vna via, alia permitteretur, contra regulam. c. cùm quid. de regul. iur. in. 6. & magis probat Bald. Nouel. de dote. 6. par. priuileg. 21. nu. 11. Sed non est recedendū à prima opinione magis recepta, neq; obstāt rationes Bart. quia ad primā respondetur, q̃ rei videtur fideiubere inter se, vt q̃ vnus soluit pro alio ex causa onerosa, possit ab alio repetere, tāquam eius fideiussor: sed respectu creditoris, non cōsiderantur tāquam fideiussores, sed tanquā rei principales. Bar. l. reos. n. 1. ĵ. de duob. reis. & reorū constitutio in dote, non inuenitur prohibita: imò permissa est ge-

39 neraliter. l. fin. C. de dote cauta. † Ad secundā rationē respōdetur, q̃ regula d. c. cū quid. procedit, quādo in vtroq; casu, eadem videtur militare ratio: quæ tamē in nostro casu non militat: nam datio fideiussoris ideò prohibetur: quia cū mulier cōmisserit corpus suum fidei mariti, pariter & dotē debet considere, vt colligitur ex. l. 2. C. ne fideiussor. dotiū dētur. c. per vestras de donatio. inter virū. Facit. l. hac lege. C. de pact. conuentis. explicat Iuuenalis. §. in omnibus. nu. 2. Instit. de fideiussor. Corras. l. 1. in. 2. lectu. nu. 3. ſ. eo. Ias. l. si constante. nu. 186. ĵ. eo. Hippoly. Riminal. in princ. nu. 343. Instit. quib. alien. licet. & notab. Couar. c. quanuis. de pactis. in. 6. 2. parte. §. 2. nu. 9. Quæ ratio cessat in reo principali, qui sponte sua voluit se obligare pro dotis restitutione, vt eleganter ostendit Paul. consilio. 188. num. 2. libro. 1. Pro quo est text. l. creditor. 60. §. 1. ſ. mandati. vel etiam in eo reo, cui traditur pars dotis: nam ratione receptionis, meritò obligari debet: & quanuis posteà eā tradiderit marito: nihilominus debet remanere obligatus: argument. l. debitorum. C. de pactis. Poterit sanè admitti opinio Barto. quando alius nihil recepit, & tamē obligauit se tanquā principalē, iuxta terminos Ord. lib. 4. tit. 46. §. final.

Nam tunc verum est, eandem militare rationem, quæ in fideiussore, vt admittit Ripa. l. si constante. num. 55. ff. eodē. nam is quanuis reus dicatur: tamen attē ta veritate fideiussor est, gloss. authētic. de fideiussorib. verbo, fideiussorem. ad finem. collatio. 1. His ita expeditis superest vltima quæstio, vtrùm lucrum dotis, quod acquirit filius, vel ratione pacti, vel statuti pertineat ad patrem: ita vt tanquam proprium veniat diuidendum inter filios, iuxta. l. certum. C. famil. ercisc. an vero ita pertineat ad filium, vt nō teneatur illud communicare cum fratribus? In qua quæstione variæ sunt DD. sententiæ, quas refert Alexand. hîc nu. 12. & Ferronius in consuetudi. Burdigalensibus. tit. 4. §. 4. & Rolandus de lucro
40 dotis. quæstio. 100 † Sed restringendo articulum aduertendum est, hanc quęstionem esse indubitabilem: si ponas hoc lucrum deferri filio, mortuo iam patre: nā cùm patri iam tunc quæri non possit: nō est cum fratribus communicādum, iuxta regulam. l. 2. §. id quoq; ff. de collatio. bonor. & in specie est text. l. 2. C. famil. erciscund. Facit. l. actione. 66. §. final. ff. pro socio. & in hoc omnes conuenire asserit Decius consilio. 66. num. 1. Rolā. de lucro dotis. q. 100. nu. 4. vers. quartus casus. & Phanuntius de lucro dotis. glo. 8. nu. 30. & dicit indubitabile Alex. hîc nu. 12. Itē, q; si filius ex proprijs bonis su
41 stinuit onera matrimonij, tūc etiam sine dubio lucrum est ipsius præcipuum: neq; teneturillud cū fratribus cōmunicare, quia tunc censetur aduētitium. l. 1. & 2. C. de bonis quæ liberis. & aduentitia non communicantur inter fratres. l. fin. C. de collatio. Et in his terminis opinio Bart. hîc ad finē. aduersus Dyn. verissima est, vt hîc per Alex. nu. 12. Bald. Nouellus de dote. 6. part. priuileg. 37. in princip. Roland. de lucro dotis. q. 110. nu. 3. Tota ergo controuersia est, quando pater ex bonis proprijs sustinuit onera matrimonij, vtrū tūc lucrū ei acquiratur, & veniat cōmunicandum inter filios? & videtur dicēdum acquiri per tex. l. dotem 16. ff. de castrēs. pecul. & ibi notauit glos. 2. Facit. l. quod si eo tēpore. 67. cū glos. ff. pro socio. & tenuit expressè Bart. in tracta. de duobus fratribus. n. 6. Bald. l. 2 nu. 3. C. famil. ercis. Roman. authē. ex testamento. nu. 17. C. de collatio. & consilio 406. col. 2. extollit Hippoly. sing. 264. & latè probat Deci. consil. 67. nu. 2. Angel. §. igitur. num. 16. Inst. per quas personas nobis acquiritur. Sed hæc opinio tuta non est, cùm semper militet ea ratio, q; huiusmodi lucrum censeatur aduentitium. l. 1. & 2. C. de bonis quæ liberis. & aduētitia hodie non communicantur. l. final. C. de collatio. & ita hanc esse magis communē opinionem asserit Cagnol. l. in eo quod. 33. nu. 5. ff. de regul. iuris. Phanuntius de lucro dotis. glos. 8. nu. 25. Neque obstant rationes contrariæ opinionis, quia d. l. dotem. loquitur attē to iure Digestorum, quo aduentitia patri quærebantur iure potestatis, & etiam veniebant conferenda, vt & agnoscit Bart. hîc ad finem. Cæterùm attento iure Codicis, contrarium est dicēdum ex suprà traditis: & quanuis pater sustinuerit onera matrimonij. Cùm tamen contemplatione filij ea sustinuerit, perinde est, ac si ei illorum donationem fecisset. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari.
41 Nouellus de dote. 6. p. priuil. 37. nu. 2. † eo maximè, quia loco onerū habuit fructus dotis, cū fructus pertineat ad eū, qui onera sustinuit. l. pro oneribus. C. de iure dotiū, & tradit Deci. cōs. 67. n. 2. Ruin. cōs. 144. nu. 1. lib. 5. ampliādo, vt per Fulg. l. q; scitis. nu. 4. C. de bonis quæ liber. quē sequitur Baptist. l. frater à fratre nu. 113. ff. de cōd. indeb. vnde onera cū fructibus debet cōpēsare, & lucrū debet deferri marito iuxta verba statuti, vel pacti. Neq; etiā obstat. l. q; si eo tēpore. 67 ff. pro socio, quia loquitur in societate vniuersali, in qua omnia cōmunicantur inter socios, ex quacunque causa quæsita sint





l. 3. §. 1. ff. pro socio. Vnde & meritò lucrū dotis cōmunicātur, vt est de mēte Alex. hic ad fin. & in specie Deci. cōs. 66. à nu. 3. Ruin. cōs. 101. nu. 16. lib. 1. & prosequitur Roland. de lucro dotis. q. 111. nos autē loquimur de ea cōmunicatione, quæ debet fieri inter fratres, secundū legis dispositionē, inter quos nō cōmunicātur ea, quæ quis acquirit iure aduētitio. l. fin. C. de collatio. vt hîc aduertit Alex. ad fi. cuius cōsideratio verissima est, quidquid reluctetur Deci. cōs. 67. col. pen. Pro cōcordiatamē harū opinionū, amplectēda videtur distinctio Barto. l. dotē. ff. de castrēs. pecul. q; si verba pacti, vel statuti, deferāt lucrū dotis illi, qui dotē recipit, vel qui onera matrimonij sustinuit: cū tūc hæc verba verificētur in patre dotē recipiēte, & onera matrimonij sustinēte, ei deferetur huiusmodi lucrū: & cōsequēter venit diuidēdū inter filios. l. certum. C. famil. ercis. Si vero verba pacti, vel statuti deferāt lucrū marito: tūc ei præcipuū quæritur, tanquā aduētitiū: quia in eo tantum verba statuti, vel pacti verificātur quantūcunq; pater sustinuerit onera matrimonij. Quā Bart. distinctionē probauit Alex. hîc ad fi. Cāpes. de dote. 5. par. q. 7. & asserit receptā Crot. l. frater à fratre. n. 98. in fin. ff. de cōd. indeb.
42 Rolan. de lucro dotis. q. 100. ad fi. † Hāc tamē distinctionē improbat Cuma. hîc nu. 8. cōtendēs, indinstinctè hoc lucrū pertinere ad filiū, quasi quid aduētitiū, & ideò ad eius filios transire, neq; cōmunicandū esse cum fratribus: allegat. l. qd̄ scitis. C. de bonis quæ liberis. & magis probant Angel. §. fuerat. nu. 24. ad finē. Instit. de actio. & Ferro. in consuet. Burdigal. tit. 4. §. 6 col. 6. ante mediū. & Phanūtius de lucro dotis. glo. 8. nu. 31. quia pater nō accipit pro se, sed pro filio. Sed nō est recedēdum à magis cōmuniter recepta distinctione. Neq; obstat d. l. qd̄ scitis. C. de bonis quæ liber. quia ibi tex. loquitur, quādo ratione pacti lucrū dotis acquiritur marito: nam istud cēsetur aduētitiū: & consequēter neq; patri acquiritur, quoad proprietatē, neq; cū fratribus venit cōmunicandum. l. fin. C. de collatio. etiāsi pater onera matrimonij sustinuerit, vt suprà probauimus. Sed quādo verba statuti deferunt lucrū recipiēti dotē, vel sustinēti onera matrimonij. Cū hæc verba verificētur in patre, ei acquiretur lucrū: & consequēter inducetur. l. certum. C. famil. ercisc. Neq; etiā obstat, q; pater nomine filij, videtur dotē accipere, quia id negandū est, quia magis suo nomine videtur accipere: argu. l. & magis. ff. de solut. & cū vlterius sustineat onera matrimonij, verbis statuti inseruiendū est. l. 1. § si is qui nauē. ff. de exercito actio. Itē ex prædictis colligitur annotatio ad id quod tradit Deci. l. 1. nu. 18. C. de secund. nupt. & cōs. 260. nu. 5. Paris. cons. 127. nu. 5. lib. 1. & alij citati per Tiraq. l. si vnquā. verb. donatione largitus. nu. 234. C. de reuoc. donat. qd̄ huiusmodi lucrū cēseatur aduentitiū: & consequēter prouenire quasi ex lucro: quia si videretur prouenire ex causa onerosa, profectitiū diceretur: nā quatenus dicūt, hoc lucrū esse aduētitium, verū est, vt cōstat ex suprà traditis. Sed quatenus dicūt, videri deferri ex causa lucratiua, nō est verū, quia repugnat traditio glo. receptæ. l. si donaturus. §. fin. ff. de cond. ob causam. Tiraq. l. si vnquā. verb. donatione largitus. nu. 217. C. de reuoc. donatio. Neq; obstat prædictorū ratio, quia præter onera, quæ pater sustinuit, multa alia sunt onera in matrimonio, vt prosequitur Petrus Tholosan. in syntagmate iuris. lib. 9. c. 9. à nu. 1. †
43 Et propter hæc lucrū marito defertur: nā oneribus patris, videtur satisfactum per fructus, quos percepit, vt suprà dictum est.

## SVMMARIA EORVM QVÆ CONTINENtur in interpretatione legis Si cùm dotem.23.§. final. ff. Soluto matrimonio.

1 *MVlier scienter contrahens cum seruo, vtrùm amittat dotem?*
2 *Mulier in matrimonio putatiuo habet priuilegia doti concessa.*
3 *Mulier quoad res quasi dotales extantes, præfertur domino, & qua ratione.*
4 *Priuilegia respicientia exactionem dotis habet locum in dote putatiua.*
5 *Priuilegium tacitæ hypothecæ competit doti putatiuæ.*
6 *Nõ autẽ cõpetit priuilegiũ fictæ stipulationis.*
7 *Seruus neque tacite, neque expressim potest obligare bona peculij.*
8 *In dote putatiua locũ habet priuilegiũ.l.in rebus.30.C.de iure dotium.*
9 *Res emptæ ex pecunia quasi dotali cur censeantur dotales.*
10 *In dote putatiua propter impensas permittitur retentio.*
11 *Serua tradens dotem nõ transfert dominiũ.*
12 *Serua scienter contrahens cum libero non habet dotis repetitionem.*
13 *Communicatio lucrorum locum habet in matrimonio putatiuo.*
14 *Communicatio omnium bonorum, quæ fit inter coniuges, in regno Portugaliæ non habet locum in matrimonio putatiuo.*
15 *Et quæ sit ratio differẽtiæ inter hos casus.*
16 *Mulier propter matrimoniũ putatiũ non lucratur arras.*
17 *Explicatur.c.ex tenore, qui filij sint legitimi.*
18 *Qui ignorauit impedimentum lucratur dotẽ.*
19 *Marito putatiuo non datur dilatio ad restituẽdas res dotales.*
20 *Explicatur.l.cùm hîc status. §.si quis sponsam.ſ.de donatio.inter virum.*
21 *Legatum factum vxori putatiuæ non valet.*
22 *Quando impedimentum matrimonij est perpetuum, vtrum dos veniat confiscanda.*
23 *Accerrimo errore deceptus potest donatũ retinere, licet matrimonium sit prohibitum.*
24 *Quãdo agitur de dãno vitando quilibet error sufficit.*
25 *Pupilla contrahens cum tutore, ex eius testamento legatum capit.*
26 *Error iuris, vtrùm prosit minoribus in lucro consequendo?*
27 *Intellectus.l.fin.ſ.de legat.1.*
28 *Et qualiter lex illa sit exemplificanda.*
29 *Mulier nubens præfecto prouintiæ, ex eius testamento capit, & qua ratione.*
30 *Explicatur glo.l.qui contra.verbo, fisco.C.de incest.nupt.*
31 *Multum differt agi de amissione dotis, vel amissione lucri.*
32 *In mercibus emptis mea pecunia, vel mercibus venditis extantibus alijs nõ præferor.*
33 *Quando depositum transit in mutuum, antiquus dominus alijs non præfertur.*
34 *Intellectu.l.si ventris.§.in bonis.ſ.de priuilegijs creditor.*
35 *Explicatur, l.licet.C. qui potior.in pignor.habeantur.*
36 *In regno Portugaliæ si res vendita simpliciter tradatur, non videtur habita fides de pretio.*
37 *Explicatur Ord.lib.4.tit.37.§. pen.*
38 *Quando satisfactum est venditori pro pretio, dominium transfertur.*
39 *Quando habetur fides de pretio emptori, qui habet animum de coquendi non censetur translatum dominium.*

*IN-*



# INTERPRETATIO
## Legis Sicumdotem. 23. §. final. ff. Soluto matrimonio.

AD Explicationem huius text. sciendum est, quòd iure ciuili cum seruo, vel serua, non poterat contrahi matrimonium l. cum ancillis. C. de incest. nuptijs. & tamen iure canonico matrimonium validè contrahitur cap. 1. de coniugio. seruo. notat glos. 2. d. l. cum ancillis. Quæ tamen differentia vera est, quando inter scientes contrahitur matrimonium: aliàs enim si erratum sit in conditione personæ, etiam iure canonico inualidum censetur matrimonium. cap. 2. de coniugio. seruor. cap. si quis ancillam. §. his ita. 29. quæst. 2. Imol. hîc post princip. Nauarr. in Manuali. cap. 23. num. 33. Vnde cùm in terminis huius text. præsupponatur, mulierem errasse, in conditione personæ mariti, etiam iure canonico non subsistet matrimonium: secus si scienter, iuxta suprà tradita. Item dum is text. facit mentionem, quòd mulier errando, cum seruo contraxit, non credas significare, q̃ si scienter, valeret matrimonium, & cõpeteret actio ex dote: nam cùm etiam data scientia, matrimonium non valeret. d. l. cum ancillis. non potuit competere actio dotis. l. 1. C. de cond. ob causam. tantùm ergo proponit Iureconsul. casum, qui probabiliter accidere poterat. Neque enim verisimile est, quòd mulier sciens matrimonium contraheret cum seruo, vt hîc dicunt Græci cõmentatores, vel etiam significat, quòd mulier scienter contrahens cum seruo,
1 amittit dotem? † vt etiam significat. l. 3. C. solut. matrimon. & ibi gloss. 1. & tex. §. si aduersus. Institut. de nuptijs. & probat Nouellus de dote. 11. part. in princ. num. 4. &. §. hactenus. num. 3. Xuarez titul. De las ganancias. num. 17. Gamma decisio. 89. nu. 1. Sed non placet, quia cõtrahens scienter cum seruo, non cadit in pœnas. auth. incestas. C. de incest. nuptijs. quæ tantum locum habent in nuptijs prohibitis ratione sanguinis, vt ibi resoluit receptum Salicet. ad finẽ. Oldrobandinus. §. si aduersus. num. 35. Instit. de nupt. Neq; etiam in pœnas. l. qui contra. C. de incest. nuptijs. quia loquitur in contrahentibus nuptias, aduersus prohibitionem legis, & lex non resistit nuptijs seruorum, sed tantùm illis non assistit, vt colligitur ex. l. cũ ancillis. in prin. C. de incest. nupt. & admittit Nouellus de dote. 11. part. in princip. num. 4. ergo non incidet in pœnas legis: quod colligitur ex d. l. cum ancillis. in. 2. parte. per locum ab speciali, & quia licet cum seruo non sit matrimonium. Est tamen cõtubernium. d. l. cum ancillis. propter quod non debet amitti dos, vt in specie tenent Petrus & Cyn. Alber. & Salicet. d. l. 3. C. soluto matrimonio. & colligitur ex generalitate l. Lutius Titius. 27. ſ. deposit. &. c. 2. in fin. de cõiugio. seruo. melius ergo respõdetur tex. istũ sentire, quod licet, quãdo mulier ignorãter contraxit cũ seruo, habet priuilegia concessa dotis veræ repetitioni, vt probat is text. tamen si scienter cũ eo cõtraxerit: quanuis dotem posit repetere dict. l. Lutius Titius. 27. ſ. depositi. non tamen habebit priuilegia dotis veræ repetitioni concessa: quia illa videtur amisisse propter rationem. l. auxilium. in fine. ſ. de minoribus. & ita expressè Bald. Nouellus de dote. 11. parte. §. hactenus.

num. 3. Xuarez tit. De las ganancias. nu. 17. Et ad hunc etiam modum debet explicari d. l. 3. C. soluto matrimonio. quid quid glos. 1. & Odoffred. ibidē aliter explicent. Ex quibus ita præmissis, ex isto text. colligendum est, quòd licèt si seruus alicuius ignorante domino dotem acceperit, ad illius restitutionem non teneatur dominus ex propria persona: tenebitur tamen quatenus est in peculio, serui, vt in simili probatur in. §. præcedenti, &. l. si filiofamilàs. 25. in princip. ĵ. eodē. in exequutione autem facienda in peculio, probat is text. quòd mulier præferetur cæteris creditoribus peculiaribus: ita vt quemadmodum in vera dote mulier habet prædictum priuilegium. l. vnica. C. de priuilegio dotis. ita & in dote putatiua idem habeat priuilegium, vt probat is text. &. l. 2. § final. cū
2 l. sequen ĵ. de priuileg. creditorum. † vbi ponitur ratio, & l. si sponsa. 77. s̃. de iure dotium. non tamen præferetur domino, si ex peculio ei aliquid debeatur, quia dominus in deducēdo ex peculio, quod sibi debetur, prefertur omnibus alijs creditoribus peculiaribus, etiam priuilegiatis. l. ex facto. 53. post principiū. s̃. de peculio. & probat is text. &. l. si filiofamil. 53. ad finem. ĵ. eodē. vbi tamen hoc declaratur, ratio colligitur ex. l. peculium. 10. in principio. s̃. de peculio. explicant Imol. hîc post principium. Paul. num. 3. Alexand. num. 3. ad finem. quod tamen limitatur, nisi res dotales datæ in dotem extent: nam tunc mulier præferetur etiam domino volenti deducere ex peculio quod sibi debetur, vt clarè probat is text. Ratio est, quia cùm res dotales extent, vendicari possunt per mulierem tanquam suæ. Cùm igitur vēdicentur tā quam res non peculiares, non habebit locum priuilegium domini, in deductione, quam potest facere ex rebus peculiaribus, vt in simili probat. l. deposui. 39. in princip. s̃. de peculio. & ita Bart. hîc nu. 4. Imol. post principium. & Alexand. nu. 3. ad finē. sentit Bartol. §. præcedēti. nu. 2. ad finem. Sed non placet hæc ratio, quia d. l. deposui. loquitur in deposito, qui non est titulus habilis ad transferendum dominium. l. rei depositæ. s̃. depositi. nos autem loquimur in dote, qui titulus habilis est ad transferēdum dominium. §. per traditionē. Instit. de rerum diuisio. neque error debuit impedire dominij translationē, iuxta totum tit. s̃. de condict. indeb. & ideò in specie. l. 1. C. de cond. ob causam. & l. si ignorans. C. solut. matrimo. l. si sponsa. 77. s̃. de iure dotium. In his terminis concedunt mulieri condictionē, notat gloss. hîc verb. actionem quę domino dari non solet. §. sic itaq;. Instit. de actio. l. final. s̃. de vsufr. quemadmodum caueat. Item expendo istum text. nam agit de priuilegio competēte mulieri, ratione dotis, quod vtiq; priuilegium isto iure tātùm pertinebat, respectu habentium personales actiones. l. vnica. C. de priuileg. dotis. & est expressum. l. assiduis. C. qui potior. in pignor. habeant. & sentit gloss. hîc. verbo, actionē. notab. Cephal. cons. 704. à nu. 31. lib. 5. Cùm ergo dicat, mulierē quoad res extantes, etiam domino præferri, debet intelligi, vt quanuis ex vtraq; parte agatur de eo, quod debetur per actio-
3 nem personalem: † tamen mulier quoad res quasi dotales extantes domino, debet præferri. Et ideò verior ratio est, id speciali fauore doris receptum fuisse: vt satis colligitur ex mente huius text. & ex ratione. l. 3. ĵ. de priuileg creditor. quanuis ergo, quando res dotales non extant, dominus quoad deductionē faciendam ex peculio preferatur mulieri: tamē quando res dotales extant, fauor dotis præfertur: & sic hoc casu inducetur. l. in bonæ fidei. 37. s̃. de peculio. hodie sanè admitti poterit ratio cōmunis, attēta noua dispositione. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. nā cùm in rebus extantibus dominium, videatur mulieris, hac ratione cęteris creditoribus, etiā ante-



anterioribus præferetur, vt ibi per Bald. nu. 5. Ex isto igitur tex. ita explicato colligendum est: quòd huiusmodi priuilegium prelationis inter actiones personales, non conceditur doti. Sed potiùs mulieri ratione dotis: nam in hoc casu, nulla dos considerari potest. l. 1. C. de cond. ob causam. &. §. si aduersus. Instit. de nuptijs ex ratione. l. 3. s̃. de iure dotium. & tamen prædictum priuilegium conceditur mulieri, vt probat is tex. &. l. 2. §. final. ĵ. de priuilegijs creditorū. & ibi notab. Ripa nu. 18. Colligendum est etiā, quòd priuilegia concessa exactioni veræ dotis, conceduntur etiam doti putatiuæ: quod & probat. l. 3. C. solut. matrimon. & ita. l. 2. §. fin. ĵ. de priuile. credit. & latè prosequitur Alex. hîc à nu. 3. Nouell. de dote. 11. par. §. hactenus. per totum. Niconic. in rub. s̃. eo. num. 131. Palac. repet. rubric. §. 36. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. nu 56. & latissimè Tiraquel. post leges connubiales. glo. 8. à nu. 235. Sed in contrarium vrget l. si concubina 17. ĵ. de actio. rerum amotarum. vbi clarè probatur, quòd priuilegia cōcessa ob honorem matrimonij, non competunt quando matrimonium est putatiuum, & quòd attēnta veritate erat inualidū, sed communiter tenetur resolutio Bart.
4 d. l. si concubina. † quòd aut agitur de exigēda dote, & priuilegia concessa exactioni veræ dotis, competunt etiam, quā do agitur de exactione dotis putatiuæ. tex. hîc. & l. 3. C. solu. matrimonio. & l. 2. §. final. ĵ. de priuileg. creditor. Si verò de exactione dotis non agatur, priuilegia concessa vero matrimonio: & consequēter veræ doti, non censentur competere matrimonio putatiuo, & consequenter doti putatiuæ. d. l. si cōcubina, subscribit Alexand. hîc numero. 3. Iason. l. maritus. numero. 6. C. de procurato. Corrasi. l. qui liberos. num. 65. s̃. de ritu nuptiarum Cassane. consilio. 49. numero. 4. Xuarez titul. de las Ganancias. num. 16. Tiraquell. post leges connubiales glo. 8. numero. 235. Ex qua communi resolutione duæ in proposito constituendæ sunt conclusiones: prima est, quòd vbi agitur de dotis exactione, priuilegia cōcessa veræ doti, competunt putatiuæ: secunda est: quòd vbi de hoc non agitur, priuilegia concessa veræ doti, non competent putatiuæ: de vtraque sigillatim nobis agendum est: & quoad primam dicēdum est illius rationem esse, quia priuilegia exactioni veræ dotis fuerunt concessa, vt sic mulier posset alias nuptias contrahere, quod pertinet ad publicam vtilitatem. l. 1. s̃. eo. Quæ ratio etiam militat in dote putatiua. l. 3. ĵ. de priuileg. credito. & ita Alexand. hîc numero. 3. post princip. & Duaren. Vnde iam primò infertur vera explicatio ad istum tex. dum dicit, mulierem in repetenda dote putatiua, præferri alijs creditoribus. Cùm enim agatur de exactione dotis putatiuæ, & istud priuilegium concessum sit exactioni veræ dotis. l. vnica. C. de priuileg. dotis. l. ex facto. 53. §. final. s̃. de peculio. meritò etiam competet exactioni dotis putatiuæ: declarando tamen, vt per Bald. Nouell. de dote. part. 11. §. hactenus. num. 3. Infertur secundò, q̃ cū priuilegium tacitæ hypothecæ concessum sit veræ doti, vt magis in tuto sit, & faciliùs exigatur. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxoriæ actione. etiam competet doti putatiuæ: & ita gl. hic. verb. actionem. & Bart. num. 5. Alexand. nu. 3. & alij quos refert Tiraq. post leges connubiales. glo. 8. à nu. 255. Quibus adde Palac. rep. rub. §. 36. n. 4. Xuar. tit. De las ganancias. à num. 2. Neguſ. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 104. Con-
5 trariam tamen opinionem defendit † Bald. Nouel. de dote. 11. parte. §. hactenus. num. 6. motus ex eo, quòd priuilegium tacitæ hypothecæ, concessum est, veræ doti: ergo non debet locum habere in putatiua, iuxta regulam. l. 3. §. hæc verba. s̃. de negoc. gestis. Secundò, quia priuilegium fictæ stipulationis, & tacitæ hypo-

hypothecæ æquiparantur d.§. & vt plenius. Sed certum est, in dote putatiua, non obtinere locum priuilegiũ fictæ stipulationis, cùm pro actione ex stipulatu competat condictio ob causam.l. 1. C. de cond.ob causam.vel sine causa.l. fin. s̃.de condict.sine causa. tradit gloss. §. si aduersus.verbo,exactioni.Insti. de nuptijs.Ruin.l.Gallus.§.si eius. num.99. Ergo pariter non debet competere priuilegium tacitæ hypothecæ. Sed his non obstantibus, non est recedẽdum à magis communi sententia:& ad primam rationẽ Bald.Nouelli respondetur, quòd cùm in vtroq; casu militet eadem ratio, priuilegium loquẽs in dote vera, debet extẽdi ad putatiuam, iuxta regulam.l. hoc modo.j.de cond; & demonstra.& in specie glos.fin.l.si sponsa.77.s̃.de iure dotium.maximè quia dos putatiua,saltẽ largo modo potest venire sub appellatione dotis,& ex similitudine rationis,etiam in materia stricta,fit extẽsio ad casum,qui potest contineri sub vocabulo etiam largo modo sumpto.l.filiũ habeo. s̃.ad Macedonian.l.Senatus consulto. s̃. de ritu nuptiarum. Et hac ratione Bald. & Salicet. ad finẽ.l.1. C. de condict. ob causam.concludunt, q; stante statuto,q; instrumentum dotis habeat exequutionem paratam, obtinebit locum, etiam in dote putatiua, quantumcunq; illud statutum videatur exorbitans, & cõtra regulam.l.minor. viginti sex annis. cui fideicommissum.s̃.de minorib. subscribit Alexan.hîc nu.3.Palac.rep.rubric.§. 36.num.4.quidquid dubiter Ripa. l. 2. §.final.nu.10.j.de priuileg.creditorum. Non obstat secundum, quia diuersa est ratio inter fictam stipulationem & tacitam hypothecam: nam licèt pro dote putatiua non fingatur stipulatio, non ob id præiudicatur dotis exactioni, quia pro ea competit condictio ob causam.d. l. 1.C.de condictio. ob causam.cum eisdem priuilegijs:ita vt quãuis ex se actio sit stricti iuris:tamen assumat hoc casu naturam actionis bonæ fidei:prout & illam assumit actio ex stipu
6 latu.§.fuerat.Instit.de actio.† tradit Ripa.l.2.§.final.num.10.j. de priuilegijs. creditor. & tamen si hypotheca tacita non induceretur,multum præiudicaretur exactioni dotis: quia alij creditores habentes hypothecam tacitam, vel expressam,illi præferentur, iuxta regulã.l. eos.C.qui potior.in pignorib. habeant. Quare & priuilegium. l.assiduis. C. qui potior.in pignor.habeant.etiam locum habebit in dote putatiua, quia aliàs multum illius exactioni præiudicaretur: & ita gloss.hîc.verbo,actionem. in fine. & Paul.num.2.glos.magna.ad finem.dict. l.assiduis.& ibi Bart.num. 10.Iason.§.fuerat.num.39.Insti.de actio. Nouellus de dote.11.par.§.hactenus. num.7.Sed vrget in contrarium,quòd licèt gloss. fin. l.2.§.fin.j.de priuileg. creditor. teneat, quòd pro dote data per sponsam,competat tacita hypotheca cum priuilegio: tamen Bar. ibi num.6.asserit contrarium tenere communiter DD. & ibi latè defendit Ripa num. 21.& asserit receptsi Iason.§.fuerat.num.38.Insti. de action. Pro concordia dicendum est,quòd quãdo matrimonium contractum est per verba de præsenti: & sic est matrimonium putatiuum, locum habebunt prædicta priuilegia, iuxta regulam huius tex. quando vero contracta fuerint tantùm sponsalia de futuro: quia tunc non potest dici,matrimonium etiam putatiuum interuenisse:habebit quidem spõsa priuilegium prælationis inter personales,vt est expressum.l.2. §. final.j. de priuileg. &.l.si sponsa.77. s̃. de iure dotium. Cæterùm neque videbitur inducta tacita hypotheca,neque habebit locum priuilegium.d. l.assiduis. quia hoc iure cautum non inuenitur: & ita prædictos casus expressè distinguit Ripa d. l.2. §.final.numer.21.post medium.j. de priuilegijs creditorum. Ex quibus inferri videtur, quòd cùm in casu huius





text. agatur de matrimonio putatiuo, mulier habebit bona mariti putatiui tacitè obligata cum beneficio prælationis. Contrarium tamen dicendum est, quia hic maritus putatiuus erat seruus,& is non potest etiam expressim hy
7 pothecare bona peculij, † nisi illius libera peculij administratio ei concessa sit. l.si conuenerit.18.§.fin.s̃.de pignor. actio.ergo neq; tacitè.l.qui ad certum.s̃. locati.& ita Bart.hîc nu.5.Paul.ad finẽ. Nouellus de dote.11.part.§. hactenus. num.6.versic item limita. Si ergo is seruus habuerit liberã peculij administrationem,pro receptione dotis putatiuæ, bona peculij erunt tacitè hypothecata cũ priuilegio prælationis,vt suprà dictũ est:aliàs verò minimè cẽsebuntur hypothecata vt suprà dictũ est.Quinimò&seruus liberã peculij administrationem habens, tantùm pro debitis peculiaribus bona peculij poterit hypothecare: aliàs secus.l.1.§.1.s̃.quæ res pignori. Et notabis:quòd dum Bald.Nouellus supra relatus,&glo.d §.si aduersus verb.exactioni. Insti.de nuptijs.Ruin.l.Gallus. §. si eius. num.99.concedunt hoc casu condictionem ob causam,vel sine causa:id est explicandũ cum Salice.l.1.num.1.ad finẽ. C.de condictio. ob causam. Tertiò ex nostra prima cõclusione infertur, quòd quemadmodum bona verè dotalia,alienari non possunt, etiam consentiente muliere.l.vnica.§.& cum lex. C. de rei vxoriæ actio.in princ.Insti. quib. alien. licet.& etiam neq; poterunt alienari bona dotis putatiuę,cùm & hoc pertineat ad prædictæ dotis conseruationẽ: & ita gloss.l.dotale.13.verb.præstabitur.s̃.de fundo dotali.quam extollit Alexã. hîc num.3.Parpal.in rubric.nu.14.s̃. eodẽ. Nouellus de dote.11.part. §. hactenus. num.14.Corrasi.l.qui liberos. num.63. s̃.de ritu nuptiarum.Palac.rep.rubric.§. 36.num.4. Tiraquel. post leges connubiales.glos.8.num.256. Quod est notabile ad ampliationẽ Ord.lib.4.titu.6.in prin.Quartò infertur, q; priuilegiũ.l.in rebus.30.C.de iure dotium transferens dominium dotis,ipso iure in mulierem soluto matrimonio:habebit etiam locũ in dote putatiua; cùm & hoc pertineat ad faciliorem ipsius dotis exactionem. Contrarium tamen tenet Bald. Nouel. de dote.8.part.priuilegio.6.num. 16.in 12.limitatio.quẽ sequitur Tiraq. post leges connubiales.gloss.8.num.243. mori per.l.1.C.de condict. ob causam. & l. fin.s̃.de condict.sine causa. vbi his casibus conceditur mulieri condictio ob causam,quæ non concederetur,si dominium dotis in ipsam censeretur translatum ipso iure,iuxta regulam.l.fin.s̃. vsusfr. quẽadmodum caueat.&.§. sic itaque.Insti.de actio.Sed nostra illatio ve-
8 rior est: † nam si doti putatiuæ prædictũ priuilegium non competeret, multum præiudicaretur exactioni illius dotis: quia condictio ob causam tanquã actio personalis non daretur aduersus particularem successorem.l.fin.§.fin. s̃.de contrahend.emptio. Neq; obstat fundamẽtum contrariæ opinionis de.l.1.C.de cõdict.ob causam.cũ similibus.quia procedunt attento iure antiquo, secundùm quod dominium dotis veræ, non transferebatur in mulierẽ ipso iure,iuxta cõmunẽ.l.si mora.s̃.eod.Vnde neq; in matrimonio putatiuo: cæterùm hodie cũ ipso iure re transferatur in matrimonio vero,idẽ erit recipiẽdũ in putatiuo, iuxta regulam huius tex. vnde hodie non competet cõdictio ob causam; nisi quãdo res dotales non extant: nam si extẽt, non cõpetet cõdictio ob causam propter regulã.l.fin.s̃.vsuf. quẽad.caueat. Et confirmatur,quia d.l.1. C. de cond. ob causam.loquitur, quãdo dos cõsistit in pecunia,quæ facilè cõsumitur: & ideò cũ nõ extet,marito datur condictio, vt in simili probatur.l.rogasti §.fin s̃.si cert. peta. Illud sanè verũ est, q; si spõsa transtulerit dominiũ dotis in spõsum, iuxta l.sed nisi.9.s̃.de iure dotiũ. & posteà nõ

ſequatur matrimoniũ, ſemper neceſſaria eſt cõdictio.l.2.§.fin.ĩ.de priuile.creditor.l.ſi ſpõſa.77.s̃. de iure dotiũ: quia priuilegiũ d.l.in rebus.in ſponſa nõ procedit,cũ in ea non detur dos vera, neq; putatiua,vt ſuprà diximus. Et iuxta hæc venit explicandus is text.dũ mulierẽ in rebus dotalibus extantibus, præfert omnibus alijs creditoribus. Nam attẽto iſto iure dicendũ eſt, hoc fuiſſe admiſſum ſpeciali fauore dotis, vt ſuprà diximus. Sed hodie id generale erit, propter diſpoſitionem l.in rebus.30.C. de iure dotiũ.quæ etiam in dote putatiua locũ habet,vt ſuprà probauimus. Item venit etiam intelligendũ id quod tex.is probat idem eſſe ſi extent res emptæ ex pecunia dotali: nam & in his quaſi dotalibus præferetur mulier. Sed obſtat,quòd emptum ex rebus verè dotalibus, non efficiuntur dotale.l. ex pecunia. 12. C. de iure dotiũ.niſi duo ſimul concurrant, q̃ ex pecunia dotali ematur quid,quod ſit vtile mulieri, & de eius conſenſu. l. ita cõſtante.27.s̃.de iure dotiũ.latè Tiraq; lib.1.retract §.32.glo.vnica.nu.16. Anto.Gomez.l.Tauri.50.num.36.Cui difficultati reſpondet Imol.& Alex. hîc.n. 4.tex.iſtum eſſe intelligendum, iuxta ſuprà traditam reſolutionem, vt ex pecunia dotali fuerint emptæ res vtiles vxori putatiuæ,& de eius conſenſu: & ita etiam in effectu Bald. Nouell. de dote. 11.par.§. hactenus. nu. 10. & Cephalus conſ.704.nu.33.lib.5.Sed nimis reſtringitur generalitas huius tex. Et ideò magis placet reſponſio Bar. hîc nu. 7. ſpe-
9 ciale eſſe in hoc caſu: † quod vltra alios ità explico: nam quòd emptũ ex pecunia dotali,nõ efficiatur dotale,ex eo procedit,quia in pecunia,& rebus conſiſtẽtibus pondere,& menſura: tacitè videtur permiſſum marito,vt illis ad libitũ vtatur, & ſoluto matrimonio tantũdem reſtituat.l.res in dotẽ. 43.s̃. de iure dot. & ideò propter hãc tacitã permiſsionẽ, nõ verificatur,q̃ quid ſit emptũ ex pecunia dotali, imò ſemper videtur emptũ ex pecunia,quæ ſimpliciter eſt mariti,vt diximus in rub.s̃.eo.tamẽ in dote putatiua non debet videri conceſſa prædicta facultas marito: quia priuilegia veræ dotis nõ cõmunicantur doti putatiuæ in fauorẽ mariti putatiui, vt dicemus in ſeq.concluſione: & ideò cũ tunc verificetur,emptũ eſſe ex pecunia dotali, efficietur quaſi dotale propter naturã dotis,q̃ eſt ius vniuerſale, vt hic per Alex. nu.4.Nouel.de dote.11.par.§.hactenus. nu.8.nã & hac eadẽ ratione dicimus, q̃ ſi maritus verus non eſt ſoluẽdo,in ſubſidiũ emptũ ex pecunia dotali efficitur dotale.l.vxor marito.56.ad fi.s̃.de dona. inter virũ & vxorẽ. reſoluit Nouel. de dote.7.par.priuil.15.Ripa.l.1.nu.21.s̃.in quibus cauſis pignus. Cephalus conſil. 704.nu.34.libr.5. Quia illa tacita facultas conceſſa marito, cenſetur reuocata, ſi ille non ſit ſoluẽdo,vt diximus in dict. rubr.s̃.eo. Vnde idẽ dicẽdum eſt in marito putatiuo,etiamſi ſoluendo ſit, quia eadẽ militat ratio: vnde & dum. l. in rebus.30.C.de iure dotium. in ſubſidium concedit reiuendicationẽ,aduerſus eos in quos maritus alienauit res dotales,etiam æſtimatas,vt ibi per glo.verb.æſtimãtæ.pariter etiam admittetur in dote putatiua.notab.Nouell.de dote.11.par. §.hactenus.nu.10.exquo optimè confir
10 matur ſuprà tradita num.præced.† Vltimò ex prædicta prima concluſione infertur explicatio ad. l. ſeq. dum probat, quòd propter impenſas factas in rebus quaſi dotalibus, prædictæ res retineri poſſunt: & tamẽ in dote vera propter impẽſas,dos retineri non poteſt.l.vnica. §.taceat.C.de rei vxor.actio.gloſſ.l.ſeq. dicit, hanc ſolam eſſe differentiam inter dotem veram, & putatiuam: & ſequitur Bartolus hîc numer.2. Alexand. numero.3.& alij adducti per Tiraquellum poſt leges connubiales.gloſſ.8. numero. 248. Sed cùm priuilegium dict. §.taceat. pertineat ad faciliorem exactionem dotis, non video cur non debeat etiam recepi in dote putatiua: & ideò.l.ſequens.videtur interpretãda,iuxta d.§.taceat.vt licita ſit retẽtio propter neceſſarias impenſas, vt ibi probatur, & probat etiam tex.l.dote propter.61.s̃. de ritu nuptiar.tradit Cuman.hic ad fin. & Tiraquel.poſt leges connubiales. gloſ.8. num.268.quidquid repugnet Duaren. in.l.ſeq. Sed extra hunc caſum non erit licita retentio, iuxta d.§.taceat. Neque enim nouum eſt vnam legem per aliam intelligi.l.nõ eſt nouum.s̃.de legib.& in hoc ſenſu admitti poteſt opinio Cuman. hîc ad finem. quòd text.l.ſeq. procedat ſecundùm ius antiquum, quo res dotales poterant retineri ante conſtitutionẽ dict.§.taceat. nam vt euitetur correctio dicemus.l.ſeq.iuxta diſtinctionem dict. §.taceat. eſſe intelligendam. Hanc primam concluſionem ita explicatam tribus limitabis modis,& ita perfectè remanebit explicata. Prima limitatio ſit, vt is text.procedat,quando libera mulier dedit dotem ſeruo, vt etiam contingit in terminis.l.3. C. ſoluto matrimonio. &.l. Lutius Titius.27.s̃.de poſiti. Sed ſi è contra ponas,mulierem ſeruam contraxiſſe matrimonium cum libero, & ei dotem dediſſe,vt contingit in ſpecie cap. 2. de coniugio.ſeruo. tunc dicendũ eſt,quòd cum ſerua non potuerit transferre dominium dotis in maritum,ſine conſenſu domini,ſumus extra terminos huius textus,& dominus dotem vẽdicare poteſt, vt eſt expreſſum.l.Proculus.68. s̃. de iure dotium.& ſic redigimur ad terminos l.depoſui.39.s̃.de peculio. & ad hũc modum debet declarari.c.2.in fine.de coniugio.ſeruo. & ibi notat gloſ.final. Quæ intelligas procedere etiãſi hæc ſerua ex peculio dotem dederit,nam cum reſpectu domini,donatio videatur: ſuccedit regula.l.1.§.1.s̃.quæ res pignori.& in ſpecie ſentit.l.ſi ſerua.40.iuncta gloſ.1.s̃. de
11 iure dotium.† Illud certum eſt, quòd ſi aliqua ratione ſeruę competat repetitio, iuxta cap.2.in fin.de coniugio.ſeruo. nõ competent ei priuilegia dotis repetitioni conceſſa; quia in ſerua ceſſat ratio. l. 3.ĩ.de priuileg.creditor. cum ipſa non liberos,ſed ſeruos procreet Reipublicæ. l. partum.C.de reiuend. Secundò limita, vt quãuis pater teneatur ſe obligare pro dote vera recepta per filium,vt diximus §.præcedenti: tamen ſi matrimoniũ fuerit putatiuum,nõ tenebitur ſe obligare; quia cũ pater ea ratione ſe teneatur obligare,ne aliàs legitimum matrimonium filij impediatur. Bart.§. præced. num.6. & ibi diximus.Hæc ratio manifeſtè ceſſat in matrimonio putatiuo:& ita Romanus,& Alex.num.6.d.§.tranſgrediamur. Palac.rep.rub.§.21.num.8.Tiraq.poſt leges connubiales.gloſ.8.num.247.Quod intelligendum eſt, quando pater quem filius obligare vult,opponit matrimoniũ eſſe inualidũ,audietur enim pater excipiens: ſi verò non opponat, neque conſtet de inualiditate matrimonij,interim tenebitur ſe obligare. Tertiò limita,quãdo nullitas matrimonij prouenit ex parte mulieris,vt quia ipſa eſſet ſerua,& ſciẽter contraxit cũ libero,iuxta terminos.c. 2.de coniugio.ſeruo.Neq; enim tunc in exigenda dote habebit priuilegia veræ doti conceſſa,ne aliàs ex ſua malitia cõmodum reportet contra regulam.l.ſiue hæreditaria.s̃.de negoc. geſt. & quia lex doloſis nõ ſolet vllum impartiri fauorẽ. l.fœminis.C.ad Velleian. & ita in ſpecie tenẽt Paul.hîc nu. 2. ad medium. Alex. nu 3.verſic.prædicta etiã.Ripa.l.2.§.fin. nu.21.ad fin.ĩ. de priuileg. creditor. latè Niconic.in rub.à num.134.s̃. eod. Xuarez tit.De las ganancias.nu.17.dicẽs pro iſta opinione eſſe tex.in præſenti,ibi: Putauerit q̃ue eſſe liberum,à contrario ſenſu,&.l.3.C.ſolut.matrim.ſentiunt enim, quòd ſi illa ſciẽter contraxit cum ſeruo, non habebit priuilegium, vt diximus in primo ergo à fortiori illud nõ habebit quãdo nullitas matrimonij proceſsit ab eius
12 parte,& interuenit etiam illius ſciẽtia. †

Ex quibus inferebat notabiliter Costa c.si pater.1.par.verb.vxorem.à num.21. de testam.in.6. quòd licèt data ignorantia vnius ex coniugibus,natus ex matrimonio putatiuo censeatur legitimus.c. ex tenore,qui filij sint legitimi, tamen ille,qui sciuit impedimentum non habebit iura legitimi patris in prædicto filio: argum.c.1.de donation.inter virum, & ne aliàs ex suo delicto cõmodũ reportet aduersus regulam.d.l.siue hæreditaria.§. de negoc.gest. Inferebat etiam Xuarez tit.De las ganancias.num.17. quòd licèt etiã in matrimonio putatiuo lucra quæsita communicentur inter coniuges.c.2. secundùm vnum intellectum. de donation.inter virum.& infrà dicemus:tamẽ si mulier sciuit impedimentum,& maritus deceptus nolit aliquid habere ex lucris per eam quæsitis, neque ipsa poterit habere partẽ ex lucris quæsitis per maritum per rationes,de quibus suprà.Adde, quòd si ex parte mulieris non solũ interuenit sciẽtia,sed etiam & dolus,quia decepit maritum,tunc per exceptionẽ doli,vel actionem de dolo obtinebit maritus putatiuus,id lucrum ex dote,quòd esset habiturus, si valuisset matrimonium, text.elegans est.l.à diuo Pio.58. cũ glos. §.de ritu nuptiar.l.pen.§. fin.ff. quod falsò tutor.facit.l.si filia.5.§.de diuort.quod est notabile ad declarationem.l.1.in fin. C.de cond.ob causam.&.c.2. ad finẽ. de cõiugio.seruorum.Et hæc de prima cõclusione. Succedit igitur secunda principalis conclusio in hac materia, quòd vbi non agitur de fauore dotis,priuilegia cõcessa matrimonio verò, non habẽt locũ in putatiuo.l. si concubina. & ibi Bart.ff. de action.rerum amota.Ex qua infertur primo decisio quæstionis, quam tractat Gam.decis.89. vtrùm stante Ordinatione Portugaliæ lib.2.titul.47.§.1. & lib.4. tit.7.disponentes,quòd in regno Portugaliæ, non solũ lucra quæsita constante matrimonio, sed etiã dos, & omnia alia bona cõmunicentur inter coniuges,obtineat id etiã locum in matrimonio putatiuo? Et ipse concludit obtinere, motus quòd in locis, in quibus solùm lucra quæsita cõmunicantur inter coniuges. Prout est in regno Castellæ, & Frantiæ, hæc cõmunicatio lucrorum,etiam obtinet locũ in matrimonio putatiuo,si coniuges ignorarunt impedimentum matrimonij.c.2.& ibi glos.& Panor. de donatio. inter virum. tradit Andr. Sicul.c. ex literis.num.19.de pignorib. & hanc esse receptã sententiam asserit Palac.rep. rubr.§.36.num.2.Cassane.in consuet.Burgund.rubr.4.§.2.glos.Fẽme.num.4. pag. 522.Tiraq.post leges cõnubiales. glos.8. nu.270.Anton.Gomez.l. Tauri.50. nu. 56.in fine.& alij quos refert Matienço.l.
13 2.tit.9.lib.5.ordinam.glos.1.à nu.4.† ergo idem recipiendum est in cõmunicatione vniuersali omniũ bonorũ, quæ fit inter coniuges secũdùm leges Portugaliæ,quia eadẽ videtur militare ratio. Adde,quòd sæpius secundũ hanc sententiã in regno Portugaliæ fuisse iudicatũ asserit idẽ Gam.decis.176.nu.1.& decis.207. nu.1.vbi num.10.asserit ita in specie cõcludere Couarru.de sponsalib. 2. part.c. 7.§.1.nu.7.quod & latiùs concludit decis. 220. vbi pro hac opinione inducit.c. ex tenore,qui filij sint legitimi, vbi propter bonam fidem contrahentium,proles cẽsetur legitima, ac si matrimonium putatiuum re vera valeret: ergo etiã & in nostro casu propter bonã fidẽ debet induci cõmunicatio,ac si matrimonium putatiuũ valeret.Denique inducit Ord. lib.2.tit.47.§.fin.dum probat,hanc communicationem induci ab eo tempore, quo coniuges simul cohabitarunt in eadem domo, quanuis inde non resultet matrimonium verum,sed præsumptum, iuxta notata.l.si vicinis.C. de nupt. Sed his nõ obstantibus contrariũ videtur verius,imò quòd hæc cõmunicatio bonorũ nõ habeat locũ in matrimonio putatiuo:nã hæc cõmunicatio nõ tẽdit in fauorẽ dotis,sed potius ad eius diminutionẽ, nam



nam à cõmuniter accidẽtibus plura fert secum vxor,quam habeat maritus: Ergo secundùm hanc nostram regulam, prædicta cõmunicatio non debet locum habere in matrimonio putatiuo, & licèt possit contingere contrarium, & fauorẽ esse mulieris,quòd locũ habeat prędicta cõmunicatio,tamen iura adaptantur ad ea,quæ frequentius contingunt.l. nã ad ea.§.de legib.quam sententiam multi Senatores probarunt,vt asserit idem Gam.
14 decis.89.num.2.† Neque obstant rationes suprà adductæ pro contraria opinione:nam ad primum respondetur, illam cõmunem opinionẽ non videri tutam, quia confundi videtur per.l.1.ad fin. C. de cõd.ob causam.vbi tex.probat, quòd in matrimonio putatiuo, nõ habet locũ pactũ de lucranda dote.vbi Bald.Angel. & Salic.concludũt,idẽ esse in lucro dela ro per statutũ:& subscribit Alex. hic nu. 3.vers.item pactũ. Adde Bald.c.iurauit. nu.1.ad fin.de probat.& ibi Felin.ad fin. extollit Hippol.sing.129. Tiraq. post leges connubiales.glos.8.nu.247.ergo cõmunicatio lucrorũ inducta per leges Castellæ,& Frantiæ,non debet locũ habere in matrimonio putatiuo:quod ita hac ratione in terminis tenet Bal.Nouel. de dote.11.par.§.hactenus.nu.23.& nu.29. vbi respõdet ad d.c.2.de donat.inter virũ.& subscribit Cassane.in consuet.Burgun.rubr.4.§.2.glo.Fẽme.nu.14.Sed nõ placet hæc opinio, quia verior videtur magis cõmunis traditio ex generalitate d.c.2.de donation.inter virum.Neq; repugnat d.l.1.C.de cõd. ob causam: quia loquitur in pacto de lucranda dote,respiciẽte solũ commodũ mariti,cui non potest esse locus in matrimonio putatiuo; quia cautũ in matrimonio vero,locũ habet in matrimonio putatiuo in fauorem mulieris, vt obtineat facilius dotẽ, non autẽ in fauorẽ mariti, vt statim dicemus. Vnde meritò vbi matrimoniũ est putatiuum,lucrum nõ acquiritur marito, vt probat.l.à diuo Pio.58.§.de ritu nupt.& l.pen.§.fin.ff.quod falsò tuto.Nos autem loquimur in lucro reciproco,quòd ęquè potest tẽdere in fauorẽ mariti, & mulieris:& ideò prædictæ lucrorũ communicationi debet esse locus,etiam in matrimonio putatiuo: arg.l. de fideicõmisso. C.de transactio.&.l.si pater puellę.C.de inof.testam.Item in pacto de lucrãda dote, causa immediata lucrandi, est ipsum matrimonium,& onera illi annexa.l. cũ quis.§.1.ff.de dote prælegata.l. dotem.ff. de castrens.peculio.Bald.c.iurauit.nu.1. ad fin.de probatio.Si ergo non subsistat matrimoniũ, neque prædicto lucro debet esse locus:arg.l.Titia Seio.§.vsuras.ff. de legat. 2. Sed communicatio lucrorũ fit immediate ex eo,quia quæ quærũtur per virum,conseruantur per vxorem, & sic videtur interuenire cõmunis labor,
15 & industria.Palac.rep.rub.§.62.à nu.2.† ergo illi debet esse locus in matrimonio putatiuo,in quo etiã deprehenditur cõmunis labor, & industria circa prædicta lucra,vt in specie aduertit Couar.de spõsal.2.par.c.7.§.1.nu.8. ad fin. Xuarez tit. De las ganancias.nu.16.ad fin. Phanuntius de lucro dotis, glos.3. nu.20. ad fin. Matienço.l.2.tit.9.lib.5.ordinam.glos.1. num.6.Et ideò melius respõdetur, diuersam esse rationem inter communicationem lucrorum, & inter cõmunicationẽ dotis,& omniũ bonorum,quæ fit secundũ leges Portugaliæ inter cõiuges: nam cõmunicatio lucrorũ,semper maiorẽ vtilitatẽ afferet vxori,quã marito. Cũ à cõmuniter accidẽtibus lucra industria præcipua mariti quæri soleant, vt aduertit Cassane.in consuet.Burgun.rubr.4.§.2. glos.Fẽme.nu.4. & nos probauimus.l.si ab hostibus.§.fin.§.eod. Vnde cum tendat in fauorẽ mulieris,& quasi in augmẽtum dotis, locus erit prædictæ communicationi, etiam in matrimonio putatiuo,iuxta primam conclusionem. Cõmunicatio autẽ dotis, & omnium bonorũ, quæ fit inter coniuges secundùm leges Portugaliæ, à communiter accidẽtibus tendit

tendit in damnum,& diminutionē dotis, vt suprà diximus. Vnde debet induci secunda conclusio in hac materia, de cuius veritate nunc agimus. Vnde consequi videtur, quòd vbi est fauor mulieris, & vbi inducitur quasi augmentum dotis, dispositum in matrimonio verò, habebit etiam locum in putatiuo. Quare prout in regnis Hispaniæ vxor lucratur arras, si valet matrimonium, idem admittendum erit in matrimonio putatiuo, cum id apertè tendat in fauorem mulieris. Et confirmatur, quia arræ solent constitui in præmium amissæ pudicitiæ. l. res vxoris. & ibi Bald. C. de donation. inter virum. tradit Palac. repet. rub. §. 12. numer. 1. Xuarez tit. De las arras. numer. 1. Couarru. de sponsalib. 2. parte, cap. 3. §. 7. numer. 12. Padilla authent. res quæ. numer. 31. C. communia de legat. Quæ ratio à fortiori militat in matrimonio putatiuo. ¶ Vnde concludit Bald. Nouellus de dote. 11. part. in princip. numer. 11. quòd licèt quando maritus sciuit impedimentum, & donauit vxori ignoranti, nihilominus id auferat fiscus. l. cùm hic status. 33. §. final. ff. de donation. inter virum. id intelligendum est, quando matrimonium non fuit copula consummatum: nam si copula fuit consummatum, debet donatio remanere penes vxorem. l. final. ff. de legatis. 1. Rationem differentiæ assignat, quia primo casu res est integra, in secundo autem mulier est corrupta, & amisit pudicitiam, & virginitatem: & ideò in præmium huius damni, debet retinere donationem: subscribit Palac. repet. rub. §. 36. numer. 7. Contrarium nihilominus securè tenet Anton. Gomez l. Tauri. 50. numer. 56. versic. tertiò infertur: allegat. l. si à sponso. ad iuncta gloss. 3. C. de donation. ante nuptias. & l. 3. §. videamus. ff. de donatio. inter virum. Pro concordia dicēdum est, quòd si putatiuus maritus ignorauit impedimentū, & donauit aliquā rē tanquā vxori, nō valet hæc donatio, neque mor

16

te confirmatur. l. cum hic status. §. pen. ff. de donatio. inter virum. extollunt relati per Palac. rep. rub. §. 36. nu. 7. Neque obstat, quòd sequuta copula vxor amisit dicitiam, & virginitatem, hoc enim non debet efficere, vt donatio valeat aduersus verisimilē mentem donātis. l. si ego. §. si certum petat. Si verò maritus sciuit impedimentum, & donauit vxori ignoranti, tunc verius est, quòd mulier in præmium amissæ pudicitiæ debeat arras lucrari & obtinere donationē, vt suprà dictum est. Quo etiam modo venit explicanda glos. 3. l. si à sponso. C. de donatio. ante nupt. dum limitans illum text. probantem, quòd mulier lucratur dimidiā partem spōsalitiæ largitatis si interuenit osculum, quanuis matrimoniū sequutū non sit, vt non procedat quando matrimonium propter iuris impedimentum contrahi non potuit, quia tūc sponsa putatiua non lucrabitur dimidiam partem sponsalitiæ largitatis, etiāsi osculū interueniat, & sequuntur ibi Fulgos. & Salic. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. num. 7. & ibi Cifuēt. ad fin. Quod sanè procedet, quādo maritus ignorauit impedimētū; aliàs cū propter osculū delibata sit pudicitia spōsæ putatiuæ, debet lucrari, dimidiam partē sponsalitię largitatis, vt tenet Palac. rep. rub. §. 3. num. 5. & l. Tauri. 52. num. 2. Matienço. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinam. glo. 2. nu. 2. Vlteriùs nō facit pro opinione, quā impugnamus. c. ex tenore qui filij sint legitimi, quia text. ille procedit speciali fauore prolis, quæ cum sit inculpabilis cēsebitur legitima, si vnus ex parētibus ignorauit impedimentū, notauit Bald. c. in

17

rauit. num. 1. de probation. ¶ Inde igitur inferri non potest ad cōmunicationē bonorū, quę non pertinet ad fauorē prolis, sed magis tēdit ad diminutionē dotis, vt suprà dictū est: & in simili obseruat Costa c. si pater. 1. par. verb. vxorē. nu. 19. de testa. in. 6. Et cōfirmatur, quia falsa existimatio particularū, regulariter nō mutat rei veritatem. §. si quis rem. Inst. de legat.

cap.



cap. veritate. 8. distinctio. Bald. l. 2. in fin. C. de sentent. & interlocutor. Alex. consil. 147. num. 17. lib. 7. Erronea igitur existimatio coniugum, non potuit validare matrimonium re vera inualidum. l. 1. C. de interdict. matrimon. l. à diuo Pio. cū glos. §. de ritu nuptiar. ergo non obstante errorre contrahentium, neque habebit locum communicatio, quæ in consequentiam matrimonij videtur inducta. l. aduersus. C. de crimi. expilatæ hæreditatis. adiuncta regula. l. cum principalis. ff. de regul. iur. Non obstat etiam Ordin. lib. 2. tit. 47. quia loquitur in matrimonio præsumpto, quod pro verò habetur. l. cū quid. §. si cert. petat. Nos autem agimus de matrimonio inualido, quòd error partium validum reddere non potuit, vt suprà diximus, ac ita opinio, quā defendimus videtur verior. Quam tamen intellige, quando vterque coniux ignorauit impedimentum, vel etiam sciuit: nam si vxor sciuit, & maritus ignorauit, tūc quidem vxori scienti nulla fiet communicatio, ex regula. l. siue hæreditaria. §. de negoc. gest. & in specie Xuarez tit. De las ganancias. à num. 21. Gamma decis. 89. num. 1. marito tamen ignoranti, fiet cōmunicatio, quia videtur mulier maritū decepisse, quia ei non declarauit impedimentum: & ideò etiam quoad lucrū mariti, perinde haberi debet, ac si matrimonium validè esset contractum. l. à diuo Pio. §. de ritu nuptiar. l. pen. §. fin. §. quod falsò tutor. authore. notat Roman. hic num. 26. hunc. §. sub. §. transgrediamur interpretatus. Bald. Nouel. de dote. 11. part. §. hactenus. num. 3. Nam & hac ratione receptū est, q. si maritus sciuit impedimentū, & mulier ignorauit, lucrabitur mulier sibi donata per maritum, ac si matrimoniū, vel sponsalia valerēt, vt per Palac. repet. rub. §. 36. num. 7. & l. Tauri. 52. nu. 4. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. nu. 7. Matienço. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. glos. 2.

18

ad fin. ¶ Quæ tamē intelligas, vt directo ratione cōmunicationis, maritus nō ob-



tineat partem in bonis vxoris, hoc enim directo fieri non potest, cū matrimoniū non valuerit: sed tantùm maritus opposita doli mali exceptione, vel etiam intētata actione de dolo, id poterit obtinere, vt colligitur ex. l. pen. §. fin. ff. quod falsò tutor. authore. & l. à diuo Pio. 58. §. de ritu nuptiarū. & explicat Alex. hic nu. 3. versic. sed contrarium. Secundo principaliter ex prædicta secūda conclusione infertur, quòd quoties in matrimonio putatiuo cesset fauor dotis, disposita in matrimonio verò, non obtinebunt locū imputatiuo. l. 1. ad finem. C. de condiction. ob causam. & ita Alexan. hic nu. 3. versic. item prædicta. Campes. de dote. 1. part. q. 97. num. 3. Ias. l. maritus. num. 3. C. de procurator. Vincen. in rub. nu. 20. §. eod. & ibi Ripa. nu. 64. Neguf. de pignorib. 4. membr. 2. part. nu. 106. Xuarez tit. De las ganācias. nu. 16. Et hinc est, quòd licèt in matrimonio verò, maritus lucretur fructus perceptos ex rebus dotalibus, etiamsi excedāt onera matrimonij. l. dotis fructus. 8. cum ibi notatis §. de iure dotium. tamen aliud erit in matrimonio putatiuo, neque enim maritus lucrabitur fructus, nisi ad instar bonæ fidei possessoris. l. in insulam. 43. §. fin. ff. eodē. Paul. hic num. 2. Alexand. num. 3. versic. item prædicta. Nouellus de dote. 11. par. §. hactenus. num. 32. Xuarez tit. De las ganancias. num. 4. Tiraq. post leges connubiales. glos. 8. num. 236. Anton. Gom. l. Tauri. 50. nu. 56. Phanuntius de lucro, glos. 3. num. 20. Et hinc etiam est, quòd marito putatiuo, nō conceditur dilatio annalis, quæ conceditur verò marito ad restituendas res mobiles dotales. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actione. maritus enim putatiuus, illico omnem dotem iubetur restituere. c. 1. de donation. inter virum. tradit gloss. dict. §. exactio. verb. restituendis. post princ. & latè Alexand. hic num. 3. versic. ex his etiam. Bald. Nouellus de dote. 11. parte. §. hactenus. num. 27. ad finem. & notab. numer. 35.

Xuarez tit.De las ganancias.numer. 11.
Anton.Gomez.l.Tauri.50.num.56. ver
sic.septimò infero.Tiraq. post leges con
19 nubiales.glo.8.num.239. † Item neque
marito putatiuo competit priuilegium.
l.maritum.s.eod.vt colligitur ex c.1. de
donation.inter virum.& ibi Panorm.A-
lexan.hîc nu.3.versic.item maritus.No-
uellus d.§.hactenus.num.28. Tiraq.post
leges connubiales.glos. 8.num.235.De-
nique licèt vxor vera conuicta de adul-
terio,amittat dotem,& eam lucretur ma
ritus.l.consensu.§.1.C.de repud.cap.ple
rumque.de donation.inter virum.nõ sic
erit in marito putatiuo. Neque enim is
lucrabitur dotem propter adulteriũ vxo
ris putatiuæ.glos.l.consensu.§.1.verb. si-
bi habere.ad medium. C. de repud. quã
ibi probarunt Cyn. & Salic. Alexan. hîc
num.3.versic.ex his verificari. Andr. Si-
cul.c. 1.num.63. vt lite non contestata,
& alij quos refert Tiraq.post leges con-
nubiales.glos.8.nume.238. de quo dixi-
mus.l.2.in princ.s.eod. Tertiò principa-
liter ex hac secũda conclusione infertur
intellectus ad.l.cũ hic status.33.§. si quis
sponsam.s.de donation.inter virum.vbi
probatur,quòd licèt donatio facta vxo-
ri veræ,morte donantis confirmetur,nõ
sic donatio facta vxori putatiuæ, hæc
enim neque morte donantis confirma-
bitur: extollit Bald.l.eam quam. numer.
22.C.de fideicommiss. Alexand.hîc nu-
mer.3.versic.ex hoc verificatur.Palac.re
pet.rub.§.36.num.7.&.§.81.nu.17. Cas-
sane.consil.49.num.5. Corrasi.l.qui libe-
ros.num.66.s.de ritu nuptiarum.Couar
ru.de sponsal.2.part.c.7.§.1.num.8.Tira
quel.post leges connubiales. glos. 8.nu-
mer.249. Costa. c. si pater. 1. part.verb.
vxorem.num.16.de testamen.in.6.nam
contrarium videbatur dicendum.Cùm
enim ea confirmatio tendat in fauorem
mulieris,& quasi dotem augeat, dispo-
sitio legis facta circa matrimonium verũ,
debuit verificari in putatiuo. Sed respõ-
dẽdũ est,in hac materia duas esse quæ-
stiones : prima potestatis:secũda volun-
tatis. Quoad quæstionem potestatis,ma
trimonium verum, & putatiuum à pari
procedunt,quia vtroque casu non valet
donatio à principio, vt est expressum in
l.3.§.videamus.s. de donation. inter vi-
rum.& vxorem. Quoad quæstionem au
tem voluntatis,differentia est: nam quã
do non erratur in qualitate vxoris,& do
nans perseuerat in eadem voluntate, vs-
que ad mortem tacitè videtur donatio-
nem confirmare.l.cum hic status. 33. in
princip.s. de donation.inter virum. Sed
quando erratur in qualitate vxoris,quia
putabat illam cui donabat,suã esse vxo-
20 rem, cùm non esset, † licèt tunc perse-
ueret in eadem voluntate,vsque ad mor
tem non inducitur tamen confirmatio
donationis; quia errando in qualitate
vxoris, errat in causa finali donationis:
& ideò ex defectu causæ finalis,censetur
donatio nulla,quasi ex defectu voluntatis:argum.l.si pater.&.l.neque apud. C.
de hæred.instit.l.ea quæ. & ibi gl.fin. C.
de donation.ante nupt. Implicaret igi-
tur contradictionẽ, si talis donatio per
mortem censeretur confirmata : & ita
Alexand.l.si donatione.nu.13.C.de col-
lation.Campes.de dote.1.part.q.97. nu-
me.4.Crot.l.frater à fratre.num.78.s. de
cond.indeb.Francisc. Marc. decisi. 886.
num.3.in.1.parte.Tiraq.post leges con-
nubiales.glos.8.num.249. Ex qua ratio-
ne colligas,quòd si maritus sciens nõ va-
lere matrimonium,donauit vxori puta-
tiuæ,cùm tũc cesset ratio de qua suprà.
Induceretur per mortem confirmatio,
per tradita suprà,colligas etiã d.§. si quis
sponsam etiã locum obtinere in legato
relicto vxori putatiuæ:nam & hoc nõ va
lebit,quia & in eo militat prædicta ratio,
quod sentit gl.d.§.si quis sponsam.verb.
sed quasi.dum allegat.l.si pater.C. de hæ
red.instit.vbi Alexand. num.1. & Iason
num.2.idem sentiũt,& alij relati per Co
stam.c.si pater.1.part.verb. vxorem.nu-
mer.16.de testamen.in.6. Quibus adde
glos.



glos.fin.in fin.l.ea quæ. 5. C.de donatio.
ante nuptias. Socin.l. demonstratio fal-
sa.in princ.num.9.j.de cond.& demon-
strat. Tiraquel. post leges connubiales.
glos.8.num.251. Iuxta quæ venit expli-
candus text.l.vxori maritus.27.j.de vsu-
fr.legato.vbi maritus legauit vxori vsum
fructum fundi,& posteà fuit pronuncia
tum,illud matrimonium nõ valuisse,in-
quit Iureconf.legatum vsusfructus non
valuisse,& ideò fructũs per mulierẽ per-
ceptos,posse repeti,non tamen Iurecon
sul.declarat per quem repeti possint: Et
ideò ex prædictis dicendũ est, repeti pos
se per hæredes mariti, cùm enim mari-
tus ignorans impedimentum,legauerit,
tãquam vxori,& vxor illa non esset, qua
si ex defectu causæ finalis legatum irrita
tur; & ideò ad hæredes defuncti debet
pertinere repetitio prædicti legati: argu
ment. l.si pater.C.de hæred.instit. & ita
21 Anton. Gomez.l.Tauri.50.nume.55. †
Cephal.consil.390.num.73.lib.3. & de-
fendit Costa.c.si pater.1.part.verb. vxo
rem.à numer.14.de testam.in.6. Vltimò
ex prædicta secunda conclusione infer-
tur intellectus ad.l.1.in princ.j. vnde vir
& vxor.vbi probatur,quòd cõiuges pos-
sunt sibi succedere ab intestato,quando
matrimonium fuit iustum,& validum,si
autem fuit iniustum non succedunt:no
tat Alexand.hîc num. 3. versic. pro hoc
etiam.Curt.Iunior.l.1.num.12.C. vnde
vir & vxor.Tiraq.post leges cõnubiales.
glos.8.num.240.Sed ego nouè existimo
hanc differentiam non esse veram, imò
coniuges inuicem succedere,quãdo ma
trimonium est putatiuum,& tamen fis-
cum auferre,iuxta regulam.l.cum ratio.
§.fin.j.de bonis damnatorum. Ad quod
expẽdo d.l.1.in prin.j. vnde vir & vxor.
vbi text.ita arguit,quòd prout coniuges
ex testamento capere non possunt,quã-
do iniustum fuit matrimonium, ita etiã
neque ab intestato succedunt,sed ex te-
stamento mero iure succedunt,licèt fis-
cus auferat.l. Claudius. j. de his quibus
vt indignis. ergo idem dicendum est in
successione ab intestato:& in simili col-
liges ex.l.fin.j. de leg.1,adiuncta.l.2.ver-
sic.per contrarium.j.de his quibus vt in-
dignis. Quod sanè intelligendum est,
quando vterque sciuit impedimentum,
vel saltem ille, qui succedere vult, aliàs
cum effectu succedet,prout & potest eo
casu cum effectu capere ex testamento,
vt statim dicemus. Vltimò ad comple-
mentum materiæ aduertendum est,ma
trimonium putatiuum tribus modis cõ-
siderari posse,scilicet quando matrimo-
nium non valet, non quia ei lex resistat,
sed quia nõ assistit,vt in matrimonio cõ-
tracto cum seruo:& de hoc casu dicen-
dũ est,vt suprà diximus in principio hu-
ius.§. Secundò modo cõsiderari potest,
quando lex quidem resistit,& tamen im
pedimentum est tẽporale, vt quãdo du-
cta est in vxorẽ minor duodecim annis,
& hoc casu quia impedimentum est tem
porale,nõ fit locus fisco, vt præsupponit
l.pen.§.fin.j.quod falsò tutor.autho.tra-
ditur.l.si ante.s.eod. & per Bald. Nouel.
de dote.11.parte.num.4. tamen si detur
scientia, non competet vxori repetenti
dotem,priuilegia concessa veræ doti : vt
colligitur ex isto text.à contrario sensu,
&.l. 3.C. de soluto matrimonio. tradit
Bald.Nouellus de dote.11.part.§.hacte-
nus.numer.3.quod est notabile ad limi-
tationem.l.2.§.fin.j.de priuileg. credito.
Tertiò modo considerari potest matri-
moniũ putatiuum,quando lex illi resi
22 stit,& impedimentum est perpetuũ, † &
tunc regulariter fit locus fisco.l. qui con
tra.C. de incest. nuptijs. & statim dice-
mus. Vnde superflua reditur quæstio,
vtrùm tũc competãt priuilegia doti ve-
ræ concessa? Cùm enim tunc fiscus aufe
rat, certum est priuilegia dotis verę, fisco
nõ competere, cũ in eo cesset ratio quæ
rat in muliere, dotem putatiuam repe-
tente:& ita Bald.Nouel. de dote.11. par
te.§.hactenus.num.3.Xuarez tit. De las
ganancias.nu.17.ad fin. Cæterùm quia
is

is articulus est inuolutus, ideò ad illius explicationem agẽdum nobis est de intellectu text. præcipui in hac materia. l. qui contra. C. de incest. nuptijs. qui probat, quòd ad hoc vt vxor lucretur donationem propter nuptias, sibi factam per maritum, oportet, quòd accerrimo errore decepta, prohibitas nuptias contrahat, & idem vt maritus aliquid lucretur ex dote: nã alias fiscus prædicta lucra auferet. Et sic in effectu ex eo text. duæ colliguntur conclusiones. Prima est, quòd si quis accerrimo errore ductus contrahat prohibitas nuptias, potest sibi donatum retinere. Secunda est, quòd si error non fuerit accerrimus, sed supinus, & minus probabilis, fiscus donatum auferet, de vtraque sigillatim agendum est. Et quoad primum Bald. Angel. & Salic. d. l. qui contra. ita interpretantur, vt qui accerrimo errore ductus, cõtrahit nuptias prohibitas, potest retinere sibi donatum per coniugem, in hoc sensu, quòd fiscus ab eo non debeat auferre. Cæterùm nõ negat ille, qui donauit, posse repetere id quod donauit: & subscribunt multi quos refert Phanuntius de lucro dotis, glos. 3. num. 21. & Cassane. consil. 49. numer. 6. vbi nu. 12. asserit nullum esse tex. qui probet, quòd si maritus sciuit impedimentum, & nihilominus vxor ignorãti donauit, quòd non posit repetere id quod donauit: quod etiã asserit in consuet. Burgund. rub. 4. §. 2. glos. Fẽme. numer. 14. Sed non placet hæc explicatio, repugnat enim menti d. l. qui cõtra quæ sentit, accerrimo errore deceptum posse retinere id quod sibi donatum est per coniugem, idem etiam probat. l. fin. ʃ. de legat. 1. & l. præfectus. 63. ſ. de ritu nupt.

debeat cõstare, mariti facultates nõ sufficere ad dotis exactionẽ: nã respõdetur, q̃ in specie d.l.vbi adhuc. cùm deducto ære alieno nihil marito remaneret præter dotẽ vxoris, satis dicitur cõstare, mariti facultates nõ sufficere ad dotis exactionẽ; neq; enim tũc vxor exigere dotẽ potest, scilicèt integrè, propter priuilegiũ mariti, de quo in l. maritũ. §. eodẽ. Præterea & illud, quod Bar. existimat, q̃ per auth. de æqualit. dotis. §. illud quoq;. colla. 7. nouè inductũ est, vt satis sit maritũ incipere malè vti substãtia sua, vt mulier admittatur ad repetẽdã dotẽ, nõ videtur verũ: nam si illud induceret, vtique nõ ampliaret nostrũ tex. & iura similia (vt Bar. existimat) imò planè illa corrigeret: nã is tex. requirit inopiã viri consummatã, vt mulier admittatur ad dotis repetitionẽ: & tamẽ d. §. illud. probaret, id nõ requiri, sed satis esse, q̃ maritus incipiat malè vti substãtia sua, etiãsi maritus haberet bona sufficiẽtia. Explosa igitur Bart. resolutione, succedit secunda, quæ fuit gl. hic. verb. nõ sufficere. & gl. 1. d.l. vbi adhuc. & glo. auth. de æqualit. dotis. §. illud quoq;. colla. 7. verb. in choãte. q̃ noster tex. & d.l. vbi adhuc. cõcordãt: corrigãtur tamẽ per d. §. illud. ita vt hodie nõ requiratur, maritũ esse inopẽ, vt mulier admittatur ad dotis restitutionẽ, sed satis sit, q̃ maritus incipiat vti malè substãtia sua: & hãc esse magis receptã resolutionẽ asserunt Alexã. hic nu. 6. ad med. Ias. n. 106. Claud. n. 27. Campes. de dote. 3. p. q. 19. Gomez. §. fuerat. n. 41. Insti. de actio. Gregor. l. 29. tit. 11. p. 4. in gl. 1. & probat Anto. Costan. de dotib. c. 6. nu. 1. & quòd hodie sufficiat, maritum incipere malè vti substantia sua, vt mulier dotem repetat, asserit receptum Benintendis decisio. 68. num. 5. Bursat. cõsil. 56. nu. 1. ad fin. lib. 1. Iacob. Puteus de
4 cis. 265. n. 1. in. 3. par. † Sed neq; hæc solutio tenẽda est: tũ quia semper euitanda est legũ correctio: tũ etiã, quia d. §. illud quoq;. refert leges antiquas, & illas probat, nõ autem corrigit. Quare ego in ea noua sum opinione, vt circa hũc articulũ, A quo tẽpore incipiat cõpetere actio mulieri ad dotẽ repetendã, leges Digestorũ, Codicis, & Authenticorũ nullã habeãt inter se discrepantiã, imò attẽto effectu, idẽ importent. Quod vt clàriùs p cipias, debes aduertere, q̃ dũ Vlpianus in hac lege requirit euidẽtissimè constare, mariti facultates nõ sufficere ad dotis exactionẽ, vt mulier cõstãte matrimonio admittatur ad repetẽdã dotẽ, explicandus est, vt de prædicto dicatur euidẽtissimè cõstare, quãdo deducto ære alieno, nihil remaneret marito pręter dotẽ, nã ex tũc dicitur constare, bona mariti non sufficere ad dotis exactionẽ, cũ deducto ære alieno, nulla bona ei supersint: neq; enim dicitur quis habere in bonis, nisi illud quod superest deducto ære alieno. l. subsignatũ. §. bona. ĵ. de verbor. signif. Ex qua declaratione primò colligas, quòd vt sit locus remedio huius tex. satis est, maritũ nulla alia habere bona præter dotẽ: nã tũc admittetur mulier ad repetẽdam dotẽ, quia satis verificatur, cõstare, maritũ nõ habere propria bona sufficiẽtia ad dotis exactionẽ, cùm nõ cõdẽnetur, nisi quatenus facere possit. Ad quod expẽdo. §. 1. ĵ. hac l. & clarius. l. pater dotẽ. 8. verſ. sed si prius quã. ĵ. de dote prælega. vbi marito exhæredato p patrẽ, mulier dotẽ repetere potest, quia cũ propter exhæredationẽ filius nõ habeat bona propria, sed solã dotẽ, quæ ei restituẽda est. l. si filia. §. 1. s̃. famil. ercis. locus est remedio huius legis: & idẽ etiã probat. l. seruum. 21. ĵ. de manumis. vbi tex. probat, quòd vbi maritus propter æs alienũ, vel alio modo nõ est soluẽdo, id est, nõ habet bona propria, ex quibus doti possit satisfieri, potest dos repeti p vxorẽ, etiã cõstante matrimonio. † Et est
5 ratio, quia in his terminis veretur ius, ne facilè dos consumatur: & ideò ad euitãdũ hoc periculũ, constituit, dotẽ restituì vxori etiam constante marrimonio, vt



vt est de mẽte Panor. c. pvestras. n. 12. de dona. inter virũ. & Ias. hic n. 1. Corras. n. 2. Colligitur etiã, q̃ vbi maritus aliquid debet creditoribus, ad admittẽdã vxorẽ, non debet expectari, q̃ creditores exigãt æs alienũ eis debitũ: sed vbi constiterit, q̃ æs alienũ absumit bona mariti, ita vt per illa dotis exactio nõ videatur secura, cõcedetur vxori repetitio dotis, iuxta hũc tex. quia aliàs per istã legẽ nõ sufficiẽter succurreretur mulieri: nã si prius faciẽda esset exactio per alios creditores, semper dos diminueretur propter priuilegiũ mariti, de quo. l. maritũ. s̃. eo. qd incõueniens cessat, si ante exactionẽ factã per creditores, mulieri cõcedatur dotis repetitio: nã tũc dos restituetur ei integra, nullo habito respectu ad priuilegiũ d. l. maritũ. s̃. eo. quia in eo nõ habetur respectus ad æs alienũ, qd̃ habet. l. maritus facere. 55. ĵ. eo. & ita in effectu glo. hic. verb. nõ sufficere. & glo. 1. d. l. vbi adhuc. quas probat Alber. hic n. 2. & asserit cõmuniter receptas Ias. nu. 98. & pro illis expendo. l. seruũ. 21. ĵ. de manumis. vbi tex. probat, habẽdũ esse respectũ ad creditores mariti, ad cõstituẽdũ, vtrũ maritus non sit soluẽdo, quoad effectũ vt mulieri cõpetat dotis repetitio, ita vt meritò Ripa hic nu. 4. asserat, tex. istũ ita esse interpretandũ, vt dotis repetitio cõpetat mulieri ab eo tẽpore quo constet, bona mariti nõ sufficere ad dotis exactionẽ, si differatur exactio, donec creditoribus maritis soluatur. Cæterùm quanuis is cõmunis intellectus verus sit in se, & possit adaptari verbis huius tex. adiũcta regula. l. subsignatũ. §. bona. ĵ. de verb. signifi. tamẽ nõ est negãdũ restringere eius generalitatẽ, & supplere id qd̃ in litera nõ exprimitur, vt aduertit Ias. hic n. 98. Quare magis de mẽte literæ dicendũ est, Iurecons. in hac lege considerasse dotẽ, tanquã quid diuersum à facultatibus mariti, ex ratione. l. quanuis. 78. s̃. de iure doriũ. & voluisse in hac materia esse considerandũ, vtrùm facultates mariti quocumq; modo consideratæ, sufficiẽtes sint ad dotis solutionẽ: & tunc vxor non possit dotẽ repetere. Si verò non sint sufficientes, vt ex illis dos
6 possit obtineri, † concedatur mulieri dotis repetitio, vt videtur probare tex. l. seruum. 21. ĵ. de manumis. & agnoscũt Bal. Nouellus hic in repe. à nu. 1. Ias. nu. 99. & Crot. 1. lect. nu. 3. Vnde colligitur, q̃ quanuis maritus habeat bona ex quibus possit satisfacere creditoribus: & tamen facta ea satisfactione, non supersunt ei bona, ex quibus dotis exactioni possit satisfacere, cõpetet mulieri repetitio. Alberi. hic nu. 2. & est de mẽte aliorũ. Quinimò etsi postquam satisfecerit creditoribus, aliqua bona ei supersint: & tamen non sint sufficiẽtia ad dotis exactionẽ, cõpetet mulieri repetitio dotis, vt clarè colligitur ex verbis huius tex. Nõ igitur requiritur, quoad effectũ, vt mulier dotẽ repetat, quòd maritus effectus sit inops, sed satis est, ita diminuta esse eius bona, vt ex illis non possit satisfieri dotis exactioni, iuxta verba huius text: & notauit Iason num. 99. Item ex prædictis colligere explicationem ad tradita per Alex. hic nu. 6. verſ. quia etiam. Iason nu. 116. Crot. 2. lect. nu. 157. qui volunt, facta restitutione dotis, iuxta hunc tex. non posse vti maritum priuilegio. l. maritum. s̃. eodẽ. sed illud suspendi in tempus quo re vera soluatur matrimoniũ. d. l. vbi adhuc. ad finẽ. & infrà latiùs dicemus: nã id intelligendum est, quando tempore huius restitutionis, secundùm iuris regulas, hoc priuilegium competeret marito, si re vera solutum esset matrimonium: tunc enim effectus eius suspenditur in tempus soluti matrimonij, vt colligitur ex mente dictæ l. vbi adhuc. Secus igitur erit dicendum, si istud priuilegium non competeret marito tempore restitutionis dotis, etiam si re vera solutum esset matrimonium. Exemplum erit, si ponas, maritum habere creditores: nam

si re vera solutum esset matrimonium, tenebatur integram dotem restituere, nulla facta diminutione, propterea q̃ multa deberet creditoribus. l. maritus facere. 55. §. eo. Pone igitur tempore restitutionis factę, iuxta terminos huius tex. maritum habere creditores; vtique dotem integram restituet, nullo habito respectu ad creditores: & quãuis posteà illis soluerit, ante quam soluatur matrimonium, non poterit vti aduersus mulierẽ priuilegio d. l. maritũ §. eo. vt colligitur ex mẽte communis intellectus explicati vt suprà: quia cùm restitutio fiat, ac si re vera solutum esset matrimonium, vt probat d. l. vbi adhuc. ad mediũ. & notat Ias. hîc nu. 7. †& attẽto eo tempore,
7 priuilegium marito non competebat, succedit regula. l. 2. §. de itinere actuque priuato. & c. factum legitimè. de regul. iuris. in. 6. Explicata igitur sic decisione huius tex. videamus, an in aliquo ei aduersetur decisio. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotiũ. Et dicẽdũ est, in nihilo aduersari, imò strictiùs videtur procedere: nã videtur requirere, quòd mariti bona ita sint diminuta, vt ex illis non possit satisfieri creditoribus. Sed quia non est nouum, vnam legem per aliam intelligi. l. non est nouum. §. de legib. dicendum est, d. l. vbi adhuc. esse supplendam per istum text. vt comperat dotis repetitio mulieri, quando maritus ita deductus est ad inopiam, vt non possit ex bonis proprijs satisfacere creditoribus, vel æs alienum omnino absumat eius facultates, vel etiam quando ita diminutę sunt, vt ex illis non possit satisfieri dotis exactioni, iuxta verba huius tex. explicata vt suprà. Illud igitur in hac materia tantũ nouè additur per decisionẽ d. l. vbi adhuc. vt quòd hîc dicitur in dote, pariter etiã locũ habeat in donatione propter nuptias, vt scilicèt etiã cõstãte matrimonio, ea restituatur mulieri propter inopiã mariti, vt etiam ex illa satisfiat oneribus matrimonij. extollit Paul. hîc nu. 2. Ias. nu. 3. Panor. c. fin. n. 12. de douation. inter virũ & vxorẽ. & Bursat. cõs. 120. nu. 32. lib. 1. nã regulariter, q̃d disponitur fauore dotis, extẽditur ad donationẽ propter nuptias. auth. res quæ. C. cõmunia de lega. & ideò tacita stipulatio, quæ inducitur fauore dotis. l. vnica. in princ. C. de rei vxor. actio. etiã locũ habet in donatione propter nuptias. l. 2. C. de bon. quæ liber. & ibi Bald. n. 1. pariter & tacita hypotheca, quæ inducitur fauore dotis, etiã locũ habet in donatione propter nuptias, vt colligitur ex. l. si cõstãte. vers. iura. C. de donatio. ante nuptias. & clarè probat. l. assiduis vers. fin. C. qui potior. in pign. habeã. notauit gl. d. l. vbi adhuc.
8 verb. suppositas. †Facta igitur restitutione, ppter inopiã mariti, poterit vxor nõ solũ repetere dotẽ, sed & donationẽ, ppter nuptias per hypothecariã actionẽ. d. l vbi adhuc. Itẽ & p reiuẽdicationẽ. authẽ. permissa. C. de dona. ante nup. Ferron. in cõsuet. Burdigal. tit. 4. §. 5. in prin. ita vt sit in electione vxoris, qua actione velit vti, vt hîc explicat Corras. n. 9. Et notabis, q̃ si donatio propter nuptias datur p securitate dotis, iuxta. c. fi. de dona. inter virũ. tũc nõ solũ habet priuilegiũ tacitę stipulationis & hypothecæ, vt suprà dictũ est; sed & priuilegiũ prælationis, de quo in. l. assiduis. C. qui potior. in pignor. Si autẽ detur, vt eã lucretur mulier ratione pacti, vel statuti, habebit quidẽ priuilegiũ tacitæ stipulationis & hypothecæ, nõ autẽ ius prælationis: vt est expressũ. d. l. assiduis. §. fin. tradit Panor. c. ex literis. n. 9. de pign. Negus. de pignor. 4. mẽb 2. p. n. 65. Couar. resol lib. 1. c. 7. n. 1. Addit & d. l. vbi adhuc. q̃ etiã in prędicto casu, paraphernalia, quorũ administratio cõcessa est marito, sunt restituẽda vxori, & pro illis potest agere hypothecaria, quæ etiã pro paraphernalibus tacitè cẽsetur inducta, vt est expressum. l. fin. C. de pact. conuent. Deniq; addit d. l. vbi adhuc. illud memorabile in hac materia, q̃ restitutio dotis, quæ fit mulieri pro-



propter inopiam mariti, non concedit ei liberam dotis dispositionẽ, sed non potest per eam alienari, & fructus ex ea percepti deseruiunt oneribus matrimonij, vti deseruiebant, dũ dos erat penes maritum: ita vt per hanc restitutionẽ tantũ mutetur administratio, non autẽ natura dotis, vel fructuũ dotaliũ: notat Paul. hîc nu. 3. Anchar. cons. 119. nu. 6. Alex. cons. 142. nu. 13. lib. 5. Gozad. consil. 42. nu. 14. Restat videre, vtrũ auth. de æqualit. dotis. §. illud quoque. colla. 7. aliquid immutauerit circa nostrã materiam? Et secundũ cõmunem opinionẽ suprà relatam dicendum est immutasse, namvult, quòd vbi maritus cœpit malè vti substãtia sua, dotẽ repetet mulier, & sic etiamsi adhuc maritus habeat bona sufficienria ad exactionẽ dotis: tamẽ hodie competet repetitio dotis vxori ab eo tẽpore quo maritus malè incepit vti substantia
9 sua, †vt hîc expressit Crot. 1. lectu. nu. 1. Sed hæc opinio cõmunis nunquã mihi placuit, imò credo d. auth. nihil circa nostrã materiam immutasse. Quã opinionem tenuit glos. d. §. illud quoq;. verb. in choante. in. 2. solutione. & post Dyn. probarunt Imol. hîc col. 3. ante mediũ. Roma. nu. 14. Alex. nu. 6. vers. puto tñ. Bald. Nouellus nu. 7. Ruin. nu. 2. & Corrasi. nu. 3. Cãpes. de dote. 3. par. q. 19. Et pro hac opinione vrgenter facit, quia in d. §. illud. Iustinianus refert se ad leges per se conditas, & sic ad. l. vbi adhuc. & l. in rebus. §. fin. C. de iure dotiũ. ergo non est dicendum, aliquid circa eas innouasse, sed potiùs ab illis debet recipere declarationem; cùm relatum censeatur esse in referẽte, ac si esset expressum. l. asse toto. §. de hæred. insti. l. ait prætor. §. si iudex. §. de re iudic. auth. de filijs ante instrumẽta dotalia natis. colla. 3. Vnde illa verba, Inchoante malè vti substãtia sua, debẽt intelligi iuxta d. l. vbi adhuc. explicatã vt suprà, vt scilicèt dicatur maritus malè vti substãtia sua, ab eo tẽpore quo constiterit, viri facultates non sufficere ad dotis exactionẽ. Et confirmatur, quia in d. §. illud quoq;. in prin. fit mentio de marito minus idoneo, iuxta d. l. in rebus. § fin. Sed minus idoneus in hac materia dicitur, maritus qui non habet bona sufficientia ad exactionem dotis, iuxta hũc tex. ergo verba sequentia, Malè inchoãte vti, à præcedẽtibus debẽt recipere declarationem, iuxta regulam. l. quisquis. §. de lega. 3. Confirmatur etiã, quia principalis dubitatio d. §. illud quoque. erat, vtrũ mulier conferens actionẽ dotis inanẽ, liberaretur à dotis collatione? Verba igitur illa; Inchoãte malè, sunt enuntiatiua ppter aliud emissa: succedit igitur regula, q̃ verba principis enũtitiaua propter aliud emissa, non inducunt dispositionẽ, nisi quatenus veritas prædictorũ verborum probatur: glo. & DD. c. si Papa. de priuileg. in. 6. Aretin. cõs. 23. nu. 8. Sed veritas prædictorum verborum nõ potest probari, nisi iuxta dispositionem dict. l. vbi adhuc. ergo ab illa debet recipere declarationem, non autem illam
10 corrigere. † Vnde & Iulian. Antecessor, qui nouellas Latino sermone conscripsit in nouella. 97. ita vertit verba d. §. illud quoque. Si quidem mulier sui iuris erat, culpam eius esse, quia poterat eo tẽpore, quo viderat maritũ suũ pauperiorẽ fieri, statim aduersus eũ, & constante matrimonio dotis actionẽ mouere, & res dotales consequi: & sic apertè significat, illa verba, Viro inchoante, esse exponenda, scilicèt fieri pauperiorem, ita vt eius bona nõ sufficerẽt ad dotis exactionẽ, iuxta istum tex. Deniq; tex. dicit, culpã esse mulieris, si secundũ legũ auxiliũ nõ petijt dotẽ suã, vbi primũ maritus cœpit malè vti substãtia sua. Sed vtiq; nõ potest culpa inputari mulieri, nisi ab eo tẽpore, quo dotem potuit repetere, & cõsequẽter ab eo tẽpore, quo facultates mariti euidenter non sufficiebant ad dotis restitutionẽ, iuxta hunc tex. Ergo prædicta verba, Viro inchoante, &c. prædicto modo sunt accipienda. Inuenio

nie tamen, quòd Cuman. hîc nu. 9. Paul. n. 4 Duaren. ad ſi. cõcordant opiniones hoc modo, quod d. §. illud quoq;. procedat, quãdo maritus culpa ſua cœpit vergere ad inopiã, vt quia ludẽdo, vel prodigaliter viuẽdo, nõ bene adminiſtrat res ſuas; tunc enim admittetur ad repetendã dotẽ mulier, quia probabiliter timet, quòd in futurũ efficietur non ſoluẽdo; quantumcunq; attento præſenti ſtatu idoneus eſſe videatur. Sed vbi caſu fortuito cœpit vergere ad inopiã maritus, non admittetur mulier ad repetẽdam dotẽ, niſi ab eo tempore, quo conſtiterit mariti facultates non ſufficere ad dotis exactionẽ, iuxta hũc tex. Quæ concordia eſt de mẽte gl. c. per veſtras. verb. ad inopiam. in fin. de donatio. inter virum. Benedict. de Plũbino. l. ſeruum. nu. 2. ℣. de manumiſ. Palac. rep. c. per veſtras. §. 24. ad fin. pagi. 160. Et hanc concordiã probat. l. 29. tit. 11. par. 4. & ibi notat Gregor. glo. fin. Et pro ea facit, quia illa verba, Malè vti, præſupponũt culpam in marito: ea autẽ ceſſante, debet induci regula, quòd mulier debet eſſe particeps infortunij mariti. l. ſi cũ dotẽ. 23. §. ſi maritus. ſ. eo. Sed non placet hæc cõcordia, quia præſupponit, d. §. illud quoque. nõ procedere, quãdo propter infortuniũ maritus cœpit vergere ad inopiã: & tamẽ contrarium eſt verius, † quia etiam
11 hoc caſu locus eſt ďcíſioni d. §. illud quoque. vt colligitur ex generalitate. c. per veſtras. de donatio. inter virum & vxorẽ. & ibi notat Panor. nu. 12. & quia d. §. illud quoq;. refert ſe ad l. vbi adhuc. & l. in rebus. §. fin. C. de iure dotiũ. quibus ſine dubio eſt locus, etiamſi propter infortunium maritus efficiatur non ſoluẽdo, vt clarè probat d. l. in rebus. §. fin. ibi, Infortuniũ: & ita in ſpecie tenet Bar. hîc nu. 16. cõmuniter receptus, vt aſſerunt Iaſ. n. 164. Claud. nu. 40. Crot. 2. lect. nu. 60. Ripa nu. 40. Corraſ. nu. 12. Palac. rep. c. per veſtras. §. 68. pag. 138. Et ita hac ratione prædictã concordiã in ſpecie impugnat Alex. hîc. n. 6. verſ. hęc limitatio. Campeſ. de dote. 3. par. q. 19. Neque repugnant verba d. §. illud quoque. nam malè vti quis poteſt dici duobus modis, vel attento exitu, vel attẽto initio, vt colligitur ex. l. ſed an vltro. §. 1. ſ. de negoc. geſt. l. & in totum. ℣. de impẽſis. & fauore dotis intelligetur malè vti, etiam attẽto exitu, vt aduertit Bart. hîc nu. 17. Alexan. nu. 6. verſ. hæc limitatio. Crot. 1. lectu. n. 25. & cõmuniter eſſe receptũ aſſerit idẽ Crot. n. 59. & quod dicitur, mulierẽ debere eſſe participẽ infortunij mariti. l. ſi cùm dotẽ. 23. §. ſi maritus ſ. eod. id debet intelligi, dũmodo dos ſalua ſit, in qua conſeruanda vertitur publica vtilitas, vt ibi tradit Alex. nu. 2. Iaſ. hîc num. 164. & Claud. n. 41. Corraſ. nu. 12 Præterea & in prædicta ſolutione præſupponunt ſuprà dicti, quòd ſi maritus culpa ſua incipit malè vti ſubſtantia ſua, mulier dotẽ poteſt repetere, etiamſi ille ſit ditiſsimus. Quod etiam verum non eſt, quia etſi maritus incipiat prodigaliter viuere, & minus induſtriè, non tamen ideò priuari poteſt adminiſtratione bonorum ſuorum, & conſequenter neque dotis, quæ eius eſſe cẽſetur. l. docc. C. de reiuend. niſi ex iuſtiſsima cauſa. l. 2. ℣. ſi quis à parente fuerit manumiſſ. & ſic quando probabiliter timeri poteſt ex modo prodigalitatis, quòd citiſsimè efficietur non ſoluẽdo; aliàs ſecus: expreſſè Salice. l. vbi adhuc. n. 2. poſt princ. C. de iure dotium. & in ſimili tradit Bald. l. ſi pro ea. nu. 1. C. mandati. quẽ ſequitur Iaſ. in princ. nu. 87. Insti. de actio. Secundo modo inuenio has opiniones cõcordari per Kuinum hîc numero. 9. & numero. 16. & Crotum. 2. lectura. numero 31. Ripã numero. 8. quòd ſi quis diligenter & induſtriè vtitur ſubſtantia ſua, & per caſum fortuitum incipiat vergere ad inopiam, non admittetur mulier ad petendam dotem, niſi à tempore quo maritus efficiatur non ſoluendo, iuxta hũc text. Cùm enim diligenter



genter, & induſtriè ſe gerat, præſumptio eſt: quod etiam in futurum diligẽter ſe geret. cap. mandata. de præſumptio. & ſic quod in futurum efficietur diues. l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ. ſi vero tendat ad inopiam, quia prodigaliter viuit, & minus induſtriè ſubſtantiam ſuã gubernat, ſtatim admittetur mulier ad repetendam dotẽ: quia præſumptio eſt, quòd etiã in futurum minus induſtriè ſe geret: argu. cap. ſemel malus. de regul. iuris. in. 6. & cap. ſcribam. de præſumpt. & ſic quod citò deuoluetur ad inopiam, vnde mulier ſtatim admittenda eſt ad dotis repetitionem, iuxta rationẽ. l. fina. C. in quibus cauſis integr. reſtitutio. ſubſcribit Benintẽdis deciſio. Bononiẽſi. 68. nu. 5. & Burſat. conſ. 56. nu. 1. lib. 1. Sed neq; hæc concordia placet, quia in effectu eſt eadẽ cum opinione Cumani, & tantùm ab ea differt, quòd opinio Cuman. nititur in diſpoſitione legis Et hęc ſecunda in præſumptione: vnde eiſdem modis venit reprobanda, neq; coniectũra, quam conſiderant, eſt adeò vrgens: cùm eneruetur per contrariam præſumptionẽ: quòd nemo creditur iactare ſuũ l. cũ de in debito. ſ. de probatio. & in his quæ poſsibilitate contingentiæ mutari poſſunt, non præſumitur perſeuerantia. Bald. l. 2. nu. 7. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. Itẽ neq; propter ſolam ſuſpicionẽ dilapidationis, quis ſolet priuari adminiſtratione. Molin. lib. 1. de primoge. c. 16. nu. 22. & colligitur ex traditis per Claud. hîc num. 65. tantum igitur eorum conſideratio admitti poteſt, quãdo ita prodigaliter incepit abuti ſubſtãtia ſua, vt vulgi opinione facilè credatur, peruenturum ad inopiam: † argu. l. his qui. 12. §. fin. ℣. de tutor. & curato. da-
13 tis. ab his tradit Bald. l. ſi pro ea. nu. 1. C. mandati. & Salice. l. vbi adhuc. nu. 2. C. de iure dotium. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſi. 22. nu. 14. Quare tertio loco vltra alios ego ita concordo, q; regulariter ſtandum ſit regulæ huius tex. explicatæ vt ſuprà Limetetur tamen, ſi maritus ita diſsipat bona, vt nullũ remediũ relinquatur vxori aduerſus prædictã diſsipationẽ, ſiue alienationẽ. Secũdò, q; diſsipatio, ſiue prædicta alienatio, non ſolũ pertineat ad bona mariti, ſed etiã & ad res dotales. His enim duobus concurrentibus, cõcedit repetitio dotis mulieri ab eo tẽpore, quo prædicto modo maritus incepit malè vti ſubſtãtia. d. §. illud quoq; Nam in his terminis proculdubio loquitur d. §. illud quoque. dum præſupponit, actionẽ dotis quã mulier vult conferre fratribus eſſe inanem, tam ſcilicèt reſpectu bonorũ mariti, quã rerum dotaliũ, quod quidem verificari non poteſt, niſi quãdo maritus abuſus eſt ſubſtantia, vt & bona propria, & dotalia diſsiparet ſine ſpe recuperationis. In his ergo terminis procedet communis traditio, quòd hodie repetitio datur mulieri, ex eo q; maritus incepit malè vti ſubſtantia ſua, quã aſſerit Benintendis. deciſio. 68. nu. 5. & Burſat. conſil. 56. num. 1. ad finem. lib. 1. Ratio autem huius limitationis eſt, quia facilius quis priuatur iure adminiſtrationis, quando ita diſsipat bona, vt recuperari nõ poſsint. quam quãdo ita diſsipat vt recuperari poſsint. Bar. hîc nu. 63. & l. Imperator. n. 1. ℣. ad Trebe. & l. fi. n. 2. C. de ſentẽ. paſsis, & eſt recepta ſentẽtia, vt aſſerit Aretin. con. 72. nu. 5. & Boeri. deciſio. 61. nu. 14. Item facilius ſuccurritur mulieri, quando diſsipantur res dotales, quam quando maritus diſsipat res ſuas. l. ſi cùm dotem. 23. §. ſin autem. verſic. ſi vero. ſ. eodem. ex ratione. §. ſi maritus. ℣. hac. l. & l. etiam. §. licet. ℣. eodẽ. Bartolus hîc numero. 5. & numero. 71. Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 70. Quod ſi alterum ex prædictis deficiat ſtandum erit regulæ huius tex. quare ſi maritus diſsiperet res ſuas, ſimul & dotales, ita tamen vt recuperari poſsint, cùm deficiat vnum ex requiſitis prædictis ſtandum erit regulæ hu-
14 ius textus. † quod probat. l. vbi adhuc.

29. C. de iure dotium. vbi quis alienauit res proprias, & dotales: & tamen, quia recuperari possunt per hypothecariam, non admittitur mulier ad repetitionem dotis, nisi ab eo tẽpore quo maritus ad inopiam deductus est: similiter si maritus dissiparet, vel alienaret res dotales, etiam taliter vt recuperari non possint: non admittetur mulier ad repetitionẽ dotis, si bona propria mariti sufficerent ad dotis exactionem: vt colligitur ex mẽte huius tex. Quinimò si alienaret res dotales: ita tamen vt possent recuperari, non admittetur vxor ad repetendam dotem, quantumcunque bona mariti non sufficerent ad dotis exactionem. Ita videtur colligi ex doctrina Bar. l. Imperator. num. 1. ĩ. ad Trebellian. dum tenet, quòd si pater dissipat bona filij, illa alienando, & tamen filius illa recuperare potest, quia sunt bona immobilia, nõ priuabitur pater administratione bonorum filij, quia non videtur dissipata, vel alienata bona, quæ possunt recuperari per filium: & idem tradit Bart. l. cùm oportet. §. non autem. num. 2. C. de bon. quæ liber. & l. fin. num. 2. C. de sententiam passis. & cõmuniter recipitur eius opinio, vt asserit Aretin. consil. 72. num. 5. Boerius decisio. 61. num. 14. ergo pari ratione, neque maritus priuabitur administratione dotis, quando bona alienata recuperari possunt per vxorem, neque enim tunc propriè verificari potest, non posse doti satisfieri ex bonis mariti, vt in specie aduertit Claudius hic num. 29. idẽ etiam in specie colligitur ex traditis per Bar. hic num. 63. quæ communiter sunt recepta, vt asserit Iason num. 196. Sed verius est contrarium, quòd si mariti bona sufficiant ad dotis exactionem, posit mulier dotem repetere, quãtumcunque bona alienata possint recuperari, vt ex facile probat dict. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. Neq; obstat doctrina Bart. dict. l. Imperator. num. 1. ĩ. ad Trebellian. quia nimis restringit generalitatẽ illius tex. Cũ igitur pater quãtũ in se fuit, dissipauerit bona filij priuabitur administrandi iure, quanuis filius ea bona recuperare posit, eo maximè, quia nõ possũt recuperari, sine molestijs, & sumptibus. l. 6. in fin. s̃. de minoribus. Quod ita resoluit Alex. d. l. Imperator. nu. 14. Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nu. 35. Molina lib. 1. de primogen. c. 16. nu. 15. † Pariter ergo & in nostro casu dicendum est, quòd si bona mariti per eũ alienata, non sufficiunt ad dotis exactionẽ, admittetur mulier ad repetitionẽ dotis, nulla habita consideratione, vtrũ prędicta bona recuperari possint, ne ne? d. l. vbi adhuc. tantum ergo hoc casu potest peti sequestratio dotis. d. l. si cum dotẽ. §. fin autẽ. s̃. eo. facilius enim permittitur sequestratio: quam priuatio administrationis, vt colligitur ex traditis per Claud. hic nu. 65. & per Molin. lib. 1. de primoge. c. 16. nu. 22. vel etiam poterit petere, ne maritus alia bona alienet. Bart. l. 2. §. q; si in patris. nu. 9. s̃. eo. Ex quibus cessat dubitatio Nouelli de dote. 6. par. priuileg. 70. dum dubitat, vtrùm sequestrationis remedium posit concurrere cũ priuilegio huius legis? Nam est dicendum, quòd si maritus alienat res dotales, quantumcunque simul incipiat male vti substantia sua, non competet remedium huius tex. vt suprà probauimus: & ideò necessariò recurrendum est ad beneficium sequestrationis, q; si incipiat malè vti re sua, & rebus dotalibus simul, ita vt non possint recuperari, tunc statim competet remedium huius. l. mulieri. Iuxta concordiam suprà asignatam, & sic frustrà recurretur ad beneficium sequestrationis. Et ad hunc modum explicanda sunt tradita per Ioseph. Ludouic. decisio. Lucensi. 22. numero. 11. Et hæc de prima difficultate. Succedit igitur secundo de. l. si cùm dotem. 23. §. fin autem. versiculo si vero. s̃. eodem. vbi textus. videtur probare in terminis dotem esse sequestrandam, non autem mulieri restituendam. Sed huic difficultati Bart. hic nu. 5. duas asignat responsiones. Prima est, quòd tex. d. §. fin autẽ. loquitur quando maritus dissipat res dotales, tũc enim fit sequestratio dotis, sed si dissipat res proprias, locũ habet remediũ huius legis. Quæ prima solutio duas habet difficultates. Prima est, quia præsupponit, quòd vberius prouidetur mulieri, quãdo maritus dissipat res proprias, quam quando dissipat res dotales, quòd tamen est absurdum, & contra regulam.
16 l. etiam. §. licet. s̃. eod. † & ita hac ratione hanc primam Bart. solutionẽ impugnat, Cuman. hic nu. 10. cui subscribit, Ias. nu. 108. Ruin. nu. 5. Corrase. nu. 4. Corrase. l. qui liberos nu. 211. s̃. de ritu nuptia. Secunda est, quòd Bart. præsupponit, quòd etiamsi mulier sit sanæ mentis, tamen si tantum dissipãtur res dotales, debet dos sequestrari, non autem debet vxori dos restitui, & tamen idem Bart. hic. d. nu. 5. in secunda responsione, cõtrarium præsupponit, imò quòd si mulier sit sanæ mẽtis, non debet dos sequestrari, sed restitui mulieri, vt expendit Bald. Nouellus, hic nu. 8. & de dote. 7. parte, priuileg. 25. & confirmat Crot. hic. 1. lect. nu. 6. Quia si dos debet restitui, quando maritus incepit male vti substãtia sua. d. auth. de equalitate dotis. §. illud quoq;. colla. 7. Vtiq; à fortiori debet restitui dos mulieri, quando maritus incepit dissipare res dotales, quia satis tunc dicitur male vti substantia sua, cum ex ea debeat resarcire dissipationem factam in rebus dotalibus. Sed his non obstantibus non est recedendũ à Bar. solutione, quæ verissima est, neq; obstant difficultates supra motę, nam ad prima conatur respondere Ripa, hic nu. 11. Sed non bene, & ideò respondendũ est, prædictos male intellexisse Bart. Neq; enim vult, quòd ipsi ei imponunt, sed potius, quòd licèt quando maritus dissipat bona propria, vxor non admittatur ad petendam doris restitutionem, si ad huc super sunt marito bona sufficiẽtia ad exactionem dotis, iuxta hunc tex. tamen si dissipat res dotales, potest peti dotis sequestratio, etiamsi maritus sit ditissimus, vt expressit Bald. Nouel. hic nu. 8. & tracta. de dote. 6. parte, priuileg. 70. Ad secundã difficultatem respondetur Bart. sentire in secunda solutione, quòd etiãsi vltra id, quòd maritus dissipat res dotales, non habeat bona sufficientia ad exactionẽ dotis, ita vt etiam sit locus remedio huius. l. tamen nunquam restituetur mulieri furiosæ, ne eam perdat, sed semper sequestrabitur, cæterũ si mulier, sit sanæ mentis, tunc prædictis concurrẽtibus, dos ei restituetur, quia cessat suprà dicta ratio, quòd si maritus adhuc sit soluendo. Et tãtum dissipet res dotales, sequestrabitur vtiq; dos. Cæterum dos nõ restituetur vxori, quia repugnat regula huius tex. & ita expresse Ruin. hic nu. 5. & Corrase. nu. 4. facilius enim conceditur sequestratio dotis, quam quod fiat illius restitutio, † nam si maritus adhuc nõ
17 dilapidet res dotales, sed suspicio, sit probabilis, quòd eas sit dissipaturus, dos sequestratur, glo. 2. ad finem. l. vnica. C. de prohibit. sequestratio. pecuniæ Claud. hic nu. 65. & Molina lib. 1. de primog. c. 16. nu. 22. Et tamen propter hanc solam suspitionem, certum est: non competere huius legis beneficiũ, vt ex eo constat. Item propter prædictã suspitionem peti potest, quòd dos deponatur penes mercatorem, iuxta. c. per vestras. de donatio. inter virum. Alex. hic nu. 17. versic. neq; obstat, & tamen dos non restituitur mulieri. Neq; obstat, quòd maritus hoc casu videtur male vti substantia sua, vt arguit Crot. hic. 1. lect. num. 6. s̃. relatus, quia respondetur remedium. d. §. illud quoq;, secundum communem intellectum tantum procedere, quando maritus directo, & principaliter incipit male vti substantia sua, aliàs si bene administret res suas, & tantum res dotales alienet, non est locus remedio. d. §. illud quoq;

quoq; quantumcumq; in consequẽtiam videatur diminui patrimonium mariti. Bald. Nouellus de dote.6.parte, priuileg. 70.ad finem. Sed tunc necessarium est beneficium sequestrationis, & in specie Ruin.hîc nu.5. Corrasi. nu. 4. Et ex his colligitur annotatio ad tradita per Bald. Nouellum de dote.6.parte, priuileg. 70. &.7.parte, priuileg.25.dum dubitat, vtrũ beneficium sequestrationis, & remediũ huius.l.posint concurrere, & cuius tunc sit electio? Quod etiam tangit Ripa hîc nu.11. nam est dicẽdum ex suprà dictis, quòd vbi tantum dissipantur res dotales, & maritus est diues, hæc remedia non concurrunt, sed tantum competit beneficium sequestrationis, iuxta suprà resoluta, quòd si dissipat res dotales, & etiam bona eius non sufficiunt ad exactionem dotis, tunc hæc remedia concurrere possunt, & electio erit mulieris, iuxta regulam.l.quod in hæredẽ.§. eligere. s̃. de tributo.actio. Et si eligat remedium huius legis, tenebitur maritus vxori dotem restituere, neq; à restitutione liberabitur, etiamsi offerat fideiussores, quia mulier non tenetur se committere fragilitati cautionis.l.qui ita.§.1.j̃.ad Trebellian.& infrà dicemus: & tamẽ si eligat beneficiũ sequestrationis, illud euitabit maritus, si fideiussores offerat, quia datio fideiussoris excludit sequestrationem. l. si fideiussor.§.fina.s̃.qui satisd. cogant. † & in specie Bald. Nouellus de dote.6.parte, priuileg.21.nu.7. Et hęc de prima responsione Bart. ad d. §. sin autem. Secundò igitur modo respondet Bart. hîc nu.5. quòd in specie.d.§.sin autem. mulier erat furiosa, & si ei restitueretur dos, eam perderet, & ideò indistincte ei non restituitur, sed sequestratur: subscribunt Ripa hîc num. 11.ad finem. Duaren. post princ. & Corras. num. 4. Sed obstat huic intellectui, quòd licet furiosa non potuerit petere dotis restitutionem, neq; ei debuit restitui tanquam perdituræ, tamen eius curator, vel pater eam petere possent nomine furiosæ, & tuto eis fieri posset. l. si cum dotem.§.item pater. s̃.eo. & aduertunt Ias. hîc num. 110. Ruin. nu.4. Hac tamen difficultate non obstãte verissimus est Bart. intellectus, & ad prædictam difficultatem (vltra responsionem Ripæ, hîc num. 11.ad finem) respondeo, aduertendo, in hoc articulo duos casus considerari posse. Primus est, vtrùm curator furiosæ posit petere restitutionem dotis, prætextu inopiæ mariti? Secundus, vtrũ dos repeti posit etiam à marito ditissimo, si vxor furiosa sit. Et primo casu dicendum est, curatori hoc competere posse remedium, neq; repugnare.d. §. sin autem in sæuissimo.vers. si verò. quia procedit, quãdo maritus tãtum dissipat res dotales, & tamen adhuc est soluendo, vt suprà diximus. Si autem non sit soluendo, non video rationem, cur curator furiosi ad securitatem dotis non posit vti remedio huius legis: & ita debet declarari Bar. intellectus. In secundò autem casu, cum per furorem non dissoluatur matrimonium iã contractum. l. patre furioso suprà de his, qui sunt sui. l. Iulianus. 4. in fine. s̃. de diuort. dum constat matrimonium, dotis restitutio non potest peti à marito diuite. l. 2. in princ. s̃. eod. quia tamen pater pro filia furiosa existente in sua potestate, potest repudium mittere genero, nomine filiæ. l. Iulianus. 4. s̃. de diuort. soluto matrimonio per prædictum repudium, meritò pater solus dotem illam exiget, etiam à genero ditissimo, iuxta regulam. l. 2. §. fina. s̃. eod. Et hac ratione procedit. d. l. si cum dotem. 23. §. item pater. s̃. eo. † quæ ideò requirit, repudium mitti per patrem, quia aliàs ante solutum matrimonium, non poterat agi de dotis repetitione, quod non satis percepit Corras. hîc num. 4. Vnde si filia non esset furiosa, sed pater, qui eam habet in potestate, quia tunc filia sana potuit mittere repudium marito, postquam solutum fuerit matrimonium, vel curator patris furiosi de consensu filiæ exiget dotem,

18

19



dotem, vel filia de consensu curatoris, vt est expressum. l. si cum dotem. 23. §. si soluto. s̃. eod. l. si filia. 65. j̃. de solutio. ex quibus colliges, quòd licet pater habens filiam in potestate, posit dissoluere sponsalia contracta per filiam. l. in potestate. s̃. de sponsa. &. l. 2. in fine. s̃. de diuortijs, & tamen matrimonium iam contractum dissoluere non posit. l. dissentientis. C. de repud. l. cum hic status. 33. §. si socer nurui. s̃. de donation. inter virum. id est verum si filia sit sanæ mentis, nam aliàs pro furiosa repudium mittere potest. d. l. si cum dotem. §. item pater. s̃ eod. &. l. Iulianus. 4. s̃. de repud. & ita debet exemplificari. l. dissentientis. C. de repud. dum ex iusta causa permittit patri, matrimonium filiæ dissoluere; quòd si filia furiosa non sit in potestate, sed emancipata, quia tunc pro ea non potest pater repudium mittere. d. l. dissentientis in fine. C. de repud. l. in potestate. s̃. de sponsalib. non procedet. l. si cum dotẽ. §. item pater. s̃. eod. & hoc modo debuit distinguere Ripa hîc num. 11. ad finem, non autem inter dotem aduentitiam, & profectitiam, vt ipse distinguit. Deniq; ex prædictis colliges an notationem ad tradita per Bart. hîc num. 5. Bald. l. vbi ad huc. numer. 13. C. de iure dotium. Duaren. hîc post princ. Palac. rep. cap. per vestras. §. 41. pag. 171. post Inocent. & Panor. ibi numer. 13. Corrasi. l. qui liberos. numer. 213. s̃. de ritu nuptia. dum dicunt, quòd dos nunquam debet tradi vxori furiosæ, vel aliàs perdituræ, sed quòd debet sequestrari, nam ex suprà dictis dicendum est, posse & propter inopiam mariti, curatorem furiosæ, petere dotis restitutionem, vt constat ex suprà dictis, & hæc de secunda difficultate. Non obstat tertia difficultas de regula. l. in omnibus. 41. s̃. de iudic. vbi propter nouam causam superuenientem, cogitur debitor cautionem præstare creditori, † Ergo pariter & maritus in hac specie propter inopiam superuenientem, debuit cogi, cautionem præstare mulieri, non autem ei dotem restituere, sed huic difficultati. respondet Cyn. l. vbi adhuc in secunda oppositione. C. de iure dotium, fauore dotis, pinguius mulieri fuisse succursum per remedium huius. l. quia remedium cautionis fragile censetur. l. qui ita 66. §. 1. j̃. ad Trebellian. & melius est rei incumbere, quam in personam agere. l. plus cautionis. j̃. de regul. iuris. §. furti. Instit. de obligatio. quæ ex delicto subscribit Duaren. hîc post princ. & asserit receptam esse solutionem Corrasi. l. qui liberos, num. 214. s̃. de ritu nuptia. Est tamen aduertendum, quòd Cyn. præsupponit, in hac sua responsione, quòd si mulier velit, posit etiam vti remedio. d. l. in omnibus. s̃. de iudic. quòd tamen non videtur verum, quia maritus etiamsi velit, non potest præstare vxori fideiussorem de dote restituenda, vel conseruanda. l. 1. &. 2. C. ne fideiussores dotium dentur. Ergo nec vxor potest vti remedio. l. in omnibus, in quo debitor propter superuenientem causam tenetur fideiussores præstare creditori. l. si creditores. 15. j̃. de priuileg. credito. & ita in specie aduersus Cyn. aduertit Bar. hîc, num. 6. sed saluando Cyn. huic arg. Bart. respondendum est, quod licet verum sit, quòd regulariter maritus, nec debet, nec potest vxori præstare fideiussionem de dote restituenda, vel conseruanda, id tamen limitatur, nisi maritus pauper sit, nam tunc cogitur præstare fideiussionem vxori pro securitate dotis, vt efficaciter probat cap. per vestras. de donation. inter virum, & vxorem, vbi maritus pauper iubetur præstare vxori, idoneam cautionem de dote conseruanda, & restituenda, & appellatione cautionis idoneæ, venit cautio cum fideiussore. l. si mandato. 59. §. fina. s̃. mandati. & ita hãc limitationem per. d. cap. per vestras agnouit Bart. §. quoties. num. 8. j̃. hac. l. & ibi Alex. nu. 6. Iason. l. si cum procu-

20

procuratore. in fine. ʒ. de re iudicat. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. numer. 26. Nouellus de dote. 6. parte, priuileg. 21. num. 5. ad finem: quibus adde Benedictum de Plumbino. l. seruum. num. 3. ʒ. de manumissio. Hippolyt. Riminald. in princ. nu. 344. Instit. quib. alien. licet. & Panor. d.
21 cap. per vestras nume. 13. † Et ita hoc dictum Bart. hic num. 6. communiter reprobari asserunt Iason hic num. 18. Ripa num. 15. Ruin. numer. 5. & numer. 10. Corras. l. qui liberos, numer. 215. s̃. de ritu nuptiar. & hic numer. 3. Item secundo aduertendum est, quòd Cyn. præsupponit in prædicta responsione, esse in electione mulieris, vtrùm velit vti remedio huius legis, vel remedio d. l. in omnibus? quia regulariter, vbi plura remedia competunt actori, ipsius est electio. l. quod in hæredem. §. eligere. s̃. de tributo. actio. Bart. l. cum proponas, numer. 3. C. de transactio. & in specie Alexand. hic num. 17. ad finem, & num. 19. ad finem. Iason num. 6. Campes. de dote. 3. parte, quæst. 30. & Ioseph. Ludouic. decisio Lucensi. 22. nu. 11. Quod tamen videtur esse contra text. in. d. cap. vestras. de donatio. inter virum. vbi mulier volebat retinere dotem eo prætextu, quòd maritus vergebat ad inopiam: & tamen determinat text. dotem esse restituendam marito, si pro conseruatione dotis præstet cautionem quam potest: ergo in potestate mariti est, præstita fideiussione, excludere huius legis nostræ beneficium. Et confirmatur, quia si propter inopiam mariti posset vxor retinere dotem, non auditetur maritus, si peteret illius traditionem, oblata cautione; quia ei obstaret regula. l. dolo facit. ʒ. de doli exceptio. Cùm igitur oblata cautione, maritus audiatur ad petendam dotis traditionem, satis probat d. cap. per vestras. in electione mariti esse, præstita cautione vxori, excludere huius legis beneficiũ, vt ibi expendit Anton. num. 8. Roman. hic num. 47. Iason num. 188. Nouellus de dote. 6 parte, priuileg. 21. nu. 6. Confirmatur etiam, quia text. d. cap. per vestras. iubet dotem restitui marito, præstita cautione quam potest; & si per illã non videatur cautum securitati dotis, tunc deponatur dos apud mercatorem. Cùm igitur verba illorum remediorum sint relata ad iudicem, iudicis erit electio, & non vxoris, iuxta doctrinam glo. l. si fugitiui. C. de seruis fugit. & glos. c. à crapula. de vita, & honesta. clerico. & in specie tradit Panor. d. cap. per vestras, num. 14. & ibi Palac. §. 15. numer. 2. post princ. pag. 145. Iason hic num. 189. Gregor. l. 29. tit. 11. partit. 4. in glo. De recau-
22 do, ad finem. † Inuenio tamen, quòd huic difficultati respondet Palac. d. cap. per vestras. §. 15. num. 4. pag. 145. aduertendo, quòd in specie d. cap. per vestras. maritus expulit vxorem à domo sua, propterea quòd ei dos promissa non soluebatur; prout de iure facere potest. l. fina. C. ad Velleian. quia tamen propter expulsionem vxoris suberat timor adulterij ex vtráq; parte, iubetur dotem tradi marito, si ab eo præstetur cautio de conseruã da dote. Quòd si maritus non expulisset vxorẽ à domo, & sic cessaret timor adulterij, tunc in electione mulieris esset, quo remedio vti vellet, vel dotẽ retinere, vel cautionem à marito recipere. & videtur colligi ex mente d. cap. per vestras. in fine. qui intellectus ante eum positus est à Crot. hic. 2. lect. num. 71. & præsentit Iason num. 186. Ripa. num. 49. Qui tamen intellectus difficultatem non tollit, quia si propter inopiam mariti, mulieri competeret ius retinendi dotem, expulsio iniustè facta per maritum, propterea quòd ei non tradebatur dos, non debuit priuare vxorem iure sibi competente; sed magis cogi debuit maritus illam recipere, & desistere à petitione dotis, quia propter inopiam, illam iustè petere non poterat. Item, admisso prædicto intellectu, in potestate mariti esset, excludere remedium huius legis, scilicet expellẽdo vxorem



vxorem à domo; tunc enim propter euitandum timorem adulterij, posset dotem retinere, non obstante inopia; offerendo cautionem: quod tamen absurdum videtur. Neque repugnat d. cap. per vestras: quia verum est in terminis illius text. maritum expulisse vxorem, quia dos sibi non tradebatur, & nihilominus petebat dotem sibi tradi: iudices autem pronuntiarunt, quòd dos sibi traderetur, si idoneam cautionem præstaret de dote conseruanda: & quia ille erat pauper, vt in princip. illius text. dicitur, non inueniebat idoneam cautionem: vnde per indirectum ex sententia prædicta resultabat, coniuges perpetuò remanere separatos; & quia ex hoc resultabat timor adulterij ex vtráq; parte; ad illum euitandum constituit summus Pontifex; quòd non cogeretur maritus idoneam cautionem præstare pro dote; vt iudices pronuntiauerant, sed tantùm eam quam dare posset. Quòd si per illam non videretur congruè cautum esse securitati dotis, tunc deponeretur apud mercatorem ad honestum lucrum: ergò efficaciter probat ille text. maritum præstita cautione, posse excludere remedium
23 huius legis. † Timor enim adulterij ad hoc tantùm expenditur, vt maritus non teneatur præstere cautionem idoneam, sed tantùm illam quam potest. Vnde defendendo quod Cyn. & communis præsupponit, melius ad d. cap. per vestras. respondetur, duobus præmissis. Primo, in eod. text. poni nouum remedium iure ciuili non expressum, scilicet, quando superuenit inopia mariti, antequam ei dos traderetur; & hoc casu vult, quòd dos tradatur marito, dum modò præstet idoneam cautionem, vt hic aduertit Bald. Nouellus numer. 12. Crot. 2. lect. nu. 70. Riminald. in princ. à num. 343. Instit. quib. alien. licet. Item secundò, quòd ille maritus tempore quo fuit promissa dos, erat iam pauper, vt constat ex principio text. vnde videbatur, quòd prætextu paupertatis, non poterat ei denegari dotis traditio, cùm eius persona videtur approbata per promissionem dotis, iuxta regulam. l. si creditores. 15. ʒ. de priuileg. credito. & l. si is à quo. §. fina. ʒ. vt in possess. legator. Sed quia hoc esset nimis præiudiciale dotis conseruationi, in qua vertitur publica vtilitas, nihilominus iubetur maritus idoneam cautionem præstare, vt sic dos in tuto esset: vt aduertit Anton. d. cap. per vestras. num. 8. versic. vel dicendo, & subscribit Panor. ibi num. 13. Alexand. hic num. 19. Iason numer. 172. qui asserit receptum, & alij, quos refert Palac. d. rep. cap. per vestras. §. 9. in princ. pag. 139. Ex quibus præsuppositis dicendum est, in d. cap. per vestras. contineri casum specialem, quando scilicet marito pauperi fuit promissa dos, tunc ei dos tradenda est oblata cautione, neq; mulier potest vti remedio huius legis. Vnde infertur, quòd si tempore promissionis maritus esset diues, & posteà ad inopiam vergit, propter casum superuenientem antequam dos traderetur, tunc non esset locus decisioni d. cap. per vestras. sed mulier opposita inopia mariti, dotem retineret iuxta istum text. nam si iam tradita dote, eam posset repetere, iuxta hunc text. à fortiori poterit retinere. l. per retentionem. C. de
24 vsuris. † & consequenter etiamsi offerret cautionem, non posset obtinere dotis traditionem; quia vxor in his terminis non tenebatur se committere fragilitati cautionis. l. qui ita. 66. §. ʒ. ad Trebellian. & tradit glo. 1. ad finem. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. Bart. hic numer. 46. Alex. num. 19. Campes. de dote. 3. parte. quæst. 29. & receptam esse traditionem asserit Palac. rep. d. cap. per vestras. §. 33. pag. 167. Gregor. l. 29. tit. 11. partit. 4. verb. De recaudo. Et quanuis prædicti loquantur, quando iam tradita dote, propter inopiam repetitur dos, tamen idem

idem dicendum est, quando ad huc tra
dita non est, nam & per viam retentio-
nis pariter poterit mulier sibi consule-
re. Bart. hîc numer 89. Crot. 2. lect. num.
70. Et pari ratione si maritus pauper pro-
pter aliquem casum superuenientem
magis pauper efficeretur, induceretur
remedium huius legis, nec tunc oblata
cautione maritus posset obtinere do-
tem sibi tradi, iuxta suprà tradita, quia
hoc casu eadem militat ratio, quæ in
marito diuite, qui ex post facto vergit
ad inopiam: & est demente Salic. l. vbi
adhuc. num. 8. C. de iure dotium. Obstat
tamen huic responsioni, quòd ex litera
d. cap. vestras. non constat, tempore pro-
misionis dotis maritum fuisse paupe-
rem: nam licèt in princ. text. vocetur
pauper, id fuit post duas sententias la-
tas, quibus pronuntiatum fuerat, eum
vergere ad inopiam. Præterea licet à
principio fuisset pauper, cùm tamen
iudices pronuntiarunt, eum vergere
ad inopiam, & sic pauperiorem fuisse
effectum, debuit induci remedium hu-
ius legis, iuxta suprà tradita, & in spe-
cie Claud. hîc num. 42. in fine Crot. 2.
lect. num. 69. ad finem & Ruin. num. 10.
Obstat etiam, quòd etiamsi mulier scien
ter contrahat cum marito paupere, non
ob id debet excludi à remedio huius
legis, quia mulier neq; expresim, neq;
tacitè potest conditionem dotis dete-
riorem efficere. l. & Attilicinus. §. de
pact. dotal. Et ita expresse Bart. hîc nu.
23. cui subscribunt Alexand. num. 17.
Bald. Nouellus num. 53. qui asserit, hanc
opinionem iudicando & consulendo
esse tenendam. Quod & fauore dotis
existimat admittendum Ripa hîc num.
49. in fine, & esse communiter appro-
batam asserit Crot. 1. lect. nu. 36. Palac.
rep. d. cap. per vestras. §. 23. pag. 159. Sed
his non obstantibus, non est recedendum
à prædicta resolutione. Neq; ob-
stant adducta in contrarium, nam ad
primã difficultatem respondetur, quòd
d. cap. per vestras, appellat maritum pau-
25 perem, quasi semper fuerit pauper: † &
quod posteà subijcit, iudices pronun-
tiasse, maritum vergere ad inopiam,
exponendum est, taliter pauperem es-
se, vt ei tutò non possit dos tradi, &
ideò iusserunt, eum idoneam præstare
cautionem pro securitate dotis; & con-
sequenter intelligendum est, semper eo
modo pauperem fuisse, nam hodie pau-
per præsumitur retro eodem modo
fuisse pauper. l. ex persona, & ibi glos.
fina. C. de probatio. vbi Salicet. post
princ. rationem reddit. l. 1. §. sed etsi. iun-
cta glos. verb. fuisse. ff. de magistrat. con-
ueniendis, tradit Alexand. consil. 16.
num. 3. lib. 5 Alciat. de præsumptio. reg.
2. præsumpt. 26. numer. 2. Non obstat
secunda difficultas, quia imò grauissimi
DD. tenuerunt, quòd si mulier con-
traxit cum marito paupere, non potest
ab eo cautionem petere, si nihil de no-
uo supernenit: vt in simili probat. l. si
is à quo. §. fina. ff. vt in possessio. legator.
& tenet in specie Cyn. l. vbi adhuc
4. quæstione. C. de iure dotium, & es-
se magis communem opinionem asse-
rit Iason hîc num. 172. Ruin. numer. 5. &
& num. 11. Ripa num. 49. Claud. num.
42. Crot. 2. lect. à num. 67. Neq; obstat
fundamentum contrariæ opinionis, q;
mulier, neq; tacitè, neq; expressè, po-
test facere conditionem dotis deterio-
rem: nam respondent Iason hîc num.
182. Corrasi. num. 6. quòd mulier pro-
pter negligentiam quam commisit in
non petendo cautionem à marito, sibi
præiudicare potest, vt in simili proba-
tur. l. 1. cum ibi notatis. C. qui admit-
ti. Quæ tamen responsio non placet,
quia notata. l. 1. C. qui admitti. loquun-
tur in negligentia punita per legem:
nam cum tunc principaliter videatur
agi de dispositione legis, & consensus
hominis videatur venire in consequen-
tiam. l. alienationis verbum. ff. de ver-
bo. signif. glos. l. 1. §. fina. ff. de dolo. me-
rito



ritò dispositio legis principaliter plus
operabitur, quàm simplex hominis dis-
27 positio: † quod nostris terminis appli-
cari non potest, & ideò melius respon-
detur; quòd per prædictum tacitum
consensum & pactum mulier non si-
bi præiudicat: quia quanuis excludatur
à remedio huius legis, non tamen sibi
in dote præiudicat, quia non obstante
prædicto tacito consensu, tenetur ma-
ritus mulieri præstare cautionem pro se-
curitate dotis, vt efficaciter videtur pro
bare text. d. cap. per vestras; per quam
cautionem dos in tuto constituitur. Et
ad hunc modum poterunt concordari
opiniones, vt mulier scienter promit-
tens dotem marito pauperi, non possit
vti aduersus maritum remedio huius le-
gis: tamen ne dos videatur esse in pe-
riculo amissionis, tenebitur maritus vxo
ri idoneè cauere. d. cap. per vestras, &
ita in specie concordat Benedict. de
Plumbino. l. seruum. ad finem. ff. de ma-
numissio. & ante eum Anton. de Butrio
d. cap. per vestras. num. 8. Iason hîc num.
172. & Corrasi. ad finem: ad quem mo-
dum est explicandus Ioseph. Ludoui.
decisio. Lucensi. 22. nu. 11. Ex qua con-
cordia inferas, quòd licèt in specie d. cap.
per vestras. agatur de extraneo, qui pro-
misit dotem pro muliere, non autem de
muliere dotem promittente, vt hîc ex-
pendit Ripa numero. 49. Tiraq. tractatu
cessante causa. 14. limitatio. numero. 5. &
latiùs Aretinus. l. pluribus. §. & si placeat.
columna. 2. ad finem. ff. de verborum o-
bligationibus. tamen ex prædictis dicen-
dum est, eandem vtroque casu esse ra-
tionem: nam cum extraneus simplici-
ter dotando, videatur mulieri donas-
se. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ
action. omnia quæ facit, nomine ipsius
mulieris videtur facere: atq; ita inter
prædictos casus differentia constituen-
da non est, iuxta regulam cap. qui per
alium. de regul. iuris in. 6. Item inferas,
quòd licèt in specie d. cap. per vestras.
agatur de impedienda administratione,
vt non incipiat concedi marito, & aliud
videatur dicendum, quando agitur de
auferenda administratione iam marito
competente, vt hîc aduertit Crot. 2. lect.
num. 70. tamen verius est quòd datis pa
ribus terminis, non sit differentia inter
prædictos casus: nam d. cap. per vestras. ea
ratione procedit, quia dos fuerat promis-
sa pauperi scienter: & cùm de nouo ni-
hil superuenerit, cessat huius legis reme-
dium. Cauere tamen debet pauper mari
tus, vt dos in tuto sit, vt suprà declarau-
27 mus. † Quod pariter admittetur etiam
postquam dos tradita fuerit marito pau-
peri; neq; enim habebit locum reme-
dium huius legis, cùm nihil de nouo su-
peruenerit: & tamen cogetur maritus
pauper cauere, vt dos in tuto sit, vt ex-
pressè tradit Baldus Nouellus de dote,
7. parte priuileg. 32. ad finem. quidquid
dubitet Palac. repetitione dict. cap. per
vestras. §. 15. ante numer. 1. pag. 145.
Quòd si de nouo aliquid superuenerit,
vt quia pauper mutauit mores, vel etiam
casu pauperior est effectus, tunc etiam
in specie dict. cap. per vestras. inducetur
huius legis remedium, vt tenet Salice-
tus. l. vbi adhuc. num. 8. C. de iure do-
tium. eleganter addens, quòd si mari-
tus erat lusor, vel aliàs malis moribus
præditus, & contracto matrimonio in
illis perseuerauit, locum habebit hui-
us legis remedium, ac si de nouo ali-
quid superuenisset: potuit enim spe-
rare mulier, quòd post matrimonium
mores mutaret, vt sæpius contingit. Si
ergo secus eueniat, quasi de nouo ac-
cesserit, quod verisimiliter non spera-
batur, locum habebit huius legis re-
medium: subscribit Claudius hîc nu-
mer. 42. ad finem Ripa numer. 49. ad
finem. Antonius Gomez. l. Tauri. 50.
numer. 33. ad finem. Infertur etiam ex
prædictis, quòd licet mulier nõ possit per
suum consensum, vel pactum, preiudiciũ
dotis restitutioni inferre. l. & Attilicin. ff.
de

de pact. dotalib. tamen poterit per proprium consensum sibi præiudicare circa remedium huius legis: vt si scienter contrahat cum marito paupere: nam cum tunc videatur, eius personam approbasse, non poterit prætextu paupertatis ab eo dotem repetere.l.fina.C.de sponsalib.c.horrendus.32.quæst.5. & suprà dictum est. Et est ratio; quia licèt sibi sustulerit remedium huius legis, non ob id sibi præiudicauit in dote, quia maritus pauper nihilominus tenetur cauere pro dotis securitate.d. cap. per vestras. per quam cautionem videtur cessare dotis præiudicium.l.& hæredi.22.§.filia familiàs.ſ. de pact. secundùm intellectum
28 Bald. ibi. † Si autem mulier ignorauit maritum inopem esse, competet remedium mulieri huius legis, ac si aliquid de nouo euenisset. Salic.d.l.vbi adhuc.numer 8. & in hoc omnes conuenire asserit Claud. hîc numer.42. In dubio autem etiam in muliere præsumetur scientia, iuxta regulam legis, qui cum alio. ſ. de regul.iuris.adiuncta regul. l. quod te. ſ. si certum petat. & videtur expressum l. si is à quo.§.fina.ſ. vt in possessio. legator. & defendit Crot.hîc.2.lect.num.69. ad finem. quidquid contrarium existiment Roman. hîc num. 27. ad finem. & Claud.num.42. ad finem. Vltimò infertur annotatio ad tradita per Bald. Nouellum de dote.6.parte, priuileg.21. num.6. dum tenet, quòd licèt debitor propter iustam causam teneatur cauere creditori.l.in omnibus.41.ſ.de iud. id tamen nõ procedet in marito, propter prohibitionem.l.2.C. ne fideiussores dotium dentur. Quòd si maritus vergat ad inopiam, ita vt aduersus eum incipiat competere huius legis beneficiũ, illud euitabit præstita cautione pro securitate dotis; quia hoc sibi minus iniuriosum est. d. c. per vestras. Quæ tamen dicta vera non sunt, nam maritus propter iustam causam tenetur cauere pro securitate dotis, vt est expressum d.cap. per vestras. & suprà diximus. Et ideò si probabile superueniat periculum dotis amittendæ, tenebitur cauere maritus, iuxta regulam legis, in omnibus.41. ſ. de iudic. etiamsi adhuc diues sit, ita vt aduersus illum non possit competere huius legis beneficium, vt tradit Benedict. de Plumbino d.l. seruum.num.3.ſ. de manumissio. Alexand.hîc num.17. versi. neq; obstat. Et in his terminis de plano procedet.l. & fideiussor.24.ſ. de re iudicat. dum præsupponit, etiam pro dote dari fideiussorem: & in his terminis non procedit prohibitio.l.2.C. ne fideiussor. dotium dentur. Item & in alio labitur Nouellus, quia præsupponit, maritum posse euitare huius legis beneficium, præstando cautionem. Quod tamen falsum est, & contra receptam sententiam quam suprà retulimus: & d. cap. per vestras. specialiter procedit, quando mulier scienter contrahit cum paupere, quo casu non est locus huius legis remedio, sed pro securitate dotis cauendum est,
29 vt suprà diximus. † Et ita in specie reprehendit Bald. Nouellum Palac. d. cap. per vestras. §.7.ad finem pag.138. His ita explicatis, vt perfectè declaretur materia huius legis, agendum est de aliquibus quæstionibus, quas in materia excitat Bart. in præsenti. Et primò quæritur, si maritus cœpit nauigare cum mercibus, & eas amisit etiam casu fortuito, ita vt vulgi opinione videatur vergere ad inopiam, vtrùm mulier possit repetere dotem à marito? Et ipse existimat posse, ex noua constitutione auth. de æqualitate dotis. §. illud quoq;. colla.7. nam is dicitur malè vti substantia sua, attento exitu, arg.l. sed an vltro. §.1.ſ. de negoc. gest. vnde incipit competere nouũ illius authentici beneficium: & asserit receptum Crot.hîc.2.lect.numer. 59. Riminald. consil. 600. numer. 7. libr. 3. & Campesius de dote. 3. parte quæst. 22. Tu aduerte, Bart. sentire, hoc procedere, etiamsi marito supersint bona sufficiẽtia ad dotis exactionẽ: quãuis enim tunc nõ posset cõpetere huius legis beneficium,



beneficium, competet tamen nouum remedium d.§.illud quoq;, cui secũdùm communem intellectum locus est, vbi primùm maritus incepit malè vti substantia sua, siue attento principio, siue attento exitu, vt suprà retulimus. Contrariam tamen opinionem, imò hoc casu mulierem non posse repetere dotem à marito, tenet Benedict. de Plumbino.l. seruum, num.2.ſ. de manumissio. & magis probat Iason hic nu.161. Crot.2.lect.nu.59. Ruin.num.8. Ripa num.39. Palac. rep.c. per vestras.§.24.ad finem, pag. 160. moti ea ratione, quia cũ adhuc maritus diues sit, quanuis hac vice malè ei successerit, poterit alia vice multum lucrari, & efficiditior, iuxta præsumptionem.l. si defunctus.C.arbitrium tutelæ.quæ maximè locum habet in mercatore. Platea.l. neminem, num.3.C.de susceptor.lib.10. vnde non videtur æquum, quòd in prædictis terminis mulieri competat dotis repetitio. Neq; obstat fundamentũ Bar. quia respondetur, nouum remedium d. §.illud. ita esse accipiendum, vt si quis ita incipiat malè vti substantia sua, etiam attento exitu, quòd fiat verisimile, quòd citò non habebit bona sufficientia ad exactionem dotis, ex illo nouo remedio
30 mulier dotem possit repetere: † & ita expressè Salic.l.vbi adhuc.nu.2.post princ. C. de iure dotium. Sed quando incepit malè vti substantia sua; & tamen cessat ea verisimilitudo, imò verisimilitudo sit, quòd illud damnum facilè recuperabit, non debet esse locus prædicto remedio in tantam mariti iniuriam. Illud sanè fatendum est, quòd si etiam sine culpa maritus deducatur ad inopiam, sit locus huius legis remedio, vt post alios tradit Crot.hîc.2.lect.num.60. Ripa nume.40. Vlteriùs quæritur, si maritus sit bannitus, vtrùm mulier possit repetere dotẽ, quasi marito deducto ad inopiam? Et Bart.hîc numer. 20. concludit repetere posse; quia licet per bannum bona marito non sint ablata, tamen quia propter illud cogitur peregrinari extra patriam, videtur incipere malè vti substantia sua; quia peregrinatio ex sua natura censetur esse actus tendens ad diminutionem patrimonij auth. vt omnes obediant iudicibus. §. hæc considerantes. versi. quid enim. colla.5. vnde debet induci nouum remedium auth. de æqualitat. dotis. §. illud quoq;, colla.7. ad quod in specie dicit text. expressum. l. 1. C. de de repud. & Bart. subscribunt Alex. hîc nu.16. Iason numer.168. & communiter esse receptum asserunt Crot. hîc. 2. lect. nu.61. Ripa num.43. Nouellus num.49. Riminald. in princ. Instit. quib. alien. licet. num.339. Campes. de dote. 3. parte, quæst.23. Palac. rep. cap. per vestras. §.8. num.11. pag.149. Et consulendo probat Roman. consi. 392. numer.4. Riminald. consil.599. num.3. lib.3. & Socin. Iunior consi.55. num.2. lib.2. Hanc tamen receptam opinionem impugnat Crot. hic. 1. lect. nu.26. & meritò, quia extra patriam ita quis potest lucrari, vti in patria, & in bonis non ablatis potest constituere fidum procuratorẽ. l. Papinianus exuli. ſ. de minorib. ac ita dos in tuto esse videtur: vnde debet cessare huius legis remedium. Neq; obstant adducta in contrarium, nam ad primũ respondetur, quòd peregrinatio extra patriam, nõ est actus tendẽs ad diminutionem patrimonij, vt suprà dictum est. † Neq; contrarium pro-
30 bat. d. auth. vt omnes obediant iudicib. §. hæc considerantes, colla. 5. quia loquitur in eo, qui peregrinatur causa litium; nam is deueniet citò ad paupertatem, quia in litibus multi fiunt sumptus. l. 1. ſ. de inoffic. testament. l. minoribus. 6. ſ. de minorib. neq; propter earum occupationes potest lucro intendi. Sed extra hunc casum, contrarium est dicendum, vt suprà diximus, & sic non potest induci noua dispositio d. §. illud quoque. Non obstat secundum de l. 1. C. de repudijs. quia procedit in marito deportato, cui propter deportationem

tationem auferuntur bona.l.de portatorum.C. de pœnis, & ideò merito, quasi maritus sit deductus ad inopiam, mulier dotem repetere potest, & quia in specie d.l.1.C. de repud. fiscus etiam bona dotalia inuasit, vt ibi notat. glo. fina. repetit igitur vxor dotem à fisco quasi mariti successore, iuxta.l.2.C.ad.l.Iulian. de vi publica.& explicat Iason, hîc num.166. Quare si in specie.d.l.1.C. de repud. marito, non essent ablata per deportationẽ omnia bona, sed pars bonorum, quæ sufficiens esset ad dotis exactionem, non posset mulier dotem repetere, vt colligitur ex nostro tex. & ita in specie Imol. l. si marito in princ. ʃ. eod. ad finem, quem sequitur Lancelot. Deci. hîc colum.2. in princ. & Crot.1.lect.num.29. & magis probat Iason, num.167. Contrarium tamen sentit Bart. hîc numer. 20. arg.d.§. illud quoq; & asserit receptum Ripa, num. 42. expendens text. l. si marito.32. in princ.ʃ. eod. Sed prima opinio verior est ex suprà traditis; neq; obstat. d. §. illud quoq; quia delictũ propter quod quis deportatur, non est actus, propter quem, quis principaliter dicatur male vti substantia sua, amissio enim bonorum venit in consequentiam, & non principaliter.l.3.C. si pendente appellatio.mors interuenerit. & d.§.illud quoq; debet intelligi de actu, per quem principaliter quis dicitur male vti substantia sua, iuxta regulam.l. 1. ʃ. de autho.tuto. Neq; etiam obstat.l. si marito. 23. ʃ. eo. quia ex litera constat, tantam partem bonorum fuisse ablatam deportato, vt mulier opus habuerit, agere aduersus fiscum pro dotis restitutione, ex quo manifeste constat, partem bonorum, quæ superest non sufficere ad doris exactionem, secus si sufficeret per suprà dicta.

32 † Et ex his etiam dubium redditur, quòd tradit Crot. hîc.1.lect. num.27. dum tenet, quòd si maritus efficiatur vagabundus, neq; vllo certo loco sedes figat, possit mulier dotem repetere, quasi incipiat maritus male vti substantia sua: subscribit Riminal.consil.599. num. 4. lib. 3. Hippolyt.Riminald. in princ. num. 340. Instit. quib.alien. licet: nam confunditur ex rationibus suprà traditis si bona vagabundi sunt sufficientia ad dotis exactionem, & fidus procurator illa administrat. Vlterius quæritur pone istum maritum deductum fuisse ad paupertatem, & propterea dotem fuisse restitutam vxori, iuxta istum text. Si maritus posteà efficiatur diues; quæstionis est, vtrũ dos restituta vxori, debeat iterum reuerti ad eius administrationem? Et magis communis opinio tenet non reuerti. Ita enim tenet glos.l. vbi ad huc. 29. verb. abutatur. C. de iure dotium. Bart. hîc à num. 107. & defendunt Alexand. num.39.Lancelot.Deci.colum. pen. ad medium Claud.num.77.Campes. de dote.3 parte, quæst.47. Cuman. consi. 93. num.2. Capic. decisio.46. post princ. & plures, quos refert Palac.rep. cap. per vestras.§.25.pag.160.Anton.Gomez.l.Tauri. 50.num.35.Tiraq.tracta.cessante causa.14.limitat.num.1.Molina.lib.4.de primogen.cap.7.num.14. Ruin. consi.137. num.19.lib.2. Adducitur pro hac sententia, quòd vbi casus superueniens, qui ab initio impediret actum fieri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, tunc per illud non tollitur quod semel gestum est.l.verbis. 5.in fine.ʃ. ad legem Falcid.§. ex contrario. Instit.de legatis. Sed restitutio dotis fit mulieri ad securitatem illius, & diuitiæ superuenientes marito, tendunt ad eundem effectum, vt dotis restitutio securior sit: ergo propter illas restitutio semel facta vxori reuocari non debet. Item adducitur text. optimus.l. sciendum.§.fina. ʃ. qui satisd. cogantur, vbi si quis præstat cautionem de iuditio sisti, quia non posidebat bona immobilia, hæc cautio nõ retractatur, quãuis cauens posteà inceperit posidere immobilia, quia hoc etiam tendit ad eũdem effectum scilicet securitatis actoris.



ris. Contrariam tamen opinionem, imò quòd propter diuitias superueniẽtes mariti debeat reuocari restitutio dotis fa-

33 cta vxori, † tenent Bald. Angel. in fine, & Roman.num.46.in præsenti, quos sequitur Iason à num.229.Crot.2.lect. nu. 159.Gozad.consi.42.numer.15.qui asserit receptum, & alij, quos refert Tiraq. d.14.limitatio.num.4. Alciat.l. pluribus. §.& si placeat.num.10.ʃ.de verbo. obligatio. Pro qua sententia adducitur.l.1.§. & tãdiu.ʃ. de curato. furiosi. Item & regula.l.cura.§. defficientium.ʃ.de munerib. & honorib. Inuenio, quòd Henricus cap. per vestras, in fine.de donatio. inter virum.concordat opiniones, quòd si maritus post dotis restitutionem, factus est diligens, & industriosus circa res suas, tunc dos debet reuerti ad maritum; quia tunc omni respectu cessat ratio, propter quam dos fuit restituta mulieri, ac ita debet induci regula.l.adigere.§.quãuis.ʃ. de iure patronat. Si verò factus est diues, non autem diligens, vel industriosus, circa administrationem bonorum suorum, non debet dos ad eum reuerti, quia non cessauit omnino causa, propter quam dos fuit restituta vxori, vt constat ex auth. de æqualitat. dotis.§.illud quoq;.colla.7. subscribit Palac.rep.d.cap.per vestras. §. 25. ad finem. pag.160. Tiraq.d.14. limitat.num.6. Sed non placet, quia cum actus restitutionis, sit iam consumatus in persona vxoris, etiam si cesset omnino causa, non ob id debet cessare effectus iam consumatus.l. fina. ʃ. vnde liberi.l. 2. ʃ. de itin.actuq; priuato.l.Sancimus.C.de administ. tuto. tradit Bart.l.2.§. fina. ad finem. ʃ. de donatio. & in notabili casu tradit glos.auth.res quæ.verb. obligationem. C. communia de legatis. de qua per Molinam lib.4. de primogen. cap. 7. num. 13. & Mieres de maioratu. 4. parte, quæst.4. Alio ergo modo concordat Aretin.l. pluribus.§. & si placeat.colum. 3. versic. pro concordia. ʃ. de verb. obligatio. Quod aut mulier constante matrimonio, petit rem per actionem personalem, vel rei vendicationem, & quia tunc in eam trãsfertur dominium, & sic perfecta est exequutio, procedet opinio Bart. si verò per hypothecariam petat, iuxta terminos.l. vbi adhuc.29.C.de iure dotium. cum sola auocetur possessio.l.si cum venditor.66. ʃ. de euictio. & sic non sit facta perfecta exequutio, procedet contraria opinio: subscribit Claudius, hîc num.81.Crot.2. lect. num. 159. ad finem Tiraq.tracta.cessante causa.14. limitatio.num.7. Sed neq; hæc concor-

34 dia placet, † quia quanuis per hypothecariam sole auocetur possessio, tamen ex dispositione.l.in rebus. 30.C. de iure dotium. etiam dominium censetur translatum in ipsam mulierem, nam prædicta lex etiam locum habet in hac restitutione, quæ fit constante matrimonio propter inopiam.Bart. hîc num. 70. & nu.92.& asserit receptum Crot.1.lect. nu.89.Campes.de dote.3.parte.q.45.Socin.consi.61.nu.2.lib.1.Ruin.hîc nu.31. & quanuis contrarium nitatur, probare Nouellus de dote.8.parte, priuileg.6. nu. 14.& contrarium pro constanti teneat Gozad.consi.42.nu.15. tamen defendendo communem, eius argumentis satisfacit Crot.hîc.2.lect.à nu.130. Cùm igitur vltra possessionem, dominium etiam cẽseatur acquisitum mulieri ex dispositione iuris, vt sentit Bart.hîc nu.92.ac ita cõsumata videatur exequutio, adhuc procedet opinio Bart. & communis, pro qua expendi potest. d.l. vbi adhuc. ad finem. versi. creditoribus. vbi tex. probat, quòd si propter inopiam mariti, sit restituta dos vxori, etiam per hypothecariam, non reuocatur illa restitutio, etiãsi maritus posteà bona acquirat, ac ita indistinctè videtur tenenda opinio Bart. & communis. Neq; obstant rationes suprà adductæ in contrarium: nam ad primũ de.l.1. §. & tandiu.ʃ. de curat. furiosi. respondetur, quòd loquitur in curatore furiosi, cui

cui ex cura nullum ius queritur in bonis furiosi,præter ius administrandi.l.fina.ʒ. de curato. furiosi. Et ideò si furiosus redijt ad sanitatem, facile reuocatur ea administratio,nos autem agimus de restitutione dotis,quę facta est vxori,per quã ipsa acquirit dominium, & possessionẽ, vt suprà dictũ est. Et ideò locum habet regula.l.id quòd nostrum.ʒ.de regul. iuris,& ita aduertit Alex. hîc nu. 39.ad finem. Item quòd propter superueniẽtes diuitias,maritus non recuperet administrationem dotis, paruum præiudicium incurrit,cum dos restituta debeat deseruire oneribus matrimonij.d.l.vbi adhuc. Sed quòd furiosus recuperata sanitate, non acquirat bonorum suorum administrationem,magnam iniuriam,& præiudicium pateretur l.2.ʒ. si quis à parente fuerit manumissus, & ideò de vno casu ad alium non bene arguitur,vt aduertũt Lancelot.Deci.hîc colum. pen. ad finẽ. & Ias.n.226.nõ obstat secũdũ de regula. l.cura.§.defficientium.ʒ.de mune. & ho
35 norib, † quia procedit quando quis propter paupertatem, fuit excusatus ab aliquo munere publico, & probat, quòd si posteà diues effectus est: & illud idem munus de nouo ei iniungatur, non poterit ab eo excusari eo prætextu, quòd iam ab illo excusatus fuit, quia tempore quo de nouo iniungitur, cessauit causa, propter quam primo fuit excusatus: cæterũ propter diuitias posteà superuenientes, excusatio prius concessa non reuocabitur.l.2.§.remittit vers.neq; rursus.ʒ.de excusatio.tuto.Dec.c.cum cessante. nu.4. de appellatio. Ripa.l.ex facto,nu.18.ʒ. de vulgari,& ad hunc modum sunt explicãdæ.l.his honoribus.§. auctis. ʒ. de vacat. mune.l.semper.§. negociatores.ʒ. de iure immunitatis. Ergo nec restitutio dotis iam facta propter superuenientes diuitias reuocabitur, ne tamen contraria opinio omnino deseratur, dicimus eam posse procedere, quando pendente lite super restitutione dotis, superuenerunt diuitiæ marito. Cùm enim adhuc perfecte nõ sit ius quæsitum mulieri, propter diuitias impedietur restitutio,vt in simili probat.l.si mulier.20.ʒ. eo. & in specie Cæpolla.l.actioni,nu.9.s̃. de edil. edicto. quẽ sequitur Tiraq.tracta. cessante causa.14.limitatio.nu.8. Quinimò idẽ existimo,& si lata sententia,ante tamen factam exequutionem,diuitiæ superuenerunt,arg.l.si marito. 32.§. si voluntate.ʒ. eo. Et in his terminis procedet traditio Bald.l.si pro ea nu.10.C.mandati, quòd quando ius quęsitum est iure speciali,ob cessationem causæ, censetur reuocatũ, quanuis illud dictum latius accipiat Alciat.l.pluribus. §. & si placeat nu.10.ʒ. de verb.obligatio. & iuxta hæc venit explicandus tex.l.si cum dotem.23.§.fin autẽ in fine.s̃.eo. vbi tex.probat, quòd si mulier est furiosa, & quia maritus dissipat res dotales,ipsa dos sequestratur, si mulier redeat ad sanitatem, censetur reuocatum illud sequestrum. Vnde videtur, quòd idem dicendum sit, in quęstione præcedenti,vt propter diuitias super venientes,reuocetur dotis restitutio facta
36 vxori, † & ita inducit Angel.d.l.si cũ dotem.§.si verò in fine.Sed pro vero intellectu illius tex. aduertendum est, quòd illa verba(& alterius expectantibus sanitatem)non referũtur ad sequestrum dotis, sed ad pacta dotalia inita inter coniuges,vt clare ex illo tex.colligitur. Item quod illa verba,vel possũt referri ad maritum,vel ad vxorem furiosam, & si ad maritum referantur, probabit ille text. quòd licet pactum lucrandæ dotis non committatur, quando culpa mariti soluitur matrimonium.l. si ab hostibus. 11. §.fina.s̃.eo.tamen si maritus vxorem restitutam ad sanitatẽ bene tractet, & sic culpam purget, tunc pactum lucrandæ dotis ei proderit, & ita intellexit Imol. d.§.fin autẽ in vlti.notab. & ibi Alex.n. 10. Idem Alex.l.si ab hostibus.num.3.ad finem.s̃.eo. Si vero referantur ad vxorẽ furiosam,debent ita explicari: vt expectanda



ctanda sit sanitas mulieris.Si enim diuertat à marito,ex ea causa, quòd dum erat furiosa.non habuit curam illius,vt oportuit,& sic diuertat ex iusta causa, maritus, cuius culpa causam dedit diuortio, excludetur à pacto lucrandę dotis.l.consensu.§.fin .in fine. C. de repud. Si verò non redijt ad sanitatem, sed decessit in furore; quia tunc diuortium in ea considerari non potest.l.si cum dotem.§. itẽ pater. s̃. eodem. per mortem illius dos deferetur marito ex pacto, quia culpa mariti purgata fuit per sequestrum dotis:quod sequestrum pacto lucrandæ dotis nocere non debet: arg. l. vbi adhuc. ad finem.C. de iure dotium. vnde text. ille minimè probat,quòd propter sanitatem vxoris reuocetur sequestrum dotis. Et confirmatur, quia cum sequestrum principaliter fuerit factum propter dissipationem rerum dotalium factam per maritum,non debet censeri reuocatum per sanitatem vxoris furiosæ: cùm tunc nõ videatur cessare causa finalis,propter quam sequestrum factum fuit:vt in simili considerat Salic.l.vbi adhuc.num. 19. C.de iure dotium.Item dato,quòd text. d.§.fin autem.in fin.probaret,per sanitatem vxoris furiosę reuocari sequestrum, adhuc nihil faceret aduersus cõmunẽ; quia per sequestrum nullũ ius quæritur illi,apud quem res deponitur. l. interesse.ʒ.de acq.poss.& ideò propter causam cessantem cẽsetur reuocatũ, vt in simili probat.l.1.§.& tãdiu.ʒ.de curator.furio-
37 si.& in specie Alex.hîc num.39.†& quãuis Crot.2.lect. num.159.in contrarium obijciat.l.sciendum.§.fin.s̃.qui satisd.cogantur.vbi nullum dominium quæritur ex illa cautione,& tamen cessante causa non cessat cautio: tamen facilè respondetur,distinguendum esse in hac materia:nam quando causa superueniens tendit ad eundem effectum, ad quem tendebat primus actus, indistinctè non inducitur reuocatio.d.l.sciendum.§.fin. s̃. qui satisd.cogan.Quando autem tendit ad diuersum,siue contrarium effectum, tunc distinguendum est, vt sentit Alexan.suprà relatus.Vlteriùs queritur,vtrũ mulier possit renuntiare huius legis remedio?Et dicendum est,non posse,propter regulam.l.de die.s̃.de pact. dotalib. & tenet Bart.hîc num.23.Lancelot.Deci.colum.2.ad medium. Iason num.8.& Crot.1.lect.num.33. Iacob.Puteus decision.364.num.4.in.3.part.Neque repugnat is text.ibi: Agere velit, quia respondendum est,quòd licèt per voluntatem non possit repudiare hoc remedium, ne doti præiudicet: tamen negligendo eo vti,doti prejudicare poterit:potest enim mulier per negligẽtiam sibi in dote præiudicare.l.in rebus.§. fin. C. de iure dotium.& ita Iason hîc num.8. latè confirmans,& num.182.Ripa num. 1. Corrasi. num.6. Quæ responsio non placet: nam adducta per eos procedunt,quãdo cum negligentia adest fomentum legis, prædictam negligentiã puniens:& ideò cum magis videatur dispositio legis, per eam doti præiudicatur. Cæterùm propria voluntate non potest præiudicare sibi in dote,etiam negligendo ,iuxta regulam.l.de die.s̃.de pactis dotalib. explicat Decius.l.1.num.6. C. qui admitti.Et ideò melius respondetur,text. istum tántùm probare, quòd mulier inuita cogi non potest, vt vtatur huius legis reme-
38 dio, † propter regulam.l.vnicę.C. vt nemo inuitus.per quam negligentiam,siue voluntatẽ, nõ excludit se ab huius legis beneficio;quia quãdocũque velit,eo potest vti; & si interim maritus efficiatur nõ soluẽdo,sibi imputare debet.auth.de æqualit.dot.§.illud quoq;.collat.7.Cæterũ renuntiatio,vel pactũ,quòd etiãsi velit,non possit vti hoc remedio,non valebit,ne doti præiudicetur,iuxta suprà tradita. Adde tamẽ,q̃ cũ mulier possit validè renuntiare hypothecæ,quã habet in bonis mariti. l. iubemus. C. ad Velleian. stãte prædicta renũtiatione,non poterit auocare res mariti per hypothecariam,

iuxta terminos l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. sed per actionem ex dote, vel etiam reiuendicationem repetere poterit, vt declarat Palac. rep. c. per vestras. §. 40. pag. 171. Item, quòd si mulier sciēter contraxit cum marito inope, tacita approbatio personæ mariti, in hoc præiudicabit doti, quòd mulier non possit vti remedio huius legis, teneatur tamen maritus ei cauere pro securitate dotis. c. per vestras. de donation. inter virum. & suprà diximus. Vlteriùs quæritur, vtrùm suprà tradita habeant locum tam in dote aduentitia, quàm in profectitia? Et respondendum est in vtrâque locum habere, vt probat auth. de æqualitat. dotis. §. illud quoque. collat. 7. Addendo tamen, quòd licèt in dote profectitia, quæ repetitur soluto matrimonio, ius petēdi principaliter competat patri de consensu filiæ. l. filius familiàs. 8. §. sed etsi filia. ſ. de procurator. tamen in hac petitione dotis, quæ fit constante matrimonio, ius petendi dotem principaliter competit filiæ. Cùm enim dos restituta debeat deseruire oneribus matrimonij, d. l. vbi adhuc. ad finem. filia videtur præferēda in agendo; quia plus iuris habet filia constante matrimonio in dote, quàm pater; cùm ex ea debeat alere se, & familiam: neq; in hoc iudicio requiritur patris consensus; quia pater non prætendit ius ad proprietatem, neque ad vsumfructum, & ideò non potest dici legitimus administrator, sed tantùm filiæ videtur interesse. l. pater filiæ. 71. ſ. de euiction. quanuis pater citari debeat ita formaliter. Palac. rep. c. per vestras. §. 28. num. 2. pagina. 163. Sed cauendum est, quia imò ius agendi primo loco etiam hoc casu patri competere insinuat auth. de equalit. do
39 tis. §. illud quoque. collat. 7. † & pro constanti tenet Bald. Nouellus hîc num. 23. & quòd in dote profectitia non sit differentia, siue agatur soluto matrimonio, siue eo constante propter inopiam, colligitur ex Bart. hîc num. 50. cōmuniter receptò, vt asserit Crot. 1. lect. num. 74. Pro concordia dicēdum est, quoad modum agendi non esse differentiam constituēdā, siue agatur soluto matrimonio, siue eo cōstante propter inopiam. Cæterùm quoad modum restitutionis est differentia, quia quando dos profectitia petitur soluto matrimonio, traditur patri, & incorporatur cū eius patrimonio. l. fin. C. communia vtriusque iudic. Sed quando dos petitur cōstāte matrimonio, dos est tradenda filiæ; cùm debeat deseruire oneribus matrimonij, d. l. vbi adhuc. ad finē. & expressè Bart. hîc num. 51. vnde neque incorporabitur in patrimonio patris, sed cōsolidabit' mortuo patre in persona filiæ, & ideò eā tāquam propriā cōferre debet. d. authen. de æqualit. dotis. §. illud quoque. collat. 7. Bart. hîc. nu. 52. optimè explicatus per Ripam num. 92. Ex qua resolutione infertur explicatio ad tradita per Bart. hîc num. 50. dum sentit, quòd si filia habeat iustam causam cōtradicendi, vt quia pater sit vilis, & suspectus, iuxta l. si cum dotem. 23. §. eo autē tempore. ſ. eodem, quòd tunc pater non potest dotem repetere: nam in contrarium facit, quòd cum hæc restitutio debeat fieri filiæ, etiamsi pater agat, nullum videtur verti filiæ præiudicium, si pater etiam vilis admittatur ad agendum, vt aduertit Paul. hîc num. 10. Sed poterunt concordari opiniones, vt attendendus sit modus agendi. Si enim pater vilis petat dotem sibi restitui, vt ipse tradat filiæ, non est audiendus propter periculum perditionis dotis, si ad eius manus deueniat: & ita procedet opinio Bartol.
Si verò petat, vt filiæ restituatur, tunc
40 procedet opinio Paul. & eius ratio: † & ita Alexander hîc numer. 4. Campesius de dote. 3. part. q. 3. Ripa hîc numer. 91. Palac. repet. c. per vestras. §. 28. numer. 1. pag. 163. Infertur secundò annotatio ad tradita per Corrasi. hîc num. 7. dum concludit, dotem hoc casu patri esse restituendam cum onere alimentādi filiam, generum



generum & familiam: nam hoc ex prædictis confunditur, nam imò filiæ dos restituenda est, d. l. vbi adhuc. ad fin. neq; enim aliter onera matrimonij commodè sustineri possunt, vt ostendit Nouel. de dote. 7. part. priuileg. 34. nu. 5. Et iuxta hæc venit explicandus d. §. illud quoque. vt filia petere possit, vt pater agat ad repetendam dotē: ita tamen vt illa apud eam sit, vt posteà tāquam propriam possit fratribus conferre. Infertur tertiò, q̄ indistinctè pater poterit agere ad dotis repetitionem, si filia supersedeat agere, semper enim videtur agi de proprio interesse, ne aliàs cogatur nouam dotem constituere filiæ, prout tenetur, si illa dotem semel datam amisit. Bart. l. si cum dotem. §. 1. num. 2. ſ. eod. & ita Bart. hîc numer. 50. communiter receptus, vt asserit Ias. num. 54. qui licet. nume. 55. objiciat, prædictam rationem non videri tutam, quia pater tunc demum tenetur filiam dotare iterum, quando illa sine culpa sua dotem amisit. authē. quòd locum. C. de collation. & cō non relato Ruin. hîc numer. 25. tamen respondetur, quòd cum etiam pater videatur esse in culpa, quia non petiuit dotem restitui, cum posset, hæc culpa cum culpa filiæ compensabitur. l. viro atq; vxore. ſ. eod. & sic semper tenebitur iterum dotare, vt aduertit Ripa hîc num. 91. Vltimò infertur, quòd in his terminis filia agere non poterit sine consensu patris, nisi dos fuerit magna; nā tunc si pater nolit cōsentire, ipsa sola admittetur ad agendum, vt est expressum in d. §. illud quoque. de cuius ratione vide Alciat. lib. 4. parergon. c. 8. Curt. Iunior. auth. quod locum. nu. 43. C. de collatio. Vlteriùs quæritur, vtrùm quando mulier repetit dotē constante matrimonio, maritus possit excipere de priuilegio. l. maritū. ſ. eod.? Et glos. l. vbi ad huc. verbo, ad sustentationem C. de iure dotium. concludit, maritum excipere non
41 posse de prædicto priuilegio: † nam cū dos restituta debeat deseruire eius alimentis, d. l. vbi adhuc. ad fin. superfluū est, maritum vti prædicto priuilegio. Et hæc est recepta sententia, vt asserunt Iason hîc nu. 111. Crot. 2. lect. nu. 157. Campesi. de dote. 3. part. q. 62. Palac. repet. c. per vestras. §. 37. pagina. 169. Bursatus consil. 56. num. 1. ad finem. libr. 1. Contrarium tamen, imò maritum hoc casu posse excipere de priuilegio dict. l. maritum. ſ. eodem. pro constanti tenuit glos. hîc, verb. non sufficere. Bart. tamen hîc num. 106. concordat opiniones, quòd aut mulier repetit dotem intentando reiuendicationem, vel hypothecariam actionem, & tunc verum sit, maritum non posse vti prædicto priuilegio; quia etsi per prædictas actiones post solutum matrimonium conueniretur, non posset vti prædicto priuilegio, cum tanquam quilibet extraneus conueniatur: allegat. l. Nesennius. 41. §. 1. ſ. de re iudicat. Si verò mulier repetat dotem per actionem personalē ex dote, iuxta hunc text. tunc maritus poterit vti priuilegio d. l. maritum. ſ. eodem. quia si eam statim non posset opponere ei in futurum magnum inferretur præiudicium, vt ipse Bart. declarat. Sed hæc concordia Bart. vera non est: falsò enim in ea præsupponitur, quòd si mulier conueniat maritum per reiuēdicationem, vel hypothecariam, soluto matrimonio, non possit maritus vti priuilegio dict. l. maritum. ſ. eodem. Verius enim est contrarium, & dict. l. Nesennius. §. 1. ſ. de re iudicata. procedit, quando maritus restituit rem dotalem vxori, per quam restitutionem soluta fuit obligatio dotem restituendi. in princip. Institut. quibus mod. tollit. obligatio. Si ergo hæc res posteà reuertatur ad maritum, conuentus non vtetur priuilegio; quia non conuenitur tanquam maritus, sed tanquam quilibet extraneus. Sed quando adhuc dos non fuit restituta vxori, cùm tunc necessariò tanquam maritus cōueniatur, quan-

quantumcunque vendicatione sit con uentus, gaudebit prædicto priuilegio. Alexan.hîc num.6.versi.neque obstat. Iason num.119.& latiùs diximus.l. maritum.§.eo. Vnde etiam corruit præiudicium,quod Bart.hîc d.num.106.cõsiderat,quod maritus in futurum incur
42 re posset, † si priuilegium in nostra quæstione reseruaretur marito in tempus soluti matrimonij. Veriùs igitur resoluendũ est,quòd cũ maritus sit alendus ex fructibus dotis,d.l.vbi adhuc.in distinctè nõ poterit vti priuilegio.l. maritum.§.eod. sed illud sibi reseruabitur in tempus soluti matrimonij,vt colligitur ex d.l.vbi adhuc.ad fin. & tradunt Cuman.hîc num. 4. Alex.nu.6. versic. quia etiam. & Ias. num. 116. Sed vltra alios ego aduerto,opinionem gloss.hîc verb. non sufficere.saluari posse, quando non inuenirentur sufficientia bona ad soluendã dotẽ,nam tunc etiam constante matrimonio, posset maritus vti prædicto priuilegio, ne aliàs condemnetur vltra id quod facere potest: vt in simili tradit Bart.l.ex diuerso.§.1.§.eodem.& sequitur Auiles de prætorib. c. 18.versi.Qual conuenga.pag.198. col. 3. post medium.Item quòd prout maritus nõ posset vti prædicto priuilegio, eo prætextu quòd habeat creditores.l. maritus facere.55.ʃ.eodẽ. ita etiam eo prætextu nunquam poterit prædicto priuilegio gaudere,si constante matrimonio dos restituatur, vt suprà probauimus. Denique tenebis mente, quòd maritus tenetur vxori subministrare sumptus ad prosequendam hanc litem super repetitione dotis, iuxta regulam l.fin.C.de ord.iudicio.& c.ex parte.de accusation.Alber.l.vbi adhuc. col. fin. C. de iure dotium. & latè prosequitur Palac.rep.c.per vestras.§.39.num.1.pagin.170. Vlteriùs quæritur, vtrùm possit vxor cedere priuilegium huius text. alteri? Et concludendum est, cedi non posse; quia cũ dos restituta debeat etiã deseruire alimentis mariti,& familiæ, d. l.vbi adhuc.cedendo nõ potest vxor priuare maritum hoc iure.l.si post mortẽ.§. fin.ʃ.de contra tabul. Secundò, quia ex huiusmodi cessione odium & discordia oriretur inter coniuges,quod iura maximè iubẽt euitari.l.2.C.ne fideiussor.dotium dentur.& ita Bald.l.1.nu.7.versic. modo ergo.C.de priuileg.dotis. Nouel. de dote.12.par.à nu.26.Ias.hîc à nu.234. Curt.Senior consi.58. summa. per totũ. Alciat.responʃ.303.num.ad fin. Nouel. de dote. 12.part.num.27.ad finẽ.Catellian.in memorabilibus,verb.dos repeti.
43 Contrariam tamen opinionem, † imò remedium huius legis cedi posse, tenet Bald.auth.quod locum.nu.12.C. de collation.per illum text.dũ dicit,mulierem debere cõferre hanc actionẽ,scilicet cedendo eam fratribus: nam si intelligas, quòd cedat id quod per eã consequi potest,vt ibi intellexit Alex.num.4. vtique nõ dicetur conferre actionẽ, sed potius eius spẽ.l. spẽ.C.de donation.l.1.§.si sub conditione.ʃ.de collation.dotis. Et hãc opinionẽ Bald. probat Roman. d.auth. quod locum.nu.13.& facit pro illis traditio gloʃ.l.si constante.C.de donatio.quę vult mulierem cõstante matrimonio cedere posse actionẽ dotis futurã. His nõ obstantibus, non est recedendũ à prima opinione. Neque obstant contraria: nã ad primum de auth. quod locum. C.de collation.respondetur,procedere in cessione necessaria:nam cũ lex cogat sororẽ succedentẽ cum fratribus,dotem illis conferre.l.filiæ dotẽ.C.de collation. cessio actionis dotis fit ex necessitate legis; quæ cessio non cẽsetur prohibita.l. alienationes.§.fam.ercisc.Nos loquimur de cessione voluntaria,quam mulier facere non potest in præiudiciũ mariti,vt suprà dictum est:& ita expressè Deci. d. auth. quod locum.num.1.& ibi Curt. Iunior nu.23.& Alciat.responʃo.303. num. 1. ad finem. Non obstat secundum de authoritate gloʃ.l.cõstante.C. de donatio.

nam



nam ea gloʃ.expressè fatetur, eam cessionem non posse fieri constante matrimonio(qui est noster casus) sed tantùm cedi posse, conferendo cessionem in tempus soluti matrimonij:notat Tiraquel.libr.1.retract.§.26.gloʃ.3.num.7. Quinimò & cessio collata etiam in tempus solu.i matrimonij, regulariter valere non potest,propter regulam.l.de die.§. de pactis dotalibus.& tantùm admitti potest, quando cessio conferretur in tẽpus,quo morte mulieris solueretur matrimoniũ, nam tunc posset valere cessio, iuxta.l. 2. §.de pact. dotalib.& in terminis Lancelot.Deci.l.quæ dotis.post princip.ʃ.eod.
44 † quidquid distinguat Bald. Nouel. de dote.7.part.speciali.1. num. 12. Poterit sanè admitti contraria opinio, quando hæc actio non ceditur aduersus maritũ, sed aduersus tertium possidentem bona mariti,vel dotalia,à quibus difficulter recuperari possint: nam tunc potest mulier tertio cedere actiones,vt ea bona re-
45 cuperet: argum. c.2. de feudis. si cessionarius ei aliquid det,quo possit sustinere onera matrimonij; quia in his terminis videtur cessare dotis præiudicium:& ita expressè Bald. Nouel.de dote.12. parte. num.27. cum quo transit Iason hîc numer.234.& probat Alciat.responso.303. num.1.ad fin.Sed non placet hæc saluatio; quia cum dos debeat remanere penes cessionarium,negari non potest,præiudicium doti inferri. Vnde debet locũ habere regula.l.de die.§. de pact. dotalibus. Item fructus, qui excedunt onera matrimonij,pertinent ad maritum.Bartol.hîc numer.104.& infrà dicemus, in quo iure mulier marito præiudicare nõ potuit.l.fin.§.de pactis. Neque est omittendum in hac materia quod sentit Iason hîc num.fin. quòd priuilegium huius text.transibit ad filios hæredes, iuxta l.etiam. §. eodem. non autem ad extraneos hæredes:nam dicendum est,quòd cum hoc priuilegium competat constante matrimonio, & per mortem mulieris soluatur matrimonium, de huiusmodi priuilegio respectu hæredum tractari non potest,vt hîc aduertit Bart.numer.63.communiter receptus,vt asserit Ripa hîc num 99. Vlteriùs quæritur, dos hæc restituta, quam vtilitatem afferat vxori? Et dicendum est, quòd transfert ius administrandi in eam, & in tuto dotem constituit,ne consumatur, & perdatur.authen.de æqualit.dotis.§.illud quoque. collatione.7.Item si agatur actione personali, & iussu iudicis dos restituatur, censetur in eam translatum dominium. Item & competit ei reiuendicatio ex dispositione.l.in rebus.30.C.de iure dotium. vt suprà diximus. Præterea & per hypothecariam potest recuperare res mariti in tertium alienatas.l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. quo casu non obtinet dominium, sed simplicem rerum possessionem. l. si cum venditor. 66.§.de euiction.& ita expressè Bart.hîc numero.92. cum quo alij transeunt. † Cui tamen addendum est, quòd licèt propter solam hypothecariam, non habeat mulier in bonis nisi solam possessionem,tamen semper in eisdem bonis videtur habere dominium ex dispositione.l.in rebus.30.C.de iure dotium.nam illud dominium à tempore quo maritus cœpit vergere ad inopiã ortum est, & acquisitum mulieri, etiamsi dos adhuc ei restituta non sit, vt tradit Baldus Nouellus de dote.12.par.num.24.ad finem.& numer.27.Palac.repet.c.per vestras. §. 36. pagina. 169.Contrarium tamen sentit Bartol.dict.num. 92. & contrarium colligitur ex traditis per Aretin. l.pluribus.§.etsi placeat.col.3.post princip.ʃ. de verborum obligationib. quem hîc sequitur Claud. numer.81. Et ideò pro concordia dicendum est, quòd aut agimus de rebus dotalibus, & tunc verum est, quòd licèt vxor agat hypothecaria, tamen simul videbitur obtinere dominium,ex d.l.in rebus.& tradit Baldus Nouel. de dote,parte.7.priuileg.15.



nam

nam quando dominium iure speciali acquiritur,non prohibet in eadem re hypothecariam consistere. Bart.receptus. l.fin.num.16.C.de sacrosan. eccles. Sed si agat hypothecaria aduersus tertios possidentes bona mariti,tunc per hypothecariam obtinebit solam possessionē in prædictis rebus, quæ operabitur effectus,de quibus per Nouellum de dote.7. part.priuileg.47. Neque enim dominiū rei alienæ,debet videri in eam translatū ex dispositione d. l. in rebus.quæ tātùm loquitur in rebus dotalibus.Oportet igitur,quòd mulier impetret prædicta bona sibi adiudicari loco dotaliū: nam ex hoc efficiuntur dotalia, iuxta notata in rubr.s̄.eod. & sic eorum acquirit dominium per prædictam adiudicationem.§. fin.cum glos.Inst.de offic.iudic. colliges ex Nouello de dote.7.part.priuileg. 18. num.2.& melius.8.part.priuileg.6.num. 14.ad finem.Socin.consil.61.num. 2. & 3.lib.1. Est tamen aduertendum, quòd hæc dotis restitutio,non est plenaria, & propria restitutio,ita vt de dote restituta mulier possit disponere, tanquam de re sua:nam nec illam potest alienare,& fructus illius deseruiēt oneribus matrimonij,vt antea, vt est expressum in d. l. vbi
46 adhuc.ad finem. † Quāuis igitur quoad alia videatur esse plenaria restitutio, tamen quoad fructus non videtur restitutio,sed potius sequestratio quædam,quę fit in manibus mulieris: & ita Iason hîc num.118.& ante eum Cuman.cons.93. num.2.& hîc num.3.ad finem. Alexan. consil.142.num.13.lib.5.Gozad. consil. 42.num.14.Et est ratio,quia prædicta restitutio dotis,ad hoc principaliter inuenta fuit,vt dos esse in tuto, neque consumi posset, & hac ratione dominium rerum dotalium censetur esse in vxorem translatum,vt diximus suprà.Sed quoad alia considerabitur tanquam sequestratio quædam,siue translatio administrationis à persona viri in vxorem.authent. de æqualit.dotis.§. illud quoq;. collat. 7. & consequēter dos retinebit,quoad fructus,& similia,eandem naturam, quam habebat dos, dū erat sub administratione mariti. Ancharran. consil.119. nu.6. & Ioseph.Ludouic.decis.Lucensi.21.numer.57.Vnde infertur, quòd prout mulier non est alenda ex fructibus dotis, si non sit in seruitio mariti, iuxta notata.l. quod in vxorem. C. de negoc.gestis. ita etiam & facta hac restitutione, non aletur ex fructibus si propria temeritate recedat à seruitio mariti. Anchar.consil. 150.nu.1.Infertur etiā,quòd prout pater tenetur ex fructibus dotis alere propriā familiā,& sic filios susceptos ex alia vxore,si fructus ad id sufficiunt, iuxta notata.l.dotis fructus.8.s̄. de iure dotium. ita etiam & facta dotis restitutione, quoad fructus,hæc eadem locum habebit obligatio.Bart.hîc num.fin.Alexand.nu.40. & per contrarium quemadmodum maritus nō tenebatur alere priuignos suos, quos vxor ex alio marito susceperat.l. si paterno.cum ibi notatis.C.de negoc.gestis.neque etiam dote restituta, mulier ex fructibus prædictos filios poterit alere. Lancelot.Deci.hîc ad finem. Deniq; prout fructus excedentes onera matrimonij, cedunt lucro mariti, iuxta.l. pro oneribus.C.de iure dotium. & notata.l. dotis fructus.8.s̄.de iure dotium. ita etiā facta prædicta restitutione dotis, si fructus excedant onera, non cedent lucro vxoris, sed potius ad maritum pertinebunt. Bart.hîc num.104.& defendit Alexand.num.38.Palac.rep.c. per vestras.§.
47 20.à num.1.pagin.155.† Obstat tamen huic opinioni, quòd si dominium dotis restitutæ,transit ad vxorem, fructus percepti ex re sua, debent ad eam pertinere,& non ad maritum.l. Herennius. 42. s̄.de vsuris.quo argum.vtitur Nouel. de dote.8.part.priuileg.6.num. 14. Lancelot.Deci.hîc col.5.ad fin.ex hoc concludentes, non videri veram communem opinionem, quā suprà retulimus, quòd in hac restitutione dominiū dotis transferatur



feratur in vxorem: item & alijs rationibus prædictam Bart.illationē impugnat Crot.hîc.2.lect.nume.155. Sed non est recedendum ab opinione Bart.& argumentò in contrariū adducto respondetur,quòd dominium dotis fuit translatū in vxorem,non simpliciter,sed limitatiuè, quatenus necessarium erat ad dotis securitatē. Prædicta igitur limitata translatio,limitatū operabitur effectum.l.cā celauerat.j.de his quę in testam.delent. in specie Ancharran.consil.119.num. 6. Iacob.Puteus decis.265.num.4.in.3.parte. Vnde quoad fructus non considerabitur tanquam domina,sed tāquam simplex administratrix, quæ ob id tenetur id quod superest restituere illi, ad quem aliàs pertinebāt.l.creditor.60.§. si inter. cū glo.s̄.mandat.quo fit,vt in fructibus, quatenus sunt necessarij ad alimenta,nō poterit fieri exequutio per creditores mariti: nam manifestum esset mulieris præiudicium,si in illis fieret exequutio. Vnde succedit regula. l. ob maritorum. C.ne vxor pro marito.& clarè significat d.l.vbi adhuc.ad finem.sed in fructibus, qui supersunt,potest fieri exequutio per creditores mariti;quia cum ad eum pertineant in illis tanquā bonis postea quęsitis,poterunt creditores facere exequutionem.d.l.vbi adhuc.ad fin. & in specie Cuman.hîc num.3.ad fin.Iason nu.116. in fine.& colligitur ex Alexand.hîc numer.38. Et confirmatur, quia si fructus dotis non sufficiant ad onera sustinēda, maritus tenetur aliunde id quod deest, etiam in hoc casu supplere. Bart.hîc numero.103. ergo & id quod excrescit ad eum pertinere debet.l.secundùm naturam.j.de regul.iuris. † & sic constat opi
48 nionem Bart. de qua suprà: indistinctè esse admittendam: quidquid distingat Nouellus de dote.8.part.priuileg.6. nu. 14. ad finem. Est sanè aduertendum, suprà tradita,procedere attenta dispositione iuris cōmunis: nam cum fructus sint translati in vxorem ex dispositione d.l. vbi adhuc.pro debitis mariti,nō fiet exequutio in rebus vxoris.d.l. ob maritorū. &.l.3.C.de priuileg.fisci. Cæterùm non videntur procedere in regno Castellæ, quia in eo regno censetur cōtracta quædam tacita societas inter cōiuges,quoad fructus & lucra.l.2.tit.9.lib.5.ordinam. Ratione cuius societatis, in fructibus & lucris poterit fieri exequutio,propter debita contracta durante prædicta societate,iuxta regulam.l.omne æs.s̄.pro socio. & in specie Palac.rep.rub.§.66.in princ. & probat.l.9.tit.9.lib.5.ordinam. Vnde in eo regno pro debitis contractis constātē matrimonio fiet exequutio, etiam in fructibus ad vxorem pertinentibus tā quā pro proprio debito, & in specie Gāma decis.200.à nu.3. Sed subsistendum est,quia vxor debita prædicta non tenetur in solidum soluere, sed tantùm pro parte sua,& sic pro dimidia: argumen. l. reos.§.cum in tabulis.j. de duob. reis. & in specie Cassane.in consuetud.Burgūdiæ,rubr.4.§.20. verb.Desceindre.nu.8. Rebuff.1.tom.ad leges Gallicas,tit.de literis obligator. artic.2.glos. 1.num.100. & Azeuedus.l.9.tit.9.lib.5.ordinamenti.num.18.Quanuis igitur pro parte mulieris possit admitti posse fieri exequutionem in prædictis fructibus, non ita pro parte mariti:nam cum hoc casu fructus sint trāslati in vxorem.d.l.vbi adhuc. ad fin.pro parte mariti nō poterit in illis fieri exequutio; quia incipit militare regula d.l.ob maritorum.Quanuis extra hūc casum,verum sit,pro prædictis debitis,in fructibus rerum dotalium posse fieri exequutionē, tā pro parte mariti, quā vxo-
49 ris,cum sit debitum commune: † & dispositio,quòd in rebus dotalibus nō possit fieri exequutio,pro debitis etiam cōmunibus,vt statim dicemus, non habet locum in fructibus rerum dotaliū; quia hi vt separati sunt à solo,cēsentur res mobiles.l.fin.j.de requir.reis.& sic cēsentur quid separatum ab ipsa dote:& ideò libere in illis fiet exequutio,iuxta latè tradita

per Tiraq.lib.1.retract.§.1. glos.7.à numer.49. Et iuxta hæc venit limitandus textus.l.Titia.63.ſ.de iure dotium.dum probat,quòd pro debitis vxoris non potest fieri exequutio in rebus dotalibus, neq; in eius fructibus:notat glo.1.l.quinque legibus.ſ.de bon.damnato.propter rationem expressam.l.ſi donaturus.§.finali.ſ. de condict.ob causam. nam procedet in debitis vxoris contractis ante contractum matrimonium:nam pro cõtractis constante matrimonio,saltem in regno Castellæ,in fructibus fiet exequutio pro parte mulieris,iuxta suprà tradita.& in specie Rebuff.1.tomo ad leges Gallicas,tit.de literis obligator. articu.2. glos.1.numer.100.& alij suprà citati. Sed quid si fructus & lucra non sufficiant ad solutionem debitorũ,vtrùm ex alijs bonis coniuges illa soluere teneantur ? Et Palac.in rubr.§.66.num.5.videtur velle, quòd ex alijs bonis soluere teneãtur,iuxta regulã.l.omne æs.ſ. pro socio. subscribit Gamma decisi.186.num.1.Sed imò, quòd tantùm ex fructibus,vel lucris illa debita sint soluenda, & non ex alijs bonis,sentit Cassane.in consuetud.Burgũdiæ,rub.4.§.20.verb. Desceindre. nu.8. & Matienço.l.9.tit.9.lib.5.ordin. glos.1. num.6.ad finem.Et facit,quia socius nõ potest obligare sociũ,nisi pro re vel quãtitate,quam deduxit in societatem. Ancharan.consil.332.pro clariori.num.7. & Stracha de cõtractibus mercatorum. num.15.pagin.139. Sed fructus & lucra tantùm deducta fuerunt in societate:ergo vltra teneri non debet. Sed vera concordia colligitur ex.l.sed neque æs.12.ſ. pro socio. quòd si debita fuerũt contracta ratione lucrorum,hæc ex bonis proprijs soluenda sunt:alias secus:quod etiã colligitur ex.l.ſi cum villico.16.ſ. de instito.actio. Neque obstat ratio suprà adducta in contrariũ,quia illa euincit,non obligari socium,nisi ad debita contracta contemplatione lucrorum:nam cùm limitatè ad lucra societas fuerit cõtracta, tantùm tenebitur ad debita ratione lucrorum contracta,& non ad alia,vt in simili tradit Mercado tract. de mercatura lib.2.c.10.† Sed quid si alia bona non
50 habeat, vtrũ in subsidiũ fiet exequutio in rebus dotalibus? Et videtur dicẽdum fieri non posse,ex dicto Bald.& Salic. in fin.l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito.quòd in rebus dotalibus nõ potest fieri exequutio,etiam pro debito communi coniugum: allegant.l. ſi prædium. C. de iure dotium.& subscribit Rebuf.1.tomo ad leges Gallicas,tit.de literis obligator.artic.2.glo.1.num.99. Gamma decisione.200.num.1. Item ex dicto Speculato.tit.de emption.& vendition.§. tertio loco. num.11. vbi si mulier promisit dotem pro filia,non potest fieri exequutio in dote ratione istius promissionis: notat Palac.rep.rub.§.66.num.13. Deinque videtur textus.l.fin.C. solut. matrimon. & in specie ita fuisse iudicatum asserit Gamma decis.186.& latius decisione.366.à num.3. & num.6. Sed contrarium videtur verius:cùm enim in regno Castellæ videatur contracta quædam tacita societas inter coniuges,quoad debita ratione lucrorum cõtracta,induci debet regula generalis.l.omne æs alienum. ſ.pro socio.Neque obstant contraria:nã ad primum respõdetur,prædictorum dictum esse limitandum,nisi agatur de debito communi ratione societatis tacitæ, vel expressæ:nam tunc videtur inducenda regula generalis.l.omne æs.ſ. pro socio. Et patet,quia qui contrariam opinionẽ probant,eo præcipue nitũtur fundamẽto,quia iuxta dispositionem.l. vnicæ. §.& cum lex.C.de rei vxor. actione. dos non potest alienari, etiam de consensu vxoris. Quæ tamen ratio non habet locum, quando agitur de debito validè cõtracto post celebratum matrimonium; nam tunc saltem authoritate iudicis poterit fieri exequutio in dote.l.3.§.1.ſ. de rebus eorum. neque enim ea prohibitio generalis locum habet in alienatione necessa-



necessaria.l.alienationes.ſ.famil.erciſc. in terminis Paul. Castrens. consil.435. num.3.lib.1. Neque etiam obstat dictũ Speculator.suprà allegatum,quia loquitur,quando dos specialiter data est in dotẽ pro filia,& nos agimus de obligatione generali,pro qua in subsidium poterit fieri exequutio in dote : in terminis Ruin.consil.194.numer.6.lib.1. Neque etiam obstat regula.l.fin.C.solut. matrimonio. quia limitari debet,vt non procedat,quãdo est debitum,ad quod exoluendum ex suo,vxor est obligata : nam pro tali debito poterit fieri exequutio,
51 etiã in dote,per suprà tradita.† Sed quid in regno Portugaliæ? Et si quidem matrimonium contrahatur per dotem & arras,adiecto pacto,quòd quæsita constante matrimonio communicentur inter coniuges, iuxta Ordin.lib.4.tit.7.§.5.ea quæ suprà resoluta sunt obseruari debere in regno Castellæ, etiam obseruanda sunt in regno Portugaliæ;cũ eadem militet ratio. Sed si matrimonium contrahatur per chartam medietatis ; quia tũc secundùm regni consuetudinem censetur contracta societas vniuersalis omniũ bonorum, debita cõtracta quocumque modo,ex illis bonis communibus pro rata exoluenda sunt,iuxta regulam.l. ſi societatem vniuersatum.73.§.1.ſ. pro socio.l.ex parte.§.ſi filius familiàs.ſ.familiæ erciſc.tradit Decius consil.66.col.4. Ruinus.consil.101.num.10.lib.1.& in specie probat Ordin.lib.4.tit.7.§.pen.Vnde cauendum est à traditis per Gammã decisione.186.ad finem.dum tenet,in marito & vxore socijs omnium bonorum secundùm regni consuetudinem, omne æs alienum conflatum per coniuges à marito exolui debere,integra dote mulieris remanente,iuxta.l.fin.C.solut.matrimonio. hæc enim opinio ex proximè traditis confunditur: & quia cum bona tanquam communia considerentur, & non tanquam dotalia,non potest habere locum regula dict.l. fin. C.soluto matrimonio. sed recurrendum est ad iura loquẽtia de societate vniuersali,vt suprà diximus. Quinimò etsi tantùm quæsita constante matrimonio sint communicanda, adhuc debita contracta ratione lucrorum,ab vxore soluenda sunt,vt suprà diximus. Addendo tamen, quòd si hoc casu vxor renuntiet lucris;prout potest,etiam constante matrimonio:l. qui autem.ſ.quæ in fraudem creditor. non tenebitur ad debita contracta constante matrimonio:nam cum ratione tacitæ societatis ad prædicta debita teneatur,si lucris renuntiet,non est cogenda prædicta debita soluere,sed tunc propriè locũ habet decisio.l.fin.C.soluto matrimon. quod in specie ita tradit Palac.rep.rubr. §.66.num.3.Cassane.in consuetud. Burgundiæ rub.4.§.50.verb.Desceindre.numer.8.probat.l.9.tit.9.lib.5.ordinamenti.vbi Matienço glos.1. num.8. ampliat id procedere,etiãsi soluto matrimonio vxor faciat prædictam renuntiationem, nam etiam tunc ad debita non tenebitur,vt per Palac.rep.rub.§.63. num.2. & §.66.nu.3.Quod etiam in regno Portu-
52 galiæ esse obseruandum,tradit Gamma decisione.366.num.4. &. 6. † Quæ ego intelligo vera esse,quando tantùm communicantur lucra quæsita cõstante matrimonio : nam si per chartã medietatis matrimonium contrahatur,non est admittenda prædicta renuntiatio in præiudiciũ creditorũ, quibus ius exigẽdi credita erat quęsitum propter vniuersalem societatem,quæ inter coniuges cẽsetur contracta:facit.§.manet.Instit. de societate. Et ex his infertur explicatio ad tradita per Plateam.l.vxorem.in fine C.de decurion.lib.10.dum tenet,quòd si maritus accepit mutuam pecuniã pro alenda vxore,& filijs,& maritus non sit solũdo, tenebitur vxor in subsidium ex proprijs bonis illud debitum exoluere : allegat doctrinam Bart.l.his solis.ſ. de condict.indeb.& idem tradit Roman. singul.212. Cæpolla cautela.252.& in specie

cie Palac.rep.rub.§.66.nu.6.dicit, quòd mulier indistinctè tenetur ad debita cõtracta per maritum prò alẽda vxore, vel quando aliàs constat in eius vtilitatem debita fuisse conuersa: quod etiam tradit Gamma decision.366.num.7. & Matienço.l.3.tit.9.lib.5.ordinamenti. gl.7. num.5.nam aduertendum est, hoc tantùm procedere in subsidium, quãdo maritus non est soluendo.l. his solis. cum gloss.s̃.de condict. indeb. Item quando maritus tempore debiti contracti erat iam inops: nam cum tunc maritus non teneatur vxorem alere.Bal.l. vbi adhuc. numer.25.C.de iure dotium. sicuti neque filios.l.si quis à liberis.§.penult.cum glos.j̃.de liber.agnoscend.Cùm igitur fecerit id,ad quod non est obligatus,& inde commodùm resultauerit ad vxorem & filios,meritò in subsidium tenebũtur, iuxta l.ei qui. §. fin.C. quod cũ eo. & ibi Bald.& ita elegãter Palac.l.Tauri.61.nu
53 mer.11.† Sed si maritus tenebatur ad alimenta,& alia necessaria præstãda, & horum ratione aliqua debita contraxit,mulier ad illa etiam in subsidium non tenebitur;cùm sibi debitum receperit: argumen.l.repetitio.s̃.de cond.in deb. & sentit Angel.l.his solis.num.1.s̃.de condict. indeb.Palac.d.l.Tauri.61.num.11.Gamma decision.366.num.2.& in specie probat.l.9.tit.3.lib.5.ordinamenti.& ibi notat Matienço in glos. 4. quòd si maritus maiora dedit alimenta,quàm teneretur, pro excessu videtur mulier obliganda in subsidium:argum.l.quæ de tota.s̃. de reiuend.& Gamma decisione.366. num.7. Vlteriùs quæritur, vtrùm restitutio dotis,quæ fit constante matrimonio, propriè dicatur restitutio? Et Bart. hîc num. 53.existimat propriè non esse restitutionẽ,cùm fructus adhuc sint obligati oneribus matrimonij,d.l. vbi adhuc.ad quæ non essent obligati,si vera,& propria esset restiturio:& idem tenet Bart.l.si quis sic.num.1.& ibi Paul.nume. 4.j̃. eodem. Imol.consil. 100.à numer. 1. Riminald. consil.599.num.1.lib.3.Alciat.responso 303.num. 1. Gozadin.consil.42.nu.14. Capic.decis.46.num.2. Palac. rep.c. per vestras.§.21.num.13.fol.159.& alij quos refert Octauian.decisione.135. num.9. & latè comprobat Crot.hîc.2.lect. à numer.112.Anton.Natta consi.81.à nu.3. lib.1.& ante omnes sentit glos.hîc.verb. mariti.ad fin.Magis ergo videtur quędã sequestratio dotis, quæ fit in manibus vxoris,vt secura sit de sua dote. Iason hîc num.118.vel est prouisio quædam induCta per legem in fauorem conseruandi dotem,& vt onera matrimonij faciliùs supportarentur.Octauian.decision.135. num.9. Contrariam tamen opinionem, imò hanc esse veram,& propriam dotis restitutionem,contendit Romanus hîc num.12.& consi.392.in.1.dubio. Et hãc opinionem tanquam veriorem probat Ripa hîc à num.95. & in rubr. s̃. eodem. num.27.& alij quos refert & magis probat Bursat.consil.120.num.35.lib.1.Quibus adde Cuman.consil.93. num.2. expendẽtẽ pro hac sentẽtia d.l. vbi adhuc. ibi: Si matrimonium eo modo dissolutũ esset.Inuenio,quòd Claud.hîc num.48. cõcordat opiniones,quòd si petitur dotis restitutio per actionem personalem, vel reiuendicationem, tunc propria dicatur restitutio: si verò per hypothecariam,cum tantùm auocetur possessio.l. si cum venditor.66.s̃.de euictio. propria non dicetur restitutio. Sed non placet, quia primum membrum repugnat magis communi traditioni,& secundũ non est simpliciter verum, sed debet declara
54 ri, iuxta suprà tradita. † Et ideò verior videtur magis communis sentẽtia, neque enim hæc plena & propria potest dici restitutio,cùm plenæ & verę restitutionis effectus non habeat:argum.l.à nullo.C. de ferijs. Et ex hac cõclusione infertur, veram esse opinionem glo.hîc,verb.mariti.ad finẽ.quòd si extraneus dedit dotem,& pactus est soluto matrimonio eã sibi restitui, quòd succedente restitutione



tione huius text. dos sibi nõ restituetur, cũ hæc non sit propria restitutio,de qua pactum intelligitur, & hoc remedium tantùm vxori concedatur,& fructus debeãt seruire oneribus matrimonij:quod commodè fieri non potest, si extraneo dos tradatur:sequitur Bart.hîc nu. 55. & 55
asserit receptum Alex. num.4. Campes. de dote.3.part.q.37.Palac.rep.c. per vestras.§.31.à num.1.pag.165.Quod ampliandum est procedere,etiamsi pactum per verba vniuersalia sit conceptum, vt quia expressum sit dotem restitui extraneo,vel etiã patri in omnem casum,quo restituenda sit dos; neque enim intelligetur pactum illud vniuersale de ea restitutione,quæ fit cõstante matrimonio propter inopiam;quia cum hæc restitutio non sit propria restitutio, verba pacti de ea non sunt intelligẽda.l.1.§.si is qui. s̃.de exercito.l.1.s̃.si ager vectig. & quia nox est verisimile partes de hac restitutione intellexisse,in qua fructus debent deseruire oneribus matrimonij; quod commodè fieri non potest,si dos ad stipulantem pertineat: vnde ad casum non verisimilem verba stipulationis nõ sunt trahenda.l.obligatione generali.s̃. de pignorib.& ita Bart.hîc num.59.&.l. si quis sic.numer.1.j̃.eodem, cui subscribunt Lancelot.Deci.hîc col.4.ad finem. & defendit Iason à num.191.& asserit receptam Anton. Gomez.l.Tauri.50. numer.34.& verissimam appellat Campes. de dote.3.part.q.40.Contrariam tamen opinionem, imò prædictam stipulationem verbis vniuersalibus conceptam, etiam huius text.restitutionem comprehendere,defendit Roman.hîc num.12. Imol. colum.5.ad medium. existimãtes, dotem hoc casu esse restituendam extraneo vel patri,cum onere tamen sustinendi onera matrimonij,dum constiterit matrimonium:quod & tenet Imol.l. si quis sic.j̃.eodem.& probat Claud. hîc num.48.& Corrasi.num. 7. & consuluit Roman. consil.392. circa primũ dubiũ. & defendit Ripa hîc num.95. & in rub. num.27.s̃.eod. & hanc esse magis communem opinionẽ asserit Riminald. consil.609.num.26.lib.3.† Mouentur,quia illa verba vniuersalia, Omnem casum restituendæ dotis, debent comprehendere etiam huiusmodi restitutionem; iuxta regulam.l.Iulianus.j̃.de legat.3. & in specie videtur probare text.l. si quis sic. 57.j̃.eodem. Sed non est recedendum à magis recepta sententia, & huic rationi respondetur,quòd oratio vniuersalis cõprehendit omnia,quæ comprehẽdi possunt virtute sermonis expressi, & non alia. Bart.l.qui habebat.numer.1.j̃.de legatis.3. Sed virtute sermonis non comprehenditur hæc restitutio,quæ non est plena,neque propria restitutio: ergo dictio vniuersalis non faciet eam comprehendi. Item,dictio vniuersalis restringitur ad verisimiliter cogitata.l.obligatione generali.s̃.de pignor.c.final.de offic. vicar.in.6.Bart.l.si is qui. §. vtrùm. num. 5.ad finem.j̃.de rebus dubijs. cum similibus.de quibus per Aymon.l.1.num.46. j̃.de legatis.1. & sic non cõprehendetur hæc restitutio, de qua partes verisimiliter non cogitarũt. Inuenio tamen,quòd has opiniones concordat Imol. consil. 100. nu. 6. vt communis opinio regulariter vera sit: limitetur tamen, quando in pacto dictum fuerit, vt dos restituatur in omnem casum dotis restituendæ & soluendæ:nam tunc,vt verbum, Soluendæ,aliquid operetur, & non remaneat superfluum, etiam hæc restitutio quãuis impropria,in pacto videbitur cõprehensa:subscribit Ripa hîc num.96.Et consonat alia concordia Bald. Nouelli hîc numer.33.quòd si pactum fuit conceptum,vt soluto matrimonio dos restitueretur paciscenti,& in omnem casum restituendæ dotis;ne verba hæc vltimo loco posita sint superflua,etiam hæc restitutio impropria videtur comprehen-
56 sa.† Consonat etiam alia cõcordia Claudij hîc num.49.quòd si pactum sit conceptum

ceptum in omnem casum restituendi dotem,addita clausula, Quomodocunque, & qualitercunque, hæc impropria restitutio videtur comprehendi, & probat Riminald.consilio.600.numero.26. libro. 3.Consonat etiam traditio Bursati consilio.120.numer. 37.libro.1.quòd si in pacto dicatur,Dare,&reddere ; ne vnum sit superfluum,comprehendetur hæc impropria restitutio. Sed hæ concordiæ non placent Croto hîc. 2. lectura.numero.113.ad finem. neque Alciato in rubrica. numero. 20.s. eodem. quia adhuc militant rationes suprà assignatæ. Neque obstat ratio in cõtrarium adducta,quia quanuis dicamus,ea verba non comprehendere hanc restitutionẽ impropriam , non ob id videbuntur superflua:multi enim sunt casus, in quibus ante solutum matrimonium,dos verè & plenè restituitur,de quibus.l. quanuis. s. eodem.& maximè interueniente diuortio quoad thorum:nam licèt non soluatur vinculum matrimonij.cap. ex publico.de conuersion. coniugator. quia tamen quoad effectum perinde est,ac si re vera solueretur matrimonium , vera & propria fit dotis restitutio,& sic etiã hoc casu verificabuntur prædicta verba.Bartol.l.si quis sic,ad finem.j.eodem.& notabiliter Corras. videndus.l.2.in princ. 2. lectur.à numer.4.s.eodem.Ex qua ratione confirmabitur elegans ampliatio, quam ad prædicta assignat Paul.l.si quis sic.numer.4.j.eodem.Quinimò et si ipsa mulier stipuletur dotem sibi restitui soluto matrimonio , virtute stipulationis, non poterit petere dotem sibi restitui propter inopiam mariti,quia verba stipulationis hanc restitutionem non comprehendunt.Bart. hîc numer. 53. Imol. consil.100.num.5.& ideò tunc non potest petere dotem sibi restitui ratione stipulationis , sed tantùm condictione ex hac lege,vel condictione ex.l.vbi adhuc. C. de iure dotium. vt hîc explicat Baldus Nouellus numer.33. Sed quid, si mulier stipuletur dotem sibi restitui in
57 omnem casum restituẽdæ dotis? † Et dicendum est,quòd licèt in patre vel extraneo ita stipulantibus non contineatur restitutio huius textus ; quia est impropria restitutio,vt suprà probauimus, tamen diuersum est in vxore prædicto modo stipulante: nam tunc sub illa vniuersitate verborum, etiam hæc continebitur restitutio,quantumcunque impropria ; quia cùm in his terminis prædicta stipulatio pertineat ad merum fauorem dotis, verba latiùs accipientur in fauorem dotis:argumento.l.in ambiguis. j.de regulis iuris. quod clarè sentit Bartol.hîc numer. 59.ad finem. notabiliter Imol.consilio.100.numer.5.& 6. Riminald.consilio.600.numer.26.lib.3.& ad hunc modum sunt explicanda tradita per Nattam consil.81.à numer.2.libr.1. Et sic hæc est differentia inter stipulationem interpositam per mulierem, vel interpositam per patrem, vel extraneũ, circa dotis restitutionem . Est & alia; quia quando mulier stipulatur dotem sibi restitui in casum soluti matrimonij , non habet actionem ex stipulatu, sed condictionem ex lege,vt suprà diximus : & tamen si pater vel extraneus prædicto modo stipulentur , quia in prædicta stipulatione restitutio de qua agimus,non continetur,vt suprà probauimus, & ideò in casu omisso cẽsetur donatum mulieri ,& consequenter fingitur illa stipulata.l.vnica.§.accedit.C. de rei vxoriæ actione. ei competet actio ex stipulatu. Alexander hîc numer. 4. versic.mihi autem. Palac. repetitione cap. per vestras.§.31.ad finem. pagin.165.Et est memoria tenendum , quòd licèt in casibus de quibus suprà , extraneo, vel patri stipulanti non competat restitutio, de qua agimus , ei tamen cauendum est, iuxta regulam.l. in omnibus. 41.s. de iudic. & tenet Bart.hîc numero.8. receptus, vt asserit Antonius Gomezius.l.Tauri.50. numero. 34.in fine.

Non



Non tamẽ explicant prædicti, à quo hæc cautio præstanda sit. Et est dicendum à muliere, cui restituitur dos,esse præstandã; cùm enim ipsi dos restituatur ; & ipsa nihil promiserit extraneo stipulanti , ipsa cauere illi debet, vt explicat Palac.rep. cap. per vestras.§.32.in princ. pag.165. Vlteriùs quæritur, præsupposito quòd vxor potest repetere dotem , auocando res mariti alienatas per hypothecariam, iuxta.l.vbi adhuc.29.C.de iure dotium. vtrũ antequam perueniatur ad istos tertios possessores, necessarium sit præcede
58 re excussionem in bonis mariti, † an ille sit soluendo,necne? iuxta dispositionem auth. hoc si debitor. C. de pignorib. Et glo.d.l. vbi adhuc. verb. qui non.in fine. tenet,necessarium esse , quòd præcedat excussio in bonis mariti, & sequitur Bar. hîc num.72.& asserunt receptum Iason num.200.Crot.1.lect.num.90.&.2.lect. numer.134.& defendit Lancelot. Deci. colu.7.Campes.de dote. 3. parte , quæst. 46.Riminald. consi.600.nu.5.lib.3. Natta consi.81.à numer.1.lib.1. Crot.consil. 107.num.8.lib.1.& ita fuisse iudicatum asserit Capella Tholosana quæst.338.Cõtrariam tamẽ opinionem , imò quòd per hypothecariam possit mulier auocare res mariti à tertijs possessoribus, etiamsi non præcedat excussio in bonis mariti,multis rationibus tenet Bald.Nouellus de dote, 8.parte priuileg.37. cuius opinionem tãquam in puncto iuris veriorem probat Iason hîc num.202.Palac.rep.cap. per vestras.§.34.pag.168.Ioseph.Ludouic.decisio.Lucensi. 22.nu.12. Mouentur , quia exceptio excussionis censetur esse de his quæ pertinent ad apices iuris.glos. recepta.l.si mancipiũ.34.§.si cõmuni.s.de euiction.& exceptio pertinẽs ad apices iuris, nõ est in cõsideratione in iudicijs, in quibus proceditur ex bono & æquo.l.si fideiussor.29.§.quædã.s.mandati. Ergo neq; in iudicio dotis, in quo certũ est procedi ex bono & æquo.l. eas.s. de capit. diminut. & quia fauore fisci receptũ est, posse agi hypothecaria aduersus tertios possessores, etiam non excusso principali.l. Moschis.47.in princ.j.de iure fisci. Item & fauore Reipublicę. l. libertus. ad fin. princ.j. ad municipal. Riminald. consil. 600.num.25.lib. 3. ergo & idem recipiẽdum est fauore dotis, iuxta æquiparationem.l.2.C.de priuileg.fisci. Sed his non obstantibus, non est recedendum à magis recepta sententia: pro qua videtur tex. d.l.vbi adhuc,ibi: Secundùm legum distinctionem. Neq; obstant rationes in contrarium adductæ, nam ad primã respondetur,quòd glo.d.l.si mancipium. §. 1.s.de euictio. non loquitur specificè de beneficio excussionis , quanuis fatear ita communiter intelligi, vt ibi per Bart. & Bald.Roman.consi.416.num.1.& consi. 430. Aretin.consi.127.nu. 2. & plures citatos per Neguſ. de pignorib.1.memb.8.
59 partis num.28.† Et potest probari ratione,quia hæc exceptio non respicit debitum,neq; actionem,sed ordinem, & modum agendi,& ideò dicitur esse de apicibus iuris,vel ad rigorem iuris conseruandum inducta,vt colligitur, ex d.l. si fideiussor.29.§. quædam.s. mandati . tradit Bart.l. cum quis.ad finem. C. de iuris & fact. ignorant. Præterea est aduertendũ, quòd Bart. d.§. quædam. collegit ex eo text. quòd vbi proceditur ex bono & æquo,non admittitur exceptio pertinẽs ad apices iuris, vel ad iuris rigorem conseruandum, & consequenter neq, exceptio excussionis:quod tenent quàm plures DD.quos refert Octauian. decisio.2. num.10.Quæ tamen conclusio,neq; vera est,neq; iure probatur: nam omnis exceptio nititur æquitate.in princ.Instit.de exceptio.l.qui æquitate. j. de doli exceptio. Ergo debet admitti in iudicio , in quo proceditur ex bono & æquo : quod in specie probat.l. Moschis.47. in prin.j. de iure fisci,ibi: AEquum est. & quia iure canonico procedit ex bono & æquo, non consideratis apicibus iuris.c.dilecti. de iudic.& tamen eo iure admittitur ex-

ceptio excussionis. cap. 2. cũ glo. de fideiussor. Et ita hanc opinionem post multos comprobat Aymon consi. 263. à nu. 3. Octauian. decisio. 2. à num. 11. Item, quòd iure non probetur prædicta cõclusio, patet, quia d. l. si fideiussor. §. quædã. tantùm probat, quòd si non opponatur hæc exceptio pertinens ad apices iuris, hoc non opponenti non imputatur, quasi in culpa fuerit, quia eam non opposuit. Et ita etiam loquitur glos. l. mancipium. §. 1. ſ. de euicti. Ergo aperte sentiũt, quòd si non fuerit omissa, sed opposita, est admittenda, vt aduertit Angel. Aretin. §. item si quis in fraudem. nu. 10. versi. quæro, statuto. Institu. de actio. & Lancelot. Deci. hîc colum. 7. ad medium, & sic retorquebitur argumentum. Vnde ex d. l. si fideiussor. §. quædam, illud proprie colligi potest, quòd subsistet iudicium, si non fuerit opposita exceptio excussio-
60 nis: † quod notat Bart. l. si mancipium. §. 1. num. 2. ſ. de euictio. & l. 2. ad finem. C. communi diuidund. & asserit receptum Iason. §. item si quis in fraudem. num. 81. Insti. de actio. Vnde & in terminis nostrę quæstionis obtinebit vxor, si tertij possessores conuenti non opposuerint de excussione non facta in bonis mariti. Contrarium tamen tenet Bald. in. l. 2. num. 3. C. cõmuni diuid. ea ratione motus, quia cum mulier non habeat ius agendi aduersus tertios possessores, nisi prius constet, maritum non esse soluendo, quantuncumq; probet debitum, non poterit obtinere, nisi simul probet, maritum esse inopem, neq; ex eius bonis dotem recuperari posse; aliàs quasi non probauerit fundamentum suæ intentionis, succumbet: & Baldo in hoc nemo cõtradicit, vt asserit Purp. l. ex conuentione. nu. 57. C. de pact. Et in hoc sensu recipi potest consideratio Corne. consi. 55. num. 28. lib. 3. quòd licèt exceptio excussionis tãquam dilatoria opponi non possit post litem contestatam, iuxta regulam. l. fina. C. de exceptio. & tenet Bart. l. 3. num. 6. ſ. de exceptio. Salic. l. exceptionem. nu. 13. ad finem. C. de probat. tamen propter interesse partis potest opponi in quacũq; parte iudicij. & sequitur Negus. de pigno. 1. memb. 8. partis, nu. 31. & Riminald. consi. 600. nu. 19. lib. 3. nam explicandi sunt, quòd cum agens non habeat actionem aduersus tertios possessores, nisi in subsidium, si principalis non sit soluendo, inquacumq; parte iudicij de hoc opponi potest, quasi aduersus illum, qui sine actione agit. Et hac ratione dicunt DD. quòd hæc exceptio tanquam peremptoria potest opponi inquacumq; parte iudicij. Bald. consi. 150. casus nu. 1. lib. 2. Calcane. consi. 29. nu. 10. Guido decisio. 432. nu. 9. Et per contrarium in quacunq; parte iudicij actor probauerit, principalem non esse soluendo, obtinebit: iuxta regulam. l. si rem. §. fina. ſ. de pigno. acti. tradit Bald. l. 2. nu. 3. C. communi. diuid. & l. 1. num. 3. C. de reuocand. his quæ in fraudem creditor. & d. consi. 150. casus. nu. 1.
61 lib. 2. Capic. decisi. 54. num. 2. † Intelligẽdo tamen, quòd hoc debet verificari agẽdo aduersus principalem debitorem, nõ autem aduersus tertios possessores, vt eleganter explicat Aretin. l. decem. col. 3. ad finem. ſ. de verbo. obligat. Et iuxta hęc veniunt explicãda, tradita per Nouellũ de dote. 7. parte priuileg. 24. num. 2. dum tedet, quòd licèt mulier adhuc non egerit, neq; probauerit, maritum vergere ad inopiam: tamen si creditores mariti faciant executionẽ in illius bonis, potest mulier se obijcere, excipiendo, maritum vergere ad inopiam, & sic dotem prius sibi esse restituendam, quàm creditoribus soluatur, iuxta istum textũ: obtinebit enim in hac exceptione, dummodo probet maritum vergere ad inopiam, & interlocutoriè ita pronuntietur per iudicem: subscribit Negus. de pignorib. 1. memb. 5. partis nu. 29. Thomas Grammatic. decisi. 92. num. 18. Rebuff. 1. tomo ad. ll. Gallicas, tit. de literis obligator, artic. 2. glo. 1. n. 99. Additio Capellæ quæst. 33. Roland. consi. 31.

à nu



à nu. 37. lib. 1. Contrarium tamen sentit Paul. l. 2. nu. 3. ſ. eo. Hippolyt. in pract. §. aggredior. nu. 18. Crotus cõsi. 107. à nu. 9. lib. 1. & secundùm hanc opinionẽ fuisse iudicatũ asserit Tessaurus decis. Pedemont. 207. nu. 2. Pro concordia dicendũ est, quòd si mulier agat aduersus tertios possessores possidẽtes res mariti, iux. l. vbi adhuc. C. de iure dotiũ, tũc oportet pręcedere sententiã, qua pronuntietur maritũ non esse soluendo: arg. auth. hoc si debitor. C. de pignorib. Sed si creditores adhuc non possident, sed velint facere executionem in bonis mariti, tunc excipiendo mulier potest se opponere, & obtinebit, si in eo iudicio probet, maritum non esse soluendo: & procedet opinio Bald. Nouelli, & sequaciũ. Quinimo licet regulariter posterior creditor possit excludere potiorem, si ei offerret suum debitum, & facta oblatione, in eius iure se constituat. l. 1. C. si antiquior creditor. tamen hoc nõ procedet in nostra materia, neq; enim offerendo, vxorem excludent, cuius interest habere res mariti, cùm pecunia facile consumi possit, & sic multum præiudicaretur doti: & ita Bar. hîc nu. 88. & l. cum tibi nu. 3. C. qui potio. in pignorib. latè Socin. consi. 111. lib. 3. & Rolan. consi. à nu. 39. lib. 1. declarando, vt dicemus in nu. sequenti. Non obstat secũdũ, quia imò verius est, fiscum non posse cõuenire tertios possessores, nisi prius excutiantur bona principalis, vt efficaciter probat. l. Moschis. 47. ſ. de iure fisci, vt aduertit Iason hîc nu. 209. & Palac. rep. cap. per vestras. §. 34. ad finem pag. 169. & eũ adhoc extollit & expendit Octauian. decisi. 2. nu. 11. Adde tex. l. pen. C. quando fiscus, vel priuat. & l. 1. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. vbi, secundum vnũ intellectum, quem ibi sequitur Bart. nu. 3. probatur, quòd si ratione tacitæ hypothecæ fiscus velit agere aduersus tertios possessores, debeat præcedere excussio principalis debitoris, & sic retorquebitur argumentum. Et notabis, quòd licet creditor agendo hypothecaria possit obtinere se mitti in possessionem omnium rerum hypothecatarũ, licèt excedant quantitatem debiti, iuxta notat. auth. & qui iurat. C. de bon. autho. iudic. possidendis, tamen mulier per hypothecariam, quæ cõstante matrimonio ei cõceditur iure speciali, non auocabit omnia bona hypothecata, sed quatenus necessarium est ad securitatem dotis: arg. l. 1. in fine. C. communia. de legat. & ita post Cyn. Salic. l. vbi adhuc. nu. 14. C. de iure dotium, & aduarsus Roman. hîc nu. 42. defendit Alex. hîc nu. 34. & tenent plures, quos refert Octauian. decisi. 135. nu. 13. Item, quòd licet quando soluto matrimonio mulier agit hypothecaria, creditores eam possint repellere, si offerant ei quantitatem dotis debitæ. l. cum tibi. C. qui potio. in
62 pigno. habeantur. † tamen diuersum est, si constante matrimonio agat propter inopiã mariti, vt suprà diximus. Et est ratio, quia cum dos ei restituenda sit, vt ex illius fructibus se & familiam alat. d. l. vbi adhuc. ad finem, maximum ei inferretur præiudicium, si cogeretur pecuniam recipere, & illam consumere in alimentis: vt eleganter probat Bald. Nouellus de dote 7. parte priuileg. 47. Inde inferens, quòd si dos consisteret in pecunia, & sic cessaret prædicta ratio, etiam in nostris terminis locum haberet d. l. cum tibi. & subscribit Capic. decisio. 41. n. 15. Adde tu, quòd principalem conclusionẽ probauit Bart. hîc nu. 88. Paul. l. 2. in prin. nu. 3. ſ. eod. & secundùm istam opinionem bis fuisse iudicatum asserit Afflict. decis. 199. Et hãc esse communem opinionem, latè probat Roland. consi. 9. nu. 39. lib. 1. Purp. l. ex cõuentione. n. 60. C. de pactis. Cephalus cõsil. 298. nu. 6. lib. 2. Octauian. decis. 135. n. 9. & nu. 12. Item, quòd ex declaratione Nouelli suprà relata apertè consequitur, quòd vbi dos consistit in pecunia, debet assecuratio dotis fieri etiam in pecunia debita marito, dũmodo deponatur apud mercatorem ad honestum lucrum; ne

aliàs facile consumatur, vt arg. cap. per vestras. de donatio. inter virum, & vxorem. in specie tradit Afflict. decisio. 221. quem sequitur Hippolyt. Riminald. in prin. nu. 341. Instit. quib. alien. licet, vel non. Et ex his cauẽdum est à Bald. auth. quod locũ. nu. 8. C. de collatio. dum tenet, quòd creditores offerendo pecuniam vxori, retinebunt res sibi venditas, iuxta d. l. cum tibi, quia per hoc satis cautum est mulieri; quia potest eam ponere penes mercatorem ad honestum lucrum, iuxt. d. cap. per vestras. Et quia si maritus offerendo quãtitatem, poterat vxorem excludere, ergo & ille, qui eius ioco successit. Quorũ opinionem dicit veriorem Alex. hîc nu. 31. Campes. de dote. 3. parte. q. 51. Palac. rep. cap. per vestras. §. 21. nu. 13. pag. 159. Crot. consi. 107. nu. 10. lib. 1. & Hippolyt. Riminald. consi. 3. à nu. 25. lib. 1. Sed hæc opinio ex magis communi suprà relata apertè confunditur: neq; obstant contrariæ opinionis rationes, nã ad primã respõ
63 detur, † non ita securam esse dotem, neq; ita congruè succurri oneribus matrimonij per oblationem pecuniæ, quantuncumq;, apud mercatorẽ deponatur, quã quòd res ferens fructus vxori cõcedatur, vt pulchrè aduertit Socin. consi. 111. nu. 5. ad finem lib. 3. & Roland. consi. 9. nu. nu. 39. ad finem lib. 1. Ad secundã rationem respondetur, argumentum concludere, quando dos consisteret in pecunia, tunc enim offerẽdo maritus pecuniam, liberaret bona sua ab exactione mulieris. In quibus terminis nos etiam concedimus, prædictorum opinionem veram esse: quam in his terminis accepit Afflict. decisi. 221. num. 3. Vel etiam quando maritus nulla alia haberet bona præter pecuniam, nam etiam in his terminis potest admitti prædictorum opinio, vt expressè tradit Hippolyt. Riminal. in prin. nu. 341. Instit. quib. alien. licet. Sed extra hunc casum, nec maritus potest offerre pecuniam. l. ita constante. §. de iure dotium, nec etiam causam ab eo habens, sed res mariti debẽt tradi vxori loco dotis, vt ex illarum fructibus sustineat onera matrimonij. d. l. vbi adhuc. ad finẽ. Illud certum est, quòd si mulier vendicet rem dotalẽ, vel quasi, iuxta. l. in rebus. 30. C. de iure dotium, cum tunc rem suam vendicet, etsi offeratur pecunia, non excludetur à petitione rei suæ. Bald. d. auth. quod locũ. nu. 8. Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 1. nu. 70. & Hippolyt. Riminald. consi. 3. nu. 27. lib. 1. Quæritur vlteriùs, qualiter probetur, maritum non habere bona sufficientia ad exactionem dotis? vt ita sit locus dispositioni huius text. Et glo. 1. ad mediũ. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium, vult quòd satis est de hoc cõstare per vulgi opinionem: & idem tenet glo. auth. de æqualit. dotis. §. illud quoq; verb. inchoante, colla. 7. quas probat Bar. hîc nu. 10. & alij communiter, vt hîc per Iason. nu. 134. & Palac. rep. c. per vestras. §. 18. nu. 31. ad finem pag. 154. Couarru. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 8. post prin. Benintẽdis decisi. Bononiensi. 68. num. 1. Ioseph.
64 Ludouic. decis. Lucensi. 22. nu. 14. † Sed in contrarium vrget tex. noster, ibi, Euidentissimè, quod ostendit, non solum requiri plenam probationem, sed etiã notoriam; adeò quòd non sufficiat vnus testis cum fama. Ioannes Andre. per illum tex. cap. 1. de exceptio. in. 6. Felin. in rub. de probatio. nu. 4. & ibi Dec. col. pen. idẽ Deci. c. 1. n. 23. de appellatio. Vrget etiã in contrarium. l. in rebus. 30. §. fina. C. de iure dotium, ex quo tex. collegit Bart. ibi in fine, quòd non sufficit constare, maritum esse inopem, sed oportet id esse manifestum, & notorium: subscribunt Alex. hîc nu. 16. Iason nu. 13. & nu. 136. & Campes. de dote. 3. part. q. 20. in fine Palac. rep. c. per vestras. §. 18. ad finem pag. 155. Vrget etiã, quòd vulgi opinio, siue fama, tãtùm inducit semiplenã probationẽ. l. 3. §. eiusdẽ. cũ glo. §. de testib. & in omni causa requiritur plena probatio. l. iudices. C. de iudic. Sed his difficultatibus non obstantibus, non est recedendũ à recepta conclusione. Et ad primã difficultatẽ respõdetur, hoc verbũ, Euidentissimè, esse interpretandum iuxta subiectam materiam, secundùm regulam. l. si vno. §. locati. Si ergo adijciatur facto negatiuo, non restricto ad locum, vel tempus, intelligitur de ea probatione, quę fit per vulgi opinionem; quia licèt non sit euidens probatio, est tamen euidẽs apparitio, quòd maritus sit pauper: nec enim hoc debet apparere ex duorũ vel trium iudicio, sed ex vulgi, & viciniæ opinione, vt aduertit Salic. l. vbi adhuc. nu. 2. ad finem. C. de iure dotium. Itẽ cùm in mera negatiua nõ cadat probatio. l. actor. C. de probat. multo minus cadet notoria probatio. Si igitur illud verbũ addatur verbo affirmatiuo, vt quẽ esse diuitẽ, vel tot habere bona, tunc illud verbum assumetur in propria significatione, de probatione notoria, quia factum affirmatiuum potest trãsire in notoriũ. l. ea quidem. C. de accusatio. & ita Bar. hîc nu. 11. receptus, vt per Ripam nu. 16. Ex cuius dictis colligendũ est, quòd factum negatiuũ non potest transire in notoriũ: quod tamen post Anton. improbat Alex. hîc nu. 11. ex eo quòd factum negatiuũ potest probari per confessionẽ partis. c. 1. de confessis. in. 6. Item per instrumenta, per quæ notoria probatio inducitur. c. cum olim. de verb. signif. & videtur tex. c. si forte, & ibi notat Dominic. 2. notab. de electio. in. 6. Vnde dicit glos. l. nisi hoc actum. 23. §. de pactis, posse esse notorium, quem non esse soluẽdo: & sequitur Bar. l. decẽ nu. 2. ff. de verb. obligatio. & l.
65 fina. ad finẽ. §. si certũ petat. † Sed defendendo Bart. dicendum est, Bart. loqui de notorio veritatis, quod tanquã non ens non potest cadere super facto negatiuo, Bald. c. licet causam nu. 37. de probatio. notoriũ autem præsumptionis, vel notoriũ iuris cadere possunt super facto negatiuo, vt hîc explicant Crot. 2. lect. nu. 52. Ripa nu. 25. Couarru. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 8. versic. item idem Alexand. Vnde ex mente prædictorum colliges, quòd verbum, Euidentissime, adiunctum facto negatiuo, nunquam intelligetur de notorio veritatis, siue facti: intelligetur tamen de notorio iuris, siue præsumptionis, siue de notorio per opinionem vulgi, secundùm subiectam materiam, vt infrà dicemus in responsione ad vltimam difficultatẽ. Vlteriùs ex prædicta doctrina Bart. collegit Alex. hîc nu. 10. quòd verbũ, Euidentissime, adiũctum facto affirmatiuo, intelligetur de notorio facti, siue veritatis, & consequenter, quòd factum affirmatiuum, habens naturam actus momẽtanei & transitorij, efficitur notorium. Quod tamen Ripa hîc nu. 24. improbat ex eo, quia tanquam factum momentaneum & transiens, non potest effici notorium: allegat auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Tu aduerte, quòd Alex. malè collegit ex verbis Bart. cõclusionem de qua suprà, quia Bart. loquitur in facto affirmatiuo actus permanentis, vt est habere tot bona. Item, quòd quidquid dicat Ripa, prædicta collectio in se vera est, quia crimina regulariter momẽtanea sunt, & transeuntia, & tamen notoria sæpissimè censentur. c. euidentia. de accusatio. l. ea quidem. C. eod. tit. glos. c. de manifesta. 2. quęst. 1. Neq; repugnat. d. auth. qui semel, quia tantum probat, faciliùs factum permanens transire in notorium facti, quàm factum momentaneũ: non tamen ob id negat, etiam momentaneum posse transire in notoriũ: vt in specie deducit Couarru. resol. lib. 2. cap. 6. n.
66 8. versic. verùm immeritò. † Et aduertes, de mente Bart. esse hoc casu oportere cõstare de facto notoriè, & consequenter non sufficere cõstare de facto per testes, vel instrumenta, sed oportet, quòd cõstet per probationes notorias: & ita Bald. Nouellus hîc nu. 45. A quo tamen cauendum est, quia probatio quæ fit per instrumenta, dicitur notoria & euidens. c. licet causam. de probatio. & pariter quæ fit per testes. l. in exercendis. C. de fide instrumento. & latiùs deducit Crot. hîc. 2. lect.

à num. 49. Non obstat secunda difficultas; quia respondetur, quòd aut agitur de modico præiudicio, vt in terminis huius text. in quibus dos restituta deseruit oneribus matrimonij, & tunc non est necessarium, quòd testes deponant, manifestum esse, maritum esse pauperẽ. Cùm enim hoc casu sufficiens censeatur probatio, quæ fit per vulgi, & viciniæ opinionem, vt statim dicemus, dum probatur vulgi opinione, & viciniæ maritum esse pauperem, virtualiter dicitur, id manifestum esse apud vulgum, & viciniam. Si autem agatur de magno præiudicio, tunc cum non sufficiat probatio per vulgi opinionem, sed concludens, & plena requiratur probatio, vt statim dicemus, tunc verum est, requiri claram & manifestam probationem d. l. in rebus. 30. §. fina. C. de iure dotium, nam loquitur de actione competente mulieri aduersus tertios possessores. Cùm enim tunc agatur de magno præiudicio creditorum, requiritur, quòd plena fiat probatio inopiæ mariti, vt ibi tradit Salicet. in. 4. notab. Si igitur testes simpliciter deponant, maritum esse pauperem, illa probatio sufficiens non censebitur, quia non deponunt, id esse notorium, & manifestum. Cæterum si addant rationem, ex qua colligatur, manifestam esse mariti inopiam, hoc sufficiet, quia satis est, dictum testis præsumptiuè concludere, iuxta doctrinam Bart. l. 1. num. 16. §. si certum petat. & ita in specie aduertit Claud. hîc num. 38. & subscribit Crot. hîc. 2. lect. numer. 58. Benintendis in decisione Bononiensi. 68. num. 3. & Couarru. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. in fine. Neq; repugnat. d. l. in rebus. §. fina. ibi, Claruerit, quia satis dicitur clarere, si de eo constet per depositiones testium, vel instrumenta. glos. c. significauerunt. verb. liquere. de testib. Imò si agatur de dilapidatione probanda, sufficiunt duo testes, etsi non appareat id esse manifestum. Bal. auth. quod locum. in fine. C. de collatio. Crot. hîc. 1. lect. nu. 67 18. † Non obstat tertia difficultas; quia respondendum est, quòd cum dos restituta mulieri debeat adhuc deseruire oneribus matrimonij. d. l. vbi adhuc. ad finẽ, in hac restitutione dicitur agi de modico mariti præiudicio: & ideò succedit regula, quòd vbi agitur de modico præiudicio, semiplena probatio habetur pro perfecta probatione. l. 3. §. causæ. ℣. de Carbo. edicto. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ℣. de libe. agnoscend. l. 1. §. si ex ea. ℣. de vẽtre in possessio. mittend. & consequenter sufficiet fama, seu vulgi opinio, per quam semiplena probatio inducitur. glo. l. 3. §. eiusdem. ℣. de testib. & ita Bart. hîc num. 11. cuius responsio communiter recipitur, vt hîc asserit Nouellus nu. 42. Iason num. 134. Ripa numer. 16. Corrasi. num. 10. Couarru. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. versic. item satis. Vnde pro regula cõstituitur, quòd in causis modici præiudicij, sufficit semiplena probatio, & sic probatio per famam. Bart. l. de minore. §. si plurium. nu. 30. versi. si verò ista fama. ℣. de quæstio. & ibi Hippolyt. à. n. 50. & plures, quos citat Dueñas regula. 299. in. 5. limitatione. Addendo tamen, quòd non sufficiat agi de modico præiudicio, nisi simul accedat, quòd agatur de causa fauorabili, vt pote alimentorum: nam in his terminis loquũtur iura suprà citata: aliàs si causa non sit fauorabilis, quantumcũq; de modico præiudicio videatur agi, plena requiritur probatio, iuxta regulam generalẽ. l. iudices. C. de iudicijs, & ita Bart. in extrauag. ad reprimendum. verb. summariè. colum. 2. & l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 3. ℣. de libe. agnoscend. & asserit receptum Alex. consi. 139. ad finem lib. 6. Procedet igitur doctrina Bar. in terminis huius text. quia etiam causa est fauorabilis, scilicet conseruatio dotis. l. 1. ℣. eod. non autem obtinebit, quando 68 causa non est fauorabilis. † Vnde licèt in causa possessoria videatur agi de modico præiudicio, tamen plena requiretur probatio, vt hic tradit Ripa num. 17. Videtur tamen



tamen adhuc obstare huic responsioni; quia in ea præsupponitur, agi de modico mariti præiudicio, quando propter inopiam ei aufertur administratio dotis. Et tamen contrarium videtur verius, quia propter inopiam probatam, videtur resultare quædam infamia in iure considerabilis. l. si verò. §. qui pro rei, cũ glo. ℣. qui satisd. cogantur. facit. l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. & infamia nõ censetur esse modicum præiudicium, imò maximũ. l. iusta. ℣. de manum. vindict. l. Iulianus. ℣. si quis omissa causa testa. Item, & hoc casu agitur de tollenda administratione dotis marito, auth. de equalit. dotis. §. illud quoq;, colla. 7. & hoc non censetur modicum præiudiciũ. l. 2. ℣. si quis à parente fuerit manumiss. imò cẽsetur quædam pœna. l. testamento Centurio. ℣. de manu testa. Et ad pœnam incurrendam, manifesta requiritur probatio. l. in testamento. 1. ℣. de cond. & demonst. & ita opponit Crot. hic. 2. lect. nu. 48. & Ruin. nu. 7. neq; soluunt. Sed defendendo cõmunem, respondẽdum est, quòd nos agimus de casu, in quo per famam, & opinionem vulgi constat de inopia mariti, & sic est iam diffamatus apud vulgum: vnde bene hanc infamiam mulier pro se allegare potest, iuxta notat. l. aliàs. ℣. de iureiur. & ita aduertit Claud. hic nu. 36. & ante eum Salic. l. vbi adhuc. nu. 2. ad medium. C. de iure dotiũ. Vnde infert Claud. hic nu. 37. quòd si non constaret de hac infamia, quia tunc non potest dici agi de modico præiudicio, plena requiretur probatio, ita vt non sufficiat vnus testis cum iuramento. & est de mẽte Bald. auth. quod locum. in fine. C. de collatio. Sed non placet, quia est contra mentem communis. Neq; obstat Claudij ratio, quia cùm agatur de remouendo marito ab administratione dotis, propter inopiam, vel imprudentiam, non videtur ei inferri infamia. l. 3. §. fina. ℣. de suspect. tuto. expressè Ripa hic numer. 19. ad finem. Et quanuis aliqua infamia de facto videatur insurgere; tamẽ debet præpõderare conseruatio & fauor dotis. Vnde infertur, quòd si agatur de probanda inopia mariti, vt mulier posit reuocare res mariti à tertijs possessoribus, iuxt. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium, quia tunc respectu creditorum videtur agi de magno præiudicio, requiretur plena probatio inopiæ mariti: 69 † neq; sufficiet semiplena, iuxta regulam. l. iudices. C. de iudic. & ita Bart. hîc numer. 15. communiter receptus, vt per Bald. Nouellum de dote. 9. parte priuileg. 12. ad finem Benintendis decisio. Bononiensi. 68. numer. 2. Et Couarruuias resol. lib. 2. cap. 6. numer. 8. versic. item satis. & Ioseph. Ludouic. decisi. Lucensi. 22. numer. 16. & videtur text. l. in rebus. 30. §. final. & ibi notat Salicet. 4. notabili. C. de iure dotium. Ex quibus colligas, quòd quando agitur ad eum tantùm effectum, vt dos, quæ est penes virum, restituatur vxori propter mariti inopiam, sufficiet semiplena probatio. Si verò vxor prætendat etiam à creditoribus res auocare, tunc citatis creditoribus requiritur plena inopiæ probatio, vt constat ex suprà traditis. Colligas etiam, non videri tutam traditionem Salicet. l. vbi adhuc. numer. 2. ad finem. C. de iure dotium, dum dicit, quòd vbi verbum, Euidentissimè, adijcitur rei, quæ necessario, & concludenter probari potest, tunc videtur importare, notoriam & manifestam requiri probationem. l. emptorem in princ. ℣. de action. empti. Sed quando adijcitur rei, quæ per coniecturas tantùm probari potest; & tunc si illa indicia, vel præsumptiones cadant tantùm in iudicium, & opinionem vulgi, dicetur euidẽtissimũ illud, quod cõstat per vulgi opinionem: nã hæc resolutio ex suprà traditis confunditur: nam quãdo agitur de magno præiudicio, non probatur inopia per vulgi opinionẽ, sed requiritur plena probatio: & tamẽ secũdũ Salic. rationes, etiã hoc casu debuit sufficere, pbatio per

vulgi opinionem:vnde tenenda est reso
lutio de qua supra.Denique colligas,om-
nino reijciendam esse nouam opinionē
Iasonis hic nu.138.dum aduersus omnes
concludit,quòd vt mulieri competat re-
medium huius legis,oporteat patere om
nibus maritum agnoscentibus. eum esse
inopem;vt quia facta diligenti inquisitio
ne,constitit,maritum non habere bona
70 sufficientia ad exactionemdotis:† allegat
doctrinam Bart.l.is potest.nu.26.ĵ.de ac-
quir.hæred.&.l.in illa.in fin.ĵ.de verbor.
obligat. nam ex prædictis dicendum est,
eius opinionem veram esse, quando agi-
tur de magno præiudicio : vt quia res a-
uocantur à creditoribus:nam cum tunc
requiratur plena probatio inopiæ, vt su-
prà diximus,necessaria probatio erit per
prædictum modum,quia tunc censetur
plena & perfecta,vt per Couar. resol.lib.
2.c.6.n.8.in princip. Sed si agatur de mo
dico præiudicio,sufficiet probatio semi-
plena per opinionem vulgi, vt supra dixi-
mus.Generaliter autem qualiter paupe-
tas alicuius probetur; videndus est Bart.
hîc nu.14.Alex.n.13.Brunus tract.de ces
sion.bonor.quæst.25.principali.n.9.Me
noch.lib.2.de arbitr.caus.65. vbi notabi-
liter loquitur. Couar. resol.lib.2.cap.6.n.
7.vers.qualiter.Ad complementum autē
istius articuli non est omittendū,quod
tradit Bart.hîc nu.7.&.8.quòd etiāsi aga
tur de magno preiudicio,sufficienter cē-
sebitur probata paupertas,si mulier dicat:
Assero maritum tot habere bona; & tot
debere: ex quo constat, illum non esse
soluendo;huiusmodi enim probatio pro
plena habebitur,quia aliter negatiua pro
bari non potest : allegat doctrinam glos.
l.cum de lege.s.de probatio.Quam Bart.
conclusionem asserit receptam Lācelot.
Deci.hîc colum.1.ad finem.Corne.l. fi-
na.§. licentia. num.1.C. de iure delib.Al
ciat.de præsumptio.reg.3. præsumpt. 20.
& defendunt Alex. hic num. 8.Crot. 2.
lect.à num.44. Ruin.in rub.à num. 37. ĵ.
de noui oper.nuntiatio.Circa hāc tamen
doctrinam Bart. in primis est aduertendum, quòd Bart. prima facie videtur se confundere: nam vt suprà retulimus,vo luit, quòd quando agitur de magno pre iudicio, non sufficit semiplena probatio, sed requiritur plena : & tamen in hac conclusione vult, quòd etiamsi agatur de magno præiudicio, sufficiet probatio de qua suprà : quæ quidem plena non debet censeri, cùm pendeat à sola assertione dicentis: item neq; necessariò concludat inopiam mariti, & sic pro plena haberi non debeat.l. non hoc C. vnde legitimi. Vnde necessarium videtur, quòd vltra prædictam allegationem, præcedat diligens bonorum inquisitio, iuxta traditionem glos. 1.l. 2.C. quando fiscus vel priuatus. & in specie Roman. hic numer. 24. Baldus
71 Nouellus numer.41. † Sed defendendo Bart. dicendum est, eum sentire, quantitatem dotis esse plenè probandam; item & quantitatem æris alieni mariti esse plenè probandam; sed quantitatem bonorum mariti probari posse modo perscripto per glos. dict.l. cum de lege, quia adest verisimilitudo pro vxore, quòd scit quanta bona habeat maritus. Corneus consil.165. numer. 34. lib. 2. Aymon consil.151 numer. 24. ad finem: vnde credetur verum dicere, & dicenti contrarium incumbet onus probandi. Item aduerte, prædictæ Bart. traditioni obstare,quòd vbi negatiua est fundamentum intentionis alicuius, dicenti incumbet onus illam probandi.l. hoc iure.10. ĵ. de verbor. obligation. Bart. l. in illa. numer. 5. eod. tit. Vnde in specie glos.l. si verò.§. qui pro rei. s. qui satisd. cogantur. concludit, quòd alleganti paupertatem, & sic carentiam bonorum, incumbit onus probandi : & communiter recipitur, vt asserit Alciatus de presumptionib. regula. 2. præsumption. 27.numer.4.Quibus rationibus à doctrina glos. dict.l. cum de lege. recesserunt Roman.



Roman.hîc numer.24. & Nouellus numer.41.Iason à numer. 124. Ripa à num. 18. Couarruu. resol. lib.2.cap.6. numer. 3. & Natta in consi.238. à numer.7. lib. 2. & latè insistit Menochius præsumpt. lib.6. præsumptio.26. Tu ad veram resolutionem vide scripta .l. maritum. à numer. 24.s. eod. His ita explicatis, superest tractare de quæstionibus traditis hîc per glos. verb. mariti, quarum prima illa est.Pone, socero habenti filium in potestate, traditam fuisse dotem, iuxta.l. si cum dotem.23.§. transgrediamur. s. eod. & deinde socerum deductum esse ad inopiam: vtrùm remedium huius legis competet nurui aduersus socerum? Et glos. concludit competere, quia eadem est ratio : & idem glos.1. d.l. vbi adhuc. & defendit Bart.à numer.25. & dicunt receptum Iason hîc numer. 24. Corrasi. numer. 11. Ripa à numer. 50. Campes.de dote.3.parte quæst.27. num. 2. † Sentiunt autem prædicti in hoc ca-
72 su repetitionem competere vxori, & ei dotem esse restituendam, quia cum filius familiàs bona propria non habeat.l. placet.ĵ. de acquirend.hæred.neq; in bonis patris ius habeat,illo viuo.l.1.§.si impuberi.ĵ.de collatio.bonor. potius vxori, quàm marito dos restituenda est : arg. §. 1.ĵ. hac.l. Sed aduersus hanc conclusionem ita explicatam nimis obstat. l. si vero.65.§.de viro.ĵ. eod. vbi statuta in marito, non habent locum in socero,quanuis in vtroq; eadem videatur militare ratio. Quare DD. volentes saluere cōclusionem glos.receptæ, varias ad d.§.de viro. assignant responsiones, quas latè refert Crot.hîc.2.lect. à nume.72. Andreas Gāmarus tracta. extensionum à numer. 32. ego tantùm notabiliores referam. Prima ergo fuit responsio Bart. hîc nu. 28. quòd in d.§.de viro.agitur de casu exorbitāti,scilicet,quòd ius patronatus, quod non est æstimabile pecunia, & consequēter per quod nemo videtur locupletior effectus.l. naturalis. §. fina. s. de prescripris verb.l. planè.97.§. final. ĵ. de lega. 1. l. nemo prædo.169.§. 1. ĵ. de regul. iuris. nihilominus in ea materia consideretur tāquam quid æstimabile pecunia, in qua materia socer,& maritus non inuenientur æquiparati, & ideò lex Iulia illud cōstituens in marito,non extenditur ad socerum, iuxta regulam.l. quod verò. s. de legibus.c.quæ à iure. de regul.iuris. in 6.nostra autem glo. agit de repetitione dotis,in qua materia maritus & socer inuenientur æquiparati.l.rei iudicatæ.§. fina.l.diuortio.§.interdū.s.eo. Vndè quanuis materia sit exorbitans, vt pote aduersus regulam.l.2.in princ. s.eo. tamen recipiet extensionem ad socerū, quia in materia æquiparata admittitur extensio de vno casu ad alium ex similitudine rationis,etiam in exorbitantibus,glo.recepta. l.quod verò.s.de legib. Quam Bart.respōsionem approbat idem Bart. d.§.de viro. & consi.159.num.3. ad finem.Bald.l. etsi dotis. nu. 3. C.de iure dotium.Alexand. hîc num.2.asserens eam esse communiter receptam : defendit Claud. hîc nu.5. Ripa num.51.ad finem Iason. l. ex facto. num.21.& ibi Verius nu.159.ĵ.de vulgari. Sed videtur aduersari huic responsioni, quòd iura suprà adducta, in quibus maritus & socer æquiparantur, procedunt, quando dos repetitur iure com-
73 muni post solutum matrimonium:† nulla tamen lex inuenitur, quæ socerum & maritum æquiparet, quando agitur de repetenda dote constante matrimonio aduersus regulam. l. vnicæ. C. si dos constāte matrimon. A Equiparatio igitur facta in vno casu, non debet trahi ad alium diuersum .l. final. s. de calumniator. & consequenter adhuc. videtur obstare regula. l. quod verò. s. de legib. & ita hac ratione Bart. responsionem improbant Lancel.Dec.hîc col.2.ad fin. & Crot. 2.lect. num. 72. Sed facilè Bart. ab hoc argumento defendi potest,si consideres. l. si cum dotem. 23. §. transgrediamur. s. eod. pariter obligare patrem dotem

dotem recipientem, & filium dotem recipientem ad dotis restitutionem: vnde cum in hac materia restitutionis dotis, generaliter inueniantur æquiparati, optimè procedit Bart. responsio. Ex alio tamen non placet, quia vt post Iacob. de Aretio tradit Bart. l. dotalem numer. 3. ʃ. eod. ius patronatus succedit loco serui dotalis. l. talem. §. final. ʃ. de hæredib. institut. ita vt sicut seruum maritus tenebatur restituere per actionem de dote, ita & illud quod consequitur ratione iuris patronatus. Ergo cum repetendo ea, quæ maritus acquisiuit ratione iuris patronatus, in effectu videatur repetere rem dotalem, etiam in specie d. §. de viro. videtur militare ratio Bart. considerata ad huius glos. defensionem. Item lex Iulia constituens, quòd maritus teneatur ad ea quæ acquisiuit ratione iuris patronatus per seruum dotalem, per eum manumissum. d. l. si vero. ʃ. eod. ob aliquam æquitatem debuit moueri: neq; vlla alia esse videtur, quàm in fauorem mulieris, & vt habeat loco serui dotalis per maritum manumissi, illud quod occasione manumissionis maritus percepit, vt aduertit Imol. dict. §. de viro. colum. 2. ante medium: quæ æquitas & fauor pariter militat in socero manumittente seruum dotalem. Ergo is etiam casus debuit censeri comprehensus in le-
74 ge Iulia, † iuxta regulam. l. libertum. 64. §. 1. s̃. de ritu nuptiarum, & l. his solis. C. de reuocan. donation. Confirmo, quia licet regula sit, iura exorbitantia non extendi ex similitudine rationis: ea tamen limitatur, nisi ius exorbitans respiciat causam piam & fauorabilem, tunc enim recipiet extensionem ex similitudine rationis. l. illud. iuncta glos. verb. alia. C. de sacro. eccles. Bart. hîc numer. 42. Alexand. l. miles. in princ. numer. 3. ʃ. de re iudicat. & l. si ita stipulatus. §. Chryssogonus, numer. 6. ʃ. de verbo. obligatio. cum similibus. de quibus per Ripam hîc numer. 86. Hieron. Verium. l. ex facto numer. 161. ʃ. de vulgari. Et hac ratione quanuis hæc lex sit exorbitans, tamen quia respicit causam dotis, quæ est fauorabilis, recipit extensionem. l. hoc modo. ʃ. de condit. & demonstrat. & consequenter licet loquatur in viro, extendi debuit ad socerum: quæ ratio pariter militat in specie d. §. de viro. Cùm enim ibi agatur de repetendo id, quod loco serui dotalis videtur subrogatum, & sic in effectu de repetenda re dotali, eadem ratio videtur militare. Ex quo apertè corruit consideratio Iason. hîc numer. 36. dum dicebat, quòd ideò is text. loquens in marito, extenditur ad socerum, quia agitur de fauore dotis, in quo vertitur publica vtilitas, saltem secundario, & ideò admittitur extensio. l. hoc modo. ʃ. de condit. & demonstrat. Sed in d. §. de viro. agitur de iure exorbitanti, nec vertitur conseruatio dotis, neq; vtilitas publica, saltem secundariò; & ideò non admittitur extensio: nam id ex suprà dictis confunditur, cùm in specie d. §. de viro. etiam agatur de repetẽdo eo, quod videtur successisse loco serui dotalis. Deniq; nec Bart. præsupposituṁ videtur tutum: quanuis enim ius patronatus tanquam inæstimabile non videatur quem reddere locupletiorem, vt probant iura per Bart. adducta: tamen iure non probatur idem esse, quando manumittitur seruus, qui ex necessitate debebat restitui, & quem restituere debens manumisit de voluntate illius cui restitui debebat seruus, illius scilicet negocium gerẽs; nam tunc ius patronatus debet censeri
75 quid æstimabile, † & per quod manumittens videtur locupletior effectus, vt aduertit Bald. l. 2. n. 7. C. de patrib. qui filios distraxerunt. & Imol. d. §. de viro, colum. 2. ad medium, & Roman. d. §. de viro, nu. 17. in fine dicit esse text. expressum. l. in summa. §. si seruum. s̃. de cond. indeb. de cuius intellectu infrà agemus. Pro quibus expendo. l. idemq; 46. §. fina. s̃. de actio. empti, vbi ius patronatus consideratur tanquam quid æstimabile, quando quis illud acquisiuit proprio facto, id est, propria manumissione, vt suæ obtemperaret voluntati, vt notauit glo. final. l. naturalis. §. fina. s̃. de perscript. verbis. Ergò pariter tanquam æstimabile debet considerari, quando quis manumisit seruum de alterius voluntate, illius tamen negocium gerẽs; quia eadem videtur ratio. Reiecta igitur Bart. concordia, succedit alia, quã post Petrum posuit Bald. l. 2. numer. 7. C. de patrib. qui filios distraxerunt, quòd in specie d. §. de viro. non est ponẽdus casus, quòd socer manumisit seruum dotalem de consensu nurus, eius negocium gerens, nam tunc lex Iulia etiam locum haberet in socero, quia eadem militat ratio, quæ in marito: sed potius fingendus est casus, quo maritus manumisit seruum dotalem, de consensu vxoris illius negocium gerens, ac ita acquisiuit ius patronatus, quod iure patriæ potestatis transfertur in patrem, iuxta regulã legis placet. ʃ. de acquiren. hæred. Quanuis igitur socer videatur patronus, quia tamen non fuit patronus ratione manumissionis, sed ex persona filij, non tenebitur nuru restituere id quod acquisiuit ratione iuris patronatus. Sed is intellectus planè falsus est, quia præsupponit, quòd obligatio, quæ inerat filio ratione iuris patronatus, non transeat ad patrem, in quem ius patronatus transfertur iure patriæ potestatis: quod planè falsum est, nam bona iure patriæ potestatis transeunt ad patrem cum eodem onere, quo erant penes filium. l. 1. §. si filio. ʃ. ad Trebellian. l. fina. §. sin autem æs. C. de bonis quæ
76 liberis. † & latius prosequitur Roman. d. §. de viro. numer. 8. Vnde etiam pariter corruit intellectus Imol. dict. §. de viro. colum. 2. post princ. qui etiam vult, in dict. §. de viro non esse fingendum casum, quòd socer manumiserit seruum dotalem, sed quòd eum manumiserit maritus eius filius: sed posteà bona serui manumissi peruenerunt ad socerum, scilicet ex dispositione ipsius manumissi, & probat text. socerum ad illorum bonorum restitutionem non teneri, quia ad eum non peruenerunt, tanquam ad patronum, sed tanquam ad quemlibet extraneum: quem intellectum sibi arrogat Duaren. dict. §. de viro, & Corrasi. hîc numer. 11. Gammarus tracta. extensionum, numer. 36. Campes. tracta. de dote. 4. parte quæst. vltima: is enim intellectus etiam apertè corruit ex eo, quia aut ipsi intelligunt, quòd peruenenit aliquid ad socerum ex persona filij, scilicet propter patriam potestatem, & & corruit eodem modo, quo corruit intellectus Bald. suprà relatus: aut intelligunt, quòd aliquid peruenit ad socerum ex dispositione liberti, & text. ille careret dubio, quia iam suprà decisum erat, maritum tantum teneri ad id, quod ex bonis liberti ad eum peruenit tanquam patronum: non verò quoad ea, quæ ad eum peruenerant tanquam extraneum; vel etiam ad ea, quæ ad alium peruenerunt, & non ad ipsum maritum manumissorẽ. Frustra igitur in d. §. de viro. reuocaretur in dubium id, quod iam decisum fuerat in præcedentibus, vt ibi aduertit Alex. post princ. Item, Iurecons. d. §. de viro. apertè vult constituere differentiã inter maritum ex vna parte, & eius hæredem, & inter socerum & eius hæredes ex alia: Quæ differentia vt sit bona, debemus da re terminos pares, & sic intelligere, quòd licèt socer manumiserit seruum dotalem de consensu nurus, eius negocium gerẽs, non tamen tenebitur ad restituenda ea, quæ acquisiuit ratione iuris patronatus, neq; etiam eius hæres. Per quã inductionem apertè corruit consideratio, quam circa intellectum illius tex. posuit Salic. l. vbi adhuc. nu. 4. C. de iure dotiũ. Corruit etiam quod tẽtant Imol. col. 2. post prin. & Duaren. d. §. de viro, & Corras. hîc nu. 11. & Bal. l. 2. n. 7. C. de patribus. qui filios distra-

77 distraxerunt. † quòd in prædictis terminis competet actio ex lege Iulia aduersus socerum prædicto modo manumittentem. Tertio igitur loco Roman. d. §. de viro. num. 16. admittens, quòd in specie illius text. socer manumiserit seruum dotalem de consensu nurus, dicit, ideò dispositum in marito, non habere locum in socero, quia propter prohibitionẽ iuris, mulier non censetur donasse ius patronatus marito, arg. l. Lutius. §. pen. ĵ. ad municip. & quæ Bart. l. si quis sub conditione. ĵ. de condi. instit. quod tamen censetur donasse socero, propter coniunctionem personarum. Et quia licèt inter maritum & vxorem non sit permissa donatio, illa tamen est permissa inter socerum & nurum: allegat. l. 3. §. fina. vers. socrui. s̃. de donatio. inter virum. Sed is intellectus multa præsupponit apertè falsa: nam præsupponit, vxorem non posse donare marito ius patronatus: quod tamen est falsum, & contra tex. in. l. quod autem. 8. §. fina. s̃. de donationib. inter virum. quia per huiusmodi donationem maritus non cẽsetur locupletior. l. nemo prædo. 169. §. 1. ĵ. de regul. iuris. & ideò prædicta donatio nõ debet censeri prohibita. l. si sponsus. §. cõcessa. s̃. de donatio. inter virum. Itẽ præsupponit, nurum posse donare socero: quod etiam est falsum, quia non potest donare socero, qui habet maritum in potestate. l. 3. §. fina. versi. prohibentur. s̃. de donatio. inter virum. Neq; repugnat d. l. 3. §. fina. versi. socrui, quia loquitur in socru, quę non habet filium in potestate. §. fœminæ. Instit. de adoptio. & ideò nõ censetur prohibita inter eos donatio, vt in specie aduertit Crot. hîc. 2. lect. num. 73. Pro vera igitur resolutione huius difficultatis, altiùs repetendus nobis est articulus, vtrùm maritus manumittens seruum dotalem, teneatur restituere vxori illa quæ acquisiuit ratione iuris patronatus? In quo articulo tres casus distinguendi sunt. Primus est, quando maritus manumisit seruum dotalem inuita vxore. Secũdus est, quando eum manumisit de voluntate vxoris, quæ ei donauit ius patronatus. Tertius est; † quando manumisit seruum dotalem de consensu vxoris: quæ tamen noluit ei donare ius patronatus, sed potiùs proprium agere negocium. De primo casu agit tex. l. dotalẽ. 62. ĵ. eod. probans, quòd si maritus manumisit seruum dotalem inuita vxore, tenetur vxori restituere, quidquid acquisierit quacumq; ratione ex bonis manumissi; ac proinde si manumissus instituit illum hæredem, partem quam habet tanquam patronus, tenetur statim vxori restituere: aliam verò partem, quã habet quasi quilibet extraneus, non tenebitur restituere statim, sed soluto matrimonio per actionem de dote: quod Bart. ibi num. 3. ita explicat, quòd ius patronatus marito manumittenti quæsitũ, subrogatur loco ipsius serui dotalis manumissi: arg. l. talem. 51. §. fina. ĵ. de hæred. instit. & ideò quod acquisiuit tanquam patronus, de rigore iuris tenetur statim vxori restituere: quod verò habuit non tanquam patronus; cùm cesset prædicta subrogatio, de rigore iuris non tenebatur restituere vxori: quia tamen actio dotis est bonæ fidei. §. fuerat. Instit. de actio. ex æquitate & illud tenebitur vxori restituere post solutum matrimonium, arg. l. quia tantundem. s̃. de negoc. gest. Et hãc Bart. explicationem esse communiter receptam asserit Paul. d. l. dotalem num. 4. à quo non multum discrepat intellectus Cumani ibi num. 3. & Imolæ. nu. 5. quòd ibi fit prædicta distinctio, quia in ea parte quam habebat tanquam patronus, certum erat, quòd eam debebat restituere vxori; cum & illam ei teneretur restituere, etiam quando manumisit seruum dotalem de eius voluntate, illius tamen negocium gerens. l. si vero. 64. ĵ. eod. vnde à fortiori si ea inuita manumisit. Cæterũ quoad aliam partem, quam non habebat tanquam patronus, potuit esse dubitatio, & nihilominus dicitur, quòd & eã partẽ

teneatur



teneatur vxori restituere, quia inuita ea seruũ manumisit: subscribit Campes. de dote. 4. part. q. 48. Sed vtiq; neq; Bart. explicatio est tuta, quia si solum ius patronatus censeretur subrogatum loco serui dotalis, nulla æquitas dictat, vt id quod habuit extra causam iuris patronatus, teneatur maritus vxori restituere. † Item
79 & secunda explicatio cõfunditur ex eo, quòd text. apertè sentit, quòd id quod acquisiuit maritus ratione iuris patronatus, teneatur statim vxori restituere, vt probat. l. hæc actio. 66. ĵ. eodem. & aliud post solutum matrimonium per actionẽ dotis. Magis ergo placet explicatio Cuiacij lib. 2. obseruatio. cap. 34. quòd ideò in specie d. l. dotalem. fiat prædicta differentia, quoniam illud quod acquirit maritus tanquam patronus ex speciali dispositione legis Iuliæ tenetur statim vxori restituere, vt probat. l. hæc actio. 66. ĵ. eodem. & ibi Bart. & Cuman. Crot. hîc 2. lect. num. 74. quod autem habet tanquam extraneus, iudicio dotis post solutũ matrimonium tenebitur vxori restituere. Et ratio differentiæ (vltra eum) illa est, quia nemo cogendus est inuitus re sua carere, etiam oblato iusto pretio. l. non enim. 9 in princ. ĵ. de action. rerum amotar. In compensationem igitur huius grauaminis inductum est, vt maritus hoc casu non solùm teneretur mulieri restituere iustum pretium serui. gloss. 1. d. l. dotalem. & infrà dicemus, sed etiam quidquid acquiret ex bonis manumissi, vt in simili probatur. l. si quis seruum. 24. s̃. de actionib. empti. Et hac etiam ratione procedit. l. in summa. §. si seruum. s̃. de condict. indeb. nam etiam per manumissionem caret seruo suo ille, ad quem pertinebat: quidquid aliter intelligat Roman. l. si verò. §. de viro. numer. 17. ad finem. ĵ. eodem. & distinctio ibi posita procedit secundùm naturam condictionis indebiti, secundùm quam accipiens non tenetur vltra id, in quo locupletior fuit effectus: ideò autem in specie dict. l.



dotalem. quod habuit maritus tanquam patronus, iubetur statim restituere; quia ita cautum erat lege Iulia, dict. l. hæc actio. 66. ĵ. eodẽ. & quia maior ratio est, quòd illa restituat, quàm ea quæ habuit tãquam quilibet extraneus. l. si verò. 65. ĵ. eodẽ. Nihilominus tamen & illa, quæ habuit tanquam extraneus, soluto matrimonio restituet mulieri per actionẽ dotis; quia ęquitas quę seruatur in actione dotis. l. eas. s̃. de capit. diminut. id videtur
80 postulare, vt diximus. † Vnde colligas in specie dict. l. dotalem, ius patronatus nõ subrogari loco serui dotalis manumissi; quia tunc omnia essent restituẽda post solutum matrimonium: prout & ipse seruus eo tempore erat restituendus. l. 2. in princip. s̃. eodem. Item tantùm ea teneretur restituere maritus, quæ ratione iuris patronatus acquisierit: cuius contrarium probat ille text. & ideò magis tenẽda est ratio suprà assignata. Adde, quòd glos. 1. d. l. dotalem. ĵ. eodem. dicit, tunc demum valere manumissionẽ serui dotalis inuita vxore factam, si maritus sit soluẽdo. Ex cuius mente collegit Imol. ibi num. 4. quòd maritus statim tenetur pretium soluere vxori, aliàs frustra requireret glos. quòd tempore manumissionis maritus esset soluendo: subscribit Campes. de dote. 4. part. q. 46. & facit. l. si seruum. 72. in princip. & ibi notat Cuman. ĵ. de acquir. hæred. Sed non est vera hæc collectio, quia cum pretium subrogetur loco serui dotalis. l. si rem & pretium. s̃. de petition. hæred. non est dandum vxori, nisi post solutum matrimonium: prout & tunc seruus dotalis esset restituendus, si non fuisset manumissus, vt est expressum. l. seruum. 21. ĵ. de manumission. & sentit Bart. d. l. dotalem. & subscribit Alexand. l. si verò. ad finem. ĵ. eodem. Neque contrarium sentit gloss. 1. dict. l. dotalem. quia dum requirit, maritum esse soluendo, non debet intelligi tẽpore manumissionis, sed potius tempore soluti matrimonij, quo pretium serui

manumissi restituẽdum est vxori, d.l.ser num.21.ʒ.de manumiss. Si enim tunc nõ sit soluendo, retractabitur manumissio, acsi nunquam facta fuisset; ne aliàs mulier in damno remaneat. d.l.seruum.&.l. 1.C.de seruor.pignor.dat.tradit Salic. l. 3.num.2.C.de iure dot. Baptist.de priui leg.dotalib. centur.1.nu.25. Vnde cùm retro non valeat manumissio, frustra quæretur de restitutione eorũ, quæ maritus acquisiuit ex bonis manumissi, & tantùm illi quæstioni potest esse locus, quando maritus tẽpore soluti matrimo-
81 nij potest pretium offerre vxori, † vel etiam quando seruus pro se offert pretiũ mulieri: nam cum tunc cesset eius damnum, retinebitur manumissus in libertate, iuxta regulam.§.semel. Instit. quibus ex causis manumit.non licet. tradit Alciat.l.1.num.123,s̃.eodẽ.& Corras.l. qui liberos.num.208.s̃.de ritu nuptiar. & ante eos glo.l.1.C.de seruo pignor.dato.& ibi Salic.nu.2.tunc enim quoad ea quæ acquisiuit maritus ex bonis serui dotalis validè manumissi, obseruabitur distinctio d.l.dotalem.explicata vt suprà. Alia pertinentia ad intellectum d.l.dotalem. in peculiari illius text. explicatione tradentur. Et hæc de primo casu. Succedit igitur secundus casus, quando maritus manumisit seruum dotalem de voluntate vxoris, quę ei seruum donauit, vt ab eo manumitteretur, si vellet: & hoc casu dicendum est, valere manumissionem: nam cum maritus ex hac manumissione solùm ius patronatus acquirat, & per huiusmodi ius nemo videatur locupletior effectus.l.nemo prædo.169.§.1.ʒ.de regulis iuris. valida censetur hæc donatio inter virum & vxorem: nam ea tantùm donatio inter eos videtur prohibita, per quam donans efficitur pauperior, & accipiens locupletior.l.si sponsus.5.§. concessa.s̃.de donation. inter virum. & in specie probat text.l. quod si vir.63.ʒ. eodem.&.l.quod autem.8.§.fin.s̃.de donation.inter virum.&.§.si vir.ʒ.hac.l. vbi glos.Paul.Angel.Bald.& Imol. ita declarant.Crot.hic.2.lectura.num.73. quidquid reluctetur Roman.l.si verò.§.de viro.num.15.ʒ.eodem. Vnde cùm hoc casu valida censeatur donatio, neque pretium serui tenebitur maritus vxori restituere.Salic.l.3.nu.2.C.de iur.dot.&.l.1. post prin. C.de seruo pignori dato. Neque etiam tenebitur restituere ea, quæ acquisiuit ex bonis prædicti manumissi. §.si vir.ʒ.hac.l.l.quod si vir.63.ʒ. eodem. neque ille seruus cõsiderabitur amplius tanquam dotalis, cum propter manumissionem desierit esse seruus dotalis. l. & sic.64.ʒ. eodem. estque casus specialis, in quo mulier propter fauorem libertatis, potest sibi in dote præiudicare. Sig-
82 norol.l.si æstimatis.num.12.ʒ. eodem. † Adde, quòd etsi non constet de animo donandi, sed mulier simpliciter consentiat maritum manumittere seruum dotalem, præsumetur animo donandi consensisse: tum propter coniunctionem personarũ.l.si seruus.s̃. de donation. inter virum. tum quia si consentio rem meam alteri donari, donandi animo videor consentire.l.2.C.si aduersus donation.Bart.l.quæ dotis.nu.15.ʒ.eod.& ita in specie probat.l.& sic.64.ʒ. eodem. & ita explicandus est Cuman.§.si vir.ʒ.hac l. dum dicit, quòd & sine pacto maritus manumittẽdo, censetur negocium mulieris gerere, si sine donandi animo illa consensit in serui dotalis manumissione; debet enim de hoc constare; quia in dubio præsumetur donandi animo consentire, iuxta suprà tradita. Et hæc de secũdo casu. Succedit tertius, de quo agit Iureconf.l.si verò.65.ʒ. eodem. ad cuius intellectum debes aduertere, quòd Iurecõsult.proponit casum, in quo mulier consensit manumissioni, & tamen maritus habuit animũ gerendi negociũ vxoris: nõ intelligas autẽ esse necessarium, quòd hoc exprimatur, sed satis est cõstare, vxorem non consensisse animo donãdi; propter hoc enim semper maritus videbitur



debitur gerere negotium vxoris manumittendo, vt elegãter declarat Cuman. §.si vir.ʒ.hac.l. Item, quòd non est interpretandum, maritum gerere negotium vxoris, id est, eius nomine manumissionem facere: tum quia maritus nomine vxoris manumittere nõ potest, etiãsi illa consentiat.l.neque mulierem.C.de manumissis vindict. tum etiam, quia si illius nomine manumitteret, magis ipsa videretur manumittere. l. pater ex prouincia.ʒ.de manumiss.vindict. & consequenter ius patronatus mulieri quærere tur: cuius contrarium præsupponit dict. l.si verò. Intellige igitur, quòd maritus manumisit seruum dotalẽ nomine proprio, tanquam dominus dotis.l.doce. C. de reiuendic. de consensu tamen vxoris, prout potest.glos.1.d.l. neque mulierem. vnde sibi acquiret mero iure ius patronatus: sed quia vxor non consensit animo donandi, videtur maritus manumittendo gerere negocium mulieris: quod efficiet, vt quidquid acquisierit maritus ratione manumissionis, teneatur vxori restituere. dict.l.si verò. Denique intellige, quòd cum maritus videatur negocium vxoris gerere quoad ius
83 patronatus, † illa tantùm tenebitur restituere vxori, quæ ratione iuris patronatus acquisiuit, d.l.si verò. versic. quidquid. Iuxta quod est explicandus text. §. si vir.ʒ.hac.l. nam quanuis verba illius videantur sonare, quòd quidquid acquisierit hoc casu maritus teneatur vxori restituere, tamẽ debet restringi ad ea, quę acquisierit ratione iuris patronatus, vt ibi declarant Dyn. Alberic. & Duaren. & est expressum in dict.l. si verò. versic. item quidquid.ʒ.eodem. Potest etiã generaliter intelligi in hoc sensu, quòd si quid tempore manumissionis ad maritum peruenit, id teneatur vxori restituere: vt probat.l.si verò.65.in princip.ʒ.eodem. & ibi notat Cuman. post princip. Exemplum erit, si aliquam pecuniam à manumisso accepit, iuxta text. l. si eum seruum.10.§.1.s̃.de donationib.inter virum. Et similiter si operas imposuit liberto tempore manumissionis, has vxori debet restituere, vt probat dict.l. si verò. Quod tamen ita intelligendum est, vt id procedat in operis fabrilibus, quæ pecunia æstimantur.l.fabriles.7.ʒ. de oper. libertor. & in alium transferri possunt.l. si non sortem. 26. §. libertus. s̃. de condict. indeb. in officialibus enim operis distinguendum est: nam ipsas quidem operas, neque tenetur, neque potest maritus in vxorem vel alium transferre. d. §.libertus.&.l.operæ.9.ʒ. de oper. libertor. Sed si impositas libertus non impleuit, quia tunc pro illis præteritis incipit iudicium dari patrono.l.si quis hac.§. iudicium.ʒ.de oper. libertorum.& pro illis operis pecunia præstatur.l. neque patronis.6.C.de oper.libertor.& d.§.libertus. huiusmodi pecunia vxori restituẽda est per maritum: quod significauit Iureconsult.in dict.l.si verò.dum dicit, quòd pro operis, scilicet officialibus, præstitis marito per libertum, nihil mulieri est restituendum: nam ratio est, quia hæ pecunia non æstimantur, nisi postquam non fuerunt exhibitæ.dict.l. neque patronis.
84 6.C.de oper.libertor.& dict.§. libertus.† & ideò per illas non dicitur quis locupletior effectus.l.si eum.10.§. 1.s̃. de donation.inter virum. & adeò cohærent personæ patroni, vt in alium transferri non possint, vt suprà diximus: atque ita apertè est de mente Iureconsult. in d. l. si verò. quòd officiales operas nõ tenetur vxori restituere, sed tantùm earum æstimationem, si fortè eam habuit; quia libertus operas impositas non exhibuit: & ita Roman.l.dotalem.numer. 8. ʒ. eodem. Iuxta quæ accipiendum est, quod subdit d.l.si verò.versic.sed si post. quòd etsi quid post manumissionẽ seruo impositum est, id est restituendum vxori: nam debet intelligi, quando id quod impositum est, erat pecunia æstimabile, vel posteà factum fuit per pecuniam æstimabile,

mabile,vt suprà dictum est. In his igitur casibus potest verificari generalitas d.§. si vir.ʒ.hac.l.Sed si bene aduertas, ex his omnibus exemplis colligitur, quòd id quod maritus habet ratione manumissionis,& sic tanquam patronus,est restituendum vxori, non autem illud quod habet tãquam quilibet extraneus: quod expressit Iureconsul.in dict.l.si verò.versic. item quidquid. Vnde meritò Dyn. Alber.&Duaren.d.§.si vir.intellexerunt generalitatem illius text.de his quæ maritus habuit à liberto ratione manumissionis,& iuris patronatus,& Goffred.d.l. si verò. in princ. interpretatur illius generalitatem, vt maritus teneatur restituere quidquid habuit, scilicet ratione manumissionis,& iuris patronatus, non autem illa, quæ habuit tanquam quilibet extraneus. Neque difficultatem faciat, quòd Iureconsult.in dict.l. si verò. præsupponit,maritum, qui manumisit seruum dotalem, de consensu vxoris, ei posse imponere operas:quod videtur esse contra tex.l.2.C. de oper.libertorum. Item præsupponit,operas post manumissionem seruo imponi posse:quod est cõtra text.l.1.C. de oper. libertorum. &.l. fin.ʒ.de liber.causa. quia ad primum respondetur, maritum censeri dominum dotis.l.doce.C.de reiuendicat. & ob id etiam inuita vxore posse seruum manumittere.l.dotalem. 62.ʒ.eodem. Quanuis igitur hoc casu mulier consentiat,tamen non potest videri traditus seruus, vt manumittatur: & ideò maritus operas ei imponere potest.Paul. l. dotalem.
85 num.1.ad medium.ʒ.eodem. †Ad secũdum autem respõdetur, præsuppositum Iureconsul. verificari, quando tempore manumissionis conuẽtum est,vt ex post
86 facto imponerentur:vt argum.l. Modestinus.ʒ.de solutionib.tradit glos.1.ad finem.l.1.C.de oper.libertor. vel quando libertus scienter in hoc consensit: vt argumen.l.Campanus.ʒ. de oper. libertor. tradit Salicet.d.l.1.num.3.C.de oper.libertor. In his ergo casibus id quod peruenit ad maritum,restituendum est vxori,vt suprà declarauimus:& si marito datus sit fideiussor, vel expromissor pro prædictis, hanc obligationem tenetur vxori cedere. d.l. si verò. versic.sed etsi. Ex quo Bald.ibi collegit,quòd qui tenetur cedere actionem aduersus principalem,tenetur etiam cedere aduersus fideiussores,vel alios, qui ratione obligationis principalis tenentur :quod & probat l.antepen.s.de hæred.vel action.vend.l. in solutum.cum.l. sequen. C. de action. & obligation.Declarando tamen vt per Alexand.d.l.si verò.in princip.ʒ.eodem. Aduersus tamen hũc tertium casum ita explicatum vrgens mouetur difficultas: nam quanuis ius patronatus multas in se concludat vtilitates, tamen quia sub eo cõtinentur tãquam illius partes,habito respectu ad principale, dicitur simpliciter esse inæstimabile.l.naturalis.§. fin. s. de præscriptis verbis.& ideò per illius acquisitionem nemo dicitur locupletior effectus.l.nemo prædo.169.§. 1.ʒ. de regulis iuris. Prout & patria potestas multas in se includit vtilitates, iuxta notata in princip.Instit. de patria potest. & tamen habito respectu ad id quod est principale, simpliciter dicitur res inæstimabilis.l.filius familiàs.117.§.secũdùm vulgarem.ʒ.de legat.1. Cùm igitur hæc ita sint, succedit iuris regula celebratissima, quòd partes per suum consensum non possunt mutare iuris formam,& dispositionem. l.nemo potest.ʒ.de legat.1. l. cerdonem.ʒ.de oper. libertorum.l. fin. ʒ.de suis & legit.hæred.l.si filia.§. 1.s. famil. erciscund. & consequenter partes per suam conuentionem non possunt
86 facere, † quòd ius patronatus, quod secundùm ius est inæstimabile, consideretur acsi esset æstimabile.l.planè. 97.§.finali.cum.l.seq.ʒ.de leg.1. & ibi Cuman. num.2.l.Titius.adiuncta glos. fin. C. de oper.libertor.l.asignare.ʒ.de asignand. libertis.tradunt Ripa.l.cum filio.nu. 15. ʒ.de



ʒ.de leg.1.Deci.l.1.num.1.C. de bonor. possession.contra tabulas liberti. Pinel.l. 1.C.de bon.matern.1.part num.5. ergo malè præsupponitur in hoc tertio casu, quòd illud,quod acquirit maritus ratione iuris patronatus,teneatur vxori restituere: nam hoc in effectu est considerare ius patronatus tanquam quid æstimabile,& quòd propter illius acquisitionẽ, maritus obligetur aliquid prestare:quod est contra text.l.planè.97.§. fin. cum lege sequenti.ʒ.de legat. 1.&.l.Titius.cum glos.fin.C.de oper.libertorum.l.asignare.in fine.ʒ.de asignand.libertis.Neque difficultatem euitabis, si dicas, tunc demum ius patronatus considerari tanquam quid inæstimabile,quando acquisitum est ex ea manumissione, quã quis facit,vt obtemperaret alterius voluntati:gl.l.naturalis.§.fin.s.de præscript. verbis.quæ addit, aliud esse in iure patronatus,quod quis acquisiuit ex manumissione,quam fecit vt obtemperaret propriæ voluntati:allegat.l.idemq;.46.§.fin.s. de action.empt. Quam resolutionẽ sequitur Bart.d.l.naturalis.§.fin.num.3.& cõmuniter alij,vt ibi asserit Padilla num.5. Alexan.l.cum proponas.num.4. ante finem.C.de dolo.quia replicabitur, quòd & hoc casu maritus acquirit ius patronatus ex manumissione quam fecit, vt obtemperaret voluntati alterius,scilicet vxoris,quæ consensit seruum manumitti,vt negocium vxoris videretur agi: & in specie Bart.hîc nume.28. Item verius esse,ius patronatus indistinctè censeri inæstimabile,iuxta regulam generalem l.nemo prædo.169.§.1.ʒ.de regul. iur. & latè comprobat Fortunius.l.iuris gentiũ. §.1.à num.22.s.de pact.vbi num.24.eleganter respondet ad d.l. idemque.§. fin. s.de actionib.empti. Prædictæ igitur difficultati respondendum est, secundùm iuris rationes dicendum esse,prædictam conuentionem non valere. Nihilominus tamen lex Iulia hanc confirmauit conuentionem in fauorem mulieris &
87 dotis, † vt probat dict.l.si verò.65.versic. dabit.& ibi glos.verb.ait lex.&.§.fin.ʒ.eodem.text.clarus.l.filius. 14. §.maritus. ʒ. de falsis.& ita in specie sentit Bartol.hîc num.28.Cuiacius libr.2. obseruation. c. 34. Et iuxta hæc succedit quæstio, vtrũ lex quæ prædictam conuentionem confirmauit inter maritum & vxorem, debeat etiam locum habere,si huiusmodi conuentio ineatur inter socerum & nurum? Et videbatur dicendum,etiam hoc casu locum habere debere, quia eadem videtur militare ratio, saltem quando socer penes se haberet dotem:& quia licèt verba legis deficiant,tamẽ si eadem subest æquitas, solet concedi vtilis actio præscriptis verbis.l. quoties.s.de præscript. verbis. Contrarium tamen determinat Iureconsult.in dict.l.si verò. 65.§. de viro.ʒ.eodem. ea ratione, quia vt suprà diximus, prædicta lex Iulia confirmauit prædictam conuentionem aduersus iuris regulas: & iura exorbitantia non solent extendi ex similitudine rationis. l. quod verò.s.de legibus.c. quæ à iure. de regulis iuris.in.6. Neque obstat si replices de authoritate gloss.hîc, verbo, mariti, quæ dispositionem huius text.exorbitantem,loquentem in marito, extendit ad socerum; quia respondetur,in casu huius text.agi de dote,& eius conseruatione : & quanuis iura exorbitantia non soleant extendi,id tamen non habet locum in causa dotis, quæ propter vtilitatem publicam extensionem admittit,etiam in casibus exorbitantibus.l. hoc modo. ʒ. de condit. & demonstrat. Bartol.hîc numer.42. Quæ ratio cessat in specie dict. §. de viro. neque enim in hoc casu agitur de re dotali, quia seruus propter manumissionem desijt esse dotalis.l.& sic.64. ʒ. eodem. neque ius patronatus, vel ratione illius quæsita subrogantur loco rei dotalis; quia si subrogarentur, non possent peti nisi post solutum matrimonium; quia tunc & res dotalis petenda erat.l.2.in princ.s. eodem.

& tamen prædicta etiam constante ma
88 trimonio peti possunt. †l. hæc actio. 66.
& ibi Bartol. Cuman. & Imol. ℣. eodem.
Item si subrogaretur loco dotis, tanquã
augmẽtum posset peti per actionem de
dote. l. si marito. §. finali. ℣. eodem. & ta-
men non potest peti, nisi per condictio-
nem ex lege Iulia, vt colligitur ex. l. hæc
actio. 66. ℣. eodem. adiuncta. l. vnica. ℣. de
condict. ex lege. & tenet Bartol. hîc nu-
mer. 28. & Cuiac. lib. 2. obseruation. cap.
34. & in specie obseruat Crot. hîc. 2. le-
ctura. numer. 74. Vnde cum non agatur
de re dotali, neque de subrogatis eius lo-
co, obseruabitur regula. l. quod verò. ℣.
de legibus. Neque obstat si dicas, legem
Iuliam prædictam conuentionem con-
firmasse in fauorem dotis, & mulieris, vt
dicit Imol. dict. §. de viro. colum. 2. ante
medium: vnde adhuc videtur inducen-
da regula. l. hoc modo. ℣. de cond. & de-
monstrat. quia respondetur, fatendum
quidem esse, quòd causa impulsiua, ob
quam lex Iulia confirmauit prædictam
conuentionem aduersus iuris regulas,
fuit fauor dotis & mulieris. Cæterùm
causa propinqua & immediata, est legis
confirmatio, quæ non refertur ad rem
dotalem, neque ad rem loco rei dotalis
subrogatam, vt suprà probauimus, sed
refertur ad vtilitates prouenientes ex iu
re patronatus, quæ nihil cõmune habẽt
cum dote, vel re dotali. In prædicta igi-
tur confirmatione obseruabitur regula
l. quod verò. ℣. de legib. semper enim cau
sa immediata, & propinqua inspicienda
est, non autem causa impulsiua, vel re-
mota. l. socium qui. §. 1. ℣. pro socio. gloss.
cap. de cætero. de homicid. faciunt quæ
Alexander. l. si ita stipulatus. §. Chryso-
gonus. numer. 6. ℣. de verborum obliga-
tionib. & Claud. hîc nume. 24. Ad quod
in specie expendo text. l. si verò. 65. ver-
sic. neque enim beneficium. ℣. eodem.
vbi maritus non tenetur vxori restitue-
re, quod accepit à liberto extra debitam
portionem; quia licèt occasione iuris
patronatus id acceperit; tamen ius pa-
tronatus non fuit causa immediata &
propinqua prædictæ acquisitionis: no-
tat Bart. ibi inferens ad elegantem quæ-
stionem. Ex qua responsione elegans
colligitur resolutio in hac materia, quòd
vbi agitur de dote, vel re dotali, dispo-
sitio loquens in marito, extendetur ad so-
cerum ob identitatem rationis; quantũ-
89 cunque dispositio sit exorbitans. † Sed
vbi non agitur de dote, neque re dotali,
& dispositio est exorbitans, non recipiet
extensionem ex similitudine rationis,
quantumcũque illius dispositionis exor
bitantis causa impulsiua fuerit fauor do-
tis & mulieris, d. §. de viro. explicatus vt
suprà. Infertur etiam annotatio ad no-
uum intellectum, quem ad dict. §. de vi-
ro. assignauit Ruin. hîc num. 14. quòd in
specie illius text. specialitas nõ cõsistit in
eo, quòd vtilitates iuris patronatus per-
tineant ad mulierem; quia quoad hoc
nulla est specialitas, cum ius patronatus
subrogetur loco serui dotalis manumis-
si per maritum Bartol. l. dotalem. nume-
ro. 3. ℣. eodem. sed potius in eo, quòd il-
læ vtilitates peti possunt, etiam constan-
te matrimonio. l. hæc actio. 66. ℣. eodem.
Quæ tamen secundùm iuris regulas nõ
deberent peti, nisi post solutum matri-
monium: prout & tunc petuntur res do-
tales. l. 2. in princip. ℣. eodem. Dispositio
igitur permittens, vxorem petere posse
constante matrimonio, non censetur fa
uorabilis, quia non est fauor mulieris,
quòd ei constante matrimonio dos re-
stituatur, cum possit eam perdere. l. mu-
tus. §. manente. ℣. de iure dotium. & ideò
non recipit extensionem. Cæterùm solu-
to matrimonio socer prædictas vtilita-
tes restituet vxori cum cętera dote; quia
id non negat text. dict. §. de viro. is nam-
que intellectus ex prædictis confundi-
tur, falsò enim præsupponit, ius patro-
natus subrogari loco serui dotalis manu
missi, vt suprà probauimus. Item falsò
sentit, socerum per actionem dotis post
solutum



solutum matrimonium, teneri nurui vti
litates iuris patronatus restituere: cùm
id sit aduersus generalitatem d. §. de vi-
ro. & ideò tenendus est intellectus suprà
relatus. Infertur etiam, quòd dispositio
l. dotalem. 62. ℣. eodem. pariter locum ha
bebit in socero: nam eo casu in odium
mariti, qui manumisit seruum dotalem
inuita vxore, inductum fuit, vt omnia
quæsita ex bonis manumissi, teneretur
vxori restituere in cõpensationem one-
90 ris, † quòd inuita re sua cogitur carere,
contra regulam. l. non enim. in princip.
℣. de action. rerum amotarum. Quæ ra-
tio etiam militat in socero, inuita nuru
seruum dotalem manumittente, quia
dos ei fuit tradita, iuxta terminos. l. si
cum dotem. 23. §. transgrediamur. ℣. eo-
dem. & quia generale est, ne quis ex sua
culpa commodum reportet. l. siue hæ-
reditaria. ℣. de negocijs gestis. Prout &. l.
quòd si vir. 63. ℣. eodem. loquens in ma-
rito habebit locum in socero: cùm enim
donatio facta socero valuerit: argumen-
to. l. quod autem. 8 §. final. ℣. de donatio-
tion. inter virum, ea dispositio non est
exorbitans, & ideò in socero quoque lo-
cum habebit: in specie autem l. si verò.
65. ℣. eodem. ea dispositio exorbitans lo-
quens in marito, non habebit locum in
socero. d. §. de viro. ob rationem de qua
suprà. Denique infertur annotatio ad
glos. dict. l. si vero. 65. verbo, restituere. ℣.
eodẽ. dum sentit, quòd propterea quod
maritus manumittendo gessit negociũ
mulieris, competet illi actio mandati ad
uersus maritũ, vt ei restituat omnia quę-
sita ratione manumissionis: hæc enim
opinio falsa est; quia tunc dispositio d. l.
si verò. nihil contineret exorbitans à iu-
ris regulis, imò secundùm illas procede-
ret: nam procurator quidquid acquirit
ratione mandati, tenetur mandãti resti-
tuere. l. qui propio. 46. §. procurator. ℣. de
procurator. l. ex mandato. 20. ℣. mandati.
& consequenter dispositum in marito,
haberet locum in socero. l. non possunt.
℣. de legib. cuius contrarium probat d.
§. de viro. & in specie aduertit Bart. hîc
num. 28. Neque satisfacit responsio Ale
xand. hîc num. 2. ad finem. & Campes.
de dote. 3. parte, quæst. 27. in fine. quòd
regula prædictorum iurium procedit,
quando quis illud quod fecit, non pote-
rat facere absque mandato meo: secus si
iure suo id poterat facere absque manda
to meo: prout maritus qui sine manda-
to vxoris potest manumittere seruum
dotalem. l. dotalem. 62. ℣. eod. nam tunc
procedit, quod sentit d. l. si verò. nam re
plicabitur, quòd licèt maritus posset ser-
uum dotalem iure suo manumittere, ta-
men eo iure noluit vti: & ideò manu-
mittendo requisiuit vxoris consensum:
& cum vlteriùs habuerit animum gerẽ-
di negocium mulieris, reducitur res ad
91 terminos d. l. ex mandato. † Accedat, q
mandatum vxoris circa manumissionẽ
non valuit. l. neque mulierem. C. de ma
numiss. vindict. & sic neque potuit pro-
ducere actionem mandati. Veriùs ergo
dicendum est, quòd in casu dict. l. si ve-
rò. maritus manumittendo gessit nego-
cium mulieris, in hoc sensu, vt ipse suo
nomine manumitteret, & consequen-
ter acquireret ius patronatus: tamen ac-
quisita ratione iuris patronatus resti-
tueret vxori, quæ conuentio in effe-
ctu inducit, ius patronatus considera-
ri tanquam quid æstimabile: quod ad-
uersatur iuris regulis. l. naturalis. §. fina-
li. ℣. de præscriptis verbis. & ideò fuit
necessaria confirmatio legis Iuliæ, pro-
pter quam hoc casu solùm competit
condictio ex ea lege. l. hæc actio. 66.
℣. eodem. adiuncta. l. vnica. ℣. de con-
dictione ex lege, & suprà diximus. His
ita resolutis, aptè annectitur quæstio,
quando dispositio legis exorbitantis
accipiat extensionem ex similitudine
rationis. Et pro fundamento præmit-
tendum est, dispositionem legis quan-
dam dici limitatoriam, quandam exor-
bitantem, quandam verò correctoriam,

vt colligitur ex traditis per Iason hîc à num.72. Et quanuis Ripa hîc nume. 78. improbet hanc differentiam, contendẽs nullam esse differentiam constituendã inter legem exorbitantem & limitatoriam; quia nihil aliud est exorbitare, quã à regulis generalibus deuiare. c. ea quæ. de regul.iuris.in.6.& idem sentiat Crot. l.omnes populi. num.191.& num. 193. ſ.de iust.& iure.& hîc.1.lectur. num. 58. Menoch.de recup.poss.1.remed.nu.20. & rem.14.num.13. Tamẽ longè verius est, quod ex Iasone colligitur, nã aduerto, quòd vt notabiliter tradit diuus Antonin.in summa.1.part.tit.20. colum. 1. regula solet formari verbis generalibus, ita vt exceptiones, siue limitationes sub verbis generalibus videantur comprehendi; † quoad mentem tamen, & iuris rationes non continentur, sed diuersa æquitas, & diuersa iuris ratio limitationes constituit: subscribit Cagnol.l.1.numer.22.ſ.de regulis iuris. Et ideò meritò Fortunius.l.Gallus.in princ.num. 112.ſ. de liber.& posthum.tradit, limitationes quoad factum contineri in regula, sed iure, & ratione subduci à regula: & Gammarus tractat.extensionum.num.85.inquit, quòd limitatio quanuis videatur contineri sub verbis regulæ, non tamen comprehenditur sub sensu, aliàs limitatio potius diceretur correctio regulæ. Lex igitur limitatoria dicitur, quæ apponit quosdam limites verbis generalibus regulæ, neque potest dici exorbitans, cũ licèt deuiet à verbis generalibus regulę, nõ tamẽ deuiat à iuris rationibus, sed potius propter diuersam iuris rationem, à verbis generalibus regulæ recedit. Lex autem exorbitans dicetur, quando quid continetur sub verbis & ratione regulæ, & tamen ob fauorem causæ, vel personę sub ducitur à regula, & ideò tale ius dicitur singulare.l. ius singulare. ſ. de legib. & ibi Fulgos. & etiam ius constitutum. Alciat. libr.7. parergon. cap.26. Dicitur, etiam ius exorbitans, quia iura debent respicere vniuersos & non singulares.l. iura.7. ſ.de legib. c. erit autem lex.4. distinctio. Et cum prædicta iura non vniuersos, sed singulares respiciant, propter aliquem fauorem specialem causæ, vel personæ tributum, meritò etiam dicuntur exorbitantia; quia recedunt ab ea regula generali, quòd iura debent respicere vniuersos, & non singulares: vt tradit Gammarus tractatu extensionum. numer. 89. & sic in hoc maximè differunt iura limitatoria, & exorbitantia; quia limitationes constituunt ius quoad vniuersos, exorbitantia autem quoad singulares propter aliquem specialem fauorem. Iura autem correctoria appellãtur, quando vna lex aliquid generaliter constituit, & fertur posteà alia lex contrariũ etiam generaliter disponens in eodẽ casu; hæc enim lex correctoria dicitur. Exẽplum erit.l.si quis seruus.ſ.de iure deliberan.adiuncta.l.final.C.de repud. hæred. quidquid dubitet Ias.hîc num.78. Similiter si lex in certis casibus quid constituat, & posteà in eisdem casibus contraria lex proferatur, hæc secunda correctoria dicetur. † Quinimò quãuis lex prima non in vniuersum abrogetur, sed certis casibus contrariũ statuatur per aliã legẽ, adhuc hæc secunda dicetur correctoria primę. in prin. Inst.quib.alien.licet.adiũcta glos.verb. corrigẽtes. tradit Galeaul. l.Gallus.in prin.nu.34.ſ.de libe.& posth. q, si lex generaliter quid statuat, & posteà feratur lex alia contrariũ statuẽs in certo casu, qui tamẽ in prima nõ erat specificatus, sed tãtũ ex generalitate verborum poterat cõprehendi, ea lex nõ dicetur correctoria, sed potius limitatoria, vel exorbitans, vt explicat Crot.l.omnes populi.nu.193.ſ.de iust.& iur.quẽ sequitur Menoch.de recup. posses. 14.remedio. nu.11.& nu.13. Aym.tractat.de antiq.tẽporis.4.parte princip.in princ. num.75. pagin.144.& ante eos Corne.cons.174. colum.2.libr.4. Quibus addendum est, quòd si contrarium statuatur in aliquo casu

92

93



casu particulari, in quo ratio legis generalis videtur deficere, dicetur ea lex limitatoria. Si verò ratio legis etiam eum casum comprehendit, & tamen aliquo speciali fauore ab ea subducitur, ea lex dicetur exorbitans, iuxta suprà tradita. Quare in specie.l.si verò.65.§.de viro.ſ.eodẽ. cùm agatur de dispositione legis Iuliæ, quæ aduersus iuris regulam & rationem confirmauit conuentionem, per quam ius patronatus consideratur tanquam quid æstimabile, & pro cuius acquisitione aliquid sit dandum, aduersus regulã l.naturalis.§.fin.ſ.de præscript. verbis.& l.planè.97.§.fin.ſ.de legat. 1. idque propter specialem fauorem dotis, & mulieris, vt suprà dictum est: ea dispositio magis dicetur exorbitans, quàm correctoria, vt hîc admonet Crot.2.lectur.num. 76. Similiter & inductio Galli, de qua in l.Gallus.in princip.cum non sit aduersus mentem legis duodecim tabularum, sed magis de eius mente, vt ibi probauimus, non dicetur correctoria, vt malè existimauit Bart.ibi numer.9. sed potius limitatoria, vt ibi tradit Iason numer.59. † Ex quibus ita præmissis in hac materia extensionis prima sit conclusio: Lex limitatoria recipit extensionem ex similitudine rationis. Et est ratio, quia cum ius commune & vniuersale constituat, locum habet regula.l.non possunt.ſ.de legib.& in his terminis procedet traditio glos.hîc verb.mariti.in.1.quæstione. nã quanuis Crot.l.omnes populi.num.193. ſ.de iustitia & iure. Menoch. de recup. possessione.14.remedio.numero. 13. & multi alij Doctores in præsenti appellãt constitutionem huius text.exorbitantem, tamen verius est, limitatoriam esse: nam regula generalis.l.2.in princip.ſ.eodem.constituens, dotem non restitui, nisi post solutum matrimonium, ea ratione procedit, quia dos in tuto est, & natura matrimonij illud videtur exigere. Sed quando maritus non est soluendo, quãuis generalitas legis hunc etiam casum videatur cõprehendere, non tamen eius mens; quia lex semper vult mulieres esse dotatas, neque constitui in periculo amittendarum dotium, vt colligitur ex isto text.& l.seruum.21.ſ.de manumiss. Cùm igitur hæc lex licet aduersetur verbis, non tamen aduersetur menti.l.2.in princip.ſ.eodem. magis dicetur lex limitatoria, quàm exorbitans. Ex quo consequitur, quòd etiam remoto fauore dotis, recipiet extensionem, iuxta conclusionẽ de qua suprà. quæ generaliter procedit in lege limitatoria, vt hîc per Ias. num.73. & est de mente Bart. hîc num. 39.& num.43. tradit Angel. §. ius ciuile. numer.23. Instit. de iure naturali. Iason l.Gallus. in princip. num.60.& l.1.§. si is qui.num.7.& ibi Ripa.num.6.ſ.ad Trebellian. & fatentur receptum Ripa hîc num.78. Deci.l.1.num.32.ſ.de regulis iuris. Tiraquel.l.si vnquam.verbo, libertis. num.36. aliàs.num.44. C.de reuoc.donationib. & in specie pro hac conclusione videtur text.c.cùm dilecta.versic.nos igitur. de confirmat. vtili. & ibi post alios notat Deci.num.5. Neque satisfacit responsio Alex.hîc nu.5.versic. sed in quãtum. quòd dispositio illa, quòd instrumẽta renouentur propter vetustatem, non exorbitat à iure cõmuni, imò est secũdũ ius cõmune.l.chirographis. 58.adiuncta glo.1.ſ.de admin.tuto.& c.fin.de fide instrum. quia replicatur, Sũmum Pontificem in d.c.cùm dilecta.versi.nos igitur. † ita arguere: Iure ciuili cauetur, testes senes, vel valetudinarios, interrogari posse ante litem cõtestatam. auth. de testibus. §. quoniam multa. collat.7.& id quidem aduersus regulam generalem, quòd lite non contestata, nihil possit fieri, iuxta tit. vt lite non contestata. Et tamen ex hac cõstitutione arguit Sũmus Põtifex, quòd ex eadẽ æquitate, & priuilegia vetustate consumpta possint renouari, & sic probat, quòd constitutio limitatoria regulæ generalis, ex identitate rationis extendi potest: extollit Nauarrus in rubric. de

94

95

de iudic.numer.72.versic.secundò.Neque repugnat regula.l.si verò.65.§.de viro.ff.eodem.per quam Alexand.contrariũ tenet,quia æquiuocat Alexand.nos enim agimus de lege limitatoria,quæ extenditur ex similitudine rationis, & d.§. de viro.de exorbitanti,quæ non extenditur per similitudinem rationis,vt statim dicemus. Minus satisfacit consideratio Iasonis hîc num.74.quòd in d.c. cùm dilecta. versic. nos igitur. facta fuit extensio per Summum Pontificem,qui habebat potestatem legis condendæ. Inde igitur inferri non potest, & hominem priuatum in simili casu posse facere similem extensionem : & ita etiam Galeaul. d.l.Gallus.in princ.num.28. quia replicabitur,quòd Legislatoris institutio est nostra instructio. Prout igitur Sũmus Pontifex in d.c.cùm dilecta.§. nos igitur. legem limitatoriam extendit ex similitudine æquitatis, satis ostendit, & nobis licitum esse ita arguere, & extendere, vt aduertit Ripa hîc num.50.& numer.78. Ruin.l.2.num.95.ff.de legatis.1. Quibus adde Panormitan.c.cùm secundùm.numer.3.de præbendis. Limitatur tamen hæc conclusio , nisi in lege limitatoria exprimatur dictio taxatiua, Tantùm,nã tunc tacitè videtur prohibita extensio illius legis limitatoriæ ad casus similes.l.2. cum glos.C.de patrib.qui filios distraxerunt. tradit Bart.hîc numer.44 receptus vt asserit Ripa numer.82. Aymon tract. de antiquit. temporis.4.part. in princip. numer.110.pagin.151. Quod tamen intelligendum est,quòd sit prohibita extẽ
96 sio per hominem ad similes casus, † non autem censeatur prohibita extensio ad alios casus,qui per alias leges inueniuntur dispositi : nam si lex vtens dictione taxatiua , ex alijs legibus non reciperet extensionem , censeretur esse correctoria prædictarum legum : quod in dubio non est præsumẽdum:& ita probat.l. obæs.cum glos.C.de prædijs minorũ.l. serui nomine.cum glo.ff.de vsucapio.Alex. hîc num.6.Claud.num.21.Ripa nu. 84. Ruin.l.2.numer.92.ff.de leg.1.Angel.§. ius ciuile.num.23.Instit.de iure naturali. Limita etiam,nisi agatur de causa pia, & fauorabili:nam tunc dictio, Tantùm, non videtur prohibere,posse fieri extensionem per hominem , etiam ad similes casus.l.illud.cum glos.verb.alia.C. de sacrosanct.eccles.Bart.hîc num.42. & numer.44.receptus, vt asserit Ripa. nu. 86. Euerardus in centuria legali,loco.70.Aymon tractat.de antiquit.temporis.4.parte principali.à num.78.pagina.145. & latiùs num.120. Et hæc de prima conclusione. Succedit igitur secunda conclusio in hac materia,quòd iura exorbitantia non extenduntur ex similitudine rationis.c.quæ à iure.de regul.iuris. in.6.l. quod verò.§. de legib. gloss. c. constitutionem.verb.prorogamus. de regul. iuris.in.6.& ita hanc regulam constituit Iason hîc num.72. & quanuis moderniores eam non admittant , confundentes legem exorbitatem cum limitatoria,tamen verissima est,ex suprà traditis,& ex l. 1. ad finem. §. de constitut. princip. §. sed & quod principi.Institut. de iure naturali.& agnoscit Bartol.l. Mæuio.§. fin. ad finem.ff.de legatis. 2. Euerardus loco 68. Et patet, quia lex exorbitans, censetur quoddam priuilegium aduersus legem generalem, & eius rationem concessum,siue dispensatio quædam aduersus legem generalem & eius rationem: & certum est , neque priuilegium , neque dispensationem recipere extensionem ad similes casus. l. quod verò. §. de legib.l.1.ad finem. §. de constitut. principum.cap. sanè. de priuileg. Item quia priuilegia, siue dispensationes videntur in effectu continere correctionem regulæ generalis, & eius rationis in eo casu speciali. Bald. cap. inter cæteras. numer.9.de rescript.Felin.c. translato. numer.12.de constit.Ripa hîc numero.60. ergo prout lex correctoria non recipit extensionem ex similitudine rationis, vt



vt statim dicemus:sic etiam neque priuilegium,neque dispensatio illam admittere debet.† Quibus tamen addendum
97 est,quòd cum huiusmodi ius speciale, & exorbitans nihil mutet circa vniuersitatem legis,neque in toto,neque in parte, sed tantũ ab illa excludat aliquod particulare,propriè non dicetur correctoria. l.derogatur.ff.de verborum significat. & ideò iura exorbitantia faciliùs admittũt extensionem , quàm iura correctoria. Imol.l.si verò.§.de viro.nu.17.ff.eodem. Corne.consil.82.num.16.libr.2.& consil.174.col.2.lib.4.Ex qua ratione infertur vera ratio decidendi ad.l si verò.65. §.de viro.ff.eodem. nam ideò ibi non fit extensio ad aliam personam,in qua videtur cadẽ ratio,quia ea dispositio est exorbitans contra regulam & rationem.l. naturalis.§.fin.ff.de præscript.verb.&.l.planè.97.§. fin. ff.de legatis.1. & id quidem propter fauorem mulieris & dotis.Iason hîc num.72.& suprà tradidimus.& ideò iuxta nostram regulam non recipit extensionem ex similitudine rationis. Limitatur tamen hæc conclusio, nisi lex exorbitans loquatur in materia fauorabili, & pia,nam tunc recipiet extensionem ex similitudine rationis.l.illud.cum gloss. verbo,alia.C.de sacrosanct. eccles. nam prout ibi lex limitatoria, non obstãte dictione, Tantùm, quæ ex se extensionem legis limitatoriæ videtur excludere,vt diximus in precedenti limitatione: & nihilominus ea admittitur , quando causa est pia, vel fauorabilis. Pariter & quanuis lex exorbitans ex sui natura nõ recipiat extensionem : tamen si agatur de pia causa & fauorabili , illam admittet.Paul.hîc numer.7.ad finem. Lancelot.Deci.colum.3.ad medium.Ripa numer.86.& in specie quòd lex exorbitãs loquens in materia fauorabili & pia, admittat extensionem ex similitudine rationis , admitunt Alexand. hîc num. 5. versic.item in quantum.& l.miles. nu.3. ff.de re iudicat. & consi.68.num.6.lib.3. Felin.c.cum ex officij.nu.1. de præscription.Euerard.in centuria,loco.68.versic.secundò in exorbitantibus.latè Tira
98 quel.l.si vnquam.verb. libertis. à nu.61. C.de reuoc.donation. † Vnde lex exorbitans loquens in materia dotis(quæ cẽsetur esse pia & fauorabilis) recipiet extensionẽ ex similitudine rationis.l. hoc modo.ff.de cond.& demonstr.Iason hîc num.79.&.l.1.num.40.& num.46.§. eodem.Aym.qui alios refert de antiq. temporis.4.part.in princ.num. 79.pag. 145. Quod tamen intelligendum est, quãdo dispositio in se est fauorabilis: secus si nõ sit fauorabilis , quanuis propter causam fauorabilem sit inducta:nã tunc si exorbitans sit, non recipiet extensionem ex similitudine rationis.l.si verò.65.§.de viro.ff.eodem.explicata vt suprà.Limita secundò,vt lex exorbitans recipiat extensionem ad casum æquiparatum per ius antiquum illi casui , de quo specificè lex exorbitans disponit:& ita glos.l.quod verò.§.de legib.& ibi Fulgos.gloss.finali.l.si quis seruo.20.C. de furt. quæ tamen loquitur in lege exorbitanti,non autem in correctoria,vt admonet Iason authent. quas actiones.num.19.C. de sacrosanct. eccles.&.l.Marcellus.in princ.numc.28. ff.ad Trebellian.&.l.1.num.27.ff. de legatis.1.Quanuis vulgò DD. eam allegent, quasi loquatur in materia correctoria: quod Iason vbi suprà non admittit,neq; etiã Anania cons. 27.nu. 8. de quo infrà latiùs agemus. Hæc tamen limitatio ita exaudiẽda est,vt procedat , quãdo inter duos casus inuenitur facta æquiparatio per ius antiquũ generaliter,& per viã regulę,tunc enim lex exorbitans disponẽs in vno,tacitè videtur idem disponere in casu illi æquiparato per ius antiquum.l. qui neque.§.1.ff.de rebus eorum.c .trãslato.de cõstit.tradit Ias.auth. nouissima. nu.38.C.de inof. testam. Crot.l. omnes populi.num.178.§.de iust.& iure.& elegãter prosequitur Andr.Gammar. tract. extensionũ.à nu.133. Vnde si duo tantũ inuenian-

inueniãtur æquiparata in casibus particularibus,& non per viam regulæ,dispositum in vno per legem exorbitantem, non censebitur in alio dispositum.Iason l.1.num.44.ff.de legat.1.Crot.hîc.1.lect. num.54.Angel. Aretin.§. ius ciuile. numer.23.versic.tertiò fallit.Instit. de iure naturali.Deci.c. translato. 1. lect. nu. 3. de constit. Nauar.cap.si quando.pagin.
99 62.ad finẽ.de rescriptis.† Sed clariùs loquendo dicendum est,prædictam limitationem procedere,quando duo inue-
100 niuntur æquiparata in ea materia,& casu de quo agit lex exorbitans,tunc enim censetur idem disponere in casu æquiparato.glo.fin.d.l.si quis seruo.C.de furtis. glo.pen.c.si quis postquam. de election. in.6.Imol.l.si verò.§.de viro. num. 16.ff. eodẽ. Alexan.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.num.5.ad finem.ff.de verborũ obligation.Sed si duo inueniantur æquiparata in diuersa materia,& casu, tũc lex exorbitans disponens in vno,non censetur idẽ disponere in casu æquiparato in diuersa materia,non autem in ea,de qua ipsa disponit. glos.c.1.verb. declaramus. ne clerici, vel monachi.lib.6.glos.c.licet canon.verb.parrochialis.de election. in 6. glos.c.constitutionem.verb. prorogamus.de regular.in.6.glos.in princ.Instit. de excusation.tutor.verb.vel in prouincijs.Iason. §.ex maleficijs.nu.43.de constitut.&.l.transigere.num.15.C.de transaction.Deci.c. translato. 1. lect.num.3. de constitut.notabiliter Aymon.l.1.numer.95.ff.de legat.1. Vnde cum æquiparatio facta per viam regulæ, in quocunque casu censeatur facta, semper locum habebit declaratio, de qua suprà. Sed quãdo non inuenitur facta per viam regulæ, sed in casu particulari, tunc inspiciendum est,vtrùm in ea materia & casu inueniatur facta æquiparatio, & tunc habebit locum declaratio,vt lex exorbitans idem videatur disponere in casu æquiparato in ea materia, quantumcunq; in multis alijs casibus non inueniantur æquiparata.Aretin.l.ex facto. nu.5. ff.de vulgari.Ias.l.si creditori.num.7.ff.de noui oper.aliàs secus.Ex quibus Lancelot. Deci.hîc col.2.ad fin.Ias.num.29.explodunt considerationem Bart. hîc nu. 25. & num.30.tradentis,quòd ideò dispositio nostri text.quanuis exorbitans,extendatur ad socerum, vt hîc per gloss. verb. mariti.in.1.quæstione.quia maritus & socer in ea materia inueniuntur æquiparati per ius antiquum.l.diuortio.8.§.interdum.in fin.ff.eod.† & ideò lex etiã exorbitans extendetur ad casum æquiparatũ in ea materia,iuxta suprà tradita:nã prædicti aduersus Bart. adducunt, quòd ea æquiparatio facta per ius antiquum,non fuit generalis,sed restricta ad casum,quo post matrimonium solutum dos petitur. Vnde cùm in casu huius text. agatur de restitutione,quæ fit constante matrimonio,prædicta æquiparatio in casu hoc diuerso,& in quo nõ inuenitur facta æquiparatio,nihil operari potest, iuxta suprà tradita.Cui argumento nõ bene satisfaciunt Claud.hîc num. 5. & Ripa nu. 51. & ideò verius dicendum est,in isto text. non agi de lege exorbitanti, sed limitatoria,& ideò recipit extensionem ex similitudine rationis, vt suprà probauimus: in lege autem exorbitãti recurrendum est ad suprà resoluta.Tertiò limita,vt lex exorbitans extẽdatur ad casum, qui sub verbis latè sumptis comprehẽdi potest. l.filium habeo.16.ff.ad Macedonian.vbi Senatusconsultum Macedonianũ exorbitans à regula.l. filius familiàs. 2.ff. de action.& obligatio. propter odium creditorum,quanuis vtatur verbo,Filius,habet etiã locũ in nepote; quia sub appellatione filij largè sumpta,potest nepos cõprehendi:& ita per illum text.hanc limitationem constituerunt Imol. l. si verò. §.de viro.numer.15.ff.codem. Iason hîc num.82.Ripa nu.79. Alexand.l.1. num. 24.ff.de iurisd.omn. iudic.&.l.filius familiàs.§.diui.num. 23.ff.de leg.1.Felin.c.2. col.1.de offi.iudic.latè Euerar.loco.68.

Sed



Sed circa hãc limitationem de duobus videdum est. Primò,vtrùm ea bene colligatur ex d.l.filium habeo? Et est dicendum bene colligi:nam siue Senatusconsultum appelles exorbitans,tanquam latum aduersus regulam & rationem.l.filius.2.ff.de actio.& obligatio.in odiũ creditorum.§.illud.Insti.quod cum eo. bene d.l.filium habeo. probat prædictam conclusionem:siue etiam appelles limitatorium regulæ generalis.d.l.filiusfam. adhuc probabit dictam conclusionem. si aduertas, illud fuisse latum in odium creditorum.l.1.§.ad Macedonian.& iura limitatoria in odium alicuius inducta, non solent recipere extensionẽ.c. odia. de regul. iuris.in.6.l.cùm quidam.in fin. ff.de liber.& posth.& ibi Iason num. 14. Cùm ergo nihilominus Senatusconsul. loquens in filio,extendatur ad nepotẽ, bene probat prædictam conclusionem,
101 †quam & in materia pœnali probat.l.2. §.si mater. vers. quid si nepotibus. ff. ad Tertullian.Secundò videndum est, an prædicta regula sit vera? & dicendũ est, prædictam limitationem regulariter veram esse,nisi sit diuersa ratio in casu,qui sub vocabulo latè accepto poterat con-
102 tineri:nam tunc prædicta extensio non admittetur,vt explicat Iason.l. 1.§. hoc autem.2.lect.num.9.ff.ad Trebellianũ. Deci.l.1.num.27.ff. de iurisdict. omniũ iudic. Pinel l.1.C.de bonis maternis. 1. part.num.72. Item nisi lex exorbitans sit nimis odiosa & rigurosa, tunc enim nullam admittet extẽsionem ex similitudine rationis.l.patri.20. ff. de adulter. Imol.d.§.de viro.num.18.ad finẽ.Et pariter neque illa,quę nimis grauẽ pœnam imponit,quantumcunq; materia videatur fauorabilis.l.final.C.de interdict.matrimon. Alex.hîc num.5.versic. hoc tamen.Lancelot.Deci.col.3.ff.ad medium. Vltimò aduerte,prædicta locum habere in dispositione legis exorbitãti:nam dispositio hominis indistinctè nõ recipiet extẽsionem ad casum,qui sub latè accepto vocabulo poterat contineri.l. quod si nepotes.ff.de testa.tutela.§ fin. Institu. qui testa.tutor. dari possunt.tradit Imola d.§ de viro.nu.15.versic.itẽ hîc. Tertia principalis conclusio in hac materia sit,quòd lex correctoria nullam omnino admittit extẽsionem. l. præcipimus. in fin.C.de appellatio.neq; ex idẽtitate, vel maioritate rationis.gloss.authẽ.quas actiones.C.de sacros.eccles. secundùm opinionẽ Ioannis:& sequitur Barto.hîc n.39.Ripa.n.59.& dicit receptã Ias.d.authẽ. quas actiones.n.21.ante fi.&.l.Marcellus.in princ.num.43.ff. ad Trebellia. Corne.consil.271. de hac. nu.9. & nu. 11.lib.4.& latè insistit Imol d.§. de viro. à num.13. Ex qua conclusione colligo, quòd licèt in lege correctoria sit expressa ratio:tamẽnon fiet extẽsio ad casus diuersos,etiam si illis etiam prædicta ratio adaptari posset : nam cùm Communis velit,ex paritate, vel maioritate rationis in lege correctoria non admitti extensionẽ,necessariò consequitur,quod etsi constet de ratione legis correctoriæ:itẽ constet eam pariter,vel à fortiori militare in alio casu diuerso,tamẽ non admittetur ea extẽsio.† Nam si ponas de ratio
102 ne legis non constare , quia ea non fuit expressa,minimè verificari potest prædicta communis traditio, quòd in correctorijs non admittitur extẽsio, etiam ex maioritate rationis: & ita in specie expẽdit Imol.l.si verò.§.de viro.num. 13. & num.14.ad finẽ. ff. eodẽ. & subscribunt Alexand.l.in ratione.§.quod vulgò. nu. 10.vers.ergo quanuis.ff.ad leg. Falcid. & l.peregrè.§.quibus.num.4.ff.de acquirẽ. possessio.Ruin.l.2.num.95.ff.de legat. 1. quem vide : & dicit veram opinionem Curt.Iunior consil.6.num.13. & esse cõmunẽ DD. traditionẽ asserit Camillus Gallineus lib.6.de verbor.significatio.c. 7.num.3.Contrarium tamẽ, imò quòd si in lege correctoria ratio sit expressa, admittatur extẽsio ad omnes casus,quibus ea ratio adaptari potest, quasi tunc

propriè non dicatur extẽsio, sed magis comprehensio, iuxta regulam.l. regula. §.final.ſ.de iuris & fact.ignorant. tenet glo.c.1.verb.Italiæ.de tempor. ordinatio.lib.6.& Clem.1.verb eligatur.de electio.pulchrè Salice.l.2.nu.20. C. de noxalib.actio.Alex.hîc nu.5.versi.tertiò limita.Crot.1.lect.nu.47.&.2.lect.nu.88. Ripa nu.63.Claud.n.12.Campes.de dote.3.par.q.28.nu.2.Paul.cons.83. col.2. lib.2.Curt.Senior cons.9.à nu.49. Ias.l.si ita stipulatus.§.Chryssogonus.n.38.ſ. de verbor.obligatio.& auth.quas actiones. nu.22.C.de sacros.eccles.Crot.l.omnes populi.nu.183.ſ.de iust.& iure. Ripa.l.1. § hoc autem.num. 2.ſ. ad Trebellian. Hippolyt.Riminald.in princ.Institu.de donatio.à nu.60.& latè Camillus Gallineus de verbor.signifi.lib.6.cap. 8. & c. 10.& conferunt latè in proposito congesta per Tiraq.l.si vnquam.verb.liberis. à num.45.C.de reuocan.donatio.ita vt traditio glo.l.quanuis.C.de fideicõmis. quòd quando vna tantũ ratio assignari potest,habetur pro expressa,&ex ea fiat extẽsio ad alios casus;etiam procedat in correctorijs.Alex hîc nu.5.ad medium. Ripa nu.65. Alex.cons.50.visis actis. nu. 9.lib.2.Ias.d.auth.quas actiones.nu. 22. &l.quanuis.nu.7.C.de fideico. Aymo. de antiquit.tẽpor.4.par.§.transeo nunc. nu.83.& nu.92. Crot.l.omnes populi.n. 183.ſ.de iust.& iure.ac ita cõstat articulũ esse valdè controuersum.Pro cuius vera resolutione duæ in eo sunt cõstituendæ cõclusiones.Prima sit:Si lex generaliter cõceptaest,&ratio etiã est generalis, & posteà lex aliquos casus particulares enumerat,lex illa non solũ casus expressos,sed & omnes alios, quibus eius ratio adaptari potest,videtur comprehendere.l.regula.§.fin.ſ.de iuris & fact.ignorãt.per quã hãc cõclusionẽ constituerũt Dominic.&Perusi.c.cõstitutio.de elect. in.6.Et est ratio,quia in his terminis credimus, legẽ per viã illationis ex regula generali prędictos casus expressisse.Bal. l.de quibus.nu.35.ſ.de legib. & ideò ad casus expressos lex nõ est restringenda, sed potiùs etiã per viã illationis similes casus cõprehẽdunt cõprehẽsi, quibus lex, & ratio adaptari possunt.Imol. l. si ita quis.§.ea lege.col.fin.post princ.ſ.de verbor.obligatio. Hanc primã conclusionẽ ita cõprobatã limitabis primò, procedere,quãdo ratio omnino & in totũ cõuenit casui,cui volumus eã adaptare,ita vt nulla sit dissimilitudo, vel ratio cõtrariũ suadẽs: aliàs nõ habebit locũ prædicta cõclusio.Ita Dominic.& Perusi.d.c. cõstitutio.de electio.in.6.Imol.l.si verò. §.de viro.n.15.vers.& hæc vera.ſ.eo.Socin.Iun.cõs.30.nu.30.lib.1. Limita secũdò prædictã cõclusionẽ procedere,quã do verba legis possunt,saltẽ secudũ largã significationẽ,cõprehẽdere illũ casum, ad quẽ volumus adaptare rationẽ legis.
103 † glo.Cle.auditor.verb.beneficio.de rescript.glo.Cle.1.verb.eligatur. de elect. glo.auth.vt hi qui obligatas.verb.ad curationẽ.colla.6.ahàs ad eũ casum nõ fiet extẽsio ex idẽtitate,vel maioritate rationis.Imol.d.§.de viro.n.14.ad fin.subscribit Alex.l.peregrè.§.quibus.n.4.ſ.de acquir.posses.Claud.hîc n.14. Galeaul in rub.nu.129.ſ.de verbor.obliga. Crot.1. lect.n.55.Adde Alex.cõs.190.n.21.lib.2. & cõs.171.n.7.lib.7.Corne cõs.198.n.4. li.4.Soci.Iun.cõs.36.n.32.li.1.Adde etiã Ruin.l.2.n.95.ſ.de leg.1.Hippol. Riminal.in prin.n.272.Inst.de dona Et quanuis Ias.l.si ita stipulatus.§.Chryssogonus. n.38.ſ.de verb.obliga.asserat receptũ esse,q̃ ratio legis correctorię extẽdatur ad casum,qui nullo modo sub verbis cõprehẽditur;& latiùs id cõprobet Aymon.tracta.de antiqui.tẽpor.4.p.§.trãseo nũc à n.86.pag.147.tamẽ opinio Imol.verior est:nã quando casus nullo modo est expressus in lege, si volumus ad illũ legem trahere,magis erit extẽsio hominis, qui nõ potest nouã legẽ cõdere:ita Anto.c. fin.n.58.vers.breuiter.de cõsuet.Dominic.c.1.n.9.post prin.de tẽporib. ordin. lib.6.



lib.6.Et confirmatur,quia quando quid non venit ex verbis; neq; creditur prouenire ex mẽte l.Labeo.§. idẽ Tubero. ſ.de penu legata.l. non aliter.ſ. de lega. 3.& quando quid non comprehẽditur ex verbis,vel mẽte,sed ex sola vi, & identitate rationis,magis dicitur extẽsio quã comprehẽsio.Bart.l.3.§.fin.n.2.ſ.de legitim.tutorib.Angel.l.sed & sciẽdum. nu. 2.ſ.ad.l. Põpeiam. de parric. vnde non debet habere locum in materia non admittẽte extẽsionẽ.Imol.d.§.de viro.nu. 17. Limita tertiò prædictã conclusionẽ non procedere , si expressa sit aliqua dictio taxatiua: tunc enim etiam ex ratione expressa non fiet extensio ; vt post Baldum tradit Ias. authentic.quas actiones.n.22.ad fin.C.de sacros. eccles. Crot.l.omnes populi.num. 184.ſ.de iustit.& iure.Socin.Iun.consil.30.à num. 35.lib.1.Secunda principalis cõclusio in hac materia sit.Quando lex disponit in certo casũ cũ ratione , tunc non debet attẽdi ratio,sed dispositio tantũ;si lex sit correctoria,siue exorbitans.glo.auth.ẽt. quas actiones. C.de sacros. eccles.gloss. Cle.auditor.verb Romana.de rescript. Quã conclusionẽ constituerunt Dominic.& Perusin. c. constitutio. de elect. in.6.Et est ratio,quia lex restringẽdo rationẽ ad certum casum, vel personam, videtur procedere per viam declarationis,ita vt dispositio & ratio tantũ in casu vel persona expressa locũ habeat. Imol. l.si ita quis.§.ea lege.col.fin. post princ. ſ.de verbor.obligation.Deci.cons.502. nu.5.Siluan.cõs.2.nu.53. Et ex ista secũda cõclusione infertur comprobatio ad tradita per Corne.cons.90.nu.13.libr.3. & Molinam lib.1.de primog.c.5.nu.37. quòd si testator vocat certas personas expressa ratione agnationis,nõ venient omnes agnati,sed tantũ agnati expressi; quasi ea ratio generalis ad personas expressas videatur limitata:quod & tradit Molina lib.1.de primoge.cap.5.nu. 19. Menoch.cons.347.num.34.lib.4.Infertur etiam comprobatio ad tradita per Felin.c.postulasti.nu.9.versi. limita primo.de rescript. q̃ licèt in dispẽsatione ratio sit expressa:tamẽ dispẽsatio non extẽdetur ad alios casus,quibus illa adaptari potest: quia cũ dispẽsatio sit particularis, si ad alios casus traheretur,magis diceretur extẽsio,quàm cõprehẽsio.† Extẽsio autẽ in dispẽsationibus non admit
104 mitur.cap.1.&.2. de filijs presbyt.in.6. quidquid cõtrariũ cũ magis cõmuni defendat Deci.c. at si clerici. §. de adulter. col.8.ad med.de iudic.Quã secundã cõclusionẽ ita cõprobatam limitabis procedere,quando fit extẽsio ad diuersam personam ab expressa: nam si fiat ad diuersum casum contingentẽ circa personam expressam , admittetur extẽsio ad prædictũ casum, etiam in materia correctoria glo.fin.authẽ. & non obseruato. C.de testa.tradit Imol.d §. de viro.nu. 16.& Alex.cons.171.num.3.lib.7.quidquid repugnet Aymon de antiquit. tẽpor.4.par.§.transeo nũc.num. 102. pag. 150.Et in hoc sensu recipi potest,q̃d tradit Paul.cons.441.col.pen.ad fin.libr.1. quòd in correctorijs nõ fit extẽsio ad diuersum casum in substantia: & tamẽ fit ad diuersum casum in qualitate,& non in substãtia :subscribit Hippolyt. Riminal.§.hoc quoq;.nu.27.Inst.per quas personas.Et faciũt in simili tradita per Claudiũ.l.si cũ dotẽ.in princ.nu.14. ſ.eo. Et facit,quia lex exorbitãs extẽditur ex similitudine rationis de vno casu ad aliũ, contingẽte tamẽ inter easdẽ personas. l.vnica.iũcta glo.verb.in liberos. in fin. C.de his qui ante apert.tabulas.&tamẽ in eodẽ casu non admittetur extẽsio ad aliam diuersam personã:glo.c.constitutionẽ verb. prorogamus. de regular. in.6.glo. c.quæ à iure.de regul.iur. in. 6. Imol.d.§.de viro.nu.18.Deniq; dispositio loquẽs in persona vera, regulariter non verificatur in ficta.l.fin.C.de interdict.matrimon.l.sed si hac. 10. §.patronum.ſ.de in ius vocãd.l.3.§. hæc verba.

ſ.de

ſ. de negoc.geſt. & tamẽ diſpoſitio loquens in caſu vero,extẽditur ad fictum contingẽtem inter eaſdẽ perſonas. l. at qui natura.20.§.fin.cum l.ſeq. ſ. de negoc.geſt.tradit Aretin.l.Gallus.§.quid ſi is.col.4. ad fin.Limita ſecundò prædictã ſecundam concluſionẽ principalem, vt nõ procedat,quãdo duo caſus ſunt æquiparati iure antiquo,nã tũc lex noua vnũ expreſsim corrigẽs,& alterũ æquiparatũ videtur tacitè corrigere.auth. de hæte. ab inteſt.§.ex his.colla.9.adiũcto.§.vnico.Inſt.de legit.patron. tutela.tradit gl. fin.l.ſi quis ſeruo.C.de furt. & Anton.c. fin.nu.58.verſ.fallit.6.de conſuet. & Dominic.c.1.nu.9.verſ.fallit.6.de tẽpor.ordin.lib.6.& receptã eſſe concluſionẽ aſſerit Ripa hîc nu.69.&l.2.nu.21.ſ. de lega.1. & ibi Alciat.num.20.Aymon.l.1. num.109.ſ.de lega.1.& de antiquit.tempor.par.4.in princ.nu.98.pag.145.Contrariũ tamẽ,imò neq; in prædictis terminis legẽ correctoriam eſſe extẽdendam, tenet Imol.d.§.de viro.nu.16.& nu.19. per auth.quas actiones.cũ glo.C. de ſacroſ.eccleſ.idẽ probat Cuman.l.2.nu.7. ſ.de leg.1. & ibi Ruin.à nu. 92. Anania conſ.27.nu.8.Iaſ.l. Marcellus.in princ.
105 n.28.ſ. ad Trebellian.† Pro concordia dicẽdum eſt,q; ſi in lege correctoria ratio non ſit expreſſa,nõ admittetur extẽſio ad caſum æquiparatum; quia potuit moueri legislator ex aliqua ratione,quæ in caſu æquiparato non militet: & regula de æquiparatis tunc locũ habet,quando in vtroq; eſt idẽtitas rationis:aliàs ſecus.glo.l.fin.in princ.verb.recuſante.ad fin.C.de bon.quæ liber.glo.c.1.verb.declaramus.ne clerici,vel monachi.libr. 6. tradit Roma.auth.ſimiliter.nu.101.verſ. ſed ad hoc reſpondetur.C.de ad.l.Falci. Si verò in lege correctoria ratio ſit expreſſa,quæ pariter locum habet in caſu æquiparato, procedet magis cõmunis opinio de qua ſupra: nã tunc caſus æquiparatus;ſaltẽ ex mẽte,videtur inclusus. auth.de hæred.ab inteſt.veniẽtibus.§. ex his.colla.9.ac ita locũ habet regula.l. nominis& rei.§.verbũ ex lege.ſ.de verb. ſignifi. explicat Rui.l.2.n.96.ſ.de leg.1. Quod verũ intelligas,quãdo caſus fuerũt æquiparati,quaſi eſſent eiuſdẽ rationis in ſpecie:nã ſi ex diuerſis rationibus duo æquiparẽtur quoad certũ effectũ, nõ procedet ſuprà dicta cõmunis traditio.Nã cũ tũc illæ rationes differãt ſpecie,&tantũ ſint ſimiles quoad certũ effectũ,nõ debet admitti extẽſio ex ſimilitudine rationis. Et hac ratione procedit auth.quas actiones.C.de ſacroſ. eccleſ. nã in.l.fin.eo.tit.fuerũt æquiparatæ eccleſia &ciuitas quoad illũ effectũ,ne aduerſus eas curreret præſcriptio, niſi cẽtẽnaria;ob diuerſas tamẽ rationes:nã vt cõſtat ex d.l.fin.in prin. eccleſiæ fuit illud priuilegiũ cõceſſum propter ius diuinũ,id eſt,fauore religionis: ciuitati autẽ propter ius publicũ: vnde quãuis d. auth.quas actiones.corrigat illud priuilegiũ in eccleſia,cõſtituẽs,q; illo nõ vtatur niſi Eccleſia Romana,& aduerſus alias eccleſias præſcribatur quadraginta annis,nõ ob id cẽſetur corrigere priuilegiũ ciuitatibus cõceſſum ob diuerſam rationẽ in ſpecie,quantũcunq; ſimilẽ ad prædictũ effectũ: & ideò etiã hodie aduerſus ciuitatẽ nõ præſcribetur niſi per cẽtũ annos, in illis tribus caſibus expreſsis in d.l.fin.† & ita gl.recepta.d. authẽt.
106 quas actiones.quã ita interpretatur, & ſaluat Paul.conſilio.441.col.peni.ad fin. lib.1.& cõſ.83.n.2.lib.2. ſubſcribit Alex. cõſ.89.n.10.lib.6.Crot.hîc.1.lect.n.47. Ripa nu.63.ad fin.Tiraq.l.ſi vnquã.verbo,libertis.n.45.ad fin.C.de reuoc. dona.Et ex his infertur annotatio ad tradita per Ruin.hîcà nu.21. dũ in hoc articulo diſtinguit,vtrũ duo ſint æquiparata per viã regulæ, & tũc lex corrigẽs in vno,cẽſetur in alio corrigere: aut ſunt æquiparata in caſu particulari, ſcilicèt quoad tẽpus præſcriptionis,& tunc procedat traditio glo.d.auth.quas actiones. nã hæc traditio falſa eſt, quia etſi æquipara-



paratio ſit facta in caſu particulari: ſi tamẽ in eodẽ caſu particulari lex corrigat in vno, videtur & in alio corrigere, vt colligitur ex glo.fin.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.Et ideò verior eſt reſpõſio,& reſolutio,de qua ſuprà.Et hæc ſatis in materia extẽſionis, & de hac prima quæſtione glo.Succedit igitur ſecũda quæſtio glo.hîc.verb.mariti.Si maritus, & ſocer teneantur ad dotis reſtitutionẽ, ſi vnus ex his efficiatur nõ ſoluẽdo,poſsit dos repeti,iuxta regulã noſtri tex? In qua quæſtione duo caſus conſiderãdi ſunt. Primuseſt,quãdo non tenẽtur tanquã duo rei,ſed quilibet pro parte ſua,iuxta regulẽ.l.reos.§.cũ in tabulis.ſ.de duobusreis. & in hoc caſu expeditũ eſt,q; ille,qui nõ eſt ſoluẽdo,cõueniri poteſt pro ſua parte ad dotis reſtitutionẽ;iuxta regulã huius tex.adiuncta regula l.quæ de tota.ſ. de reiuẽd.alter autẽ qui eſt ſoluẽdo, nõ poterit conueniri, quia infortuniũ alterius ei nocere nõ debuit.l.ſi vnus.§.ante omnia ſ. de pact. Et hunc caſum eſſe in dubitatũ dicit Corraſi.hîc nu.11.& Ripa.n52.quidquid cõtrariũ tentet Imol. hîc col.2.ante finẽ. quẽ meritò improbat Crot.hîc.2.lect.nu.85.ad fin. Eſt & ſecũdus caſus,quãdo maritus,& ſocer tenẽtur ad dotis reſtitutionẽ in ſolidũ,quaſi duo rei debẽdi,iuxta.l fin. C. de dote caut.ſecũdũ vnũ intellectũ: & in hoc ſecũdo caſu prima ſit cõcluſio: Si vxor velit cõuenire ad dotis reſtitutionẽ illum,
108 qui effectus eſt nõ ſoluẽdo , ſine dubio
107 poterit aduerſus eũ vti remedio huius legis:& ita Bart.hîc nu. 32. † & ſubſcribit Alex.nu.3.& aſſerit receptum Crot. hîc.1.lect.nu.39.& Ripa nu.52. Contrariũ tamẽ,imò q; prædictũ cõuenire non poſſunt per remediũ huius legis,poſt Petrũ & alios defendunt Iaſ.hîc à nu.42.& Corraſi.nu.11.Ruin.à nu.16.ea ratione; quia diuitiæ correi qui eſt ſoluẽdo, aggregari debent bonis illius, qui re vera nõ eſt ſoluẽdo: propter quarũ aggregationẽ ille quoque videtur eſſe ſoluẽdo; & ſic aduerſus neutrũ intẽtari poterit remediũ huius legis:allegãt.l.ſi plures. 28. §. præterea.2.adiũcta glo.verb.aggregãdę.ſ.de fideiuſſorib. Et quia remediũ huius legis inductũ fuit, ne dos eſſet in periculo amiſsionis: quæ ratio ceſſat, quando ex bonis correi poteſt eſſe conſultũ mulieri,& ideò debet ceſſare remediũ extraordinariũ huius legis. Sed his non obſtãtibus,nõ eſt recedẽdũ à magis cõmuni ſentẽtia.Neq; obſtant rationes in contrariũ adductæ,quia ad primã de authoritate glo.d.l.ſi plures.§. præterea.2. reſpõdet Ripa hîc nu.52. q; prædicta gl. loquitur, quãdo fideiuſſor dedit pro ſe aliũ fideiuſſorẽ:nã tunc propter diuitias ſui fideiuſſoris primus videtur ſoluẽdo, ita vt locũ habeat beneficiũ diuiſionis ex epiſtola diui Hadriani. Et aliud eſt dicẽdũ in fideiuſſore rei principalis; neq; enim diuitiæ fideiuſſoris, faciũt principalẽ videri ſoluẽdo.auth.præſente.C.de fideiuſſor. Ergo idẽ dicẽdũ eſt in duobus reis:neq; enim diuitiæ vnius,facient alterũ correũ videri ſoluẽdo. authẽ.hoc ita.C.de duob.reis. Quæ tamẽ reſponſio nõ videtur tuta:nã imò diuitiæ fideiuſſoris,faciũt reũ principalẽ videri eſſe ſoluẽdo:nã videmus, q; quis detruditur in carcerẽ, ſinõ eſt idoneus ad ſoluẽdũ.l. 1.C.qui bonis cede.nõ poſſunt.& tamẽ ſi habet fideiuſſorẽ, detrudi non poteſt in carcerẽ: † quia propter diuitias fideiuſſoris videtur eſſe idoneus ad ſoluendũ,iuxta doctrinã glo.d.§.præterea.2.& ita Roman.conſ.320.nu.2.& Hippolyt. ſing.3.Itẽ adduco tex.l.licitatio.§.debitores.ſ.de publican. vbi cẽſetur idoneus & ſoluẽdo,qui dat fideiuſſores idoneos. Idẽ probat.l.2.C.quo quiſq; ordine. lib. 11.Vnde dicit Bar.l.1.nu.3. ſ.de cuſtod. reorũ,quòd qui dat fideiuſſores,videtur pro tũc eſſe ſoluẽdo. Præterea adduco dictum Pauli.l.iubemus.column.2 poſt principiũ. C.ad Velleianum. qui tenet, quòd licèt renuntiatio hypothecæ facta per vxorem non ſubſiſtat, ſi mari-

tus non sit soluendo. authentic. siue à me. C. ad Velleianum. tamen valebit si per fideiussores datos per maritum, mulier possit esse secura de restitutione dotis: extollit Palacius repetitio. rubric. §. 17. num. 20. Et idem si maritus habeat correum, à quo dos recuperari possit, vt tradit Afflictis decisione 312. Ergo non est verum, quod Ripa præsupponit, diuitias fideiussoris non videri facere, quòd reus principalis videatur esse soluendo. Et ideò verius respondendum est, traditionem glos. dict. §. præterea. 2. regulariter veram esse: limitari tamen, vt diuitiæ fideiussoris non videantur facere reum principalem esse soluendo, quoad impediendum agere aduersus fideiussorem, si principalis re vera sit inops: vt probatur authentic. præsente. C. de fideiussorib. & idem in duobus reis. authentic. hoc ita. C. de duobus reis. Et est ratio, quia creditor ea mente accipit fideiussorem, vt si principalis nõ sit soluendo, possit debitum recuperare à fideiussore. Contra intentionem igitur partium fieret, si hoc casu propter diuitias fideiussoris videretur principalis esse soluendo, & sic creditor impediretur agere aduersus fideiussorem. Et pari ratione, cùm accipiendo fideiussorem, vel correum, creditor velit, vt possit recuperare suum debitum à reo, eo prætextu quòd vergit ad inopiam, diuitiæ fideiussoris non possunt facere, vt ille videatur esse soluendo, & non vergere ad inopiam: & sic
109 cessat argumentum. † Non obstat secunda ratio, quia respondeo, quòd remedium huius legis non tantùm tribuit, vt mulier sit secura de dote, sed vt habeat illius administrationem, & ex eius fructibus se & familiam alat. l. vbi adhuc. 29. ad finem. C. de iure dotium. Quanuis igitur propter diuitias correi videatur esse secura de dote: tamen cùm adhuc careat prædictis vtilitatibus, hoc beneficium aduersus correum inopem concedendũ est, vt aduertit Paulus dict. l. si plures. §. præterea. 2. in fine. ff. de fideiussoribus. Item respondetur, quòd datio fideiussoris, vel correi, non debet excludere mulierem à remedio, etiam extraordinario, aliàs sibi competente: quia cùm datio fideiussoris fiat ad vtilitatem, & securitatem mulieris, non debet contrarium effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. Bonus text. l. causam §. puellam. ff. de manumissio. Vnde receptum est, quòd remedium extraordinarium authentic. res quæ. C. communia de legatis. non cessat propter dationem fideiussoris. Romanus singular. 252. Paulus consilio. 15. num. 2. libro. 1. & Iason dict. authentic. res quæ. numero. 32. in. 15. ampliatione. & sic communis opinio videtur verior. Secunda principalis conclusio in hoc articulo sit: Si mulier velit conuenire reum, qui est soluendo, propter illum, qui effectus fuit non soluendo, non poterit id facere: quia tunc non conueniunt verba huius textus, cùm qui conuenitur sit soluendo: & quia regula est, quòd correi factum regulariter alteri correo non nocet. l. mora. 32. §. penultim. ff. de vsuris. l. in condemnatione. 134. §. vnicuique. ff. de regulis iuris. & ita esse receptum resoluunt Alexander hîc numero. 3. ad finem. Iason à numero. 39. Ripa numero. 54. Palacius repetitione cap. per vestras. §. 32. columna. 2. ad finem. pagina. 166. Contrariam tamen opinionem, imò correum qui est soluendo, conueniri posse propter alterum correum qui non sit soluendo, tenet Bartolus hîc numero. 33. allegat authentic. hoc ita. C. de duobus reis. vbi inopia correi nocet correo, ita vt ei non competat beneficium diuisionis per illam authenticam reis concessum: allegat etiam. l. 2. §. item si in facto. ff. de verbor.



verborum obligationibus. & defendũt
110 Claudius hîc numero. 6. † & Crotus. 1. lectura. numero. 44. ea ratione, quia correus obligauit se dotem restituere, casu quo peti posset per mulierem: sed propter inopiam rei, etiam constante matrimonio potest dos peti, iuxta hunc textum: ergo propter suam conuentionem poterit conueniri. Sed his non obstantibus, non est recedendum à magis communi sententia. Neque obstant rationes contrariẹ opinionis: nam
111 ad primam respondetur, quòd propter inopiam correi, amittit alius correus beneficium diuisionis: quod ei competit iure speciali: quod ius specia'e faciliùs tollitur. l. eius militis. §. militia missus. ff. de militari testamento. Inde igitur inferri non potest, quòd etiam amittat ius commune, quod concedit, quem conueniri non posse, nisi post solutum matrimonium: & ita Paulus hîc numero. 8. Alexander num. 3. ad finem. Iason numero. 40. & Crotus. 2. lectura numero. 85. Corrasius numero. 11. Campesius de dote. 3. parte. quæstione. 28. Sed non placet, cùm in contrarium sit regula. l. mora. 32. §. penultimo. ff. de vsuris. Et ideò melius respondetur, quòd vbi duo rei sunt obligati in solidum, ex natura obligationis, quilibet in solidum conueniri potest. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. Et quanuis per dictam authenticam hoc ita. nouiter beneficium diuisionis eis concessum fuerit, non tamen fuit simpliciter concessum, sed sub conditione, Si vterque esset soluendo. Si igitur alter non sit soluendo, meritò alter conuenitur in solidum, iuxta naturam propriæ obligationis: non quidẽ ex eo quòd inopia correi ei noceat, sed potiùs quia fecit deficere conditionem, sub qua prædictum beneficium concessum fuit. Vnde eo sublato, iuxta propriam naturam obligationis in solidum poterit conueniri. Inde igitur inferri non potest ad nostrum casum, in quo correi non obligarunt se ad dotis restitutionem, nisi post solutum matrimonium. Inopia igitur alterius non debet ei nocere, ita vt conueniri possit constante matrimonio, aduersus naturam, & modum suæ obligationis. Non obstat secundum de. l. 2. §. item si in facto. ff. de verborum obligationibus. quia ibi agitur de obligatione indiuidua, in qua factum vnius alteri nocet, etiamsi
111 correi non sint, propter rationem ibi expressam: † nos autem agimus de obligatione restituendi dotem, quæ ex se est diuidua, saltem quoad obligationẽ. l. si duo. §. de positi. Bartolus. l. stipulationes non diuiduntur. numero. 9. ff. de verborum obligationib. & ideò tunc etiam in correis debet obseruari regula. l. mora. 32. §. penultimo. §. de vsuris. Non obstat tertia ratio, quia respondetur, quòd correus obligauit se ad dotis restitutionem, quando peti posset à se, vt quia ipse efficeretur non soluendo: non autem quando posset peri à correo: quia cùm tunc ius eum non obliget ad restitutionem, neque potest videri se in eum casum obligasse. l. si duo. ff. de acquirend. hæredita Inueniotamen, quòd Paulus hîc num. 8. concordat opiniones hoc modo, quòd aut ille, qui sustinet onera matrimonij, efficitur non soluendo, & tunc is conueniri potest ad dotis restitutionem, quanuis alter correus sit soluendo, vt dictum est in prima conclusione: & si eius bona non sufficiãt, tunc pro eo quod deest, in alterius bonis fiet exequutio: aut ille qui sustinet onera matrimonij est soluendo, & alter correus efficitur non soluendo, & non est petenda dos ab isto, qui sustinet onera matrimonij: quia satis cautum est mulieri per diuitias illius, qui sustinet onera matrimonij, quoad omnia. Consonat concordia, quam sentit Cumanus hîc numero. 13. & latiùs explicat Baldus Nouellus numero. 20.

quòd si efficiatur non soluendo ille, à quo mulier debet habere alimẽta, tunc ad alium correum potest recursum habere, ne aliàs interim dotis fructibus careat: si autem efficiatur non soluendo ille, à quo mulier alimenta non percepit, tunc si sit diues ille, à quo alimenta percipit, non possit ab eo dotem repetere: & procedat magis communis sententia. Sed Alexand. hîc num. 3. asserit hoc secundum membrum concordiæ esse contra mentem magis communis sententiæ: & ideò verius videtur, quòd indistinctè non possit reus conueniri propter inopiam alterius: & ad rationẽ Pauli respondetur, quòd quæstio proponitur in socero, & filio, qui tanquam duo rei obligantur ad dotis restitutionem: in quibus terminis etiamsi ille, qui sustinet onera, efficiatur non soluendo: tamen satis est consultum mulieri, etiam quoad alimenta:† quia vel à viro
112 diuite, vel à socero posset ille alimenta habere, si alter esset inops. l. si quis à liberis. §. non tantùm. iuncta gloss. verbo, cætera. ʃ. de liberis agnoscendis. & aduertit Ripa hîc num. 54. ad finem. & Iason num. 47. Quare si pro dote essent obligati maritus, & extraneus, & maritus efficeretur non soluendo, tunc à correo posset dotem petere; quia aliàs non esset sibi consultum de alimentis: & in
113 his terminis procedat opinio Pauli, vt hîc tradit Ruinus num. 20. Sed non placet, quia alimenta non sunt in consideratione, nisi postquam dos restituta fuerit constante matrimonio: nam exinde debet deseruire oneribus matrimonij. Si autem dos non sit restituenda, cessat prædicta consideratio alimentorum, & satis est mulieri esse cautum de dote ex diuitijs alterius correi. Vnde & contra id quod sentit Paulus suprà citatus, quòd si ille, qui sustinet onera matrimonij non est soluẽdo, id quod deest, possit peti ab altero correo, verum non videtur: nam qua ratione totam dotem à correo repetere non potest, neq; etiam partem. l. quæ de tota. ʃ. de reiuendicatione. neque propter inopiam correi ferendum est, quòd correus diues possit conueniri propter inopiam alterius, antequam veniat tempus, quo se obligauit ad restituendum: & aduertit Ruinus hîc numero. 20. Vltima conclusio sit: Si prædicti non solùm sint duo rei, sed etiam socij, tunc propter inopiam vnius alter conueniri posset: quia quando correi sunt socij, tunc factum vnius, siue inopia, alteri nocet. l. penultima. secundùm communem intellectum. ʃ. de duobus reis. tradit Bartolus. l. ex duobus. num. 34. eodem titulo. & receptam esse opinionem asserit Ruinus consilio. 92. num. 2. libro. 1. ergo & inopia correi, alteri correo & socio nocebit, vt ipse conueniri possit propter inopiam alterius, quantumcunque diues sit: & ita Bartolus hîc numero. 32. cuius opinio communiter recipitur, vt asserit Crotus. 1. lectura. numero. 42. & probat Alexander hîc numero. 3. ad finem. Campesius de dote. 3. parte. quæstione. 28. Palacius repetitio. cap. per vestras. §. 32. in principio. & columna. 2. ad finem. pagina 166. Contrarium tamen tenet Paulus hîc numero. 8. & tenebant etiam Vltra-
113 montani,† quorum opinionem defendunt Iason hîc à numero. 45. Ripa num. 56. moti ex doctrina glossæ. l. si plures. 28. §. præterea. 2. ʃ. de fideiussoribus. Secundò, quia factum correi socij, nocet quidem correo socio, quoad nondum quæsita. authentic. hoc ita. C. de duobus reis. non autem quoad iam quęsita. l. si vnus. in principio. ʃ. de pact. Tertiò, quia factum correi nunquam nocet correo socio, quominus ex propria persona se tueri non possit. l. final. C. de fideiussorib. Bart. l. ex duobus. num. 17. ʃ. de duobus reis. ergo proprias diuitias obijcere potest, ne constante matrimonio, pro dotis restitutione conueniatur. Neq;



Neque obstat, quòd socio reo cõdẽnato in consequentiam præiudicatur alteri correo consocio. l. si quis vni. 14. & ibi Bart. ʃ. rem ratam haberi. quia respondetur, quòd eo casu nõ nocet ei quasi reo, sed quasi socio: cui cum socio commodum & incommodum est commune, vt aduertit Deci. l. in condemnatione. §. vnicuique. nu. 1. ʃ. de regul. iuris. Quæ opinio mihi verior videtur, quia diuitiæ socij rei magis debent prodesse correo inopi, quam è contra eius inopia debeat ei nocere: argum. l. si is qui duos. & quod ibi Bartol. in fin. ʃ. de liberat. legata. Neque obstat fundamentum Communis de. l. pen. ʃ. de duobus reis. quia est aduertendum, quòd aduersus illum text. ex diametro obstat. l. mora. 32. §. pen. ʃ. de vsuris. Pro concordia gloss. d. l. pen. varias assignat responsiones. Prima est, ꝙ d. l. pen. procedat in correis socijs. & d. l. mora. §. pen. in correis nõ socijs. Quę cõcordia, licet cõmuniter recepta sit, tamẽ apertam continet diuinationem: cùm d. l. pen. generaliter loquatur de correis. Secundo igitur loco gloss. dict. l. penul. concordat, quòd factum affirmatiuum correi, indistinctè nocet correo, dict. l. pen. & l. final. C. de duobus reis. sed nõ factum correi, id est, eius mora, & negligentia, alteri correo non nocet. dict. l. mora. §. penult. † Quam concordiam
114 probat Aretinus dict. l. penul. Deci. l. in condemnatione. §. vnicuique. num. 2. & ibi Cagnol. ʃ. de regulis iuris. Socin. l. 4. §. Cato. num. 23. & ibi Ias. num. 33. & Galeaul. num. 56. ʃ. de verbor. obligatio. Sed neque hæc concordia placet; quia nulla probabili ratione differẽtiæ nititur, vt aduertit Cagnol. d. §. vnicuique. num. 2. Et ideò verior concordia est, ꝙ quãdo duo rei promiserũt Stichũ; quia tunc quilibet tenetur in solidũ ad illius præstationẽ. glo. l. nemo. verb. promitti. ʃ. de duob. reis. si vnus ex correis fecit, quominus præstari possit, necessariò alteri correo præiudicat, in eo sensu, quòd cùm in electione sit creditoris quem cõueniat. l. 2. C. de duob. reis. si eligat petere Stichum ab eo, qui non impediuit Stichi præstationem, in effectu factum correi ei nocet, quia propter illius factũ condemnatur ad præstationẽ Stichi, vel æstimationis eius. l. vbi autẽ. §. fi. ʃ. de verbor. obligatio. Neq; per hoc videtur ei facta iniuria; cùm conueniatur ad id, ad quod se obligauit: & si illud præstare non potest, etiam propter factum alterius, nihilominus tenebitur, & aduersus illũ habebit recursum. l. inde Neratius. §. 1. ʃ. ad leg. Aquil. l. 2. §. ex his. &. §. item si in facto. ʃ. de verbor. obligatio. Roma. cons. 462. num. 3. Et hac ratione procedit d. l. pen. ʃ. de duob. reis. Sed si propter moram alterius velis conuenire correũ ad vsuras, quas non promisit, procedet d. l. mora. §. pen. ʃ. de vsuris. quia tunc propter moram vel factum alterius, vis eum obligare vltra terminos suæ promissionis: quod iuris rationes non patiuntur: vt in materia probat. l. centum Capuæ. ʃ. de eo quod certo loco. & ita in effectu Carol. tracta. de indiuiduis. 3. par. num. 126. & eo non relato Ronchegallus d. l. pen. num. 1. ʃ. de duob. reis. Iuxta quam concordiam dicendum est, quòd propter inopiam vnius correi, alter correus etiam socius non poterit conueniri propter inopiam alterius, quia in effectu est obligare eum vltra id ad quod erat obligatus, scilicèt, ad restituendam dotem ante solutum matrimoniũ, cùm ipse tantùm se obligauerit ad restituendum soluto matrimonio: vel etiam eo constante, si ex sua persona ad inopiam redigeretur: nam & fideiussor non tenetur propter moram principalis, vltra id ad quod se obligauit. l. final. ʃ. de fideiussoribus. glossa. l. 3. ʃ. qui satisdare cogantur. Roman. consil. 270. ad finem. † Item ex eadem colligitur, ꝙ
115 reus propter moram alterius tenebitur quidem ad æstimationem circa rem, quia illud non est extẽdere obligationẽ, sed

sed æstimare id quod continetur in obligatione.l.centũ Capuæ.§. de eo qd̃ certo loco, sed ad interesse extrinsecũ,vel quanti plurimi,non tenebitur,quia hoc est augere obligationem: vt in simili tradit gloss.d.l.3.§. qui satisdar. cogantur. & in specie Carol.tractat.de indiuid. 3. part.num.126. Denique colligitur intellectus ad leg.fin.C.de duobus reis. nam ideò ibi interruptio facta quoad vnum ex correis, alijs nocet, quia hoc non est augere obligationem, sed illam conseruare.Illud certum est,quod si plures tenentur ad præstationem eiusdem rei ex diuersis causis & obligationibus, ita vt non sint duo rei, quòd tunc factum vnius,alteri non nocet, iuxta regulam.l. non debet alteri. ℣.de regulis iuris.& in specie Bartolus hîc num.33. Baldus Nouellus num.19.Palac. repetitio.cap. per vestras.§.32. num.1. pagina.166.notabiliter Carol. de indiuiduis.3.parte. nu. 124.quidquid post Imolam reluctetur Crot.hîc.1.lectura.num.45. Et est ratio differentiæ,quia inter reos vna est obligatio, licèt plures sint actiones propter diuersitatem personarum.l.3.§.final. ℣. de duobus reis.notabiliter Carol.de indiuiduis.3.parte.num.116. & ideò est, quod huic imputetur, qui voluit participare de obligatione alterius:quæ ratio cessat in illis qui non sunt correi. Barto. hîc num.33. Et tenebis mente,quòd in regno Portugaliæ est lex.46.§.final. lib. 4.Ordinationũ.quæ disponit,in eo regno correis non competere priuilegium authenti.hoc ita. C.de duobus reis.Sed creditorem posse quem velit in solidum cõuenire,vt erat iure antiquo.l. 2.C.de duobus reis. Quinimò constituit,quòd si fideiussor obligauit se tanquam principalem, poterit tanquam talis conueniri,† non excusso principali, neque ob-
115 seruata dispositione authent. præsente. C.de fideiussorib. Quod licèt etiam in terminis iuris communis tenuerit Hippolytus in rubric.℣.de fideiussorib.à nu. 62.Boeri.decisio.221.num.13. Gutierr. de iuramento confirmator.1.parte.cap. 23.num.11.tamen magis communis opinio tenebat contrarium, imò quod adhuc fideiussori prędicto modo se obliganti competebat beneficium d.authẽ. præsente.gloss.auth.de fideiussorib.verbo,fideiussorem.ad finem.colla.1.& resoluit Angel.§.si plures.num.final.Insti. de fideiussorib. Syluan.consil. 24.ad finem.Nisi animo nouandi fideiussor se obligauerit,tanquam principalem.Alexand.consil.29.à num.35.lib.7.Dueñas regula. 335.in. 5. limitatione. Vel sit expressum,quòd conueniatur non excusso principali. Aymon consil.272.numer.3. Vlteriùs gloss hîc verbo, mariti, quærit,vtrùm si filia nolit dotẽ repetere, pater ad hoc admittatur? de quo iam dictum est suprà. Quærit etiam,vtrùm, si extraneus paciscatur, dotem sibi reddi soluto matrimonio,iuxta.l. vnicam.§.accedit.C.de rei vxor.actio.in terminis huius text.dos sit restituenda illi extraneo, vel mulieri? de qua quæstione etiam suprà dictum est. Vltimo igitur loco quærit,si dos data sit extraneo, & ille vergat ad inopiam, vtrùm vxor aduersus eum possit vti remedio huius legis? Et concludit posse: quia eadem militat ratio: subscribit Bart.hîc num.37.& num.45. Alexander numero. 4. ad finem. & alij communiter, vt asserit Claudius num. 8. Tu aduerte,hanc quæstionem gloss. duobus modis accipi posse. Primò, vtrùm si dos sit tradita extraneo, & ille vergat ad inopiam, possit dos repeti per mulierem, si ille efficiatur non soluendo? Et si hoc modo accipiatur gloss. vera est, & communiter recepta, vt suprà diximus, & asserit Palatius repetition. cap. per vestras. §.30. pagina. 165. Et pro ea facit æquiparatio l.vnicæ.§.& vt plenius. C. de rei vxoriæ actione. vt hîc aduertit Crotus 1. lectura. nnumero. 46. Et est vera conclusio,quidquid reluctetur Corrasi.

hîc



hîc num.11.ad finem. quo casu mulieri quidem competet actio dotis,& hypothecaria ad repetendam dotem: sed maritus implorato officio iudicis ob-
117 tinebit, eam sibi tradi,† iuxta regulam l.si is qui.§.1.s̃.de iure dotiũ.& explicat Bart.hîc nu.61.cõmuniter receptus.Neque audiendus est Cuman. hîc ad finẽ. dum dicit hoc procedere,quãdo extraneus,qui accepit dotẽ,tenebatur onera matrimonij sustinere:aliàs propter inopiam non est ei auferenda dos, sed aduersus eum vtendum est remedio. l. in omnibus.41.s̃.de iudic.subscribit Bald. Nouellus hîc nu 34.nam contrariũ verius est,quoniã pro securitate dotis poterit mulier vti remedio huius legis, & nõ cõfidere in fragili remedio cautionis.l. qui ita.66.§.1.℣.ad Trebel.Secundo modo potest intelligi hæc glo. quòd si tertius recipit dotem, & non ipse, sed maritus vergit ad inopiam, propter inopiã mariti mulier poterit repetere dotẽ ab illo tertio. Et hunc intellectum probat Cuman.hîc ad finẽ.& Nouellus nu.34. & videtur pro eo tex.§.1.℣.hac. l.secundùm intellectum Rogerij. Sed non videtur verum,quia si is,qui recepit dotẽ, est diues, & maritus nõ est obligatus ad dotis restitutionẽ, non video quid inopia eius debeat facere, quatenus pertinet ad dotis restitutionem, vt cõsiderat gloss.§.1.℣.hac.l.Neque repugnat d.§.1. ℣.hac.l.quia ibi socer,qui recepit dotem, decesserat,& ideò hæredes eius tenebãtur dotem restituere.l. si filia.§ 1.s̃.famil.erciscund. & tantùm erat dubitatio, vtrùm mulieri, vel marito dos esset restituenda,vt ibi dicemus: nos autem loquimur, qũando non euenit casus, quo dos esset restituenda. Neque placet concordia Baldi Nouelli hîc num. 34. quòd aut extraneus ille qui dotem recepit, sustinebat onera matrimonij: & tunc si diues sit, propter inopiam mariti non sit auferenda dos: si autem maritus sustinebat onera matrimonij, & efficitur non soluendo, tunc dos possit repeti per mulierem, vt ex ea dotis oneribus satisfiat, iuxta dictam.l.vbi adhuc. ad finem. C. de iure dotium. †
118 neque enim hoc secundum membrũ distinctionis est verum.Quia aut intelligis, dotem ita esse apud tertium, vt illius fructus non deseruirent oneribus matrimonij, sed maritus ex suo teneretur onera subire: & hæc conuentio erat inualida.l. 4. s̃. de pactis dotalibus. aut quòd dos ita erat apud tertium, vt fructus darentur marito, vt ex illis sustineret onera matrimonij, iuxta cap. per vestras. ad finem, de donationibus inter virum & vxorem. & tunc inopia mariti non debet efficere, vt dos à tertio repetatur, sed potiùs quòd fructus vxori reddantur, vt ex illis ea sustineat onera matrimonij, iuxta.l. vbi adhuc. ad finem. C. de iure dotium. Vltimo loco superest ea pertractanda quæstio, vtrùm bona minoris dotem recipientis, sint tacitè hypothecata pro dote, iuxta l. vnicam. §. & vt plenius. C.de rei vxoriæ actione. ita vt si posteà maritus minor efficiatur non soluendo,possit mulier vti hypothecaria, iuxta terminos l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. Quam quæstionem tractat Bartolus hîc à numero. 74. & concludit in ea, minoris bona non videri tacitè hypothecata pro dotis restitutione,nisi accedat iudicis decretum. Mouetur, quia. l. 1. ℣. de rebus eorum. probat, minoris bona non posse hypothecari sine decreto iudicis: quæ prohibitio etiam locum sibi vendicat in pypotheca inducta per dispositionem legis absque hominis conuentione. Quod triplici ratione cõprobat: prima quia vbi quis accepit dotem, lex cõstituit vt ex eius bonis donatio eiusdem quantitatis videatur data. authentic. dos data. secundùm intellectum Azon. C.de donat.ante nupt. & tamẽ si acci-

accipiẽs dotẽ fuerit minor,prædicta do-
natio non videtur constituta,nisi inter-
ueniat decretum prætoris.l.lex quæ tu-
tores.post princ.C.de administra tutor.
119 l.prædia.C.de præd.minorum.† Secun-
dò probat, quia tacita hypotheca pari-
ter inducitur ex parte mulieris,& ex par
te mariti.l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei
vxor.actio. Et tamẽ certum est,quòd ex
parte mulieris minoris non inducitur
hypotheca, nisi interueniat decretum.
l.Titia.63.adiuncta gloss.2.ʒ.de iure do-
tium.Ergo idẽ dicẽdum est ex parte ma
riti minoris.Tertiò inducit.l. fin. C. de
legit.tutel.vbi text.probat, q; si iuris ra-
tiones paterẽtur,minorẽ vigintiquinq;
annis esse tutorẽ alterius:non tamẽ eius
bona essent tacitè hypothecata pro ad-
ministratione tutelæ, quantumcunq;
ea hypotheca ex dispositione legis in tu
toribus inducatur.l.pro officio.C.de ad
min.tutor. Et ita his rationibus eandẽ
conclusionẽ probat Bart.disput. 7.à nu.
16.&.l.itẽ quia.ʒ.de pact.Roman. cons.
214.& defendit Crot.hîc.2.lect.à num.
143.& tanquam receptam opinionem
probat Socin.consil.80.nu.6.lib.4. Grã-
mat.decisio.103.nu.17.Menoch.de adi
piscẽd.posses.3.remedio.num.81.His ta
mẽ non obstantibus,verius & receptius
est,bona minoris cẽseri tacitè hypothe-
cata ex dispositione legis pro dotis resti
tutione,etiamsi decretum iudicis non
interuenerit: & ita asserunt Lancelot.
Deci.hîc col.7.ad finẽ.Iason num. 210.
Claud.num.63.Corne.consil.254. nu.
7.lib.1.& consil.282.num.57. eo.libr.1.
Curt.Iunior cons.168.num.20. Ruinus
consil.61.num.4.lib.3.Palac.repe.c. per
vestras.§.26. pagin.161.Negus.de pign.
4.mẽb.2.partis.num.73.& alij relati per
Tiraq.post ll.connubiales.gloss.8.num.
189.Nouellus de dote.6.part.priuil. 58.
num. 2. notab. Octauian. Simoncellus
de decretis.lib.2.tit.5.inspectione.1.à n.
2. Quibus ad de Bald.l.1.§. fin.ʒ. de reb.
eorũ.Benedictũ de Plumbino.l.si roga-
120 tus.n.2.ʒ. de manum.vindict.† Pro qua
sentẽtia videtur esse text. l.2.ʒ.de rebus
eorum.vbi fiscus vẽdidit rẽ minori, & il-
lam eitradidit,nõ soluto pretio,&inquit
Iurecons.rẽ hanc videri hypothecatam
fisco,etiamsi decretum non interuenerit:nam cùm ex dispositione legis, bo-
na contrahẽtis cum fisco, sint tacitè fis-
co hypothecata.l.2.C.in quib.causis pi-
gnus.in hac tacita hypotheca legali de-
cretum non est necessariũ,vt est de mẽ-
te gloss.pen.d.l.2.ʒ.de rebus eorum. &
latiùs deducit Crot.hîc.1.lect. nu. 100.
ergo clarè probat in hypotheca indu-
cta per dispositionem legis,decretum iu-
dicis non esse necessarium: ad quod il-
lum text.extollunt relati per Tiraquell.
post.ll.connubiales.glo.8.nu.191. Neq;
huic inductioni satisfacit responsio Bar.
hîc num.77.explicata per Iasonem hîc
num.212.& melius perFulgos.l itẽ quia.
num.3.ad finẽ.ʒ. de pactis. & ibi Ias.nu.
20.ad finẽ.quòd d.l.2.ʒ.de rebus eorum.
probat,bona minoris fisco esse hypothe
cata, etsi decretum non interuenerit;
quia scilicèt à principio fuerunt fisci,&
pacto adhibito in continẽti cautũ fuit,
vt illa essent fisco hypothecata, donec
pretiũ solueretur: huiusmodi enim bo-
na meritò fisco censentur hypothecata
absq; decreto,quia fuerunt acquisita mi
nori,prædicto onere affecta;& sic sentit
Iureconsult.à contrario sensu,quòd bo-
na quæ àprincipio fuerunt minoris,nul
lo tali onere affecta,quòd hæc non erũt
tacitè hypothecata fisco,nisi decretum
interueniat.Nam aduersus hanc respon
sionem replicabitur,quòd.l.1.§. final.ʒ.
de rebus eorum. probat ,prædicta bona
minorum,etiam illo onere affecta, non
cẽseri validè hypothecata priuatis perso
nis,nisi decretum interueniat, propter
rationẽ ibi expressam : vnde pariter in
specie.l.2.ʒ.de rebus eorum.† valere non
debuit hypotheca absque decreto,non
obstante pacto in continẽti apposito.Si
ergo nihilominus valet,apertè constat,
ideò



ideò valere,quia agitur de hypotheca in-
ducta per legem. Quæ ratio euincit,idẽ
quoq; esse admittẽdum in quibuscumq;
alijs bonis minoris.Minus etiam satisfacit
responsio Iason.hîc nu.213.quam sibi ar-
rogat Ruin.ad finem,quòd in.d.l. 2. tan-
tùm res vendita cum prædicto pacto, cẽ-
121 setur fisco hypothecata,† cum tamẽ alio-
rum contrahẽtium cum fisco, omnia bo-
na fisco hypothecata cẽseantur.l.2. C.in
quibus causis pignus. & ante eos Bene-
dict.de Plumbino.l. si rogatus nu. 2.ʒ. de
manumiss.vindicta, quia replicabitur,Iu-
re cons. d.l.2.ʒ. de rebus eorum, ideò fe-
cisse mentionem de eo fundo, qui cum
prædicto pacto fuit hypothecatus, quia
de eo proposita fuerat dubitatio. Sed ra-
tio quæ suadet,fundum illum eo casu es-
se hypothecatum sine decreto, eadem
euincit, & alia bona minoris censeri fisco
hypothecata,iuxta regulam dict.l.2.C.in
quibus causis pignus. & ita securè Men-
chaca de successio creatione.§.10.nu.72.
post princ. Minus etiam satisfacit respon
sio Crot.hîc.2.lect.nu. 144. quòd hypo-
theca legis censetur præcessisse .l. Iulia-
nus noster.85.in fine.ʒ.de conditio.& de
monst.& sic constitisse,antequam domi-
nium esset minoris, & hac ratione subsi-
stit. Sed hæc responsio falsa est:nam cum
res illa vendita esset fisci, si hypotheca
censeretur præcedere dominij trãslatio-
nem, vtiq; non subsisteret, quia res pro-
pria fisci non potuit ei esse hypothecata.
l.neq; pignus.ʒ.de regul.iuris. Ergo dicẽ-
dum est,quòd incepit, postquam domi-
nium fuit translatum in minorem, vt ad-
uertit Alex.hîc nu.29.ad finem, & prius
Bald.l.item quia. nu. 4.versi. neq; potest.
ʒ.de pactis.Et pro hoc expendo.l.1.§.fin.
ʒ.de reb.eorum.vbi text.probat, quòd si
res sit vendita minori,apposito pacto, q;
illa res esset hypothecata venditori, do-
nec pretium solueretur: propter hoc pa-
ctum censetur tradita minori, vt ibi no-
tat glos. pen. ad finem.Octauius Simon-
cellus de decret.lib.2.tit.6. inspect.1.nu.
4.versi.3.adducitur. Et est ratio, quia vt
pignus consistat,presupponitur dominiũ
esse alterius,ac proinde inducitur tacita
traditio,per quam dominium transferatur,vt sic pignus possit consistere, vt de-
clarat Faber.§.interdum num. 1.in fine.
122 Instit.de rerum diuisio.† Iason.l. traditio
nibus.num.7.C.de pactis, & Anton. Go-
mez.l.Tauri.45.num.63.ad finem. Ergo
apertè colligitur, quòd pignus nõ potest
consistere, neq; considerari, antequam
dominium à fisco sit translatum in mino
rem.Deniq; non satisfacit responsio Me-
noch.de adipiscend.possessio.3.remedio,
nu.81. quòd ideò ibi bona minoris fisco
obligantur, quia id ita expressè illo casu
cautum fuit: sed extra illum casum nun-
quam bona minoris censebuntur hypo-
thecata,etiam ex dispositione legis, nisi
quando de bonis minoris facta fuerit ex-
pressa mentio: quam solutionem etiam
repetit nu.75.Quia replicabitur Iurecõs.
d.l.2.ʒ. de rebus eorum.dicere,nullam es-
se dubitationem, hypothecam eo casu
subsistere.In qua securitate præsupponit,
semper bona minoris videri tacitè hypo-
thecata fisco, quia agitur de hypotheca
legali,vt suprà diximus. Et vt melius per-
cipias mentem d.l. 2.ʒ. de rebus eorum.
debes aduertere,quòd in d.l.1.§.fina.ʒ.de
reb.eorum dictum fuerat,quòd si per pri
uatum res fuit vendita minori cum pa-
cto, vt res esset hypotheca venditori,
donec pretium solueretur, quòd tamen
hypotheca illa non subsistet,si decretum
non interuenit.Et est ratio,quia vt suprà
diximus,pactum illud tacitè transfert do
minium in minorem, cum aliàs res illa
venditori validè non potuerit esse hypo-
thecata.Cùm igitur præsupponat,domi-
nium prius esse translatum, & posteà se-
qui hypothecam venditoris, locum ha-
bet ratio expressa ibidem,vt aduertit Mu
deus.l.fistulas.§.1.nu.4.ʒ.de cõtrah.emp-
tione. Quæ quidem decisio magnas pati
tur difficultates.Prima est,quia cũ res fue
rit vendita, & tacitè tradita cũ prædicto
pacto,

pacto, vel hypotheca,debuit subsistere, tanquam pars cõtractus.l. fundi partem, ſ.de contrahen.emptio.vel à tota venditione debuit discedi:iuxta regulam.l. cũ quæritur.ſ.de admi.tuto.&.l.ſi quis aliã.ſ. de ſolutio.Et quia cũ illa obligatio hypothecæ,dominij acquiſitioni inhæſerit, debuit valere,& ſeruari per minorem,iuxta rationem text.l.4.§.pen.verſi.ſed & ſi minorum.ſ.de manumiſsio. propter quas rationes deciſionem Iureconſ.d.l. 1.§. fina.ſ.de rebus eorũ.eſſe nimis riguroſam, & minus æquam,dicũt Pinel.l.1.C.de bonis mater.3 part.nu.51.& Valaſc. de emphyteuſi.q.35.nu.4.& Matienço.l. 2. tit. 3.lib.5.Ordinamenti in glo. 1.num.17.& circa illius intellectũ latè inſiſtit Caldas l.ſi.curatorem verb.contractũ feciſti.nu. 10.C.de in integ. reſtit. † & nouum intellectum aſsignat Octauius Simõcellus de decretis lib.2.tit.6.inſpectio.1.nu.20. & Valaſc.conſultatio.77.nu.9.Vincen.de Franchis deciſ.369.nu.8.ad fin.in.2. part. Sed his non obſtantibus dicendum eſt, prædictã deciſionem ſecundũ legis principia procedere.Cùm enim pactũ, quòd res ſit hypothecata venditori,ſecundùm iuris principia præſupponat, dominium prius transferri in minorem,& deinde ſequi hypothecam; cùm aliàs ea hypotheca non poſsit ſubſiſtere.l.neque pignus.ſ. de regul.iur.neceſſario inducitur regula, quòd res effecta iam minoris, nõ potuit conſenſu partiũ hypothecari ſine decreto.l.ſi pupillorum.§.1.ſ.de rebus eorum: Ex qua decidẽdi ratione colligitur, text. d.l.1.§.fin.ſ.de rebus eorũ.probare,quòd etſi præcedat,vel ſimul cum venditione interueniat pactũ,quod verificari nõ poſſit niſi poſt translatũ dominiũ in minorẽ non valebit illud pactum ſine decreto. Ex quo confirmabitur elegans traditio Neguſ. de pignoribus.4. parte principali. num. 35. verſic. nihilominus, quòd ſi poſtquam fuit translatum dominium in minorem, etiam in continenti, antequam contractus habeatur pro abſoluto, conueniat quòd ea res ſit hypothecata, non valebit pactum, niſi decretum interueniat: & probat Alciat.l.ſi tibi.ad finem.ſ. ſi certum petat. de quo tamen videndus eſt Vincent. de Franchis deciſio. 369. numero. 8.in. 2. part. Colligitur etiam,deciſionem dict.l.1.§.fina.ſ. de rebus rebus eorum.à fortiori procedere in acquiſitis minori,mediante titu-
124 lo lucratiuo. † Contrarium tamen tenet Cuman. dict.l.1.§.fina.ad finem.ſ.de rebus eorum : cuius opinionem probat Pinel.dict.l.1.in.3.part.num.52. verſic.infertur tertio,& nu.54.verſic.infertur. 21. vbi pro hac differentia dicit eſſe tex.cap. verum.de cond.appoſitis,& cap.Pontifices.12.quæſt.3.&.l.cauſam.20.ſ.de manumiſsio.&.l.ſi rogatus.ſ. de manumiſ.vindict.ſubſcribũt Valaſc. & Matiẽço ſuprà relati. Sed noſtra collectio verior eſt:nã ratio dict.l.1.§.fina. explicata vt ſuprà, à fortiori procedit in quæſitis minori ex cauſa lucratiua. Neque obſtãt in contrarium adducta: nam placet mihi reſolutio Alciat. l.poſt contractum. num. 54. ad finem.ſ.de donatio. quòd aut pactum reſpicit dominium, & quodammodo illud diminuit,vt quia eſt pactum adiectionis in diem,vel aliud pactum reſolutiuũ: & hoc etiam per minorem obſeruabitur;quia non videtur ſimpliciter dominus effectus, ſed habere dominium affectum prædicto pacto.l.ſi autem. ſ. de pactis. Si autem pactum non diminuat in aliquo dominiũ,tũc procedat deciſio d.l.1.§.fin.ſ.de reb.eorũ.nã hypotheca nihil diminuit de dominio.l.pignus. C. de pigno.actio.ſed reſpicit ſecuritatẽ contractus: & ideò cũ minor acquirat dominiũ, nõ affectũ aliqua diminutione, procedit ratio Iureconſ.expreſſa in dicta.l. 1. §. fina. Et hoc modo facilè tolluntur ſupra adducta pro ratione dubitandi: nam dicemus, quòd cum pignus non ſit pars principalis contractus, ſed potius acceſſoria:quantumcunque non valeat. non ob id reſcindetur contractus principalis, vt



vt probatur.l.ſi in emptione. 34. in princ. ſ.de contrah.emptio facit regula.l.ex pupillari.ſ.de vulgari,&.l. quod per manus. ſ. de iure codicillorum. Et in ſpecie admittit Cuman.dict.l. 1.§. final. numer. 1. ſ.de rebus eorum. Ex qua conſideratione inferas, veram eſſe magis communem ſententiam, quòd ſi minor emat cum pacto de reuendendo, vel alio ſimili, valet hoc pactum, & à minori eſt obſeruandum, vt latè per Pinel. dict.l. 1. in 3.parte numer.53.verſic.idem autem,& 4.parte cap.4. numer. 1. ad finem. & Valaſc. de emphyteuſi quæſt. 25. numer.4. cum tunc dominium non fuerit ſimpliciter effectum minoris, ſed cum prædicto pacto dominij acquiſitionem afficiente. Neq; repugnabit text.in dict. l. 1. §.final.ſ. de reb. eorum. quia ibi agitur de pacto, quod ad ſui validitatem præſupponit, dominium eſſe translatum in minorem. Item quòd non eſt pars principalis contractus, ſed acceſſoria, & ideò ex eius inualiditate non infertur ad annullationem contractus principalis, vt
125 ſuprà dictum eſt. † Quæ omnia ceſſant in prædictis pactis, & ideò valebunt & erunt per minorem obſeruanda. Ex quibus colligas, quòd licèt quoad pactum, de quo in dict.l.1.§. final.ſ. de rebus eorum. nihil interſit, vtrùm in continenti ponatur, vel ex interuallo poſt contractum perfectum: tamen in pactis reſolutiuis multum intereſt, vtrùm ponatur à principio ante contractum perfectum, vel poſt illum perfectum: nam ſi ponatur in continenti, antequam contractus habeatur pro perfecto, etiam per minorem obſeruandum eſt, vt ſuprà probauimus. Sed ſi poſt contractum perfectum interponatur, non valebit. l. ſi ad reſoluendam.iuncta gloſ.verb. emiſiſti. C. de prædijs minorum.& ibi Salic. Paul. conſil.318.colum.final.lib.1. Tiraquel. lib.2. retractuum.in fine num.12. Et eſt ratio, quia cum dominiũ fuerit quæſitum minori abſq; aliqua diminutione, incipit militare ratio d.l. 1.§.fina. ſ. de rebus eorum.explicata,vt.ſ. Et quia poſt quæſitũ dominium,prout non valet alienatio minoris facta ſine decreto,ita etiam non valebit pactum de alienando,vel transferẽdo dominium:arg.l. oratio. ſ. de ſponſalib.& eſt doctrina Bart.l.cum lex.ad finẽ. ſ.de fideiuſſorib.Cuma.l.magis puto.§.ſi pupillus.ad medium. ſ. de rebus eorum. Claud.l.ſed ſi ex ſtipulatu.numer. 4. ſ. de verbo. obligatio.Cæpollæ. l. alienationis verbum.num.17.ſ.de verbo.ſignif.notab. Ruin.conſi.145.à num.4.lib.1. vt de virtute illius non poterit compelli ad tradẽdum.Oportet igitur, quòd illud pactum fiat cum decreto: quo caſu in tradendo non requiretur decretum.l. ſi pupillorũ. §.1.& ibi Cuma.ſ.de rebus eorum. Ex his igitur ita deductis iã clare intelliges mentem Iureconſ.dict.l.2.ſ. de rebus eorum. vult enim,q; licet ſuprà deducta ita procedant, quando contrahens cum minore eſt priuatus: tamen ſi fuerit fiſcus, valebit pactum, quòd res vendita,ſit hypothecata fiſco, donec pretium ſoluatur: quia licet etiam præſupponat,dominium eſſe quæſitum minori ſine diminutione: tamen valebit hypotheca,quia & ceſſante conuentione illa, induceretur ex diſpoſitione legis,vt ibi ſentit glo. pen. † dũ
126 allegat.l.2.C.in quibus cauſis pignus, & ſic apertè probat,quòd prohibitio alienationis,ne bona minoris hypothecentur, non comprehendit eam hypothecam, quæ inducitur ex diſpoſitione legis,& ſic bene probat communem opinionem, quam defendimus. Quinimo probat, q; & valebit expreſſa conuentio; quia cum exprimatur id quod tacitè inerat, perinde conſiderari debet,ac ſi hypotheca ſit legis,& non hominis:arg.l.3.ſ.de leg.1.& quæ ad propoſitum tradit Iaſon.l. filius familiàs.§.diui.1.lect.nu.31.ſ.de leg.1.in ſpecie Bald.l.item quia.nu.4.verſi.plus dico.ſ.de pact. Secundò principaliter pro hac opinione magis communi aduerſus Bart.adducitur tex.l. conditionibus pupillus.

pillus. ff. de cond. & demonst. consideran do, quòd pupillus non potest adire hæreditatem sine authoritate tutoris. l. more. ff. de acq. hæred. l. potuit. C. de iure delib. Et tamen si pareat conditioni sine authoritate tutoris, adimpleta censetur, licet ex eius implemento in consequentiam sequatur, quòd pupillus efficitur hæres necessarius ex potestate legis: & sic probat, quòd ea generalis dispositio, q̃ pupillus non posit esse hæres sine authoritate tutoris, non habet locum, quando efficitur hæres ex authoritate legis, quãtuncumq; minor impleuerit conditionem, & sic sustulerit impedimentum acquirendæ hæreditatis sine tutoris authoritate: & ibi notat Bart. & Cuman. ex tollit Aretin. l. si ita quis. §. ea lege colum. 2. post princ. ff. de verbo. obligatio. Ergo sic pariter, si minor contrahat matrimonium, prout potest illud contrahere sine authoritate tutoris, & decreto iudicijs: arg. cap. si annum. de iudic. in. 6. l. in copulandis. C. de nupt. in consequentiam poterit obligari ex dispositione legis, & sic iuxta. l. vnicam. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. Neq; satisfacit responsio Iason. hîc numer. 212. & l. item quia. num. 20. versic. 2. ff. de pact. quòd etiam in casibus Bart. agitur de obligatione legis, quæ inducitur in consequentiam actus liciti, & tamen fieri non potest sine de-
127 creto: † quia vt infrà ostẽdemus, ex Bar. fundamentis id minime colligitur. Neq; etiam satisfacit responsio Socin. post Cuman. dict. l. conditionibus pupillus. num. 2. quòd ibi pupillus efficitur hæres ex potestate legis reuocabiliter, quia ei cõpetit ius abstinendi. §. sui. versic. sed his. Instit. de hæred. qualit. & diffe. vnde inde inferri non potest ad casum, in quo pupillus, siue minor, sibi irreuocabiliter noceret: subscribit Crot. hîc. 2. lect. numer. 172. ad finem, & Menoch. de adipiscend. possess. 3. remedio, numer. 73. nam replicabitur, satis esse quoad nostrum propositum, quòd dispositio legis non intelligitur de actu, qui venit in consequentiam actus liciti ex dispositione legis. Tertiò facit. l. mutus. 76. in princ. ff. de iure dotium, vbi probat Iureconf. valere hanc consequẽtiam: Quis potest contrahere matrimonium: ergò obligatur pro dote. Sed minor potest cõtrahere matrimonium sine decreto. c. si annũ. de iudic. in. 6. l. in copulandis. C. de nupt. Ergò & pro dote obligari, & consequenter eius bona. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. Et retenta hac opinione, nõ obstant suprà adducta pro cõtraria opinione: nam ad primum de auth. dos data. C. de donatio. ante nuptias in primis respondetur, eam non probare, quòd dote recepta per virum, ex dispositione legis donatio similis quantitatis videatur constituta in bonis mariti in fauorem mulieris; sed tantum, quòd maritus compelli potest, donationem similis quantitatis constituere, siue ante matrimonium, siue eo constante; ita vt soluto iam matrimonio, vxor negligens, id prætendere minime possit. glos. dict. auth. dos data. verb. ex actio, quam asserit receptam Afflictis decisio. 242. numer. 1. Grammatic. decisio. 97. numer. 4. Iulius Clarus. §. donatio. quæst. 11. ad finem. Menoch. de recup. possessio. 15: remedio, numer. 166. & de adipiscend. possessio. 3. remedio, numer. 67. Cùm igitur non constituatur prædicta donatio ex dispositione legis, sed requiratur, quòd per maritum fiat,
128 meritò requiritur decretum, † iuxta regulam. l. lex quæ tutores. post princ. C. de admi. tuto. &. l. prædia. C. de prædijs minorum. Quòd si contendas, imò ipso iure videri constituram sine facto mariti, tunc dicendum est, in ea non requiri decretum, cùm à lege fiat, iuxta suprà tradita: & in specie agnoscit Salic. l. prædia. ad finem. C. de prædijs minorum. & l. final. in fine. C. si maior factus alienatio. notab. Xuarez tit. de las arras. numer. 64. Et ita debet limitari regula



regula dict. l. lex quæ tutores. vt non procedat in donatione propter nuptias; resultante ex dispositione expressa legis. Bald. hîc ante finem. Iason numer. 218. Non obstat secundum argumentum de l. Titia. 65. adiũcta glo. 2. in fine. ff. de iure dotium, quia vltra alios aduertendum esse existimo, in hoc articulo differentiam constituendam esse inter maritum recipientem dotem ab vxore, & inter vxorem promittentem dotem marito: vt expressè tradunt Nouellus de dote 6. parte priuileg. 58. numer. 2. Neguf. de pignorib. 4. memb. 2. partis numer. 74. nam maritus recipiendo dotem, non diminuit patrimonium, imò illud auget, & sic cum faciat meliorem suam conditionem, quamuis minor sit, id facere poterit, absq; decreto & authoritate tutoris. in princ. Instit. de author. tutor. l. contra iuris. in princ. ff. de pactis. glo. recepta. l. 2. ff. de acceptilatio. Et quanuis in consequentiam receptionis, bona eius hypothecentur pro restitutione dotis; cùm tamen id fiat ex dispositione legis, & in consequentiam actus validi, & liciti, decretum non requiritur. l. conditionibus pupillus. ff. de condit. & demonst. & ita procedit communis, quam defendimus: & in his terminis fatetur receptum Menoch. tractat. de adipiscend. possessio. remedio. 3. numer. 69. Cæterùm vxor constituendo dotem, patrimonium suum diminuit, & dominium transfert in maritum. §. per traditionem. Insti. de rerum diuisione. & ideò decretum iudicis est necessarium. l. magis puto. 5. §. si fundus. ff. de rebus eorum; quanuis illud in matrimonio contrahendo non sit necessarium: ita vt dos in hoc non assumat
129 naturam matrimonij. † Bald. l. 1. numer. 3. C. si aduersus dotem. Roland. de lucro dotis. quæst. 45. numer. 4. Et si decretum non interueniat, constitutio dotis nihil valet. l. lex quæ tutores, & ibi Bart. C. de administ. tutor. notab. Roland. de lucro dotis quæst. 45. numer. 2. Gozad. consil. 33. numer. 20. Couarru. practicar. cap. 28. numer. 10. nam dotis fauor tantùm tribuit iustam causam alienandi. Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 59. Quod etiam procedere in dote data Ecclesiæ per patronum minorem tradit Paulus de Citadinis de iure patronatus. 3. parte causa. 2. numer. 20. quidquid dissentiat Lambertin. eo. tractat. de iure patronat. 3. artic. 5. quæstio principalis. 1. parte lib. 1. Vnde cùm constitutio dotis sit nulla, habetur pro non facta. l. quoties. ff. qui satisd. cogant. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicat. & sic in consequentiam actus, qui pro non facto habetur, minimè inducetur hypotheca. l. cum principalis. ff. de regul. iuris. l. 2. C. per quas personas vobis acquiritur. & ita in specie Bald. Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 58. numer. 2. Neguf. de pignorib. 4. memb. 2. partis numer. 74. Roland. de lucro dotis quæst. 45. num. 6. & in simili tradit Paul. l. 1. num. 3. C. si aduersus dotem. Roland. de lucro dotis. d. quæst. 45. num. 2. Vnde si non agatur de dotis constitutione, sed tantùm de promissione, tunc in consequentiam istius promissionis validæ inducetur tacita hypotheca, etiam ex parte vxoris: & ita expressè Benedict. de Plumbino. l. si rogatus, numer. 2. ad finem. ff. de manumissis vindicta. & facit pro eo. l. magis puto. 5. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. Sed non videtur verum, quia falsò præsupponit, valere promissionem dotis de bonis inmobilibus sine decreto; nam imò prout traditio dotis sine decreto fieri non potest, ita etiam neq; promissio: arg. l. oratio. ff. de sponsalib. & doctrinæ Bart. l. cùm lex. in fine. ff. de fideiussorib. & in specie Ruin. consil. 61. numer. 8. lib. 2. & Neguf. de pignorib. 4. memb. 2. partis, numer. 75. & Roland. de lucro dotis, quæst. 45. nu-
130 mer. 6. † vnde adhuc militat ratio de qua suprà. Neq; repugnat tex. pro Plũbi-

no adductus dict. l. magis puto. §. si pupillus. ff. de rebus eorum, quia text. ille non declarat, quid promissum fuerit: vnde intelligo, quantitatem fuisse promissam: quod sine decreto fieri potuit, glo. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebellian. & ibi Socin. numer. 5. Ripa numer. 17. & posteà pro solutione minorem tradere velle fundum; id enim facere non poterit sine decreto. dict. §. si pupillus. Si autem promissio facta esset de re traden 131
da, tunc esset nulla ipso iure, & sic tunc frustra ageretur de traditione. Vel si intelligas promissionem fuisse factam de fundo, intelligas à principio non valuisse: & tamen si in traditione decretum interponatur, tacite videri confirmatam illam promissionem inualidam: argu. l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. aliàs nulla censebitur, per suprà tradita. Et ex his infertur explicatio ad. l. Titia. 63. iuncta glos. 2. ad finem. ff. de iure dotium agitur enim ibi de dotis promissione, siue constitutione facta per mulierem minorem; nam cum hæc sine decreto fieri non possit, neq; inducetur tacita hypotheca, iuxta suprà tradita. Quare si promissio facta esset cum decreto iudicis; & sic esset valida, statim inducetur tacita hypotheca in bonis mulieris promitentis, etiamsi nihil expressum fuisset: in specie Bald. Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 58. numer. 2. & Negus. de pignorib. 4. memb. 2. partis, numer. 94. Roland. de lucro dotis. quæst. 45. numer. 6. Non obstat tertium & vltimum argumentum de. l. fina. C. de legit. tutela, quia respondet Iason hîc numer. 222. quòd minor accipiendo tutelam, facit actum prohibitum à lege, & ideò bene præsupponitur eius bona tacite non hypothecari pro administratione tutelæ. l. non dubium. C. de legib. nos autem agimus, quando minor licitè, & validè contrahit matrimonium, & dotem percepit, in consequentiam enim istius actus liciti, bene inducetur tacita hypotheca, vt communis vult. Et ita etiam respondet Iason. l. item quia. num. 20. ff. de pactis, & subscribit Menoch. tracta. adipiscendæ possessio. 3. remedio, numer. 70. Sed non placet, quia dict. l. final. C. de legit. tutela. non dicit, ideò minorum bona non obligari, quia non potest esse tutor, sed potiùs per contrarium quòd non possit esse tutor, quia eius bona non possunt censeri hypothe-
cata pro administratione, † vt aduertit Crot. hîc. 2. lect. numer. 143. & ideò melius respondetur, quòd text. in dict. l. fina. præsupponit, quòd si minor esset tutor, non obligarentur bona illius plenissimo iure: in quo præsupponit, mero quidem iure obligari, iuxta dispositionem. l. pro officio. C. de administ. tutorum, sed tamen non plenissimo iure; quia scilicet conuentus pro mala administratione, posset impetrare restitutionem in integrum, vt in specie aduertit Lancelot. Dec. hîc col. 7. in fine. Et facit, nam verba hæc, Plenissimo iure, significant, ita bona obligari, vt neq; extraordinarium remedium restitutionis in integrum aduersus eam obligationem competat: glos. l. ait prætor. §. 1. verbo. imputandum. ff. de minorib. Alexan. consi. 151. nume. 9. lib. 2. Dum ergo dict. l. final. sentit, bona minoris tutoris non teneri pro administratione plenissimo iure, sentit quidem mero iure teneri, iuxta communem quam tenemus; sed tamen non plenissimo iure, quia scilicet aduersus eam obligationem minor restitui poterat. Et confirmatur, quia iure antiquo minores si tutelam accipiebant, aduersus illam susceptionem restitui poterant. §. minores. Instit. de excusatio. tuto. ex quo in consequentiam & obligatio bonorum pro mala administratione resoluebatur, iuxta doctrinam glo. l. si patronus. §. in Fabiana. ff. si quid infraudem patroni. & sic verum est dicere, bona minoris non teneri plenissimo iure. Et colliges, quòd licèt aliquo



quo casu minor secundum dispositionem iuris posset esse tutor, & sic aduersus hoc restitui non possit, quia iure communi vsus est. l. fina. C. de in integ. restit. & l. si fine. 33. §. interposito. ff. de administ. tutor. tamen aduersus gesta circa illud officium restitui poterit: notat in simili Bald. l. 1. numer. 1. C. si aduersus dotem, & prosequitur Roland. de lucro dotis. quæst. 46. Ex hac igitur communi opinione ita defensa infertur annotatio ad tradita per glos. l. item quia. verb. illata. ff.
132 de pactis, † quæ vult, quòd licet bona illata in domum conductam, censeantur tacitè hypothecata pro pensione. l. certi iuris. C. de locato, tamen si inducens sit minor, non censebuntur eius bona hypothecata, ne plus operetur tacita hypotheca, quàm expressa: quam ibi sequũtur Bart. numer. 2. & Fulgos. numer. 3. Angel. §. item Seruiana. numer. 4. Insti. de actio. Salic. l. certi iuris. 3. quæst. C. de locato. & asserit receptum Iason dict. §. item Seruiana. numer. 57. Sed hæc opinio ex suprà dictis confunditur, quia cum prædicta bona obligentur tacite ex dispositione legis, etiam bona minoris debent censeri hypothecata, iuxta suprà resoluta: & ita illam opinionem glo. esse communiter reprobatam asserit Negus. de pignorib. 4. memb. 2. partis numer. 154. Alciat. l. 1. in princ. numer. 14. ff. de verbo. obligatio. Viuius lib. 2. communium, opinione. 62. Neq; placet distinctio Guillel. dict. l. item quia, quam ibi retulit Bald. numer. 4. quòd si facta conuentione, inducitur tacita hypotheca, absq; alio facta hominis, tunc etiam bona minoris obligabuntur. l. 2. ff. de rebus eorum. Sed quando vltra conuentionem requiritur factum hominis, prout in casu glos. dict. l. item quia, in quo post conductionem requiritur, quòd bona inferantur in domum, tunc bona minoris non cõsebuntur hypothecata sine decreto: hæc enim distinctio nulla probabili ratione nititur, satis enim est, quòd bona licite induci possint per minorem in domum conductam, vt in consequentiam actus liciti, bona minoris censeantur tacitè hypothecata. l. conditionibus pupillus. ff. de condition. & demonstrat. & ita eam concordiam post alios improbat Menochius tracta. adipiscend. possessio. 3. remedio. numer. 79. Ex quibus apertè corruit consideratio Crot. hîc. 1. lect. num. 101. dum dicit, quòd etiam in nostra materia ex solo contractu dotis bona nõ sunt hypothecata, sed vlterius requiritur factum hominis, scilicet, quòd dos sit tradita. l. 1. C. de dote cauta, & sic bona minoris non debent censeri hypothecata pro dotis restitutione: hæc enim consideratio ex suprà traditis confunditur. Tertiò ex prædicta resolutione infertur explicatio ad Ord. lib. 4. tit. 7. dum disponit, inter coniuges omnia bona communicari, vt cùm ea communicatio fiat ex dispositione legis, etiam inter minores locum habeat, iuxta regulam. l. si fine. 33. §. interposito. ff.
133 de administ. tutor. † Et quia vt tradit glos. l. fina. verb. teneri. C. de legit. tutela, obligatio legalis etiam minores comprehendit: & in specie est decisio Socin. consi. 80. numer. 25. lib. 4. Ruin. consil. 61. numer. 4. lib. 3. Alciat. l. 1. in princ. numer. 15. ff. de verbo. obligatio. dum dicunt, quòd si statutum disponat, quòd mulier simpliciter nubens, censeatur dare bona sua in dotem, hoc statutum etiam in minoribus locum habebit, neque enim requiritur decretum, cum hæc datio, siue alienatio fiat ex necessitate legis. l. 3. §. item quæri. ff. de rebus eorum. Ergo idem & in nostro casu est dicendum. Et confirmatur, quia dispositio generalis prohibens alienationem, non censetur cõprehendere alienationem necessariam, quæ inducitur ex dispositione legis. l. alienationes. ff. famil. erciscu. l. rogo. ff. de fideicom. libertat. & in materia notab. prosequuntur Bal. Nouel hîc à. n. 76. Paul. consi. 435. nu. 3. lib. 1. Alciat. l. 1. in

princ.à numer.14.ʒ.de verbo. obligatio. Crot.l.filius familiàs.§. diui.à numer. 45. & ibi Loazes à numer. 83. Ripa numer. 25.ʒ.de leg.1.Tiraquel.post.ll.connubiales,glo.5. numer.223.& lib.1.retract.§.1. glo.14. numer.11. Menchaca illustrium quæstionum cap.32.à numer. 13. Peralta.l. vnum ex familia. §. sed etsi fundum. numer.28.ʒ.de legat.2. Sed adhuc hęsitari potest, quia ea communicatio bonorum, quæ inducitur inter coniuges,iuxta Ordin.dict.lib.4.tit.7.magis videtur fieri ex hominum conuentione, quàm ex dispositione legis;nam ea dicitur cõuentio legis,quando partes proprio consensu contrarium statuere non possunt;aliàs magis dicetur dispositio hominis, vt notab.tradit Alciat.l.4.§. Cato numer. 104. ʒ.de verbo. obligatio. sed coniuges possunt declarare, ne illi cõmunicationi sit locus.Ordin.dict.lib.4.tit.7.imò & inductæ iam communicationi,possunt renuntiare,iuxta regulam.l.pen.C.de pactis,& tradit Gregor.l.4.tit.11.partit.4.litera. M Boeri.decisio.244.numer.2.Couarru. de sponsalib. 2. parte cap.7.§.1. numer. 13. Anton. Gomez.l. Tauri. 50. numer. 66. versi.ex quibus infertur, &.2. tomo cap. 4.numer.24.in.8.illatione.Ergo cum huiusmodi communicatio, siue alienatio videatur facta ex hominis conuentione, necessarium debet esse decretum, iuxta
134 regulam.l.1.ʒ. de rebus eorum. † Secundò vrget,quia partes præsumuntur idem velle,quod leges disponunt in eo casu.l. si duo.ʒ.de acquirẽ.hæred.Bar.l.hæredes mei.§. cum ita.in fine.ʒ. ad Trebellian. Ergo perinde haberi debet,ac si expressè
135 conuenissent,quòd omnia bona inter cõiuges communicarentur.l.cum quid.s.si certum petatur,& sic debet dici dispositio hominis: argu.l.item quæritur.14.§. qui impleto. suprà locat.Accedat, quòd prædicta communicatio inducitur propter consuetudinem in Regno Portugaliæ receptam,vt disponit Ordin.lib.4.tit. 7.in princ. Ergo perinde haberi debet,ac si per pactum inducta esset: quia consuetudo habet vim pacti.glo.l.1.C.de seruit. Monserratensis tracta. de successio. Regum.1.dubio numer. 28. Harelatanus.l. generaliter.à numer.42.C.de secund.nuptijs. Eo maximè,quia huiusmodi cõsuetudo videtur esse declaratiua contractus matrimonij initi simplicitè inter coniuges:& consuetudo declaratiua subintrat contractum.l.in lege.C. de locato. & sic perinde haberi debet,ac si partes expressissent, velle bona inter eos communicari, prout consuetudo disponebat. Ergo debet censeri inducta communicatio per dispositionem hominis, vt in specie arguit Cassane.in consuet.Burgund. rub.4.§.2.verb.Selon.à numer.1. Sed his non obstantibus, non est recedendum ab illatione supra tradita.Nec obstant in contrarium adducta; quia ad primũ respondetur, verius esse,prædictam communicationem magis prouenire ex dispositione legis,quàm hominis, cum lex, siue regni consuetudo immediatè hanc communicationem inducat, prout colligitur ex Bald.l. final. ad finem. C. de bon. matern.& in specie Pinel.l.1.in.1. parte,nume.36.C.de bonis matern. nam & in regno Castellæ lucra quæsita constante matrimonio communicantur inter coniuges, nisi contrarium sit expressum. Et tamen illa communicatio dicitur fieri per dispositionem legis, & non hominis.Palac.rep.rub.§.62. nume. 31. ad finem Anton.Gomez.l.Tauri.50. numer.69.Didacus de Pace quæst. ciuili 9.numer. 20. Costa. cap. si pater.1. parte verb.legauit numer.38.de testa.in.6.† Neque repugnat doctrina Alciat.dict.l. 4. §. Cato numer.104. quia illi necessario addendum est,quòd si lex presumit aliquid à partibus cogitatũ, quamuis expressum non sit, illa dicetur dispositio hominis.l. cum auus. 101. ʒ. de cond. & demonst. si verò lex aliquid supplet, non quidem quasi à partibus cogitatum, sed tãquam illud verisimiliter disposuissent partes, si de



si de hoc cogitassent, iuxta doctrinam glos.l.tale pactum.§. final.s. de pact. illa magis dicetur dispositio legis, quàm hominis. Ruin.in rub.numer.216.s.eod. & nos probauimus.l. si ab hostibus.§.final. s. eod. Sed communicationi prædictæ locus est inter coniuges, etiamsi nihil de ea cogitarent, imò etsi illam ignorarent,quia tunc demum excluditur, quãdo partes contrarium expresserunt.Ord. lib.4.titut.7. in princ.Ergo magis dicetur
134 prouenire ex dispositione legis. ,& consequenter etiam inter minores locum habebit, iuxta suprà resoluta.Non obstat secundũ,quia illa volũtas, quòd pars credatur idem voluisse,quod lex in eo casu disponit,est consecutiua,& secundaria ad dispositionem legis.Bulgarin.in disputatione Sempronius,colum.18.Vnde habito respectu ad id,quod est principale,magis dicetur dispositio legis, vt suprà diximus.d.l.si ab hostibus.§.fina.s. eod. Non obstat tertium, quia consuetudo habet vim pacti,scilicet vniuersalis,& totius populi.l.de quibus.s.de legib.& ideò habet eandem vim, quam habet lex.l.2.C.quæ sit longa consuetudo. Comunicatio ergo inducta per consuetudinem, satis potest dici esse inducta per dispositionem legis. Ex quo consequitur,quòd etiam ignorantibus, ex prædicta consuetudine fiet acquisitio.l. cum pater.§.surdo. ʒ. de legat.2.glo.l.1.s.de his qui sunt sui. Vnde & ratione illius lucrum mero iure quæsitum, etiam nõ agnitum transmittetur. dict.§. surdo.& in specie Pinel. l.1. C. de bon. matern. 1. parte nu. 36. Didacus de Pace.q. ciuili.9.nu. 21. Similiter quanuis in societate conuentionali bona præsentia communicentur inter socios ipso iure.l.1.s. pro socio. posteà autem quæsita non communicentur ipso iure,sed tantũ actione pro socio veniant communicanda.l. si quis societatem .s. pro socio, † & post alios resoluit Matienço.l.2.tit.9.lib. 5.ordinamenti glo. 3. num. 7. tamen in communicatione,quæ fit propter dispositionem legis,etiam futura communicabuntur ipso iure,quia fortior cẽsetur dispositio legis, quàm hominis.l. si libertus minorẽ.ʒ. de iure patronat. & ita Palac. rep.rub.§.62.n.4.Xuarez tit. De las ganãcias.n.58. Segura tracta. de bonis lucrat. constante matrimono.n.44.Anton.Gomez.l.Tauri.50.nu.76.Baeça tract.de nõ meliorand.filiab.c.11. nu. 106. & de decima tutoris cap. 31. num.5. Didacus de Pace quæst.ciuili.9.nu. 25. quidquid cõtradicat Tellius.l.Tauri.16.nu.11. & dubitet Couarru. lib. 3. resol.cap. 19. nu. 2. quorum rationibus cõmunẽ defendens, satisfacit Matienço. l. 2.tit. 9.lib. 5. ordinamenti,gl.3.numer.9.&.l.7.tit.9. eod. lib.5.ordinamenti,gloss.1.à nu.1.Et hęc satis in materia huius legis.

## SVMMARIA LEGIS, SI CONSTANTE. 25.§.1.ff.Soluto matrimonio.

1 *Agitur de intellectu huius text.*
2 *Et refertur magis cõmunis intellectus tex. & reijcitur.*
3 *Et magis probatur intellectus Baldi Nouelli.*
4 *Quando filius exhæredatus habeat actionem ad repetendam dotem.*
5 *Intellectus.l. pater dotẽ. versi. sed si priusquã. ʒ. de dote prælegata.*
6 *Intellectus.l. si maritus.47.s. famil.ercisc.*
7. *Filio instituto in re minima competit querela inofficiosi testamenti.*
8. *Filius exhæredatus, & institutus ex minima parte,non semper à pari procedunt.*
9. *A quo tempore incipiat actio dotis.*
10. *Referuntur rationes communis, quòd nõ oriatur,nisi post solutum matrimonium.*
11 *Explicatur regula,quòd impedito de iure agere,nulla currit præscriptio.*
12 *Explicatur.l.2.ʒ.de dote prælegata.*

*Declaratur*

13 *Declaratur vera ratio illius tex.*
14 *Dos qua ratione dicatur indebita cõstante matrimonio.*
15 *Dies incertus impedit ortum actionis, & obligationis.*
16 *Dies incertus respiciens executionem, illam tantùm suspendit secundum multos.*
17 *In hac materia constituenda est differentia inter conditionem tacitam, & expressam.*
18 *Conditio quæ tacite inest à iure, non suspendit actum.*
19 *Explicatur l. sed si alia. 5. in fine. ff. de bon. dãnatorum.*
20 *Quæsita ex causa antiqua, & quæ præcessit, veniunt in deportatione.*
21 *Explicatur. l. inter socerum. §. fina. ff. de pact. dotalib.*
22 *Dos deportatæ, quando ad fiscum pertineat.*
23 *Explicatur glo. l. pater dotem. 8. verb. recuperauerit. ff. de dote prælegata.*
24 *Dies incertus executionis, etiam contractum reddit conditionalem.*
25 *Quanuis aliud sit in conditione resolutiua.*

# INTERPRETATIO
## Legis Si constante.25.§.1.ff. Soluto matrimonio.

DVersus istũ tex. dũ probat, quòd mortuo socero, qui filiũ ex hæredauit, cõpetit mulieri exactio dotis, vrgenter facit, quòd vbi socero dos data est, & ipse moritur, maritus repetit dotẽ ab eius hæredibus, nõ autẽ mulieri. l. si filia. 20. §. 1. ff. famil. erciscend. l. 2. in princ. ff. de dote prælegat. Propter hãc difficultatẽ is tex. variè intelligitur per DD. & primus intellectus fuit gl. hîc in hoc tex. ita figurandũ esse casum, quòd dos data fuit socero, & post eius mortẽ interuenit diuortiũ: quæritur à quo tẽpore exactio dotis cõpetet vxori? Et respondetur, q̃ à die quo fuerit adita hæreditas soceri, quia ab eo tẽpore incipiũt hæredes defuncti pro eo posse conueniri. l. apud Iulianũ. §. fin. ff. quib. ex causis in possessio. eatur. §. hæres. Insti. de obligat. quæ ex quasi contractu. & hunc intellectũ probarunt Dyn. Albe. Angel. & Cuman. in prin. & Roman. n. 3. Hunc tamẽ primũ intellectum tãquam literæ nõ conuenientẽ improbãt Bart. & & alij hic: nã si solutũ esset matrimoniũ, à die diuortij cõpeteret actio mulieri, nõ autẽ à die aditæ hæreditatis, vt is tex. dicit.

1 ¶Neq; placet respõsio Ang. hîc post pri. Cum. n. 5. & Rom. n. 5. q̃ tex. nõ dicit cõpetere actionẽ mulieri à die hæreditatis aditæ, sed exactionẽ, id est, executionẽ. Quãuis enim actio ad repetẽdã dotẽ, sit orta à die diuortij. l. 2. in prin. ff. eo. tamen exactio fieri nõ potest, nisi postquã hæreditas soceri fuerit adita. l. si is cui. 5. §. cessatũ. ff. vt in posses. legator. quia replicabit, q̃ adhuc malè præsupponeret is tex. exactionẽ mulieri cõpetere aduersus hæredes soceri: hæc enim exactio potius pertinet ad maritũ. l. si marito. 32. §. 1. ff. eo. l. 2. in prin. ff. de dote prælegat. Bar. l. sed etsi. §. 1. ad fin. ff. de leg. præstand. vt is dotẽ exactã mulieri restituat, vel ei cedat actiones. l. si socer. 45. §. Lutius. ff. eo. & aduersus gl. fin. l. 2. C. famil. erscisc. probãt Cyn. & Bal. ibi in fine. Item falsò præsupponunt, quòd ia cẽte hæreditate soceri, nõ possit fieri executio pro dote, cũ in contrariũ sit authoritas glo. l. 2. in prin. verb. iudicio. ff. de dote prælegat. explicata vt ibi per Bart. numer. 3. & per Bald. Nouellum de dote. 7. parte priuileg. 31. Et generale est, q̃ hæreditate iacẽte possit peruenirì ad primũ decretũ. l. cum debitoris, & ibi Bald. C. de iudic. l. si bona & ibi Bart. C. de bon. autho. iudic. possid. l. si diu. ff. quibus ex causis in possessio. eatur. Item potest impetrari, q̃ detur curator hæreditati iacenti. l. 1. ff. de curato. bonis dãdo. aduersus quẽ potest procedi ad venditionem bonorũ, & ad executionem. d. l. si diu. in fin. & aduertit Alexand. hic num. 2. & Campes. de dote. 3. part. quæst. 64. & ante eos Paul. videndus hic nu. 3. Pretereà & secundùm prædictum intellectum frustra tex. ponderaret, filium esse exhæredatum: quia etsi fuisset institutus per patrem, idem esset dicendum secundùm prædictum intellectum. Reiecto igitur hoc primo intellectu, succedit secũdus, qui fuit Rogerij relati hic per glo. quòd dos fuit tradita marito de consensu soceri. l. si cum dotẽ. 23. §. transgrediamur. ff. eo. & posteà filius fuit exhæredatus per patrem, & sic incepit vergere ad inopiam: & hac ratione mulieri etiam constante matrimonio cõpetit dotis exactio, iuxta principium huius. l. & hac ratione requiritur, quòd patris sit adita hæreditas. Cùm enim anteà non sit confirmata exhæredatio. l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de contra tab. l. si patronus. §. si ex testamento. ff. de bonis liberto. l. si quis filium. C. de inoffic. testamen. etiam anteà non potest constare euidentissimè, quòd maritus vergat ad inopiam: de quo tamen oportet euidentissimè constare, vt constante matrimonio dotis exactio competat mulieri, iuxta principium huius legis. Et hunc Rogerij intellectu m ita explicatum sequitur Bar. hic num. 3. + & esse communiter receptum asserit Paul. hic ad finem. Alexand. numer. 2. ad finem. Campes. de dote. 3. part. quæst. 64. ad finem. & fatetur Nouellus de dote. 7. part. priuileg. 32. in princip. Et hunc intellectum probarunt etiam Græci glossatores, ita vt in hoc. §. videatur poni exemplum traditionis factæ in legis principio, vt hic inquit Duaren. Et secundùm istum intellectum erit tex. notabilis in præsenti, quòd quãdo sunt duo rei obligati pro dotis restitutione; vt in specie huius text. est filius, quia dotem recepit, & pater, quia eius iussu data fuit dos filio, quòd si alter ad inopiam vergat, potest ab eo dos repeti, etiamsi correus alter diues sit, & soluendo. Quod verum intelligas, quando ille qui penes se dotem habet: vergit ad inopiam, prout sunt termini huius textus: nam ab isto dos repeti potest, quantumcunq; alter correus diues sit. Quod in his terminis admittit Bart. in princip. huius legis numero. 32. communiter in hoc receptus, vt ibi asserit Alexand. numer. 3. Item ex eodem secundo intellectu colligebãt Nouellus in princip. huius legis num. 53. & ibi Crotus. 2. lectu. numero. 68. quòd si dos detur marito inopi, nõ potest prætextu paupertatis dos reperi, nisi noua causa superueniat: nam in specie huius textus filiusfam. inops erat, vtpote, quia isto iure nihil habebat. l. placet. ff. de acquirend. hæredit. & tamen constante matrimonio dos non repetitur, nisi per patrem exhæredetur, & sic noua causa inopiæ superueniat. Sed quia Bart. in princip. huius legis. numero. 23. communiter receptus cõtrarium tenet, ad istum text. facilè respondetur, quòd filiusfam. etiamsi nihil habeat: tamen quia quodammodo dominium habet rerũ paternarum. l. in suis. ff. de libe. & posth. propter diuitias paternas non consideratur tanquam inops, sed tanquam diues. gloss. celebris. l. 2. C. qui ætate se excusant. lib. 10. latè Iason. l. sciendum à numero. 25. ff. qui satisdare cogantur. & hac ratione requiritur exhæredatio, & sic noua causa, vt dos constante matrimonio ab eo auocetur. Cæterum quamuis is intellectus verus sit in se: tamen restringit generalitatem huius textus: & iura in hac materia præsupponunt, dotem tradi patri, & sic repeti ab hæredibus patris. l. si filia. 20. §. 1. & l. si maritus. 37. §. famil. erciscund. l. 2. in principio. ff. de

de dote prælegata.l. sed etsi pro dote. 10. §.1.ʃ.de legat.præstãd.l.2.C.famil.ercisc. cum similibus: & ideò probabilior videtur intellectus Nouelli de dote. 7. parte priuileg.32. quòd in specie huius tex.dos fuit tradita patri mariti, & post eius mortem venit restituenda: & inquit Iurecõs. quòd si maritus fuit ex hæredatus per pa
3 trem, † & exhæredatio fuit confirmata per hæredum aditionem, petitio dotis cõpetit vxori, & nõ marito. Et ratio est, quia cum propter istam ex hæredationẽ sint ei ablata bona paterna, etsi dotem apud se habuisset, mulier eam repetere posset à marito. Ergo si adhuc ei tradita nõ est, facilius impedietur ne ei tradatur: arg.l. patre furioso.s̃.de his qui sunt sui. & sic ponitur in hoc text. nouum remedium ad ampliationem remedij positi in princip. huius.l. vt latiùs per eum. Aduerto tamẽ, huic intellectui obstare, quòd etiã quando filius est exhæredatus, ei competit vtile iudicium familiæ erciscundæ ad repetendam dotem vxoris ab hæredibus patris, vt videtur text.l.2.in princ. & ibi glo. verb. vtili.ʃ.de dote prælegat. & glos. hîc & Albe. nu.3.& glo.2.l.2.C. famil. ercisc. Bart.l.si constante nu.60.s̃.eo. &.l. sed si pro dote.§.1.ad finẽ.ʃ.de legat.præstand. Ergo malè tex.præsupponit, hoc casu mulieri repetitionem competere. Sed defendendo hunc Nouelli intellectum, qui verissimus est, huic difficultati respondetur, in hac materia duas esse quæstiones. Prima est, cui dotis actio cõpetat ad repetendam dotem? Secunda, vtrùm maritus ex hæredatus habeat aliquod iuris remedium ad repetendam hanc dotem ab hæredibus patris? In prima quæstione dicendum est, eam actionem soli vxori cõpetere, vt probat is text. & tradit Bart. in princ. huius.l. nu. 61. Quoad secundam dicendum est, quòd quidquid glo. s̃. allegatæ dicant, marito ex hæredato non potest competere vtilis actio familiæ erciscundæ, quia illa tantùm competit hæredi. l.1.s̃.famil.ercisc. Competet igitur vtilis condictio, siue vtilis actio in factum, ex æquitate regulę. l.si is qui.§.1.s̃.de iure dotiũ, quòd ibi debet esse dos, vbi sunt onera matrimonij: & ita declarat Bar. in prin. l.nu.61. Cuman. hîc nu.3. Goffred.l.2.in princ. nu.19.ʃ.eo. Salic.l.2. num. 1. C. famil. ercisc. Nouellus de dote.7. parte pri-
4 uileg.30. † Ex quibus formaliter respondetur prædictæ difficultati, nam text. is agit de actione dotis, quæ nõ potest competere marito, sed vxori: & tantùm marito potest competere condictio ex æquitate d.l.si is qui.§.1. in qua obtinebit, si vxor taceat, & se non opponat, dummodo maritus præstet cautionem de seruandis hæredibus indemnibus à petitione vxoris.l.2.in princ.&.l. pater dotem. 8.ʃ. de dote prælegat. Quinimo si non obstãte exhæredatione paterna, maritus habeat aliunde bona sufficiẽtia ad exactionem dotis, ei dos restituenda est, & non vxori, quia cessante inopia, debet locum habere decisio.l.si filia.20.§.1.s̃. famil.ercisc. Ex quo intellectu ita comprobato infertur primò annotatio ad tradita per Bar. hîc nu.3. in fin. dũ dicit, quòd licet socer, qui recepit dotem, sit mortuus, & sic quoad eum videatur solutum matrimonium: tamen dum illud reuera constat inter maritum & vxorem, non competit nurui actio ad repetendam dotem: allegat.l.2.in prin.ʃ.de dote prælegat. nam id intelligendũ est, quando maritus est idoneus ad soluendam dotem; aliàs etiã constante matrimonio actio dotis competet mulieri, vt sibi potius quàm marito restituatur, iuxta istũ tex. explicatũ vt. s̃. Secũdò infertur intellectus ad.l.pater dotẽ.8. versi. sed si prius quam. ʃ. de dote prælegat. vbi tex. probat, quòd constante matrimonio, vxor potest dotẽ repetere ab hæredibus soceri: quod repugnat suprà resolutis. Quare glos. ibi verb. recuperauerit. varias assignat solutiones. Sed communiter tenetur responsio Azonis ibi relata, quòd in eo casu mulier de facto egit: quã probant Bart. hîc nu.3.& Roman. nu. 5.

intelligendo,



intelligendo, quòd constante matrimonio, sibi facta fuit restitutio ex causis expressis. l. quanuis. s̃. eodẽ. vt explicat Bart. d.l. pater dotem. num. 1. Sed non placet, quia non est verisimile, mulierem de facto agentem, fuisse per iudicem admissam, iuxta notata.l. vbi pactum. C. de trãsactionib. Et diuinare est, quòd facta fuerit restitutio ex causis expressis. l. quanuis. s̃. eod. Et ideò verior responsio est, quòd ibi maritus fuit exhæredatus per patrem, † & ideò etiam constante matri
5 monio mulier per actionem dotis poterat dotem recuperare ab hæredibus soceri, iuxta nostrum textum, explicatum vt suprà. Et expendes, quòd in specie d. l. pater dotem. dos fuerat prælegata filio exhæredato: & nihilominus præsupponitur, mulieri competere dotis repetitionem: quia quando maritus præter dotẽ nihil habet proprium, satis inops dicitur, vt mulieri competat repetitio. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium. & diximus in principio huius.l. Infertur tertiò intellectus ad leg. sed etsi pro dote. 10. §. 1. ʃ. de legatis præstand. vbi text. probat valere prælegatum dotis factum per socerum nurui, si nurus constante matrimonio potest repetere dotem ab hæredibus soceri. Glo. ibi. verbo, dabitur. exẽplificat, quando filius fuit exhæredatus, iuxta istum textum. Barto. ibi reprobat, quia tunc non competit repetitio vxori: sed potiùs filio exhæredato. l. 2. in princip. ʃ. de dote prælega. & ideò intellexit competere actionem, quando socer, vel hæres vergebant ad inopiam: quem intellectum etiam probauit Roman. hîc num. 5. Sed non placet, quia apertè diuinat: & ideò Bart. hîc num. 4. intellexit, q̃ dos potest repeti, quia maritus post mortem patris vergebat ad inopiam. Sed veriùs ex suprà traditis dicendum est, id quod præsupponit dict. l. sed etsi pro dote. §. 1. esse declarandum, iuxta istũ textum, explicatum vt suprà. Neque repugnat text. l. 2. in principio. ʃ. de dote prælegata. quia loquitur in actione, quæ mero iure competit filio exhæredato, ex æquitate. l. si is qui. §. 1. s̃. de iure dotium. & non negat, vxori etiam posse competere actionem dotis, vt constat ex isto textu. Infertur quartò intellectus ad leg. si maritus. 47. s̃. familiæ erciscundæ. vbi dicitur, quòd si filius fuit instituturus à patre sub cõditione, interim pendet actio dotis quoad vxorem. Glos. ibi. verbo pendere. varie explicat: sed ex suprà dictis dicendum est, ideò pendere, quia propter conditionem etiam pendet, vtrùm maritus sit exclusus à bonis maternis, necne? & consequẽter vtrùm sit inops, necne? & ideò etiam actio mulieris est in suspenso, vtrũ ei competat actio dotis, necne? respectu tamen mariti: quia sustinet onera matrimonij, concedetur repetitio do-
6 tis, ex æquitate. l si is qui. §. 1. s̃. de iure dotium. † vt colligitur ex dicta. l. si maritus. in fine. & explicat Salicetus. l. 2. num. 1. C. famil. erciscundæ. & Albericus hîc num. 4. Vltimò infertur, ideò textum istum se restrinxisse ad filium exhæredatum, quia aliud esset, si filius fuisset purè institutus. Cùm enim tunc cesset causa inopiæ, soli marito competet repetitio dotis per actionem familiæ erciscundæ. l. si filia. 20. §. 1. s̃. familiæ erciscundæ. &. l. 2. C. eodem titulo. l. 2. in principio. ʃ. de dote prælegata. Sed vtrùm idem sit recipiendum, si filius sit institutus in minima re? Et videtur dicendum hoc casu locum esse decisioni huius tex. quia à pari procedunt, quòd filius sit exhæredatus, vel ex minima parte institutus. l. 2. §. finali. s̃. quod cum eo. Quod tamen, vt clariùs percipias, debes aduertere, quòd vt valeat testamentum mero iure, satis est, filium esse institutum per patrem in aliqua re minima. l. Gallus. §. in omnibus. ʃ. de liber. & posth. & ibi Aretinus colum. 1. siue filius sit in potestate, siue emancipatus. l. non putauit.

§. final. ſ. de contra tabul. l. etſi ex modica §. 1. ſ. de bonis libertor. tamen quia filius non obtinebat legitimam portionē ex iudicio patris, concedebatur filio instituto querela inofficiosi testamenti, aduersus testamentum paternum. l. Papinianus. §. meminisse. & ibi Bart. nu. 4. ſ. de inoffic. testa. nam apud Iureconſ. de ſubſtantia querelæ non erat exhæredatio, ſed inofficioſitas. Bal. l. pater filiū. col. 3. verſ. ſed tūc immediatè. ſ. de inoffic. teſtam. in qua querela ſi obtineret, reſciſſo teſtamento, patri ſuccedebat ab inteſtato. l. vt liberis. C. de collatio. & ſic non competeret actio mulieri: quia nō poteſt dici maritus inops. Vnde videtur inferendum, quòd in hac ſpecie tunc demum dabitur actio mulieri, poſtquā maritus in re minima inſtitutus, fuerit excluſus à querela, vtpotè, vel quia ea vſus non eſt intra quinquennium, iuxta l. ſi quis filium. §. final. C. de inofficioſ. teſtam. vel quia aliàs agnouit iudicium patris, iuxta l. parentibus. C. de inofficioſ. teſtament. & in his terminis procedet æquiparatio l. 2. §. final. ſ. quod cum eo.

7 † Videtur etiam inferendum, non poſſe hoc caſu vxori competere actionem, antequam hæreditas ſit adita per alios cohæredes: nam cùm querela non poſſit anteà competere. l. Papinianus. §. ſi cōditioni. ſ. de inoffic. teſtam. expectandū eſt, quòd adeatur hæreditas per alios cohæredes: nam ipſe adire non debet, quia ſic eſſet excluſus à querela, quaſi approbauerit iudicium paternum. l. parentibus. C. de inofficioſ. teſtamēt. Interim igitur mulieri non competet actio ad repetēdam dotem: argum. l. ſi maritus. 47. ſ. famil. erciſcund. Sed vrget in contrarium is text. qui loquitur in filio exhæredato, & tantùm requirit aditionem hæditatis, vt exhæredatio cenſeatur confirmata, & ſtatim admittit vxorem ad repetendam dotem: neque conſiderat, vtrùm obtineat in querela, necne? Sed reſpondendum eſt, differentiam eſſe inter filium ex minima parte inſtitutum, vel exhæredatum: nam ſi inſtitutus eſt in minima parte, procedent ſuprà tradita: ſi verò filius ſit exhæredatus, confirmata exhæredatione per aditionē, ſtatim admittitur mulier ad repetendam dotem, nulla habita conſideratione, vtrū exhæredatus poſsit obtinere in querela, necne, vt conſtat ex iſto text. Ratio differentiæ eſt, quia præſumebatur patrem ex iuſta cauſa filium exhæredaſſe: & ideò filio contrarium alleganti incumbebat onus probandi. l. liberi. C. de inoffic. teſta. & ſic quaſi filius in querela difficulter eſſet obtēturus, non habebatur illius conſideratio. Sed quando filius erat in minima parte inſtitutus, habebatur conſideratio querelæ, quia vt in ea obtineretur, ſatis erat oſtendere, ſe non fuiſſe inſtitutum in portione debita, ſecundū leges: vnde cū de hoc facilè poſſet cōſtare, habebatur querela in cōſideratione, vt in ſimili tradit Iurecōſ. l. qui cū natu maior. §. 1. ſ. de bonis liber. & ideò interim impediebatur actio vxoris: argu. l. ſi maritus. 47. ſ. famil. erciſ. Et iuxta hæc venit explicādus tex. l. 2. §. fin. ſ. qd cū eo. dū probat, filiū nō eſſe cōueniēdū, niſi quatenus facere poteſt, quando per patrē fuit exhæredatus, vel ex minima parte inſtitutus: quod hodie etiam obtinere, aduerſus Angel. probat Imol. l. exhæredatū. ad fin. ſ. de re iudic. † nam

8 ea æquiparatio intelligēda eſt, quādo inſtitutus in re minima, à querela erat excluſus; aliàs expectādū eſſet, vtrū in querela obtineret, necne? vt ſi in ea obtineret, & ſic in totū patri ſuccederet ab inteſtato, in ſolidū cōueniēdus eſſet. Dicetur autē in minima parte inſtitutus, quādo fuit inſtitutus in parte, quę nō aſcēderet ad integrā legitimā: vt cōſtat ex. l. Papinianus. §. meminiſſe. ſ. de inof. teſta. licet aliter explicet gl. fin. d. l. 2. ſ. quod cū eo. & Alex. l. ita tamē. §. ſi patronus. nu. 2. ſ. ad Trebellianū. Hodie ſanè ſi filius exhæredetur ſine cauſa expreſſa, cum teſta-



teſtamētū ſit ipſo iure nullū. auth. vt eū de appella. cognoſci. §. aliud quoq;. colla. 8. & ſic filius ab inteſtato patri ſuccedat, non procedet huius tex. deciſio; quia ceſſat inopia exhæredati. Si autem exhæredetur cum cauſa, quia tunc valet teſtamentum, & opus eſt querela, locum habebit huius tex. deciſio. Neque obſtat, quòd iure antiquo erat præſumptio pro patre, & ideò filio alleganti ſe iniuſtè fuiſſe exhæredatum, incumbet onus probandi. l. liberi. C. de inof. teſta. quod hodie ceſſat: nam imò hæredi patris exhæredantis incumbit onus probādi ex iuſta cauſa factam fuiſſe exhæredationem. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. Nam reſpondetur, quòd etiam iure antiquo opus erat conſtare, patrem ex iuſta cauſa filium exhæredaſſe: nam aliàs reſcindebatur teſtamētum. l. cùm ratio. ſ. de bon. damnat. & tamē nihilominus mulier ſtatim admittebatur ad agendū. tex. hîc. Ergo idē etiam hodie in prædictis terminis videtur recipiendū: nam q̄ vni, vel alteri incumbat onus probandi veritatem cauſæ, iuris diſpoſitionē mutare non debet. His ita explicatis, reſtat videre de ea dubia quæſtione, à quo tēpore oriatur actio dotis? Cuius meminit glo. hîc. ad finē. & eam latè pertractant Bart. & alij in præſenti. In qua quæſtio-

9 ne receptiſsima concluſio eſt, † Quòd non incipit competere, niſi poſtquam ſolutum fuerit matrimonium, vel maritus fuerit deductus ad inopiam: & ita gl. final. l. ſed ſi alia. ſ. de bon. damnator. gl. l. ſi cùm dotem. §. ſi mulier. ſ. eodē. gloſſ. l. ſi rem. §. omnis. ſ. de pignor. actio. gloſ. l. auia. verb. competentē. C. de iure dot. & latè comprobat Barto. hîc, cuius opinio magis communiter recepta eſt, vtaſ-

10 ſerit Alex. hîc nu. 3. ad fin. & col. fin. poſt principium. & conſil. 106. num. 3. libr. 5. Campeſ. de dote. 3. parte. quæſtion. 17. Nouellus de dote. 7. parte. num. 37. Neguſ. de pignorib. 3. membr. 8. partis. nu. 1. Gomez. §. fuerat. num. 41. Inſtit. de actio. Adducitur pro hac communi ſententia, primò. l. in rebus. 30. §. omnis. C. de iure dotium. & l. cùm notiſsimi. §. illud. C. de præſcriptio. triginta annorū. in quibus probatur, aduerſus vxorē non incipere currere præſcriptionem, niſi poſt ſolutum matrimoniū, vel poſtquā maritus ad inopiam deductus eſt, quia anteà cùm ei non competeret actio ad petendam dotem, aduerſus impeditam de iure agere, non potuit inchoari præſcriptio. l. 1. §. fin. C. de annal. exceptio. auth. niſi tricennale. C. de bonis mater. Ergo prædicta iura bene probant hanc concluſionem. Secundò adducitur. l. 2. in principio. ſ. de dote prælegat. & l. ſed etſi pro dote. 10. §. 1. ſ. de legatis præſtandis. in quibus probatur, quòd ſi ſocer nurui leget dotem, & conſtet matrimoniū, inutile redditur prælegatum, ſi ſenſit de actione dotis: quia cùm illa conſtante matrimonio non ſit orta, videtur relictum id quod non eſt in rerum natura: & ſic iura illa etiam apertè probant hāc opinionem. Tertiò adducitur. l. ſeruum. 21. ſ. de manumiſsio. vbi probatur, quòd dos incipit deberi à tempore, quo conſtat maritum non eſſe ſoluendo, quaſi ſi maritus diues ſit, non debeatur, quia nō eſt orta actio, neque obligatio. Quartò, quia dotis reſtitutio confertur in incertum diem mortis, vel diuortij. l. cùm notiſsimi. §. illud. C. de præſcrip. 30. vel. 40. annor. & certū eſt, q̄ quando diſpoſitio cōfertur in incertū diē, interim non eſt orta actio, neq; obligatio. l. vnica. C. vt actio. ab hæred. & cōtra hæred. l. ſtipulatio iſta. §. inter certā. ſ. de verb. oblig. Bar. l. ita ſtipulatus. n. 41. ſ. de verb. obliga. cuius opinionē receptiſsimam eſſe aſſerit Coſta ſelect. lib. 1. c. 18. col. pen. † Cōtrariā nihilominus opinionē, imò actionē dotis mero iure eſſe ortā cōſtāte matrimonio, tenet glo. l. iuris gētiū. §. vt puta. verbo, conuenit. ſ. de pactis. Bald. l. vnica. numer. 6. C. vt actio. ab hæredibus & contra hæredes. & latè defendit Roman.

Roman. hîc à nu. 9. † Crot. in principio huius. l. 2. lect. à nu. 5. & ibi Ripa num. 2. magis probat. Et hanc opinionem tanquam veriorẽ probat etiam Guillielm. Pontan. l. 1. num. 26. vers. tamen verior. ſ. eod. Adducitur primò pro hac ſententia l. auia. C. de iure dot. ibi, Competentẽ. Secũdò. l. quoties. 30. ſ. eo. ibi, De dote actionẽ. Tertiò. l. ſed ſi alia. 5 in fi. ſ. de bon. damnat. dũ dicit, quòd vbi vxor deportatur, & poſt deportationẽ interuenit diuortium, quòd deportatæ cõpetit ius repetẽdi dotẽ, quaſi hodie nata actione humanitatis gratia: ergo præſupponit, q̃ de rigore iuris videbatur actio nata conſtante matrimonio, & ſic de rigore videbatur contineri in amiſsione bonorum, quæ fit per deportationem. l. de portatorũ. C. de pœnis. & ita expendit Alber. d. § fin. Crot. in princ. huius. l. 2. lectur. nu. 5. Adducitur quartò, q̃ contractus dotis dicitur nominatus, & quiex ſe producit actionẽ. Bart. l. iuris gentiũ. in fine princip. ſ. de pact. Cùm autẽ dos non dicatur cõtractus nominatus, niſi poſt quã interuenit traditio, vt tradit Bartol. vbi ſuprà. Alex. in rubr. nu. 32. ſ. eod. & cõſ. 13. nu. 13. lib. 3. & per traditionẽ obligatio mulieris ſoluatur in princ. Inſtit. quib. mod. tollitur obligatio. neceſſariò cõſequitur, q̃ dicitur cõtractus nominatus reſpectu obligationis mariti, & cõſequenter, q̃ maritus recepta dote, tenetur ad illius reſtitutionẽ ex contractu dotis nominato, ex quo ſtatim oritur actio. l. iuris gentium. in princ. ſ. de pact. & quivelit defendere hãc opinionẽ, ad rationes cõmunis opinionis facilè reſpõdere poterit: nã ad primã de. l. in rebus. 30. §. fin. C. de iure dotiũ. cũ ſimilibus. reſpõdeo, q̃ dũ dicit, nõ incipere currere præſcriptionẽ aduerſus vxorẽ, niſi à tẽpore diuortij, vel à tẽpore quo maritus ad inopiam deductus eſt, non ob id ſequitur, actionẽ dotis antea ortam nõ eſſe; quia regula quæ dictat, aduerſus impeditũ de iure agere, non incipere præſcriptionẽ, locum habet, ſiue ſit impeditus, quia actionẽ non habet, ſiue eã habet, & tamẽ legitima exceptione excludi po-
11 teſt, vt poſt Anchar. † tradit Felin. c. ex tranſmiſſa. nu. 9. de præſcriptio. Deci. l. 1. in. 1. lect. nu. 27. & 2. lectu. nu. 68. C. qui admitti. & c. cũ inter. n. 23. de exceptio. & l. nõ videtur cœpiſſe. nu. 2. ſ. de regul. iuris. Balb. de præſcriptio. 1. part. 6. principalis. nu. 20. & eſt tex. clarus. l. cũ notiſſimi. §. illud. C. de præſcriptio. triginta annorũ. dũ probat, q̃ aduerſus creditorem, cui debebatur in diẽ certam, nõ incipit præſcriptio, quia licèt mero iure haberet actionẽ: tamẽ legitima exceptione ante aduẽtum diei excludi poterat. l. 1. §. fin. ſ. quãdo dies vſusfruct. legat. cedat. Sic pariter & in noſtro caſu, quãuis mero iure orta eſſet actio ad repetendã dotẽ: tamen cũ ante aduentũ mortis, vel diuortij, petenti vxori obſtaret legitima exceptio, aduerſus eam non debuit incipere præſcriptio. Non obſtat ſecundum de. l. 2. in princ. ſ. de dote prælegat. nam pro vera eius interpretatione debes aduertere, q̃ Iureconſ. ibi facit differẽtiam, vtrùm teſtator prælegando dotem, intellexerit de rebus datis in dotẽ, vel de actione dotis: vt primo caſu valeat prælegatũ, & in ſecundo nõ valeat, quaſi legatum ſit id quod non reperitur in rerum natura: argum. l. ſi ſic. 78. §. 1. ſ. de legat. 1. vt communis opinio exiſtimat, & in ſpecie Alex. l. ſi Titius. nu. 3. ad fin. ſ. de verbor. obligatio. Crot. in princip. huius. l. 2. lect. num. 6. verſ. ſed aduerte. In dubio autẽ teſtator de actione dotis videtur intellexiſſe, quia huic interpretationi magis verba teſtatoris adaptantur, vt colligitur ex. l. ſed etſi pro dote. 10. §. 1. ſ. de legat. præſtand. & tradit Bar. d. l. 2. n. 7. ſ. de dot. prælega. & ibi Goffre. n. 13. notab. explicãs. Itẽ aduertẽdũ eſt, q̃ in ſpecie d. l. 2. ſ. de dote prælegat. dos fuit tradita ſocero, & ſic ille ex perſona ſua tenebatur ad dotis receptæ reſtitutionem. l. ſi cum dotem. 23. §. trãſgre-



diamur. ſ. eo. † Nurui quidem, ſi ei
12 competeret actio ad repetendam dotẽ. l. ſed etſi pro dote. 10. §. 1. ſ. de legat. præſtand. aliàs filio, ad quem tranſibant onera matrimonij. l. ſi filia. 20. §. 1. ſ. famil. erciſcund. quæ obligatio pariter ad eius hæredes tranſit. l. 2. §. ex his. ſ. de verbor. obligat. Ex quibus ita præmiſsis dicendum eſt, ideò in ſpecie. l. 2. in princ. ſ. de dote prælegat. non valere actionis dotis prælegatum factum nurui, quia quãuis illa actio mero iure orta eſſet, tamen dum cõſtabat matrimonium, eius effectus nõ cõpetebat vxori: ſed potius marito, ad quem trãſire debebãt onera matrimonij, & ideò nõ ſubſiſtit legatũ: quia quemadmodũ teſtator non poteſt iubere, vt hæres patiatur ſe cõueniri per eum qui non habet actionem. d. l. 2. in princ. ſ. de dote prælegata. & ibi Bar. nu. 5. communiter receptus, vt aſſerit Iaſon l. ſi Titius. num. 3. ad finem. ſ. de verbor. obligat. & ibi Alciat. num. 3. Alexand. conſil. 130. nu. 9. lib. 2. ita etiam non poteſt iubere, quòd hæres patiatur ſe conueniri per actionẽ quæ effectum habere non poteſt in perſona actoris: nã ſecundùm iuris regulas, idẽ eſt eſſe nullũ, vel inefficax. l. ex his omnibus. ſ. de cõdict. indeb. l. fina. & ibi Iaſon num. 3. ſ. de offic. eius. gloſſ. fin. l. 2. ſ. de condict. ob turpem cauſam, & proſequitur Neguſ. de pignorib. 1. memb. 3. partis à numero. 8. Non igitur in ſpecie d. l. 2. ſ. de dote prælegat. ideò non valet prælegatum actionis dotis, quòd legetur actio, quæ adhuc nata non eſt, nec eſt in rerum natura, vt cõmunis præſupponit, ſed quia licet actio ſit nata conſtante matrimonio: tamen ad petendam dotẽ à ſocero, vel eius hæredibus, actio competit marito, & non vxori: nec dum conſtat matrimonium, poteſt in illius perſona effectũ habere: quia dum conſtat matrimoniũ, actio dotis petendæ non poteſt effectum habere in perſona vxoris, cui dos non eſt reſtituenda, niſi poſt ſolutum matrimonium. l. 2. in princ. ſ. eo. Quod clare ſignificat. d. l. 2. in princip. ſ. de dote prælegat. ibi: Quippe nupta eſt: ſentit enim, ideò prælegatum illud non valere, quia conſtabat matrimonium, quo conſtante ipſa eum effectu dotẽ obtinere non poteſt † l. vnica. C. ſi dos conſtãte matrimonio, & aduertit glo. d. l. 2.
13 verbo nupta eſt. Quare ſi petitio dotis poſsit habere effectum in perſona vxoris, quia ſcilicet maritus vergit ad inopiam, valeret prælegatum actionis doctis ei relictum, vt eſt expreſſum. l. ſed et ſi pro dote. 10. §. 1. ſ. de legat præſtandis. Similiter ſi pater filio exhæredato leget actionem dotis, valet prælegatum: vt eſt expreſſum. l. 2. §. per contrarium, & l. pater dotem. 8. ſ. de dote prælegat. Et eſt ratio, quia ipſi filio competit cũ effectu actio ad petendam dotem, iuxta regulã. l. ſi is qui. §. 1. ſ. de iure dotium, & ei neceſſariò præſtanda eſt per hæredes patris, dummodo eis caueat de indemnitate. d. l. 2. in princip. & d. l. pater dotem. ſ. de dote prælegat. vbi text. verſic. ſed ſi priuſquã. eã vtilitatẽ aſsignat prælegato, q̃ exhęredatus ſtatim cõſequetur dotẽ, etſi illa adhuc nõ eſſet debita marito; vt pote quia annua bima trima die ſoluẽda erat, iuxta l. vnicã. §. cum autem. C. de rei vxor. actio. Neq; repugnat is textus, quia tantũ probat, q̃ vxor ſe poſsit opponere, & impedire ne dos reſtituatur marito propter inopiã, ſed ſibi. Sed antequã ſe opponat, cũ effectu dos reſtituenda eſt marito præſtita prædicta cautione. d. l. qui dotẽ. 8. ſ. de dote prælegat. Nõ obſtat tertiũ de. l. ſeruum. 21. ſ. de manumiſsio. quia reſpondeo, verum quidem eſſe, quòd dum maritus eſt diues, non competit vxori cum effectu reſtitutio: ſed tantùm poſtquàm ille cœpit vergere ad inopiam: ſed anteà mero quidẽ iure competit, ſed ſine effectu ante ſolutũ matrimoniũ. Quòd ſi dos non ſit penes maritũ, ſed penes ſocerum, cõſtante matrimonio etiã nata eſt actio,

actio. Sed in persona vxoris est sine effectu,vt suprà diximus:in mariti autē persona efficax est.l. si filia.20.§.1.ſ. famil. erciscund.& ideò meritò gloss.l. 2.§.sed si marito.verbo,indebita.ĵ. de dote prælegat.dicit, quòd dos constante matrimonio dicitur indebita respectu vxoris:†nam marito debita est. Non obstat
14 quarta & vltima ratio,quia in primis respondet Roman.hîc col.final. verius esse,quòd dies incertus mortis, non impedit ortum actionis,& obligationis:allegat.l.final C.de contrahend.& committēd.stipu &.l.nam & si cùm moriar. ſ. de cond.indeb.subscribit Crot.in princip.huius.l.2.lectura. num.6 .ad finem. & ante eos tenuit gloss §. post mortem. Instit.de inuti.stipulatio. Sed non placet hæc responsio,quia verius,& receptius est,diem incertum quando impedire ortum actionis & obligationis. Bartol receptus.l.ita stipulatus. num. 41. ĵ. de verbor.obligat. & licèt aliqui teneāt aduersus Bart. quoad ortum obligationis:tamen omnes concedunt, actionē non oriri,nisi post aduentū diei incerti: vt colligi potest ex traditis per Ripā.d.l. ita stipulatus.num.9. Alcia.l. cedere diē. num.3.ĵ.de verbor.signifi.Couarru. de sponsal.3.part.c.3.§.2.nu. 11. Quinimò neq; obligationē in dicto casu oriri,tanquam verius,& receptius defendit Costa respondens contrarijs.lib.1. selectar. cap.28.Neq; repugnat tex.l.final.C. de contrahend.& commit.stipulatio. quia loquitur in conditione, Cùm moriar, quæ videtur existere,vbi quis est in actu moriēdi.l.fin.ĵ.quando dies legat.cedat. & ideò meritò incipit à defuncto,& ex eius persona transit in hæredem : sed si promittat post mortem suam,quia tūc dies incerta nō extat, nisi post mortem promissoris, obligatio non incipit à defuncto, sed ab eius hærede.l.vnica. C. vt actio. ab hæredib.& contra hæredes. Quanuis verum sit,in vtroque casu promissionem hodie valere.l.scrupulosam. C. de contrahend. & committend ac ita vera est prædicta differentia, quidquid cauilletur Roman.hîc col final.& post eum Crot. in principio.huius.l.2. lectura.num.6.ad finem.Ex qua manifestè colligitur,quòd vbi exprimitur dies
15 incerta quando ante aduentum diei incerti impeditur ortus actionis.& obligationis,vt magis communis vult, † & tic adhuc subsistit difficultas. Et ideò secūdo loco respondetur , quòd iura in hac materia præsupponunt, diem incertum soluti matrimonij,respicere exequutionem dotis,non autem substantiā, vt colligitur ex isto text. in principio.ibi, Exactio,& ibi notat Ripa nu.20.& ex.l.in rebus. 30.§.omnis.C.de iure dotium. &.l. 1.C.de repud.&.l.cū notissimi. §. illud. C.de præscriptio.triginta annorum.quę iura latiùs inducit Roman. hic ad finē. & quando dies incertus respicit exequutionem,non autem substantiam ; exequutionem quidem supendit, non autem actionem & obligationem , quam non respicit.Vt in simili dicimus , quòd conditio tacita impedit ortum actionis. glo.recepta.l.item quia. §.1.ſ.de pactis. & tamen si respicit exequutionem , illā tantùm suspendit,non autem obligationem & actionem.l.muto.§.si sub conditione ĵ.de tutelis.glo.l.ita demum.ſ. de arbitris.& ibi Bart.num.1.Pro qua respōsione vrget doctrina Bart.l.2.§. & harū. num.4.ĵ. de verborum obligationibus. quòd si postquam orta est actio,& obligatio , inducitur suspensio propter aliquem effectum, actio, & obligatio iam orta pura remanet.l.pecuniam.ſ.si cert. petat. & solùm exequutio suspenditur in futurum euē tum. Vrget etiam dictū Oldrad.cons.132.nu.1. quòd si pactum respiciens restitutionē dotis, interueniat post datam dotem; cùm ex ipsa datione orta sit actio,tanquam ex contractu nominato. Barto.l.iuris gentium.ad finem princip.ſ.de pactis.semper pactū videtur adijci solutioni contractus iam per-



perfecti,&ideò dies incertus non faciet conditionem, sed tantùm suspendet exequutionem: vt colligitur ex.l. si cui legetur.§.1.ĵ. de legat. 1. adiuncta.l. ex his.C.quando dies legati cedat.Facit etiam,quia iura passim constituunt differentiam,vtrùm suspendatur substantia actus,vel eius exequutio,siue effectus.l. Iulianus.21.ſ.de iure dotium.l.cùm hic status.33.§ siue autem res.ſ.de donatio. inter virum.notat Oldrad.cons.150. in ecclesia.num.6.& in notabili casu Bart. l.Cēturio.num.5.ĵ.de vulgari.quem sequuntur Deci.l.precibus.nu.11. ad medium. C.de impuber.& alijs & Ruinus cons.126.num.11.vers.vel secundo.lib.
16 3.† Sed neque ista solutio est tuta, quia in contrarium est text. l. quibus diebus. 40.§.quidam Titio.ĵ.de cond.& demōst. vbi dies incertus,adiectus exequutioni, totam dispositionem reddit conditionalem:per quē text.hanc doctrinā posuit glos.fin.l.Seius.46.ĵ.ad Trebellian.quam ibi dicit receptam Alexan.in fin Et hāc esse communem resolutionē asserit Iass. l.si cui legetur.§.1.num.6.ĵ.de legat. 1. Neq; dicas,prædicta procedere in vltimis voluntatibus:nam etiam in contractibus diē incertum adiectū dationi, siue exequutioni , totam dispositionem reddere conditionalē,apertè probat Bartol.l.1.nu.35.ad fin.ĵ.de cond.& demōstra.Ruin.l. Stichū qui meus erit. nu. 7. &.8.ĵ.de lega.1.Neque obstant suprà adducta pro suprà relato intellectu:quia in primis respondetur, quòd doctrina glo. l.ita demum.ſ.de arbitr. procedit in tacita conditione, quæ vnum tantùm tēpus,& casum cōtinet(vt cùm morieris) sed quando continet tēpus difforme,& casus diuersos,& ignoretur ex quo capite,siue casu dispositio verificetur ; tunc indistinctè impeditur ortus actionis,& obligationis . quod propriè verificatur in restitutione dotis,quia incertum est, ex quo capite debeat fieri restitutio dotis:& ita Bald.l.etsi post tres.1.lectu.nu. 7.ſ.si quis cautio.Sed non placet hæc responsio,quia non est faciēda differentia inter prædictos casus, vt eleganter aduertit idē Bald.l.vnica.nu.7. C. vt actio. ab hæred.& contra hæredes.quē sequitur Aretin.l.ita stipulatus.col.penult.ad mediū.ĵ. de verborum obligat. & ideò meliùs respondetur,glo.d.l.ita demum. procedere in tacita conditione; tunc enim fit ea distinctio , vtrū subintelligatur ratione substantię,vel exequutionis. Aliud autē erit in conditione expressa, quæ indistinctè dispositionē reddit conditionalē.l.quibus diebus.40. §. quidam Titio.ĵ.de cond.& demonst. & idē est in die incerta expressa glo. final. cōmuniter recepta.l.Seius.46.ĵ.ad Trebellia-
17 †Non obstat secundū de doctrina Bart. l.2.§.& harum.num.4.ĵ.de verbor.obligatio. quia Bart.loquitur,quādo contractus purè celebratur,& ex postfacto nouatur sub conditione:tunc enim prima obligatio & actio non suspēditur, sed tā tū petitio,vt est tex.l.si pecuniā.ſ.si cert. petat.nos autē loquimur, quando simul cum ipsa actione additur conditio , vel dies incertus:tunc enim dispositio cēsetur conditionalis, vt suprà probauimus. Non obstat tertium de dicto Oldradi d.cons.132.num.1.quia eius dictum nō est verum,neq; probatur in iuribus per eum adductis:nam.l.ex his. C. quando dies lega.cedat. loquitur,quādo dies certa fuit adiecta præstationi legati: si autē dies incerta addatur exequutioni,dispositio redditur conditionalis. gloss. final. l.Seius.46.ĵ.ad Trebellian. & asserit receptum Iason.l.si cui legetur.§. 1.nu.6. ĵ.de lega.1.Non obstat quartū, quia nos fatemur differre,substantiā actus suspēdi,vel eius effectum: sed contendimus, quòd vbi dies incertus,vel conditio,adijcitur exequutioni , tota dispositio reddit cōditionalis.l. quibus diebus. 40. §.quidā Titio.ĵ.de cond.& demonst. Et ideò melius respondetur,q; hæc dies incerta restituendæ dotis, siue conditio,

tacitè inest à iure,vbi quis confitetur se accepisse dotẽ , vel aliàs de acceptione constat.Bald.l.vnica.§.& vt plenius. C. de rei vxor actio.num.4.per illum tex.l. si duo.§.pen.s̃.de iureiu.& cõditio quæ tacitè inest,non reddit actum conditionalem.l.3..j.de lega.1.l.conditiones extrinsecus.j.de cond.& demonst.sed tantùm suspẽdit executionẽ. l. muro. §. sub conditione.j.de tutelis, vel designat tẽpus,quo restitutio fit cũ effectu facienda.l. prætor in princ.j.de collatio.bono. quod in simili casu tradit Oldrad. cõsil. 323.nu.3.resoluẽs,q̃ cum in vnionibus, quæ fiunt de beneficio viuentis, tacita insit à iure cõditio,si ille decedat,vel renuntiet. c.cõsultationibus. de donatio. si hæc conditio exprimatur,non redditur vnio conditionalis , sed tantùm voluit Papa demonstrare,quo tẽpore vnio
18 esset sortitura effectum de facto. † Sequitur Gomes.in tract. de mandatis de prouidendo.nu.9.ac ita hæc opinio aduersus communem facilè defendi potest . Pro concordia tamen harum opinionum dicendum est,quòd cum restitutio dotis conferatur in diem in certũ soluti matrimonij.l.cum notissimi.§. illud.C.de præscript.30.annorũ . & dies incertus impediat ortũ actionis,& obligationis.Bart. receptus. l.ita stipulatus. nu.41.j.de verb.obligatio . etiam si dies incertus adijciatur actus executioni.gl. recepta.l.Seius.46.j.ad Trebell.& suprà probauimus,interim nõ erit orta actio, & obligatio, vt magis communis vult. Cæterùm si posteà extiterit conditio, illius implementum trahetur retro ad initium actus, ac si à principio illius purè fuisset celebratus:& sic perinde habebitur,ac si à principio esset orta actio , & obligatio:nam cum is dies incertus à casu pẽdeat,succedit regula,q̃ implementũ conditionis casualis trahitur retro ad initiũ cõtractus.l.potior est.s̃.qui potio. in pignorib.habeant.& in terminis agnoscunt Bal.Nouellus.de dote.10.parte nu.37.& Negus.de pignorib.3.mẽbr.8. partis.nu.1.Pro qua concordia expẽdo text.l.sed si alia.5.in fin.j.de bonis dãnato.dum inquit, q̃ si mulier deportetur, & posteà dirimatur matrimoniũ,dos nõ veniet in cõfiscatione,humanitatis causa;quasi hodie nata actione.Roman.hic nu.11.ita eam legem interpretatur, q̃ si actio dotis videretur nata cõstante matrimonio,propter deportationẽ vxoris, cũ cæteris bonis veniret in confiscatione.iuxta regulã.l.si adẽptis.C.de sententiã passis.&.l.deportatorũ.C. de pœnis. quod inconueniens vt euitetur, intuitu humanitatis lex fingit, q̃ sit orta actio post deportationem , & sic non veniat in confiscatione, quia post deportationem quæsita nõ veniũt in cõfiscatione. l.si mãdauero tibi.§. is cuius.s̃. mãdati. Si ergo in prædicto casu propter humanitatem fingitur,actionem nõ esse natã constante matrimonio, sed post solutũ matrimonium, clarè præsupponitur,eã actionem regulariter videri natam constãte matrimonio,& sic apertè videtur impugnare cõmunem sentẽtiã, nec illi posse respõderi,vt dicit Roman. vbi suprà, † & subscribit Crot.in princ.huius
19 legis.2.lect.nu.5.Sed hæc inductio fragilis est, & in contrarium retorqueri potest:nã sentit tex.ille,q̃ si actio dotis esset nata tempore constantis matrimonij,& sic tempore deportationis, vtiq; veniret in confiscatione,vt est expressũ l.si ademptis.5.C.de sentẽtiã passis. Vnde si post diuortium contingeret deportatio,dotis actio veniret in confiscãtione, vt est expressum.§.fina.j.hac l. & ibi notat Bart.in fine . Ergo ideò non venit, quia actio dotis restituendæ non oritur constante matrimonio , vt communis vult: & hac ratione maritus interim retinebit dominium, & administrationem dotis,vt antea habebat:quia delictum vxoris ei non debuit præiudicare in iure suo.l. si marito. 32. in princip.j. eo. & postquã fuerit solutum matrimonium,tunc incipiet oriri actio dotis,quæ competet mulieri deportatæ, & non fisco,humanitatis gratia,quasi hodie nata actione. Quæ verba vt percipias,debes aduertere,quòd licet ea quæ acquiruntur post deportationem , non pertineant ad fiscum.l.si mandauero tibi.§.is cuius.s̃.mandati. id tamẽ intelligendũ est , quando acquiruntur ex noua causa:nam si ex causa antiqua,& quæ præcessit deportationem, acquirantur; illa vtique ad fiscum pertinebunt: quia cùm conditionis implemẽtum trahatur retrò.l.potior est. s̃. qui potiores in pignorib.habeantur perinde haberi debet,ac si actio illa cõpeteret deportato ante confiscationem:& ideò meritò pertinet ad fiscum, & ita est tex. expressus l.inter socerum.§.fin.s̃.de pact. dotalib. extollit Alexan.l.si marito.col.2.in princip.j.eodẽ.Roman.singul.168. & cons. 247.nu.2.Simancas in Catholic. instit. tit.9.nu.11.Vnde cùm etiam in dotis restitutione implementum conditionis retrotrahatur,vt suprà diximus, † vide-
20 batur dicẽdum , quòd etiam si post deportationẽ interueniret diuortium, & sic post deportationem oriretur actio ad petendam dotem : tamen nihilominus pertineret ad fiscum,& non ad mulierẽ: quia cùm implemẽtum conditionis retrotrahatur,quasi iam competeret ante deportationẽ,debuit ad fiscum pertinere,vt est expressum in d. l. inter socerum.§.fin.s̃.de pact.dotalib. Contrarium tamẽ determinat Iureconf.d.l. sed si alia.in fin. quia humanitatis gratia videtur hodie nata actio dotis,id est, attẽditur veritas,q̃ post diuortiũ, & sic post deportationẽ nata est: neq; attendetur illa fictio iuris,quæ regulariter solet considerari,scilicèt,quòd implemẽtum conditionis trahatur retro.Vnde ex eo text. apertè colligitur, quòd actio dotis restituẽdæ non oritur,nisi post solutum matrimoniũ:neq; in hoc est aliqua specialitas.Probat etiam,quòd regulariter implemẽtum conditionis trahitur retro,& sic perinde habetur,ac si à principio orta esset,præterquam in casu speciali d.l. sed si alia.in fin.nam vt dos pertineat ad mulierẽ,considerabitur veritas, scilicèt, quòd post diuortium,& sic post deportationẽ actio nata est : neq; admittetur illa fictio iuris,per quam implementum conditionis trahitur retro : vnde meritò non venit in confiscatione .Nam & hac eãdẽ ratione, si legatum esset relictum deportato, antequam deportaretur,& post deportationem eueniret cõditio,legatum non pertineret ad fiscũ, sed potiùs ad deportatum, quasi quæsitum post deportationẽ.gloss. recepta.l. non ad ea.88.verbo,præsens.j.de cond. & demonstra.extollunt relati per Anto. Gomez.3.tom.cap.14.num.2.quia in legatis implemẽtum conditionis non solet retrotrahi.l.1.§.serui. j. ad Sillanian. Humanitas igitur, quæ consideratur in d.l.sed si alia.in fin. in eo consistet,quòd implemẽtum conditionis non trahatur retro,sed cõsideretur veritas,quòd post deportationẽ sit orta actio.Et ex his colliges veram concordiam inter d.l. sed si alia.in fin.&.l.inter socerum.§.fina.s̃. de pact.dotalib.nam in d.l.sed si alia.in fin. non attẽditur prædicta fictio , vt dotis actio acquiratur deportatæ: & tamẽ in
21 specie d.l.inter socerum.§.final.†consideratur prædicta fictio,& sic dos pertinet ad fiscum,& non ad deportatum,& sic sibi inuicẽ videtur contradicere. Inuenio,quòd Ruin.in.l. si quis arbitratu. ad finẽ.j.de verbor.obligation.&.l.Gallus.§.&quid si tantùm.in additione.nu. 3.ad finẽ.ita concordat,quòd in d. l. sed si alia.in fin.agitur de actione dotis,quæ pertinet ad ius gẽtium.l.eas.s̃. de capit. diminut. & ideò quæritur deportatæ, quia deportatus est capax eorum , quæ sunt de iure gentium.l. quidam sunt.j. de pœnis.Sed in d.l.inter socerum.§.final.agitur de actione ex stipulatu , quæ est iuris ciuilis.l.ex diuerso.§.1.j.eodem. &

& cuius deportatus non est capax. d.l. quidam sunt. & ideò non quæritur deportato, sed transit ad fiscum. Sed non placet, quia licet deportatus non sit capax actionis, quæ est de iure ciuili: tamẽ quando est capax contractus, in cuius consequentiam oritur actio, illius etiam capax censetur. Bartol. l. ex hoc iure. nu. 13. in fin. s̃. de iust. & iur. Iason in princ. nu. 45. Instit. de actio. Sed deportatus tẽpore quo fecit stipulationem, illius capax erat: ergo & capax cẽsebitur actionis, quæ ex stipulatione incipit competere post deportationem. Et ideò melius respondebitur, humanitatẽ de qua d. l. sed si alia. solùm considerari in fauorem mulieris deportatæ, quæ dotem dedit: sed in fauorẽ alterius deportati, qui dotis restitutionẽ sibi paciscitur, non cõsiderabitur prædicta æquitas, sed obseruabitur regula, quòd conditionis implementũ trahitur retro, vt efficaciter pro
22 bat d. l. inter socerum. §. fin. † Illud sanè verũ est, tũc demũ dotis repetitionẽ cõpetere fisco, quando dos pertinebat de iure ad deportatũ, si deportatus nõ fuisset; aliàs non ad fiscum, sed ad eum, ad quem iure pertinebat, debet transire, vt efficaciter probat d. l. sed si alia. ad finẽ. dum dicit, q; si filiafa. fuerit deportata, posteà sequuto diuortio, dos debet transire ad patrem, & non ad fiscum, iuxta regulã. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. Ex quo colliges, quòd licèt delictũ filiæfam. in hoc noceat patri, vt si eius culpa sequatur diuortium, dos acquiratur marito, neq; transeat ad patrem, vt sentit. l cùm pater. ad finẽ. s̃. de pact. dotalib. tradit gloss. fin. l. si dotem. C. de iure dotium. & ibi notabiliter Salicet. tamen aliud delictum non præiudicat iuri patris. Secundò principaliter ex suprà dicta concordia infertur, quòd cũ hypothecaria non incipiat competere, nisi postquam orta est actio personalis. Bart. l. fideiussor obligari. in princip. j̃. de fideiussor. tacita hypotheca, de qua. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. non incipiet competere, nisi post solutum matrimonium: quia & ab eo tempore incipit actio personalis dotis. Cæterùm prout implementum conditionis in actione personali trahitur retro ad initium dispositionis, vt suprà diximus: ita etiam & tacita hypotheca trahetur retro, vt ab eo tempore videatur incepisse. l. 1. s̃. qui potior. in pignor. & in specie tradunt Bald. Nouellus de dote. 10. par. num. 37. & Neguſ de pignorib. 3. mẽbr. 8. partis. num. 1. Infertur tertiò explicatio ad. l. auia. C. de iure dotium. & l. quoties. 30. j̃. eo. in quibus præsupponitur, data dote oriri actionem ad illam repetendam: nam omissis aliorum responsionibus, dicendum est procedere, postquã impleta est conditio, quia scilicèt solutũ est matrimonium: nam cùm tunc retro trahatur implementum, perinde haberi debet, ac si à principio orta fuisset actio. Vnde quanuis contractus dotis cẽseatur nominatus. Bart. l. iuris gentium. ad fin. princip. s̃. de pactis. tamen cùm actio inde procedens, conferatur in incertum diem restitutionis dotis. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscription. triginta annorum. interim impedietur ortus actionis & obligationis: & postquam illa aduenerit, trahetur retro, iuxta suprà tradita. Infertur quartò annotatio ad tradita per gloss. l. pater dotem. 8. verbo, recuperauerit. j̃. de dote prælegat. dum vult, quòd si dos data sit socero, & per eum legata sit filio exhæredato, potest nurus dotem recuperare, etiam cõstante matrimonio per actionem dotis,
23 † secundũ opinionem Ioannis ibi relatam. Cõtrarium ibi tenet Bart. num. 1. quia dum mulier nupta est, non potest habere dotis actionem. l. 2. in princ. j̃. de dote prælegat. & idem sentit hîc nu. 3. & Alex. nu. 5. vers. non obstant etiam rationes. Pro cõcordia dicendũ est, quòd si maritus fuerit exhæredatus, poterit mulier etiam constante matrimonio petere



tere dotem per actionẽ dotis: quia propter exhæredationem maritus videtur vergere ad inopiam, & ideò mulier potest per actionem dotis obtinere, vt sibi potiùs tradatur, vt probat is text. secundùm intellectum Baldi Nouelli, quem suprà probauimus. Et in his terminis procedit d. l. pater dotem. vt suprà declarauimus. Cũ enim certum sit, vxorem habere actionem dotis, etiam constante matrimonio, si maritus vergat ad inopiam, vt probat is text. in princ. & ibi notat Alexand. num. 1. l. seruum. 21. j̃. de manumissio. sic etiam, si adhuc tradita dos non fuit marito inopi, poterit obtinere, vt sibi potiùs tradatur. Si autẽ maritus aliàs sit idoneus, mulier actione dotis vti non poterit. d. l. 2. in princip. j̃. de dote prælegat. & multo minus maritus, cùm actione ad dotem restituendam, sola mulier agere possit, & non maritus. Aget nihilominus maritus, si hęres sit institutus per patrem, actione familiæ erciscundæ, vt sibi dos tradita patri, restituatur, vt ex ea sustineat onera matrimonij. l. si filia. 20. §. 1. s̃. famil. erciscund. & si sit exhæredatus, poterit idem obtinere per vtilem actionem in factum, productam ex æquitate regulæ. l. si is qui. §. 1. s̃. de iure dotium. & in specie colligitur ex Bart. in princip. huius l. num. 61. & diximus suprà. Quæ quidem actio in eo differt ab actione dotis, quia dotis actio est bonæ fidei. §. fuerat. Instit. de action. & prædicta actio in factum, est stricti iuris, vt elegãter tradit Goffred. l. 2. in princip. num. 18. j̃. de dote prælegat. Et tenebis mẽte in hac materia, quòd licet dies incertus adiectus exequutioni, totã dispositionem reddat conditionalem, tam
24 in contractibus, † quàm in vltima voluntate, vt suprà probauimus: tamen quoad conditionem resolutiuam, quæ solet induci per dictionem, Nisi, differentia est inter contractus, & vltimas voluntates: nam contractus non redditur conditionalis propter conditionem resolutiuam. l. 2. & ibi gloss. s̃. de in diem adiectione. & tamen cõditio resolutiua, reddit dispositionem vltimæ voluntatis cõditionalem. l. quibus diebus. 40. §. quidã Titio. j̃. de cond. & demonstratio. tradit hanc differentiam Alexan. l. post dotẽ. num. 9. ad finẽ. j̃. eod. & ibi Vincent. nu. 10. Peralta l. 1. num. 90. ad finẽ. j̃. de legat. 2. Et est ratio differentiæ, quia contractus statim suam perfectionem recipit. l. sicut. C. de actio. & obligatio. l. in cõmodato. §. sicut. s̃. commodati. & ideò conditio resolutiua, veniens post contractum perfectum, non reddit illum conditionalem. l. obligationum ferè. 43. §. conditio. in. 2. parte. j̃. de actio. & obligatio. in specie Bald. l. etsi post tres. 1. lect. num. 6. ad finẽ. s̃. si quis cautio. Sed vltima voluntas non recipit perfectionem, nisi post mortem testatoris. c. cùm Marthæ. de celebra. Missarum. & ideò conditio resolutiua posita in testamento, videtur respicere actum nondum perfectionem habentem. l. 2. cum glos. C. de testa. tutela. & sic illum reddit cõditionalem. d. §. conditio. in. 1. parte. Bart. Paul. & Imol. & Socin. num. 8. d. §. quidam Titio. Vnde si conditio resolutiua respiciat vltimam voluntatem, postquam suam habuerit perfectionem per mortem testatoris, non reddet illam conditionalẽ, text. est. l. fideicommissa. 11. §. sic fideicommissum. j̃. de lega. 3. nam ibi fuit fideicommissum conceptum sub conditione resolutiua, Nisi hæres noluerit, & sic fuit collata in tempus aditæ hæreditatis: quia anteà quis hæres non dicitur. l. 3. §. si quis. s̃. de hæredib. instituen. vndè meritò tunc fideicommissum non
25 redditur conditionale, † sed potiùs cũ tũc incipiat militare eadẽ ratio, quę in cõtractibus, etiam in vltima volũtate in his terminis obtinebit regula d. l. 2. s̃. de in diem adiectio. Et ex mẽte aliorum resoluit Cephalus consilio. 52. num. 16. lib. 1. quanuis id non satis perceperint Barto. & Baldus dict. §. sic fideicommissum. Et hæc

hæc satis in hac materia. De materia. §. quoties. ĵ. hac l. iam egimus. l. 2. in princ. & l. diuortio. §. interdum. s̃. eodem. & de intellectu. §. si vir. ĵ. hac. l. etiam tractauimus in princip. huius. l. Item & intellectum. §. si maritus. peregimus. l. si mora. s̃. eo. Deniq; intellectum. §. pen. ĵ. hac l. peregimus. l. diuortio. §. ob donationes. s̃. eodẽ. & ideò peculiaris eorũ. §§. omittitur interpretatio.

## SVMMARIA LEGIS, SI CONSTANTE. 25. §. final. ff. Soluto matrimonio.

1 *Dos quando veniat in confiscatione propter delictum vxoris.*
2 *Actiones veniunt in confiscatione bonorum.*
3 *Sub appellatione mobilium, & immobilium non continentur actiones.*
4 *Quæsita ex noua causa, non veniunt in confiscatione.*
5 *Iura passiua quando transeant ad fiscum.*
6 *Faciliùs iura passiua transeunt in fiscum, quàm actiua.*
7 *Agitur de intellectu. l. quoties. §. final. ĵ. de nouatio.*
8 *Vniuersalis successor tenetur ad ea, ad quæ tenebatur ille, in cuius bonis successit.*
9 *Quando inducatur nouatio præcedẽtis obligationis.*
10 *Explicatur is tex. in. 2. parte.*
11 *Quãdo valeat sententia lata in parte causæ.*
12 *In reiuendicatione vtrùm valeat sententia in parte?*
13 *Licet reus non possideat, actor debet declarari dominus rei petitæ.*
14 *Quando sit absoluendus reus, qui non possidet rem petitam.*
15 *Vbi lite cõtestata extinguitur ius actoris, censetur etiam extinctum iudicium.*
16 *Cur in hoc tex. instantia cœpta cum muliere non transeat ad fiscum.*
17 *Et exploditur ratio Cyni & aliorum.*
18 *Item & alia Barto. quòd fiscus habet certos iudices.*
19 *Filius hæres institutus non censetur ex sua persona, sed ex persona defuncti.*
20 *Instantia, vtrum trãseat ad vniuersalem successorem bonorum.*
21 *Explicatur. l. tã ex cõtractibus. s̃. de iudic.*
22 *Et cur eo casu æquiparentur, filium esse obligatum ex contractu, vel ex delicto.*
23 *Explicatur. l. si operarum. ĵ. de operis libertorum.*
24 *Et vera ratio assignatur, ob quam ibi transeat instantia.*
25 *Agitur de intellectu. l. in iudicio. 48. s̃. famil. erciscund.*
26 *Referuntur concordiæ DD. in hac materia, & reijciuntur.*
27 *In casu huius tex. nouũ debet inchoari iudiciũ*
28 *In ecclesiam, & clericum hæredes institutos transit instantia cœpta cum defuncto.*
29 *Et quid si cum defuncto non fuit lis cœpta.*
30 *Et in quibus, persona clerici hæredis consideranda sit.*

IN.



# INTERPRETATIO
## Legis Si constante. 25. §. fin. ff. Soluto matrimonio.

AD Intellectũ huius tex. sciendum est, multũ interesse, vtrùm propter delictum bona mulieris confiscentur constante matrimonio, vel eo soluto: nã si constãte matrimonio, nõ veniet dos in cõfiscatione, nisi cõdẽnatio fiat ex quinq; legibus expressis. l. quinque legibus. ĵ. de bon. damnat. Si verò cõfiscatio fiat post solutũ matrimoniũ, tũc dos sine actio dotis veniet in confiscatione cũ cæteris bonis, vt colligitur ex isto text. & tradunt Bart. hic ad fin. & Cuman. nu. 5. Roman. num. 7. & alij communiter. Nellus tractat. bannitorum. 1. part. 2. temporis. q. 28. Anton. Gom. l. Tauri. 78. nu. 5. Vnde infertur, quòd is text. debet intellegi, quando confiscatio soluto iam matrimonio facta est: nam cum gloss. 1. hic communiter recepta illum exemplificet, quando condemnatio fit ex lege Iulia de vi priuata, quæ tertiam bonorum partem aufert. l. fin. ĵ. ad legẽ Iuliam de vi priuata. necessariò debet intelligi modo de quo supra: nam si constante matrimonio confiscatio fieret, dos pro nulla parte veniret in confiscatione, cũ prædicta lex non sit de quinque legibus expressis in d. l. quinque legibus. Iuxta quę is text. ita explicãdus est, vt in prima parte soluto matrimonio interuenit confiscatio, antequam vxor intenderet actionem dotis. In secunda autem parte loquatur, quãdo super petitione dotis mu
1 lier litem iam fuerat contestata. † Infertur etiam annotatio ad glos. fin. hic, quæ exemplificãdo text. in secunda parte, intelligit, totam dotem confiscari, quia facta fuit cõdemnatio ex vna ex quinque legibus expressis d. l. quinque legibus. nã cum tex. intelligamus, quando soluto iã matrimonio interuenit confiscatio, dos veniret in quacunque confiscatione, vt constat ex suprà dictis, & tradunt Imol. & alij in præsenti. Circa quod elegãs est animaduersio Cuman. hic num. 5. quòd si confiscatio fiat cõstante matrimonio, propter delictum, quòd non sit puniendũ per vnam ex d. l. quinque legibus. q. tũc maritus iuxta pactum lucrabitur dotẽ vxoris. d. l. sed si alia. in princ. ĵ. de bon. damnator. Si autem fiat ex vna ex prædictis quinque legibus, tũc dos veniet in confiscatione, neque ex pacto deferetur lucrum dotis marito: ita colligitur ex d. l. quinque legibus. adiuncta d. l. sed si alia. in princ. & tradunt Dyn. Bart. & Alber. d. l. quinque legibus. Ruin. l. Gallus. §. & quid si tantũ. nu. 6. Ratio differentiæ est, quia delictum mulieris non debet nocere illi, cui ex pacto ius quæsitũ est in dote. l. si dotẽ. 24. C. de iure dot. quã extollunt relati per Anton. Gom. l. Taur. 78. in fin. Rationẽ reddit Bart. l. si quis in tantã. nu. 12. C. vnde vi. præterquam in illis quinque legibus, quibus cum sit expressum dotem amitti, generale pactũ de lucrãdo, nõ includit ea delicta, quibus specialiter cautum est, vt dos amittatur: arg. l. 2. s̃. de pact. dotal. Quinimò si in pacto id specialiter declararetur, nõ valeret, iuxta regulã. l. ius publicũ. s̃. de pact. Deniq; infertur ex prædictis annotatio ad tradita per Bald. Nouel. de dote. 7. part. specialiter. num. 8. ad fin. dum tenet, q. si post publicationem bonorũ, mulier sit restituta per principẽ, q. recuperabit lucrũ,

quod marito quæsitum fuit propter deportationem, ne aliàs impediatur matrimonium, quod ista mulier contrahere potest; id enim est falsum: nam cum hoc lucrũ marito quæsitum sit, & in eius patrimonio incorporatum, restitutio mulieris hoc ius ei adimere non potest. cap. quanuis. de rescript. in. 6. l. si ademptis. 5. C. de sententiam passis. His ita præmissis, ex prima parte huius text. colligendũ est, quòd in publicatione bonorum cõprehenditur etiam actio dotis mulieri competens ad illius repetitionẽ, si eo tẽ-
2 pore iam erat solutum matrimonium: † idq; generale est, vt in publicatione bonorum contineantur actiones condemnato competentes. l. si ademptis. 5. C. de sententiam passis. ita vt nõ solũ in vltima voluntate, sub appellatione bonorũ veniant iura & actiones. l. si legatus. 30. §. 1. ʃ. ad Trebel. itẽ in alijs materijs. l. bonorum. ʃ. de verb. significat. sed etiam in materia pœnali: nam & in ea semper, admittẽda est interpretatio, quàm verborum proprietas inducit. l. cum lege. s. de testament. Sed obstat huic cõclusioni, quòd etiam post solutũ matrimoniũ durat nomen doris, & prohibitio iuris, ne dos alienetur. l. etiam s. de fundo dotali. Sed respondetur, eam prohibitionẽ non habere locũ in alienatione necessaria, quæ fit propter condẽnationem. l. alienationes. s. fam. ercis. in specie Alex. cõs. 23. nu. 12. lib. 1. Prout & quanuis res litigiosa prohibeatur alienari. l. fin. C. de litigiosis. non tamen ea prohibitio locum habet in alienatione necessaria, quæ fit propter condẽnationem, vt probat is text. in. 2. part. & notab. Imol. hic post prin. Alex. nu. 2. Cùm igitur prohibitio non intelligatur de hac alienatione necessaria, & post solutũ matrimoniũ solũ respiciat fauorem mulieris, succedit doctrina Bart. l. si quis in rantã. nu. 12. C. vnde vi. quòd vbi prohibitio alienationis fit in fauorem alicuius, nõ intelligitur de ea alienatione, quę fit propter delictum. Hanc tamen conclusionẽ intellige, quando bona simpliciter publicãtur: nam si dictum sit, quòd publicãtur bona mobilia & immobilia, non venient actiones, quæ tertiam speciẽ constituũt, diuersam à bonis mobilibus & immobilibus. l. quã Tuberonis. §. in peculio. s. de peculio. l. à diuo Pio. §. in vẽditione. & ibi Alex. 1. notab. ʃ. de re iudic. latè Tiraq. libr. 1. retract. §. 1. glos. 7. nu. 9. Cùm igitur in pœnis stricta debeat fieri interpretatio. c. in pœnis. de regul. iur. in 6. sub publicatione mobiliũ & immobiliũ, non continebuntur iura & actiones; & ita in specie Bald. Ang. & Alex. hîc nu. 9. Quibus adde Alber tract. statutorũ. 3.
3 part. q. 13. Imol. cons. 35. nu. 26. † In quo apertè labitur Cassane. in consuet. Burgun. rub. 2. §. 1. nu. 14. dũ asserit receptũ, quòd sub publicatione mobiliũ, veniunt iura & actiones, quæ mobilibus æquiparãtur: id enim confunditur ex suprà dictis. Quinimò etiã in materia fauorabili sub appellatione mobiliũ non continentur iura & actiones: & ideò consuluit Alex. cõs. 68. nu. 5. lib. 6. quòd si testator legauit mobilia, nõ cõtinẽtur in legato iura & actiones testatori cõpetẽtes: subscribit Deci. cons. 381. nu. 5. & rationi Cassanei satisfacies ex eleganter traditis hîc per Roman. num. 9. Adde prædictis Alexan. cons. 244. lib. 6. resoluẽtem, quòd sub publicatione omnium bonorũ mobiliũ & immobilium, non continẽtur iura & actiones; quia illa dictio vniuersalis, Omnia, nõ potest efficere, quòd diuersa species à bonis nominatis in publicatione contineatur: subscribit Negus. de pignorib. 2. memb. 2. partis. num. 10. Limita secundò, vt sub publicatione bonorum veniant iura & actiones, quæ tẽpore publicationis condẽnato cõpetebant: nam iura & actiones ex noua causa ad eum pertinentes, non venient in publicatione. l. sed si alia. 5. in fin. ʃ. de bonis damnator. c. felicis. §. verum. de pœnis. in. 6. Generale enim est, q; in condemnatione veniãt bona, quæ tũc habebat deportatus, non



non verò illa, quæ post condemnationẽ ex noua causa acquisiuit. l. eius qui. 8. §. 1. ʃ. de testament l. si mandauero tibi. 22. §. is cuius. s. mandati. explicat Iason. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. numer. 6. de verbor. obligat. Alexand. consil. 15. ad finem. libr. 1. Quod tamen intelligendum est, quando hæc acquisitio facta est ex noua causa, superueniente post condemnationem: nam si ex antiqua, & quę præcessit condemnationem, id veniet in confiscatione, quanuis post condemnationem illius conditio extiterit. tex. est elegans. l. inter socerum. 26. §. fin. s. de pactis dotalib. quem ad hoc extollit Roman. consil. 247. num. 1. & Alexand. l. si marito. col. 2. post princ. ʃ. eod. post Roman. ibi nume. 22. Iason. l. si quis arbitratu. num. penult. ʃ. de verbor. obligationib. Cassane. in consuetud. Burgundiæ, rubr. 2. §. 2. num. 24. Bosius tractatu de publicatione bonor. num. 14. Anton. Gomez. 3. tom. cap. 14. num. 2. & Simancas in Catholicis institution. titul. 9. numer. 11. † Neque repugnat authoritas
4 glos. l. non ad ea. 88. verbo, præsens. s. de cond. & demonst. quòd legata conditionalia, quorũ conditio extitit post condẽnationem, non pertinent ad fiscum: notat Bart. ibi: extollit Roman. sing. 168. & consil. 247. num. 2. Felin. c. ad liberandũ. num. 1. de Iudæis. Deci. consil. 235. nu. 5. Anton. Gomez. 3. tom. c. 14. nu. 2. nam respondendum est cum prædictis, differẽtiam esse, vtrùm iura conditionalia descendant ex contractu, vel ex vltima voluntate: nam si descendant ex cõtractu, pertinent ad fiscum. d. l. inter socerum. §. fin. si verò ex vltima voluntate, procedet traditio glos. d. l. nõ ad ea. verb. præsens. Et est ratio differentiæ, quia in contractibus implementum conditionis retro trahitur. l. potior est. in prin. s. qui potior. in pignor. habeantur. & l. si filius familiàs. in prin. ʃ. de verbor. obligat. vnde perinde haberi debet, ac si à principio, & sic ante condẽnationem fuisset quæsitũ deportato. l. proinde. s. si certum petat. Quæ ratio cessat in vltimis volũtatibus, neque enim in illis implementum conditionis retrotrahitur. l. 1. §. serui. ʃ. ad Sillanian. & ideò quasi quæsitum ex causa habente effectũ post cõdemnationem, non pertinebit ad fiscum. Ex quibus cauendũ est ab Angel. Aretin. in tract. maleficio. verb. & eius bona. nu. 12. dum dicit, in publicatione bonorum nõ venire legata conditionalia, neque aliud quodcũque debitum conditionale: nam licèt primum dictum sit verum, secũdum est contra text. d. l. inter socerũ. §. fin. s. de pactis dotalib. Tertiò limita, vt quanuis iura actiua conditionalia competentia ratione contractus, pertineãt ad fiscũ, etiãsi eorum conditio extiterit post condẽnationẽ. d. l. inter socerum. §. fin. tamẽ iura conditionalia passiua non transibunt ad fiscũ, si eorũ conditio extitit post condẽnationem illius, cuius bona fuerũt publicata: ita videtur tex. l. quoties. 14. §. fin.
5 ʃ. de nouation. † & ibi notãt Bart. & Paul. subscribit Aretin. cons. 110. nu. 3. ad fin. Et hanc esse receptam sententiam asserit Ias. l. si quis arbitratu. nu. pen. ʃ. de verbor. oblig. Loffred. cons. 33. nu. 5. Boeri. cons. 1. nu. 8. Addo Bart. cons. 166. nu. 8. tradentem, quòd licèt in hæredem iura conditionalia tam actiua, quàm passiua transeant. §. ex conditionali. Inst. de verbor. obligat. l. vnica. C. vt actiones ab hæredib. tamen in fiscum non transibũt iura conditionalia passiua, quia propriè hæres non est. l. inter eos. 52. §. fin. & ibi gl. ʃ. de fideiussorib. & sic est constituenda differentia inter actiones actiuas & passiuas: quidquid confundat Riminal. consilio. 243. numer. 77. libr. 2. Hæc tamen limitatio nunquam mihi placuit: nam si iura actiua conditionalia transeunt in fiscum; quia conditionis implementum retrotrahitur, vt suprà diximus, pariter & iura conditionalia passiua debent in eum transire; quia cum conditionis implementum retrotrahatur, perinde

perinde est ac si à principio, & sic ante conditionis aduentum sortiretur effectũ: vnde debet induci regula.l. nõ possunt.ʒ.de iure fisci.& ita in specie contrarium tenet Bald.l.fin.nu.22. & nu.15. & ibi Salic.num.7.C.de contrah.empt.Roman.num.24.& Alex.num.2.l.si marito. in princ.ʒ.eod.Bossius in praxi criminali,tit.de publicat.bonorum. nu.14. Pro qua sententia est tex.clarus.l.Statius Florus.48.§.fin.ʒ.de iure fisci.&.l.ex facto.§. ex facto.ʒ.ad Trebellian.in quibus fiscus tenetur soluere fideicommissum conditionale,etiam cuius cõditio extitit post condemnationem. Neque satisfacit responsio Iason.d.l.si quis arbitratu. num. penult.ʒ. de verbor. obligationib. quòd illa iura loquuntur in fideicommisso puro,licèt posit effici conditionale, si fidei cõmissarius decedat ante deportatum: id enim falsum est; quia imò fideicõmissum relictum post mortem alterius, esse conditionale probat.l.hæres meus. ʒ. de cond. & demonstr. Vnde ex illis iuribus colligenda est noua conclusio, Quòd facilius iura passiua trãseunt in fiscum,quã
6 iura actiua. † Patet,quia ius passiuum fideicommissi conditionalis transit in fiscum,vt probant prædicta iura: & tamen ius actiuum fideicommissi conditionalis non transit ad fiscum.glos. recepta d. l.non ad ea.verbo,præsens.ʒ.de cond.& demonstrat. Ratio differentiæ est, quia cum in vltima volũtate implementũ cõditionis retro non trahatur.l.1.§. serui.ʒ. ad Sillanian. quasi quæsitum ex causa, quæ incepit effectum habere post condemnationem, ad fiscum non pertinebit,vt suprà diximus.Cæterũ bona quæruntur fisco cum sua causa. l. ex facto. §. ex facto.ʒ.ad Trebellian. & sic cum bona,quæ illi acquiruntur,sint subiecta æri alieno condemnati. l. fideicommissum. §.tractatum.s̃.de iudic.meritò omnia iuta passiua in fiscum transeunt. l. 2. C. ad leg.Iul.de vi publica. & quia creditores conditionales,creditores sunt.l.creditores.ʒ.de verborum signif.l.is cui.41.ʒ.de action.& obligat. Bart. receptus.l.1. nu. 32.s̃.si cert.petat. vnde in illis quoq; locum habet regula.l.non possunt.ʒ. de iure fisci.Et retenta hac opinione,non obstabit tex.in d.l.quoties.14.§.fin.ʒ.de nouation.quia respondet Bald.d.l. fin. nu. 22.C.de contrah. empt. & nu.15. quòd est intelligendus ,quando quid debetur ex conditione potestatiua, & ex voluntate debitoris pendente;hanc enim condemnatus implere non potest in præiudicium fisci:& quia cum conditionis potestatiuæ implementum retro nõ trahatur.l.qui balneum.versic.amplius. s̃. qui potior.in pignor.habeant. fiscus ad illud non debet teneri, quasi contingens ex causa,quæ sequitur cõdẽnationẽ. Aliud igitur erit dicendum in debito sub conditione casuali, vel mixta, cuius implemẽtũ retrotrahitur.l.potior est.s̃. qui potior.in pignor.habeant. subscribit Alex. l.si marito.col.2.in prin.ʒ.eod.& ibi Roman.num.24.Sed non placet: tum quia diuinat: tũ quia verba d.l.quoties. §. fin. magis sonant,quòd illa cõditio esset casualis. Quinimò quanuis prædictã solutionem tanquã in se veram post alios sequatur Anton. Gom. 3.tom.c.14. nu.2. ad fin. tamen ego non puto eã verã,neque enim cõdemnatus debet priuari ea potestate,quam habebat ante condemnationem,& quę ad fiscum non trãsiuit. l.cum pater.§.hæreditatem.1.ʒ.de leg.2. & quia ius fideicõmissi conditionalis passiuum transit ad fiscum.l. Statius Florus. §.fin.ʒ.de iur.fisc.& tamẽ in fideicõmissis implementũ conditionis nõ trahitur retro.l.1.§.serui.ʒ.ad Sillanian. Secundo
7 igitur modo respondet † Roman.l.si marito.in prin.n.24.ʒ.eod.quòd in d.l. quoties.§.fi. fiscus nõdũ agnouerat bona,& sic nõ est persona,quæ posit obligari, vt aliàs pbat.l.postquã.in prin.ʒ.vt legator. seu fideicom.nomine. Secus igitur si agnouisset iam bona,nã tunc fiscus obligaretur etiam ratione debiti cõditionalis:

& ita



& ita glos.penult.d.l.quoties.§.fin.quam ibi sequitur Rainer. Sed etiam non placet: tum quia diuinat: tum etiam, quia neque est in se vera, vt eleganter ostendit Bald.d.l.fin. numer.22.C.de contrahen.emption.& ibi Salicet. numer.7.& Alexand.l.si marito. colum. 1.ʒ. eodem. Quare probabilior videtur responsio Salicet.dict.l.fin.numer.7.ad finem.C. de contrahend.emption.in specie d.l. quoties.§.final. duas esse quæstiones. Prima est,vtrùm aduenientẽ conditione,inducatur obligatio? Secunda est, vtrùm etsi inducatur,illa sufficiens sit,vt inducatur nouatio,scilicet,quòd trãsfundat primã actionem in aliam nouantem? Quoad primam quæstionem dicendum est, illã induci & obligare fiscum,iuxta rationes suprà allatas: neque id negat d.l.quoties. §.fin. Quoad secundam dicendum est, eam non esse sufficientem ad inducendam nouationem d.l.quoties.§.fin Et vltra Salicet.ratio huius differẽtię est quia licèt fiscus propriè non sit hæres, neque repræsentet personam condemnati, sed tãtùm succedat in eius bonis.l.inter eos. 52.§.fin.& ibi glo.ʒ de fideiussorib.Bart. in rubr.num.4.& ibi Aretin.colum.6.in princ.ʒ.de acquir.hæred.tamen propriè est successor vniuersalis bonorum condemnati. Aretin.l.si quis mihi bona. §. si seruus municipum.colum. fin. in princ. ʒ.de acquir. hæred. & sic magis videtur succedere in bonis, quàm repræsentare condẽnatum.notabiliter Platea.l.1.post princ.C.de bon.vacantib. libr. 10. Quæ vniuersalis successio faciet eum teneri ad omnia illa,ad quę condemnatus erat
8 obligatus. † l.2. C.ad legem Iuliam de vi publica.&.l.non possunt.ʒ. de iure fisci. Meritò igitur si condemnatus, quid debebat sub conditione,& post cõdemnationem extitit cõditio, fiscus ad illius debiti solutionem videbitur obligatus; quia vt suprà diximus, bona cõdemnati transierunt ad illum cũ sua causa:hæc nihilominus obligatio nõ erit sufficiẽs ad inducendã nouationẽ;quia vt vna obligatio in aliã transfundatur, & sic nouetur,oportet quòd illa,quę nouatur,sit verificata in persona promissoris, vel eius hæredis,qui illius personam repręsentet. l.nouatio.24.ʒ.de nouation.Cùm igitur in specie d.l.quoties.§.fin. neque in persona promissoris obligatio ipsa posit cõsistere.l.si debitori.48.in princ.ʒ.de fideiussor.adiuncta regula.l. Titio cum morietur.s̃.de vsufr. neq; fiscus repræsentet personam condemnati.l.inter eos. 52.§. fin.cum glos.ʒ. de fideiussor. quia magis videtur succedere in bonis,quàm personam condemnati repræsentare. Platea d.l.1.post princ. C.de bon.vacantib.lib. 10. meritò non inducetur nouatio, neque obligatio,cuius extitit conditio,trãsfundetur in sequentem puram factam animo nouandi,sed per se subsistet,quasi non nouata:& est de mente Iason. l. si is qui.num.136.ʒ. de vsucapion. Secundùm quem intellectum non est colligẽdum ex d.l.quoties.§. final.obligationes conditionales passiuas non transire ad fiscum,sed potius non esse sufficiẽtes ad inducendam nouationem, si pendente conditione deportetur promissor ob rationem de qua suprà. Vnde infertur, q, in specie d.l.quoties.§.final. aduenientẽ conditione promissionis conditionalis, fiscus tenebitur non tãquam hæres, qui repręsentat condemnatum, sed tanquã successor vniuersalis bonorum,qui ob id tenetur ad omnia illa,ad quæ condẽnatus teneretur.d.l.2.C.ad leg.Iul.de vi pu
9 blica. † Tenebitur igitur ex illa,quia extitit conditio, non autẽ ex secũda pura, facta animo nouandi,vt in simili probatur.l.in personã.31.§.fin.in fin. s̃.de pact. & l.eum qui ita.56.§.fin.ʒ.de verbor.obligation. Quòd si deficiat cõditio, tũc fiscus minime tenebitur, neq; ex cõditionali,cuius deficit cõditio,neq; ex secũda pura,quia cũ facta fuerit animo nouãdi, si nouatio locũ habere non potest,ex secũda facta animo nouãdi agi nõ potest,



iuxta

iuxta regulam.l.1.§.si quis ita.ff.de verbo rum obligationib. Infertur etiam elegãs explicatio ad.l.nouatio. 24. ff. de nouation.vbi text.probat,quòd inducitur nouatio, etiam quando prioris obligationis conditio extitit iacente hæreditate: nam procedit;quia hæreditas iacens repręsentat defunctum.§.seruus autẽ alienus. Institut.de hæred.instit. vnde aliud erit in fisco,qui non repręsentat cõdemnatum, vt ibi tradit glos. verb. ad hæredem.Bart. consil.157.num.2. ad finem. Id enim procedet quoad effectum inducendi nouationem: nam etiam in fisco obligatio consistet,illius contractus, cuius extitit conditio,quanuis nouatio nõ inducatur,iuxta suprà tradita. Vltimò infertur,dict.l.quoties.§. fin. non probare, quod ex ea collegit Bart.ibi in vltim.notabili,quòd nunquam implementũ conditionis retrotrahitur,quando terminus à quo,est inhabilis ratione personæ vel rei:subscribit Iason.l.si is qui.num.135.ff. de vsucapio.&.l.si filius familiàs. in princip.num.2.ff.de verbor.obligation. nam ideò ibi implementum conditionis nõ trahitur retro,neque inducitur nouatio, quia vt inquit Imol.l.liber homo.§. pen. nume.9.ff.de hæred.instit. fiscus est successor bonorum, & non personæ, & sic non adest persona,in qua posit fundari obligatio: & ideò non inducitur nouatio,vt etiam probat.l.postquam. in princip.ff.vt legator.seu fideicom.nomine.id enim ex suprà traditis confunditur: nã imò in persona fisci fundatur obligatio illa,cuius extitit conditio, & tantùm nõ est sufficiens ad inducendam nouationem,ob rationem de qua suprà. Et hæc de prima conclusione huius text. Succedit igitur secunda, quòd si post litem cõtestatam super actione dotis, vxoris dos pro parte sit publicata,iudex debet condẽnare maritum,vt restituat vxori partem dotis quæ publicata non est. † Vnde ex huius text.generalitate colliges, ꝙ etiam postquam vxor accusatur de delicto,propter quod dos venit publicanda,non ob id impeditur dotem petere à marito,& super illius petitione litem cõtestari: imò potest obtinere, quòd sibi dos restituatur,si lis super dote citius finiatur, quàm super accusatione delicti sententia condemnatoria feratur.l.reo. 41.vbi ponitur ratio.ff.de solution. l. aufertur.46.§.in reatu.ff.de iure fisci. Item collige, quòd vbi ius actoris pro aliqua parte extinctum est, pro alia parte quæ superest,potest iudex ferre sententiam: quæ valebit,etiamsi de parte extincta nihil pronuntiet, neque conuentum absoluat,vt hîc intelligunt Bart.num. 5.& Roman.num.11.Paul.num.2. Sed obstat,quòd in casu huius text.tota dos fuit petita per vxorẽ, & super tota dote fuit lis contestata:ergo super tota iudex debuit pronuntiare,absoluendo, vel condemnando,aliàs non debet valere sentẽtia pro parte.l.in hoc iudicio.28.ff. fam. erciscun.l.dicere.§.1.ff. de arbitris. notat glos.l.apud Celsum.in princ.verb.fuerit. ff.de doli exception.glos.1.l.1.C. si aduersus rem iudicat.& prosequitur Couarru. resol.libr.1.c.2.num.6.& notabiliter Iacob.Puteus decisio.323.in.1. parte. Sed huic difficultati respõdendum est,quòd aut ius actoris,super quo lis fuit contestata,durauit vsque ad tempus ferendæ sententiæ,ita vt si iudex vellet, potuisset super toto sententiam ferre:& in his terminis procedet regula d. l. in hoc iudicio. aut verò pro aliqua parte fuit extinctũ: ita vt etsi iudex vellet, non potuisset super toto sententiam ferre, & tunc valebit sententia lata in parte quæ superest, etiamsi de extincta nulla sit facta mẽtio: & in his terminis procedit is text. generale enim est,vt si superueniat extinctio iuris,vel etiam suspensio, quoad id quod superest,ferri potest sentẽtia, etiamsi de extincto vel suspenso non fiat mentio.l. non idcirco.in princ.ff.de iudic.l.1.C.si reus, vel accusator mortuus fuerit. & ita Bart.hîc numer.5.Paul.num.3. Roman. num.

10



num.2.&.11.Alexand.num.6. idem Alexand.l.quidam æstimauerunt.num.3.ff. si certum petat. † Ex qua resolutione infert Bart.hîc nume.7.quòd si cum mihi tantùm deberes quinquaginta, ego centum petij in libello, & iudex tantùm te condemnauit in quinquaginta,quæ sola re vera debebas,& de alijs quinquaginta nihil pronunciauit,non valebit sentẽtia: nam quanuis nemo posit pati se cõueniri ab eo, qui nõ habebat actionem. l.2.in princ.& ibi Bart.num. 5.ff. de dote prælegat.& iudex ex officio debeat repellere sine actione agentem.l.si pupilli. §.fin.ff.de negoc.gest.l.vbi pactum.cum ibi notatis.C.de transact. tamen quãdo quis agit tanquam actionem habens, & reus nihil opponit,neque iudex illum ex officio repellit, debet iudex super toto sententiam ferre,& valebit sentẽtia etiã in eo,in quo actor re vera carebat actione.l.cùm putarem. 37. ff. famil.erciscũ. c. Abbate sanè.§.cæterùm.versic. quoniã. de re iudicat.in.6.Bart.receptus.l.si Titius.num.1.ad finem.ff.de verbor.obligationib. Cùm igitur iudex posit super toto ferre sententiam,si id non faciat,in nihilo valebit sententia,iuxta regulam d.l. in hoc iudicio. & subscribunt Paul. hîc num.4.& Alexand.numer.6 notabiliter Puteus decision.323.à num.3.in.1. part. Ex quorum mente colliges, quòd licèt attenta veritate,ego tãtùm ius habeam in parte,si tamen super toto lis contestata est, neque de nouo superuenit aliqua noua causa,per quam constet,ius actoris esse extinctum pro aliqua parte,super toto ferenda est sententia: quanuis quando de nouo superuenit causa, propter quam ius agentis constet extinctum esse pro aliqua parte, sufficiat sententiam ferre in parte quæ superest, iuxta hunc text.& notabiliter explicat Paul.hîc numer.4.post medium. Colliges etiam,regulam dict.l.in hoc iudicio.ita accipi, vt oporteat super toto ferre sentẽtiam absoluendo,vel condemnando, aliàs non valere sententiam, quantumcunque cõdemnando in parte,posit videri in alia parte reum absoluisse. Secundò principaliter ex prædicta resolutione infert Bart.hîc num.6.quòd si agas reiuendicatione aduersus aliquem tanquam possessorem totius fundi,cum re vera ille non possideat,nisi pro parte,quòd tunc valebit sententia cõdemnans reum ad restitutionem partis possessæ, etiamsi de alia nihil dicat:nam cùm per reiuendicationem non posit cõueniri,nisi ille qui possidet. † l. vnica.C de alienation. iudic.l. fin.ff. de reiuendic. si quis non possideat nisi pro parte,pro ea tantùm subsistet iudicium. Vnde satis est,quòd pronuntietur super parte, super qua consistit iudicium,etiamsi super alia nihil pronuntietur:argumen.huius text. quod & tenuit Bald.l.1.C.si aduersus rem iudicat. subscribunt Anton.& Panor. num.24.cap. cum inter.de re iudicat. His tamen non obstãtibus,communis opinio est aduersus Bart. in hac secunda illatione, quia non potest assignari ratio differentiæ inter primam illationem suprà relatam,& hanc secundam: nam quemadmodum in prima valet iudicium in tota quantitate petita,licèt re vera tantùm pars debeatur:ita etiam debet valere iudicium, quo tota res petitur ab aliquo quasi eam possideat,licèt re vera tantùm partẽ possideat. Neque obstat Bart.ratio;nam procedit;quando possessor opponeret,se nõ possidere rem nisi pro parte; nam tunc pro ea tantùm posset conueniri.c.aduersario.de except.Sed si taceat;& nihil opponat,mero iure subsistet iudiciũ:vt colligitur ex.l fin.ff.de reiuen. ibi: Non cõpellimur,à contrario sensu. Vnde cũ mero iure subsistat iudicium,adhuc militat regula d.l.in hoc iudicio. & sic iudex tenetur pro parte possessa condemnare,& pro alia expresè absoluere.l. tigni.§. fin. iuncta glos.verbo,absolui.ff. ad exhibendum.quod ita aduersus Bart. concludũt Cuman.Imol.Roman.hîc numer.11.& asse-

11

12

asserit magis receptum Alexan.num. 6. Felin.c.cum inter.num.9.de re iudicat. Inuenio tamen, quòd Matthesil.singul. 138.ad fin.concordat opiniones, quòd aut actor sciuit,conuentum tantùm possidere rem pro parte,& quia tunc tãtùm subsistit iudicium in parte, iuxta rationẽ l.nam si actor.27.s̃.de reiuend.procedet Bart.opinio:sed si ignorauit,& putabat, illum totam rem possidere,procedet opinio magis communis aduersus Bart.subscribit Felin.c. examinata.num.1. versi. tertiò limita.de iudic.& cap.aduersario. num. 10. de exception.Ripa.l. naturaliter.§.nihil commune.num.162.ad finẽ. j̃. de acquir.posses. Sed non placet hæc concordia,quia quando quis agit reiuẽdicatione aduersus alium tanquam possessorem,& probat se esse dominum illius rei,& quia non probauit cõuentum possidere,reus absoluitur ab eius petitione,iuxta regulam.l. qui petitorio. 36.in princ.s̃.de reiuend.c.Raynaldus. iuncta glos.verbo,cum nihil de petitis.de testamentis.l.tigni.§.fin s̃.ad exhibẽdum.tamen simul debet declarari,actorem pro
13 basse, se esse dominum rei, † & pro tali debet declarari.l.si à te. §. 1. secundùm vnum glos.intellectum.j̃. de exception. rei iudicat.in quo text.illum reputat aureum Bart.ibi.Alexand. hîc num. 6. notabiliter Angel. Aretin. §. omnium. colum.fin.Instit.de action.& ibi Iason.numer.23.Felin.c.examinata.num.1.de iudic.Iacobin.l.non aliàs.num.3.de iudic. Claudius Marmerius.l.naturaliter.§. nihil commune.num.121.& ibi Antonius Rub.num.316.j̃.de aquir.posses.Rationem reddit Bald.l.cogi.ad fin.C.de petition.hæred.& in rubr.col.1. ad finem. s̃. reiuend. Eiusque sententiæ declaratoriæ is effectus erit, vt si res illa posteà inueniatur penes illum,cuius respectu fuit lata prædicta sententia declaratoria,exequetur prior sententia, & via exequutiua ab eo auferetur possessio.d.l.si à te. §. 1. secũdùm magis communem intellectum. l.sed etsi possessori. in princ.s̃. de iure iuran.tradit post alios Couarru.cap. Raynaldus.§.3.num.4.de testamen. Ergo patet,quòd etsi actor sciat reum non possidere,uisi partem,tamen subsistet iudicium, saltem quoad effectum, vt fiat prædicta declaratio dominij: vnde & super possessione,quæ est pars prædicti iudicij,debet ferri sententia pro parte condẽnatoria,& pro parte absolutoria, aliàs non subsistet iudicium, iuxta regulam dict.l.in hoc iudicio. Neque obstat ratio Matthesil.deducta ex ratione.l. nam si actor.27.s̃.de reiuend.quia in hac materia duo casus distinguendi sunt. Primus est, quando actor conuenit reum, tanquã possessorem, & ipse tacet,& patitur se conueniri:cum tamen re vera nõ possideat:& in his terminis verum est,quòd si constet conuentum non possidere,debeat diffinitiuè absolui.c.Raynaldus. de testamentis.l.sin autem.§.1.s̃.de reiuen. tradit glos.1.l.is qui se obtulit s̃.de reiuẽdicat.& ibi Bart.& Angel.& asserit rece-
14 ptum Couarru.c.Raynaldus.§.3.nu.3.† & probat.l.2.tit.3.par.3.& ibi notat Gregor.in glos.1.quidquid post Cuman.cõtrouertat Socin.l.si à te.§.1. num.5.j̃.de exception.rei iudicatæ. Et in his terminis non est facienda differentia, vtrùm actor sciat,conuentum possidere, vel ignoret;semper enim debet sequi absolutio,iuxta iura suprà citata:quanuis & tũc pro actore possit ferri sententia declaratoria dominij,vt suprà dictum est: & in specie explicat Angel.§.omnium.col.finali.Instit.de action. Si autem quis cum non possideret,tamen obtulit se liti, volens causam defendere, ac si possideret, & cùm tunc videatur se liti offerre.l.sin autem.in princ.s̃.de reiuend. vtique cõdemnabitur,quanuis posteà constet, eũ nõ possidere.l.is qui se obtulit.26.s̃.de reiuend.&.l.si à te.9.§.1.j̃.de exception.rei iudicat.Et in his terminis procedit differentia,quòd si actor ignorauit, reum nõ possidere,procedat prædicta conclusio:

si verò



si verò sciat,eum non possidere, & nihilominus tanquam possessorem conueniat eum,qui se liti obtulit;si constet cõuentum non possidere, & actorem hoc sciuisse,nõ obstante prædicta oblatione, venit reus absoluẽdus.l.nam si actor. 27. s̃.de reiuen.l.qui se liti.48. s̃. de petition. hæred.l.2.tit.3.part.3.& ibi Gregor. Sed hoc etiam casu valet iudicium mero iure, & debet ferri sententia declaratoria dominij actoris: nam si illa ferenda est, quando possessor tacuit, neque se liti obtulit,à fortiori idem erit, quando conuẽtus liti se obtulit:nam tũc maior ratio est subsistendi iudicium: & ita est de mente Angel.§.omnium.col.fin.Inst. de actio. & aliorum suprà allegatorum: quidquid contrarium teneat Matthesil. sing. 138. Felin.c.aduersario.nu.10.de exception. Ripa d.l.naturaliter. §. nihil commune. num.162.ad finem.Quorum opinio tantùm admitti potest,quando constitit,cõuentum non possidere,antequam actor probaret suum dominium; tunc enim reus absoluitur, neque tunc fertur prædicta sententia declaratoria, cum adhuc non constiterit de actoris dominio.cap. examinata. de iudic. secundùm intellectum Cardin.Panorm.& Felin.ibi,quos sequitur Couarru.c.Raynaldus. §.3. nu. 4.de testamentis.Et hæc de secunda conclusione. Tertia & vltima conclusio huius tex.est,Quòd si post litem contestatam tota dos publicata sit,in totum expirat illud iudicium.Ex quo colliges,quòd vbi tempore litis contestatæ actor habe-
15 bat ius, † quod posteà extinguitur, omnino expirat iudicium,& reus venit absoluendus:concordat.l.si mulier.20.s̃.eodem.l.si seruus. in princ.s̃.de cond.furtiua.gl.l.tigni.§.fin. verb.absolui. s̃.ad exhibẽdũ. Roman. hîc nu.3.Item,quòd licèt res litigiosa non possit alienari.l. fin. C.de litigiosis.id tamen non procedit in alienatione necessaria, quæ fit propter publicationẽ bonorum.l.alienationes.s̃. famil.ercisc.notant Imol.& Roman.hîc in princ.Alexan.nu.2. Denique,quòd licèt dos etiam post solutum matrimoniũ non possit alienari per mulierem. l. etiã. s̃.de fundo dotali. tamen per alienationem necessariam,prouenientẽ ex publicatione bonorum alienatur: concordat l.1.in fin.s̃.de fundo dotali. Vnde infert Roman.hîc num.12.non esse veram doctrinam Bart.l.Imperator. j̃. de fideicõmis.libertat.per illum text. quòd res prohibita alienari, non venit in publicatione bonorum:cõtrarium enim verius est ex suprà dictis, vt latiùs per Roman. de quo tamen videndus est Alexan.consil. 23.à num.3.lib.1.Sed aduersus hanc tertiam cõclusionem ita explicatam fortiter vrget,quòd instãtia cœpta per defunctum,trãsit ad eius hæredem.l.si petitor. 31.s̃.de iudic.l.filius.21.versic.multo magis.s̃.de inof. testam.l. si operarum. 29.j̃. oper.libertor.Similiter & lis incepta aduersus defunctũ tanquã reũ,trãsit ad hæredẽ.l.seruus.14.s̃.de his qui notant. infam.l. si eũ hominẽ.34.j̃.de fideius.l.2.§. fin.j̃.de prætor.stipulat.l.1.C.si pendente appellation.Ergo pariter instantia incepta per mulierem, debuit transire ad fiscum ei succedẽtem, propter publicationem bonorum;quia fiscus regulariter loco extranei hæredis habetur.l. inter eos.52.§ fin. & ibi glos. j̃. de fideiussorib. l.3.§.cũ ex causa.j̃.de iure fisci.& ibi glos. verb.pertinent.in fin.glos.fin.ad finẽ.l.1. C.de bon.libertor. Propter hãc difficultatem DD.in varias scinduntur sententias,ita vt quot sunt capita,tot sunt sentẽtiæ;vt hîc dicit Alexand.num.3.quas latè referunt Roman.hîc nu.13.Alexand.
16 num.4.† ego tantùm notabiliores referam.Prima ergo opinio fuit Petri, quem retulit & sequutus est Cyn.l.1.C.si pendente appellatione,quòd etiam instantia transeat in fiscum,iuxta rationem suprà allatam.Neque repugnat is tex.quia dum dicit extingui iudicium, debet intelligi quoad ipsam mulierem agentem: nam cùm propter publicationẽ bono-

rum

rum habeatur pro mortua.l.actione.66.
§.publicationem.s̃.pro socio.l.1.§.fin.j̃.
de contrabul. meritò quoad eã expi-
rat iudiciũ.l. de qua re.74.§.fin.s̃. de iu-
dic.non tamen ob id infertur non tran-
sire in fiscum,qui loco hæredis est:quam
opinionem vti veriorẽ probat,& defen-
dit Roman.hîc col.pen. versi.tum verò.
& Bolognin. in nouis interpretationib.
& Duaren.& probauit Felin. c.quia Gu.
col.3.in princ.& ibi latiùs Deci.num.10.
de iudic. Neque improbat Couarru.pra
cticar.quæstion.c.8.nu.3.ad fin.Et pro il
lis vrgẽter facit;quia ille cuius bona erãt
publicata,erat obligatus instantiæ.l.3.§.
idem scribit.s̃. de peculio.Istud ergo ius
de præterito,iam in esse deductũ, & ex
quo producta est obligatio,debet transi
re in fiscum; quia quoad præterita, & iã
in esse deducta fiscus non vtitur priuile-
gio suo,sed potius iure priuati.l.fiscus. 6.
j̃.de iure fisci.l.cum quidam.17.§. fiscus.
s̃.de vsuris. Confirmo, quia non solũ fis-
cus debet vti iure priuati quoad præteri
ta,sed etiam quoad ea,quæ posteà geren
da sunt,dum modo ita sint cõnexa cum
præteritis,vt ab illis commodam separa-
tionem non recipiant:argum.l.hæres so
cij.40.s̃. pro socio. &.l.eum actum. &.l.
nam & Seruius.§.si verò.s̃.de negoc.ge-
stis.l.tutorem qui tutelam.38.j̃.de admi
nistr.tutor.l.1.j̃. de fideiussorib. tutor.l.
tutor.11.C.arbitrium tutelę Sed quæ se-
quuntur post litem cõtestatam, ita cum
ea cõnexa sunt,vt separationem ab ea
nõ recipiant.l.nulli.C.de iudic.l.vbi cœ-
ptum.&.l.de qua re.in princ.s̃.de iudic.
Ergo etiam quoad ea fiscus debet vti iu-
re priuati.Et hinc videmus,quòd licèt tu
ror post finitam tutelam nõ teneatur ge
rere negocia minoris.l.decreto.j̃.de su-
spect.tutorib.tamẽ litem inchoatam te-
nerur persequi,quia ab ante gestis nõ re
cipiunt separationem. l.si tutor.13.j̃. de
tutel.& ratio.distrahen.l.vnica.C.vt cau
sæ post pubertatem.l.tutor.j̃.de appella-
tion.Ceterùm is intellectus ita compro-
batus,non videtur verus; quia nimis re-
stringit generalitatem huius tex. & quia
reddit eius decisionem ferè indubitabi-
17 lem: † certum enim erat,quòd si post li-
tem contestatam cessat ius actoris,expi-
rat quoad eum iudicium. l. si seruus. in
princ.s̃.de cond.furtiua. Et quia is text.
facta relatione primæ partis ad secundã,
videtur probare, quòd ita expirat hoc se
cundo casu iudicium, vt iudex super eo
nihil possit iudicare, vt hîc expendit A-
lexan.num.4.ad medium.Neque obstãt
suprà adducta in confirmationem præ-
dictæ opinionis; quia nõ habent locum,
quoad effectum transferendi instãtiam
in fiscum successorem,vt constat ex isto
text.& in simili considerat Cagnol. l. 2.
num.252.C.de pact.inter empt.Secũdo
loco Bart.hîc num.4.respondet,quòd li-
cèt regulariter instantia transeat ad suc-
cessores:tamen speciale est, quòd nõ trã
seat in fiscum successorem.tex.hîc, ea ra
tione, quia fiscus habet certos iudices &
speciales, corã quibus causæ fisci debeãt
tractari.l.1.C.de iurisd. omnium iudicũ.
l.2.&.3.C.si aduersus fiscum. & per totũ
tit.C.vbi causę fiscal. Cùm ergo habeat
iudices suos speciales,non trãsit ad eum
instantia,sed coram suis iudicibus de no
uo causa agitanda est:& ita etiam Bart.l.
eum hominem.num.1.j̃.de fideiussorib.
subscribit Bald.l.1.ad fin.C.si pendente
appellation.Panormit.c.quia Gu.ad fin.
de iudic.Paul.l.tam ex cõtractibus.nu.3.
& ibi Iacob.nume.4.s̃.de iudic. Iacob.l.
hæres absens.in princ.num.7.eodem tit.
Bosius in praxi criminali,tit.de publica-
tion.bonorum.num.24. & receptam es-
se opinionem asserit Dec.c.quia Gu.nu-
mer.10.de iudic.quam & probat Couar
ru.practicar.quæstion.c.8.num.3.ad fin.
Peregrin.de iure fisc.lib.7.tit.1.num.11.
Sed neque hæc opinio videtur admittẽ
da;quia is text.in securitate qua vtitur,in
dicat id esse generale,neque in fisco spe-
cialiter procedere:eo maximè,quia quo
ad antea gesta fiscus nullo solet vti priui-
legio.



18 legio.l.fiscus.6.j̃.de iure fisci. † Item ad-
missa prædicta opinione,sequeretur, q̃
etsi fiscus esset hæres institutus, iuxta.l.
1.s̃.de offic. procurat. Cæsaris.instantia
ad eum nõ transiret;quia adhuc militat
ratio Bart. Et tamen contrarium est ve-
rius,quia fiscus hæres institutus,vtitur iu
re priuati.l.si legatus.30.§.fin. j̃. ad Tre-
bellian.l.ex imperfecto.C.de testamen-
tis.l.aufertur.46.§.seruus Cæsaris.j̃. de iu
re fisci.& consequenter debet conueni-
ri coram iudice, coram quo defunctus
conueniri poterat,cùm eius loco succes-
serit.l.si is qui Romæ.s̃. de iudicijs. Et ita
hac ratione prædictum intellectum im-
probant Bald.Angel.Cuman.& Imol.&
Paul.ad finem.in præsenti.Imol.l.si eum
hominem.num.3.j̃.de fideiussorib. Flo-
rian.l.in iudicio.num.8.s̃.fam.ercisc.De
ci.c.quia Gu.num.10.ad fin.de iudic. &
pro indubitato presupponit Cagnol.l.2.
num.252.versi.quintò.in fin.C.de pact.
inter emptor.& asserit receptum Curt.
Iun.l.hæres absens.in prin.nu.12.s̃.de iu
dic.Contrarium tamen, imò neq; fiscũ
hæredem institutum,esse conueniendũ
coram iudice defuncti, sed potius corã
suo iudice,tenet Roman.hîc col.fin. per
l.de eo.s̃.de iudic.& quia quoad ea, quæ
posteà gerũtur, fiscus vtitur suo priuile-
gio.l.fiscus.6.j̃.de iure fisci.l. cum quidã.
17.§.debitores.s̃.de vsur. Eãdem opinio
nẽ tenet Panor.d.c.quia Gu.ad fin.& as-
serit receptam Viuius libr.2.cõmunium,
opinione.161. & Peregrin. tract. de iure
fisci.lib.7.tit.1.nu.11. Pro concordia vi-
detur dicendũ,quòd aut lis fuit inchoa-
ta cũ defuncto,& tunc sine dubio instan
tia transibit ad fiscũ, iuxta.l. si is qui Ro-
mæ.s̃.de iudic,& quia cum defunctus sit
obligatus illi instantiæ, & ea quæ posteà
geruntur ab illa separari non possint. l.
nulli.C. de iudic. l.vbi cœptum.s̃.de iu-
dic. quæ posteà geruntur,quasi connex
sint cum præteritis,tanquam preteri-
ta considerantur, vt suprà probauimus:
& ita in specie Alexan.hîc num.4.ad fin.
& aduertit Curt. Iun. l.hæres absens. in
princ.num.12.s̃. de iudic. Si verò dhuc
non sit lis incepta cum defuncto tunc
videtur, q̃ fiscus vtatur suo priuilegio,
per rationes Romani hîc col.fin.Sed ad-
huc in his terminis contrarium videtur
verius per regulam generalẽ.l. hæris ab-
sens.in princ.s̃.de iudic. Item propter ra
tionem.l.si is qui Romæ.in fin.s̃.de iudi
cijs. Neque obstant rationes Romani;
quia ad primam de.l.de eo.s̃.de iudic. re
spondetur,procedere propter rationem
ibi expressam,scilicet,ne impediatur le-
gatio causa Reipublicæ suscepta:quæ ra-
tio cessat in fisco. Ad secundum respon-
detur,procedere,si fiscus tanquam fiscus
consideraretur:sed in nostra specie non
consideratur tanquam fiscus,sed tanquã
hæres repræsentans defunctum, & ideò
locum habet ratio.l.si is qui Romæ.j̃. de
iudic.in specie Deci. c. quia Gu.col. fin.
19 de iudic. † Et hac ratione dicimus,quòd
hęres nõ videtur agere nomine proprio,
sed tanquã repræsentans defunctum.l.
Modestinus.j̃.de exceptio.l.filius. in fin.
s̃.de inof.testam.& ideò non dicitur cõ-
demnari nomine proprio, sed nomine
alieno.l.seruus.s̃.de his qui notant. infa-
mia.declarando vt hîc per Roman. col.
pen.in prin. Tertia opinio fuit Iacob. de
Aren.in præsenti, quòd is text. loquitur
in fisco succedente propter delictũ alte-
rius,qui non consideratur tanquam hæ-
res,sed tanquam successor in bonis.l. in-
ter eos.52.§.fin.j̃.de fideiussorib. & ideò
licèt instantia transeat ad hæredem,non
tamẽ transit ad fiscum, qui tantũ bono-
rum successor censetur:quã resolutionẽ
probarunt Bald.Ang.& Cuman.hîc nu.
6. Imol.l.si eum hominem.nu.3.ad fin.j̃.
de fideiussor.Florian.l.in iudicio.nu.8.s̃.
famil. ercisc.& Peregrin.de iure fisci.lib.
7.tit.1.num.11.Et pro hac respõsione fa
cit, quia ideò instantia transit ad hære-
dem,quia defuncti loco succedit,repræ-
sentando illius personã.l.si is qui Romæ.
in fin.s̃.de iud. Quæ ratio cessat in fisco,
qui

qui non repræsentat defunctum,& ideò ad eum nõ debet transire instantia,vt in simili probatur.l.nouatio.24.iuncta glo. verb.d hæredem.ĵ.de nouation.& in simili tradit etiã Bart.in rub.nu.4.ĵ.de acquir.hæred. Hanc tamẽ respõsionẽ improbant Bart.hîc nu.3.Paul.nu.5.& Alexan.nu.4.& Bald.l.1.in fin.C. si pendente appellat.& adducitur aduersus eam.l. tam ex cõtractibus.57.s̃.de iudic. vbi instãtia cœpta cũ filio familiàs,trãsit ad patrem,qui tamẽ non est hæres illius. l. qui contra.12.& ibi Paul.ĵ.de fideiussor. sed tantùm successor bonorum.l.2.ĵ.de castrens.peculio.ergo instantia non solùm trãsit ad hæredem,sed & ad successorem bonorũ. Secũdò adducitur.l. si operarũ. 29.ĵ.de oper.libertor. vbi iudiciũ operarũ cœptũ cum patre,trãsit ad filiũ,etiam si hæres patris nõ sit. Tertiò.l.in iudicio. 48.s̃.fam.ercisc. ex qua Bart.ibi collegit, q̃ in successorẽ ex necessitate,transit instantia iudicij, † & probat idẽ Bart.l.si cũ hominẽ.nu.4.ĵ.de fideiussor. & ibi Paul. nu.2.Bart.l.1.nu.4.ĵ ad Trebel. & ibi Iason.nu.10.asserit receptum. A qua opinione,neque iudicando, neque consulẽdo esse recedendũ admonet Socin.Iun. cons.34.nu.13.lib.3.& alij relati per Molinã lib.4.de primog.c.8.nu.6.Ergo pariter debet transire in fiscũ succedentem propter publicationẽ bonorum, qui tanquã successor necessarius hoc casu cõsideratur.l.alienationes.s̃.famil.ercisc.Alexan.cons.23.nu.12.lib.1. Sed his non obstãtibus,prædicta responsio, & resolutio mihi verior videtur per suprà tradita: & quia de rigore instantia etiã cœpta cum defuncto,nõ debuit transire ad hæredẽ, cum mors omnia soluat.auth.de nupt.§. de inceps.collat.4.neque contra iam defunctũ procedi posit.l. de qua re. 74.§. fin.s̃.de iudic.l.pen.ĵ.quæ sententiæ sine appellatione rescindãtur.&tamen indu ctũ est,instantiã transire ad hæredẽ,quia repræsentat personã defuncti: ita vt cũ eãdẽ persona videatur lis peragi, vt colligitur ex.l.si is qui Romæ.in fin.s̃.de iudic.notat Curt.Iunior.l.hæres absens.in prin.nu.1.s̃.de iudic.Ita vt quanuis iudiciũ debeat procedere nomine hæredis, & non cõtra defunctũ.d.l. de qua re.74. §.fin.s̃.de iudic.tradit Paul.si cum hominẽ.nu.3.ĵ.de fideiussor.Deci.c.quia Gu. nu.7.de iudic.tamen is nõ videatur condẽnatus nomine proprio,sed tanquã repræsentãs defunctũ.l.seruus.s̃. de his qui notant.infam.& tradit Roman. hîc col. pen.in princ.sed fiscus succedẽs propter publicationẽ bonorũ,nõ repræsentat defunctũ.l.quoties.14.§.fin.ĵ.de nouation. & suprà diximus:ergo in eũ nõ debet trãsire instãtia. Et retẽta hac resolutione & respõsione,non obstãt adducta suprà aduersus eam:nã ad primũ de.l.tam ex cõtractibus.57.s̃.de iudic.respondetur,q̃ filius quãdo litẽ cõtestatur, videtur tacitè se obligare ad soluendũ id, in quo fuerit cõdẽnatus,& pater pro eo videtur intercedere,quãtenus est in peculio.l.3.§.idẽ scribit.s̃.de peculio.& quidem tanquã fideiussor iudicij,vt tradit Bart.l. si filio familiàs.2.ante fin.ĵ.eodẽ. & Cuman. hîc nu.8.Hac igitur ratione instantia transit ad patrẽ; † quia prout condẽnatio,& exequutio faciẽda ratione sentẽtiæ, poterat fieri in peculio,& quidẽ via exequutiua, prout solet procedi aduersus fideiussorẽ iudicij.l.1.ĵ.iudicat.solui.l.fin.§.fin.C.de vsur.rei iudic.Ord.lib.3.ti.69.meritò igitur acta iudicij,& instãtia ei nocẽt, & ad eũ trãseũt:nã regula generalis est, instãtiã & acta iudicij,nocere illis,quibus lata sentẽtia obstaret.c.inter dilectos. versic. neq; attestationes.de fide instrum.l.lege Iulia.ĵ.de manumis.Innoc. c. causã quę. 1.nu.3.de testib.& ibi Felin.nu.26.Deci. nu.5.Ias.l.de die. in prin.n.3.s̃.qui satisd. cogantur. Vnde colliges,in specie d.l. tã ex contractibus,non ea ratione transire instantiã ad patrem,quia censeatur vniuersalis successor, vt præsupponebat Bartol.hîc nu.3.Paul.nu.5.& alij suprà citati, & Paul.l.si hominẽ.nu.3.ĵ.de fideiussor.

Deci.



Deci.cap.quia Gu.nu.6.de iudic. sed potiùs ex eo,quia cum propter litis contestationem pater teneatur pro filio, quasi fideiussor iudicij,prout executio sententiæ patri noceret,ita etiam & instantia,& acta iudicij,iuxta suprà tradita.Quę ratio cessat in fisco,qui non potest videri obligatus pro eo, cuius bona sunt publicata, quasi eius fideiussor. Vnde licet obligationes illius,cuius bona publicantur,trãseant in fiscum,non ob id debet transire instantia, cum non repręsentet personã illius, qui litem contestatus est, vt suprà diximus.Colliges etiam,quòd vt instãtia transeat ad hæredem,non requiratur litis contestatio,sed sufficiat citatio,vel datio libelli, vel etiã præstatio cautionis de iudicato soluendo,iuxt.l.si defunctus.15. s̃.de procurato.& tradit Bald.l.1.num.2. C.si pendente appellatio.Angel.l.seruus. num.1.s̃.de his qui notantur infamia.tamen vt instantia transeat ad patrem, requiritur,quòd lis contestetur: vt probat d.l.tam ex contractibus,& ibi notat Paul. num.4.antea enim non potest videri pater obligatus,tanquam fideiussor iudicij, ex ratione.l.3.§. idẽ scribit. s̃. de peculio. Et hac ratione d.l.tã ex contractibus contractibus coniungit, filium esse obligatũ
22 ex causa contractus,vel delicti: † nam licet pater propter delictum filij à principio etiam de peculio non teneatur.l.3.§. ex furtiua.s̃.de peculio,tamen post litem contestatam tenetur de peculio, arg.l. vnicæ.C.ex delictis defuncto.& ideò prędicti casus coniungũtur.Deniq; colligas, quòd cum instantia transeat in patrem, intelligendum est eo modo in eum transire,quo filius eam suscepit.l. fina.§.1.ĵ. de fideiussor. tutor. vnde cũ actio ciuilis sit intentata contra filium.l.3.§.si filio familiàs.s̃. commodat. ea pariter transibit in patrem, & tantùm ratione executionis inducetur mutatio,vt licet in filio familiàs debuit fieri executio in solidum.l. pen.C.qui bon.cedere possunt.tamen in patre non fiet,nisi quatenus est in peculio,vt in simili probatur.l.etsi condemnatus.s̃.de noxalib.& ita Paul.d.l.tam ex cõtractibus.num.7.versi.sed oppono.quidquid aliter explicet idem Paul.l.qui contra.in fine.ĵ.de fideiussorib.Quo fit,vt licet si lis non esset contestata, tantùm daretur actio de peculio prætoria aduersus patrem,quę duraret tantùm per annum, iuxta tit.s̃.quando actio de peculio annalis sit. tamen post litem contestatam tenebitur pater actione ciuili, & non prætoria,quanuis executio tantùm respectu patris facienda sit in filij peculio.Et patet ex similitudine, quam affert d.l. tam ex contractibus.quòd si filius familiàs suscepit defensionem pro alio,eo mortuo,debet ea lis transferri in dominum , quem defendebat:notat Cuman. hîc num.8. nam certum est,eandem actionem, quæ competebat procuratori, in dominum trãsferri.l.in causæ.27.§. fi. s̃. de procurator. Nõ obstat secũdũ de.l.si operarũ.29. ĵ.de oper.liberto.quia in primis aduertẽdum est,ibi non agi de successore vniuersali, sed de particulari;vt pote de filio,qui patri successit in operis officialibus. Itẽ, quòd illæ operæ officiales debẽtur filijs ex dispositione legis,etiamsi illas expresse pater non fuerit stipulatus,vt tex.ille clare probat:tradit Salicet.l.liberti libertęq; num.8.C.de oper liberto. Ex quibus præmissis dicendum est,ideò instantiam operarum transire ad filium,quia illæ operæ, super quibus lis agitabatur,ex dispositione,& necessitate iuris transibant ad filium,vnde & instantia ad eum trãsit.Recepta enim traditio est,quòd vbi ex necessitate iuris res,vel actio ad aliquem trãsit,pariter ad eum transit lis super ea re,
23 vel actione mota. † Paul.l.si hominẽ.nu. 3.ĵ.de fideiussorib.inferens,quòd si accipiatur emphyteusis pro se,& filijs; cum emphyteusis propter stipulationem necessariò transeat ad filios.l.vnum ex famili.§.1.ĵ.de leg.2.etiam instãtia cœpta super ea emphyteusi per patrem, transibit ad filios:subscribit Deci.c. quia Gu. nu.6.

de iudic. Et simili ratione, cum maioratus bona ex necessitate institutionis pertineant ad sequentem successorem. dict. l. vnum ex familia. §. 1. ĵ. de leg. 2. lis incepta cum possessore maioratus, super aliqua re maioratus, transibit ad successorem in maioratu. Xuarez allegatio. 27. n. 1. Molina lib. 4 de primogen. cap. 8. num. 6. Sed aduerto vltra alios, quòd in specie dict. l. si quis operas, operæ officiales non solùm de necessitate pertinebant ad filios; sed etiam ad illos pertinebāt ex causa, quæ præcessit ipsam litem: quod maximè in iure consideratur, vt constat ex. l. alienationes. 14. s̃. famil. erciscund. Et hac etiam ratione si actio dotis consolidatur in persona filiæ, ad eam transit instantia. l. si marito. 32. §. item si voluntate. ĵ. eod. l. vnica. §. & hoc. C. de rei vxor. action. notab. Alexand. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. num. 7. s̃. eod. non solùm quia hoc euenit ex causa necessaria, proueniente ex dispositione legis, vt tradit Bar. l. si eum hominem. ad finem. ĵ. de fideiussorib. sed & quia causa consolidationis præcessit ipsam instantiam. Secundùm quam considerationem tex. dict. l. operarum, nihil obstabit opinioni, quam defendimus. Quanuis enim fiscus propter publicationem ex necessitate & dispositione iuris consideretur tanquam necessarius successor. Alexand. consi. 23. num. 9. lib. 1. tamen hæc necessitas non prouenit ex causa antiqua, & quæ habuit originem ante causam cœptam; quia pœna nō debetur fisco, nisi post factam condemnationem. l. si qua pœna. 142. ĵ. de verbo. signif. Et hac ratione si accusatus decedat ante condemnationem, extinguitur accusatio, neq; pœna transit in eius hæredem. l. ex iudiciorum. ĵ. de accusatio. l. si
24 pœna. 20. ĵ. de pœnis. † Ita vt verum sit dicere, fiscum nullum habere ius in bonis condemnati, ante condemnationē. Bar. l. aufertur. §. fiscus. in fin. ĵ. de iure fisci, nec ante condemnationem bona accusati fisco esse hypothecata. Bart. receptus. l. post contractum. num. 16. ĵ. de donatio. Neq; replices de isto tex. in quo sententia condemnatoria delicti, præcessit actionē dotis: nam respondetur, quòd licet præcesserit cōdemnationem in causa dotis, non tamen pręcesit instantiam in causa dotis celebratam, quia imò ante publicationem bonorum fuit lis mota super causa dotis. Quòd si publicatio bonorū præcederet instantiam causæ dotis, frustra dubitaretur, vtrùm instantia transiret ad fiscum, cum mulier post condemnationem, de dote agere non posset. Non obstat tertiū de. l. in iudicio. 48. s̃. famil. erciscund. quia respondeo, quòd licet Bar. ibi in summario, & Florian. num. 3. colligant ex eo, quòd quando ex necessitate quis succedit in re, transit in eum instantia, licet sit particularis successor; & idem probent alij relati per Molinam lib. 4. de primogen. cap. 8. num. 6. tamen tex. ille bene expensus contrarium probat: nam in eo casu agebatur apud arbitrū de rebus hæreditarijs, & probat tex. quòd ante factas adiudicationes, omnes hæredes agere possunt ratione iurium ad hæreditarias res pertinentium; & quòd si postea illæ res fuerint adiudicatæ vni ex cohęredibus, qui antea cœperunt agere, poterūt quidem litem persequi, dummodo præstent cautionem, quòd id quod acquisierint ex lite, restituēt illi, cui totus fundus adiudicatus est: & ille tenetur cauere de soluendis impensis in lite factis, vt ibi per glo. verb. recepta. & verb. præstentur, & ibi Florian. Fulgos. & Paul. in nouis prælectionibus. Ergo probat tex. quòd etiamsi ille, cui adiudicatur fundus per iudicem, videatur necessarius successor, vt est expressum. l. si pignori. 30. ad finem. s̃. famil. erciscund. & l. fin. C. de litigiosis, tamen in eū non transfertur instantia, sed qui ante litem mouerunt, debent eam persequi: ergo text. ille probat contra communem.
25 † Neq; obstat, si dicas, text. d. l. in iudicio. probare communem opinionem, adiuncta glo. verb. recepta, quæ vult, in potesta-





te esse illius, cui fundus fuit adiudicatus, vel pari, primos litem pro sequi, vel ipsum instantiam pro sequi. allegat. l. 3. s̃. famil. erciscund. & sic secundùm hanc declarationem probat tex. instantiam trāsire ad particularem successorem ex necessitate, vt communis vult. & expresse notauit Iacob. de Arenis. l. inter quos. §. 1. ad finē. ĵ. de dān. infecto, quia replicabitur, hanc opinionem glo. non esse veram, quia tex. quem allegat. d. l. 3. s̃. famil. erciscē. loquitur, quando adhuc per cohæredes non fuerat mota lis, quo casu dict. l. in iudicio. versi. etsi cum res, probat, quòd si adhuc non erat mota lis super fundi iuribus, & fundus vni adiudicatus est, is solus poterit pro illis iuribus agere; quia scilicet, hęc adiudicatio habet vim venditionis. l. 1. C. communia vtriusq; iudic. & in emptorē censetur translata actio competens venditoribus, absq; alia cessione. l. 2. C. de actio. & obligatio. l. emptor. & l. pen. C. de hæred. vel actio. vend. l. si cum emptore. s̃. de pactis, nos autem loquimur, quando iam lis erat contestata per cohæredes, quo casu probat d. l. in iudicio, non transire instantiam ad eum, cui fundus adiudicatus est, sed quòd illi debent litem prosequi, præstita cautione de reddēdis his, quæ ratione litis acquisierint, & sic sentit, eum cui fundus adiudicatus est, non posse eam litem prosequi, etsi maximè velit, vt ibi in terminis aduertit Fulgos. ad finem. Imol. l. si eum. num. 5. ĵ. de fideiussor. & idem colligitur ex. l. post venditionem. 16. ĵ. de aqua pluuia arcenda. adiuncta. l. 2. C. de actio. & obligatio. Et est ratio, quia per litis contestationem ille, qui semel egit, remanet obligatus instātiæ. l. 3. §. idem scribit. s̃. de peculio, & ideò ab ea lite pro sequenda non potest se eximere. auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. Bart. l. pen. nu. 10. ĵ. de re iudicat. Ex qua opinione ita defensa infertur primo annotatio ad concordiam, quam inter prædictas opiniones tradidit Alex. hic nu. 4. vers. ideò pro euitatione, & ante eum Imol. l. si eum nu. 3. ĵ. de fideiussorib. quòd si fiscus succedat reo, tunc ad eum transibit instantia, iuxta regulam. l. si eum hominem. ĵ. de fideiussorib. quia aliàs dānum incurreret actor, si instantia periret. Aut fiscus succedit actori, & tūc instātia ad eum non transibit. tex. hic, quia nullū vertitur præiudiciū rei ex hoc quòd hoc
26 casu ad fiscum nō transeat instātia, † imò vertitur vtilitas illius, cum proprium reorum sit subterfugere iudicium. l. inter stipulantem. §. 1. ĵ. de verbo. obligatio. hæc enim concordia ex suprà dictis confunditur, nunquam enim instantia transit in successorem bonorum, qui defunctum non repręsentat. Infertur secundò, quòd in terminis auth. bona dānatorum. C. de bonis proscripto. cum filij non succedant tanquam hæredes patris, sed tanquā successores bonorum, propter beneficium illius auth. instantia cœpta cum patre ad eos non transibit, iuxta hunc tex. explicatum, vt. s̃. & ita Bald. hic colum. 2. quē sequitur Cuman. nu. 6. Imol. col. 2. Alexād. nu. 4. Florian. l. in iudicio. nu. 9. s̃. famil. erciscē. quidquid repugnent Bald. & Salic. l. 1. C. si pendente appellatio. mors. Et pari ratione, si quis offerat bona sua Ecclesiæ, cùm tūc Ecclesia succedat in bonis, neq; repręsentet personam offerentis. In noc. c. in præsentia nu. 5. de probatio. instantia cœpta cum offerente, ad Ecclesiā non transibit. Couarru. practica. quæstio. cap. 8. num. 3. ad finem. Infertur tertiò, quòd cum in terminis huius tex. instantia non transeat ad fiscum, sed iudicium expirer, si fiscus posteà conueniatur pro debitis de portati, vel etiā ipse agat, omnia ex integro facienda sunt, & primus processus remanebit inutilis. Bal. Salic. l. 1. C. si pendente appellat. Felin. c. quia Gu. colum. 3. ad medium. de iudic. Contrarium tamen tenet Cagnol. l. 2. n. 252. vers. mihi videretur. C. de pactis inter impto. imò q̃ causa debet reassumi in eodem statu, in quo erat tempore quo bona fuerunt publicata: motus, quia aliàs priuilegiū fisci

redundaret in magnum damnum aduersarij; qd̃ legibus, & rationibus repugnat. l. 2. §. merito. j. ne quid in loco publico. c. super eo. de offic. delegat. & quia instantia semper transit, etiamsi mutetur qualitas. l. tam ex contractibus. 57. s̃. de iudic. Sed prima opinio verior est, nam si expirat iudiciũ, necessariò aliud iudicium debet in
27 choari. † Neq; obstãt Cagnol. rationes, nã ad primã respondetur, quòd hoc præiudicium venit in consequentiam, & ideò cõsiderari non debet. l. 1. j. de autho. tutor. glo. c. quanuis pactum. de pact. in. 6. Ad secundũ respondetur, q. d. l. tum ex cõtractibus procedit, quando trãsit instantia: nos autẽ loquimur, quando non transit; quo casu necessario noua instantia inchoãda est. Vltimò ex prædictis infertur annotatio ad dictũ Panor. c. quia Gu. ad finem, de iudic. quòd si ecclesia, vel clericus instituatur per laicum, instantia cœpta cum defuncto, ad clericum non transibit, quia habet iudices suos speciales coram quibus conueniri debet, & ideò ad eum instantia non transibit. text. hîc secundùm intellectum Bart. hîc nu. 4. subscribit Felin. ibi col. 3. Deci. nu. 11. & ita vidisse iudicatum asserit Iacob. l. hæres absens. in princ. nu. 7. s̃. de iudic. & asserit receptum Maranta in praxi iudiciaria, pagina. 265. nu. 13. Minsingeri. in decisio. Cameræ, centuria. 3. obseruatio. 45. Burgos de Pace. l. 3. Tauri nu. 792. & seq. & latissimè defendit Cagnol. respõdens contrarijs. l. 2. à nu. 250. C. de pact. inter empto. & asserit receptum Auẽdañ. lib. 1. de exequend. mandatis cap. 1. num. 33. Cõsonat dictum Bald. & Salic. l. 1. C. si pendente appellatio. quòd si monasterium ex priuilegio habet certos, & speciales iudices, etiam ad eos non transibit instantia. text. hîc secundùm intellectum Bart. n. 4. Sed his non obstantibus, verius est contrariũ, imò quòd instãtia cœpta cum defuncto, transeat in ecclesiam, vel clericũ instituros per laicum, iuxta regulam generalem l. is qui Romæ. s̃. de iudic. & tenet Paul. l. hæres absens. in prin. nu. 4. & ibi Ang. nu. 3. s̃. de iudic. & ibi Costalius. Imol. l. si eũ nu. 4. j. de fideiussorib. Rom. hîc nu. 14. ad finem, & Paul. nu. 5. l. cum quædam. nu. 9. & ibi Ias. nu. 8. s̃. de iurisd. omnium iudic. Burgos, quem vide. l. Tauri. num. 787. Palac. rep. rub. §. 39. nu. 8. & alij, quos refert Cagnol. l. 2. nu. 249. C. de pact. inter empto. fassus ita fuisse iudicatum: & latè comprobat Couarru. practicar. cap. 8. nu.
28 3. † Neq; obstat fundamentũ Panor. quia respondeo, tex. istum non procedere ratione, quòd fiscus habeat certos iudices, vt suprà probauimus, sed quia est successor bonorum, & non repræsentat deportatum. Si autem hęres esset institutus, tunc ad eum transiret instantia, vt suprà probauimus: vnde retorquebitur argumentũ. Et confirmatur, quia clericus hoc casu non conuenitur tanquam talis, sed tanquam repręsentans defũctum, vnde coram eodem iudice seculari respondere tenetur. l. sris qui Romæ. s̃. de iudic. Ex qua ratione colligitur, idem esse recipiẽdũ, etsi lite nõdum cœpta laicus decedat, nã nihilominus corã iudice seculari hæres laicus conueniendus est, cum conueniatur tanquã repręsentans defunctũ: qd̃ colligitur ex generalitate. l. hæres absens. in prin. s̃. de iudic. & ibi Alber. asserit, prę-uia disputatione, Bergomi ita fuisse diffinitum: & probat. l. 57. tit. 6. part. 1. de qua latè Burgos. l. 3. Tauri à num. 789. licet in his terminis contrarium sit magis receptum, imò quòd tunc clericus sit conueniendus corã iudice ecclesiastico, vt tradit Couarru. multos referẽs practicar. q. cap. 8. nu. 4. & d. l. partit. esse intelligendã, quãdo lis iam fuit cœpta cum defuncto, contendit Greg. ibi glos. pen. & Auend. lib. 1. de exequendis mandatis, cap. 1. nu. 33. In regno autem Portugaliæ habetur Ord. lib. 2. tit. 1. §. 18. vbi disponitur, quòd hæres clericus poterit conueniri coram iudice seculari, si defunctus ante mortẽ fuit citatus ad eam causam: in quo sentit, quòd vt ad effectũ, de quo agimus, dicatur



tur lis cœpta, sufficit citatio: quod & tenet Bald. l. 1. nu. 2. C. si pendente appellation. Alex. ad Bart. l. si eũ. in secũda additione, in fine. j. de fideiussorib. & Cagnol. l. 2. n. 252. in fine. C. de pact. inter empto. Molina lib. 4. de primogen cap. 8. nu. 6. in fine. Neq; obstat, quòd hæres debeat de nouo citari. Alex. l. pœnales in fine. j. ad. l. Falcid. quia citatur, non vt de nouo inchoetur cum eo causa, sed vt veniat responsuus super instantia iam cœpta cum defuncto propter citationẽ, vt declarat. l. 3. tit. 2. lib. 2. extrauagantiũ. Sẽtit etiam, quòd si lis nullo modo fuit cœpta cum defuncto, tunc hæres laicus non poterit conueniri coram seculari: quod tenet glos. 1. c. clericus nullum. 1. 11. q. 1. Bart. l. hæres absens in prin. nu. 1. s̃. de iudic. & omnes in hoc conuenire dicit Decius. c. quia Gu. nu. 11. de iudic. Gregor. l. 56. tit. 6. partit. 1. in glo. pen. Neq; obstat, quòd clericus nõ conuenitur tanquam talis, sed tanquam repręsentans defunctum, & ideò licet lis cœpta non sit, debet conueniri coram iu-
29 dice seculari: † vt in simili suprà in fisco cõclusimus: quia respõdetur, quòd ea fictio non est attendenda quoad mutationem fori, cum ius canonicum indistinctè prohibeat, clericum coram seculari conueniri. c. clericus nullum. 1. 11. q. 1. adeò quòd nec huic priuilegio possit renuntiare. c. si diligenti. de foro compet. & ita Cagnol. l. 2. nu. 250. C. de pact. inter empto. & Dec. c. quia Gu. ad finem. de iudic. & sentit clarè Rota decisio. 5. de foro compet. in antiquis, in fisco autem non tãta inuenitur prohibitio, cum suo priuilegio renuntiare possit, iuxta regulã. l. pen. C. de pactis. Neq; dicas, quòd secundùm prædictam considerationem, nec clericus posset cõueniri coram seculari, etsi lis cœpta esset cum defuncto: quia respondetur, quòd quãdo lis cœpta est cũ defuncto, clericus eam non prosequitur nomine proprio, sed tanquam hęreditariam, & à defuncto inchoatam, & ideò tũc tenetur eam persequi eodem modo, quo defunctus tenebatur eam persequi. l. fina. §. 1. j. de fideiussorib. tutorũ. & in materia bonus text. l. filius. s̃. de inof. testa. & l. seruus. s̃. de his qui notant. infamia. l. Modestinus. j. de exceptio. Sed quãdo ex se inchoat litem, tunc licet hæres sit, nomine proprio tamen agit, & defendit, & ideò tunc persona eius, & qualitas debet attendi, vt suprà dictum est: nam & d. l. filius. s̃. de inof. testa. facit differentiam, vtrùm hæres continuet litem cœptam per defunctum, aut à se inchoet, vt ibi notat Fulgos. & idem. l. Papinianus. §. meminisse nu. 2. s̃. de inof. testa. Concludas igitur, quòd quoad forum, non attenditur fictio illa iuris in clerico, ob rationem de qua suprà: prout etiã non consideratur, quando hæres clericus cõuenitur pro legatis, & fideicommissis, nam cum tunc conueniatur ex proprio quasi contractu. §. hæres. Instit. de obligatio. quæ ex quasi contractu. pro illis non poterit conueniri, nisi coram ecclesiastico: adeò quòd testator non potest cõtrarium statuere. Bald. l. 2. nu. 4. C. vt in possessio. legator. & similiter in his quæ respiciunt ipsius personam, vt conficere inuẽtarium: nam hoc per iudicem ecclesiasti-
30 cum faciendum est. † Guido decis. 261. Tu tamẽ vide omnino Phanuntium tracta. de inuentario. 3. parte, num. 24. ad finem & seq. & latiùs inuenies. l. hæres absens. in princ. s̃. de iudic. Illud certũ est, quòd forus principalis non transit in successorem particularem. l. 1. ad finem. s̃. si ex noxali causa agatur. & ibi Bald. & Paul. nu. fina. Curt. Iunior. l. hæres absens. in princ. nu. 3. s̃. de iudic. & hæc satis in hac materia. De intellectu. l. si filio familiàs. 26. in princ. j. eo. egimus. l. si cum dotem. §. transgrediamur. s̃. eod. & de intellectu d. l. filio familiàs. §. 1. & 2. j. eo. egimus. l. si mora. j. eo. & ideò peculiaris illorũ omittitur interpretatio.

## SVMMARIA LEGIS, SI FILIO FAMILIAS. 26. §. final. ff. Soluto matrimonio.

1 *SVccessor necessarius tenetur præcisè obseruare locationem factam per prædecessorem.*
2 *Pupillus tenetur obseruare locationem factã per tutorem.*
3 *Contrariũ tamen verius, & receptius esse ostẽditur.*
4 *Fiscus succedens in bonis, non tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem.*
5 *Explicatur. l. in venditione. §. 1. ff. de bonis autho. iudic.*
6 *Dominus non tenetur obseruare locationem factam per fructuarium.*
7 *Explicatur. l. si tutelæ. ff. de administ. tuto.*
8 *Refertur concordia Alex. in hoc articulo.*
9 *Quam tamen falsam esse ostenditur.*
10 *Reijcitur quædam traditio Socini in hac materia.*
11 *Redimens rem ratione pacti de retrouendendo, non tenetur obseruare locationem factã per eum, qui ratione pacti reuendit.*
12 *Si successor pretium recipiat, videtur habere ratam locationem prædecessoris.*
13 *Qua ratione mulier saltem necessitate causatiua teneatur obseruare locationem factã per maritum.*
14 *In causa dotis tantùm æquum consideratur.*
15 *Maritus tenetur obseruare locationem factã per vxorem.*
16 *Successor necessarius in hac materia qualiter considerari debet.*
17 *Differentia est inter locationem factam per maritum, vel per fructuarium.*
18 *Prælatus non tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem.*
19 *Saltem quando prædecessor eam fecit proprio nomine.*
20 *Neq; tunc conductor inuitus cogitur obseruare locationem.*
21 *Quando confirmatio superioris reddat locationem realem.*
22 *Conductor non potest habere recursum aduersus hæredes prælati locantis.*
23 *Locationem factam nomine ecclesiæ successor obseruare tenetur.*
24 *Etiamsi forte non sit vtilis ecclesiæ.*
25 *Quando requiratur probari, quòd sit versum in vtilitatem ecclesiæ.*
26 *Commendatarij perpetui possunt locare res ecclesiæ.*
27 *Si locatio fiat per anticipatam solutionem, successor potest cogere conductorem, vt sibi soluat pensionem de nouo.*
28 *Locationem factam per Canonicum, indistincte successor non tenetur ratam habere.*
29 *Etiamsi eam fecerit nomine ecclesiæ.*
30 *Limitatur regula, quòd particularis successor non tenetur stare colono.*
31 *Fructus pendentes, omnes censentur venditi.*
32 *Colonus ratione hypothecæ rem iuste retinet.*
33 *Explicatur. l. si creditor. §. fina. ff. de distract. pignorum.*
34 *Et assignatur nouaratio illius tex.*
35 *Limitatur. l. æde. C. de locato.*
36 *Quæ etiam non procedit, si interponatur pactũ de non expellendo.*
37 *Explicatur. l. si conuenerit. ff. pro socio.*
38 *Locator ad longum tempus, non potest expelli per emptorem.*
39 *In conductorem fisci, quando transferatur vtile dominium.*
40 *Vtrùm particularis successor teneatur stare colono ecclesiæ.*
41 *Fiscus, & ecclesiæ regulariter non æquiparantur.*
42 *Explicatur. l. cognouimus. C. de mancip. & colon. lib. 11.*
43 *Quod maritus recipit ex locatione post solutũ matrimonium, tenetur vxori restituere.*

IN-



# INTERPRETATIO Legis Si filio familias. 26. §. fina. ff. Soluto matrimonio.



IS text. duos habet intellectus. Primus est, quòd mulier teneatur præcisè obseruare locationẽ factam per maritũ, ita vt si ante finitũ tempus locationis, interueniat diuortium, non possit colonum expellere, donec finiatur tempus locationis factæ per maritum: & ita glos. l. diuortio. 8. in princ. verb. tertia ad medium. ff. eo. quam singularem reputat Bald. ibi, & eam simpliciter probat Alex. hic nu. 19. & hunc intellectũ probarunt Bald. & Angel. hic. Bald. l. 1. nu. 34. versic. tertio casu. C. de iure fisci lib. 10. Angel. l. emptorẽ. C. de locato. Bald. l. iubemus nulli. in princ. nu. 4. C. de sacro. eccles. Panor. c. fina. nu. 8. ad finem, & ibi Anan. n. 9. in fine. ne prelati vices suas. Catellian. in memorabilib. verb. successor. Crot. consil. 414. ad finẽ, lib. 3. Angel. consi. 245. n. 6. Siluester in summa verb. locatio, nu. 11. Benintendis decis. 54. Angel. in summa, verb. locatio. num. 20. in fine, & alij relati per Tiraq. lib. 2. retract. §. 3. glo. vnica. nu. 13. & per Roland. consi. 49. n. 5. lib. 2. Couarru. resol. lib. 2. c. 15. nu. 5. Dueñas regula. 240. in. 5. limitatione, & probat Lasarte de decima venditionis. c. 18. n. 98. Et pro hoc intellectu facit, quia regula, quæ habet, particularẽ successorem non teneri obseruare locationẽ factã per prædecessorẽ. l. emptorẽ. 9. C. de locato. l. arbores. 66. ff. de vsuf. l. qui fundum. 35. in fine. ff. locati. intelligenda est de successore voluntario, prout est emptor rei locatæ: † nam si successor sit necessarius, non procedit prædicta regula, sed is successor tenetur obseruare locationẽ factã per prædecessorẽ. l. in venditione. 8. §. 1. ff. de bon. auth. iudicis, vbi creditor missus in possessionẽ bonorũ debitoris, tenetur obseruare locationẽ factã per debitorem: quia vt ibi inquiũt Ang. & Cum. est successor necessarius. l. fi. ff. de separatio, & ideò tenetur obseruare locationẽ factã per prędecessorẽ: & ita glo. l. diuortio. 8. verb. tertia. ad mediũ, & ibi Alex. n. 35. ff. eo. Alex. hic nu. 19. & plures citati per Octauian. de cis. Pedemõt. 82. n. 6. Tiraq. lib. 2. retract. §. 3. glo. 1. n. 15. & esse cõmunẽ regulã, & cõclusionẽ asserit Roland. cõs. 49. n. 6. lib. 2. & Ceph. cõs. 181. nu. 8. lib. 2. Mulier autẽ respectu restitutionis dotis, est successor necessarius, quia ei ex necessitate dos restituitur: ergo debet obseruare locationem factã per maritum. Et confirmatur, quia ideò successor voluntarius non tenetur stare colono, quia imputandum est vẽditori, qui voluntariè rem vendidit, & neq; pactus est, quòd colonus non expelleretur, prout potuit, & debuit paciscì d. l. emptorem. l. si merces. 28. §. 1. ff. locati, vel aliter ius coloni reseruare. l. si mercedẽ. §. fin. ff. de actio. empti. Quę ratio cessat, quando quis succedit ex necessitate, & etiã inuito locatore: & ideò cùm nihil ei imputari possit, succurritur colono, ne aliàs expulsus, locatorem culpa carentẽ obliget ad interesse, vt hic tradit Alexand. colum. 1. versic. probatur hæc opinio. Secundò pro prædicto intellectu facit, quia vniuersalis successor tenetur obseruare locationẽ factam per prædecessorẽ. l. viam veritatis. C. de locato. & in hoc omnes cõuenire asserit Alex. hic num. 21. Sed dos est quid vniuersale, vt diximus. ff. in rub. in. 3. parte: ergo mulier in dote succedẽs, quasi vniuersalis successor tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem:

1 & ita

& ita arguit Alex.hîc col.1.versi.itē facit. Tertiò pro eodem intellectu vrget.l.si tutelæ.9.ʒ.de administ.tuto.vbi minor tenetur obseruare locationem factam per tutorem,etiamsi duret vltra tēpus,quo durat tutela:quia cum tutor esset legitimus administrator bonorū pupilli, quidquid ab eo factum sit,validum & ratum haberi debet.Cyn.l.emptore.mcol.2.C. de locato.Bart.hîc nu.1.Alex.col.1.versi. & videtur probari.Socin.consi.32.nu.9.& cōsil.125.nu.6.lib.1.Couarr.resol.lib.2.cap. 15.nu.6.Menchaca de successio.creatio. §.10.nu.78.versi.nunc videndum. Anto.
2 Gomez.2.tomo,cap.3.nu.8.† & plures quos refert Roland.consi.49.nu.7.lib.2. Dueñas reg. 240.in.3. limitatio. Ergo à fortiori idem recipiendum est in marito, qui non solùm dotis habet administrationem,sed etiam & dominium.l. doce.C. de reuend. Sed his non obstantibus,prædictus primus intellectus magis cōmuniter reprobatur,& probatur secundus intellectus primo contrarius,scilicet, quòd mulier non teneatur præcisè obseruare locationē factam per maritum, si diuortium interueniat,imò in eius potestate sit,eum expellere,iuxta regulam generalem.Sed quia ex hoc maritus teneretur ad interesse colono expulso soluendum, & sic dānum incurreret, cogitur mulier cautionem præstare, quòd non expellet colonum,dum durauerit tempus locationis factæ per maritū: & ratione istius cautionis non expellet colonum, non quidē quasi præcisè ad hoc teneatur, sed causatiue, ne aliàs ratione cautionis teneatur soluere marito damnum,quod incurrit, propterea quòd ante tempus finitæ locationis,vxor colonum expulit:& ita glo.fina.l.2.§.fina.in.2.solutione.ʒ.de dote prę legat.quam probat Bart.hîc nu.1.in fine. Paul.nu.3.Roman.n.5.& Duaren. Campes.de dote.2.parte,quæst.23.&.3.parte, q.272.Alex.in rub.n.28.s̄.eo. & ibi Ponran.à nu.66.Et hunc esse magis cōmunē intellectum asserunt Couarr. resol. lib.2. cap.15.nu.5.Viuius lib.2.communiū opinio.61.in fine.Anton.Gomez.2 tomo.c. 4.nu.8.Dueñas regula 240.in.5.limitatione,& nouissimè probat Cuiac.lib 23.obseruatio.cap.38.ad finem.Cephalus consil.254 à nu.21.lib.2. & cōsi.seq.à.n 22.& ita est explicādus Ancharran. consi.116. n.6.Additio Capellæ.q.420.in fin.Quisecundus intellectus apertè deducitur ex mente huius tex. Primò,dum iubet vxorem præstare cautionem de non expellēdo colono, siue de indemnitate mariti: nam si vxor de iure non posset expellere colonum, frustra exigeretur cautio,quæ nunquam potuit cōmitti:arg.l.hæc stipulatio.§.diuus.ʒ.vt legator.seu fideicomm. nomine,& in specie aduertit Alex.l. di-
3 uortio.in prin.n.38.in fine.s̄.eo.† Secundò,quia tex.præsupponit,quòd si vxor expellat colonum,maritus tenetur ad omne interesse coloni expulsi.& tamē si mulier de iure non posset expellere colonū, non debuit colonus agere ad interesse, sed potius implorato officio iudicis petere, se restitui ad suam detentationem.l. Aquilius.in fine.ʒ.de donatio. vel saltem non debuit maritus teneri colono ad interesse, cùm in expulsione iniuste facta non potuerit ei culpa imputari,sed tantū mercedē acceptam tenetur restituere,& ab accipiēda conductorē expulsum liberare.l.si fundus.36.s̄.locati.Et retēto hoc secundo intellectu,nō obstant ea quæ suprà adduximus pro primo intellectu: nā ad primū,quòd successor necessarius teneatur obseruare locationem factam per prædecessorem, respondetur, eam conclusionē non esse veram, neq; iure probari,nā ob eam rationē particularis successor nō tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem,quia colonus nullum ius habet in re conducta.l. non solet.s̄. locati. particularis autem successor dominium rei acquirit, & ideò non tenetur pati, vt se inuito quis rem suam detineat.l.1.§.pen.s̄. de posit.in c. fina. de precarijs. Et licet colonus habeat actionem



actionem ex locato aduersus locatorem, ea tamen tanquam personalis intendi nō potest aduersus particularem successorē. l.fina.§.fina.s̄.de contrah.emptio. Et hāc rationem assignauit Bart.l. emptorem.in princ.C.de locato.Angel.consil.245.nu. 6.Cephal.consi.284.num.18.lib.2.& consil.255.numer.20.eo.lib. 2. Guido decisi. 480.colum.2.Alexand.consi.118.nume. 16.lib.5.Gozad.consil.24.numer. 8. Anton.Gomez.2.tomo, cap.4.num. 9. quæ ratio pariter militat in necessario successore. Ergo nec is tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem. Et hinc est,quòd licet fiscus succedens propter bonorum publicationem,considere tur tanquam necessarius successor. Alexand,consi.23.num.12.lib.1. tamē fiscus non tenetur obseruare locationē factam per prædecessorem.l. si fundus.36.s̄.locati.extollit Iason.l.diuortio.in princ.num. 36.s̄.eo.Anton.Gomez.2.tomo, cap. 4.n.
4 10.† Neq; satisfacit responsio Alex. hîc numer.19. speciale esse in fisco, vt quanuis successor necessarius sit, tamen non teneatur obseruare locationem factam per prædecessorem: & idem Iason.l. diuortio.in princ.nu. 36.s̄.eo. quia specialitas in fisco non est facilè admittenda, iuxta doctrinam glo.l.1.C.de petitio.hæred. neq; quoad præterita fiscus vtitur proprio priuilegio.l.fiscus.6.ʒ. de iure fisci.Item & proprietarius respectu fructuarij censetur necessarius successor. §. finitur.Instit.de vsufr.& tamē proprietarius non tenetur obseruare locationem factam per fructuariū.l. si quis domum. 6. §.1.s̄.locati notab.Bald.l.1.numer. 35. C. de iure fisci. lib.10. Similiter & successor in maioratu, successor necessarius est.l. vnum ex familia.§ 1.ʒ.de leg.2.& tamen is non tenetur obseruare locationem factā per prædecessorem,vt ex communi opinione resoluit Pinel.l.1.C.de bon.mater. 3.parte nu.65.& nu.71.Greg.l.2.tit.8. par tit.5.glo.fina.in princ.Molina lib.1.de primogen.cap.21.nu.2. Lasarte de decima venditio. cap.18.nu.97.Et retēta hac sententia,pro vulgari traditione minime vrget.l.in venditione.§.1.ʒ.de bon. autho. iudic.quia in eo text.creditor fuit missus in possessionem ex primo decreto in bonis debitoris,& sic non fuit in eum translatum plenum ius bonorum, sed tantùm ius detinendi.l.3.§.fin.ʒ.de acq. possessio. Vnde cum debitor adhuc remaneret dominus illorum bonorum, meritò creditor, qui neq; plenum ius administrandi in illis acquisiuit, non poterit rescindere locationem factam per debitorem, prædictorum bonorum adhuc perfectū dominum,& ita Bar.ibi ad finem. Zasi. nu. 4.Bart.hîc nu.1.Roman.nu.10. Alex. nu. 6.& hunc esse communem illius text.intellectum asserit Iason.l. diuortio.in prin. nu.34.s̄.eo.Alexan.cōsi.118.n.18.lib. 5. Greg.l.2.tit.8. partit. 5.glo.fina.col.2.ad finem.Dueñas regula.240.in.6.limitatio. Cephalus consi.254.n.38.lib.2. Albanus consi.108.n.2.& additio Capellæ.q.420. ad finem.Quod pari ratione procedet in omni eo,qui in re non consequitur plenū ius administrandi.Aretin.consi. 159. nu. 16.Crot.consi.414.nume.22.lib.3.Vnde
5 colligitur,d.l.in venditione.§.1.† nō probare id, ad quod vulgò allegatur, q̄ successor necessarius tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem, sed procedit ex ratione suprà tradita. Ex qua cōsequitur,quòd si in specie d.l.in venditione.§.1.creditor impetrasset secundū decretū,& sic prædictorū bonorū consequeretur dominiū, nō teneretur obseruare locationē factā per debitorē, imò iuxta regulā generalē posset colonū expellere quod ita expressit Cuman.d.l.in vēditione.§.1.Sed Bar.ibi.n.2. securè cōtrariū cōcludit,quē magis probat Alex.hîc.n.7. in fine.Addo & Bal.c.quoniā frequēter.§. vltimo in fine,vt lite non contestat generalem regulam constituentem, quòd omnis ille,qui succedit per iudicis sentētiam, tenetur stare colono: quia ea translatio censetur necessaria, & particularis succes-

sor

for necessarius tenetur seruare locationē factam per prædecessorem: extollit Iason l.diuortio.in princ.numer.35.s̃.eo. Octauian.decisi.82.num.7.Caualcan. decisio. 44 num 43.Benintendis decis.54. Catelhan.in memorabilib. verb.successor.Tiraq.lib.2.retract.§.3.glo.vnica,nu.15.Sed opinio Cumani verior est, quam probat Cephal.consi.254.à nume.37.lib.2.quæ apertè colligitur ex mente magis communis intellectus ad dict.l.in venditione. §.1. Ex quo colligitur,non esse in hac materia considerandum,vtrũ successor particularis sit necessarius, vel voluntarius, sed vtrùm consequatur plenum ius in re, vel non consequatur: nam primo casu potest expellere colonum, & in secundò casu non. Vnde videmus, quòd fructuarius potest expellere colonum positum à proprietario.l.arbores.66.§.1.s̃. de vsufr. quia quasi dominium in re consequitur. l.4.s̃.de vsuf.Et aliud est in vsuario,qui cũ tantùm ius vtendi habeat,colonum expellere non potest.l.si habitatio.§. fina. s̃. de vsu & habitatio.tradit Alex.hîc nu.10. post Roman.nu.13. Dueñas regula. 240. in fine.Et eádem ratione proprietarius, ad quem finito vsufructu res reuertitur, potest expellere colonũ fructuarij, quia plenum ius consequitur in re.l.si quis domum.§.1.s̃.locati, † quidquid aliter explicet Bart.hîc num.1.& Alexand.num.20. Crot.consi.414.num.22.lib.3.& alio etiã modo explicet Bald.l. diuortio. in princ. colum. fina.ante medium.s̃.eo.& hîc colum.2.ad medium.& Imol.num. 9. quos sequitur Cephal.consil.181.num.20.lib. 2 & Anton.Gomez.2.tomo cap.3.num. 8.in fine.Non obstat secundũ, quòd dos est ius vniuersale, & quòd ob id tenetur vxor stare locationi, iuxta regulam. l. viã veritatis. C. de locato. nam propter hoc argumentum dubitauit Roman. hîc nu. 3.& nu.27.de illa conclusione, quòd dos sit ius vniuersale. Sed & ea admissa, respõdetur cum Alexand.in rub.nu.28.s̃. eod. quòd in hac materia ille tantùm successor vniuersalis tenetur stare colono, qui eius personam repræsentat, vt est hæres. l.viã veritatis.C.de locato. Dueñas regula.240.in prima limitatione,vel qui succedit vniuersaliter in omnibus bonis, vt in specie.l.2.C.ad.l.Iuliã de vi publica. aliàs quantuncumq; aliquo respectu videatur successor vniuersalis,tamen non tenetur obseruare locationem prædecessoris: & ita procedit is tex. secundùm magis communem intellectum: subscribunt Ruin. dict.rub.s̃.eod.num.98.& numer.130.& Pontan.numer.66. quidquid cõtrarium sentiat Bald.l.emptorem.numer.3.C.de locato, quem meritò improbat Claud.l. diuortio.in princ.numer.36.s̃.eod. Vnde & fiscus succedens in bonis particularibus,non tenetur stare colono.l.si fundus. 36.s̃.locati,& tamen si succedat in omnibus bonis, tãquam vniuersalis successor, tenebitur stare colono:arg.l.2.C.ad.l.Iuliã de vi publica.& tradit Bal.dict.l. si fundus,&.l.diuortio.in princ.colum.3.versi. quæro de fisco.s̃.eo. Roman. hîc nu. 21. & Alex.num.19.Anton.Gomez.2.tomo cap.3.num.10.vbi notab.declarat. Faciũt quæ aduersus Aretin.resoluit Iason.l. Põponius.§.in dotem. num.3. j̃.de acq.possess. Non obstat tertiũ de.l.si tutelæ. 9 j̃. de administ.tuto.quia ad illius intellectũ in primis est aduertendum,quòd text.nõ loquitur de locatione facta per tutorem, sed de pecunia credita per tutorem nomine pupilli,† & probat,quòd etiam si finita tutela,nondum venit dies petẽdi pecuniam creditam, minor tamẽ diem expectare debet,vt admonet Pinel.l.1.C.de bon.matern.3.parte,nu.63.tamẽ quia eadem ratio militat in locatione,cuius dies durat etiam post finitam tutelam, meritò DD.s̃.relati eam etiam intelligunt in locatione.Admissa igitur communi allegatione,respondendum est,quòd in d.l.si tutelæ.tutor credidit pecuniam nomine pupilli, vt ex litera constat, & ideò minor cogitur ratum habere id,quod suo nomine fecit eius legitimus administrator,



tor,& quidem præcisè. Inde igitur inferri non potest ad nostrum casum,in quo maritus administrat suo nomine, & suo nomine facit locationem: hanc enim vxor præcisè obseruare non tenetur: arg.l. si pupilli. §. si ego. s̃. de negot. gestis. Sed tantum causatiue.tex.hîc secundùm magis communem intellectum, vt colligitur ex Bart.hîc num.1.Roman.num.18. & notab.explicat Couarruu. resol. lib. 2. cap.15.num.5. ad medium Anton. Gomez.2.tomo, cap.3.num.8. Cephalus cõsil.255.à nu.31.lib.2. Vnde ex dict.l.si tutelæ. quoad nostrum propositum tãtum inferri potest, quòd si maritus administret res paraphernales vxoris,iuxta.l.hac lege.C.de pactis conuentis.l.maritus cũ glo.C.de procurato.& nomine vxoris illas res paraphernales locet, tenetur mulier præcisè eam locationem obseruare: & ita in specie Anton. Gomez. 2. tomo cap.3.num.8.ad finem.Inferri etiam potest, quòd si rector alicuius hospitalis electus ad annum, res hospitalis locauit ad triennium, vel etiam rectores ciuitatum illarum bona locarunt in certos annos, successores tenentur præcisè eã locationẽ obseruare, quia aliàs fallax,& nimis dãnosa esset illa administrandi potestas: & in specie Couarruu.resol.lib.2.cap.15.ad finem.Roland.consil.49.à num.7.lib.2. & sic ex his magis communis opinio optimè remanet defensa. Inuenio tamen, quòd Alexand. hîc numer. 1. ad finem, concordat opiniones, quòd aut maritus locauit vltra annnm, & ante finitum tẽpus locationis interuenit diuortium, & tunc mulier non tenetur præcisè obseruare locationem factam per maritum: tex.hîc quia est, quod marito imputetur, quia non cogitauit ante tempus locationis finiri posse matrimonium: † arg.l. si quis domum.§.hîc subiungi.s̃.locati. Aut maritus locauit ad annum, & si contingat intra annum dirimi matrimonium, vxor præcisè tenetur eam obseruare locationem: quia cum fundus dotalis detur matrito ad fruendum. l. pro oneribus. C. de iure dotium, & qui locat videatur frui.l.cũ antiquitas.C.de vsufr. locationẽ illam factam ad annum, tenebitur vxor præcisè obseruare, quasi factam de eius voluntate. Et pari ratione si fundus talis esset,vt tantùm intra quinquenium produceret fructus, iuxta not. l. diuortio. §. quod in anno. s̃. eo. si maritus locasset in quinquenium,teneretur vxor præcisè obseruare eam locationem, quasi de tacita eius voluntate factam; quia militat ratio de qua suprà: & ita expresse Bald.l.1. numer.35.C. de iure fisci. lib. 10. Alexand. hîc numer.20.Campes. de dote. 3. parte, quæst.272.ad finem, & Gregor.l.2.tit.8. partit. 5.in glo. fina. colum. fina. Et prædictam distinctionem Alexand.probauit Duaren. hîc, Campes. de dote. 3. parte quæst. 272. Cagnol.l.2. num. 221. ad finem. C. de pact. inter emptor. Carol. in consuet. Paris.§.30. numer. 92. Cephal. consil.181.numer. 5. lib. 2. & Couarruu. resol.lib.2.cap.15. num.5. post medium. Dueñas reg.240.limit.5.in fin.Octauian. decisio.82.ad finem,& facit.l.si tutelæ in fin j̃.de admin.tuto.ibi,Potuit,& debuit. Sed circa hanc resolutionem Alex. in primis est aduertendum, quòd primum mẽbrum illius confunditur ex traditis per Paul.hîc num.2.nam aduertens, quòd in isto tex.mulier,saltem causatiuè,tenetur obseruare locationem factam per maritum, & in specie.l.si quis domum. §. hîc subiungi.s̃.locati, proprietarius neque causatiuè tenetur obseruare locationem factam per fructuariũ;resoluit,quòd marito propter mutuã cõmunis vitæ consuetudinem, non potest imputari,cur non cogitauerit ante locationem posse finiri matrimonium: quod tamen imputatur fructuario locãti: subscribit Cagnol.l.2. nu.220.ad finẽ.C.de pact.inter empto.& vend. † Ergo primum membrum distinctionis Alex.apertè corruit: à quo recedit Cephalus cõs.255.n.45. lib. 2. asserẽs cõmunẽ esse aduersus distinctionẽ Alex.

Item,

Item, & secũdum membrum ex eo corruit, quia vt inquit Bald.l.1.numer.34.ad finem.C.de iure fisci.lib.10.tex. noster ea ratione procedit, quia mulier dando fundum in dotem, ad hoc dat, vt locari possit, quia locare in fructu est.l.cum antiquitas.C.de vsuf. & ideò tenetur approbare locationem factam de eius voluntate: subscribit post alios Roland.consi.49.nu.5.lib.2.Socin.consi.125.num.1.lib.1.Gozad.l.2.nu.143.C.de pact.inter empto. Ergo etiam quando locatio fit de tacita voluntate vxoris, vxor non tenetur præcise obseruare locationem factam per maritum, sed tantùm causatiuè, vt is tex. probat secundùm communem intellectum. Ad quod expendo istum tex.ibi, Post primum fortè annum: nam in dictione, Fortè, præsupponit, idem esse admittẽdum, etsi intra annum contingat diuortium. Neq; obstãt rationes suprà adductæ pro distinctione Alex.nam ad primã respondetur, quòd licet mulier videatur dedisse licentiam locandi, videtur tamen eam dedisse limitatiuè, scilicet, dum duraueritius mariti: arg.l. lex vectigali.§. de pignorib.notab.Bald.l.fina.§. sed quia.in fin. C.communia de legat. ad quod expendo.l.si quis domum.§.1.§.locati, vbi si fructuarius locat fundum, & post locationẽ statim moriatur, extinguitur locatio, neque proprietarius eam pro aliquo tempore tenetur obseruare; & tamen & vsufructuario tacitè videtur concessa facultas locandi.l.cum antiquitas.C.de vsufr. Neque dicas, cum Alexan.hic num.20. tex. d.l. si quis domum.§.1. esse limitandum, nisi fructuarius faciat locationem tãtùm ad annum nam tunc proprietarius tenetur eam obseruare: quia hoc nimis restringit generalitatem illius text. Neq; etiam obstat d.l.si tutelæ.9.§.de administ.tutò. ibi, Potuit, & debuit: quia loquitur in tutore, qui scit tutelam finiri pubertate pupilli.in princ.Instit.quib.mod.tutela finitur. vnde locando vltra tempus tutelæ, est quòd ei imputari possit. Quæ ratio cessat in marito, cui datur dos, vt perpetuò apud eum sit.l.1.§.de iure dotiũ. & ideò locatio per eum facta obseruanda est indistinctè, scilicet per necessitatem causatiuã, iuxta istum tex.explicatum vt suprà Ex quibus ita resolutis colligendum est, non videri tutam traditionem Socin.cõ-
10 sil.125.numer.3.lib.1. † quòd si tempore locationis factæ, potestas locandi pertinet ad locatorem, & posteà ius administrandi in alium transferatur, qui prædictæ locationi consensit tacitè, vel expressè, is præcisè tenetur obseruare locationẽ per prædecessorem factam: subscribit Roland.cons.49.nu.5.lib.2.Gozad.l.2.num. 143.C.de pact.inter empto.Tiraq.lib.2. retract.§.3.glo.vnica nu.14. Nam dum loquuntur de tacita voluntate, confunditur ex suprà dictis: quanuis si quis expresse consentiat locationem fieri, videtur quòd præcisè teneatur eam obseruare: arg.c. quod semel.de regul.iuris in.6. in specie Padill.l.vnum ex familia.§.1. nu. 13.ʃ.de leg.2.Molina.lib.1. de primogen. cap.21.num.5.Colligitur etiam, non esse tutum dictum Bald.l.1.ad finem.C.de iure fisci.lib.10.dum dicit, quòd si ego vendidi tibi fundum, quem promisisti mihi reuendere ad voluntatem meam, quòd si emptor illum interim locet, teneor præcise obseruare locationem factam: quia cum in mea voluntate esset obligare te ad reuendendum.l.si vir vxori.§. de præscript. verbis, & sic impedire ne illa fieret locatio, interim videris frui mea voluntate: vnde & locationẽ factam de mea voluntate, teneor præcise obseruare: subscribit Alexand.hic num.11.dicẽs, ab opinione Bald.non esse recedendum, quia contradictorem nõ habet: & probat Gozad.l.2.nu.143.C.de pact.inter empto. dicens esse quotidianum. Soc.consi.125. lib.1.& tenẽt plures, quos refert Tiraq.lib. 2.retract.§.3 glo.vnica num.14.Gregor. l.2.tit.8.partit.5.in glo.fina.colum.2. ad finem, & hanc esse communem opinionem, asserit Roland.consi.49.à numer.5.





lib.2. hæc enim opinio ex suprà traditis confunditur, & ex doctrina Bart.l.in diem.num.2.ʃ.de aqua pluuia. quòd vbi ex necessitate teneris reuendere, omne ius super ea re interim constitutum extinguitur.l.6.§.sed etsi Marcellus.§.de in diem adiectio.l.lex vectigali.§. de pignorib. & ita in specie cõtrarium tenet Cagnol.l.2.num.220.C.de pact.inter empt. Neq; obstat ratio Bald. quia verum est, quòd qui tenetur reuendere, interim mea voluntate videtur frui: mea tamen voluntas est limitata, vt ille fruatur, donec ego redimam. Si ergo redimam, locatio resoluetur, quia de mea voluntate non videtur facta, nisi quandiu ego non redimam, vt aduertit Gagnol.vbi suprà.
11 † Et confirmatur ex isto text. nam locatio videtur facta de voluntate mulieris, & tamen quia ea voluntas videtur limitata ad tempus durantis matrimonij, eo soluto non tenetur maritus illam præcise obseruare, vt suprà diximus. Vnde verius videtur, quòd vbi quis suo proprio nomine locationẽ fecit, successor in plenum ius non teneatur eã obseruare præcisè, iuxta suprà tradita. Quare in specie Bald.Nouel.de dote.7.parte, speciali.1. nu.19.ad fin.concludit, quòd non obstãte prohibitione legis Iuliæ, maritus potest locare res dotales ad longũ tẽpus, & quòd per hoc non præiudicatur mulieri; quia resoluto iure datoris, resoluitur etiã locatio facta per maritũ.l. lex vectigali.§.de pignor. & imputare sibi debet cõductor, qui non cogitauit, id euenire posse.l. si quis domũ.§ 1.§.locat.subscribit Bosch.tract.de legit.nupt.6.par.n.57. & Pinel.l.1.C.de bon.matern.3.part.nu. 71.vers. ex eisdem. Quibus tamen addẽdum est, quòd vxor tenebitur nihilominus obseruare prædictam locationẽ, necessitate causatiua, iuxta hũc text. explicatum vt suprà, ob rationẽ quam infrà assignabimus. Quinimò generalẽ regulam cõstituit Bald.l.fin.§.sed quia.in fin. C.cõmun.de legat. quòd qui habet dominiũ tẽporale, non potest trãsferre ius in alium, nisi cũ sua causa, scilicet donec durauerit suũ dominium tẽporale.l. lex vectigali.§.de pignor. Et hinc est, quòd licèt possessor maioratus possit locare res illius ad modicum tempus, tamen eo mortuo nõ tenetur successor obseruare locationẽ per prædecessorẽ factã, ex prædicta Bald.regula, & ex text.l. si quis domũ.§.1.§.locati.& ita expressim Ant.Gomez.l.Taur.40.nu.84.Pinel.l.1.C.de bonis mater.3.par.n.72.Molin.lib.1.de primog.c.21.nu.2. Et similiter si emphyteuta locauerit, & finita sit emphyteusis, dominus non tenetur obseruare prædictã locationẽ. Alex.hic nu.18. Quæ tamen omnia limitanda sunt, nisi is successor receperit locationis prẽtiũ à conductore: nam tunc quasi ratam habuerit locationem, tenebitur eã obseruare: arg.l.cõmissoriæ.C.de pact.inter empt.l. si præteritus.ʃ.de bonor posses.cõtra tabul. & l. si proponas.§.1.§. de inof. testam. & ità in specie Bald.cons.184.lib.2.Socin.consil. 125.nu.1.lib.1.Deci.l.semper qui nõ prohibet.nu.9.ʃ.de regul.iur. † Declarando
12 tamẽ vt per Ananiam.c.fin.n.15.ne prælati vices suas. Molina lib.1.de primog.c. 21.nu.7.post Rotã decis.2.ad fin.de locato, in nouis. Vltimò ex prædictis colligit, non esse de mẽte iuris eã æquitatẽ, quã obseruatã fuisse in Senatu asserit Octauian.decis.82.ad fin. quòd si colonus laborauit in fundo, & sumptus fecit, debeat percipere fructus illius anni.dũmodo soluat pretium conductionis illi, qui successit in fundo: pro alijs autem annis non tenebitur successor stare locationi, vt notabiliter tradit Bald.l.emptorẽ. nu. 7.versic.sed pone, colonus.C. de locato. quam æquitatem admisisse etiam Senatũ Delphinatus, asserit Francisc. Marc. decis.196.nu.8.in.2.par.quã & probauit Cephal.cons.181.ad fin.lib.2. & eam sequendam omnino esse, & sæpius secundũ eam fuisse iudicatum, asserit Caualcan.decis.44.nu.23.& num.40.& ita esse

seruandũ in cõsciẽtia,insinuat Siluester in summa.verb.locatio.nu. 11. nam hæc æquitas iure non probatur,& confunditur per.l.si quis domum. §. 1.s̃.locati. & æquitas quæ à prædictis consideratur,illud tãtũ euincit,quòd sumptus quos colonus fecit,sint restituendi colono, non autem quòd inuito domino duret locatio. Prout in simili videmus,quòd si fructuarius decedat pẽdentibus fructibus, illi pertinent ad dominum.§.is verò.Instit.de rerum diuision. & tamẽ sumptus sunt soluendi fructuarij hęredibus.Bald. l.si pater.nu.5.C.de vsuf.& vide infrà tradita.nu.30.His ita explicatis superest videre,qua nam ratione vxor teneatur saltem necessitate causatiua, ad obseruandũ locationem factam per maritum: nã prima facie videbatur, neq; prædicta necessitate teneri ad obseruandam prædictam locationẽ,iuxta regulã.l.si quis domum.§. 1.s̃.locati.per quam ita securè & in specie tenuerunt Bald. Nouel. Bosch. & Pinel.quos suprà citauimus.Sed respõdendũ est ex mente Roman.hîc nu. 18. quòd in specie huius text.maritus nõ solũ habebat ius administrandi habito respectu ad rem,sed habito etiam respectu ad personã illius, qui in dominio rei successit,tũc enim successor, saltẽ necessitate causatiua,tenebitur obseruare locationẽ factam per matitum:secus quando facta est per eum,qui licèt haberet ius administrandi rem, tamẽ illud ius non habebat respectu personæ,quæ succedit in
13 re,† tũc enim obseruabitur decisio.l.emptorem.C.de locato.quã rationem sentit etiam Anan.c.fin.nu.8. ne prælati vices suas.Crot.cons.414.nu.22.lib.1.Rolan.cons.49.nu.6.lib.2.Gregor.l.2.tit. 8. part.5.glos.fin.col.2.ad fin. Cæterũ hæc ratio,si bene aduertas,cõfunditur per d. l.si quis domũ.§. 1.s̃. locati. & quia semper militat ea ratio,quòd cũ maritus habeat dominiũ tẽporale,debeat induci regula d.l.lex vectigali.s̃.de pignorib.Quare Cuman.hîc nu. 6. aliã assignat rationẽ,quòd maritus tenetur eandẽ curam habere in rebus dotalibus, quã habet in suis.l.in rebus.18.s̃.de iure dotium.vnde prout res suas locabat,ita & tenebatur locare res dotales.Quod igitur maritus iustè fecit,& vt euitaret culpam,à muliere obseruandũ est,saltẽ necessitate causatiua.Sed etiã non placet,quia ea ratio tantũ euincit, quòd tenetur eã obseruare, dũ durat ius mariti,nõ autẽ post illud finitum.d.l.lex vectigali.s̃.de pignor. Vnde Paul.hîc nu.2.aliter respondet, quòd marito non imputatur,cur nõ cogitauerit, dirimi posse matrimonium, ex ratione.l.1.j̃.de action.rerum amotar.& ideò vxor tenetur obseruare locationẽ per eũ factam, saltem necessitate causatiua:subscribit Cagnol.l.2.n.220.ad fin.C.de pactis inter emptor.Socin.cons.125.nu.2. lib.1.& Duaren.hîc col. 1.ad fin.Sed neque hæc ratio placet,& in contrariũ est regula generalis.l.si quis domũ.§. 1.s̃.locati.& ideò veriùs dicendũ est,text.istũ specialiter in dote procedere, vt agnoscit glos.fin.l.2.§.fin. j̃. de dote prælegat. Ratio autẽ specialitatis est, quia in dote id solũ obseruatur quod bonum & equũ est.l.eas.s̃.de capit.diminut.l.iure succursum.7.s̃.de iure dot.Et hac ratione,licèt quis non cogatur pati fieri aliquid de nouo in suo.l.in vendẽdo.s̃.de contrah.emption.Bart.l.2.in prin.num.13. & ibi Ias. nu.32.s̃.eod.tamen in causa dotis, cogũtur coniuges id pati fieri in suo, quod alteri coniugi prodest, & alteri nõ nocet; quia id fieri æquum & iustũ est.l. 2.§. itẽ Varus.j̃.de aqua pluuia arcend.& in specie probat.l.2.in princ.s̃.eod. & ibi Bart.
14 nu.13.Ias.nu.3.& Alciat.nu.50.† qui fatetur propter æquũ & bonum, quod in causa dotis obseruãdũ est, id fuisse inductum:& Nouel.de dote.8.par.priuil. 27. nu.1. Propter prædictam igitur æquitatẽ procedit distinctio huius text. nam si bene aduertas,tota illa respicit eã æquitatem,quòd marito nõ noceatur sine dãno,& detrimẽto vxoris. Ex qua ratione colligitur,quòd si vxor propter hanc approbationem locationis, aliquod dãnũ incurreret, tunc à cessante ratione de qua suprà nõ teneretur etiã necessitate causatiua, prædictam locationẽ obseruare,& consequenter neque præstare cautionẽ,de qua in hoc tex.Exemplum erit quando locatio facta est paruo pretio, ita vt gratiosa esse videatur; tunc enim non tenebitur eã obseruare vxor:arg.l.2 C.de fide instrumentor. lib.10.& tradit Bald.consil.457.Reuerende. nu. 2. post mediũ. lib.1.Vel si locatio nõ fuit facta tẽpore opportuno,vel pro pluribus annis; cũ secũdũ cõmuniter accidentia,per spatia tẽporum mercedes locationis soleãt augeri:arg.l.& si fine.§.quæsitũ.s̃. de minorib. & quod ibi Albe.col. fina. Et in specie Gregor.l.2. tit.8. partit. 5. in glo. fina.col.2.ad medium.Nisi maritus paratus sit resarcire illud damnum : nam tunc inducetur æquitas d.l.2.§.item.Varus.Illud certũ est,quòd si constet verè, vel præsumptiuè, locationẽ fuisse factã in fraudem vxoris:tunc nullo modo cogetur mulier eã obseruare.l.si tutelæ 9. j̃.de administ.tuto.expresse Cyn.l.emptorẽ.col.2. C.de locato.Bald.l.iubemus. 2.nu.4.versi.& hæc vera.C.de sacro eccles.Alex.hîc col.2.post princ.Campes. de dote.3.parte q.273. Cagnol.l.2. nu. 221.ad finẽ. C. de pact. inter emptor.& alij relati per Tira. lib.2.retract.§. 3. glo. vnica nu.19.vbi à nu. 18. docet modos, quibus hæc fraus præsumpta probari possit.Infertur secundò annotatio ad tradita per gloss.l. diuortio.in princ. verb. sequantur.s̃.eod.dũ sentit,quòd quemadmodũ vxor tenetur obseruare locationẽ factam per maritum, ita è contra maritus tenebitur obseruare locationem factã per vxorẽ,vel socerũ,antequã fundus dotalis ei traderetur;quia eadẽ videtur ratio:arg.l.non tantũ 20.j̃.dere iudicat.Sed hanc glo.opinionem improbat Roman. hîc num.26.† ea ratione quia maritus respectu doris receptæ considerat tanquã voluntarius successor,cum in manu eius esset dotẽ nõ recipere.l.fin. C. de donatio. ante nuptias.vnde in eo debet obseruari regula.l.emptorẽ. C.de locato. subscribit Alex.hîc num. fina.& l.diuortio.in princ. nu. 38. & ibi Vincẽt. col.pen.post mediũ,Claud. nu.35.s̃.eo. Cãpes.de dote 2.parte.q.23.in fine. Qui tamẽ post Cuman.Imol.& Aretin.glos. opinionẽ ad mittunt eo casu, quo maritus stipulatus dotẽ sciuit,rẽ sibi promissam doris titulo,locatã esse, siquidẽ consentire locationi visus est,& ideò nõ poterit expellere colonũ:quod propter authoritatẽ gloss. in praxi esse recipiendũ dicit Couarru.resol. lib.1. cap.15. nu.5. ad finẽ.Sed verius videtur,indistinctè tenendã esse gloss.opinionẽ,ex ratione de qua supra:nã æquitas. l.2.§.item Varus. j̃.de aqua pluuia arcenda.etiã militat in nostro casu,& vrget æquiparatio. l. non tantũ.20.j̃.de re iudicat.& regula.l.fina. C.de indict.viduit. tollend. Neque obstat ratio contrariæ opinionis:quia respõdeo,q̃ licet DD.cõmuniter in hac materia faciant differentiã inter successorẽ necessariũ,& voluntariũ,deducentes eã ex glo.l.diuortio.8.verb.tertia.s̃. eod.ad mediũ.cõmuniter recepta,vt diximus supra.n.1.tamẽ glo.doctrina nõ est ita generaliter accipienda,sed debet restringi iuxta iura quæ allegat .scilicet in locatione facta per maritũ iuxta istũ tex.vel quãdo ex primo decreto bona transferũtur in creditorẽ,iuxta terminos. l.in vẽditione.8.§.1.j̃.de bon.autho.iudic.vt est de mẽte Ias.d.l.diuortio.in princ.n.33.aliàs est falsa doctrina,vt latè deducit Greg. l.2.tit.8.partit.5.in glo.fina.col.fina. post mediũ,& nos supra diximus. Quatenus autem pertinet ad nostrũ tex. illius decisio non procedit ex eo,quòd mulier cõsideretur tanquã successor necessarius, sed potius ob rationẽ de qua supra:quæ pariter militat in locatione facta per vxorẽ,antequam fundus dotalis marito traderetur.Itẽ & ad missa cõmuni tradi-

tione,adhuc ex ea non bene deducitur differentia quã ſupra allegati cõſtitũnt inter locationẽ factam per maritum,vel per vxorẽ:nam DD.communiter dicũt in hac materia ſucceſſorem neceſſarium dici habito reſpectu ad tradentem, vtrũ reſtituat ex neceſsitate, vel ex volũtate;
16 † non autẽ habito reſpectu ad eum, qui recipit,vt hîc tradit Alex.nu.19.Iaſ.l.diuortio.in princ.n.33.ſ. eo.Aut igitur in hac ſpecie,conſideras initium cõtractus, & ex vtrâq; parte dicetur ſucceſſor volũtarius;cũ libera horũ volũtas eos coniũxerit.l. ſicut.C.de actio.& obligatio.aut poſt factã promiſsionẽ:&cũvxor,&ſocer ex neceſsitate ſoluant, quantũcunque
17 maritus voluntariè recipiat; quia potuit non recipere;tamen habito reſpectu ad tradentem, conſiderabitur tanquã neceſſarius ſucceſſor,iuxta communẽ traditionẽ.Denique ex prædictis infertur annotatio ad nouè tradita ad hũc tex. per Cuiac.lib.23.obſeruatio. cap. 38.dũtentat,quòd licet vxor teneatur obſeruare locationem neceſsitate cauſatiua factam per maritũ, quando per diuortiũ ſoluitur matrimoniũ, & ſic maritus viuit:aliud erit,ſi per mortẽ ſoluatur matrimoniũ;quia tunc mulier nõ tenetur eã locationẽ obſeruare:quia nec hæres mariti ad illius implementũ tenetur: nam licet regulariter obligatio tranſeat in hæredem locatoris.§.vlti. Inſti. de locatio. id procedit,quãdo quaſi dominus locat: nõverò quãdo tãquã fructuarius.l.ſi quis domũ.9.§.1.ſ.locati. vel quãdo tanquã maritus, qui fructuario cõparatur, vt ibi latius per eum.Sed non placet;quia non video rationem,ob quam in hærede mariti locantis recedamus à regula.l. viã veritatis. C. de locato vnde in hærede adhuc militat æquitas, de qua ſupra: nam hæres eiuſdẽ poteſtatis debet eſſe, cuius eſt defunctus.l.hæredẽ.j. de regul. iuris. Neque qualitas rei debuit mutari ex perſona hæredis. l.2. §. ex his.j.de verbor. obligatio. Neq; obſtat tex.in.l.ſi quis domũ.§.1.ſ.locati,quia loquitur in fructuario locante,à quo multũ differt maritus: qui tẽpore locationis factæ habebat plenũ ius in dote,& illius dominus cenſebatur.l.doce.C.de rei vẽd. & ideò validius valet locatio per eũ facta,& conſequenter validius eum obligat,& hæredẽ: quare debet habere locum æquitas huius.l. Quã differentiã in ſpecie agnoſcit Bart. hîc nu.1.Alex.nu.20.Crot. conſil.414. n.22.lib.3.Anton.Gomez 2.tomo. cap. 3.nu.8.in fine.Cephalus conſil. 181. nu. 21.lib.2.Ex quorum mente patet,quoad noſtrũ propoſitũ,non bene inferri ex locatione facta per fructuariũ, ad locationẽ factã per maritum †: quanuis quoad
17 quædã maritus videatur ſimilis fructuario.His ita explicatis,illud reſtat inquirẽdũ,vtrũ ſuprà reſoluta in marito locãte, habeãt etiã locũ in prælato locãte, vtrũ ſcilicet ſucceſſor in beneficio,teneatur obſeruare locationẽ per eũ factã?Et videtur dicendũ,quòd teneatur,prout hîc dicitur in marito: & ita Bald. l. iubemus nulli.nu.4. C. deſacro.eccleſi. & conſil. 483.an locatio.nu.2.lib.3.Sed imò q; tradita in marito,non ſint recipiẽda in prælato locante,conſtat ex eo, quòd prælatus æquiparatur fructuario, iuxta not. c. præſenti.de offic.ord.in 6. & locatio facta per fructuariũ, non obſeruatur per ſucceſſorẽ.l.ſi quis domũ. §. 1.ſ.locati, & in ſpecie Paul.conſil.2.nu.3.lib.1.Cæterum quanuis in hoc articulo variæ ſint DD.opiniones, quas refert Cardina.c. fina.num.1.ne prælati vices ſuas. duæ tamen ſunt principales & inuicẽ contrariæ.Prima eſt, quòd prælatus teneatur obſeruare locationem factã per prædeceſſorem,& hãc probauit Angel.conſil. 245.nu.6.Cardina.conſil.96.à.nu.4 Socin.conſil.32. à.nu.7. lib.1. Mouentur, quia ſucceſſor in beneficio cõſideratur tanquã ſucceſſor vniuerſalis,vt per gloſ. & DD.c.cum ad ſedẽ.de reſtit. ſpoliato. Panor.&Deci.c.quia Gu.col.3.de iudic. ita vt æquiparetur hæredi.c.conuenior.

ad



ad finẽ.23.q.8.& c.fina.12.q.2.c.1.de ſolutio.Planè certum eſt,locationẽ tranſire ad vniuerſalẽ ſucceſſorẽ. l. viam veritatis.C.de locato.c.fin.de prear.Secũdò, quia ſucceſſor in beneficio dicitur ſucceſſor neceſſarius, cũ cõferens ex neceſsitate debeat cõferre,nec poſsit ſibi illud reſeruare.c. fina.de offic. archipresbyteri. glo. fina.c.relatũ.de præbend. & ſucceſſor neceſſarius tenetur obſeruare locationẽ factã à prędeceſſore.glo.recepta.l. diuortio in princ.verb.tertia ad mediũ. ſ.eodẽ.Tertiò adducũt tex.l.ſi tutelæ.9. j.de adminiſt. tuto.Contrariam tamen opinionem,imò quòd ſucceſſor in prælatura,ſiue beneficio, non teneatur obſeruare locationẽ factã per prædeceſſorẽ,iuxta regulam.l.emptorẽ.C. de locato.latè conſuluit Alex. conſil.160.à.n.4 lib.6.Crot.conſi.414.à nu.6 lib.3. & aſſerit receptũ Franciſc. Marcus deciſio. 196.nu.8.in.2.parte Niconi.allegat. 41. n.17. Et retenta hac opinione, non obſtant ſupra † adducta in contrariũ: quia
18 ad primũ reſpõdetur,quòd vt ſucceſſor dicatur vniuerſalis in noſtra materia, oportet,quòd repręſentet defunctũ, vel ſuccedat in omnibus bonis, vt diximus ſupra:& ſuccedens in prælatura, vel beneficio,cũ non ſuccedat in omnibus bonis,non poteſt dici ſucceſſor vniuerſalis: expreſſe Iaco.de Bellouiſo. auth. vt nulli iudicũ.§.&hoc verò iubemus.col.pen. ad med. colla.9. vbi col. fin. ſubdit,q; in ſpecie.c.1.de ſolutio ſucceſſor in beneficio,ppriè nõ eſt hęres defũcti prędeceſſoris,ſed tãtũ tenetur ſoluere debita cõtracta pro eccleſiæ vtilitate, quaſi illius fuiſſet hæres:quia ipſa quoque eccleſia remanet obligata. Non obſtat ſecundũ, quia licet habito reſpectu ad conferentẽ,poſsit conſiderari beneficiarius tanquã ſucceſſor neceſſarius:tamen habito reſpectu ad prędeceſſorẽ,neque tanquã ſimplex ſucceſſor cõſiderari poteſt:quia non ſuccedit in ius prædeceſſoris, ſed obtinet nouũ ius, quod creatur tẽpore collationis,& in eũ de nouo trãsfertur: vt tradit glo.2.c.cura. de iure patronat. & ibi Panor.nu.5.Bald.l.emptorem .nu. 5.C.de locato Crot.conſi 19.à nu.7.lib. 1.& Prob' ad Monac.c.nemo .n.25. de electio.in.6.Nõ obſtat tertiũ de .l. ſi tutelæ.9.j.de adminiſt tuto.quia loquitur in locatione facta per tutorẽ nomine pupilli:quod noſtris terminis applicari nõ poteſt:quia poſsidens beneficiũ,neque potuit contrahere nomine ſucceſſoris quem ignorabat:nec etiam eum potuit obligare, qui nihil ab eo accepit, ſed à conferente arg.l.vnũ ex familia.§. 1.j.de leg.2.l prouidendum.C.de decurionib. lib.10.Pro concordia tamẽ harũ opinionũ duæ in ppoſito conſtituẽdæ ſunt cõcluſiones.Prima eſt,q; ſi poſſeſſor beneficij,locauit fructus ad ſe pertinentes nomine proprio, hęc locatio non obligabit ſucceſſorem:quia cũ is habuerit ius reſtrictũ ad vitam, locũ habet regula.l. lex vectigali .ſ. de pignorib. & quod Bald.l.fin.§.ſed quia in fine.C.cõmunia de legat.&quia ex huiuſmodi locatione locator obligatur perſonaliter, per quã non poteſt conueniri ſucceſſor in beneficio,qui particularis eſſe cenſetur,vt ſupra probauimus,ac ita locũ habet regula l.fin. §. fina.ſ. de contrah. emptio.Et ita hanc cõcluſionẽ tenet glo.†.c. fin.verb.
19 terminũ.in fine .ne prælati vices ſuas.per tex.c.2.de precarijs, & probat Roman. hîc nu.23.notab.Rota.deciſio.1.de locato in nouis.Bart.conſil.63. n.3. Ancharran.conſil.116.à.nu.2.Crot. conſil. 414 n.6.lib.3. Redoan.de rebus eccleſiæ.pagin.336.nu.8. & pag.341. à n. 1. Viuius lib.2.cõmunium,opinione.61. in princ. Molin.lib 1.de primogen.cap. 21.n.27. & Albanus conſil.108.nu.5.Franc. Marcus deciſio.564.2.parte.nu. 3. & eſſe receptiſsimam opinionem aſſerit Socin. conſil.34.num. 4. lib.3. Couarruu. reſol.lib.2. cap.15. n 6. poſt princ Dueñas regula.240.in.3.ampliatione.Gutier. in quæſtio .canonicis.cap.36.n.4. Laſar-

41 potius æquiparat fiscum, & ciuitatem. † Vnde prout nihilominus colonus ciuitatis expelli potest, quia contrarium nõ inuenitur iure cautum, à fortiori idem erit admittendũ in conductore ecclesiæ, cũ fiscus & ecclesia non inueniuntur æquiparati. Neque replices cum Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. part. nu. 68. vers. infertur. 11. quod imò cum in cõductorem ciuitatis transferatur dominium, expelli non potest, iuxta suprà tradita. Nam respondetur, nos agere de eo conductore, in quem non transfertur dominium, vt suprà diximus. Neq; etiã obstat. l. cognouimus. C. de mancipijs, & colon. lib. 11. nam est aduertendum, quòd text. ille non loquitur de eo, qui emit à fisco, sed potiùs de eo, cui fiscus concesserat fundos patrimoniales perpetuò fruendos: & sic probat, quòd emphyteuta fisci non potest expellere conductorẽ fisci, vt ibi tradit Barto. Roman. singul. 62. Item, quòd non loquitur de quocumque conductore non expellendo, sed de conductore antiquissimo, & qui diu laborauerat in fundo: is enim per emphyteutam fisci expelli non poterit, vt alius substituatur, sub pœna ibi expressa: & ita ibi Bart. Corsetus in singularibus. verb. emphyteusis. 3. Hippolyt. singul. 548. Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. part. num. 68. vers. vnde contra. Caldas de renouatio. emphyteusis. quæstio. 15. num. 34. In his ergo terminis verum est, idem esse admittendum in conductore ecclesiæ: nam in hoc casu principaliter agitur de fauore antiqui possessoris, vt expelli non debeat, vt alius loco eius substituatur. l. congruit. C. de location. prædior. ciuilium. lib. 11. in priuilegijs autẽ specialiter fisco concessis, non debet fieri extensio ad ecclesiam, iuxta regulam l. quod verò. ʒ. de legib. Vnde licet fiscus habeat priuilegium, vt bona secum contrahẽtis cẽseantur tacitè hypothecata. l. 2. C. de priuileg. fisci. l. 2. C. in quib. caus. pignus. non tamẽ idẽ est in contrahẽte cũ ecclesia, quia hoc non reperitur iure cautũ. Extra ergo casum specialẽ, de quo suprà, in quo antiquus colonus expelli non potest, obseruanda est regula dict. l. emptorẽ. Quinimò si ecclesia vẽdat rẽ locatam, quia tunc nihil retinet, etiam in terminis d. l. cognouimus. videtur admittẽda decisio d. l. emptorẽ. Quãuis in
42 fisco contrariũ sit, saltẽ quoad effectum ne emptor fisci conductorem expellat † propter speciale priuilegiũ. l. fin. ad finẽ princip. ʒ. de iure fisci. His ita explicatis, vltimò notabis ex hoc tex in fin. q̃ & maritus tenetur cauere vxori de restituendis omnibus his, quæ post solutũ matrimoniũ, ratione locationis receperit. Ex quo colliges, q̃ actio cõpetens pro locatione, nõ transit ipso iure in mulierem, etiam post solutũ matrimoniũ, & ideò marito, & nõ vxori soluitur: & ideò is etiã tenetur cauere de restituẽdis his quæ acceperit, quia post solutũ matrimoniũ fructus ciuiles dotis ad eũ nõ pertinẽt: & ita Roman. hîc n. 2. Addẽdo tũ cũ Paulo hîc in fin. q̃ si maritus velit actionẽ cedere vxori, id poterit facere. l. q̃d debetur. ʒ. de pecul. Prout è cõtra mulier poterit eũ cogere, vt sibi cedat actionẽ. l. idẽq; §. si cui. ʒ. mãdati. si autẽ vterq; cõueniat, procedet, q̃d ista tex. insinuat. Et hæc satis
43 in hac materia. Intellectũ autẽ. l. semel mora. 27. ʒ. eo. præstitimus. l. si mora. ʒ. eo. Itẽ & intellectũ. l. si post diuortiũ. 28. cũ ll. seq. explicauimus. l. maritũ. ʒ. eo. & de intellectu. l. quoties. 30. ʒ eo. egimus. l. si cũ dotẽ. in prin. ʒ. eo. Itẽ & de intellectu l si marito. 32. in prin. ʒ. eo. tractauimus. l. si cõstante. ʒ. eo. & de intellectu. l. si marito. 32. §. fi. ʒ. eo. actũ est in rub. in. 2. par. Itẽ de intellectu d. l. si prior. 33 ʒ. eo. latè actũ fuit. l. maritũ. ʒ. eo. & ideò prædictarũ legũ peculiaris omittit interpretatio.

## SVMMARIA LEGIS, QVAE DOTIS.

### 34.ff.Soluto matrimonio.

1 Aditio creditoris regulariter non habet vim solutionis.
2 Et vtrùm in casu huius text. vim solutionis habeat.
3 Et qua rationē id sit admissum.
4 Non est differētia in hac materia, vtrùm vnus sit debitor, vel plures.
5 Aditio videtur habere vim solutionis restrictæ ad personam adeuntis.
6 Vnus reus non potest ita soluere, vt alius non remaneat liberatus.
7 Aditio habet vim solutionis, etiamsi in consequētiam tertio præiudicetur.
8 Agitur de intellectu. l. hæres à debitore. 22. §. fin. ī. de fideiussorib.
9 Adhibitus ad stipulandum, tenetur mulieri restituere id quod acceperit.
10 Refertur consideratio Barto. in hoc articulo, & reijcitur.
11 Refertur etiam intellectus Cuman. ad istum text.
12 Cur in hoc tex. adhibiti ad stipulandum dicātur creditores hæreditarij.
13 Qualiter intelligēdum sit pactum, quando tertij adhibētur ad stipulandum donandi animo.
14 Agitur de intellectu. l. cùm maritus. §. fin. s̄. de pact. dotalib.
15 Et noue declaratur, cur in eo text. præsumatur donandi animus.
16 Explicatur. l. 2. C. de iure dotium.
17 Text. ille agit de donatione inter viuos, & nō de donatione causa mortis.
18 Agitur de intellectu. l. si seruus. 39. s̄. de donatio. inter virum.
19 Declaratur, in quo consistat specialitas illius text.
20 Quando inter coniunctos præsumatur donatio.
21 Si agatur de re magni valoris, nō præsumitur donatio inter coniunctos.
22 Fictio breuis manus quando impediat donationem inter virum & vxorē.
23 Explicatur. l. si liquet. C. de inoffic. donatio.
24 Donata vxori per consanguineos mariti, vtrū videantur profecta ex bonis mariti.
25 Multum interest, consanguineos directo donare vxori consanguinei, vel donationi factæ per maritum vxori consentire.
26 Difficilius præsumitur donatio dotis, quàm alterius rei.
27 Quando ascēdens tradit, vel stipulatur nomine descēdētis, præsumitur donandi animus.
28 Explicatur. l. donationes. §. species. ī. de donatio.
29 Agitur de intellectu. l. fin. §. final. ī. de donatio.
30 In mutuo facto nomine absentis, regulariter non præsumitur donandi animus.
31 Ex solo contractu gesto per ascēdētem nomine descēdentis, non præsumitur donandi animus.
32 Explicatur. l. pen. in princ. ī. de donatio.
33 In deposito facto vt restituatur filio, præsumitur donandi animus.
34 Explicatur. l. Publia. in princ. s̄. depositi.
35 Inter coniuges faciliùs præsumitur donatio, quàm inter coniunctos.
36 Contractus factus nomine descēdentis, & traditio, facit præsumi donandi animum.
37 Explicatur. l. si filij. 16. C. de donatio. inter virum.
38 Agitur de intellectu. l. vxori. 32. §. fina. ī. de legat. 3.
39 Inter coniunctos ex contractu, & traditione facta eorum nomine non præsumitur donatio.
40 Explicatur. l. 1. C. de castrens. peculio. lib. 12.
41 Quando filio in potestate videatur in peculiū concessum.
42 Agitur de intellectu. l. Procula. s̄. de probatio.
43 In eo text. multum facit, quòd soror non petijt fideicommissum donec pater vixit.
44 Quādo dicat, rationes fuisse sæpiʒ calculatas.

Soror



45 Soror quæ diu passa est fratres possidere hæreditatem paternam, non ob id partem suam videtur repudiare.
46 Maritus, qui diu non petijt vsuras pretij, non videtur illas remittere.
47 Agitur de intellectu. l. cum quidam. 17. §. diuus. s̄. de vsuris.
48 Vsuræ odiosæ, si diu petitæ non sint, censentur remissæ.
49 Multum interest, vtrùm vsuræ præscribantur, vel censeantur remissæ.
50 Agitur de intellectu. l. vir vsuras. 66. s̄. de de donatio. inter virum.
51 Reiecto communi intellectu, nouus ad illum assignatur.
52 Agitur de intellectu. l. cùm post. 70. in princ. s̄. de iure dotium.
53 In hac materia facienda est differentia inter facientem, & patientem.
54 Agitur de intellectu. l. si verò non remunerādi. §. inde Papinianus. s̄. mandati.
55 Obligatio ad antidorā, quos effectus operetur.
56 Et multa referuntur in hac materia.
57 Donatio in dubio non præsumitur remuneratoria.
58 Quando ignobilis ducit vxorem nobilem, vtrū ei videatur donare.
59 Vtrum in specie d. §. inde Papinianus, patronus videatur donasse pretium liberto?
60 Donatio censetur remuneratoria, etiamsi excedat merita in modico.
61 D. §. inde Papinianus. non procedit in locatione.
62 Explicatur. l. idemque. 10. §. si cui. s̄. mādati.
63 Explicatur. l. vtrum. s̄. de donatio. inter virū.
64 Inter extraneos non præsumitur donatio, etiā si de re modica agatur.
65 Quotidianæ vestes datæ vxori, non repetuntur per hæredes mariti.
66 Quod defenditur aduersus plures.
67 Agitur de ratione. l. ex annuo. in princ. s̄. de donatio. inter virum.
68 Et multa circa illius intellectum considerātur vltra Doctores.
69 Seruis dotalibus maritus alimenta tenetur ministrare.
70 Intellectus. l. sed si vir. in princip. §. de donatio. inter virum.
71 Vestis confecta per maritum ex lana propria, non efficitur vxoris.
72 Explicatur. l. sed si vir. in. 2. casu. s̄. de donatio. inter virum.
73 Vestes quotidianæ, etiam pretiosæ, non sunt restituendæ, habito respectu ad personā vxoris,
74 Et etiamsi excedant quantitatem fructuum dotalium.
75 Vestes festiuæ, vel pretiosæ, non censentur donatæ vxori.
76 Explicatur. l. hoc legatum. ī. de lega. 3.
77 Maritus non tenetur vxori vestes pretiosas donare, sed tantùm in vsum concedere.
78 Ponitur elegans resolutio in hoc articulo.
79 Si maritus exprimat verbum, Dono, etiā pretiosa videtur donare.
80 Vbi verba sunt clara, nulla est admittenda interpretatio.
81 Nobilis etiam pretiosa videtur donare vxori.
82 Mortuo marito, quando hæredes vxori teneātur dare vestes lugubres.
83 Explicatur. l. Tauri. 52. quæ est hodie. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinamenti.
84 In casu huius text. est donatio inter viuos, & non causa mortis.
85 In dubio magis præsumitur esse donationem inter viuos, quàm causa mortis.
86 Agitur de intellectu. l. Seia. §. final. ī. de donatio. causa mortis.
87 Quando constitutus in periculo donat, censetur donatio causa mortis, si periculi mentionem faciat.
88 Per reconualescentiam, quando donatio causa mortis censeatur reuocata.
89 Si quis donet metu instantis mortis, donatio est causa mortis.
90 Donatio facta post mortem per conualescentiam non reuocatur.
91 Agitur de intellectu. l. apud Celsum. in prin. vers. Iulianus. ī. de doli exceptio.
92 Donatio causa mortis non est prohibita inter coniuges.
93 Assignatur nouus intellectus ad d. versic. Iulianus.
94 Vbi fit mentio mortis, censetur esse donatio

tio causa mortis.

95 In specie.l.cùm maritus.§.final.ſ.de pact. dotalib.cur censeatur donatio inter viuos, & non causa mortis?

96 Geminatio promissionis, vtrùm aliquid in context.operetur.

97 Ex pacto sororis non potest quæri actio fratri.

98 Coniunctio non facit præsumi, donationem esse inter viuos.

99 Concordantur d.l.cùm maritus.§.fin.cum.l. Seia.j.de dote prælegat.

100 Et assignatur noua & vera ratio decisionis d. l Seia.

101 Filia non potest stipulari matri.

102 Præsumitur esse donationē causa mortis, quando alias duo specialia concurrerēt circaidē.

103 Per legatum rei cēsetur reuocata donatio causa mortis.

104 Donatarius causa mortis, potest per fideicommissum grauari.

105 Donatio causa mortis non valet, nisi fiat corā quinque testibus.

106 Explicatur nouè.l.final.C. de donatio.causa mortis.

107 Si constet de voluntate, cēsebitur donatio causa mortis, etiam si non sit facta corā quinque testibus.

108 Intellectus.l.nam etsi cùm moriar.ſ.de cond. indeb.

109 Quando mentio mortis censeatur facta per viam dilationis.

110 Reseruatio vsusfructus non repugnat naturæ donationis causa mortis.

111 Donatio causa mortis aliquando statim transfert dominium, vel post tempus mortis.

112 Multum interest mentionem mortis fieri in eadē oratione, vel in diuersa.

113 Quando fit mētio hæredum, vtrùm censeatur esse donatio inter viuos?

114 Decisio.l.vbi ita donatur.j.de donation.causa mortis.non procedit in legatis.

115 Legatum factum præsenti cum pacto de non reuocando, transit in vim donationis inter viuos.

116 Maioratus constitutus cum pacto de non reuocando, vtrùm reuocari possit?

117 Maioratus in regno Castellæ sua natura reuocabilis est.

118 Quando quis promisit non contrauēnire, censetur esse donatio inter viuos.

119 Clausula in exequutiuis, quando mutet naturam principalis.

120 In materia.l.vbi ita donatur.j.de donatio.causa mortis.nihil interest, vtrùm pactum de non reuocando concipiatur per verba indefinita, vel vniuersalia.

121 Partes non possunt facere, quòd donatio causa mortis non sit reuocabilis.

122 Explicatur glo.l.si alienā.§.1.verb. qui acceperit.j.de donatio.causa mortis.

123 Donatio causa mortis facta in testamento, assumit naturam vltimæ voluntatis.

124 Nisi ea donatio facta sit præsenti.

125 Donatio causa mortis corruit, si ex testamento non adeatur hæreditas in quo facta est.

126 Propter pactum de non reuocando, cur donatio causa mortis transeat in donationē inter viuos.

127 Explicātur verba.l.vbi ita donatur.j. de donatio.causa mortis.

128 Quādo donatio nō potest valere, vt inter viuos cēsebitur donatio causa mortis, non obstāte pacto de non reuocādo.

129 In contrarium tamen expenditur d.l. vbi ita donatur.

130 Et multæ Doctorum traditiones in hac materia improbātur.

131 Donatio causa mortis differt à donatione, cuius effectus confertur post mortem.

132 Donatio causa mortis, etiam quoad substātiā non censetur perfecta ante mortem.

133 Et quid in donatione causa mortis facta inter coniuges.

134 Item quid in donatione inter viuos facta inter eos, cuius effectus confertur in tempus mortis.

135 Donatio inter coniuges quando trahatur retro.

136 Alteri stipulatus, quando videatur stipulari donandi animo.

137 Et elegans ponitur resolutio.

138 Quando stipulans pro coniuncto rem suam, vel sibi debitam, videatur habere donandi animum.

Ex



139 Ex solo contractu facto nomine alterius, nūquam præsumitur donandi animus.

140 Explicatur.l.filiæ cuius.18.C.fam.l. ercisc.

141 Consentiens rem suam vendi, quādo possit pretium repetere.

142 Explicatur.l.mater.C.de reiuend.

143 Quando possim habere ratam venditionem rei meæ, quam alius fecit suo nomine.

144 Obligatio remunerandi nō transit ad hæredē.

145 Intellectus.l.codicillis.91.§.1.j.de legat.2.

146 Et ostenditur, pro constanti ibi haberi, quòd consentiens pretium repetat.

147 Explicatur litera d.l.codicillis.91.§.1.

148 Explicatur.l.si fundum per fideicommissum.j.de lega.1.

149 Si dominus consentiat emphyteutam tanquā rem propriam emphyteusim alienare, in totum sibi præiudicat.

150 Consentiens alienari rem, in qua habet ius in spe, sibi non præiudicat.

151 Vocatus in casum alienationis, & illi consentiens, omnino amittit ius suum.

152 Furiosus nunquam habetur pro consentiente.

153 Sciens, & tacens in sibi fauoralibus semper videtur consentire.

154 Siue præsens, siue absens.

155 Explicatur.l.qui patitur.ſ.mandati.

156 Ad quid in eo tex.requiratur exceptio pecuniæ mutuo datæ.

157 Contumax habetur pro consentiente, vel dissentiente, prout sibi fuerit magis nociuū.

158 Explicatur.l.de ætate.§.qui tacuit.ſ.de interrogat.actio.

159 Recipiens literas, vel nuntium alterius, videtur consentire.

164 Agitur de doctrina glo.l.Gaius.ſ.de pignor. actio.

161 In hac materia differentia constituenda est inter acta in iudicio, vel extra.

162 In hac materia non est constituenda differentia inter venditionem rei alienæ, vel hypothecam.

163 Noua ponitur in hac materia resolutio.

164 Explicatur glo.l.in adoptionibus.ſ.de adopt.

165 Actus legitimationis, fauorabilis censetur filio.

166 Explicatur.l.2.C.si res aliena pignori.

167 Quando mulier tacendo videatur dolum committere.

168 Et in dubio in ea non videtur fraus præsumenda, nisi clarè de dolo constet.

169 Maximè quando ex post facto sciuit maritum vendidisse, vel hypothecasse rem dotalem.

170 Qui nam dicatur actus informis.

171 Explicatur.l.Sabinus.ſ.communi diuidundo.

172 Subscribens actui, quando videatur consentire.

INTER-

# INTERPRETATIO
## Legis Quæ dotis.34.ff. Soluto matrimonio.

HANC Legẽ pulchram appellat Bart. asserens, habere materiam vtilẽ, & subtilẽ: ad intellectũ autẽ literæ præmittendum est, q; vbi creditor succedit debitori, confunditur actio creditoris.l.debitori.C.de pact.l.si vxor.C. de bon.author.iudic.ea ratione, quia cũ creditor adeundo repræsentet personã defuncti.auth.de iureiur. à moriẽte præstit in princ.colla. 5. reperiuntur in eodẽ subiecto duæ qualitates contrariæ,& repugnãtes, scilicet, actio,& passio. Quarum concursum, neq; ratio naturalis, neque ciuilis admittit.l.2.ĵ.de stip.seruor. Bart.l.si Consul.num.1.s̃.de adoptio. & ideò respectu huius incompatibilitatis, inducitur confusio actionis creditori competẽtis: notab.Bald.l. si vxor. nu.2. C.de bon.author.iudic.Curt. Iunior. l. debitori.num.1.& ibi Purpura.num.11. C. de pact.Bologne.hîc num. 17. Item & secundò præmittẽdum est, quòd aditio creditoris, non solùm inducit confusionẽ actionis, & sic eximit personã debitoris ab obligatione, sed aliquando habet vim solutionis: vt probat text.l. Stichum.95.§.aditio.ĵ.de solutio.l. si debitori creditor.51.ĵ.de fideiussor.l.si ei cui. 41.§.final.s̃.de euictio. Quod tamẽ tantũ locum habet, quando æquitas id suaserit: nã cùm agatur de ficta solutione, locũ habet regula.l.postliminiũ.in prin. ĵ.de captiuis. quòd fictioni nõ est locus, nisi vbi adest æquitas illam inducendi. Non igitur in nostris terminis erit locus prædictæ fictioni, quando propter eam hæres damnum incurreret; neq; enim æquitas dictat, vt per fictionẽ alteri præiudicetur: & ita probat text.l. Vrãnius. 72.vers.quòd si duo.ĵ.de fideiussor. tradit Bart.l.si socer.in princip.num.2.ĵ.eo. & ibi Vincent. num.4. idem Bart. l.si is qui.num.67.ĵ.de vsucapio. & ibi Alciat. num.61.& Bart.l.hæres à debitore.§.fin. ad fin.& l.si debitori creditor. ĵ.de fideiussor.& l.Stichum.§.aditio.num.1.ĵ.de
1 solutio.† Quibus ita præmissis, proponitur in hoc text.casus, quãdo mulier promisit marito cẽtum nomine dotis, & adhibuit quosdam, qui stipularẽtur partẽ dotis sibi restitui post solutum matrimonium: euenitq;, quòd hæc mulier antequam solueret dotem promissam marito, decessit instituto marito hærede, qui vxoris adiuit hæreditatem: quærebatur vtrùm prædicti stipulatores possent partẽ dotis petere à marito? Et videbatur, q; nõ, quasi promiserit illis dotem restituere, sub tacita conditione, Si ei fuisset soluta.l.1.C.de dote cauta. neq; enim quis restituit, nisi quod prius accepit. gloss.l. si mancipia.verb.auocandum C.de seruis fugitiuis. Contrarium tamen determinat Iureconf.ea ratione, quia aditio mariti habet vim solutionis, & sic perinde habetur, ac si hæreditas ei soluisset dotem promissam. Cùm igitur prædicto modo videatur dotẽ accepisse, meritò tenebitur stipulatoribus ad illius restitutionem: & ita explicant Vincẽt. hîc colum.2.Iason num.6.& Duaren.Bolognet.num.20.Aretin.in rub. colũ. pen. ad medium.ĵ.de acquir. hæreditat. Cuiac.tracta.7.ad Africanum.pagina. 119. Secundùm quam receptam declarationẽ colligitur, quòd in specie huius text.

aditio



aditio habet vim solutionis: quod sentit gloss. 1.hîc ad finem. dum dicit, ex vtraque parte induci compensationem: q đ & clarè probat is text.nã compẽsatio loco solutionis est.l.si debitor. 4. s̃. qui potior.in pignor. habeant. quod ita cõmuni opinione receptũ est, vt asserit Alexan.hîc nu.15.& Vincent.num.30.Guil liel.Pontan.num.12.Solus Bar.hîc nu.9. hanc communem interpretationem impugnat ex eo, quia vt suprà diximus, aditio non habet vim solutionis, nisi quando ex ea non resultat præiudicium hæredis: sed hoc casu præiudicium esset hæredis, si aditio haberet vim solutionis: ergo talis vis ei non est tribuenda. Non tamen declarat Bartol. in quo id præiudicium hæredis consistat: & ideò Imol.hîc colum.2.ad finem.interpretatur Bart.sentire, præiudicium in hoc cõsistere, quòd si aditio habet vim solutionis, maritus teneretur in solidum soluere stipulatoribus: † & tamen si talẽ vim
2 non haberet, maritus non conueniretur in solidum, sed quatenus facere potest. l.maritum.s̃.eodem. Quam tamen Bart.rationem ita explicatam improbat Imol.ex eo quòd non est verum, quòd si aditio habeat vim solutionis, maritus conueniatur in solidum, & non quatenus facere potest: nam si illud habet priuilegium, quando re vera accepit dotẽ, à fortiori eo vtetur, quando fictè videtur sibi solutum: subscribunt Alexand. hîc num.15. Claud. num. 10. Sed ego aduerto, neque esse verisimile, Bart. consideraſſe præiudicium, quod prædicti effingunt, sed aliud diuersum, vt statim dicemus. Item, neq; est simpliciter verum, quòd maritus in terminis huius text. habeat priuilegium, ne condẽnetur vltra quàm facere posit: nam quanuis gloss. final.hîc generaliter velit, priuilegium prædictum competere marito: tamen cùm agatur de dote restituenda extraneis, obseruanda est distinctio gloss. l.si prior.33.s̃.eodem. vt si adhibiti stipulati sint partem dotis restitui, non expressa certa quantitate, tunc hoc priuilegium competat. Si verò quantitas certa sit expressa, tunc prædictum priuilegium non competat, vt in specie tradit Iason hîc num.54. & Bolognet.numer. 75. Reiecta igitur prædictorum declaratione, ego existimo, Bart. sentire, præiudicium hæredis in eo consistere, quòd si aditio habeat vim solutionis, ipse conuenietur per stipulatores, ac si dotem recepisset: & tamen si non haberet vim solutionis, neq; maritus, qui dotem non recepit, posset conueniri per stipulatores. l. Mæuia. 50. in principio & §. 1. ĵ. eodem. quasi subintelligatur in stipulatione tacita conditio, Si maritus dotem receperit. l. 1. C. de dote cau. & non numerata. Cùm igitur hoc tam euidens inferatur hæredi præiudicium, ex eo quòd aditio habeat vim solutionis, iuxta suprà tradita, non est dicendum illam habere. Admisso igitur prædicto præiudicio, videndum est, qualiter defendendo Communem huic argumento respõderi posit? Et Paulus hîc numero. 2. respondet, quòd in casu huius textus maritus adeundo confundit obligationem, quam habebat ad dotem petendam, & quam tenebatur cedere stipulatoribus, iuxta regulam.l. si socer. 45. §. Lutius. in fine.ĵ. eodem. Quia igitur propter confusionem actionis, facto suo contingentem, non posit cedere actionem, aditio etiam in eius præ-
3 iudicium habebit vim solutionis: † argumen.l.Stichum.95.§.penultim. ĵ. de solutionibus. Sed extra hunc casum procedit id quod probat. l. Vrannius. 72. §. quòd si duo. ĵ. de fideiussoribus. subscribunt Lancelot. Deci.hîc colum. 7.post principium. & Claud. num. 11. Vincen. num.31.ad fin. Sed non placet hæc solutio, quia non sequitur: Hæres adeundo non potest cedere actionẽ, quã cedere tenebatur: ergo aditio habet vim solutionis, vt apertè tradit Bartolus hîc

num. 9. dum dicit, in specie huius text. aditionem non habere vim solutionis propter præiudicium hæredis: & tamen inducere confusionem actionis, propter quam stipulatores possunt agere aduersus maritum, non tanquam dotem receperit, sed tanquam illũ, qui propter confusionem actionis, non potest cedere actionem, quam cedere tenebatur: ergo apertè vult, quòd sola confusio actionis, etiam in his terminis differt à solutione. Confirmo, quia si aditio habeat vim solutionis, stipulatores directò possunt aduersus maritum agere, quasi dotem receperit: sed si non habeat vim solutionis, possunt petere, ex stipulatione dotem præstari: & si maritus excipiat dotem non recepisse, replicabunt stipulatores, quòd licet dotem non receperit, tamen quia propter aditionem non potest cedere actionem, quam cedere tenebatur, non est audiendus in prædicta exceptione, iuxta regulam. l. Sthicum. 95. §. penul. ſ. de solutio. notabiliter Bar. l. si stipulatus essem. §. 1. num. 3. ſ. de fide iussoribus. & Socin. consil. 200. lib. 2. per totum. Ergo etiam in hac materia dicerunt, aditionem habere vim solutionis, vel solius cõfusionis actionis. Alio ergo modo respondet Paul. consil. 120. nu. 5. lib. 2. & l. Vrannius. num. 2. ſ. de fideiussorib. quòd aut vnus tantùm est debitor & creditor, & tunc per aditionem semper inducitur confusio & solutio, quia nihil interest hæredis, vtrùm per confusionem, vel per solutionem videatur extincta obligatio: quia vtroq; casu, altero effectu, eodẽ modo tenetur. Sed si plures sint debitores correi, tunc per aditionem sola inducitur confusio actionis, † quia si etiam inducereturficta solutio, euidens inferretur præiudicium adeunti: cùm alter correus etiam tunc remaneret liberatus ab eo, quod hæreditati adiitæ debebat. l. 3. §. fina. ſ. de duobus reis. l. ex pluribus. ſ. de acceptilatio. Ad euitandum igitur hoc præiudicium non habet eo casu aditio vim solutionis: subscribit Afflictis decisione. 237. numero. 4. Sed neque hæc responsio tollit difficultatem. Primò, quia præsupponit, quòd vbi vnum tantùm est debitum & creditum, nihil interest, vtrùm videatur sola inducta confusio, vel etiam ficta solutio. Quod tamen confunditur ex suprà traditis, & ex. l. si socer. 45. in principio. ſ. eodem. Item quia præsupponit, quòd vbi nihil interest hæredi, semper aditio inducit confusionem actionis, & fictam solutionem. Quod tamen non videtur verum, quia fictio cùm sit remedium extraordinarium. Bartolus. l. si is qui. numero 30. ſ. de vsucapionib. non debet induci, nisi quando aliquem effectum ex se producit: argumento. l. hæc stipulatio. §. diuus. ſ. vt in possession. legato. Bartolus. l. 1. §. si vir. numero. 1. & ibi Socinus numero. 9. ſ. de acquirend. possessione. Bartolus dicta. l. si is qui. numero. 27. ſ. de vsucapionib. Cùm igitur ex se non producat in prædicto casu aliquem effectum, non debet in eo prædicta fictio induci: quod in specie videtur probare text. l. si Sthicum. 95. §. aditio. ſ. de solutionibus. Denique præsupponit, tantùm esse considerandum, vtrùm inferatur præiudicium hæredi adeunti, necne? & tamen cùm æquitas æqualis sit. Bartolus. l. si is qui. numero. 68. ſ. de vsucapionibus. etiam ad præiudicium aliorum est habendus respectus: & probat. l. hæres à debitore. 22. §. final. ſ. de fideiussoribus. Planè in specie huius text. interest stipulatorum, quòd aditio non habeat vim solutionis: nam si haberet, tunc haberetur respectus ad hæreditatem, & si maritus faceret inuentarium, non teneretur restituere dotem vltra vires hæreditarias, vt infrà dicemus. Si autem tantùm haberet vim confusionis, cùm actio propter confusionem stipulatoribus cedi non posset, agerent aduersus maritum, propter propriam promissionem, & sic in his, ad quæ ipse tenetur ex propria persona, & propria promissione, parum ei prodesset inuentarium factum in hæreditate vxoris, vt infrà dicemus. Et ideò ego aliàs respondebam, † regulam generalem esse constituendam, vt semper aditio habeat vim confusionis & solutionis, etiamsi ex hoc resultet præiudicium adeuntis: vt colligitur ex isto textu. & l. si id quod. 22. ſ. de liberat. legata. Cæterùm habeat vim solutionis restrictæ ad personam adeuntis, quasi pro se tantùm soluisset: argumento. l. final. C. ne vxor pro marito. Et quando quis soluit pro se tantùm, hæc solutio correo vel alijs non prodest. l. Modestinus. 76. & ibi Bartolus numero. 4. ſ. de solutionibus. tradit gloss. l. & per iusiurandum. §. si legatorum. verbo, debebuntur. in principio. & ibi Bartolus. ſ. de acceptilation. & est doctrina Bartoli. l. ex duobus. numero. 7. ſ. de duobus reis. quam ibi sequitur Angelus numero. 2. Paulus consilio. 458. post principium. libro. 1. & Afflictis decisione. 319. num. 13. Et hac ratione dicebam, nouè procedere decisionem. l. Vrannius. 72. versiculo, quòd si duo. ſ. de fideiussoribus. Nunc autem rectiùs considerando; non puto hanc responsionem esse admittendam: quia verius est, non posse ita fieri solutionem, vt soluenti tantùm prosit; & non correis: id enim efficaciter videtur probare text. in dict. §. quòd si duo: nam ideò vult, aditionem tantùm habere vim confusionis, quia si haberet etiam vim solutionis, alter correus remaneret liberatus. Sentit igitur, quòd etsi solutio censeatur facta pro adeunte tantùm, adhuc tamen ea prodesset correo. Idem probat. l. 4. §. nunc de effectu. & l. si quis reum. ſ. de liber. legat. & in specie tenent Cumanus. l. & per iusiurandum. §. si legatorum. ſ. de acceptilationib. Aretinus & Iason numero. 6. ad finem. & Galeaul. numero. 11. l. 2. §. si tamen. ſ. de verborum obligationibus. & Ronchegallus. l. 2. à numer. 107. ſ. de duobus. & melius quàm alibi Prosperus Pasethus consilio. 126. à numero. 3. Neque obstat textus dicta. l. Modestinus. 76. ſ. de solutionibus. quia quando quis soluit adiecto pacto, vt sibi cedantur actiones, non tam videtur soluisse, quàm actiones cedendas emisse, vt in eo tex. exprimitur, & l. cùm is. 37. ſ. de fideiuſ. Si ergo constaret, quòd animo soluendi fecerit, non valebit cessio: quia per illam solutionem omnium obligatio sublata est, vt post Cuman. aduertit Socin. d. §. si tamen. num. 9. † Et est ratio, quia prout in naturalibus impossibile est, effectũ, siue proprietatẽ rei inseparabiliter ei adhærentem remouere, & satis est, causam esse volitam, vt etiam re inuito naturalis effectus sequatur: nã si designem, impossibile est, quòd nõ habeat naturam calefaciendi: sic etiam in inductis à iure, satis est, causam esse volitam, vt effectus naturalis inseparabiliter illi adhærens, re inuito, sequatur: vt elegantèr tradit Soto lib. 7. de iust. & iure. q. 1. artic. 2. col. 3. & lib. 8. q. 1. artic. 7. col. antepen. & probatur. l. si ita scriptum. §. regula. ſ. de liber. & posth. & l. cùm precario. 12. in princip. ſ. de precario. c. cum M. de consti. & ibi Panormitan. num. 14. Si ergo quis velit, quòd fiat solutio, etiam eo inuito sequetur effectus ille naturalis, vt obligatio plurium reorũ perimatur. l. 3. §. final. ſ. de duobus reis. l. ex pluribus. ſ. de acceptilatio. Reiectis igitur DD. traditionibus in hac materia, pro vera resolutione concludẽdum est, generaliter aditionem creditoris habere vim solutionis. l. si debitori creditor. 51. ſ. de fideiussorib. quasi creditor adiẽs sibi ipsi soluerit. l. hæres à debitore. 22. §. final. ſ. de fideiussoribus. Quæ conclusio ampliatur procedere, etiamsi ex hac fictione alij creditores præiudicium possint

posint prætendere, vt probat is textus inductus vt suprà, numer.4.probat etiã l.Sthicum.95.§.aditio.ʒ. de solutionib. vbi si creditori adeunti debeatur quid naturaliter; vt hæres adiens posit illud retinere, aditio habet vim solutionis, etiamsi per hoc legatarijs, & alijs creditoribus præiudicetur, iuxta.l. in imponenda.C.ad legem Falcidiam. Et est ratio, quia hoc præiudicium venit in consequentiam actus liciti, & ideò non est in consideratione: glo.l.de vnoquoque.ʒ. de re iudicata.gloss.cap.quanuis pactũ. de pactis.in.6.Est tamen aduertendum, huic ampliationi apertè repugnare textum.l.hæres à debitore.22.§.final.ʒ. de fideiussoribus. vbi aditio non habet vim solutionis, in præiudicium tertij mandantis: & ex eo textu colligunt Bartol. Paulus & Imola ibi, quòd aditio nunquam habet vim solutionis, quando per hoc alicui tertio præiudicaretur: quod & tenet Bartolus.l.si is qui. num. 67. ʒ.de vsucapion. & est receptum, vt ibi asserit Alciatus numero.61. & idem tenet Paulus hîc numero.3.& alij communiter.Parisius consilio.121.à numero.3.libro.1.Phanuntius de inuentario. 5.parte.num. 50. Sed nihilominus nostra ampliatio verior est: cui minimè obstat dict.l.hæres à debitore. §. final. Nam in primis est aduertendum, in eo textu non videri agi de tertij præiudicio: nihil enim interest, quòd conueniatur mandans per actionem mandati, quasi fideiussor adiens sibi soluerit: vel quòd conueniatur per actionem hæreditariam, quam fideiussor adiens consequitur, iuxta. l. cùm hæredes. in principio.ʒ. de acquirenda possessione. Huic tamen difficultati respondet Bartolus dicta.l.hæres à debitore. §. final. quòd si videretur fideiussor sibi soluisse, & sic posset reum principalem conuenire per actionem mandati, in eo præiudicaretur reo principali, quòd cùm anteà teneretur actione stricti iuris, nunc tenetur actione bonæ fidei, quæ efficacior est, & fauorabilior, quàm actio stricti iuris, iuxta tradita. §.actionum. Institut. de actionib. Quæ solutio non tollit difficultatem, neque enim interesse est considerabile, quòd quis pro actione stricti iuris consequatur actionem bonæ fidei. l. Aurelius. §. final.ʒ.de liber. legata. Rationem reddit Bartolus.l. si creditori.numer.3. ʒ.de legatis.1. Ergo neque erit damnum considerabile, quòd quis pro actione stricti iuris, conueniatur per actionem bonæ fidei. Vnde Paulus dict. l.hæres à debitore. §.final. in fine. aliter respondet, quòd in eo textu etiam aditio fideiussoris inducit fictam solutionem, & tamen propter eam non datur ei actio mandati cõtra reum principalem: quia vt fideiussor agat actione mandati aduersus reum principalem, oportet, quòd verè pro eo soluat. l.indebitam. ʒ. de condictione indebiti. & non sufficit fictè soluere: subscribit Iason dicta.l. si is qui. num. 386. ʒ. de vsucapionibus. & ibi Crotus numero. 178. Sed neque hæc admittenda est, cùm verius sit, fictam solutionem idem operari debere, quod veram. l.Sthicum. 95.§. aditio.ʒ. de solutionibus. Facit regula.l. qui ad certum.ʒ. locati. Vnde pro vera explicatione dictæ.l. hæres à debitore. §.final.præmittendum est, quòd licet quando in vna persona concurrit actio passiua & actiua, necessariò inducatur confusio actionis, per rationem suprà assignatam in principio; tamen duæ actiones actiuæ bene concurrere possunt in eâdem persona, & pariter duæ actiones passiuæ.l. si reus. 13. ʒ. de duobus reis. Item præmittendum est, quòd vbi concurrunt duæ actiones passiuæ in eâdem persona, quarum vna est principalis, & alia accessoria, semper principalis perimit accessoriam. Et hinc est, quòd si fideiussor succedat debitori principali perimatur accessoria, vt iam non tanquam fideiussor, sed tanquam hæres, & sic tanquam debitor principalis conueniatur.l. generaliter.ʒ. de fideiussoribus.l.Sthicum.95.§.quod vulgò. ʒ.de solutio.Paris.cons.121.num.2.lib.1. Phanuntius de inuẽtario.5. part. num. 52. Rationẽ assignat Iure cõs.in.l. si debitori creditor.51.in fin.ʒ.de fideiussorib. Non sic è cõtra accessoria perimet principalẽ: neq; enim iuris rationes patiuntur, quòd minus principale, perimat magis principale. l. quod per manus.ʒ.de iure codicillorũ.l. ex pupillari.ʒ.de vulgari.in terminis Paul. Castrẽs. l.hæres à debitore.§.quòd si stipulator. num.3.ʒ.de fideiussoribus. Et hinc est, quòd si creditor instituat hæredem fideiussorem debitoris, fideiussoris quidem obligatio perimetur, & tantùm tanquã hæres conueniri potest, iuxta suprà tradita: tamen obligatio rei principalis nõ perimetur, sed remanebit obligatus, vt anteà: quia fideiussoria non potest perimere principalem, vt suprà dictum est. Quod ita in specie probat.l. hæres à debitore.21.§.quòd si stipulator.ʒ. de fideiussoribus. Ex quibus ita præsuppositis, inferendo ad intellectum dict.l. hæres à debitore.§. final. dicendum est, ideò eo casu aditionem fideiussoris non habere vim solutionis, quia repugnant iuris rationes: nam si haberet vim solutionis, necessariò perimeretur obligatio principalis, iuxta principium. Instit. quibus modis tollitur obligatio. & sic accessoria perimeret principalem, quod iuris rationes non patiuntur, vt suprà dictũ est. Vnde ex dict.l.hæres à debitore.§ final. non est colligendum cum Doctoribus, quòd aditio non habet vim solutionis, quando per hoc tertio præiudicaretur: sed illud potiùs, quòd aditio non habet vim solutionis, quando ex hoc sequeretur absurdum, quòd obligatio minus principalis perimeret magis principalem. Sed extra hunc casum, semper habebit vim solutionis, iuxta suprà tradita. † Item & iuxta prædicta est intelligendus text.l. si socer. 45.in principio.ʒ.eodem. vbi gener instituit socerum hæredem: & probat text. filiam posse agere aduersus patrem, vt dotem sibi restituat: ergo aditio patris non habet vim solutionis: nam si illam haberet, filia dotem solutam patri repetere non posset. l.2. §. quòd si in patris. ʒ.eodem. vt inducit gloss. 1. dict.l. si socer. Bartolus ibi numero. 2. respondet, ideò eo casu non habere aditionem vim solutionis, quia inferretur damnum filiæ, & pater locupletaretur cum damno filiæ: quod & tradit Bartolus l. si is qui. numero.67. ʒ. de vsucapion. Sed reijciendum est, quia in hac materia aditio semper habet vim solutionis, etsi ex hoc in consequentiam damnum tertio inferatur, vt suprà probauimus. Et ideò melius respondetur, quòd in specie dictæ l. si socer. etiam aditio habet vim solutionis, & nihilominus pater per filiam conueniri potest: quia hæc solutio patri facta est sine consensu filiæ, & ideò quemadmodum hoc casu vera solutio facta patri, non impediret filiam dotem repetere. l. qui hominem. §. si gener. ʒ. de solutionibus. ita neque ficta.l. qui ad certum. ʒ.locati. Neque replices cum gloss. 1. dict.l. si socer. in principio. & ibi Bartolus num. 2. quòd imò solutio facta patri valida est, quanuis filia non consenserit, si ipsa filia non haberet iustam causam contradicendi. l. dotem. 38. ʒ.eodem. nam longè verius est, non valere etiam hoc casu solutionem factam patri, nisi iudex adhibita causæ cognitione, pronuntiauerit, filiam non habere causam contradicendi, & solutionem sibi factam confirmauerit, vt latius probauimus dicta.l. 2.§. quòd si in patris. ʒ. eodem. Conclusionem de qua suprà ita confirmatam limitabis, non procedere,

si ex eo quòd aditio haberet vim solutionis,multum præiudicaretur adeunti:cùm enim hoc in eius fauorem fuerit inductum,non debet ad odium,& damnum trahi.l.quod fauore.C. de legibus. & in specie est bonus text. l. Vrannius. 72.§.quod si duo.ff.de fideiussorib.quod propriè verificatur in duobus reis debẽdi: nam extra illum casum,parum interest,quòd aditio habeat vim confusionis,vel solutionis, vt ibi declarat Paulus num.2.& consilio.120.num.3.lib.2. Et iuxta hæc venit explicandus tex.l.Sthicum. 95.§.aditio.ff. de solutio. qui videtur probare,quòd aditio habet vim confusionis,si debitum erat efficax: aliàs habet vim solutionis:quod repugnat suprà traditis.Sed respondendum est, text. significare,quòd quando debitum est efficax,parum interest, quòd habeat aditio vim confusionis tantùm,vel vim solutionis:quia idem resultat effectus.Paulus hîc num.3.Si autem debitũ sit inefficax,tunc vt adeũti cõsulatur,ſ rationes debet habere cum alijs creditoribus,vel legatarijs, semper aditio debet habere vim solutionis,vt ibi declarat Paul.Castrens.Expeditis his,quæ pertinebant ad literæ interpretationem, ex principio huius text.colligendum est, quòd vbi de voluntate mulieris aliqui stipulati sunt dotis restitutionem,possunt exigere dotem à marito per vxorem hærede instituto. Quod tamen prima facie videtur procedere non posse, quia quando quis est adhibitus per mulierem ad stipulandum dotis restitutionẽ,id quod acceperit, tenetur vxori restituere per actionem mandati.l.idemque.10.ſ cui. in fine.ff.mandati.l.cum quis decedens. 35.§.nuptura.ff.de legat.3. & pariter ea mortua,tenetur eius hæredibus eandẽ restitutionem facere, †iuxta regulam.l.
9 vnicæ.C.vt actio.ab hæredib. & consequenter huic marito per vxorem hæredi instituto:ergo is potuit se defendere, per regulam.l.dolo facit.ff. de doli exceptio.Cui difficultati respondet gloss. 1. hîc,text.istum esse intelligendum,quãdo constat illos tertios fuisse adhibitos per mulierem ad stipulandum dotis restitutionem,animo illis donandi: vnde prædicti minimè tenebantur dotem recuperatam,neq; mulieri, neq; eius hæredi restituere,iuxta regulam.§. perficiuntur.Insti.de donatio. & est expressum.l. 2.C.de iure dotiũ. & sic cessat difficultas.Quam gloss.responsionem asserunt communiter esse receptam Alexan.hîc num.3.Iason num.11.& probat Anchar. consil. 22.num.3. Nouellus de dote.7. parte.priuileg.11.nu.9. Sed hanc respõsionem tanquam diuinatiuam improbat Bart.hîc num.1. & aliam assignat responsionem, argumentum suprà adductum concludere,quando hi tertij adhibiti ad stipulandum dotis restitutionẽ, stipulati sunt,dotem totam sibi restitui. Si verò ad stipulandum certam partem dotis sint adhibiti, tunc in dubio præsumentur adhibiti per mulierẽ animo donandi.Et hac ratione procedit is tex. & dicit,rationem differẽtiæ esse,quia quãdo aliqui sunt adhibiti ad stipulandum totius dotis restitutionem, non est credẽdum, mulierẽ habuisse animum donandi,& sic præiudicandi sibi in dote.l. cùm de indebito.ff.de probatio. sed potiùs istos fuisse adhibitos ad stipulandũ, vt quasi nomine mulieris possent dotẽ repetere: solẽt enim honestiores personæ non scribere in instrumẽtis nomina sua.l. pupillus. 5.§.final.vers.sanè.ff.de authorit.tutor. maximè fœminæ, in quibus maior honestas exigitur. l. optimã. C.de contrahẽ.& commit.stipulatio.c. 2.de iudic.in.6.Sed quando tantùm tertij partẽ dotis stipulati sunt; quia tunc pro alia parte nomẽ mulieris debuit scribi in instrumẽto dotali, & per eam exigi.l. vnica. §.accedit. C. de rei vxoriæ
10 actio.cessat ratio suprà tradita, & ideò tunc præsumetur donandi animus.† Vnde infert,quòd si alij essent adhibiti, qui reliquam partem dotis stipularẽtur, ita vt mulier nullam partẽ deberet exigere: quia tunc adhuc militat ratio suprà tradita,non præsumeretur donandi animus:subscribunt Angel. hîc post princ. Salice.l.2.num.2.C.de iure dotium.Sed alij communiter reprobant hanc Bart. responsionẽ, vt hîc asserunt Ias.nu.11. Claud.num. 1.ad finẽ.& Vincẽt. num. 5.aduertẽtes,regulariter non esse præsumẽdum donandi animum.d.l. cùm de
11 indebito.ff.de probatio.Itẽ neq; inter totum & partem differentiam esse cõstituendam l.quæ de tota ff.de reiuend §. nihil interest.Instit.de fideicommiss.hęred.Deniq; aduersus Bartol.est text.expressus.l.2.C.de iure dotium.vbi filia de consensu matris stipulata est,partem dotis maternæ sibi restitui: & tamen non præsumitur adhibita donandi animo, cùm text. conditionaliter requirat,cõstare fuisse adhibitam ad stipulandum donãdi animo: & is est communis illius text.intellectus,vt asserunt Alexan. hîc nu.4.versi.ad textum. Lancelot. Deci. hîc colum.4.ad finẽ.Neq; Bart.adiuuat consideratio suprà relata:quia cùm dos sit patrimonium mulieris.l.3.§.sed vtrũ. in fin.ff. de minor. facilè patitur mulier quantumcunq; honesta nomen suum scribi in instrumẽto, & illi competere dotis restitutionẽ suo nomine.l.fina.C. de dote caut. Non est igitur recedẽdũ à gloss responsione:cui non obstat Bart. argumẽtum: nam cùm hîc principaliter dubitaretur,vtrùm stipulatores possent agere aduersus maritum, quasi dotẽ recepisset ?& vtrùm ille teneretur vltra vires hæreditarias ? quoad alia incidẽter dicta,possunt præsupponi termini habiles absq; vlla diuinatione.l.qui testamẽto.§.1.ff.de testamentis.cap.1.de ætate & qualit.libr.6. Neq; est omittẽdum, Cuman.hîc nu.6.nouo sensu hunc tex. accepisse,quòd creditores, qui stipulati sunt dotis restitutionẽ, erant creditores mulieris ex alia causa:& mulier quasi delegans illis maritum,adhibuit eos ad stipulandum dotis restitutionẽ, vt eis cederet loco æris alieni, quod mulier illis debebat:& ideò tex. præsupponit, illos cum effectu dotis restitutionẽ petere posse:subscribunt Iason hîc numer. 15. Claud nu.2.& Duaren.expẽdentes pro hoc intellectu verba huius text. ibi: Cũ cæteris etiam creditoribus: nam dictio, Cæteris,est repetitiua similium,†gloss.l.
11 non solum.39.§.quæritur.verbo, creditores.& ibi Bart.ff.de procuratorib.gloss. 1.c. deinde.26. distinctio. ergo significat text.prædictos esse creditores mulieris,ex alia scilicet causa:nam ex eo quòd sint adhibiti per mulierẽ ad stipulandũ, non possunt dici creditores mulieris, sed tantùm mariti, qui eis promisit dotis restitutionẽ. Hunc tamẽ intellectũ impugnat Lancelot.Deci.hîc colum.3. in princip.quia is text.præsupponit,q; si maritus non adiuisset vxoris hæreditatẽ,non haberẽt creditores actionem ad petẽdam dotẽ à marito promissore: & tamen si illi erant creditores vxoris, & per eam maritus ei delegatus esset, propter delegationẽ possent creditores cõuenire maritum,iuxta regulam.l. 1. C. de nouatio.Sed saluando Cuman.(vltra responsionẽ Claud.hîc num. 3.)ego respondeo,textum istum tantũ significare, quòd si non adiuisset vxoris hæreditatẽ,non posset per stipulatores conueniri,quasi dotẽ recepisset,& sic non possent eum cogere præcisè dotẽ restituere,sed liberaretur cedẽdo actionẽ.l si socer.45.§.1.ff.eod.non tamẽ negat,stipulatores eum posse conuenire ratione obligationis propriæ.Ex alio tamẽ non placet intellectus Cumani, quia nimis restringit generalitatẽ huius text. quæ procedere potest, siue in casu quẽ Cumanus cõsiderat,siue etiam in casu,quẽ Communis effingit, vt aduertit Cuiacius tractat.7.ad Africanum.pagin.120. Neq; pro Cumano vrgẽt verba huius text.Cum cæteris etiam creditoribus.

expẽsa vt suprà: quia est aduertẽdum, in hoc tex. agi de obligatione præcisa restituẽdi dotẽ, & quoad hũc effectum, creditores mariti cẽsetur etiam creditores hæreditarij: nam cùm maritus non teneretur dotem promissam & non acceptam præcisè restituere, nisi vxoris hæreditatẽ adiuisset, sed liberaretur cedẽdo actionẽ. Aretin. in rubric. col. penul. ad medium. j. de acquir. hæred. in effectu videtur maritus & stipulatores ordinati ad inuicẽ, & depẽdẽter. Succedit igitur regula, ꝙ in ordinatis adinuicẽ, dispositum in vno, cẽsetur etiam dispositũ in alio. l. 2. s. de iurisdict. omnium iudic. Dominic. cap. fin. in principio. ad finẽ. de appellation. in. 6. Deci. cap. translato. 1. lectu. num. 5. de constit. Quanuis igitur hæreditas deberet soli maritoi tamẽ quia ei videtur soluisse, concedit creditoribus actionẽ præcisam ad dotis restitutionẽ petendã, & hoc respectu cẽsentur creditores hæreditarij, & idẽ de illis iudicatur, quod de cæteris creditoribus
12 hæreditarijs: † vt est de mẽte Pauli hîc num. 3. & clariùs Bologn. num. 33. Phanuntius tracta. de inuẽtario. 6. part. nu. 118. quanuis id non satis perceperit Iason hîc num. 16. Et ex his colligitur elegans explicatio ad gloss. penult. hîc, dũ sentit in terminis huius text. maritum non teneri vltra vires hæreditarias, si hodie conficiat inuẽtarium. l. final. §. in cõputatione. C. de iure deliber. Ex qua gl. colligunt Bald. Imol. & Paul. num. 4. & Alexand. hîc num. 16. quòd quãdo quis tenetur ex propria obligatione: & tamẽ creditoribus mixtim competit actio ratione prædictæ obligationis: itẽ ratione hæreditatis aditæ, in prædicta obligatione prodesse inuẽtarium: extollit Bolognin. hîc in nouis interpretationibus, & communiter receptam afferunt Lancelot. Deci. hîc column. 2. ad medium. Iaf. num. 16. Alexand. l. final. §. etsi præfatã. in fin. C. de iure delib. & optimè cõprobat Aretinnus in rubric. colum. penult. ad medium. j. de acquir. hæredita. & Bolognet. hîc num. 74. & Phanuntius vidẽdus tracta. de inuẽtario. 6. part. num. 119 Nam ex prædictis dicẽdum est, ꝙ cùm causa immediata inducẽdi hanc præcisam obligationẽ dotẽ restituẽdi, processerit ab hæreditatis aditione, considerabitur hæc obligatio tanquam merè hæreditaria: quia causa immediata semper consideranda est. l. socium qui. §. 1. s. pro socio. Ex quibus colligas, quòd si maritus dotẽ recepisset: ita vt hæreditas eum de nouo non obligaret ad præcisam dotis restitutionẽ: tunc inuẽtarium nihil prodesset, quia tunc ex sola sua promissione videretur obligatus: & inuẽtariũ tantùm prodest ad obligationes hæreditarias. l. final. §. in computatione. C. de iure delib. Et tenebis mẽte, quòd admisso intellectu Cuman. generaliter valebit hæc stipulatio, cùm mulier delegãdo creditoribus, non videatur conditionẽ dotis deteriorẽ efficere. Sed admisso communi intellectu, quòd stipulatores fuerunt admissi ad stipulandum dotis restitutionẽ donandi animo, intelligẽdum est, pactum hoc generaliter non valere, vt verba sonant: sed tantùm quãdo morte mulieris soluatur matrimonium. l. 2. s. de pactis dotalibus. aliàs procedit regula, quòd mulier dotis conditionẽ deteriorẽ facere non potest: & ita Paul. hîc num. 1. Alexan. num. 4. versic. puto tamẽ. Claud. num. 1. Bolognet. num. 25. quidquid inuoluant Cuman.
13 hîc num. 3. Iason à num. 2. † His ita expeditis, deueniẽdo iam ad materiam, quã DD. tractant, ex gloss. 1. hîc communiter recepta colligenda est notabilis conclusio: Quòd si mulier adhibet aliquem ad stipulandum dotis restitutionem, in dubio non censetur adhibitus donandi animo, nisi id clarè sit expressum. l. 2. C. de iure dot. de quo latè Menochius de præsumptionib. libro. 3. præsumptio. 10. Cui tamen receptæ conclusioni nimis videtur obstare. l. cùm maritus. 29. §. fin. s. de pact. dotalib. vbi text. probat, quòd si mulier pacta est, dotem restitui fratri, si eius morte solueretur matrimonium, & frater in eũdem casum stipulatus est, quòd videtur adhibitus ad stipulandum donãdi animo, & quòd ideò ius sibi quę situm ex donatione, non potest soror reuocare, iuxta regulam. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. Quod apertè repugnat huic conclusioni. Cui difficultati respondet glos. penul. d. l. cùm maritus. §. final. quòd in eo text. constitit, fratrem fuisse adhibitum ad stipulandum donandi animo: in dubio autem hoc nõ præsumetur, iuxta suprà tradita: & subscribunt communiter DD. vt asserit Alexand. hîc num. 4. vers. sed scribentes. & num. 7. in fin. Iason nu. 11. Bolognet. num. 46. & nu. 59. Et est admittẽda hæc respõsio, vt iura iuribus concordentur, vt admonet Pontan. hîc num. 5. Quinimò necessarium esse intellectum, suppositа text. decisione, asserit Andre. de Angulo l. 3. de melioration. gloss. 4. nu. 62. Quam tamen communem responsionem Bart. hîc num. 2. impugnat, tanquam diuinatiuam: & meritò, quia in eo text. principalis dubitatio erat, vtrùm frater videatur adhibitus animo donãdi: vel quasi mandatarius, & procurator mulieris? Primo enim casu donationem semel factam soror reuocare, vel mutare non poterat. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. §. perficiuntur. Instit. de donatio. In secundo autem casu, cũ stipulatio videatur interposita nomine mulieris, & ad eius vtilitatem, potuit illã ad libitum reuocare, siue mutare, vt in specie probat. l. idemque. §. si cui. s. mandati. l. cum quis decedens. 35. §. nuptura. j. de legatis. 3. l. Seia. 12. j. de dote prælegat. tradit Anchar. consilio. 22. num. 1. Cùm igitur d. l. cùm maritus. §. fin. probet, sororem prædictam stipulationem mutare, vel reuocare non posse, clarè probat, in dubio fratrem non videri adhibitũ tanquã procuratorem, siue ministrum mulieris, sed potiùs donandi ani-
14 mo; † & sic apertè repugnat conclusioni communi quam defendimus. Secundo igitur loco Bar. hîc nu. 2. respondet, ꝙ in specie d. l. cùm maritus. §. fin. frater fuit stipulatus dotem restitui in certum casum, scilicèt si morte mulieris solueretur matrimonium, & ideò tunc præsumitur donandi animus: si verò in omnẽ casum dotis restituendæ fuisset stipulatus, tunc non præsumeretur donãdi animus, nisi de eo constaret, iuxta traditionem glo. 1. hîc, quam defendimus, & sequuntur multi quos refert Menoch. de præsumptio. 3. part. præsump. 10. nu. 17. qui eam defendit latè ibidem à nu. 18. Sed & hæc responsio Bart. communiter reprobatur, vt hîc asserit Ias. num. 11. & Menoch. d. lib. 3. præsump. 10. num. 17. nam aduersus eam est tex. l. 2 C. de iure dotiũ. vbi filia fuit stipulata partis dotis restitutionem, si morte matris soluueretur matrimonium: & tamẽ sentit, non præsumi donandi animum, nisi de eo cõstet. Et idem colligitur ex. l. Seia. 12. j. de dote prælegat. adiuncta glo. ibi verb. nõ donationis. Deniq; stipulatio interposita in omnẽ casum dotis restituendæ, secundũ iuris regulas non potest verificari, nisi quando morte mulieris soluueretur matrimonium, vt constat ex l. 2. s. de pact. dotalib. Cùm igitur in eo tantũ casu verificari posit, perinde est, ac si ille casus fuisset expressus. l. 2. j. de liber. & posthum. Et ideò placet intellectus, quẽ præstringit Cuman. hîc num. 7. & latiùs explicat Roman. num. 5. & sibi arrogat Iason num. 11. ad fin. quòd in specie d. l. cũ maritus. §. fi. primò mulier pacta est, dotẽ restitui fratri in casum soluti matrimonij per mortem, & deinde frater fuit stipulatus in eundem casum sibi dotem restitui. Primum igitur pactum videtur interpositum ex causa donationis, quia fuerat interpositũ à sorore in fauorem fratris, & sic coniunctæ personæ, & sic præsumitur interpositũ donãdi animo, iuxta

iuxta regulã.l.fi.§. fi.ĩ.de donatio.Vnde quãuis posteà frater fuerit adhibitus ad stipulandum, non debet præsumi mutatio prioris voluntatis.l.eum qui. ĩ. de probatio . sed potiùs fuisse stipulatum, ad acquirẽdam actionẽ ex propria stipulatione, quæ ex pacto sororis ei quæri nonpoterat,iuxta regulã.l.1.C.per quas personas vobis acquiritur. & ideò tunc inducta videtur donatio irreuocabilis: non quidẽ ex hoc secundo actu, sed potiùs ex primo.Ad cuius cõfirmationẽ sequens stipulatio censetur interposita, vt in specie probat.l. cùm patrem. 19. C.de iure dotium.&.l.penult. in princ. ĩ.de donatio. Ex qua responsione colligitur elegans explicatio in hac materia, vt licet adhibitus simpliciter ad stipulãdum dotis restitutionẽ de consensu mulieris, non videatur adhibitus animo donandi,sed potiùs procuratorio nomine vxoris, quantumcunq; coniuncta persona sit: vt efficaciter probat.l. idemq;. §.si cui. ĩ.mandati. & l. cùm quis decedẽs. 35.§.nuptura.ĩ.de legatis.3. & est receptissimum, vt hic asserit Bolognet.
15 num.53.¶Menoch.lib. 3.præsumption. 10.num 22.tamẽ si præcessit pactum mulieris factum in fauorem coniunctæ personæ,præsumetur factum animo donandi:quẽ animum non mutabit,fratrẽ posteà fuisse adhibitum ad stipulandũ prædictam restitutionem. Cumãn. hic num.7.ante finẽ. Infertur etiam,quòd si ille,in cuius fauorem mulier pactum interposuit, non esset coniuncta persona, sed extraneus, etiam in prædictis terminis non præsumeretur animus donandi,sed totum videretur factum mãdatorio nomine,iuxta regulam dictæ.l. idemque.§.si cui.ĩ.mandati. & expressit Alberic.l.2.C. de iure dotium. Sed est aduertẽdum, quòd aduersus istam responsionem nimis videtur vrgere tex. l.2. C.de iure dotium . vbi mater quæ dedit dotẽ, pacta est, certam illius partẽ reddi filiæ, si morte matris solueretur matrimoniũ: & filia posteà fuit adhibita ad stipulandũ:& tamẽ tex.sentit,non præsumi fuisse adhibitam donandi animo, nisi de eo constet.Ergo text. ille apertè impugnat responsionẽ suprà traditam. Sed defendendo illam, respondẽdum est,quòd text.d.l. 2. in princip. proponit regulam generalem, quòd si pacto subiecta est stipulatio in certum casum, & euenit conditio,stipulans habet actionem ad petẽdam dotis restitutionem. Quæ regula,cùm etiam extraneos contineat, necessariò intelligẽda est, quando constat de donandi animo: nam aliàs quoad extraneos, etiam in prædicto casu non præsumetur donãdi animus,vt suprà diximus. Quod volens significare Imperator in d.l.2.inferens ex illa regula generali ad casum specialem sibi propositum, subdit, quòd mater pacta est in fauorem filiæ, & donandi animo passa est eam stipulari dotis restitutionẽ, quòd ius ex stipulatione quæsitum, regulariter ei tolli non potest.Requisiuit igitur donandi animũ, tam ad declarationem regulæ generalis positæ in principio, quàm vt ex prædicta regula bene sequeretur illatio
16 quam fecit ad casum specialẽ.† Dicendum igitur est, semper requiri adhibitum quem ad stipulandum dotis restitutionem donãdi animo. Intellige tu,siue de eo cõstet verè, siue præsumptiuè. Si igitur extraneus adhibeatur, oportet constare de animo donandi verè:si autem fiat coniunctæ personæ, tunc præsumetur donandi animus in prædictis terminis,vt est expressum.l. cùm maritus.29. §.final. ĩ.de pactis dotalibus. explicata vt suprà:& ita quòd in specie d.l. 2. debeat præsumi donãdi animus,quia pactum primum fuit factum in fauorem filiæ,& sic coniunctæ personæ,tenent Petrus,Cynus,& Alberic. ibi. Qui eleganter addit, oportere etiam pactũ esse conceptum in casum, quo morte mulieris soluatur matrimonium : nam cùm



cùm mortua, dote non indigeat, faciliùs inducetur donandi animus. Quare si pactum esset conceptum in omnem casum restituendi dotem,non procederet prædicta præsumptio : quia cùm generalitas pacti importet, vt dos debeatur alteri,etsi per diuortiũ soluatur matrimonium, non præsumetur, quòd eo casu mulier voluerit donare dotem ; & sic remanere indotatam : & ideò tunc oportebit constare de donandi animo vero.text.hic adiuncta gloss. 1. Neque obstat,ꝙ prædictũ pactũ non potest verificari,nisi quando morte mulieris soluatur matrimonium, iuxta rationem.l. 2.ĩ.de pact.dotalib. quia cùm ex actu etiam inutili colligatur voluntas. l. final. ĩ.de rebus eorum. generalitas pacti ostẽdit,non habuisse mulierem paciscentẽ simpliciter,animum donandi illi,in cuius fauorem paciscebatur : & cùm eadẽ res non debeat diuerso iure censeri.l.eũ qui.ĩ.de vsucapionib. in specie I.mol. l. pen. in principio.post medium.ĩ.de donatio.in nullo casu censetur facta donatio,nisi de eo clarè constet : & ita sunt explicanda illa, quæ circa intellectum d.l.2.considerat Menoch. de præsumptio. 3.part.præsumptio. 10.à num. 11. & Bolognet.hic num.38. A quo tamen cauendum est,dum ibi,& nu. 44.contendit,in specie d.l.2.C.de iure dotium agi de donatione causa mortis: nam imò agitur de donatione inter viuos, cùm Imperator exigat,quòd vt filia non possit agere efficaciter ex stipulatione, o-
17 porteat eam esse institutam,† & ei prælegata fuisse relicta,ea mente,vt ipsa prælegatis contenta,à dotis petitione desisteret:ex hoc enim innitur,agi ibi de donatione irreuocabili, neque ab eius petitione esse desistendum, nisi expressè constet, fuisse prælegatum compensandi animo,iuxta l.si compensandi.C. de hæred.instit. & ita expressè glo. vlti. dict.l. 2. communiter ibidem recepta. Hisita explicatis, vlteriùs ex ista gloss. colligẽda est notabilis conclusio, Quòd regulariter non est præsumenda donatio, nisi de ea clarè constet, iuxta regulã l.cùm de indebito.ĩ.de probatio. & latè exornant Purpurat.l. cùm quid à num. 114 ĩ.fi.cert.petat. Tiraquel. l. si vniquã. verb. donatione largitus.à num. 204. C. de reuoc.donatio.Menoch.lib.2.de arbitrar.casu.88.à num.2. Andreas Angulo.l.3. de melioratione bonis. gloss.4. num. 48.Cui tamen regulæ & conclusioni gl. 1.hic aliquas addit limitationes,cui Doctores alias adiungunt:ego circa notabiliores insistam.Prima igitur limitatio sit, vt præsumatur donatio inter coniunctos ratione sanguinis.glo.1.hic adducit tex. l.si seruus.39.ĩ.de donatio. inter virum. Nobis de duobus videndum est.Primò, vtrùm d.l.si seruus. probet prædictam conclusionem.Secundò, vtrùm illa sultem in se vera sit? Et quoad primũ Bart. hic num.5. existimat,d.l.si seruus. non probare prædictam conclusionem: nã in casu ibi proposito maritus donauerat totum seruum communem vxoris consensus igitur præsumptus aliorum fratrum, non inducit nouam donationem: quia illa iam facta fuerat: sed tantũ confirmat donationem factam per fratrem de re communi,quam aliàs ipsi propartibus suis reuocare poterant. l.portionem.C.de donatio.& Bart. subscribunt omnes,vt asserit Iason num. 21. Ruin.consil.171.num.13.lib.1. & consil. 162.num.12. libr.3. Cephal. consilio. 148. num.35.lib.1. Menoch.lib.2.de arbitrar.casu.88.n.15.Et cõfirmat Claud. hic num.24. quia facilius debet præsumi consensus confirmans,quàm cõsensus inducens donationem, quia faciliùs inducitur qualitas, quàm substan-
18 tia. gloss.finali.talis.30.ĩ.de legatis.1.† Hanc tamen Bartoli considerationem impugnat Paulus hic num.5. ad finem. quia prædictus consensus confirmatorius fratrum, etiam facit donationem videri factam vxori fratris, quòd portiones

ſuas, quando quis conſentit alium donare res ſuas, videtur donationẽ feciſſe illi, cui res donantur.l.in ædibus.9.§. penul.ʒ.de donatio. & ſubſcribunt Vincent.hîc num.25.Iaſon num.22.Et quãuis Vincen.hîc num.26.ad finem. & Bolognet.num.82. Menoch.libr.2. de arbitrar.caſu.88.num.15. conentur huic Pauli argumento ſatisfacere: tamen nihil afferunt, quod difficultatem tollat. Et ideò ad veram reſolutionem aduertẽdum eſt, ſpecialitatem dict.l.ſi ſeruus. in eo præcipuè conſiſtere, quòd frater, qui ſcit res communes donari per fratrẽ vxori, & tacet, videtur conſentire in ea donatione, contra regulam generalem, ꝙ tacens in ſibi præiudicialibus nõ videtur conſentire, vt poſt alios tradit Couar. cap.Ioannes.num.4. de teſtament. quo præhabito præſumpto conſenſu, tũc quòd præſumatur donatio, non procedit immediatè ratione ſanguinis, ſed potiùs ex ea regula generali, quòd ille, qui conſentit rem ſuam alteri donari, ipſe videtur donare.l.ſi conſentiente. 14. C.de donatio.ante nuptias.l.ſicut.§.vẽditionis.ʒ. quibus modis pignus. & tradit Bart. hîc num.15. receptus, vt aſſerit Iaſon num.65. &.l.ſi fundum. num. 36.ʒ.de legatis. 1.In hoc igitur ſenſu Bartol. bene loquitur: ſed quatenus præſupponit, fratres non donaſſe vxori fratris, ſed tantùm confirmaſſe donationem iam factam, non bene loquitur, & meritò reprehenditur per Paulum: nam quando donatur res mea de meo conſenſu, non ille qui donat videtur donationem feciſſe, ſed illi, qui conſenſit, acceptofertur donatio. l.ſi liqueat. in fine.C. de inofficioſ. donatio. l. in ædibus.9.§. penultim. ʒ. de donationib. & tradit Bartolus.l.2.§.1.numero. 1.ʒ. de donationib. Riminaldus in principio. Inſtitut.de donation. numero.502.Molina libro.4. de primogenijs. cap. 3. numero. 27. Potiùs igitur Bartol. docere debuiſſet, quòd ratio ſanguinis in ſpecie d.l.ſi ſeruus. non eſt præcipua cauſa inducendi donationem, ſed tantùm inducendi præſumptum conſenſum: quo
19 præhabito, generale eſt donationẽ præſumi, vt conſtat ex ſuprà traditis. † Vnde ex dict.l.ſi ſeruus. explicata vt ſuprà, tres colliguntur notabiles concluſiones in hac materia. Prima eſt, Quòd licet ſciens, & tacens, in ſibi præiudicialibus non videatur conſentire. l. filiusfamiliàs.8.§.inuitum. ʒ. de procuratorib. l. Titia cum teſtamento. 35.§.Lutia.ʒ. de legatis.2.l.Gaius.39. cum gloſſ. ʒ. de pignor.action.tamen inter coniunctos, ſciens rem ſuam donari, & tacens, videtur conſentire.Bartolus hîc num. 22.ad finem.communiter receptus, vt aſſerit Iaſon num.72.qui latè confirmat, & conſilio.3.num.2.lib. 1. Guido conſilio.54. num.1. Panor.cap.nenne.num. 1. & ibi Felin. num.14.de præſumptio. Nouell. de dote.6.parte. priuilegio.14. num. 1. Deci.conſil.267.num.3. Alciat. de præſumptio.regul.1.præſumptio.32.in principi. Neuizan.conſ.57.num. 13. Couar. cap.Ioannes.num.4.de teſtamẽtis. Quibus adde Iaſ.l. cùm proponas filios. nu. 11. C.de pactis. Purpuratus.l.cùm quid. num.126.ʒ.ſi cert.petat. & in caſu valdè notabili tradit Hippolyt.ſing. 344.ad finẽ. Aymon conſ.159.nu. 4. Hæc tamẽ concluſio eam arduam continet difficultatem: quia licèt glo.1.hîc ſentiat, ſolam coniunctionẽ ſanguinis inducere præſumptam donationem: tamẽ verius eſt contrariũ, imò coniunctionẽ ſanguinis, niſi aliud accedat, non inducere præſumptam donationem.l.cùm quis decedens.35.§.nuptura.ʒ.de lega.3.l.idẽque. 10.§.ſi cui ʒ.mandati. & aduerſus gloſſ. aduertit Bart.hîc nu.5.cuius opinio cõmuniter recepta eſt, vt aſſerit Aymon conſ.86.nu.2.latè Menoc.lib.2.de arbitrar.caſu.88.nu.10.Nam videmus, ꝙ filius expendens pro patre, non videtur donare.l.ſi filius.C. de negocijs geſtis. & ibi Bartol. & Baldus. Item & frater ex-



expendens pro fratre, nõ videtur donare.l.ex duobus.ʒ. de negoc.geſt. tradit Alex.conſil.99.in fine.lib.2. Deci. conſil.28.à num.7.Aymon.conſil.86. num. 2.Ergo neque ſcientia cum taciturnitate, debet inter coniunctos inducere præſumptum conſenſum, ex quo ſine dubio reſultat donatio.d.l. in ædibus.§. pen.ʒ. de donatio. & in ſpecie aduertit Vincent.hîc nu. 26. poſt medium. Pro
20 reſolutione aduertendum eſt, † quòd in d.l.ſi ſeruus.agitur de coniunctione ratione affinitatis, quam fratres mariti contrahunt cũ eius vxore. Et hæc cõiunctio affinitatis ſufficiens eſt ad inducẽdã præſumptionem de qua ſupra: & ita glo. l.qui patitur.18.ʒ.mandati. glo.1.l.vtrũ. 48.ʒ.de donatio.inter virũ.glo.c. nõ ne. de præſumptio.Vincent.hîc nu.25. Andre.Sicul.conſil.41.nu.32.lib.1. Purp.l. cum quid.nu. 126.ʒ.ſi certum petat.vn de à fortiori idem erit in cõiunctis ratio
21 ne ſanguinis.Ruin.conſil. 171. num.13. lib.1.& latè agit Menoch.de præſumpt. lib.3.pręſumpt.26.Item eſt aduertẽdũ, ꝙ in d. l. ſi ſeruus.agitur de donatione ſerui communis, & ſic agitur de re modici valoris: neque enim ſeruus à communiter accidentibus multum valet, ſaltẽ quando quis in eo tantum partem habet. Vnde ex d.l.ſi ſeruus. id tantùm colligi poteſt, quòd ex præſentia cum taciturnitate, præſumitur conſenſus inter coniunctos; ex quo reſultat donatio, ſi agitur de modico præiudicio conſentientis: & ita Bald.conſil.19. ad finem libr.1. Andreas Sicul conſilio. 16.num.9.lib.2.Purpurat. l. cùm quid. num.127.ʒ.ſi cert.petat.Ruin. conſilio 171.num.13.lib.1.Bolognet.hîc nu. 83. Vnde ſi ageretur de magno præiudicio, & de re magni valoris, non procederet præſumptio d.l.ſi ſeruus. imò ſtaretur regulę, quòd ſola coniunctio non inducit præſumptam donationem, vt ſuprà diximus: & in ſpecie Fulgoſ. conſilio. 72. ad finem. Claud.hîc num.29. Infertur etiam declaratio ad communem traditionem ſuprà relatam, quòd propter ſolam ſanguinis coniunctionem, non pręſumatur donatio; vt limitetur, ſi agatur de re parui valoris: nam tunc ſola coniũctio faciat præſumi donationem.d.l.ſi ſeruus.explicata vt ſuprà. & ita gloſſ. 1.l. vtrùm.48.ʒ.de donatio.inter virũ. Bart. l.cùm quid.num.11.ʒ.ſi cert.petat. Paul. l.ſi negocium.nu.1.& ibi Alexã. in fine. C.de negoc.geſt. Vincẽt. hîc nu.28. Et iuxta hęc explicandus eſt Gozadin.conſil.33.nu.4.& alij relati per Aymon.cõſ. 159.num.4.dum dicunt, propter ſolam coniunctionem pręſumi donationem: nam debent intelligi, dum modo de paruo præiudicio donantis agatur. Quãuis verum ſit, quòd propter coniunctionẽ fortificatur præſumptio donationis factæ, & propter eãdem donatio latiorem accipiet interpretationem, vt tradit Gozadin.conſ.60.num.17.† Quinimò ſi cõ
22 iuncta perſona paciſcatur rem ſuam reſtitui coniuncto poſt mortem paciſcentis, pręſumetur donatio, etiamſi agatur de re magni valoris.l. cùm maritus. 29. §.final.ʒ. de pactis dotalib. intellecta vt ſuprà. Neque eſt omittendũ, quòd Bald. l.cùm proponas filios.ad finem.C.de pactis.expendit, in dict.l. ſi ſeruus. ſeruum donatum, fuiſſe traditum mulieri, quaſi ſi ſolùm fuiſſet promiſſus, non procederet præſumptio illius.legis: ſubſcribit Iaſ. conſilio. 3. colum.5.in princip.lib.1.Tiraquel.lib.1.retract.§.1.gloſſ.9.nu.152. Baeça de non meliorand. filiabus. cap. 10.num.84.Menochius libro.2.de arbitrar.caſu.88.numer. 15. Sed non placet hæc declaratio, quia non video rationem differentię inter traditionem & promiſsionem.l.final.C.ad.l.Falcidiam. & Doctores ſuprà citati ſolam ponderant coniunctionem, & quòd agatur de paruo pręiudicio donantis. Secunda principalis concluſio, quæ colligitur ex dicta.l. ſi ſeruus. explicata vt ſuprà ea eſt, Quòd licet inter maritum &

vxorem sit prohibita ea donatio,tamen si maritus donet vxori rem alienam de consensu domini,hæc donatio non est prohibita. Sed obstat,quòd fratres consentientes rem suam donari, prius censentur donasse, & tradidisse partes suas fratri,& ab eo in vxorem fuisse translatas.l.in ædibus.§.pen.ff.de donatio.Ergo cum prius fictè videantur traditæ marito,non debet valere:arg.l. 2. cum gloss. C.de dote cauta.Augetur difficultas ex l.3.§.fina.cum.l.sequent.ff. de donatio. inter virum,vbi probatur, quòd si is, qui marito volebat donare,de consensu illius dedit vxori,non valet datio:quia fictione iuris, priùs videtur datum marito,& ab eo breui manu in vxorem trãslatũ.Ergo pariter non valebit,si id quod mihi censetur donatum, breui manu in
22 vxorem transferam.† Cui tamen difficultati respondendum est,quòd fratres qui prius videntur donasse marito,iuxta.l.in ædibus.9.§.pen.ff.de donatio. ita cẽsentur donasse, vt ipse donatum non retineat in suo patrimonio, sed in vxorẽ transferat:vnde ea ficta donatio, quæ ei censetur facta,non debet esse in consideratione,quoad effectũ vt ea res donata,censeatur fuisse in eius dominio:arg. l.qui sic. ff. de solutio.&.l.fina. C. de bonis quæ liberis. Cùm igitur non videatur donasse vxori suum, sed alienum,valebit donatio: text.est.l. profectitia.5.§. hoc & in matre.ff.de iure dotium:quam ad id notat Bart.l.2.§.1.num.2.ff. de donatio. Palacius rep.rubric. §.48. num.2.
23 Et confirmatur, quia consentiens rem suam donari per alium, magis videtur donare,quàm ille,qui re vera donat. l.in ædibus.9.§. pen.ff. de donation.Neque repugnat l.3.§. fina.ff. de donation.inter virum. quia eo casu alius volebat donare marito, vt perpetuò ea res remaneret in eius patrimonio: & maritus magis voluit acquiri mulieri, & in eius transire patrimonium, & ex hoc resultat donatio prohibita:& aliud est,quam do quis donat marito,vt statim in vxorem transferat:nam hæc momentanea acquisitio, quæ fit marito, non facit,vt ille videatur donasse suum, sed potius alienum.Ad quod expendo.l.si liqueat. ad finem.C. de inoffic. donation. vbi text. probat,quòd si maritus donauit vxori inualidè, & illa de consensu mariti donata transtulit in filium emancipatum,consideratur ea donatio, ac si esset profecta de bonis mariti: & sic probat,quòd vbi res mea donatur per aliũ de meo consensu,ea donatio mihi accepto fertur, & de bonis meis videtur profecta,& non de bonis illius, qui donationem fecit de meo consensu: notant Bart.& Baldus ibi num. 1. Aretin. consilio. 128. nume. 7. Sed aduertendum est, quòd imò dict.l.si liqueat. fortiter induci potest aduersus supra tradita: nam videtur probare,quòd si maritus tempore matrimonij dedit aliqua vxori, vt ea transferret in filium emancipatum,non valet ea donatio,& tamen iuxta supra tradita debuisset valere,si ea acquisitio momentanea non esset in consideratione,& consequenter non inducerет donationem prohibitam: circa quod laborat Bart.l.2.§.1.nume. 2.ff. de donatio.Sed facilè respondetur,non constare ex litera dict.l.si liqueat.donatum esse per maritum mulieri, ea conditione,vt in filium emancipatum transferret.Quare intelligendum est, quòd simpliciter ei donauit, & ideò præsupponitur,non valuisse donationem:† posteà autem vxor sibi simpliciter donata transtulit in filium emancipatum de consensu mariti:& hoc casu probat dict. l. si liqueat, huiusmodi donationem acceptoferendam esse marito,de cuius voluntate facta est. Quia licet secundùm veritatem & verba donationis, vxor proprio nomine eam donationem fecerit filio emancipato. Paulus consil.330.nume.3.lib.1.tamen attenta iuris dispositione, ea donatio magis



magis acceptofertur illi, de cuius consensu facta est,quàm donanti,quia eam statim debuit in alium conferre d.l. profectitia.§.hoc & in matre. ff. de iure dotium.l.in ædibus.§. penul.ff. de donationibus videtur enim tunc donator electus, tanquam nudus minister ad faciendam illam donationem illi, in quem dominus voluit eã transferre:argumento.l.Suspitius.ff.de donationibus inter virum. Expẽditur autem in dict.l. si liqueat.donationem à principio factã vxori non valuisse,neque exiuisse mariti patrimonium,quia aliàs videretur profecta quoad filium emancipatum, à patrimonio mulieris, & sic non procederet decisio dict.l.si liquæt.Tertia cõclusio ex dict.l.si seruus.ea est,quòd maritus nõ potest auocare ab vxore partes, quas fratres habebant in seruo communi, donato fatris vxori.Ex quo Romanus consil.172.num.2.colligit,quòd id quod fratres donant vxori fratris,non censentur donasse contemplatione fratris: nam si ea contemplatione censeretur donasse, maritus quasi à se datum reuocare posset:argumento.l. sed si plures.§. in arrogato.ff.de vulgari. Et idem tenent alij, quos refert Alciat.de præsumptionibus. reg.1.præsump.18.& Zasius libro.2.singul. intellectuũ,c.9.à n.5. & multos idẽ tenẽtes,eorũ repetẽs rationes,cõmemorat Palac.repetitione rubricæ.§.44. Quibus adde Guidon. consil. 111.nume.2. & hanc videri magis communem asserit Beroius consil.62.nu.23.lib.1.& late defendit Menochius de præsumptionibus.lib.3.præsumptione. 26. à num. 17.
24 In contrariũ tamẽ vrget doctrina Bart. l.sed si plures.§.in arrogato.in. fine.ff. de vulgari.vbi tenet, † q̃ si cognati mariti dẽt aliquid vxori,credũtur dedisse contẽplatione mariti,ita vt soluto matrimonio,maritus illud recuperabit quasi à se datum,vel etiã hæredes eius:subscribũt Alexander & Iason col.fina.dict.§.in arrogato. Deci.l.vt liberis.nume.23.C.de collationibus.& defẽdit Corne.cõsi.81. à nu.39.lib.1.& asserit receptũ Roland. consil.10.nu.11.lib.1.Viuius lib.2. communium,opinione.93.& late confirmat Palac.repet.rubric.§.45. Iulius Clarus §.donatio.q.10.nume.2.& Tobias Nonius consil.91.à num.6.Et vrgenter videtur probari in d. §.in arrogato. vbi datũ à cõsanguineis patris arrogatoris,videtur datum eius contemplatione, ita vt videatur ex eius bonis processisse.Neque satisfacit responsio Alciati de præsumptionibus regula.1.præsumptio.18. ad finem.quòd filius erat in potestate arrogatoris, & ei iure potestatis acquirebat donatum:quia vt ibi aduertit Cumanus num.3.text.loquitur, quando datũ est impuberi post mortem patris arrogatoris:nam aliàs si in vita eum emanciparet,extingueretur pupillaris.l.cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulgari.& sic frusta quæreretur,quæ ad substitutum debeãt pertinere.Neque etiam fauor pupillaris aliquid facit,nam tex.generaliter loquitur, & sic potest etiam intelligi, quando etiã pater naturalis fecit substitutionẽ pupilarẽ filio,iuxta.l.causa cognita.ff.de vulgari,& sic nulla est ratio, cur magis vni substituto debeamus fauere, quàm alteri: & tamen d.§ in arrogato.probat,semper videri profectum ex bonis patris arrogatoris,ac ob id pertinere ad substitutũ per eũ datũ:& de materia videdus est Menoch. de præsumptioni.lib.3. præsumption.26.à. nume.13. Qua retenta opinione, non obstabit textus dict.l.si seruus.in fine:quia imprimis est aduertendum, quòd tex.ille tantùm dicit, quòd vxor non tenetur portiones fratrũ reddere maritò: quod est intelligendũ, quando cõstante matrimonio maritus vult reuocare:non autem negat, quòd post solutum matrimonium non teneatur vxor illud reddere: & ideò Bartelus. dict.§.in arrogato. nume.3. in fine signanter dicit, post solutum matrimonium, maritum posse reuocare donata mulieri

mulier per cognatos mariti,quasi cõstãte matrimonio reuocare non posit.Et est ratio differentiæ, quia licet dicamus, contemplatione mariti fuisse factam donationem;atque ob id per eum videri factam vxori: tamen cum facta fuerit de re aliena,& quæ nunquam fuit in bonis mariti, non resultat donatio prohibita: & ideò constante matrimonio, non est licita reuocatio: cæterum post solutum matrimonium reuocabitur: quia quid quid permaritum donatũ videtur vxori, post solutum matrimonium ei restituendum est.l.à marito.18.C.de donatio.inter virum.Sed quanuis prædicta responsio in se vera sit: tamen nimis restringit generalitatẽ d.l.si seruus.in fine, & ideò ad veram resolutionem distinguendum est: aut enim cognati mariti directò donant vxori,& procedet doctrina Bart. d.§.in arrogato,explicata vt supra:aut verò maritus donat vxori rem communẽ, de consensu cognatorum,& procedit generalitas d.l si seruus. Et ita hos casus in materia distinguunt Corne.consi.81.n. 42.lib.1.Alex.d.§. in arrogato. col.fina. vers.neque obstant iura. Iason.l. vt liberis.num.18.C.de collatio. Roland. consil.10.num.11.vers.non obstat tex.lib.1. Tobias Nonius consil. 91. nume.9. Menochi.de præsumptio.3.parte. præsumptio.26.nume.17.Et vltra alios ratio differentiæ est, † quia primo casu cum cognati videantur donare contemplatione mariti,debet considerari illud,quod dederunt,tanquam datum à marito.Sed quando maritus donat vxori de consensu fratrum,clarum est ;quòd donat contemplatione vxoris:vnde & fratres consensum adhibentes prædictæ donationi, eundem animum videntur habere, & ideò cessat regula d.§.in arrogato,cui locus nõ est,vbi fortior præsumptio suadet contrarium.Rota decisio.1.nu.8.de donatio.inter virum.in antiquiorib. Palac. rep.rub.§.45.à num. 13. Rolandus consili.10.num.10.lib.1.Menoch.consil.40. num.21.lib.1. Cũ igitur hoc casu fratres censeantur censensisse, & donasse contemplatione vxoris fratris,& nõ sint prohibiti illi donare,meritò maritus nũquam per eos donatum reuocare poterit.l.si re in vacuam.23.C.de donatio.inter virum .Et declarando prædicto modo,cessat replicatio, quam aduersus distinctionem supra relatam facit Alciat. de præsump.reg.1. præsump. 18.nu.1. His ita expeditis quæ pertinebãt ad intellectum d.l.si seruus.restat videre illud quod supra proposuimus,vtrùm conclusio illa,quam ex ea deducit gloss. 1. hîc, scilicet quòd propter coniunctionẽ sanguinis,pręsumatur donatio , sit in se vera?Et resoluendum est , regulariter veram non esse:quia verius est,propter solam coniunctionem non esse præsumendam donationem,vt supra probauimus: & ibi respondimus ad d.l.si seruus,quod maximè recipiendum est in dote,quam non debet videri mulieri voluisse donare,iuxta rationem.l.1.ſ. eod.Et hinc est q̃,licet,quãdo quis mihi donauit, facilè præsumatur remunerandi animus.l.si verò non remunerandi §. idẽ Papinianus. ſ.mandati.tamen quando agitur de dote,non habet locum prædicta præsumptio.l. 'dẽque.10. §. si cui.ſ. mãdati Bart. hîc num.6.Claud.num. 5. Bald.Nouellus de dote.7. parte priuileg.11. num.9. Et hinc etiã est, quòd descendens adhibitus ad stipulandum restitutionem dotis ascendentis , non censetur adhibitus animo donandi.l. cum quis decedens.35.§. nuptura.ĵ. delegatis.3. Bart. tractatu de duobus fratribus. ad finem. † Baldus.l.filiæ cuius.num. 16. C.familiæ erciscundæ.Et pari ratione si ascendens adhibeatur ad stipulandum restitutionem dotis descendentis, non videtur adhibitus animo donandi.l. post dotem . ĵ.eodem,secundùm intellectũ Bulgari relatum ibi per Bart.n.10.& ita in specie traditionem glo. hîc,quòd donatio præsumatur propter solam coniunctionem sanguinis improbat Bart. hîc num. 5. cum quo alij transeunt, vt asserit Vincent. nu. 15. Ex quibus patet,non esse verũ,quod tradit Bart. hîc d.nu.5.ad finem,quòd si ascendens adhibeat descendentem ad stipulandum dotis restitutionem, censetur eum adhibuisse donãdi animo:allegat.l.donationes.32.§. species &.l.fina.§.fina.ĵ. de donatio.& subscribit Anchart. consil. 22.num. 3. Menoch.de præsumptio. 3. parte,præsumptio.10. in fine : nam id apertè falsum est, vt constat ex supra traditis:& ita in hoc Bart.communiter reprobari asserunt Lancelot. Deci. hîc col.4.ad mediũ.Iason nu.23.& Claud. nu.4.Neque iura adducta per Bart.probant eius opinionẽ: nam d. l. donationes.§. species.ĵ. de donatio. loquitur in casu, quo ascendens aliquat tradidit alteri nomine descendentis ; tunc enim præsumitur id factũ donandi animo: sed quando ascendens adhibuit descẽdentẽ ad stipulandã restituti onẽ dotis, adhibitio excludit præsumptũ donandi animum:& magis videtur adhibitus, vt tanquam procurator ascendentis restitutionẽ dotis stipularetur ; vt est expressum.l.idẽque.10. §.si cui.ſ. mandati:& ita prędictos casus distinguũt Alex. hîc col.2.ad finem Lancelot. Deci.col. 4.ad finẽ.Ias.nu.23.Bolognet. nu. 84.Et vltra eos est ratio differentiæ inter hos casus,quia quando ascendens tradidit aliquid nomine descendentis, & alius eius nomine accepit, necessariò cadit præsumptio donationis:quia tunc non potest videri id factũ mandatorio nomine.Quare et id.l.donationes. §. species.loquatur ,quando ascendens tradidit rem nomine descendentis : tamen idem est,si stipuletur rem propriam nomine descendentis , nam præsumetur donandi animus propter sanguinis coniunctionem,adiuncta regula.l. Campanus.ĵ.de oper. liberto.vt hîc tradit Bart. num.11. & Iason nume. 55. Alciat.de præsumptio.regula. 1. præsumptio. 32. nu.2. † Inde igitur inferri non potest ad nostrum casum,inquo ascendens non stipulatur pro descendente, sed eum adhibet ad stipulandum,nam propter hãc adhibitionem , magis videtur adhibitus tanquam procurator adhibentis , quàm donandi animo; vt hîc aduertit Iason num.23.Roman.l.pen.in princ.num. 3. ĵ.de donatio.Est tamen aduertendum ad perfectam declarationẽ d.§. species. quòd in casu ibi proposito, mater tradidit simpliciter res genero nomine filiæ. Et quando ascendens tradidit aliquod simpliciter descendenti, non præsumitur donandi animus ,sed distinguitur; q̃ si descendens sit in potestate ascendentis,præsumitur traditum ; vt ille habeat in peculio. l. fina.ĵ.de peculio legat.l.quod fructuarius ĵ. de acq. rerum dominio . tradit Bart.l. si donatione.in fine.C.de collatio,&.l.1.§.neque castrẽse.col.pen.ad finem.ĵ.de collatio. bonorum:& si descendens non sit in potestate ascendentis,non potest quidem videri traditum in peculium : quia nomen peculij non cadit in existentibus extra potestatem.l.fina.ad finem.C.de inofficios. testamen. sed censetur traditum in vsum & administrationem, non autem vt dominium in eum censeatur translatum,& consequenter non vt videatur donatum, vt post Bald . & Roman.tradit Corne.authen.ex testamento.nu.41.C.de collatio.& defendit Deci.l.si donatione.num.38.post medium. eo.tit.quãuis Ang.ibi in fine existimet, in his terminis simpliciter traditũ videri donatum,& subscribat Alex.ibi num. 15.ad finem. & asserat receptum Corne.consil.228.nu.12.lib.4.Iuxta hæc igitur dicendum est , q̃ in specie d. §. species, cum mater( quæ filiã non habet in potestate.§.fœminę Instit.de adoptio.) ei simpliciter tradiderit, videatur tradidisse ad vsum & administrationem , nõ autem donandi animo.Sed defendẽdo

decisionem Iureconf.d.§.species .dicẽdum est, in hac materia multum interesse, vtrùm quid directò tradatur descendenti,vel tradatur alteri nomine descendentis.Primo enim casu procedunt supra relata in argumẽto:in secundo autẽ casu procedit d.§.species.Et est ratio, quia quãdo traditur alteri nomine filiæ, prius videtur traditum filiæ, & per eam breui manu in maritum translatum.l.3.§.fin.ff.de donatio. inter virũ .Ratione igitur istius geminatæ traditionis præsumitur donandi animus,vt aduertunt Galeaul.in rub.num.62.ff.de verbo. oblig.
28 Exea de pactis.nu.65.† Sed non placet: quia cum ea traditio,quæ videtur facta filiæ,sit momentanea,non debet esse in consideratione.l.qui sic.ff. de solutio.& supra diximus.Et ideò Menoch.lib.2.de arbitrarijs,casu.88.num. 34.dicit,in d.§. species constare, res per matrem filiæ fuisse donatas,& quia posteà tradiderat genero nomine filiæ,vt essent extra dotem,neque declarauit ad quos vsus traderet, dubitabitur,vtrùm ea traditio tãquam incerta reuocari posset?Sed etiam non placet: quia Iureconf. apertè dicit, propter illam simplicem traditionem,videri res donatas,quasi aliter non constaret de animo donandi nisi per solã traditionẽ.Et ideò melius respõdetur,q̃ in casu d.§.species.traditio nõ fuit simpliciter facta,sed in ea expressũ est,vt res illæ traditæ essẽt extra causam dotis: & natura rerũ traditarũ extra dotẽ,ea est,vt dominiũ earũ cẽseatur esse vxoris, & maritus illarum habeat vsum & administrationem.l.si ego .10.§.dotis.ff. de iure dotiũ. l.hac lege.C.de pact.cõuentis.Menoch. consil.56.à n.5.lib.1. Cũ igitur ex causa expressa constet,dominiũ translatũ esse in filiam, meritò inducitur præsumpta donatio:ampliando vt per Bald. l. cum virum.nu.14.C.de fideic.& sic bene probat d.§.species.quod ex eo collegit Bart. ibi,quem sequuntur Curt.Iunior consil. 38.nu.5.Capic.decisio.188.à nu.2.quicquid repugnet Menoch.lib.2. de arbitra.casu.88 nu.35. Vnde facile defendi posset,quòd si simpliciter esset traditũ nomine filiæ, nulla causa expressa,non censeretur donatum filiæ, neque dominium in eã translatum,sed potius cõcessum in vsum & administrationem,iuxta supra tradita:& facit. l. nũquam nuda.ff. de acq.rerum dominio.& quæ Alex. l.si donatione.num.16.C.de collatio.Veritas tamen pendet ex supra relatis,vtrùm simpliciter traditũ descendenti,qui nõ est in potestate,videatur datũ,vt dominium transferatur,vel solùm ad vsum & administrationem.Præterea neque pro Bart.opinione,quã reprobamus,vrget.l. fina.§.fina.ff.de donatio. quia in eo tex. multa concurrebant, ex quibus deducitur præsumpta donatio.
29 Nam primò auus,& sic ascendẽs,dedit mutuum nomine nepotis,& sic descendentis.Item & vsuræ fuerunt receptæ per auum nepotis nomine, & præterea auus tradidit mutui instrumentũ nepoti,vt colligitur ex d.§.fin. 2.adiuncta secũda responsione gloss.ibi verb. eius.quod etiam multum facit ad præsumendam donationẽ. arg. l.1. C. de donatio . Propter igitur hæc tria simul concurrentia,præsumitur donandi animus:quòd si vnum ex illis deficiat,contrarium erit dicendum; & ita Lancelot Deci.hîc col. 5. post princ. & Bolognet.num.84. Cæterum verior intellectus est,quòd in specie d.l.fin.§ fin. auia dedit mutuum nomine nepotis: & cum mutuum non dicatur, nisi dominium in accipientem transferatur.l.2.§. appellata.ff.si certum petat. non potest videri dominium translatum in accipiẽtem,nisi prius fingatur, dominium esse nepotis,cuius nomine mutuum factum est. l.3. §. final.ff. de donationib. inter virum .l.certi cõdictio.§. si numos.& ibi Paul.nu.2.ff.si certum petat.& sic in effectu cõtractus videtur factus nomine nepotis, & traditio,siue translatio prius ei videtur facta:& quando ascendens non solùm



solùm contrahit nomine descendentis, sed etiam ei tradit, vel eiusdem nomine facit traditionem:semper inducitur præsumpta donatio.l.2.C.si quis alteri,vel sibi. & docet Bart. hîc.num.12.Alex.nu. 19.ad finem.Bald l.filiæ cuius. num.16. C.famil.erciscũ.&.ff.latius dicemus.Vnde ex d.l.fina.§.fina.secundùm prædictum intellectum colligitur notabilis conclusio,quòd licet quando quis mutuat pecuniam nomine alterius, iuxta terminos d.l.certi condictio.§.si numos.ff.si certum petat. non videatur donare,ac ob id pecuniã posit ab eo repetere per actionẽ mãdati,vel negociorũ gestorũ, vt ibi tradit Paul.nu.5.tamen si ascendẽs mutuat nomine descẽdẽtis:quia virtualiter eius nomine contrahit, & præterea ei tradit,præsumetur donandi animus:& ita expressè Deci.d.§. si numos.num.8. Qui tamen in contrarium expendit verba d.l.fina.§.fina.ff.de donatio.ibi. Cum debitor Labeoni obligatus esset.quibus verbis videtur innui,non aliàs in eo casu præsumi donationem,quàm si vlterius debitor se obligauerit nepoti cuius,no-
30 mine mutuum factum est.† Sed facilè respondetur,ea verba non pertinere ad præsumptionem donationis:nam ea sufficienter inducitur ex mutuo facto nomine nepotis,vt supra diximus, sed potius pertinent ad effectum, vt perfecta dicatur donatio: nam est sciendum,isto iure.ff.non dici perfectam donationem, id est irreuocabilem, & ex qua daretur actio,nisi traditione,vel stipulatione cõfirmaretur,vt colligitur ex.l.si quis argẽtum.§ pen.C.de donatio.&.§.perficientur.Instit.de donatio.tradit.gloss.l.fin.in princ. verb.portionibus.ad finem. ff.de donatio.& Corne auth.ex testamento. num.37.de collatio.iuxta quod videbatur dicendum, quòd cum in specie. d.l. fina.§.fina.donatio illa tacita,neque traditione,neque stipulatione esset confirmata,quòd nõ diceretur perfecta,neq; ex ea producetur aliquis effectus efficax.Contrariũ tamen deciditur quia cũ speciale sit in mutuo facto nomine alterius, quòd illi etiam absenti quæratur actio. d. §. si numos. perinde habendũ est,ac si interuenisset stipulatio, per quã debitor accipiens expressè se obligaret: & ita Roman.& Imol.d.l.fina.§.fina Ad detu,& quia tacita illa donatio,traditione,saltem ficta,videtur confirmata:nec enim in accipientẽ dominium transferretur,& cõsequẽter nec ipse remaneret obligatus, nisi fingeretur dominiũ esse translatum in nepotem, & ab eo breui manu translatum in accipientem ,iuxta l.3.§.fina.ff.de donatio.inter virum.& supra diximus .Ex tex. igitur in d.l.fina. §. fina.ita explicato constat,non bene eius mentem percepisse Bart.hîc. nu. 11. & num.12.ad finem .Iason.num. 55.&.nu. 58.ad finem dum dicunt, ideò in specie d.l.fina.§.fina.præsumi donandi animũ, quia ascendens stipulatur rẽ propriã restitui descendenti,sentientes,quòd licet quando ascendens facit contractum nomine descendentis super re aliena, non videatur donare, vt significat.l.2. C.si quis alteri,vel sibi.& asserit receptũ Corne.auth.ex testamento.num.32. C.de collatio.Menoch.de præsumptio.3.par. præsumptio.30. num.7. tamen propter solũ contractũ factũ super re propria per ascendentem nomine descẽdẽtis,præsumetur donatio:hæc enim conclusio nõ videtur vera;quia potuit interponi nomen descẽdẽtis,ppter diuersas causas,& non animo donãdi:arg.l.si filij.16.C.de donatio.inter virũ,& in specie Anchar. cõsi.32.n.10.Neque repugnat d.l.fina.§. fina.ff.de donatio. quia procedit in mutuo,in quo & contractus fit nomine descendentis,& ei simul videtur facta traditio:propter quæ duo simul præsumitur donandi animus.l.2. C.si quis alteri, vel sibi.† Vnde etiam pariter corruit, quod
31 per d.l.fina.§.fina.tradit Bart.hîc.nu.12. ad finem,quòd si ascendens faciat contractum nomine descendentis, perquẽ

descēdēti quæratur actio, præsumitur donandi animus: subscribit Bald. auth. ex testamento. num. 7. C. de collatio. Iason hic num. 58. ad finem. hoc enim nō probatur in d. l. fin. §. fina. quia vt s. diximus in eo tex. quæri actionem descendenti, non expenditur ad inducendam præsumptionem donationis, sed tantùm ad id quòd perfecta censeatur donatio. Denique ex prædictis infertur, cauendum esse à Bart. l. frater à fratre. n. 13. & ibi Socin. nu. 25. Crot. nu. 4. s. de cond. indeb. dū securè dicunt, quòd si filius mutuat propriam pecuniam nomine patris, nō præsumitur donandi animus: quod & tenet Alex. hic num. 18. ad finem. Sed confunditur per d. l. fina. j. de donatio. nam prout si ascendens mutuat nomine descendentis, videtur mutuasse animo donandi, idem etiam admittendū est, si descendens mutuet nomine ascendentis, iuxta æquiparationem. l. nam etsi parentibus. s. deinof. testa. quam æquiparationem in proposito admittit Roman. hic num. 18. quidquid eam neget Alex. hic nu. 18. ad finem. Et iuxta hæc venit explicandus tex. l. pen. in princ. j. de donatio. nam pater ibi mutuauit nomine filij, & tamen tex. requirit, quòd cōstet id animo donandi fuisse factum, quasi in dubio hoc non præsumatur, vt ibi expendit Castrens. Inuenio quòd Lancelot. Deci. hic col. 7. ad finem respōdet, quòd ideò ibi non præsumitur donandi animus, quia pater posteà adhibuit filiū ad stipulandum, ex quo creditur adhibuisse illum tanquam mandatariū: arg. l. idēque. 10. §. si cui. s. mandati, & ideò in ea specie requiritur animus donandi. Sed non placet: quia si ex mutuo facto nomine filij, præsumitur donatio, nō debuit præsumptio hæc variari ex eo, quòd filius est stipulatus: neque enim debet
32 præsumi mutatio voluntatis. l. eum qui. s. de probatio. † neque stipulatio quam filius facit ad suam vtilitatem, debet retorqueri in eius odium. l. quod fauore, C. de legib. & in specie est tex. l. cū maritus. 29. §. fina. s. de pactis dotalibus. secundùm intellectum supra asignatum. Veriùs ergo dicendum est, quòd in d. l. pen. in princ. j. de donatio. non agitur de præsumenda donatione, sed tātum de eius perfectione, ita vt non possit reuocari, & efficaciter ex ea agatur. Corne. auth. ex testamēto. n. 37. C. de collatio. & quoad hoc dicit indubitabile esse, in mutuo cēseri perfectam donationem, si filius stipulatus est mutuum sibi reddi; ea ratione, quia tunc in quocunque alio contractu etiam perfecta eo casu censeretur donatio, vt colligitur ex. l. si quis argentum. §. pen. C. de donatio. & significat in mutuo etiam absque filij stipulatione perfectam posse dici donationem: quia cum speciale sit in mutuo, vt ex eo facto nomine meo mihi queratur actio. l. certi condictio. §. si numos. s. si certum petat. & sic accipiens efficiatur debitor filij, cuius nomine fuit datum mutuum; hoc sufficit, vt perfecta dicatur donatio; quātūcumque filius non esset stipulatus, vt est expressum. l. fina. §. fina. j. de donatio. Cùm igitur in d. l. pen. de hoc principalis fuerit dubitatio, quoad alia absque diuinatione pręsupponi possunt termini habiles: & sic est dicendum, quòd in d. l. pen. ideò fit mentio, quòd mutuum fuit factum donandi animo, quia sic de facto euenit: sed etsi non constaret de animo donandi, adhuc in dubio is animus esset præsumendus, vt est expressum. l. fina. §. fina. j. de donatio. explicata vt supra: vnde meritò Paul. d. l. pen. dicit, ibi supplendā esse dictionē, Maximè. Præterea & ex prædictis venit explicandus tex. l. Publia. in princ. s. depositi. vbi tex. probat, quòd si mater deposuit res apud aliquem, ea conditione, vt si ipsa morere tur, res depositæ traderentur filio, quòd ex eo pacto filio competet actio ad repetendum depositū: Ratio est, quia præsumitur, matrē velle illud depositum donare filio: vt hic tradit Bart. num. 11. ad finem



finem. Bald. auth. ex testamento. num. 7. C. de collatio. Cū enim in deposito & contractus, & traditio fiat nomine filij, præsumendus est donandi animus. l. 2.
33 C. si quis alteri, vel sibi. † maximè cum depositum esset collatum post mortē matris, deponentis nomine filij; quo casu faciliùs præsumitur donatio inter coniunctos. d. l. cum maritus. 29. §. fina. s. de pactis dotalib. Vnde ego colligo in specie d. l. Publia. non potuisse facere dubitationem, vtrùm depositum videatur factum donandi animo; id enim erat expeditum per supra tradita, & pro constāti præsupponit Iureconf. item neque potuit esse dubitatio, vtrū ex eo pacto quæ rere tur actio filio: nam cum pactū illud esset factū super re deposita, quæ remanebat in dominio paciscentis, expeditū erat, ex eo pacto quod fiebat super re sua, alteri posse quæri actionem vtilem. l. pen. in fine. C. ad exhibendū. tradit Bart. l. Gaius. nu. 4. j. eod. & l. quod dicitur. num. 8. j. de verbo. obligatio. defendit Deci. l. certi cōdictio. §. quoniam. num. fin. s. si certū petat. Vnde in d. l. Publia. ea propria fuit dubitatio, quam præstringit Fulgos. ibi ad finem, quòd res depositæ per mulierem, præsumebantur ad maritū pertinere, iuxta. l. Quintus. 52. s. de donatio. inter virū, & ideò in d. l. Publia. dubitabatur, vtrùm depositarius teneretur restituere res depositas filio mulieris deponentis, secundùm pactum? an verò marito, cuius esse præsumebantur? & determinat Iureconf. eo casu filio esse restituendas: quia vt ex litera constat, res depositę erāt restituēdę filio suscepto ex alio matrimonio, & præsūptio d. l. Quintus. cessat, quādo ea mulier iā alteri nupta fuerat; nā cū tūc potuerit licitè bona quærere extra dotem, cessat tunc præsumptio d. l. Quintus. expresse Angel. cōsil. 141. ad finem. Quare si in specie d. l. Publia, mulier vni tantùm marito nupta esset, quia tunc præsumuntur res quę sitæ ex bonis mariti, marito potius, quā filio essent restituendæ, iuxta regulam. l. bona fides. s. depositi, & est expressum. l. etiam. 6. infine. C. de donatio. inter virum. Et notabis q̄ in specie d. l. Publia. coniunctio sanguinis efficit, vt res depositę in vtilitatem filij, videantur donatę:
34 † aliud enim erit in alijs: neque enim præsumetur donatù, si quis deponat nomine alterius res proprias, vt est expressum. l. donationes in concubinam. 32. §. pen. & ibi glo. & Paul. j. de donatio. quāuis & deponēs nomine prædicti vsuras acciperet Paul. l. pen. in princ. ad finem. j. de donatio. quidquid contrarium teneat idē Pau. l. fin. §. fin. j. de donatio. Quinimo ex generalitate d. l. donationes in concubinam. §. pen. colligitur, id procedere etiā inter coniunctos: nam & DD. ad præsumendam donationem in prædictis terminis restringunt se, quando id fit ab ascendente in fauorem descendēntis; quasi aliud sit in alijs coniūctis, vt hic resoluit Alex. num. 18. Vnde cauendum est à Paul. l. Publia. in princ. nu. 4. s. depositi. dum sentit, prædicta procedere inter quoscūque coniūctos sanguine: allegat. l. etiam. 6. C. de donatio. inter vir. hoc enim ex præcedentibus confunditur. Neque pro eo facit d. l. etiam. quia gloss. ibi verb. intelligat. Bart. & Salic. in princ. sentiunt ibi non præsumi donationem, nisi de hoc patuerit; & sic retorquetur aduersus eum. Quia tamen tex. magis videtur innuere, quòd si maritus res proprias deposuit nomine vxoris, videtur habuisse animum donandi, respōdendum est tex. specialiter procedere, quādo maritus deponit res proprias nomine vxoris, tunc enim præsumitur habuisse animum donandi: quia inter coniuges facilè præsumitur donatio, ex ratione. l. 2. s. de donatio. inter virum. vnde ex eo tex. non potest inferri ad alios coniunctos, vt in specie aduertunt Alex. hic num. 18. Iason. nu. 56. Andreas Angulo tracta. de melioration ib. l. 3. glo. 4. num. 45. Et vltra eos ratio est, quia inter coniuges

coniuges si maritus contrahit nomine vxoris, & ei fiat traditio, præsumitur donandi animus. l. si filij & ibi Bart. C. de donatio. inter virum. & vxorẽ. Roman. hîc num. 20. & tamen aliud dicendum est in quibuscũq; coniunctis, qui nõ sint
35 descendẽtes: vt statim dicemus. † Ex his igitur ita deductis colligendũ est, quod vbi ascendens contrahit nomine descẽdentis, & simul tradidit: videtur habuisse donandi animum. l. 2. C. si quis alteri vel sibi. Bart. hîc num. 12. Paul. num. 11. & alij communiter. Menoch. de præsumptio. 3. parte, præsumptione. 30. num 8. Quia tamen is articulus est in olutus, ad illius explicationẽ duo casus distinguendi sunt. Primus, est quando ascendens contrahit nomine descendentis super re sua, & eius nomine facit traditionẽ: & his duobus cõcurrentibus prę
36 sumetur donandi animus. l. fin. §. fin. ff. de donatio. l. Publia. in princ. ff. deposito explicata vt supra Aretin. l. quod dicitur. col. 7. in princ. ff. de verb. obligatio. & in his terminis idẽ erit, si id maritus faciat nomine vxoris. l. etiã. 6. secũdũ vnũ intellectũ. C. de donat. inter virũ. & diuersũ erit in alijs cõiũctis, vt supra diximus. Secundus casus est, quando pater cõtrahit nomine descendentis super re aliena, & ei tradit, vel passus est per aliũ tradi, & tunc etiam præsumetur donandi animus. l. 2. C. si quis alteri vel sibi. vbi tex. probat, id procedere, etiã si res empta nomine filij, immediate non tradatur ei, sed patri: nam si posteà eandem rem pater tradat filio, vel patiatur eum esse in possessione prædictæ rei, videtur habere donandi animum: notat Paul. l. quanuis. num. 1. in fine. C. si quis alteri vel sibi. Sed circa hunc casum est aduertendum, quòd donatio hoc casu non consistit in rebus emptis nomine filij, & ei traditis: nam hæ res cum sint alienæ, & nunquam fuerint effectæ patris, non potest in illis donatio cõsiderari. In prædicto igitur casu donatio consistet in pretio quod pater soluit pro filio: nam emendo pro filio, & patiendo ei tradi, videtur ei pretium donasse, & ita expresse Paul. l. 1. nu. 2. in fine. C. si quis alteri vel sibi. & est demente Bart. hîc n. 12. & aliorum cõmuniter. Qui quidẽ casus pariter procedet in marito respectu vxoris: nam si maritus emat nomine vxoris, & ei patiatur fieri traditionem, præsumetur animus donãdi pretium: ita videtur probare tex. l. si filij. secundũ Bart. intellectũ. C. de donatio. inter virũ. l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. nã quod dicitur in descẽdẽtibus respectu ascẽdẽtis, idẽ dicendũ est in vxore respectu mariti ex ratione. l. 2. ff. de donatio. inter virũ, & tradit Alex. hîc n. 18. Iason. nu. 56. † Sed aduertẽdũ est, in cõtrariũ vrgere authoritatẽ glo. fina. l. etsi de tua. 9. C. de donatio. inter virũ. quæ vult pretiũ nõ videri donatũ, nisi sit paruę quãtitatis: allegat l. vtrum. cum ibi notatis. ff. de donatio. inter. & ibi Salic. nu. 3. & idem tenet gloss. 2. ad finem. l. si filij. 16. C. de donatio. inter virum. & ibi Salic. n. 6. Consonat traditio Bart. l. pen. in princ. ff. de donatio. q; tũc demũ inter ascẽdẽtes, & descendẽtes pręsumitur donatio, quãdo agitur de parua quantitate: allegat. l. quæsitum. §. sed & ipse. ff. de fundo infruct. Bart. tract. de duobus fratrib. n. 31. Bald. n. 5. & Alex. nu. 15. l. si donatione C. de collation. & in specie probat Alex. hîc col. 2. ad fina. Vincent. n. 27. & late cõfirmat Andreas Angulo de melioratio. l. 3. gloss. 4. à num 77. Pro concordia dicendum est, quòd si maritus emit nomine vxoris, & illi facta est traditio, præsumitur donasse pretium: quia in alio non potest consistere donatio, vt supra declarauimus: & ita procedit tex. l. multũ interest. C. si quis alteri, vel sibi. Si verò mulier emit suo nomine, ita vt deficiant requisita, de quibus supra: tunc si pretium maritus pro ea soluat; non præsumetur donasse pretium, nisi sit in parua quantitate, iuxta supra tradita. Pro qua distinctione videtur



tur text. l. si filij. 16. C. de donation. inter virum. nam secundùm intellectum Bart. quem latius explicat Salic. num. 2. probat tex. quòd si maritus emit nomine vxoris, & tamen marito facta est traditio, præsumitur, nomen vxoris simulatè fuisse scriptum in instrumento, & reuera venditionem ad mariti vtilitatem fuisse celebratam: quo casu frustra quæretur de pretij repetitione, cum res illa sit in dominio mariti, qui pretiũ soluit. Si autem maritus emit nomine vxoris, & ei passus est fieri traditionem, tunc præsumitur donatio: quod non potest intelligi de ipsis rebus, quæ nunquam fuerunt mariti effectæ, sed tantum quoad pretiũ quod maritus soluit:
37 nam videtur vxori donasse illud. † Vnde & dictum Bart. l. pen. ff. de donation. verum non est, quia semper pretij solutio censetur facta animo donandi. l. 2. C. si quis alteri vel sibi. nisi ex magna quantitate & numero liberorum contrarium colligi posit, vt notab. explicat Imol. l. penult. ff. de donatio. Sed aduersus hanc resolutionem nimis vrget. l. Vxori. 32. §. fina. ff. de leg. 3. vbi si maritus
38 soluit pro vxore, præsumitur donandi animo id fecisse, quandiu contrarium non probatur: & idem etiam videtur probare text. in. l. quod autem. 8. §. generaliter &. §. si vxor. ff. de donat. inter virum. Ergo sola coniunctio, efficit vt solutum pro coniuncto, videatur donatum: & ita Salic. l. 1. in fine. C. si quis alteri vel sibi. Sed non est recẽdendum à resolutione supra tradita. Neque obstãt adducta in contrarium: nam ad. 1. de. l. vxori. 32. §. fina. ff. de leg. 3. respondet gloss. fina. ibi, esse text. intelligendum, quando illud quod maritus soluit, erat paruæ quantitatis; aliàs secus: & sic consonabit cum nostra resolutione: & subscribunt relati per Menochiũ lib. 2. de arbitra. casu. 88. num. 50. Sed quia hæc responsio nimis restringit generalitatem illius text. respondetur, text. non dicere, quòd solutum per maritum ad luendum pignus vxoris, præsumatur factum animo donandi, vt male accepit Alciat. de præsumption. regu. 1. præsumptio. 32. num. 2. imò magis sentit contrarium, cum conditionaliter requiratid esse factum donandi animo. Tantùm ergo dicit, quòd stantibus verbis legati ibi expressis, censetur in dubio testator ex causa fideicommissi legasse vxori, quod causa donationis pro ea soluerat. Rationem autem esse dicunt gloss. fina. ibi, Bartolus, Alberic. & Florian. quòd testator vsus est verbo Concesserit. quod donationem importat: & sequuntur plures relati per Menoch. lib. 2. de arbitra. casu. 88. num. 30. Quæ tamen ratio, neque verbis, neque menti Iureconsul. conuenit, qui apertè sentit, quòd si ex causa donationis maritus nõ luisset pignus, tunc per verba ibi expressa non censeretur legata quantitas quam pro vxore soluit: & tamen secundùm rationẽ gloss. & Bart. etiam eo casu quantitas debuit videri legata, vt ibi aduertit Cuman. Et ideò verus intel
lectus est, † q; ibi verba legati necessariò non continebant pecuniam solutũ pro luendo pignore vxoris: nã cõtinebant, legari quod peruenit ad maritum, instipulatum vè eius, ex bonis vxoris quæ verba non conueniebant luitioni pignoris, per quam nihil concessit in bona mariti, in stipulatum vè eius ex bonis vxoris: cũ pignus liberatũ remaneret in dominio vxoris, vt antea erat: quia tamen agebatur de paruo præiudicio hæredis, quia etsi non induceretur fidei commissum; tamen donatio morte mariti confirmata pertinebat ad vxorem. l. ex verbis. C. de donatio. inter virum. verba legati ita accepta sunt, vt cõtinerent solutam quantitatẽ animo donationis. Quòd si nõ donationis animo fuisset solutum, tunc cum prædicta verba necessariò non contineant quantitatem solutam ratione pignoris, non obstante

ſtante legato,hæredes mariti quantitatem ſolutã repetere poſſunt: & hic videtur verus illius tex.intellectus, circa quẽ late inſiſtit Andreas Angulo tracta de melioratio.l.3.glo.4.à n.63. &Menoch. lib.2.de arbitrar.caſu. 88.n.30.&.n.50. Neque etiam obſtat.l.quod autẽ.§. eleganter &.§.ſi vxor.s̃. de donat.intervirũ & vxorẽ.quia intelligenda eſt,iuxta rubricã,quando conſtabat de animo donãdi:& tantum dubitabatur ibi, quatenus mulier propter donationẽ mariti teneretur:vt aduertit Andre.Angulo de melioratione.l.3.glo.4.nu.61. Et ex hac re ſolutione ita defenſa venit explicandus tex.l.1.C.ſi quis alteri,vel ſibi.vbi prædia fuerunt empta pecunia mariti, nomine vxoris,& ei tradita;& inquit tex,quòd ſi hæres mariti confidit ſe pretiũ poſſe repetere,ciuiliter conſiſtat:nã ex prædictis dicendũ eſt, q̃ ſi maritus emit nomine vxoris,& paſſus eſt fundũ illi tradi,in dubio præſumetur donaſſe pretiũ,& ſic hęredi contrariũ dicenti incumbet onus probãdi. Si verò vxor emit ſuo nomine, & pro ea maritus pretiũ ſoluit,in dubio nõ præſumetur donãdi animus:& ſecũdũ hęc venit etiã explicãdus tex.l.etſi detua.9.C.de donatio.inter virũ. Cùm autem prædicta ſpecialiter procedant in aſcendẽtibus & deſcẽdẽtibus,vel inter virũ,& vxorẽ,conttarium erit dicendum in alijs coniunctis:nam etſi coniunctus emat pro coniũcto, & patiatur ei tradi, non videtur pretiũ donaſſe, ſed potius animum repetendi habuiſſe,iuxta regulam generalẽ.l.2.& ibi glo. C. pro ſocio, quã exornat Deci.l.ſi donatione.n. 38.
39 C.de collatio.† & videtur tex.in ſua generalitate.l.donationes in concubinam.
32.§.pen.j̃.de donatio. & eſſe de mente communis aſſerunt Alexan. hîc nu. 18. & Iaſon num.56. In contrarium tamen videtur text. l. cum maritus.29.§. fina.s̃. de pact.dotalib, vbi ſi mulier paciſcitur in fauorem fratris, præſumitur id feciſſe animo donandi,vt hîc intellexit Romanus num.5. quẽ ſupra probauimus. Pro concordia dicendum eſt,quòd quãdo coniunctus aliquid facit in fauorem coniuncti,quod in vita facientis debeat effectum ſortiri,non præſumatur donatio, iuxta magis communem opinionem ſupra relatam: ſed quando paciſcitur in fauorem coniuncti, & hoc pactũ non debet locũ habere, niſi poſt mortẽ paciſcentis, tunc præſumatur donatio. d.l.cum maritus.29.§.fina.s̃. de pact. dotalib.ſecundũ intellectum ſupra aſsignatũ nu.12. & expreſſè Cuman. hîc nu.7. ad finem. Neque repugnat text.in d.l. donationes in concubinã.32.§.pen.j̃.de donatio.vbi depoſitũ fuit factũ nomine alterius,vt poſt mortẽ deponentis illud tolleret: & tamen nõ præſumitur donatio:nã ſi intelligas cũ glo.ibi in penit° extraneo,ceſſat difficultas:ſi autẽ intelligas etiã in coniũcto,iuxta tex. generalitatẽ eſt reſpõdendũ, q̃ ibi alternatiuè pactũ fuit cõceptũ,vt vel deponẽs illud tolleret,vel poſt mortẽ deponẽtis tolleret alius:nã prout ex prima parte pacti cõſtat illud tanquam depoſitum eſſe tollendum,& non tanquam donatum, ab ea parte & ſecunda pars alternatiuæ interpretationem accipiet.l.i.j̃.de reb.dubijs. quanuis in eiſdem terminis, ſi prædictũ pactum eſſet conceptum merè in fauorem deſcendentis,præſumetur donatio. l.Publia. in princ.s̃. depoſiti. Aretin.l. quod dicitur.col.7.in princ.j̃.deverbor. obligatio. Sed ſi depoſitum fuiſſet factum ſimpliciter,vt poſt mortem deponentis reſtitueretur alicui coniuncto, tunc præſumeretur donatio,vt à fortiori probat d.l.cum maritus. 29. §. fina.s̃. de pact.dotalib. ſecundùm intellectum ſupra aſsignatum. Vnde colligitur elegans limitatio ad. l. 1. C. de caſtrenſ.
40 pecul.lib.12. † vbi probatur, quòd ex ſolo cõtractu facto per patrẽ nomine filij, non præſumitur donandi animus, vt hîc tradit Bart.num.12.niſi ſimul interueniat traditio.l.2. C. ſi quis alteri vel ſibi.



ſibi.neque enim id procedet, ſi contractus,vel quid aliud fiat in fauorem filij, & conferatur poſt mortem patris: tunc enim ex ſolo contractu præſumetur donatum,vt à fortiori probat dict. l. cùm maritus. §. final. & ita ſunt explicanda & ſaluanda tradita per Alexand. hîc numero.18.& Iaſon. num.55. Vltimò notabis,quòd ſi pater emat quid, & tradat nomine filij in poteſtate, non cenſetur ei donare, ſed potiùs in peculium concedere:text. eſt.l.final.j̃. de pecul.legat. vbi probatur, quòd ſi pater nomine filij in poteſtate mutuauit pecuniã, videtur ei in peculium concedere: quanuis in eiſdem terminis cenſeretur donaſſe, ſi filius non eſſet in eius poteſtate.l. final. §.final.j̃.de donationib. Vnde pari ratione licet, quando filius non eſt in poteſtate,ſi pater emat nomine filij, & tradat, cenſeatur donare:tamen aliud erit in filio in poteſtate, quia ei cenſebitur concedere in peculium: ita Bartolus. l. penultim.in principio.j̃.de donationib. & Alexand.hîc numer.18. Sed contrarium videtur ſentire Bartolus.l. 1.§. neque caſtrenſe.colum.penul.ad finem.j̃. de collation.bonor.&hîc numer.12.dũ dicit,ideò in ſpecie d.l.fina j̃. de peculio legat.non cenſeri donatum,ſed in peculium conceſſum: quia ibi factus fuit ſolus contractus in fauorem filij, ſine traditione:vel facta fuit traditio ſola,non præcedente contractu nomine filij: his enim caſibus non præſumetur donatio, ſed in peculium conceſsio.Si autem contractus,& traditio interueniſſent nomine filij,tunc præſumeretur donatio.l.2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & ſequuntur plures quos refert Menochius de præſumptionib. 3.parte.præſumptione.30. à numer.26.Sed hæc reſolutio Bartoli apertè confunditur per dict.l.final.j̃.de pecul. legato. nam ibi interuenit mutuum fœneratitium in fauorem filij, & ſic præceſsit contractus, & etiam traditio, ſaltem ficta,in fauorem filij: neque enim aliter mutuum eius nomine contraheretur.l.2.§. appellata.s̃.ſi certum petatur Et patet, quia ſine traditione neque in peculium tranſiret. l. non ſtatim. s̃.de peculio. Ergo dicta.l. final. efficaciter probat, quòd licet in fauorem filij fiat per patrem contractus & traditio: tamen non videtur donatum, ſed in peculium conceſſum.†
41 Et ideò pro concordia dicendum eſt, quòd in ſpecie dict.l.final. j̃. de peculio legat. filius habebat peculium, & ideò contractus & traditio, cenſentur eo animo facta,vt id cederet peculio: ſed ſi filius non haberet peculium, præſumeretur donatum,& non in peculium cõceſſum.dict.l.2.C.ſi quis alteri, vel ſibi. Vel veriùs dicendum eſt, quòd etiam donatum filio in poteſtate,cedit in peculium:& tamen ſi peculium non adimatur, per emancipationem donatum confirmatur, quaſi ex tunc habeat naturam donationis, & non peculij, vt colliges ex.l. donationes in concubinam. 32.§. pater.j̃.de donationibus. & ibi notant Imol. & Roman. extollit Angel.l.1.§.1. numero. 1.j̃. de vſucapione pro donato. Deci. authentic. ex teſtamento.numer.6.ad finem.C. de collationib.Loazes.l.filiusfamiliàs.§.diui.nu. 32.j̃.de legatis.1. Aliud tamen erit,ſi per mortem patris confirmetur peculium, tunc enim diuidetur inter fratres.l.certum.C.famil.erciſcund.notauit Angel. l.1.§.1.num.1.j̃.de vſucapio. pro donato.Loazes.§.diui.nu.32.Secundus principalis caſus, in quo præſumitur donatio,ſecundũ glo.1.hîc,ponitur. l. Procula 26.s̃.de probatio. Ad cuius intellectũ aduertendũ eſt,q̃ glo.ſentit,ex eo tantũ præſumi animum donandi,quòd per lõgum tempus quis non petijt, quod ſibi debetur:& ſubſcribũt graues DD. quo refert Aymon conſ.159. num. 4. Sed iſ falſum eſt,& contra text.l.libertis quos. 18.§.1.j̃.de alimentis & cibarijs legatis. vbi liberti per ſeptem & decem annos

non petierunt alimenta annua sibi relicta:& tamen per hoc non censentur illa remisisse, sed adhuc illa petere possunt:per quem text.id quod sentit gloss. 1.hic,in specie reprobat Bart. hic num. 4. receptus,vt asserunt Iason hic nu.18. Claud. nu.3. Pontan.num.8.Bolognet. num.78. Ruin.consil.162.num.10. in fine lib.3.Dueñas regula. 207.in principio.Neque repugnat d.l. Procula. neq; enim in eo text. præsumitur remissio fideicommissi ex eo tantùm,quòd fideicommissum diu non fuit petitum, vt gloss præsupponit, sed vt sit locus præsumptioni illius legis,tria copulatiuè requiruntur.Primũ,quòd diu fideicõmissum debitum non fuerit petitum.Secũdum,quòd hoc geratur inter coniũctas personas,id est,fratres. Tertium, quòd rationes diu inter eos fuerint calculatæ, neque vnquam fuit allegatum,istud fideicommissum deberi.Quòd si alterũ ex his tribus requisitis defuerit,non erit locus præsumptioni dict.l. Procula. † &
42 ita gloss.final.l.libertis quos.18.§.1.ʃ. de aliment.& cibar legatis.& ibi Barto.idẽ Bart.& Bald.in dict.l.Procula.& esse receptum intellectum asserunt Iaf.hic nu. 18. Claud.num.3. Pontan.num. 8. Bolognet.numero.78.Ripa.l.qui Romæ.§. duo fratres.num.40.ʃ.de verbor.obligationib.Balb. de præscription. 1.parte.3. principal.quæst.10.num.16.Ruin.cons. 162.num.10.lib.3.Purpurat.l. cũ quid. num.128.s.si certum petat. Tiraquel.libro.1.retract.§.1.glo.9.num. 154. & alij adducti per Menoch.de arbitrar.2.parte.casu.88.num.16.& per Dueñas regula.207.num.3. Quibus adde Andreã Sicul.c.cum.M.num.21.de constitut. Socin.Iunior.consil.14.num.10.lib.3.Neuizan.consil.57.num.16. Roland. cons. 65.num.18.lib.4. Est tamẽ aduertendũ circa prædicta requisita,quòd Imol. hic col.2.in princip. existimat,decisioni d.l. Procula locum esse,non solùm inter cõiunctos, sed etiam inter penitus extraneos;expẽdens,quòd d.l.Procula. principaliter fundat se in rationibus sæpiùs calculatis: vnde datis eisdem terminis, idem recipietur inter extraneos: quod & sentit Paul.consil.1.num.4.lib.1. Sed non est admittenda hæc opinio ex verbis d.l.Procula.in fine.ibi: Quasi tacitè fratri:ac ita Iureconsul.expendit,negotium geri inter fratres, inter quos faciliùs præsumitur donandi animus.l. si seruus.s.de donatio.inter virum.Deci.cõsilio 267.num.2.ad finem. & ita in specie prædictam Imolæ considerationem reijciunt Vincent.hic num.23. Bolognet.num.78.Menoch.lib.2. de arbitrar. casu.88.num.17. Item est aduertendũ, quòd Alciat.de præsumptionib.regul.1. præsumptio.32. num.3.&.5.contendit, in specie d.l.Procula.non requiri, quòd fideicommissum diu non fuerit petitũ: nam text.ille tantùm dicit,fideicommissum non fuisse petitum quandiu frater vixit,qui potuit viuere per duos,vel tres annos:vnde nõ probatur,ibi esse necessariũ, ꝙ fideicõmissum diu non fuerit petitum: subscribunt A Emilius Ferret. d.l.Procula.& Menoch.dict.casu.88.numer.17.ita vt satis videatur, vt sit locus præsumptioni d.l.Procula.quòd res agatur inter coniunctos, & rationes sæpiùs fuerint calculatæ, neque vnquam fuerit obiectum de fideicommisso quasi debito: & ita expressè gloss. final. dicta.l.libertis quos. §. final. ʃ.de alimentis & cibarijs legatis.Romanus consilio 143. numero.2.Calcaneus consilio.23. ad finem. Quibus subscribunt Aymõ consilio.159. numero.4. Neuizanis cõsilio.57.numero.17. Cæterùm quanuis prædictum requisitum necessariò non colligatur ex dict.l. Procula. interuenit tamen aliud maximi ponderis ad inducendam prædictam præsumptionem, scilicet,quòd soror non petijt fideicommissum tanquam sibi debitũ,donec fra
43 ter vixit: † ex hoc enim desumitur malitiæ præsũptio aduersus sororẽ,qui nunc

petijt



petijt fideicommissum ab hæredibus fratris non sufficienter de causa informatis:argum.l.qui Romæ. §. Augerius. ʃ.de verbor.obligationib.& ita Alciat.d. regul.1.præsumptio.32.nu.3.& quanuis Menoch.libr.2.de arbitrar.casu.88. nu. 18.& Andre. Angulo tract.de meliorat. l.3.glos.4 num.53.ad finem. improbent hanc Alciat.consideratione nem,ea ratione,quòd in d.l.Procula. soror non petebat fideicommissum calumniosè, quia de eo cõstabat. Tantùm ergo dicendũ est, quòd ad præsumendam fideicommissi remissionem,expendit, sororem non petijsse fideicommissum, dum frater vixit:tamen respondetur ideò expẽdi illud,quia ex hoc creditur, ideò non petijsse, quia illud ei remiserat: & quia vidit eum mortuũ,malitiosè petit fideicommissum ab hæredibus fratris, tanquam non plenè informatis de prædicta remissione:argum.l.qui in alterius.ʃ. de regul.iuris.Et faciunt elegantia verba tex.c.causã.2.in fin.qui filij sint legitimi.Vlteriùs aduertendum est, quòd dũ tex.d.l.Procula.requirit,rationes sæpiùs fuisse calculatas.Fulgos.ibi num.1.existimat,satis esse,quòd bis rationes fuerunt calculatæ.Sed Socin. Iunior cons. 128. num.129.libr.1.credit requiri,quater, vel etiam pluries rationes fuisse calculatas: vt colligitur ex verbis d.l. Procula. adiuncta traditione glo.l.cùm quæstio. verb.sæpiùs.C. de legatis. & clarè est de mente gloss.final.d.l.libertis quos.§. 1.ʃ. de aliment.& cibar.legatis. Quæ etiam eleganter addit,requiri,rationes sæpiùs fuisse calculatas, & sæpiùs factas fuisse solutiones:nam & dict.l.Procula. expẽdit,sororem cui debebatur fideicõmissum soluisse de suo id quod per rationes calculatas constitit prædictam sororem
44 fratri debere, † neque vnquam obiecisse compensationem de fideicommisso sibi debito, quam verisimiliter obiecisset, nisi fideicommissum remisisset: argum.l. 3. s. de compensatio. subscribit



Fulgos.dict.l.Procula.num.1.Alciat. de præsumptionib.regul.1. præsumption. 32.num.3.Menoch lib.2.de arbitrar.casu.88.num.17.Andre.Angulo tracta de meliotatio.l.3.gloss.4.num.53. Quibus adde Afflictis decisio.13.num.12. Socinum Iunior. consil.128.nu.128.ad finẽ. lib.1.Vincentium hic nu.22. Andream Sicul.cap.cum.M.num.21.de constitutionib.Vltimò est aduertendum,requisita expressa in dicta.l. Procula. non requiri pro forma, & ideò sufficient signa æquipollentia,ex quibus eadem colligatur præsumptio.Quare licet tex. agat de fratribus: tamen idem recipietur in alijs coniunctis, in quibus eadem affectio versetur.Decius consilio. 79. col.ũ. penultim.ad finem.& consilio. 267. nu. 3.Socinus Iunior consilio.14. ad finem. lib.3.quidquid contradicat idem Socinus Iunior consilio.128.num. 128. libr. 1.Et pariter si loco rationum calculatarum interueniat aliud, ex quo non minor præsumptio remissi fideicommissi colligatur,locus erit præsumptioni d.l. Procula.vt in notabili casu tradit Deci. consilio.267. numero. 3. Thomas Grãmaticus decisione. 103. numero. 39. Quinimò existimant Iacobus de Aren. Bartol.Angelus & Imola.l.recusari.ʃ.de acquir. hære. quòd si soror diu passa est, fratres possidere integram hæreditatẽ paternam,&quando indegebat petebat alimenta à fratre,quasi obligato dare alimenta sorori egenæ: ex hoc præsumetur repudiasse hæreditatem paternam in fratris fauorem: subscribit Afflictis decisione.13. numero. 12. Ruinus cons. 162. num.9.lib.3.Neuizanis consil. 57. numero.15.Hubertinus.l. 1.numer.50. C.qui admitti.& ante eos Socin. cons. 45 num.3.lib.4. Sed reprobant Roman. & Aretinus column.2.ad finem.in dict. l.recusari. & meritò, quia non videtur sufficiens coniectura ad præsumendam repudiationem hæreditatis paternæ, ex eo quòd soror tanquam egena petijt

aliméta à fratribus: nã potuit illa petere animo computandi illa in portionẽ suã: & vbi potest sumi alia coniectura, nunquam est præsumendum, quem remisisse ius proprium.l nonnunquam. 8.ʃ.de
45 collatio.bonor.† cap.sanè.adiuncta glo. pen. de renuntiatio Deci.l.cuius per errorem.num. 3.ʃ.de regulis iuris. Itẽ prædicti loquuntur, quando non constat, sororem adiuisse hæreditatem paternam: quia aliàs eã minimè posset repudiare. l.sicut.C.de repud. hæredit. Ergo in his terminis non potest induci præsumptio dict.l.Procula. neque enim soror potuit petere à fratribus, vel etiam objicere cõpensationẽ de eo, quòd sibi non debebatur, antequam ipsa adiret hæreditatẽ. l.pretia rerum.ʃ.ad leg.Falcid. Poterit sanè admitti prædictorum traditio, quando soror adiuit hæreditatem paternam, & nihilominus perseuerauit petere alimenta à fratre tanquam egena, neque vnquam objicit compensationẽ de portione hæreditatis paternæ, quam adiuerat: in his enim terminis non præsumetur repudiatio hæreditatis, quę in his terminis non potest locum habere. l. sicut. C.de repud. hæredit. præsumetur tamẽ remissio portionis sibi debitæ, quia reducimur in effectu ad terminos dict.l.Procula.& quanuis remissio debiti non præsumatur ex eo tantùm, quòd non obiecit compensationem de eo quod mihi aduersarius debebat. Bart.l.si cũ dos. nu. 1. ad finem.ʃ.de actio. rerum amotarum. Iason.l.si quidem. num. 3. C. de transactio. tamen vt ipse ibi declarat, præsumetur remissio debiti, si concurrant ea, de quibus in d.l. Procula. Illud certum est, quòd etiamsi concurrant expressa in d. l. Procula non præsumetur remissum fideicommissum, quod soror ignorabat sibi competere: quia nunquam quis creditur renuntiasse iuri, quod ignorat habere. l. mater decedẽs.s̃.de inoffic.testa. gloss.l.si seruus. 39. verb. si scijsset. in fin. s̃.de donationib. inter vir. Soci. Iun. consilio. 128. num. 126. libro. 1. etiamsi hæc ignorantia procedat ab errore iuris: nã adhuc ignorãtia hæc excludet præsumptam renuntiationẽ proprij iuris. l. Clodius.ʃ.de acquiren. hæredit. & in specie Imol. d.l. recusari. Afflictis decision. 13. num. 13. Ex quibus ita resolutis infertur annotatio ad tradita per Baldum consi. 474. post biennium. lib. 3. dum concludit,† quòd si maritus diues per multum
46 tempus non petijt vsuras sibi debitas ratione dotis promissæ, & non solutæ, iuxta. l. final. §. præterea. C. de iure dotium. ex hoc præsumetur illas remisisse: allegat. l. cùm quidam. 17. §. diuus. s̃. de vsuris. sequitur Alexan. subdubius cons. 74. num. 8. lib 5. Catellian. in memorabilib. verb. dos soluto matrimonio in fine. & ex professo defendit Alciat. de præsumptio. regu. 1. præsumptio. 32. num. 4. vbi & pro hac sententia expendit tex. l. vir vsuras. 55. s̃. de donatio inter virum. Et ego addo optimum text. l. cùm post. 70. in princip. s̃. de iure dotium. Hæc tamẽ opinio falsa est, quia ex hoc solùm quòd quis diu non petijt id quod sibi debebatur, non præsumitur remissio debiti. l. libertis quos. 18. §. 1. ʃ. de aliment. & cibar. legat. etiam inter coniunctos: nisi concurrant expressa in dict. l. Procula. explicata vt suprà. Et ita prædictam Baldi opinionem improbant Roman. Alexand. & Iason hîc num. 19. Pontan. num. 8. ad finem. Bolognetus num. 79. Alexand. consil. 63. num. 16. lib. 4. latè Decius consil. 571. Et illud Baldi consilium communiter reprobari asserit Palac. rep. c. per vestras. 3. notab. §. 1. num. 1. ad finem. folio. 192. Et contra illud fuisse iudicatum asserit Grammatic decis. 70. in fine. & latè probat Roland. cons. 65. à num. 6. lib. 4. Valas. consultatio. 84. à num. 2. & latè insistit Menochius de præsumptio. libr. 3. præsumptione. 25. à numero. 2. Neque obstant rationes suprà pro Baldo allatæ: nam ad primã de. l. cũ quidã. 17. §. diuus. s̃. de vsur. respõdetur, q̃ loquitur in



in vsuris lucratiuis, & sic odiosis, & quòd ob id faciliùs præsumuntur remissæ. In de igitur inferri non potest ad vsuras quæ non sunt lucratiuæ, sed compensatiuæ onerum matrimonij, ac ob id censentur fauorabiles. c. salubriter. de vsuris. Hæ igitur vsuræ tanquam fauorabiles, non cẽsentur remissæ, quantumcunq; diu non fuerint petitæ, iuxta regulam. l. libertis quos. 18. §. 1. ʃ. de alimentis & cibar. legatis. & ita Bartolus hîc num. 4. Lancelot. Deci. colum. 4. post princip. Pontan. num. 8. in fine. Romanus consilio. 517. num. 14. Angel. §. fuerat. num. 7. Instit. de actio. Corne. consilio. 145. num. 18. lib. 2. & consil. vltim. nu. 13. eo. lib. 2. Alexand. consil. 63. num. 16. lib. 4. & consil. 208. num. 10. libro. 7. Decius consil. 571. num. 6. Riminald. consi. 184. num. 52. lib. 1. Rolandus consil. 65. nu. 18 lib. 4. & receptam esse resolutionem asserit Balb. de præscription. 1. parte. 3. principalis. quæstio. 10. num. 14. Ducãs regul. 207. num. 1. Neque huic responsioni obstat argumentũ Alciati de præsumptio. regul. 1. præsumptio. 32. num. 4. quod dict. §. diuus. loquitur generaliter de vsuris,† quæ verba etiam conuer-
47 niunt vsuris debitis ex causa dotis, quæ simpliciter dicuntur vsuræ. l. in insulam. §. vsuras. ʃ. eodem. l. vir vsuras. 55. s̃. de donatio. inter virum & vxorem. quia respondetur, dict. §. vsuras. apertè loqui in vsuris præteritis debitis creditori, quę iure Digestorum à communiter accidẽtibus erant lucratiuæ, & odiosæ, iuxta notata. l. 1. C. de summa Trinitat. & inde non potest inferri ad vsuras debitas marito ratione doris non solutæ, quæ non censentur lucratiuæ, sed damni acceptiresauratiuæ, iuxta notata. l. de diuisione. s̃. eodem. & non cẽsentur odiosæ, sed fauorabiles, Roland. consilio. 65. num. 4. lib. 4. Adde, quòd & tentari potest, etiam vsuras lucratiuas, & odiosas non videri remissas ex eo, quòd petitæ non fuerint, vt colligitur ex mente l. quisemisses. s̃. de vsuris. & l. aduersus. C. eodem titulo. Item & ex. l. eos. C. de vsuris. vbi exigitur, per triginta annos, vsuras non fuisse exactas, vt sic per præscriptionem videantur sublatæ: quæ decisio redderetur inutilis, si propter non petitionem decennij, censerentur remissæ. Neque obstabit tex. dict. §. diuus. quia in eo constabat, ideò creditorem vsuras non petijsse, quia volebat gratior esse apud debitorem: cuius fauore sperabat consequi dignitatem, vt ex litera dict. §. diuus. colligitur, adiuncta gloss. verbo, gratior. quam probat Fulgos. post principium. & Salicet. in fine. & etiam sentiunt Bald. & Angel. ibi: subscribunt Vincent. hîc num. 24. Bolognet. num. 81. Corne. consil. 145. num. 18. libr. 2. & consi. vlti. nu. 24. eod. libr. 2. Iason. §. fuerat. num. 22. Instit. de actio. Decius consil. 571. n. 6. Rolan. cons. 65. nu. 19. lib. 4. Si igitur de hac mẽte non constare, etiã in vsuris odiosis non esset præsumenda remissio, sed obseruanda esset regula. l. libertis quos. 18. §. 1. ʃ. de alimen. & cibar. legat. Cæterùm quanuis hæc responsio facilè defendi possit, tamen non videtur recedendum à communi resolutione suprà relata: nam videri remissam vsuram odiosam, ex eo quòd diu non fuerit petita, pro regula proponit Iureconsul. §. diuus. in princip. † & quanuis postea addat, creditorem vsuras nõ petijsse, vt gratior esset apud debitorem, non
48 est intelligendum de hac causa constare, cùm in mente fuerit retenta, vt inquit Salicetus dict. §. diuus. in principio. Significat igitur, in dubio præsumi, ideò non petijsse, quia verisimile est, voluisse gratium consequi debitoris: semper enim præsumptio legis probabili, & verisimili causa, debet niti. Baldus. l. generaliter. numero. 12. C. de non numerata pecunia. & l. nulla. numero. 3. C. de iure dotium. & in specie est de mente Angeli. §. fuerat. numero. 7. Institut.

de actionib. Et retenta communi resolutione,non obstat. l. qui semisses.§.de de vsuris.cum similibus.quia quando ille,qui promisit maiores vsuras, soluit minores; vt inducatur præsumpta remissio maiorum,sufficit id factum esse per triẽnium:argum.l.1.C. de fideicommiss. vt ex opinione Azonis tradit gloss.2.l. aduersus.C.de vsuris.quam ibi probat Fulgos.in princip.Salice.num.3.& asserit à DD.receptam Paul.ibi num.2.quo modo est explicanda gloss.1.d.l. qui semisses.Idque odio vsurarum receptum est: aliàs enim qui minus recepit, non ob id videtur remittere maius debitum,cap. cùm olim.de censib.l.is qui.§.quib. modis vsusfruct.amittatur.Speculator titu. de censib.§. fin.ad finẽ. Vt autem vsura omnino videatur remissa,oportetet; q; saltem per decennium non fuerit petita:vt colligitur ex dict.§.diuus.ibi, Lõgo tempore,adiuncta rubric.C. de præscriptio.longi temporis.&.l.si cum fidei commissa.16.§.Aristo.j.qui,& à quib.& expressè tradunt Florian.Fulgos.& Salicet.d.§.diuus.Alexand.consil.56.nu.13. libr.4.Deci.consil.571.num.6.Balb. de præscriptio.1.parte.3.principalis.q.10. num.14.ad finem. Menoch.de præsumptio.3.lib.præsumptio.25.nu.1. Neque etiam obstat.l.eos.C.de vsuris.quia loquitur in præscriptione vsurarum, quæ exigit triginta annos,iuxta.l.sicut.C.de præscriptio.30.annorum.Neque dicas, quòd si per decennium videntur remissæ,frustrà exigũtur triginta anni ad vsurarum præscriptionem: nam respondetur,multum interesse inter prædictos casus:nam aduersus præscriptionem † nihil
49 allegari potest: sed aduersus præsumptã remissionẽ multa allegari possunt, per quæ præsumptio legis tollatur,vt in specie aduertit Alciat.de præsumptio. reg. 1.præsumptio.23.num.4.& in simili hos casus distinguit gloss.h.verbo.repellere,ad finẽ.C.de iure emphyteutic. Quinimò est aduertendum,quòd cùm tex. in d.§.diuus. loquatur in vsuris lucrativis odiosis, quæ hodie non sunt in vsu, sed tantùm debentur vsuræ restauratiuæ damni, quæ consistunt in interesse, iuxta traditionem gloss.receptæ.l.curabit.C.de actio.empti.& gloss. cap. conquestus.de vsuris. hodie non proceder decisio d.§.diuus.cùm cesset odiũ vsurarum,in quo illa fundatur:& ita Vincẽ. hic num.24.Bolognet. num.80. Angel. §.fuerat.num.7.Initit.de actio.& est verius,quidquid repugnet Alciat. de præsumptio.regula.1.præsumptio.32.ad finem.Si sanè agatur de pœna,quia etiam odiosa est.l.cùm quidam.in fine.j. de liber.& posthum. si per decennium non petatur, præsumetur remissa.l.cũ post. 70.in principio.adiuncta gloss.1.§.de iure dotium.de quo infra latiùs dicemus: quidquid repugnet Bolognet.hic num. 80.Præterea neque pro opinione Baldi facit.l.vir vsuras.55.§.de donatio. inter virum & vxor.quia varijs modis respondet Alexand.hic num.14.ad finem.Vincent.num.24.Angel.§.fuerat.num.7.Instit.de actio.Alexand.consil.63.nu. 17. lib.4.& consil.108.num.10.lib.7.& Roland.consil.65.à num.20.lib.4.& Valas. consultatio.84.num.5. Sed omissis prædictis responsionibus,inuenio,quòd Romano.consil.317.num.16. intellexit,in d. l.vir vsuras. contineri singularem decisionem, quòd si maritus sustinuit onera matrimonij,& quandiu constitit matrimonium,vsuras dotis promissæ non petijt,videtur illas remittere;prout in simili probatur.l.cùm oportet. §. sin autem res. C. de bonis quæ liberis. Et hanc interpretationem videntur etiam agnoscere Bart.& Salice.in summario.d.l. vir vsuras. & extollit Cremens. singul. 5.& probat Lancelot.Deci.hic colũ.4. post principium.Grammatic.decisio.103.nu. 29.& plures citati per Bocri. decis. 196. num.4.& per Menoch. de præsumptio.
50 lib.3.præsump.25.num.6. Quinimò † videtur probare d.l.vir vsuras.ad inducendam





dam hanc præsumptam remissionẽ nõ requiri decennium, cùm tãtùm exigat
51 vsuras non fuisse petitas,dũ durauit matrimonium,quod potuit durare per tres vel quatuor annos, vt aduertit Alciat. de præsumptio.regul.1.præsumptio.32. ad finem. Vnde secundùm hunc intellectũ apertè videtur probare opinionẽ Bald.quam reprobamus.Sed respondẽdum est,prædictum intellectum ad d.l. vir vsuras.minimè verum esse, quia d.l. vir vsuras.loquitur in vsuris deductis in stipulationem, & sic debitis iure actionis:& in vsuris debitis iure actionis, ex eo quòd non sint petitæ longo tempore, non præsumitur remissio. l. libertis quos.16.§.1.j.de alimen.& cibar.legat. & agnoscit Alcia.d. præsumptio.32.nu. 6.Menoch.de præsumptio.3. part.præsumptio.25.num.10. Item ex prædicta præsumpta remissione resultat quædã donatio, quæ est prohibita inter coniuges.l.si quis pro vxore.22.§.final.§.de donatio. inter virum & vxorem. & ibi notant Bald.& Salicet.Corne.consil. 145. num.25.lib.2.quidquid immemor illius text. dubitauerit Iason. l.de diuisione. nu.13.§.eod.Quod igitur expressè maritus validè facere non potest, neq, debet præsumi,tacitè facere voluisse. Anchar.consil.37.num.9.& ita prædictum intellectum tanquam in se falsum post Alexand.improbat Balb.de præscriptio. 1.parte.3.principal.q.10.num.17. Neq; prædictum intellectum adiuuant verba d.l.vir vsuras.imò retorqueri possunt ad uersus illum,si aduertas,Iureconsul.velle,quòd si maritus non petijt vsuras dotis,dum constitit matrimonium,& moriens vxori dotem prælegauit,in prælegato non continebuntur vsuræ dotis debitæ marito,& sic sentit non videri remissas, neque in prælegato dotis contineri:& consequẽter post mortem mariti per eius hæredes peti posse, vt aduertit Corne.consil.145.num.25.libr.2.Deci.consil.571.ad finem.Vnde ad verum intellectum d.l.vir vsuras.aduertendum
51 est,q; † in casu ibi proposito,maritus,qui constante matrimonio non exegit vsuras dotis promissæ, non solùm prælegauit dotem vxori, sed & donationes per maritum illi factas confirmauit verbis fideicommissi.Quæ quidem confirmatio refertur ad donationes aliàs inualidas.l.si quando.112.in princip.j.de legat. 1.& quia non constabat de aliqua donatione inualida facta per maritum vxori, vt ea confirmatio aliquid operetur, ex ea deducitur coniectura, quòd maritus non petẽdo vsuras dotis, voluit eas remittere. Ex qua remissione resultat donatio inualida.l. si quis pro vxore.22.§.final.§.de donatio. inter virum. quæ nũc debebitur,quasi ex fideicommisso propter confirmationem factam per testatorem,vt in simili probatur.l.si donatio. 5.C. de donatio.l.vxori.32.§.final.adiũcta gloss.pen.j.de legat. 3. Vnde colligitur,quòd si in specie d.l.vir vsuras. non interuenisset confirmatio donationũ, ex qua deduceretur prædicta coniectura,hæredes mariti possent petere vsuras debitas,quasi nullo modo sint remissæ. Quinimò si aliquæ aliæ donationes inualidæ fuissent factæ inter coniuges,in quibus prædicta cõfirmatio verificari posset, à cessante ratione de qua suprà, hæredes mariti possent petere vsuras. Et iuxta hæc veniunt explicanda verba d.l.vir vsuras.dum habent,vsuras videri remissas titulo donationis: nam intelligendum est,id verum esse,quando donationes fuerũt confirmatæ per maritum;& de nulla alia donatione apparebat,quæ posset confirmari: nam tũc ex prædicta confirmatione colligitur præsumptio,quòd ideò maritus nõ petijt vsuras,quia habuit animum illas remittẽdi: vnde cùm ex ea resultet donatio prohibita,vt suprà dictum est,in ea verificabitur confirmatio:argument. l.fundus qui locatus.j.de fundo instructo.Et iuxta hæc explicãda sunt tradita per Vincẽ.

circa intellectum dict.l.vir vsuras.l.in insulam.§.vsuras.num.9.ʃ.eodem.Nõ obstat tertium de.l.cùm post.70.in principio.s̃.de iure dotium. nam gloss. 1.ibi, quam sequuntur Fulgos.& Salicet.intelligunt text. agere,quando culpa vxoris sequutum fuit diuortium,ac ita lucrum dotis pertinebat ad maritum.l.consensu.§.1.C.de repud. si enim maritus istud lucrum pœnale non petierit per longũ tempus,censetur illud remittere: & ita Bartol.hîc num.4.Vincent.num.22.Bolognet.num.80.Roman.consil.517.nu. 15.Corne.consil.145. num.final.libr. 2. Balb.de præscriptio.4.part. 3. principal. q.10.num.15.Dueñas regul.207.num.2.

52 † Et secundùm istũ intellectum in effectu concordat cum decisione.l. cũ quidam.§.diuus.s̃.de vsuris. explicata vt suprà.Sed nõ placet is intellectus,quia nimis restringit generalitatem d.l.cũ post. Item text.ille dicit,maritum videri fecisse pactum de non petenda dote promissa: & tamen si verus esset prædictus intellectus,potiùs dicere debuisset,fecisse pactum de dote perdita non petenda. Quare magis placet interpretatio Græcorum glossatorum in dict.l. cùm post. quòd maritus fecit pactum cum vxore de lucranda dote, si per diuortium solueretur matrimonium,iuxta.l.1.ʃ.de dote prælegat.& virtute huius pacti, post solutũ matrimoniũ potuit maritus dotẽ promissã petere,vt ex ea lucrũ retineret. l.si marito.32.§.1.&ibi gl.&Bar.ʃ.eo.Si igitur maritus prætermisit dotẽ petere per longum tempus,videtur fecisse pactum de ea non petenda, & consequenter de lucro dotis non retinendo. Et secundũ istum intellectũ videtur vrgere pro opinione Bald.quam reprobamus:nam lucrum hoc censetur deferri propter onera matrimonij.glos.final.l.si donaturus. §.final.s̃.de cond.ob causam. & sic non debet censeri odiosum. Ergo secundùm suprà resoluta non debuit videri remissum, etsi per longum tempus non fuisset petitum.Sed respondetur ex mente Vincent.hîc num.24 ad finem.quòd in specie d.l.cùm post. solutum fuit matrimonium per diuortium. Quòd igitur maritus lucraretur eo casu dotem, videtur impugnare publicam vtilitatem,de qua.l.1.s̃.eod & ideò faciliùs illius præsumitur remissio. Aliud igitur esset dicẽdum,si lucrũ deferretur marito per mortem vxoris:quia cùm cesset prædicta ratio,inducenda videtur regula.l.libertis quos.18.§.1.ʃ.de aliment.& cibar.legat. Neque etiam suprà resolutis debet difficultatem facere.l.cùm de in rem verso. 6.s̃.de vsuris. vbi si quis longo tempore soluit vsuras, præsumitur illas promisisse,etsi aliàs de promissione non constet. Vnde cùm contrariorum eadem sit disciplina, videbatur etiam dicendum, q; si quis per longum tempus promissas vsuras non petijt, censeatur illas remisisse: nam in hac materia distinguendus

53 est † faciens à patiente, & resoluendum,quòd ille qui soluit vsuras, & sic facit,præsumitur vsuras promisisse: quia aduersus facientem faciliùs præsumitur. l.litibus.C.de agricol.& censiti.libr.11. qui autẽ non petijt,magis negligit, quã faciat:& aduersus negligentem nõ præsumitur titulus,etiam per longum tempus, si agatur de magno præiudicio.l. nullo.C.de reiuend.tradit Bartol.d.l.cũ de in rem verso.num.3.ad finem. Prout dicimus, quòd ex actu gesto per modũ agendi,potẽtiùs declaratur volũtas,quã ex sola patientia.c. olim.3. de restitut. spoliator. c.ex ore.de his quę fiũt à prælatis.tradit Deci.cons.79.colũ. pen.post medium.& consil.267. num.3. Exea de pactis.num. 53. Succedit tertius casus principalis,in quo præsumitur donatio, quando præcesserunt benemerita:nam tunc,etiamsi actus sit dubius,tamen interpretabitur in vim donationis remuneratoriæ:gloss.1.hîc allegat.l.si verò nõ remunerandi.12.§.inde Papinianus. s̃. mandati.quem ibi ad hoc notant Bart.

Fulgos.



Fulgos.& Salicet.notauit gloss.l.vtrùm. 48 s̃.de donatio.inter virum.glo. auth. de non eligendo secundò nubẽtes.verbo,videri.colla.1.& plures relati per Gozad.cons.9.num.56.& consil.33.à nu.3. Palac.repet.rub.§.10.&.§.45.nu.14. Tiraquel.l.si vnquam.verb. donatione largitus.num.50.C.de reuoc.donatio. Menoch.lib.2.de arbitrar.casu.88.num.53. Sed aduertendum est,quòd in d.§.inde Papinianus.refertur casus,quo patronus emit fundum suo nomine, & soluit venditori bessem pretij:deinde donãdi animo iussit eum fundum tradi liberto,qui trientem pretij solueret,ac ita ei prædiũ videtur donasse.l.3.§.fina.s̃.de donatio. inter virum.Item & bessem pretij, quẽ nomine pretij soluerat: deinde idẽ fundum vendidit tanquam suum, & libertus consensum adhibuit:dubium erat, vtrùm is consensus videretur adhibitus donandi animo,an verò animo repetẽdi pretium prædij, quod per traditionẽ factum fuerat ipsius liberti? Et respõdet Iureconsul. videri libertum animo remunerandi consensum adhibuisse, ita vt nullam partem pretij posit repetere:

54 † Vnde ex eo text. propriè id colligitur, quòd vbi ego tibi donaui rem aliquam, & in eâdem re tibi donata tu facis actũ dubium,interpretamur animo remunerandi hunc actum fuisse celebratũ: & ita Bart.hîc num.14.Vincent. num. 39. Bart.l.si fundum per fideicommissum. num.1.ʃ. de legatis.1.Aliud igitur erit, si ego tibi rem aliquam donem,& tu in alia penitus diuersa actum dubium facis: neque enim tunc præsumetur remunerandi animus, sed potiùs iuxta regulam l.cùm de indebito.s̃. de probatio. non interpretabimur factam fuisse donationem:& ita explicat Paul.hîc nu.7. Vincentius num.29. ad finem.' & Pontan. num.11.ad finem.& dicit receptum Bolognet.num.112.Paul.repet.l.ex hoc iure.nu.36.ad medium.s̃. de iust. & iure. Pro qua explicatione expendo text.l.si testamento.50.§.1.ʃ.de fideiussorib. nã proponitur ibi casus,quòd duo hæredes successerunt debitori,& vnus per errorem solidum soluit:inquit Iurecons. soluentem posse condicere partem debitis quia cùm inter cohæredes diuisa sit obligatio ipso iure.l.1.C.si certum petat. pro parte cohæredis videtur indebitum soluisse:ac ita inducetur regula. l. error. C.de iuris & fact.ignorant.Subdit deinde Iurecons.quòd si hæres, qui solidum soluit,non possit repetere, quia scilicèt scienter solidum soluit,ac ita locum habet regula.l.1.s̃.de condict.indebit. &.l. cuius per errorem.ʃ.de regulis iur. tamẽ per eam solutionem non remanebit cohæres simpliciter liberatus:quia si creditor posteà per errorem crediderit,se indebitum accepisse, & sic soluenti partem cohæredis quasi indebitè solutam restituerit:poterit aduersus prædictum cohæredem habere recursum: quia id quod soluenti per errorem restituit, cõdicere ab eo minimè potest. In quo text. ille difficultatem habet: nam creditor videtur restituisse soluenti id quod nullo modo ei debebatur,ac ita creditor debuit posse condicere,iuxta regulã. l. sed etsi me putem.in princip.s̃. de condict. indeb.neque enim ex parte accipientis alia potuit considerari obligatio, quàm ea,quòd cùm scienter solidũ soluendo creditori videatur donasse.l. cuius per errorem.ʃ.de regul.iuris.remanebat creditor obligatus ad antidoram.l. sed etsi

55 lege.§.consuluit.s̃.de petitio.hæredit. † Quæ quidem obligatio adeò fragilis reputatur, vt solutum tanquam omnino indebitum posit condici: vt est gloss.l. ex hoc iure.verb.obligationes.in fine s̃. de iust.& iure.communiter recepta, vt asserit Couar.cap.cùm in officijs.nu.10. ad finem.de testament.Ergò male præsupponit Iurecons. d.l.si testamẽto.§.1. creditorem, qui per errorem restituit id quod sibi donatum videbatur,nõ posse illud condicere. Cui tamen difficultati

tati respondet Bart.d.l si testamento. §. 1.ad finem traditionem glos.d.l. ex hoc iure.procedere quando obligatio ad antidoram est generalis:si autem fuerit specialis,vtpote respiciens eãdem rẽ,in qua donatio fuit celebrata, tunc ea obligatio ad antidoram efficax est ad impediendam soluti repetitionem: & hac ratione procedat d.l.si testamento.§. 1. & hanc resolutionem posuit idem Bart l.si non sortem.§.libertus num.10.& ibi Iason num.7.s̃.de condict.indeb. Lancelot.Deci.hîc col.5.post princip.Deci.c. ad nostram.colum.vltim.de probation. Pinel.l.1.C.de bon.mater.3.part.nu.60. vers. probatur quartò :ergo constat,fortiorem esse obligationem ad antidorã, & maiores producere effectus, quando respicit rem ipsam donatam quàm quãdo respicit rem diuersam donatam: vnde præsumptio dict.§ inde Papinianus: quæ loquitur,quando remuneratio respicit eandem rem donatam,non debet extendi ad casum, quo alia res diuersa fuerit donata. Ad quod expendo d.§ in de Papinianus. dum loquitur de patrono,& liberto:nam libertus est obligatus ad antidoram patrono: quia ab eo magnum accepit beneficium.l.1.j̃. de bon. libertor.Et tamen hæc obligatio generalis ad antidoram,non expenditur ad inducendam præsumptam remunerationem, sed tantùm expenditur ea obligatio specialis ad antidoram, respiciens eãdem rem donatam. Vnde cauendum est à Fortunio.l.1.§. ius naturale. nu.65. s̃.de iust.& iure.dum pro constanti habet,dict.§. inde Papinianus. etiam procedere,quando datur alia res diuersa,vt adhuc præsumatur remunerandi animus.† Itẽ dubia redditur opinio magis
56 cõmuniter recepta,quã asserunt Socin. l.1.nu.72.s̃.eodẽ Iason.l.si diuortio.nu. 13.j̃.de verbor.obligationib.Palac.rep. rub.§.31.num.3.Ruin.in rub.s̃.eod. nu. 225.quòd si ignobilis accepit vxorẽ nobilem,vel senex iuuẽculam, & confitetur se ab ea dotẽ recepisse, præsumitur remunerandi animo id fecisse, ac ob id vxor eam dotem poterit repetere, tanquam sibi donatam. Ad quod allegant d.§. inde Papinianus. qui tamen nihil facit : quia remuneratio fit in re diuersa, & sic cessat præsumptio illius.l. vnde in dubio non debet præsumi donandi animus,vt est de mente gloss.l.si voluntate.C.de dotis promissio. quam ibi probant Cyn.Bald. & Salicet. num. 2.Salicet.l 2.num.3.ad finẽ. C. de dote cauta.& Roman.l si diuortio. colum.final j̃.de verbor.obligatio. Maynerius.l. in ambiguis pro dote.num. 62. j̃.de regul.iuris.Felin.post Aretin. c. super eo. col.2.de testib.& Couar.de sponsalib.2. part.cap.3.§.3.num.2.ad fin. Vnde si bene aduertas,Bart.d.l.si diuortio.num.4. exegit,quòd maritus faciat prædictam confessionem animo dotandi vxorem, & sic animo donandi:quam donationẽ remuneratoriam dicit valere inter coniuges,iuxta text.l. quod autẽ §. si vir & vxor.s̃.de donatio. inter virum. cuius opinio in hoc communiter recipitur, vt asserit Palac.rep.rub.§.31.nu.1 quidquid contrarium defendat Crot. in rubric.num.62.s̃.eod Aymon consil. 51. & disputat Nouellus de dote. 10. parte. à num.8.Si autẽ non constet de hoc animo,in dubio non debet præsumi remunerandi animus,iuxta suprà dicta. Qua etiam ratione corruit,quod tradit Bald. Nouellus.l.1.num.413.s̃ eo.quòd si mulier,cui extraneus donauit dotem,iuxta l.vnicam.§.accedit.C.de rei vxor.actio. illi extraneo quid simpliciter det,videt dedisse remunerandi animo,per d. §.in de Papinianus. qui tamẽ non probat, nisi quando eadem res donata, simpliciter data fuit,iuxta suprà tradita. Quinimò etiam si constaret de donandi animo,in dubio non præsumetur remuneratoria,sed facta animo liberali,vt colligitur ex Bald.l.illud.numero.8.C.de sacros.eccles.dũ dicit,quòd licet donatio cen-



censeatur facta propter benemerita.† l.
57 neque adiecit.s̃. prosocio tamen si expressum non sit,donationem fieri propter benemerita, ea donatio reputabitur liberaliter facta,& ideò insinuatione indigebit: subscribit Antonius de Canario tract.de insinuationibus.2.parte.nu. 15.In contrarium tamen vrget traditio gloss.l.si donatione.C.de collatio. quæ vult, quòd vbi adsunt benemerita filij, donatio simpliciter facta per patrem illi,censebitur remuneratoria, & consequenter erit valida.authent.vnde si parens.C.de inof.testa. Sed reiecta cõcordia Tiraquel.l.si vnquam.verb.donatione largitus.numero.78. C.de reuocandis donationib.resoluendum est, quòd vbi in donatione exprimitur fieri propter benemerita,cẽsebitur remuneratoria : quia eo casu benemerita censentur esse causa finalis donationis:argumen.l.final.j̃.de hæred.institu. in specie Cuman.consil.162.num.4.Ruin.consi. 18.num.10.lib.1.Afflictis decisione.44. num.19. Si verò hoc non exprimatur, quantumcũque adsint benemerita,donatio non censebitur remuneratoria: quia tunc benemerita videntur esse causa impulsiua donationis, & liberalitas videtur fuisse causa finalis, vt colligitur ex.l.nec adiecit.s̃.pro socio. adiuncta.l.1.j̃.de donatio.tradit Ripa.l. ita stipulatus.num.20.j̃. de verbor. obligatio. Cùm igitur causa finalis tantùm attendi debeat.l.socium qui.§.1.s̃. pro socio. ea donatio magis censebitur simplex,& sic indigebit insinuatione.gloss.l. si donari 83.j̃.de regulis iuris.Neque repugnat traditio gloss.l. si donatione. C. de collatio. quia loquitur in donatione facta per patrem filio in potestate,quæ tãquam simplex valere non potest.l.2. C. de inofficios. donatio. & ideò vt valeat, censebitur facta propter benemerita: quanuis hoc non exprimatur, quia sic valebit prædicta donatio. authen.vnde si parens.C.de inoffic.testa.& ita explicat Deci.l.si donatione.num.10. C. de collatio.Ex quibus colligas annotationẽ ad tradita per Salicet.l.2.num.3. ad finẽ. C.de dote cauta.nam agens de ea quæstione,vtrùm,si ignobilis ducat nobilẽ, censeatur facta donatio remunerandi
58 animo? †distinguit,quòd si fiat ante cõtractum matrimonium,donatio præsumetur remuneratoria:siverò iã constãte matrimonio, non censebitur remuneratoria,sed potiùs liberalitas: subscribit Maynerius. l. in ambiguis pro dote. numero.62.j̃.de regul.iuris.& ita etiam in effectu distinguit Socin.l.1.num.73. s̃.eo.quẽ sequitur Paris. cons.86. nu.45. lib.3.quidquid repugnet Palac. rep. rubric.§.32.num.7. Nam ex prædictis dicendum est,quòd etiam & ante contractum matrimonium, non præsumetur remunerãdi animus, cùm in re diuersa fiat dotis cõstitutio, iuxta suprà tradita, ac ideò in dubio valebit tãquã simplex. Et in his terminis admittitur opinio Croti aduersus magis cõmunem in rubric.num.62.s̃.eod.Et ex his infertur vera explicatio ad decisionem d.§.inde Papinianus. nam aduertendum est,q̃licèt quãdo ego patior rem meam per alium donari,videar fictè illi donare. l. in ædibus.§.pen.j̃.de donatio.tamen si cõsentiam rem meam vendi per alium, is cõsensus importat, vt illa venditio valeat in præiudicium consentientis, ac si ipse venderet.l.sicut.§. venditiones. s̃. quib. modis pignus.non tamen videtur donare pretium vẽdenti:imò videtur illud sibi reseruare. l. si fundum per fideicommissum.94.j̃.de legat.1.& ideò pretium à vendente repeti poterit.l.mater.C.de reiuendicatio. siue vendens suo nomine vendiderit, siue nomine domini.Bartolus hîc num.14.ad finem.receptus,vt asserit Vincentius num.41. ad finem. Iuxta quæ videbatur dicendum, quòd in specie dict.§.inde Papinianus. quanuis libertus consentiret, quòd patronus vẽderet prædium donatum, non ob id vide-

videtur pretium ei donare: imò posset illud repetere. Contrarium tamen determinat Iureconsult.in d.§. inde Papinianus. si patronus iussit fundum tradi liberto donandi animo:nam tunc is cõsensus liberti inducet,vt pretium videatur donatum patrono: quia scilicèt agitur de remuneratione in eâdem re donata,iuxta suprà tradita:non tamen aperit Iureconsul.vtrùm in dubio patronus iubendo tradi fundum liberto, videatur habuisse animum donandi fundum & pretium,quod pro fundo soluerat?Et est dicendum,in dubio non esse credendum,† quòd animo donandi iusserit ei
59 tradi, sed potiùs tanquam procuratori: argum.l.qui mihi donatum.in fine.ʒ.de donatio.Quare cessante præsumpta donatione ex parte patroni, cessabit dispositio d.§.inde Papinianus. & sic libertus qui consensit fundum illum vendi,contrario iudicio mandati partem pretij, quam pro eo fundo soluit,posset repetere,dum modo compensaret mercedes, quas interim percepit: & pari ratione fructus interim perceptos. & ita Iureconsf. dict.§.inde Papinianus.in fine.Vnde est text.pro dicto Bald. in rubric. num. 15. C.de contrahẽd.emptio. quod extollit Cremens.singul.168.Ferrac.cautel.54. & alij relati per Couarr. resolu.lib.3.c.4. num.7.Et ex his constat, non benè mẽtem Iurecõsul.percepisse Curt. Iunior. consilio.34.num.5.dum dicit, d.§. inde Papinianus.exorbitantem esse, & contra notata per gloss.l. Gaius. ʒ. de pign. actio.Quod tamen non est verum,quia notata per gloss.d.l.Gaius.proceduntin eo qui præsens est,& tacet,quando venditur res sua: neque enim videtur consentire,ratione de qua ibi per gloss. Cæterùm in dict.§.inde Papinianus. agitur, quando quis expressè consentit venditioni rei suæ:quanuis enim tunc non videatur donare pretium:tamen quando præcessit donatio in eadem re, videtur & pretium donasse.Ias.l.ex hoc iure.nu. 52.ʒ.de iust.& iure.& alij suprà citati.His ita explicatis,decisionem d.§. inde Papinianus.ampliabis primò, vt per Curt.Iunior.cons.54.num.3. Ampliabis secundò,procedere, etiamsi remuneratio videatur excedere donationem factam: quia regulæ gratitudinis exigũt,vt semper plus reddatur, quàm sit acceptum, vt post Aristotelem , & diuum Thomã tradit Fortun.l.1.§.ius naturale.) nu. 65. in fine.ʒ.de iust.& iure.Purpurat.l.cùm quid.num.131.ʒ.si cert.petat. Quod tamen Tiraquel.l.si vnquam.verb. donatione largitus.num.84.dicit intelligendum,quando qualitas remunerantis id suadet,vt quia sit nobilis, vel diues:arg. cap.1. de donatio. aliàs secus:subscribit Bolognet.hîc num.86.Menoch. libr.2. de arbitrar.casu.88.num. 54. Aliter etiã explicat Iulius Clarus.§.donatio.q.3.ad finem.Sed veriùs resoluendũ est, quòd donatio censebitur remuneratoria,etiã si excedat quantitatem benemeritorũ
60 in modico:†quia vt inquit Diuus Thomas.2.2.q.106.artic. 6. non dicitur satisgratus,qui tantum reddit,quantum accepit.Si igitur id quod datur in remunerationẽ,excedat quantitatem benemeritorum in quarta parte, tota nihilominus donatio cẽsebitur remuneratoria, vt elegãter tradit Nauar. in apologia de redditibus.q.1.monitu.82.nu.6 Et pro eo expẽdo tex.d.§.inde Papinianus. nã ibi patronus donauerat fundũ liberto, & præterea bessem pretij, quod soluerat pro eo fundo:& libertus postea consentiens fundũ vẽdi per patronũ, censetur animo remunerãdi cõsensisse ,ita vt valeat vẽditio facta per patronũ , & ipse integrũ pretiũ recipiat: in quo quidem non solùm cõtinebitur bessis pretij, qd patronus ei donauerat,sed etiam triens pretij,quem ex suo libertus soluerat: ergo præsumitur remunerandi animus,& censetur donatio remuneratoria, etiãsi excedat beneficium acceptum in tertia parte pretij. Et ideò meritò inquit Lancelot.



Lancelot.Deci hîc col.5. post princ. q̃ qui accepit accepit beneficium, debet imitari agros fertiles, qui plus reddunt, quã accepiũt:q̃ si remuneratio sit nimis excessiua,tunc in eo quod excedit, cõsiderabitur tanquã simplex donatio indigens insinuatione.Ias.ita intelligendus l. si donatione, nu. 3. C. de collatio.& ibi Deci. nu. 16.Rip.l.si vnquã.nu.29.C.de reuoc.donatio.Menoc. lib. 2.de arbitra. casu.132.à n. 6.Molin.lib. 2. de primog. cap.8. num. 17. quibus adde Paul. rep. l. ex hoc iure:nume. 36.ad finem .ʒ.de iust.& iure.Conclusionem d.§.inde Papinianus.ita explicatã limitabis primò cũ Curt. Iuniore cons. 34. nu. 5. vt non procedat,si libertus pateretur, patronũ fundũ donatũ locare: licet enim videatur donare,quando patitur eum fundũ vendere,& sic dominium transferre: nõ idem erit quando patitur eum locare: quo casu dominiũ non transfertur. Sed dicendum est, nõ videri quidem fundũ donare,per rationes Curt.Iunior.mercedem tamen locationis censebitur patrono locanti donare:quia aliàs frustra consensus liberti interueniret.† Item, quia
61 cum libertus,& dominium fundi,& bessem pretij acceperit à patrono, saltem respectu pretij debet præsumi remunerandi animus.Secundò limita d. §. inde Papinianus.non procedere, quando ex presumpta remuneratione, doti preiudicaretur:tunc enim ea præsumptio locũ non habebit,ne aliàs mulier remaneat indotata.l. idemque.10.§. si cui, in fine, ʒ. mandati,per quam ita tenet Bart.hic num.6. & tracta.de duob. fratrib. ad finem.Bald. l. filię cuius. nu. 16. C.famil. ercisc. Ancharr. consil.32.n. 10. & per illum tex.hanc esse receptam conclusionẽ asserunt Alex.hîc nu.4. ad finem.Iason nu.24.Pontan.num.11.Nouellus de dote.3.parte,priuileg.11.num.9.Sed est aduertendum,hanc limitationem nulla probabili ratione niti,quia tantũ concludit ratio DD. quando pactum esset, vt viua filia,dos restitueretur matri:nam si post mortẽ filiæ esset matri restituenda, cessat prædicta ratio : & tamen DD. cõmuniter intelligunt,prædictã limitationem generaliter procedere: & ideò verior respõsio est,ideò inspecie d.§.si cui: non præsumi donandi animum,quia vt ex litera cõstat,mater admissa fuit ad stipulandum dotis restitutionem de mandato filiæ: & hoc mandatum excludit præsumptum donandi animũ.l.Seia.12. ʒ.de dote prælegat,&.l. cũquis decedẽs. 35.§.nuptura.ʒ.de leg.3.l.Iulianus.131. §.1.ʒ.de verbor.obligatio.&quia mandatum fit ad vtilitatẽ mandãtis.l.1.ʒ. mandati:vnpe hæc præsumptio tanquã fortior excludet præsumptum donãdi animum , vt hîc aduertit Lancelot. Deci. col.5.& ita in specie respondet Nouellus.l.1.num.411.ʒ.eodem.& de dote.6. parte.priuileg. 69.nume.2. Subscribunt Iason hîc nu.25. Claud.nu. 5.Vincent. num.29.Menoch.lib.2.de arbitrar.casu. 88.nu.55.Qui ex hoc inferunt, q̃ si mater quæ dotẽ dedit pro filia, simpliciter admissa esset ad stipulandũ,tunc præsumeretur remunerãdi animus, iuxta tex: d. §. inde Papinianus. Sed non videtur vera hæc illatio, quia semper in adhibitione ad stipulandum,includitur mandatum:vt hîc aduertit Bolognet. n. 85. Neque dicas cũ Cuman.hîc nu.8.exemplificari posse prędictã illationẽ, quãdo mater nõ fuit adhibita, sed spõte sua stipulata est dotis restitutionẽ de consensu filię:tũc enim cessãte mãdato, præsumetur remunerãdi animus,iuxta d.§. inde Papinianus.quia replicabitur, q̃ mater non potest tollere filię dotis actionẽ, nisi de consensu & volũtate filiæ.l. Sthicũ.8.in fine.ʒ.de nouatio.Et secundũ iuris rationes idẽ est de mãdato meo quid
62 fieri , vel volũtate mea: † vt eleganter probat Paul. hîc nume. 5. ad medium. & ideò tantum exemplificari post prædicta illatio,quando mater fuit adhibita ad stipulandum , vt fieret sibi dotis restitutionem

restitutio ad propriam vtilitatem: nam tunc apertè cessat mandatum. l. ob res. §. 1. s. de pact. dotalib. & tũc cẽseretur cõsensus & adhibitio filij includere remuneratoriam donationem, iuxta d. §. in de Papinianus, & iuxta hæc debet explicari. l. si mulier de suo. 70. s. de iure dotium. Quartus casus principalis, in quo præsumitur donatio, ponitur. l. vtrũ. 48. s. de donatio. interuirum ad cuius interpretationẽ aduertendum est, quòd glo. 1. ibi interpretatur, Iureconf. velle, vt in dubio etiam inter coniuges non præsumatur donatio, nisi ex modo impensæ contrarium colligatur, vt pote quia sit modica: & hunc intellectum probat Bart. hîc num. 7. latè explicans: & vti receptum probat Bolognet. nu. 83. vnde tex. ille vulgô allegatur, quòd inter maritum & vxorem præsumitur donatio, si parua sit quãtitas: vt Alex. l. 1. ad finem. C. de negoc. gest. Paul. l. si negociũ. nu. 1. C. de negoc. gest. & ibi per Alex. ad finẽ. Roman. consil. 146. n. 1. ad finem. Bolognin consil. 17. num. 16. Andre. Sicul. consil. 60. col. 16. lib. 3. Sed ego aduerto, hunc communem intellectum non bene adaptari verbis d. l. vtrum: non enim ibi proponitur quæstio, vtrùm maritus videatur fecisse animo repetẽdi, vel animo donandi? vt communis præsupponit: sed vtrùm maritus videatur quid fecisse animo gerẽdi negocium mulieris, vel ex officio mariti? Quod ego vltra alios ita explicandum existimo, vt marito ex officio mariti incũbat paruas impẽsas facere in reb⁹ dotalib⁹. l. pen. j. de impensis. prout & in fructuario probat. l. hactenus. 8. s. de vsuf. Dicit ergo Iureconf. in d. l. vtrum, quòd vtrum maritus fecerit ex officio mariti, id est tanquam maritus obligatus ad faciendam illam impensam, vel tanquam quilibet extraneus expenderit, faciendo negocium vxoris? perpendendum est id, ex modo, & genere impensæ: † nam si fue
63 rit parua, tunc ex officio mariti videtur fecisse. d. l. pen. j. de impensis, si autem sint magnæ, videtur fecisse animo gerẽdi negocium mulieris: & sic id quod expẽdit, per actionẽ negociorũ gestorũ repetere potest. l. 2. s. de negoc. gest. Ex qua vera interpretatione infertur, q̃ in d. l. vtrum. non agitur de præsumpta donatione: quia certum erat, donationem impensarum non valere inter coniuges. l. in voluptarijs. in fine. j. de impensis. sed potius vtrùm maritus teneretur facere impensam iure mariti, nec ne? Inter quos intellectus ea est notabilis differentia, quòd primo casu protestatio in contrarium excludet præsumptum donandi animum, etiam si agatur de parua impensa: in specie Alex. l. 1. in fine. C. de negoc. gestis. & tamen in secundo casu in nihilo valebit protestatio quoad ea, ad quæ ius obligat maritũ. gloss. l. alimenta. C. de negoc. gest. Infertur etiã vera interpretatio ad. l. omnino. j. de impẽsis. nec enim ibi agitur de præsumpta donatione, vt malè præsupponit Bart. hîc nu. 6. & alij communiter, sed potius de impensa, ad quã iure mariti tenebatur ipse maritus, vt constat ex supra traditis. Deniq; infertur explicatio ad literam d. l. vtrum. dum dicit, spectandũ esse modum impẽsarum, id est, mensuram & quantitatẽ: arg. l. placuit. 39. supra de vsuris. nã si fuerint modicæ, eas tenetur maritus ex officio facere. l. pen. j. de impensis. secus si fuerint magnæ. Item inspiciendum esse genus expensarũ, id est, qualitatẽ: arg. l. 3 §. Iulianus. j. de liber. exhibend. si enim fuerint factæ gratia fructuum, non repetentur à marito: secùs si fuerint factæ ad perpetuã dotis vtilitatẽ. l. diuortio. 8. §. fin. s. eo. Admisso autẽ cõmuni intellectu ad d. l. vtr. ũ ex ea per argumentum à speciali, colligendũ est, quòd inter extraneos nunquã præsumitur donatio, etiã si de modica re agatur: quòd ità pro cõstãti tenet Alex. l. si negociũ. ad finẽ. C. de negoc. gest. & Bolognin. cõs. 27 n. 16. Cõtrariũ tamen sentit Bart. hîc n. 7. volens quòd



quod etiam inter extraneos præsumatur donãdi animus, si de modica re agatur: & idem l. cum quid. nu. 11. s. si certũ petatur. Pro concordia dicendum est, q̃ inter coniunctos præsumitur donandi animus, si de re modica agatur. l. si seruus. 39. s. de donatio. inter virũ. qui text. probat, id etiam procedere inter collaterales: vt etiã probat. l. ex duobus. §. si Titium. cum glo. s. de negoc. gest. & resoluit Alexan. l. si negocium. in fine. C. de negoc. gest. aduersus Paul. ibi num. 1. & inter maritũ & vxorem. d. l. vtrũ. cũ glos. Cæterum inter omnino extraneos nõ præsumitur donãdi animus, etiam si de modica re agatur, nisi aliqua alia qualitas accedat, quæ iuncta cũ modica re, inducat præsumptionẽ donationis, vt hic tradit Bolognet. nu. 88. & Alciat. l. cum quid. nu. 39. s. si certũ petat. vbi optimè exemplicat, & post eũ Bolognet. hîc nu. 83. Adde tu, q̃ & inter coniũctos ex sola scientia præsumitur donãdi animus, si de modica re agatur. l. si seruus. 39. s. de donatio. inter virũ. & tamen inter extraneos non solũ scientia, sed etiã præsentia requiritur, vt colligitur ex glos. d. l. cum quid. s. si certum petat. vt in simili prædictos casus distinguit Alex. l. sæpe. numero. 87. versi. non obstat, & num. 93. j. de re iudicat. Et ex his cauendum est à resolutione Alexan. l. alimenta. nu. 8. C. de nego. gest. quòd inter matrem & filium præsumitur donandi animus, nisi ex contrario ostendatur agi de magna re: inter alios autem nõ præsumetur donandi animus, nisi donationem allegãs, probet, agi de modica re: nam imò ex prædictis dicendum est, quòd inter coniunctos, siue maritum & vxorẽ, semper præsumitur donatio, si de modica re agatur. d. l. vtrũ. cũ glo. Sed inter extraneos nõ præsumetur donatio, etiã si de modica re agatur, nisi probetur etiam alia qualitas, quæ adiuncta modicæ rei, inducat præsumptionem donationis, vt suprà dictum est. Vltimus casus, in quo præsumitur donandi animus, colligitur ex doctrina Bart. l. pen. §. 1. n. 3. j. eo. ex cuius dictis quoad nostrũ propositum prima sit conclusio: Vestes quotidianæ datę per maritum vxori ad proprium vsum, præsumũtur donatæ, & valet ea donatio, etiam cõstante matrimonio: vnde mortua vxore, ad illius hæredes pertinebunt, non autem ad maritum reuertentur. Ratio huius conclusionis est, quia maritus ex officio suo tenetur victum & alimenta præstare vxori, dum constat matrimonium. l. si cum dotem. 29. §. fin autem. s. eo. l. fina. in princip. j. de doli exceptio. l. quod in vxorem. C. de negoc. gest. ergo & vestes quotidianas tenetur præstare: nam nomine alimẽtorum vestes etiam quotidianæ continentur. l. legatis. 6. j. de alimẽtis & cibo. legatis. l. verbo victus. 43. j. de verborum significat. Ergo cum maritus dando vestes quotidianas, satisfaciat propriæ obligationi, illas minimè repetere poterit. l. penult. j. de impensis.
65 glo. l. si modo. j. de legat. 1. † & in specie videtur text. l. ex annuo. 16. in princip. s. de donatio. inter virum, dum probat, quòd si quid annuum præstatur per maritum vxori, nomine scilicet alimentorũ, vt ibi per glo. 1. id statim efficitur vxoris: neque id quod superest, repetitur per maritum, nisi nimis sit excessiuũ, attẽta dotis quãtitate, vt ibi declarat Fulgos. ergo cũ & vestes quotidianæ sub nomine alimẽtorũ veniãt, quoad illas statim valebit donatio. Vnde meritò Bart. ibi nu. 1. collegit, q̃ datio vestiũ quotidianarũ, statim valet, nec soluto matrimonio per maritũ repetuntur. Qua inductione idẽ probat. l. sicut. in fine. C. de donat. inter virũ, & ibi notat Salic. & ita in specie hãc primam Bar. conclusionẽ probat Bal. l. filiæ cuius. n. 14. C. famil. ercis. Roman. cõsil. 146. post princ. Alex. l. pen. §. 1. nu. 3. j. eo. Andreas Sicul. consil. 60. colum. 16. libro. 3. Capella Tholosana quæstione 336. Vitalis tractatu clausularũ in titulo, an iuri alimentorum possit renũtiari.

pagina 951 & illam probat Alex. videndus consil. 42. nu. 4. lib. 5. Palac. rep. rub. §. 11. n. 3. Gomez. Arias. l. Taur. 50. n. 32. Gregor. l. 23. tit. 11. partit. 4. verb. Paños dicens hanc opinionem per eam legem probari: & hãc esse receptissimã conclusionem asserit Iulius Clarus. §. donatio. q. 10. ad finem Roland. consil. 10. nu. 12. lib. 1. Riminald. consil. 384. nume. 1. & nu. 10. lib. 2. Anton. Gãma decisio. 309. num. 13. Matienço. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. gloss. 5. num. 1. & ita omnes tenere asserit Petrus Gregor. in syntagmate iuris, li 28. c. 10. n. 19. Contrariã nihilominus opinionẽ, imò quòd vestes quotidianæ non videantur donatæ per maritum, & ideò quòd si vxor prædecedat ante virum, maritus posit eas vestes repetere tanquam, suas tenet Bald. l. cum à te à nu. 4. C. de donatio. ante nuptias. Alex. l. si is qui. §. dos. num. 4. ʒ. ad. l. Falcid. Cãpes. de dote. 2. par. q. 55. n. 3. Et pro hac sẽtentia vrget, quòd maritus non tenetur alere vxorem, nisi quandiu constat matrimonium, ergo neque vestes dare, nisi eo tempore. Ergo si adhuc extent soluto matrimonio repeti poterunt. Secũdò vrget pro hac opinione. l. si stipulata. 34. s̃. de donat. inter virũ. Tertiò. l. pen. §. 1. ʒ. eod. Quartò. l. sed si vir ex lana. 32. in princ. s̃. de donatio. inter virũ. Sed his nõ obstantibus, non est recedendũ à magis recepta conclusione: quia donatio harum vestium statim valet, nec reuocari potest, † neq; repeti per maritũ. l. si vsus fructus. 80. adiuncta gloss. fin. ʒ. ad. l. Falcid. Bald. l. filiæ cuius. nu. 14. C. famil. erciscu. Neq; obstant supra adducta pro cõtraria opinione, quia adptimũ respondetur, quòd cũ hæ vestes sint modicæ æstimationis, censentur donatæ. l. vtrũ. cũ gloss. s̃. de donation. inter virum, & ita Roman. consil. 146. post princ. Andreas Sicul. consil. 60. col. 16. lib. 3. Sed non placet: quia etsi donatio præsumatur; tamẽ requiritur confirmatio per mortem mariti. l. cum hic status. s̃. de donation. inter virum, & vxorem, quod est contra mentem communis. Item tantum procederet in vestibus quotidianis per vsum attritis, & parui valoris, quæ modicum valent, vt aduertit Alex. l. si is qui. §. dos. num. 4. ʒ. ad. l. Falcid. quod etiam est contra mentem cõmunis. Vnde ad veram resolutionem agendum nobis est de vero tellectu d. l. ex annuo. 16. s̃. de donatio. inter virum. In primis igitur ad illius interpretationem aduertendum est, quòd dum text. ille dicit: quòd quando id quod superest, est immodicum reuocari potest per maritum, non debet intelligi de immodico respectu quantitatis, sed de immodico habita relatione ad vires dotis, vt Iureconf. clare se explicat, & ibi aduertunt Fulgos. & Salic. Debet igitur attendi, vtrum annuũ datũ mulieri, sit immodicũ, attenta quantitate dotis, & fructibus illius: & tunc quod superest, indistinctè reuocari potest, aut nõ est immodicũ attentis viribus, & fructibus dotis: & tũc id quod super est, siue sit immodicum, siue non indistinctè repeti non potest, vt clare sentit d. l. ex annuo. Et ad hunc modũ debet declarari gloss. fina. l. sicut. C. de donatio. inter virum. & debẽt etiam declarari Roman. l. de diuisione, num. 15. & ibi Iason num. 14. s̃. eod. Roman. consil. 517. num. 28. dũ colligunt ex d. l. ex annuo, quòd si annuũ excedit onera matrimonij, in excessu non valet datio: nam potius docere debuissent, q. si annuũ excedit vires dotis, si excessus sit immodicus, nõ valebit, vt aduertit Crotus rationẽ asignãs. l. si constante. 2. lectura num. 156. s̃. eo. & Connanus. lib. 8. commentario. c. 11. nu. 6. nã extra hunc casum, etiam si id quod superest, immodicum sit, repeti non potest per maritum, vt clare probat d. l. ex annuo. Denique & iuxta prædicta est declarandus Tiraq. l. si vnquã. verb. donatione largitus. num. 123. C. de reuoc. donatio. dum colligit ex d. l. ex annuo. quòd si id quod excedit, sit modicum, repeti non potest: quod etiam tradit Menoch. de præsumptio. lib 3. præsumptio. 9. num. 15. ad finem. nam debet intelligi, si id quod excedit vires dotis, sit modicũ. Quo præsupposito, ex d. l. ex annuo. duæ colligẽdæ sunt notabiles conclusiones. Prima est, quòd licet donatio inter virum & vxorem sit prohibita: tamen datio annui facta mulieri, valet à principio, ita vt neque quod superest, reuocari posit: notabil. gloss. fina. l. si vsusfructus. 80. ʒ. ad. l. Falcidim. & gloss. l. si id quod §. fina. verb. licet. s̃. de donat. inter vir. Bald. l. filiæ cuius. num. 14. C. famil. erciscund. Gamma decisio. 164. numer. 3. Petrus Gregorius in syntagmate iuris lib. 9. cap. 25. nu. 18. Sed videndum est de ratione. Et Aretin. l. si ante. col. 3. ad medium. s̃. eodẽ. eam esse existimat, quòd annuum datum vxori, succedit loco alimentorũ quæ maritus vxori tenetur dare: gloss. 1. d. l. ex annuo. & est textus. l. quidam fundum. 22. ad finem, & ibi notant Alber. & Fulgos. s̃. de pact. dotalib. facit. l. cum hi. §. si in annos. s̃. de transact. Cũ igitur maritus in effectu det vxori id quod ei debebat, nõ videtur propriè esse donatio, vt expresse probat Iureconf. l. si quis pro vxore. 22. ad finem. s̃. de donation. inter virum. & ideò valet à principio: subscribit Gamma decision. 164. nume. 3. Sed non placet, quia apertè confunditur per. l. quidam fundum. 22. in fine. s̃. de pactis dotalibus. quæ probat; dationem annui continere quandam speciem donationis, quæ est prohibita inter virum & vxorem: quod etiam probat. l. si stipulata. 34. s̃. de donation. inter virum. Qua ratione etiam tollitur explicatio Paul. Castrẽsis. l. si quando. in princ. nume. 2. ʒ. de legat. 1. dum simpliciter dicit, speciale esse in hoc casu, quòd valeat donatio annui inter maritum & vxorem. & Bald. l. filiæ cuius. num. 14. C. famil. erciscund. nam imò à principio non valere, probant iura supra citata. Vnde Roman. l. de diuisione. num. 14 s̃. eodem & consil. 517. num 28. existimat, quòd licet maritus dando annuum vxori, videatur ei donare: tamen & mulier recipiens illud pro alimentis, videtur ei mutuam donationem facere, quia liberat eum ab alimentis quæ maritus debebat ei præstare, ac proinde quasi mutua donatio valet inter virum & vxorem. l. quod autem. §. si vir aut vxor. s̃. de donatio. inter virum. Quam Romani considerationem probarunt multi quos refert Tiraquellus d. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nume. 122. & in effectu probat Connan lib. 8. commentario. cap. 11. num. 6. Sed non placet: quia maritus dando annuũ vxori pro alimentis, non videtur ei donare. l. si quis pro vxore. 22. ad finem. s̃. de donatio. inter virum. & consequẽter vxor illud recipiendo pro alimentis, nihil etiam videtur donare marito. Ergo apertè cessat Romani & sequacium consideratio: Vnde pro vera ratione aduertendum est, quòd datio annui videtur casus mixtus, partem habens à solutione debiti, & partem à donatione. Cùm enim succedat loco alimentorum, quæ debentur vxori. l. quidam fundum. 22. s̃. de pactis dotalibus. quoad hoc assimilatur solutioni debiti. l. si quis pro vxore. 22. ad finem. s̃. de donatio. inter virũ. Sed quia ea quæ dietim erãt præstãda vxori, nunc sub vno cumulo accipiat pro toto anno, & alimenta quæ debebat recipere à manu mariti, nunc accipit propria authoritate administranda & consumenda. Item & pro fructibus dotis qui essent incerti, certum quid recipiat. Cõnan. lib. 8. commentariorum. cap. 11. num. 6. speciẽ quandam donationis videtur habere, vt inquit Iurecõs. in. l. quidam fundum. in fine. s̃. de pact. dotalibus. glo. l. si stipulata. verb. donatio. s̃. de donatio. inter virum. Adde tu, quòd & si quid superest, remanet penes vxorem, neque repetitur per maritum.

66

tũ.d.l.ex annuo.& ideò datio annui meritò dicitur casus mixtus: in quo id medium probatum fuit, vt si sola promissione annuum consisteret, ex ea non daretur petitio: quasi quoad hoc censeretur donatio prohibita inter coniuges. Sed si ad dationẽ processum esset, consideraretur tanquam donatio non prohibita,& consequenter quòd neque reuocari posset per maritum, neque id quod superest posset per maritum repeti. text. est clarus in. l. sicut. C. de donatio. inter virum. notauit gloss. fina. l. si vsusfructus. 80. ʒ ad l. Falcid. & gloss. l. si id quod. §. fina. verbo. licet. s̃. de donation. inter virum. Ex qua resolutione infertur intellectus ad d. l. ex annuo; nam cum agat de annuo dato, meritò præsupponit valere donationem, neque reuocari. Bald. l. filiæ cuius. num. 14. C. famil. ercis. neque id quod superest, posse repeti per maritum vel eius hæredes. Secundo infertur intellectus ad. l. si stipulata. s̃. de donationib. inter virum: nã agit de annuo promisso, quod cadit sub membro donationis prohibitæ, & ideò requiritur, quòd morte mariti confirmetur: estque text. elegans probans, quòd licèt mera donatio non confirmetur morte mariti, si tantum promissa est. l. Papinianus. s̃. de donation. inter virum. tamen donatio annui, quia non est mera donatio, etsi in promissione consistat: tamen morte mariti confirmatur: quidquid aliter explicet Connan. libr. 8. commentari. cap. 11. num. 7. secus si interueniat diuortium; nam tunc non confirmatur, iuxta regulam. l. cum hic status. 33. §. si diuortium. s̃. de donation. inter virum. & est expressum. l. quidam fundum. 22. s̃. de pact. dotalib. notauit Fulgos. l. si id quod. §. fina. s̃. de donation. inter virum. Tertiò infertur intellectus ad. l. si id quod. 29. §. final. s̃. de donation. inter virum. dum probat, quod licet ex annuo promisso non detur vxori actio: tamen poterit compensare cum eo quod debet marito, iuxta. l. etiam. s̃. de compensatio. Quæ conclusio secundùm iuris rationes videtur non posse procedere: nam cum annuum promissum cẽseatur donatio prohibita, vt supra diximus, non oritur ex ea naturalis, neque ciuilis obligatio, iuxta regulam. l. cum lex. ʒ. de fideiussoribus. ergo ratione illius non potest objici exceptio neque compensatio: quod in specie probat. text. l. quidam fundum. 22. s̃. de pactis dotalibus & ibi notant Odoffred. Alber. & Fulgos. Pro concordia dicendum est, quòd d. l. si id quod. §. pen. loquitur quidem in annuo promisso: sed quando mulier ratione illius aluit se ex suo, vel ex eo quod mutuo accepit: quare. §. fina. qui cum eo continuatur, in eisdem terminis accipi debet, & sic quando maritus promisit vxori vsuras dotis pro annuo, & ipsa ex suo, vel ex eo quod mutuo accepit, se aluit: vt ibi expressè intellexit gloss. verbo. stipulata. & Salic. gloss. 2. l. si stipulata. 34. s̃. de donation. inter virum & vxorem. & in his terminis probat d. l. si id quod. §. final. directam actionem ex annuo promisso non dari vxori, sed tantum posse compensare id quod ex suo consumpsit, cũ eo quod ex alia causa deberet marito. Vnde inferas, quòd in casu illius textus non objicitur compensatio ratione annui promissi, sed potius ratione illius, quod mulier ex suo absumpsit in se alenda, freta in promissione sibi facta per maritum. Et est ratio, quia tunc ei competit aduersus maritum actio in factum pro eo quod ex suo consumpsit: arg. l. inter socerum. §. conuenit. s̃. de pactis dotalibus. tenet gloss. dict. l. si quod. §. final. verbo. licet & glossa. l. si stipulata. 34. verbo non potest. s̃. de donationibus inter virum. glo. 1. l. sicut. C. eodem titulo. & ibi Salicetus num. 1. Alexander. l. si is qui. §. dos. num. 1. ante finem. ʒ. ad legem Falcidiam.



Cãpes. de dote. 2. par. q. 55. nu. 3. Si autẽ maritus nihilominus mulierem aluit, tunc neq; ipsa ageret ex promissione, neq; compẽsare, vel excipere posset: glo. dict. l. si id quod. §. final. verbo. licet. & est text. l. quidã fundum. 22. s̃. de pactis dotalibus. quem ita intelligunt Albericus & Fulgosius ibi, & eleganter Cõnanus lib. 8. commentariorum. cap. 11. nume. 6. Et hæc de prima conclusione dict. l. ex annuo. Succedit igitur secunda: Quòd si ex annuo aliquid superest, non potest repeti per maritum. Et expende, textum sentire, quòd licet id quod superest, sit immodicum, repeti non potest: nam tantum permittit immodicum repeti, quando annum excessit immodice vires & fructus dotis, & ita clarè & eleganter Connanus videndus lib. 8. cap. 11. nu. 7. Et est ratio, quia quando est intra vires dotis, reputatur donatio permissa, etsi forsitan excedat alimenta debita, vt Connan. existimat: siue quòd præsumitur maritũ dedisse annuũ, correspõdens alimentis debitis vxori. l. si quis pro vxore. 22. §. fin. s̃. de donatio. inter virũ & vxorẽ. Salicetus l. sicut. nu. 4. C. de donatio. inter virũ. Id igitur quod superest, magis credendum est ex eo prouenisse, quòd mulier fraudando genium, vel aliqua diligentia vsa, ex aliàs necessarijs fecit aliquid superesse: vnde meritò sibi illud appropriat & acquirit: arg. l. 3. ʒ. ad legẽ Falc. & in simili tradũt relati per Molin. lib. 2. de primogenijs. c. 10. n. 50. Ex hac secunda cõclusione ita cõprobata infertur primò annotatio ad tradita per gloss. secundam. l. sicut. C. de donationibus inter virum. dum vult, quòd quando annuum datur vxori, id quod consumptum est, non repetitur: sed si quid superest, repeti potest per maritum: sequitur Salicet. ibi. num. 3. Alexander. l. si is qui. §. dos. num. 1. ante finem. ʒ. ad legem Falcid. Campesius de dote. 2. parte. quæst. 55. numer. 3. Palacius repetitio. rubric. §. 11. nu. 3. ad medũ. Petrus Gregorius in syntagmate iuris. lib. 28. cap. 10. numer. 10. Sed vtique hæc opinio apertè confunditur per dict. l. ex annuo. in secunda conclusione, & quia aliàs annuum nullam fere contineret speciem donationis, vt colligitur ex ratione. l. si quis pro vxore. 22. §. fina. s̃. de donationibus inter virum: & tamen certum est, speciem donationis habere. l. quidam fundum. s̃. de pact. dotalibus. Secundò infertur annotatio ad tradita per Salic. l. sicut. col. fina. C. de donation. inter virum. dum dicit, quòd annuum, si nõ est consumptum, repetitur, etiam si non excesserit modum: quia illud recipit pro alimentis, & si aliquid superest, videtur fateri illud non fuisse necessarium ad alimenta, & sic repeti potest: nam id est contra textum dict. l. ex annuo. & contra text. d. l. sicut. C. de donatio. inter virum. nam licet gloss. ibi exponat, erogati, id est, consumpti: verius est, exponendum esse, id est, distributi per singulos menses: id enim propriè significat verbum, Erogare. l. fina. s̃. de petitio. hæred. Prateius in lexico verbo. erogationes. Neque obstat ratio Salic. quia respondetur, non sequi illud quod ipse existimat: nam potuit mulier fraudando genium, facere, vt ex necessarijs aliàs, aliquid superesset, vt supra diximus. Item licet constaret excedere, tamen quod superest, repeti non posset si esset intra vires dotis: vt clare probat d. l. ex annuo, & d. l. sicut. tradit Cõnanus lib. 8. cõmentario. c. 11. nu. 7. &. s̃. diximus. Infertur tertiò annotatio ad ea quæ post imolã. l. pen. §. 1. n. 10. ʒ. eo. tradit Alex. l. si is qui. §. dos. nu. 1. ad finẽ. ʒ. ad. l. Falcid. Cãpes. de dote. 2. parte. q. 55. n. 3. quòd si annuũ datum sit vxori, potest per maritũ reuocari, nisi illud sit consumptũ, vel mulier tãtundẽ ex suo cõsumpsit: vt sensit glo. l. si stipulata. 34. verbo. non potest. in fine. s̃. de donatio. inter virum: nam hæc opinio falsa est, & contra mẽtem d. l. ex

l. ex annuo. quæ sentit, non solum annuum reuocari non posse, sed etiam neque id quod superest: & idem clarè probat. l. sicut. C. de donation. inter virum, tenet gloss. fina. l. si vsus fructus. 80. ff. ad. l. Falcid. & contraria opinio tã tùm admitti potest, quando annuum excedit vires dotis: nam tunc id quod excedit, tanquam omnino inualidum, reuocabitur per maritum: vt colligitur ex mente d. l. ex annuo. Vel etiam saluari potest, si maritus, licet annuum aliquando dederit, nunc tamen non vult dare: neque enim cogetur de nouo annuum dare: arg. l. voluntarie. C. de excusatio. tutor. & l. final. C. ne vxor pro marito. & in specie Connanus lib. 8. commentariorum cap. 11. num. 6 Vltimò infertur. d. l. ex annuo. optimè probare, quòd vestes quotidianæ datæ vxori per maritum, etiam soluto matrimonio suæ remanent, cum sub annuo siue alimentis videãtur contineri, vt supra dictum est. Neque obstat difficultas mota per Alexand. l. si is qui. §. dos. nume. 4. ff. ad. l. Falcid. quòd vestes non dantur, nisi dum durauerit matrimonium, & ideò eo soluto, non possunt retineri per vxorem: nam respondetur, quòd cum vestes videantur ad annuum pertinere, etiam id quod superest, retineri potest per vxorem: vt clarè probat d. l. ex annuo. Vnde etsi quid annuum detur per patrem filio pro alimentis, vel ad sustinenda onera matrimonij: non solùm consumpta non venient in collatione. l. ea demum. C. de collatio. expressè Bald. l. filiæ cuius. num. 14. C. famil. ercisc. Antonius Gamma de cision. 164. nu. 3. sed etiã neq; venient conferendum, id quod superest: arg. d. lex annuo explicato vt suprà, quia eadẽ militat ratio. Non obstat tertiũ argumentũ deductũ ex. l. pen. §. 1. ff. eodẽ. quia respondetur, quòd aut intelligis, datas fuisse vestes seruis dotalibus, vt est de mente gloss. ibi, & est dicendum procedere in datis seruis dotalibus, ad quos nõ habetur tanta affectio, & ideò neq; præsumitur donatio. Inde autem non esse inferendum ad vestes datas vxori: quia propter maiorem affectionem, harum præsumitur donatio, & ita Salic. l. sicut. nume. 5. C. de donationibus inter virum. Campes. de dote. 2. parte. quæst. 55. num. 3. ad finem. Palac. repetit. rubri. §. 11. nume. 4. Sed non placet: quia & seruis dotalibus maritus alimenta, & sic vestes quotidianas tenetur
69 præstare ff. l. si id quod. 28. §. 1. ff. de donatio. inter virum. Si igitur impleuit id, quod facere tenebatur, nihil repetere potest. l. pen. ff. de impensis, & ff. diximus & ideò verior responsio est, quòd rex. d. l. pen. §. 1. loquitur in vestimentis datis seruis vxoris, qui non erant dotales, vt ibi intellexit Iacob. de Aren. & Bart. post princ. Cũ igitur in vestibus cõsistat mera donatio, & per diuortiũ cẽseatur reuocata, & necessaria est mors mariti, vt confirmata videatur. Quare si in terminis d. l. pen. §. 1. vestes essent datæ seruis dotalibus, tunc quia nihil videtur donasse maritus, sed potius propriæ obligationi satisfecisse. l. si quis pro vxore. 22. in fine. ff. de donat. inter virum. post solutum matrimonium non repetet, vt supra diximus in vxore: quia eadem militat ratio: & colliges in materia ex. l. sed si vir. 32. § fina. ff. de donation. inter virum. Non obstat quartum de. l. sed si vir. 32. in princ. ff. de donation. inter virum. vbi textus probat: quòd si maritus ex lana propria, vxori vestimenta confecerit: illa vestimenta sunt mariti, neque transeunt in dominium vxoris: quod repugnat supra resolutis: Bart. ibi respondet, quòd text. ille procedit, quando vestes pretiosę fuerunt cõfectę per maritũ vxori: hæ enim nõ transeunt in dominiũ vxoris, sed vestes quotidianę transeunt in eius dominiũ, neque reuocari, vel repeti possunt. 2. lo. fin. l. si vsus fructus. 80. ff. ad legem Falcid.

Sub-



scribit Gomez Arias. l. Tauri. 50. n. 12. Campes. de dote. 2. parte. q. 55. num. 3. ad finem. Sed non placet, quia aperte diuinat. Alios etiã intellectus ad illum tex. refert Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 227 ff. de libe. agnoscend. & aliũ assignat Petrus Gegor. in Syntagmate iuris lib. 28. cap. 10. num. 18. Sed verus intellectus est, quòd in d. l. sed si vir tãtũ, quęritur quãdo cõiux à principio dominium acquirit vestimenti confecti ex lana propria, vel aliena? Circa quod Iurecons. tres casus principaliter considerat. Primus est, quando mulier ex lana donata sibi per maritum, vestes confecit: & hoc casu probat. l. si mulier ex pecunia. 30 in fine. ff. de donatio. inter virum, vestimentum illud esse vxoris: nam quamuis lana non transierit in dominiũ vxoris propter legis prohibitionẽ. l. 3. §. sciendum. ff. de donatio. inter virum. tamen vestis confecta ex lana aliena, erit vxoris: quia cum vestis confecta non possit redire ad pristinam formam, faciens, vestium efficitur dominus. §. cùm quis
70 ex aliena. Instit. de rerum diuisio. ff & est expressum in. l. sed si ex meis. 26. in principio. ff. de acquirend. rerum dominio, notauit gloss. l. quæsitum. 77. §. illud. verb. iũcta. ff. de leg. 3. Cõnan. lib. 3. commentario. cap. 6. num. 2. Quanuis autem mulier domina vestium efficiatur: tamen competit actio marito ad petendum precium lanæ, ex qua vxor vestimentum confecit. l. vtilem. 31. ff. de donatio. inter virum, & ibi gloss. & etiã gloss. 2 l. sed si ex meis. 26. ff. de acq. rerũ
71 domin. Secũdus est, quando vir ex lana propria confecit vestem nomine vxoris, & ad eius vtilitatem: & hoc casu probat. l. sed si vir. 32. in princ. ff. de donatio. inter virum, dominium vestium remanere penes maritum: ex quo Bald. in. 2. lect. & Salic. ibi colligunt, quòd vestis data per maritum vxori, non transit in dominium vxoris, sed tantũ illius vsum consequitur, & dominium apud maritũ remanet, & consequenter soluto matrimonio ad illum debet redire: & sic vrget pro opinione, quam impugnamus. Sed facilè respondetur, prædictam collectionem non bene fieri ex d. l. sed si vir. tantùm enim text. probat, quòd etsi vir conficiat vestem ex lana propria nomine vxoris, non ob id transit dominium in vxorem. Et est ratio: quia cum lana sit mariti, & ipse ex ea vestem conficiat, necessariò vestis in eius dominio consistit, neque simplici voluntate dominiũ in vxorem transferre potest. l. traditionibus. C. de pactis. Sed si vlteriùs ponas, hanc vestem in dominio mariti consistentem, eum tradidisse vxori; si fuerit vestis quotidiana, dominium statim acquiretur vxori, & quidem irreuocabiliter: gloss. fina. l. si vsus fructus. 80. ff. ad. l. Falcid. & ff. diximus. Habet nihilominus is secundus casus duas arduas difficultates. Primã ex. l. nisi voluntate. 25. ff. de acq. rerum domin. vbi si quid fiat de voluntate domini nomine alterius, in illum transfertur dominium. Secũdus est, del. sed si vir, vers. si viri nomine. ff. de donatio. inter virũ, vbi probatur, quòd si mulier mariti nomine confecit vestes viriles, dominium vestis acquiritur marito, & tantùm pretium lanæ debet soluere vxori. Ergo pariter & in prædicto secundo casu dicendum est, quòd si maritus nomine vxoris vestem muliebrem confecerit, dominium vestis acquiritur mulieri, & illa tantum tenebitur pretiũ lanę marito soluere. Sed nihilominus defendendo hunc secundum casum, ff ad primam difficultatem respondendũ est, d. l. nisi voluntate. ff. de acq. rerũ dom. procedere, quando quis facit opus ex metallo alieno, mutando formam, nam licet tunc faciendo, dominium sibi non acquirat, quia ad pristinam formam reduci potest. l. adeò. §. cùm ex aliena. ff. de acquir. rerum dominio. l. quæsitum. 77. §. illud. ff. de leg. 3. tamẽ si id faciat, de voluntate domini, dominus efficietur:

nor

nos autem loquimur, quando ipse dominus ex re propria aliquid facit in vtilitatem alterius, hæc enim sola voluntas domini, non facit dominum illum, in cuius vtilitatē illud fit. Idque significat Inreconf. d. l. sed si vir. dum dicit, mulierem non effici dominam, etiam si quasi negocium gerens mariti lanipendia fecerit, & vestem fieri curauerit. Cùm enim id faciat nomine mariti iubentis vestem confici, & non nomine proprio, cessat regula. l. nisi voluntate. ĵ. de acq. rerum dominio. Quoad secūdam autem difficultatē respondetur, quòd d. l. sed si vir. vers. si viri nomine procedit, quando mulier ex lana propria confecit vestem virilem nomine mariti, opera ancillarū mariti, vt ex litera colligitur, & ibi notāt Bald. & Salic. hoc ergo casu dominium vestis acquiretur marito: quia cum adsit voluntas domini lanæ, & persona serui & domini eadem videatur. l. si Pamphilo. 10. adiuncta gloss. verb. duæ. ĵ. de optio. legat. l. dominus seruo. 39. ĵ. de verbo. obligatio. iuris interpretatione perinde est, ac si ipse dominus ex lana aliena sibi vestē confecisset, de voluntate domini, & sic reducimur ad terminos d. l. nisi voluntate. ĵ. de acq. rerum dominio. Ex quo colligitur elegans limitatio ad hunc secundum casum, vt non procederet, si maritus nomine mulieris iussisset vestem confici, per seruas tamen ipsius mulieris: nam tunc mulier efficeretur domina vestis, ob rationē supra assignatā. Colligitur etiā, quòd vt siue maritus, siue vxor, fiat dominus vestis, quæ ex lana aliena cōficitur suo nomine, oportet duo interuenire copulatiuè: q̄ fiat nomine illius: item quòd ille verè vel interpretatiuè iubeat vestem confici: altero autem ex his deficiente, non efficietur dominus vestis. Quare si non fiat nomine illius, sed nomine domini lanæ, non efficietur dominus vestis, quantūcūq; per proprias ancillas vestis fiat: & ita probat
72 d. l. sed si vir. in fine principij, † inferens, quòd si eo casu mulier prædictas vestes tradat marito donandi animo, non valebit donatio. Quod tu intellige, quādo mulier donat has vestes, ad quarum præstationem non tenetur: & aliud erit in marito, qui tenetur vestes præstare, tunc enim locū habebit conclusio de qua supra: & expressè tradit Salic. d. l. sed si vir. Tertius casus est, vbi mulier ex lana propria vestes confecit nomine suo, operis tamen ancillarum mariti, & tunc probat tex. mulierem sine dubio dominam effici vestis, nec ratione operarum ancillæ, aliquid marito teneri præstare. Ratio ponitur. l. si id quod. 29. §. si quas serui. s̄. de donatio. inter virum. Hanc primam conclusionem Bart. ita defensam ampliabis primò, vt si maritus vestes quotidianas non tradiderit vxori, ac proinde mulier vsa est vestibus paraphernalibus, pretium harum vestium restituendum est per maritum vxori. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. num. 44. ad finem. vers. secunda cōclusio Adducit. l. de his. 17. C. de donation. inter virum & vxorem. quæ tamen non loquitur in nostris terminis, sed tantùm quando maritus consumpsit paraphernalia de consensu vxoris: nam cum inde resultauerit donatio prohibita, tenebitur maritus, quatenus ex ea locupletior factus est, iuxta regulam. l. si sponsus. §. cōcessa. s̄. de donatio. inter virum. extollit Cremens. sing. 141. & Deci. consil. 521. num. 4. Nos autem loquimur, quando mulier vsa est bonis paraphernalibus pro illis, quas maritus sibi dare tenebatur, quo casu donatio permittitur inter coniuges. l. si vir vxori. 19. & l. mortis suæ causa. 54. vers. fina. s̄. de donation. inter virum, & vxorem. Resoluendum igitur est, quòd si id factum sit donandi animo, quia hęc donatio est permissa, vxor nihil repetere potest: si autē nō constet de donādi animo, tunc vxor posset à marito repetere pretium vestium quotidianarum, ad quarū præstationem maritus tenebatur: arg. l. si id quod. 29. §. illud cōstat. s̄. de donatio. inter virum. l. fina. s̄. de in rem verso. & quod Bart. l. libertis quos. §. 1. num. 3. ĵ. de aliment. & cibar. legat. Secundò ampliabis, vt vestes quotidianæ efficiātur vxoris, neque per eam sint restituendæ, etiā si pretiosæ sint, veluti sericæ; dummodo attenta quantitate personarum, hæ in numero quotidianarum haberi debeāt.
73 † Afflict. decisio. 315. num. 14. exemplificans in nobilibus: quod & in diuitibus pariter esse admittendū existimat Alex. consil. 42. num. 4. lib. 5. Palac. rep. rub. §. 11. num. 11. Roland. consil. 10. num. 17. libr. 1. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu. 218. num. 5. Quibus adde Bald. l. pen. § 1. col. 2. in princ. ĵ. eod. resoluentem, quòd vestes honorificæ, sine quibus, attenta dignitate coniugum, mulier commodè & pro dignitate non posset exire in publicum, reputabuntur quotidianæ: quāuis ex se pretiosæ sint: subscribit Riminald. consil. 384. num. 4. lib. 2. Auendan. lib. 2. de exequend. mandat. cap. 15. col. fina. Palac. rep. rub. §. 11. nume. 9. Vbi tamen declarat, id verū esse quando vxor in diebus non festiuis sine illis pro dignitate prodire non posset: nam aliàs hæ non censebuntur quotidianæ, sed festiuæ, & locū habebunt infra tradenda in sequenti conclusione. Quam tamen declarationem Palacij improbat Gregor. l. 23. tit. 11. partit. 4. in glo. fina. ad finem, quia est contra mentem Bald. l. pen. §. 1. col. 2. in princ. ĵ. eodem generaliter tradentis, prædictas vestes censeri quotidianas: & quia vtroque casu videtur militare eadem ratio. Sed declaratio Palacij probabilior est: nam cum proponatur, has vestes tantū pro dignitate mulieris esse necessarias in diebus festiuis, nō possunt hæ existimari quotidianæ, sed potius festiuæ: arg. l. id vestimentum. 26 & ibi Paul. s̄. de peculio. Si sanè vestes essent distinctæ pro tempore anni, quia aliæ erant hyemales, aliæ æstiuales: si pro dignitate necessariæ sunt, censebuntur omnes quotidianæ. Salic. l. sicut. d. fine. C. de donatio. inter virum. Hanc tamē conclusionem Bart. limitabis, si hæ vestes quotidianę excedant quantitatem fructuum dotis, nam in excessu videtur donatæ, & sic nō valebit donatio: vt colligitur ex. l. ex annuo. s̄. de donatio. inter virum: & sic non valebit nisi morte donantis confirmetur. l. si stipulata. s̄. de donatio. inter virum, & ita Salic. l. sicut. in fine. C. de donatio. inter virum. Palac. rep. rub. §. 11. num. 9. Sed in vestibus quotidianis non placet; quia cum maritus ad illarum præstationem teneatur, etiā si quantitas fructuum non sufficiat, tamē ad illarum præstationē † tenebitur,
74 & imputet sibi, qui vxorem cum parua dote accepit: arg. l. fina. C. de repud. Neque repugnat d. l. ex annuo, quia procedit in his, quæ maritus præstat vxori vltra propriam obligationē: de quo vide Crotum. l. si costante. 2. lect. num. 156. s̄. eodem. Secunda principalis conclusio ex Bart. l. pen. §. 1. nu. 3. ĵ. eodem. in hac materia illa sit: Quòd si vestes multum pretiosæ sint, vt poteaureæ, vel argenteæ, vel etiam vestes festiuæ; hæc non videntur donatæ vxori, sed potius commodatæ per virum mulieri, vt ornatior incedat, & ideò soluto matrimonio ad maritum vel eius hæredes debent reuerti: subscribit Bald. l. filiæ cuius. num. 14. C. famil. ercisc. Roman. consil. 146. num. 1. ad finem. Andre. Sicul. consil. 60. col. 16. lib. 3. Paul. cōsi. 242. ad finē lib. 2. Iason consil. 65. nu. 3. lib. 1. Paul. consil. 428. nu. 2. lib. 2. & Tobias Nonius cons. 92. num. 2. & receptissimam esse conclusionē asserunt Roland. consil. 10. nu. 12. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu. 218. num. 3. Iulius Clarus. §. donatio. q. 10. nu. 3. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. nu. 4. Gamma decisio. 318. nu. 13. & decisio. 71. num. 1. Matienço plures referēs l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinamenti. glo. 5. num. 1. Quesada tracta. de diuersis quæstionibus iuris. cap. 28. col. 3. Petrus Gregorius in

in ſyntagmate iuris lib. 9. cap. 25. à num. 19. & lib. 28. c. 10. à num. 19. probat. l. 23 ad finem. tit. 11. partit. 4. & ibi Gregor. verb. Paños. Adducitur pro hac ſententia, quòd vbi poteſt ſumi alia coniectura, quàm donationis, illa aſſumenda eſt. l. ſi cum aurum. ℣. de ſolutio. Sed in noſtro caſu poteſt ſumi alia coniectura, quòd ſcilicet illa veſtimenta fuerint cõmodata per maritũ vxori, vt ornatior incederet, vt expreſſè probat. l. ſi vt certo. § interdũ & ibi notãt Bart. & Alber. ſ. cõmodati. Ergo præſumptio donationis admittẽda nõ eſt. Secũdò adducitur. l. id veſtimentum. 26. in fine. ſ. de peculio. vbi probatur, quòd veſtes conceſſæ ſeruo, vt tantùm certis temporibus illis vteretur, non videtur ei traditæ in peculiũ, ſed tantùm ad vſum conceſſæ. Ergo pariter & veſtes feſtiuales debent cenſeri conceſſæ vxori in vſum, & non animo donandi. Tertiò adducitur. l. hoc legatum. 46. ℣. de leg. 3. vbi ornamenta & parata cauſa vxoris, legãtur per maritum vxori. Ergo præſupponitur, illa à principio non videri donata vxori; aliàs non ſubſiſteret legatum. l. proprias. C. de legatis. Sed hæc ſecunda concluſio communiter recepta, non eſt ita generaliter accipienda, vt DD illam intelligunt: nã in primis huiuſmodi ornamenta à communiter accidentibus, parantur cauſa vxoris. l. hoc legatum. 46. ℣. de leg. 3. & parata cauſa vxoris, ſi ei tradantur, cenſentur ei donata † . l. 2. C. ſi quis alteri
75 vel ſibi, & in ſpecie probat. l. cum hic ſtatus. 33. in princ. ſ. de donatio. inter virum. ibi: Quæ vir vxoris nomine comparauit. Item & in contrarium vrget. l. vxori. 32. §. fina. ℣. de leg. 3. vbi maritus ſoluit pro vxore centum aureos, quos tamen cenſetur donaſſe vxori. Ergo pariter etſi ei tradat veſtes eiuſdem pretij: inſpcie & ꝙ etiã pretioſa videẽtur donata, diſponit. l. 4. tit. 3. lib. 5. ordinamẽti. quæ venit ad tollenda dubia DD. vt aſſerit Palac. rep. rub. §. 6. num. 12. de quo dicemus infra latiùs. num. 82. Neq; rationes adductæ pro communi ſententia adeò firmæ ſunt: nam ad primam reſpondetur, quòd vbi quid paratur cauſa vxoris, non poteſt alia probabilis ſumi coniectura, quàm donationis. l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. Neque contrarium probat. l. ſi vt certo. §. interdum. ſ. commodati. quia loquitur in caſu certo, quando conſtat de animo mariti, quòd voluit tantùm commodare: item quòd noluit commodare ſimpliciter, ſed vt ipſa ornatior adduceretur ad domum viri. Sed quando ſimpliciter traduntur veſtes pretioſæ mulieri, quæ eius cauſa ſunt paratæ, præſumetur donandi animus, iuxta regulam d. l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. Non obſtat ſecundum de. l. id veſtimentũ. 26. ſ. de peculio. quia aduertendum eſt, quòd tex. ille loquitur in ſeruo, cui dominus donare non poteſt, ex ratione. l. 2. C. de inof. donatio. expreſſe additio Capellæ Tholoſanæ. q. 337. & ideò in eo text. non dubitatur, vtrum videantur donatæ veſtes, ſed vtrum ei videantur in peculium conceſſæ, & dicitur, in peculium non videri conceſſas: quia illis non poterat vti ſeruus ad libitum, prout poterat alijs rebus peculiaribus. Inde igitur inferri non poteſt ad noſtrum caſum, in quo maritus videtur donare vxori, & cui videtur donaſſe duobus illis concurrẽtibus, ſcilicet quòd res ſit parata cauſa vxoris, & ei tradita: & quanuis conceſsio fuerit facta ad certos vſus, id tamen præſumptionem donationis minimè excludit. l. donationes. 32. §. ſpecies. ℣. de donatio. Non obſtat tertium de. l. hoc legatum. 46. ℣. de leg. 3. quia quanuis text. ſentiat, parata cauſa vxoris, & ei tradita, non eſſe cum effectu illi quæſita: non tamen inde inferri
76 poteſt, non videri ei donata, † imò dicẽdum eſt videri quidem donata, vt ſupra diximus: & tamen quia inter coniuges prædicta donatio non valuit, potuerunt nomine legati relinqui vxori. l. ſi quando.



do. 112. ℣. de legat. 1. notauit gloſſ. pen. l. vxori. 32. §. final. ℣. de legat. 3. Et ſi hanc opinionem teneas, multa inferũtur quotidiana aduerſus communes traditiones: nam admiſſa communi traditione, conſequitur, quòd cùm maritus videatur prædicta commodaſſe, & non donaſſe, non poterit vxor prætendere illa facta fuiſſe ſua per mortem mariti, ſed ſemper pertinebunt ad hæredes mariti: & ita Bart. l. pen. §. 1. num. 3. ℣. eodẽ. Alciat. reſponſo. 241. num. 7. Riminald. conſil. 384. num. 3. lib. 2. Iulius Clarus. §. donatio. q. 10. ad finem. Sed admiſſa prædi-
77 cta noua opinione, contrarium eſt dicendum, imò quòd cùm hæc cenſeantur donata, morte mariti confirmabitur donatio: vt videtur expreſſum. l. cũ hic ſtatus. 33. in princip. ſ. de donatio. inter virum. expenſa vt ſuprà. Item admiſſa communi traditione, cõſequitur, quòd ſiue conſtante iam matrimonio, maritus det has veſtes pretioſas vxori, ſiue feſtiuas, ſiue etiam ante matrimonium illas mittat vxori, ſemper præſumẽtur cõmodatæ, non autem donatæ: quia vtroque caſu militat eadem ratio: & ita hos caſus æquiparat. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſ. commodati. & in ſpecie Angel. conſil. 339. num. 3. cuius opinio ab omnibus ferè approbatur, vt aſſerit Corne. conſilio. 81. num. 13. lib. 1. & conſilio 114. ad finem. lib. 4. Alexand. conſ. 155. col. final. libr. 7. Palac. repe. rubric. §. 6. in princip. & num. 5. Cagnol. l. contractus. num. 36. ℣. de regulis iuris. Gamma deciſ. 71. num. 1. & deciſio. 123. num. 1. Iulius Clarus. §. donatio. q. 10. num. 1. Cardina. cõſ. 43. nu. 1. ad fin. & hoc tanquã receptiſsimum ſecurè tradit Queſada de diuerſis quæſtio. iuris. cap. 28. col. 2. ad finẽ. Quibus adde Anchar. conſil. 181. nu. 3. Et tamen admiſſa noua opinione, contrarium eſt dicendum, ꝙ vtroque caſu præſumetur donandi animus: quod ſaltẽ quando ſponſus mittit ſponſæ prædictas veſtes, admittit Anton. Gom. l. Tauri. 50. nu. 4. ad fin. & nu. 5. inquiẽs, ꝙ tũc adeſt probabilis coniectura præſumẽdi donationẽ, ſcilicet in præmiũ virginitatis, & in compenſationem dotis promiſſæ: & idem tenent alij, quos refert & ſequitur Matienço. l. 4 tit. 2. libr. 5. ordina. glo. 5. num. 2. Quibus adde Afflictis idẽ tenentem deciſio. 315. num. 7. per. l. cũ te. & quod ibi Bald. num. 4. C. de donatio. ante nuptias. Item admiſſa communi traditione, conſequitur, quòd licet maritus debeat vxori dare veſtes feſtiuales, & quibus pro dignitate poſsit vti diebus feſtiuis: † tamen non tenetur illas donare, ſed tantùm in vſum concedere, quia ſatisfacere videtur ſuæ obligationi eas prædicto modo tradendo, vt illis vtatur vxor, dum conſtat matrimonium: vt latè probat Alciat. reſponſo 241. per totum. Prout ſi hæredes tradãt vxori defuncti veſtes lugubres, & viduales, non videntur donare, ſed potiùs ad vſum cõcedere: & ideò illis quidem vtetur, dum durat ſtatus vidualis, & poſteà vendicabuntur per prædictos hæredes. Imol. l. ſi ex re. §. quæſitum. ℣. de ſtip. ſeruor. Roland. conſ. 10. num. 18. lib. 1. Cui adde Alexand. l. ſi is qui. §. dos legata. n. 5. ℣. ad leg. Falcidiam. Campeſ. de dote. 2. parte. q. 56. num. 12. Caprã conſ. 135. Et tamẽ admiſſa prædicta noua opinione, contrarium eſt dicendum, imò ꝙ videatur donaſſe, & quatenus ex neceſsitate tradit, ſtatim valebit datio, & ſi quid excedat, inducetur. l. ex annuo. ſ. de donatio. inter virum. Pro concordia tamẽ harum opinionum videtur dicendum, quòd ſi maritus parauit res cauſa vxoris, vel ſponſæ, vt communiter contingit in veſtibus, & ſimpliciter tradit mulieri, præſumetur donandi animus. d. l. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Si autem non parauit cauſa vxoris, tunc ſimpliciter dando nõ videbitur habere donãdi animum. Exẽplum erit, ſi mittat illi gemmas, monilia, vel alia ſimilia ornamẽta, quæ in domo propria iam habebat; nam cùm tunc

non verificetur, quòd sint parata causa vxoris,si simpliciter tradantur,videbun tur commodata, vt vxor ornatior incedat:quod tenet in specie Bald.l.pen.§.1. col.2.j.eod.Paul.consil.428.num.2.lib. 2. & ita pluries fuisse iudicatum aduersus plures viduas,dicit Boeri.in consuet. Bituricensib.rubr. 8.§.4. col.4.post medium.Riminald.consil.384.num.4.libr. 2.& passim DD.relati per Iulium Clarũ §.donatio.q.10.num.3. Similiter si sponsus,vel maritus non det, sed tantùm patiaturvxorem vti rebus ad maritum pertinentibus,non præsumetur donãdi animus.l.mortis suæ causa.54.§. final. & ibi notat Fulgos.s.de donatio.inter virum.
78. ſ Cæterùm & hæc tribus modis limitanda esse existimo.Primo, vt licet non parata causa vxoris, & simpliciter tradita, non videantur donata, id non procedat,quando sponsus,vel maritus illa mittendo,expressit quòd donabat: nã tunc standum est verbis,& non est locus coniecturis:quod ita pro constãti tenet Angel.cõs.339.in prin.Cagnol.l.cõtractus. n.36.j.de regul.iur.Iul. Clar.§. donatio. q.10.& ex professo defendit Roman.cõsil.146.n.3.Andre.Sicul.cõs.60.col. 17.libro.3. & Petrus Gregor. in syntagmate iuris.lib.2.cap.10.nu.19.&lib.9.c.25.nu. 19.Et vrgẽter facit, quia vbi constat de volũtate mittẽtis volẽtis donare, nõ distinguitur inter pretiosa,vel non pretiosa,sed indistinctè inducitur donatio, vt esse de mẽte omniũ asserit Palac.rep.rubric.§.5.Paul.cõs.428.n.2.lib.2.Roman. cõs.146.post prin.& Auendan. lib.1.de exequẽdis mandatis.c.15.nu. 1.ad finẽ. & nõ potest magis constare de animo mittentis,quàm si exprimat verbũ,Dono.l.non aliter.j. de legat.3. Est tamen aduertendum, q; aduersus hanc limitationem expressè tenet Bart.l.1.§.neque castrense.num.10.j.de collatio. bonor. concludens,quòd etiamsi sponsus, quãdo mittit pretiosa sponsæ,exprimat, se donare,adhuc nõ præsumetur donatio, sed magis ad vsum cõcessio:quia verbũ, Dono,impropriatur secundũ subiectã materiam.l.si vno.s.locati. & quia sponsi secundũ consuetudinẽ & mores ciuitatis,solent talia ornamenta mittere ad sponsas:& sic propter verecundiã, si nõ facerent cõsueta,cẽsentur misisse.arg.l. pecuniæ.& ibi Bart.j.de alimẽ.& cibar. lega.& in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rem legatam.j.de adimẽd.legatis.subscribit Imol.in rub.col.fin.in princip.s.eo.Bald.auth.ex testamẽto.nu.10. C.de collatio.Paul.cons.428.nu.2.lib.2 Anchar.cons.181.à num.1. Alex. cons. 155.num.fin.lib.7.Corne. cõs. 81. à nu. 14.lib.1.Roland.cons.10.nu.16.lib. 1.Riminald.cons.384.num.4.lib. 2. Anton. Gomez.l.Tauri.50.num.4.Matiẽço.l.4. tit.2.lib.5.ordinamẽti.glo.5. nu.1. ad finẽ.& notab. defendit Palac. rep.rubr.§. 7.nu.2.& nu.9.declarando,vt per Imol. l.pen.§.1.num.11.ad fin.j.eod. Campes. de dote.2.part.q.55. num. 4. Sed prima opinio verior est ex ratione suprà tradita.Neq; obstãt cõtraria:nã ad primũ de regula.l.si vno.s.locati.respõdetur, q; in eo tex.agebatur de remissione mercedis ob sterilitatẽ,& sic subiecta materia suadebat donationẽ pro remissione accipi:præsertim cũ remissio pro donatione habeatur.l.si mulier.s.de condict.ob causam.& ideò propter affinitatem vocabuli, faciliùs exponitur pro donatione,vt in simili tradit Bart.l.vbi ita donatur.post princ.j.de donatio.causa mortis. Inde igitur malè infertur ad nostrũ
79 casum: † nam materia dotis indifferens est,& datio illius contemplatione facta, potest intelligi, vel animo donandi, vel commodandi. Et in dubio non est recedendum à proprietate verbi. l. non aliter.j.de legat.3.Item verbum,Dono, nihil commune habet cũ verbo,Cõmodo:cũ primũ importet dominij translationẽ.§.sic itaq;.Insti.de actio.nõ sic verbũ,Cõmodo.l.rei commodatæ.s.cõmodati. ergo vnum non potest accipi pro





alio.Non obstat secundum,quia respondetur,argumentum posse admitti,quãdo cõsuetudo esset,quòd prædicta mitterentur animo commodãdi: tũc enim iuxta hanc consuetudinem videretur maritus commodare, & non donare.l. vel vniuersorum s.de pignor.action. & per contrarium si consuetudo esset, q; mitterentur animo donandi,iuxta eam consuetudinem,datio simplex contineret in se donationem.l. cùm plures. §. pen.j.de administratio.tutor.ibi, Solennia munera:tradit Bal.l.2.n.2.C. de iure dotium.Lancelot. Deci.hîc col. 5. post medium.Iason consilio.63.num.3.lib.1. Palac.repet.rubric.§.6.in principio. Sed vbi prædicta consuetudo non probatur,si quidem verba sunt ambigua,tunc quia propter verecundiam non incurrẽdam videatur misisse, in dubio interpretabimur non habuisse animum donandi,iuxta rationem.l.rem legatam.j. de adimend.lega.Palac. in specie in rubric. §.7.in principio. Afflictis decision.315. num.9.notabiliter Gamma decisio. 71. num.3. Menoch.de præsumptio.libr.3. præsumptio.24.in principio. Sed quando mittens dicit se donare, tunc verba sunt clara,& ideò cessat omnis præsumptio, & interpretatio.l. ille aut ille. §.cũ in verbis.j.de legat.3. Fulgos. consil.85. num.3.& vt inquit Bald.l.voluntatis.numer.1.C.de fideicommiss. non est credendum quem velle, nisi quod verbis expressit.l. Labeo.§.idem Tubero.j.de supellect.legat.l.ex his.j. de excusation. tutor.& vbi verba sunt clara, omnis interpretatio aduersus illa facta censetur calumniosa,Ripa.l.vbi purè.§.1. num.5.
80 j.ad Trebellian.† Neque vllum est maius nostræ mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum,vt post Cassiodorum tradit Bald.l. generaliter. nu. 1.C.de non numerat.pecun. & in rubr. in fin.de testib.Iason.l.3.in. 3. limitatione.C.de liber.præterit.ac ita opinio cõtra Bart. & magis communem videtur verior.Quinimò dicit Aymon cons.443. num.9.lib.3.quòd si maritus confitetur, ornamenta esse vxoris, in necessarium antecedens dicendum est,tradita fuisse ornamenta donandi animo: quia aliàs vxoris non essent.Secundò limita suprà tradita,vt non procedant,quando maritus est nobilis,& diues:tunc enim etiam verba ambigua accipientur in vim donationis:argum.c.1.de donatio.&in specie videtur text.l.vxori.32.§.final.adiuncta gloss.final.j.de legat.3.& in specie tenet Bald.c.iurauit.num.12.de probatio. per text.l.filiusfamil.j.de donatio.Afflictis decision.315.num 4. Boeri.in consuetud.Bituricens.rubric. 8.§.4. colũ.4. post princip.Aymon consil.443.nu. 13. Palac.rep.rub.§.8.& seq.Tiraq.de nobilitat.cap.vlt.nu.47.Menoch.de pręsumptio.lib.3.præsump.24.nu.3.quem vide de arbitrar.in.2.part.casu.88.nu.49.Beroius consil.62.nu.24.lib. 1.Est tamẽ aduertẽdum,q; Bart.l.vxori.§.fin.nu.1.j.de legat.3.videtur hoc intelligere,si agatur de re parua:aliàs secùs:argu.l.vtrũ. s.de donatio.inter virum. & subscribit Menoch.consil.1.num. 225.lib.1. & de præsumptio.lib.3.præsump. 24. in fine. Sed non placet,quia tunc nulla esset specialitas in viro nobili,& diuite: quia & quicumque maritus parua censetur donare vxori.d.l.vtrùm.Verius igitur est,etiã magna videri maritum nobilem donare.Prout ob eãdem rationem verba dubia prolata à nobili, videntur donationem importare.Iason cons.45. num. 3. in fine.lib.1. Si sanè vestes etiam prodigales,& immensi pretij datæ essent simpliciter,tunc etiam in nobili non censeretur donatio in tantùm pręiudiciũ proprij patrimonij,vt sentit Bald. c.iurauit. num.12.de probatio.& faciunt quæ elegãter tradit Boeri.in consuetud.Bituricẽs.rub.8.§.4.col.4.ad fin. & Tobias Nonius cons.91.à nu.6.Adde,q; si sponsa aliqua donauit marito, tũc præsumẽtur vestes etiam pretiosæ donatæ, quasi in re-

munerationē:argu.l. si vero non remunerandi.§.inde Papinianus.s. mandati. quæ donatio statim valet inter coniuges l.quod autem.§.si vir.s. de donatio. inter virum. & ita in specie Roman.cōsil.146.nu.3.quem sequitur Palac. repe. rub.§.10. Quesada de diuersis quæstio.
81 iuris.cap.28.col.3.† Limita tertiò suprà tradita,quādo non esset consuetudo, q̃ sponsus mitteret vestes, vel ornamenta vxori:nam cùm tūc sponte miserit,præsumetur donatio.l.donari.j. de regul.iuris.Et eadem ratione si quid mittat vltra consuetudinem:quia & tunc sponte, & liberaliter videtur hoc facere : & sentit Roman.cons.146.num. 2. Paul. consil. 428.num.2.lib.2 Corne.cons.81.nu.19. lib.1.Quemadmodū per contrariū non videntur donata,nisi ea quæ secundùm consuetudinē ciuitatis per maritum solent donari sponsis.Bald.c. iurauit. nu. 12.de probatio.Et ex his ita resolutis inferas veram resolutionem ad ea,quæ tractat Imol.l.pen.§.1.nu.13.j. eod.&. l. si ex re.§.fin.ad finem.j.de stipulatio. seruor.dum concludit,quòd mortuo marito,hæres tenetur dare vxori defuncti vestes lugubres,& si fuerint quotidianæ & parui momenti,illas retinet, quia censentur donatæ: si verò sint magni valoris,tunc non censentur donatæ,sed magis concessæ in memoriam,&honorem mariti defuncti:argu.l.final. C. de bon. matern.Et quòd ideò si secundò nubat, primas vestes retinebit,sed secundas tenebitur hæredi mariti restituere : & idē Capra consil.135. num. 13. & num.16. Campes de dote.2.parte.q.56.Palac.repe.rub.§.11.num.8.Tobias Nonius consil.91.à nu.11.& Lara.l.si quis à liberis.§. si quis ex his.num.128.j de liber. agnoscend.Sed circa hæc dicta est aduertendum, quòd prædicti præsupponunt, q̃ hæres mariti tenetur vestes lugubres dare vxori defuncti,etiamsi nulla adsit cōsuetudo:quod defendit Capicius decision. 26. ad finem.Couarr.de sponsalib. 2.parte.cap.3.§.9.num.11. & tamen cōtrarium est verius, quia ad hoc non tenetur.l.quod in vxorē.& ibi Bald. nu.1. & Aretin.in fine.C.de negoc.gest. nisi adsit patriæ consuetudo , vt clarè dicit Angel.l.decreto.nu. 1. C.de his quinotāt.infam. Guid.decis.398. Tobias Nonius cons.91.num.11.&Caballinus mil leloquio.52. Pro concordia dicendum est,quòd si hæres mariti tenetur viduā alere,iuxta notata.l.vnica §. exactio.C. de rei vxor.actione. tunc tenebitur & vestes præstare.l.verbo victus.j.de verbor.signific.Campes.de dote.2.parte.q. 56.Bald.in margarita. verb. maritus de suis. Lara.d.§.si quis ex his nu. 125.aliàs
82 secus,nisi adsit consuetudo.† Angulo de melioratio.l.13.glo.1.nu.16.& Lara d §. si quis ex his.num.126.Item,quòd prædicti præsupponunt,quòd si vestes lugubres sint modici pretij,cēsenturdonatæ: & quòd ob id mulier etiam transiens ad secundas nuptias, poterit illas retinere. Quod tamen non videtur verum , quia imò vestes illæ videntur traditæ, quatenus ipsa vidua fuerit , & sic fictè videatur esse adhuc in matrimonio.l.final.C. de bon.matern. & ita expressè Alexan. l.si is qui.§.si dos. ad fin. j. ad leg. Falci. Ioannes de Garronib.in rub.num.42.ad fin.C.de secund.nupt. Couar. de sponsal.2.parte.c.3.§. 1.num.11.ad finē. Sed resoluendum est , q̃ si hæres tenetur illas vestes præstare , vel quia tenetur eā alere , vel quia consuetudo id induxerit,videtur dicendum,q̃ indistinctè debeant remanere penes vxorem , etiam transeuntem ad secunda vota : quia cū hæres dando illas vestes , videatur proprię obligationi satisfecisse,nihil repetere potest.l.si quis pro vxore.22.s.de donatio.inter virum.l. pen.j. de impensis. gloss.recepta.l.sumptus.j.de legat. 1.Si autem ad hoc non tenebatur, sed sponte dedit,videtur tunc donasse.l.Campanus.j.de oper.libertor. & cū nulla conditio sit expressa , semper retinebitur per



per vxorem.l.si repetēdi.C.de cond.ob causam.vel recurrendū est ad suprà tradita.Deniq; ex prædictis inferas explicationē ad leg. Tauri. 52. quæ hodie est.l. 4.tit.2.lib.5.ordinam.quæ disponit,q̃ si sōlus cōtraxit spōsalia cū aliqua muliere per verba de futuro , vel de præsenti, & ei misit aliqua ornamenta, vel munera,si copula sequuta non est,& tamen interuenit osculum,dimidium datorū lucrabitur mulier,iuxta.l.si à sponso.C.de donatio.ante nuptias. si autem interuenit copula,tūc omnia lucrabitur, nisi simul arræ promissæ sint:nam tūc nō poterit habere vtrumq;, sed in electione mulieris est,vel donata retinere, renuntiatis arris,vel arras accipere , & donata restituere hæredibus mariti. Est igitur quæstionis , vtrùm prædicta lex sit indistinctè intelligenda,etiamsi ornamenta sint nimis pretiosa? aut verò debeat recipere interpretationē à iure cōmuni, vt intelligatur de vestibus quotidianis, non autē de pretiosis,& festiuis?Et Gregor.l.23.tit.11.partit.4.glo.fina.ad med. existimat esse interpretandā secundū ius cōmune,vt nō habeat locū in pretiosis,siue festiuis : quia videntur cōmodatæ,& nō donatæ, iuxta cōmunē opinionē suprà relatā Sed alij omnes intelligūt prædictam legē,etiāsi illa ornamēta sint nimis pretiosa,per verba illius legis , ibi: Ora sea precioso.Itē per.l.1.ad fin.tit .2. lib.5.ordinamē.vbi videtur expressum: & in specie tenet Palac.rep.rub.§.6.in fine.Didacus de Castill.l.Tauri. 52. verb. Ora sea.& ibi Gomez Arias nu. 16. Anton. Gomez.num.5.& ita omnes tenere asserit Matienço.l.4.tit.2.lib.5. ordina-
83 menti.glo.5.num.2.ad fin.† Vnde constat,prædictam legē recessisse à traditionibus cōmunibus, & inducere, etiā pretiosa videri donata sponsæ , non autem commodata : quod & nos suprà magis probauimus num.75.aduersus cōmunē. Et notabis,q̃ prædicta.l.4.tit.2.lib.5.ordinam.etiā in alio discrepat à iure cōmuni:nā vult,q̃ donatio facta spōsæ de præsenti,statim valeat:cū disponat, quòd si sequatur copula,& mulier decedat ante maritum,prædicta donata hæredes vxoris retinere possint.Et tamen contrariū esset dicendum, si à principio nō valuisset,& tantū morte mariti veniret confirmanda:nā tunc si vxor decederet ante maritum, non confirmaretur prædicta donatio.l.à marito.C.de donatio. inter virum.Cùm igitur dicat , etiā hoc casu donata posse retineri per hæredes mulieris,clarè significat,donationē factam sponsæ de præsenti,statim valere,neque egere cōfirmatione , quæ inducitur per mortem mariti:quanuis iure communi cōtrariū esset verius, vt est expressum.l. pen.s.de donatio.inter virum.& probat l.3.&.4.tit.11.partit.4.& ita in hoc prædictam.l.4. discordare à iure cōmuni asserit Matieço d.l.4.tit.2.lib. 5. ordinam. gloss.1.Et tenebis mente,q̃ hæc pretiosa,quæ censentur donata sponsæ,nō debent excedere octauā partē dotis receptæ,vt est expressum.l.1.ad fin.tit.2.lib.5. ordinam.de cuius intellectu notabiliter agit Gutier. de iuramēto confirmator. 1.parte.cap.14.à num.5. His ita explicatis,illud succedit explicādū, vtrū in casibus in quibus præsumitur donatio, hæc donatio cēseatur donatio inter viuos irreuocabilis, vel donatio causa mortis reuocabilis?Et glo.1.hîc ad fin.existimat censeri donationē causa mortis reuocabilē allegat.l.Seia.12.j.de dote prælega. Sed Bart.hîc num.3.hanc glo. opinionē improbat,inducēs aduersus illam hūc text. dum probat,maritum adeuntem vxoris hæreditatem,teneri adhibitis ad stipulādum vltra vires hæreditarias : & tamen si adhibiti censerentur donatarij causa mortis, non teneretur illis maritus vl-
84 tra vires hæreditarias. † Nam prout isto iure hæres legatarijs non tenebatur vltra vires hæreditarias.l.1.§.si is qui.j. ad Trebellianum.l.si vniuersæ. C. de legatis.gloss.penul.in præsenti. parter donatarijs

natarijs causa mortis non debuit teneri vltra vires hæreditarias, iuxta æquiparationẽ l.cũ pater.79.§.1.ĵ.de legat.2.&.l. 1.§.si quis ex mortis.ĵ.quorum legator.l. in donationibus.C. ad leg. Falcid. Quæ inductio Bart. aduersus glos. cõmuniter approbatur, vt hîc asserunt Vincẽt.nu.9. & Ias.nu.27. Ex qua colliges, q̃ in casibus, in quibus adhibiti ad stipulãdũ, creduntur adhibiti animo donãdi, censentur donatarij inter viuos, non autẽ causa mortis: quidquid cõtrariũ resoluat Bolognet. hîc nu.90. per tex.l.2.C. de iure dot. &.l.cũ quis decedẽs.35.§. nuptura. ĵ.de lega.3. quæ potiùs probãt cõtrariũ: nã d.l.2.C.de iure dotiũ. apertè probat, esse donationẽ inter viuos hoc casu, etiã si facta sit mẽtio mortis, vt ibi tradit glo. fin. cõmuniter recepta, & infrà dicemus. Ad secundũ de.l.cũ quis decedẽs.§.nuptura.ĵ.de lega.3. respondetur, q̃ ibi non constabat de animo donãdi, sed mater mandauit, vt filij stipularentur, quo casu censentur adhibiti tanquã procuratoris matris, vt ibi per glo. 1. Bart. & Floria. & est tex.l.idemq;.10.§.si cui.s̃.mandati. & sic loquitur extra terminos nostræ quæstionis. Inferas etiam, q̃ licet pactũ non posit verificari, nisi in casu mortis: adhuc tamen si mentio expressa mortis facta non sit, nõ censebitur donatio causa mortis, sed donatio inter viuos: nam in specie huius tex. adhibiti ad stipulandum, tantũ cum effectu ex stipulatione agere possunt casu quo morte mulieris solueretur matrimonium.l.2 s̃.de pact. dotalib. & tamen text. probat, hos censeri donatarios inter viuos, secundũ inductionem suprà factam: & ita Alexã. hîc num.10 Riminald. in princip. Instit. de donatio. num.354. Guilliel. c. Raynuntius. verb. testamentum.4. num.23. ad finem. de testamẽtis. quidquid repugnet Vincẽt. hîc nu.9. Addit Bart. hîc d.nu.3. & generaliter falsam esse huius glos. traditionem: nam & extra terminos huius tex. donatio in dubio censetur esse donatio inter viuos, & non causa mortis, vt efficaciter probat.l.Seia. 42.§. fin. ĵ.de donation. causa mortis.l.1. §. 1. ĵ. si quid in fraudem patroni. glo. in princip. Insti. de donatio. verb. si quid. glo. 1. l. final. C. de donation. causa mortis. & est recepta conclusio, vt hîc asserit Ias. nu. 26. Aymon in rubr. nu.125. ĵ. de legat. 1. Matien. plures referens. l. 1. tit. 10. libr. 5. ordinam. glo. 2. num. 1. latè Menoch. de præsumptio. lib. 3. p. æsumptio. 11. vbi latè de materia.† Neq; repugnat tex. l. Seia. 12. ĵ. de dote prælegat. quia respõdet Bart. d. nu. 3. quòd ibi fuit concepta stipulatio post mortem mulieris, & sic facta fuit expressa mentio mortis, & ideò censetur esse donatio causa mortis: & cõmuniter recipitur, vt hîc asserit Ias. nu. 26. Iulius Clarus. §. donatio. q.4. Vnde ex mente Bart. & Cõmunis in proposito duæ colliguntur cõclusiones. Prima est, Quòd vbi in donatione nulla est facta mẽtio mortis, cẽsetur esse donatio inter viuos. Secũda est, Quòd vbi in donatione fit mẽtio mortis, censetur esse donatio causa mortis. Quas conclusiones probant Anchar. cons. 22. nu. 2. Gozad. cons. 80. nu. 9. Gutier. de iuramẽto confirma. 1. part. c. 12. à nu. 18. & Mantica de coniecturis vltimar. volunta. lib. 1. c. 13. à nu. 3. & passim DD. Nos vtrãq; conclusionẽ sigillatim examinabimus. Pro prima igitur cõclusione est tex. elegãs. l. Seia. 42. §. fin. ĵ. de dona. causa mort. vbi qui in extremis vitæ constitutus, simpliciter donat, cẽsetur donasse inter viuos, & non causa mortis: extollunt Alex. hîc nu. 6. Ias. nu. 28. Guilliel. c. Raynuntius. verb. testamentum. 4. nu. 22. Purpurat. l. fin. nu. 226. C. de pact. Anto Gom. 2. tomo. c. 4. num. 15. Couar. in rubr. de testamentis. 3. parte. num. 25. Riminald. in principio. Instit. de donatio. nu. 317. tamen à num. 319. à communi recedit, nouè expendens verba dict. l. Seia. §. fin. Sed facilè tollitur eius inductio, si intelligas de traditis certa lege, iuxta modũ

85

præscri



præscriptum in princip. eius legis. & ibidem à num. 368. aliquas assignat limitationes ad prædictam legem. Ex eo tamẽ text. apertè confunditur opinio Antonij & Andreæ Sicul. cap. 2. num. 19. de consuet. quòd si quis graui morbo laborans, ita vt credat se ex ea infirmitate decessurum, aliquid donet simpliciter, cẽsetur esse donatio causa mortis: quia suspicione instantis mortis videtur donasse: subscribit Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 5. num. 12. quod & sentit Alex. consil. 81. num. 3. lib. 1. inducens cap. de his. adiuncta glo. 1. de sepulturis. Sed horum opinio est contra tex. d.l.Seia. §. fin. inductum vt suprà:† & aduertit Alex. hîc num. 4. Iulius Clarus. §. donatio. q.4. Neque obstat prædictorum ratio, quia licet admittamus, donationem fuisse factam metu instantis mortis: tamen cùm de hoc nulla sit facta mentio, mors instãs præsumitur fuisse causa impulsiua prædictæ donationis, non autem finalis, & ideò non dicitur esse donatio causa mortis, vt apertè colliges ex ratione d.l.Seia. §. fin. tradit Roman. cõsil. 513. num. 1. & Castrẽs. cons. 384. col. 2. lib. 1. Cassane. cons. 39. nu. 77. Riminald. in princ. Inst. de donatio. nu. 318. Prout etiam dicimus, q̃ vbi mẽtio mortis non apponitur substantiæ donationis, sed cẽsetur posita per viam dilationis, non inducitur donatio causa mortis. Bald. receptus. l. 2. num. 3. C. de iure dotium. Item & ex decisione d.l.Seia. §. final. improbatur dictum Cornei consil. 124. col. vltim. lib. 4. dum tenet, quòd si quis propter instantem mortem, vel probabile aliud periculum mortis, simpliciter donat, censebitur esse donatio causa mortis, quanuis mortis non sit facta mentio: allegat. l. 3. cum sequentib. ĵ. de donation. causa mortis. Et facit pro eo tex. l. si is seruus. 21. s̃. de donationib. inter virum. & l. Senatus. 35. §. mortis. ĵ. de donatio. causa mortis. Sed etiam hoc dictum confunditur per dict. l. Seia. §. fin. inductam vt suprà. Neque obstant iura suprà adducta pro Corneo, quia resoluendum est, quòd prout non censetur esse donatio causa mortis, quando mortis mentio facta non fuit, quantumcunque tempore donationis mors instet. dict. l. Seia. §. final. pariter & donatio facta per eum, qui est in periculo mortis instanti, vel probabili, non censebitur causa mortis donasse, nisi in donatione prædictorum periculorum expressa sit facta mentio: quod ita resoluunt Ripa de peste. 1. parte. 2. principal. numero. 176. Anton. Gomez. 2. tomo. c. 4. num. 15. Matienço. l. 7. tit. 10. lib. 5. ordinamenti. gloss. 1. num. 1. Et prò illis expendo. l. 3. ĵ. de donatio. causa mortis. vbi æquiparantur hæc duo, quòd donatio fiat causa infirmę valetudinis, vel causa instantis periculi. Sed primo casu certum est, non censeri donationem causa mortis, nisi mentio mortis facta sit. d. l. Seia. §. fin. Ergo idem alio casu æquiparato recipiendum est. Illud tamen Corneo videtur concedendũ, quòd licet nõ sit expressum, q̃ donatur causa mortis, vel post mortẽ, & tamen exprimatur, q̃ metu instantis mortis, vel periculi, fit donatio, censebitur donatio causa mortis: quia tunc constat, metum mortis, vel periculum instãs, fuisse causam finalem huius donationis: argum. l. fin. ĵ. de hæred. insti. & ideò meritò censebitur donatio causa mortis, † iuxta tradita per Roman. d. cons. 513. num 1. & ita in specie tradit Paul. cons. 384. num. 2. lib. 1. Ripa de peste 1. parte. 2. principalis. num. 175. Couar. in rub. de testament 3. parte. nu. 25. ad finem. Matienço. l. 7. tit. 10. lib. 5. ordinamenti. glo. 1. num. 2. Et facit, quia vbi in donatione facta est mentio mortis, præsumitur mortem esse causam finalẽ istius donationis, & ideò inducitur donatio causa mortis. l. Seia. 12. ĵ. de dote prælegat. tradit Corne. cons. 124. col. 2. ad finẽ. lib. 4. Pariter ergo debet censeri donatio causa mortis, quãdo instãtis periculi

86

87

ticuli fit mentio in donatione. Et ex his inferas explicationẽ ad tradita per glos. l.3.j.de donatio.causa mortis. quam ibi sequitur Barto.in fine. dum concludit, quòd si infirmus, vel in alio periculo vitæ constitutus,simpliciter donat, & posteà reconualescit, vel euadit periculũ, censetur reuocata illa donatio,quasi cesset causa finalis,propter quam facta fuit: & videtur text.l.si is seruus.21.s.de donatio.inter virum. & videtur colligi ex regula.l.non omnis.in princ.s.si certum petat. &.l cùm quis.s. de cond.ob causam.& in princip.Insti.de donatio.& ita prędictam gloss.& Bar. opinionẽ esse cõmuniter approbatam asserit Alciat.l.nõ omnis.in princip.num.3.s.si cert.petat. Couar.in rubric.de testament.3.parte. num.23.Anton.Gomez.2.tomo. cap.4. num.19. Iulius Clarus.§.donatio.q. fin. Riminal.in princip.Instit.de donation. à num.378.Sed ab hac opinione recessit Deci.l.non omnis.in principio. nu.6. s.si cert.petat. per tex.d.l.Seia.§.fina.vbi in infirmitate constitutus simpliciter donauit,&ea donatio censetur inter viuos: ex quo sequitur, ꝙ neque per reconualescentiam, neque alio modo reuocari potest §.perficiuntur.Instit.de donatio. Sed ex prædictis concordandæ sunt opiniones, quòd aut infirmus expressit se donare, quia timebat mori ex illa infirmitate,vel in periculo cõstitutus ꝺclarauit se donare propter instãs periculũ, & tũc vera sit prima opinio.Cũ enim cẽsea tur donatio causa mortis, prædictis modis censebitur reuocata: licet aliud sit in testamento & legatis,quia per recõualescentiam testatoris non cẽsentur reuocata.† l.final C.de posthumis hæred. instit.l.sancimus.C.de testament. tradit Ruinus.l.2.numer.87.j.de legatis.1.& Guillielmus cap.Raynuntius.verbo,testamẽtum.4.numero.41. Sed si mortis, vel instantis periculi non sit facta mentio, quia tunc censetur donatio inter viuos,vt suprà diximus, vera est opinio Decij. Adde,quòd vbi fit mentio mortis,vel instantis periculi, & donans est infirmus, vel periculum imminet,censetur esse donatio causa mortis, vt suprà dictum est. Cæterùm si homo sanus faciat donationem,& dicat illam facere, quia timebat mortem, quæ ex sorte humanæ naturæ, omnibus imminet hominibus, iuxta.l.2. &.l.Senatus. 35. §.mortis. j. de donation.causa mortis. & quæ latè Guillielm. cap Raynuntius.verbo,testamentum.4.à num. 7. quanuis is posteà infirmus fiat, & ex eo morbo reconualescat, non censebitur reuocata donatio illa causa mortis: quia adhuc durat causa propter quam facta fuit, scilicèt timor mortis, qui omnibus imminet hominibus: & ita Paulus. l. non omnis. in principio. numero. 3. s. si certum petatur.& ibi Iason numero. 1. Alciatus numero. 3. Iason.l. Sthicum qui meus erit. numer. 31.j.de legatis.1.& Riminald.in principio.Instit.de donatio.numer.22.quem ibi vide omnino nu.20.Anto. Gom. 1. tom.c.4.nu.19.Vt igitur propter reconualescentiam donatio causa mortis reuocetur,oportet,quòd fiat ab infirmo, vel aliàs in periculo mortis existente, eo expresso,quòd propter prædictas causas illam donationem facit: vt in specie declarat Paul.consilio.384. nu.2.libr. 1. Denique iuxta prædictam resolutionem accipienda sunt tradita per Gozadinum consilio.80. numero.13. dum tenet, quòd si in donatione dicatur,Titius grauiter ægrotans, sponte donauit; quòd censetur esse donatio causa mortis:allegat Bart.l.fina.num. 1.j. de solutio.Cæterùm Roland.cons.8. num. 36. lib.1.reprobat illud dictũ Gozad. per d. l.Seia.§.fin. ex cuius ratione constat, ꝙ licet moriens,vel grauiter ægrotans simpliciter donat, non ob id censetur donatio causa mortis: nam ex suprà traditis dicendum est, quòd si tantùm dicatur: Quis in infirmitate constitutus donauit,



donauit,non ob id censebitur donatio causa mortis: nam cùm donatio facta per morientem,vel grauiter infirmum, talis non censeatur.d.l.Seia.§.final.si ex primatur id quod tacitè inest,non ob id debet censeri donatio causa mortis: argum.l 3.j.de legat.1.† Si verò vlterius addatur,quòd timens se moriturum ex illa infirmitate,donat,tunc censebitur donatio causa mortis.l.3.j.de donatio.causa mortis.intellecta vt suprà. Et ad hunc modũ est explicandus Bart.l.fina. nu. 1. j.de solutionib. dum concludit, quòd cùm quidam scholaris veniret ad mortem,fecit campsorem promittere pecuniam fratribus Prædicatoribus,quam penes eum habebat: quòd si scholaris euasit,&incolumitatẽ recepit,fratres Prædicatores eam pecuniam petere non possunt: quia ea pecunia videtur eis relicta prætextu cuiusdam relicti, quod scholaris credens se moriturum ex illa infirmitate,voluit illis relinquere. c. de his.de sepulturis.Sed ex prædictis dicendum est, dictum Bartoli posse admitti, si declaratum fuit,quòd scholaris timẽs se moriturum ex illo morbo, delegauit campsorem fratribus Prædicatoribus: aliàs enim magis censebitur donatio inter viuos irreuocabilis.dict.l.Seia.§.fina. j.de donationibus causa mortis.& ibi interminis Cuman. in fine. Riminald. in principio.Institu. de donationib.num. 317.ad finem.Neque repugnat dict. c. de his.de sepulturis.quia loquitur, quando infirmus donat se & sua monasterio: nam tunc ea oblatio habet vim vltimæ voluntatis.cap.final.de successio. ab intestat. adiuncta gloss. verbo, vltimam. & ideò erit reuocabilis,ad instar vltimæ voluntatis.Postremò in hac materia notabis,multum interesse, vtrùm quis in infirmitate constitutus dicat, se donare causa mortis, vel post mortem suam. Primo enim casu per reconualescentiã censebitur reuocata donatio.l. non omnis.s. si certum petatur.l. si is seruus.21. s.de donationib.inter virum. Non sic in secũdo.Et est ratio,quia donatio post mortem magis censetur legatum,quàm donatio causa mortis.l. miles ad sororẽ. in principio,cum gloss.j. de legatis. 2.l. 1.cum gloss.C.de donation.causa mortis.gloss.elegans.l. sed interim. 12.§. 1. verbo,donatio.post principium.s.de donatio.inter virum.tradit Kipa.l.2.nu. 9. ad finem.j.de legatis.1. Vnde tanquam legatum relictum ab infirmo,per reconualescentiam non censetur reuocatum. l.final.& ibi Bald.& Berengarius nu.28. C.de posthum.hæred.instit.l.sancimus. & ibi Alex.in princip C.de testament.† Ruin.l.2.num.87.j.de legat.1. Guilliel. cap.Raynuntius.verb.testamentum. 4. n.41.Riminal.in prin. Insti. de donatio. num. 388. notabiliter Corras. l. vbi ita donatur.num.4.j. de donationib.causa mortis. Ergo neque donatio prædicto modo facta,per reconualescentiam debet censeri reuocata:& ita expressè Cuman.l.Marcellus.§. 1.ad finem.j.de donatio.causa mortis subscribit Deci.l. nõ omnis.in principio.num.5.s.si cert.petatur.Et latè confirmat Octauian.decisio. Pedamontana.118.à nu.2.Sed non placet hæc differentia per generalem regulã.tex.l.non omnis.s.si cert.petat.&.l. si is seruus.21.s.de donation.inter virum. quod donatio causa mortis tacitè cẽsetur reuocata per reconualescentiam:ergo ea regula generalis,etiam comprehẽdet donationẽ causa mortis factã post mortem:quæ vtique donatio causa mortis dicitur.l.Seia.12.j. de dote prælegat. Secũdò expendo.l.2.j.de donatio.causa mortis.vbi dicitur,duobus modis donari causa mortis.Primo, quãdo ita datur causa mortis,vt datũ statim efficiatur donatarij.Secũdo,quando ita donatur, vt tũc demũ datum fiat donatarij,postquã mors fuerit insequuta: sed vtroq; casu certũ est, per reconualescẽtiã reuocari donationẽ.l.si mortis.30.j. de donatio. causa mortis.Ergo prædicta differentia admitti

admitti non poteſt. Neque obſtat ratio contrariæ opinionis,quia procedit, quã do quis dixit ſe donare cauſa mortis alicui abſenti,tunc enim ea donatio cenſe bitur legatum.l.miles ad ſororẽ. in princip.ĵ.de legat.2.l.ſi donatio.5. C. de donat.Neq; enim poteſt valere ea donatio quaſi cauſa mortis, quæ pro eſſentia requirit partium preſentiam. l. inter mortis.ĵ.de donation. cauſa mortis. Si ergo non interueniat,cùm non poſsit dici donatio cauſa mortis, ſumus extra terminos noſtræ quæſtionis. Si verò interueniat præſentia partium, ita vt ſit propria donatio cauſa mortis,cenſebitur reuocata per reconualeſcentiam, ſiue dicatur fieri cauſa mortis,vel poſt mortẽ, vt conſtat ex ſuprà traditis.Eſt nihilominus aduertendum aduerſus omnia ſuprà reſoluta nimis vrgere. l. apud Celſum.in principio.verſicul.Iulianus.ĵ. de doli exceptio.vbi videtur probari,quòd ex eo ſolùm quod æger donationem fecit,cenſetur eſſe donatio cauſa mortis, quæ propter reconualeſcentiam cenſea
91 tur reuocata:†quod apertè repugnat ſuprà traditis. Huic tamen difficultati reſpondet gloſ.d.l.apud Celſum.verb.ſpondiſſe.text.illum loqui in caſu claro, quando conſtabat ægrum donaſſe cauſa mortis:& communiter recipitur is intellectus,vt hîc aſſerit Alexan. num.13. Qui tamen intellectus apertè diuinat,& ideo Roman. hîc num.8.ad finem reſpõdet,d.l.apud Celſum. procedere in donatione facta per ægrum vxori ſuæ:nam cùm ea donatio, ſiue cenſeatur cauſa mortis,ſiue inter viuos,non valeat inter coniuges:cùm nihil interſit,iure capitis magis debilis cenſebitur, & ſic erit donatio cauſa mortis:quem intellectũ bene adaptari literæ d.l.apud Celſum. dicit Vincent.hîc num.13.ad finem. Sed cauendum eſt, quia præſupponit Roman. maritum non poſſe donare vxori cauſa mortis. Quod planè falſum eſt, nam inter coniuges ſolùm inuenitur prohibita donatio inter viuos, non autem donatio cauſa mortis.l. ſi eum ſeruũ.10.§.final.cum.l. ſequẽ. vbi ponitur ratio.s̃.de donation. inter virum.& pro conſtanti habet Iureconſul l.vbi ita donatur.27.ĵ.de donatio. cauſa mortis. & tradit Vlpianus in inſtitution. titulo. 7. gloſſ.l. quod ſponſæ.4. C. de donation. ante nuptias.Et hinc eſt,quòd licet donatio facta inter viuos, inter coniuges, tunc demum confirmetur,quando traditione, & non promiſsione celebrata fuit.l.Papinianus.s̃.de donatio. inter virum.tamen donatio cauſa mortis, cùm non ſit prohibita, ſola morte confirmabitur,etiam ſi ſola promiſsione ſit celebrata.Bald.l.etſi mortis.num.4.C.ad legem Falcid.Caſtrenſ.conſil.75. num.2. in fine.lib.2.Aretin. conſil.74. num.10. Corne.conſil.124.num.2.lib. 4. Socin. conſil.130.num.7.libr.1. Ripa de peſte. 1.parte.2.principalis.num.179.Palac.repet.rub.§.76.num.2. & aſſerit receptiſsimum Matienço.l.7 tit.10.lib.5. ordinamenti.gloſſ.2.num.6. in quo manifeſtè labitur Couar.contrarium tanquam receptum præſupponens in rubric. de te-
92 ſtamentis.3.parte.num.2.&.3. † Quare tertio loco ad d.l.apud Celſum. reſpondet Corne.conſil.124.num.2.lib. 4. q̃ ſi in eo caſu interpretaremur eſſe donationem inter viuos,neque à principio valeret,neque ex poſtfacto confirmaretur, cùm ſola promiſsione conſiſteret.l. Papinianus.s̃.de donatio.intervirũ.& ideò cenſetur eſſe donatio cauſa mortis,valida,iuxta regulam.l.quoties.ĵ.de reb.dubijs.& ſubſcribunt Socin.conſil.130.nu. 7.lib.1.& conſ.235.num.3.libro.2.Ripa de peſte.1.parte.2.principal.num.25 ad finem.Socin.Iunior conſil.21. ad finẽ. lib.2.Couar.in rub.de teſtament.3.part. num.25.ad finem. & notab. confirmat Crot. in rubric. numero.23.ĵ. de legat. 1. Quæ reſponſio etiam non eſt tuta: quia quando æger donat, cenſetur donare inter viuos, iuxta verbi proprietatem



tatem.d.l.Seia.42.§.fin.ĵ. de donation. cauſa mortis. A qua interpretatione nõ eſt recedendum,eo prætextu, quòd donatio non ſit valitura, vt in ſpecie colliges ex.l.vbi ita donatur. 27. ĵ. de donatio.cauſa mortis.Facit regula.l. non codicillum.C.de teſtamentis. Et ideò ego aduerſus omnes exiſtimo, in caſu dict.l. apud Celſum.verſic. Iulianus. non agi de donatione cauſa mortis, ſed potiùs de donatione inter viuos, iuxta regulã d.l.Seia.§.fin.Et ſi obijcias: Ad quid igitur in d.l.apud Celſum.verſic. Iulianus. expenditur,maritum donantem à morbo reconualuiſſe:reſpondetur, quòd in caſu ibi propoſito,donatio directò nõ fuit facta vxori,ſed promiſſa fuerunt cẽtum ſobrino vxoris:ea tamen adiecta cõditione, quòd illa reſtitueret vxori donantis,ac proinde reſpectu ſobrini ſtipulantis,valida cenſetur donatio, quæ inter eas perſonas non inuenitur prohibita, ſed quatenus illa centum ſunt reſtituenda vxori,& ſic in perſona vxoris inducunt donationem,non valebit donatio,vt in ſpecie tradit Iureconſult. l. ſi ſponſus. 5.§.generaliter. s̃. de donation. inter virum. Significat igitur Iureconſult.dict.l.apud Celſum. verſicul. Iulianus.quòd ſi maritus decedat ex illa infirmitate, cum effectu valebit promiſsio: nam ſtipulator cum effectu petet centum promiſſa, & illa accepta tenebitur vxori donantis reſtituere: quia illa debet accipere poſt ſolutum matrimoniũ morte viri,quo tempore ceſſat prohibitio.l.& quia.11.s̃.de donationib.inter virum.Si autem maritus conualuit, quanuis ſtipulator mero iure habeat actionẽ: tamen ei petẽti obſtabit doli exceptio: quia cùm illa retinere non poſsit,ſed debeat illa reſtituere vxori donantis, quæ illa habere non poteſt propter legis prohibitionem,primo ſtipulatori obſtabit exceptio ex regula.l.auia.76.§.1. & ibi Baldus & Imola.ĵ.de condition. & de-
93 monſtrationib.†Vnde infertur,quòd ſi in ſpecie dict.l. apud Celſum. verſiculo Iulianus.donatio directò facta fuiſſet vxori donantis: tunc reconualeſcente marito ex illa infirmitate, nulla actio competeret vxori,ex regula.l. 3.§.ſciendum.s̃.de donationib. inter virum. & ſic marito non eſſet neceſſaria doli exceptio. Infertur etiam,multum intereſſe, vtrùm donatio directò fiat vxori, vel donetur alteri,qui poſteà reſtituat vxori: nam primo caſu nulla erit donatio, neque morte mariti confirmabitur, iuxta regulam.l. Papinianus.s̃. de donationibus inter virum.Secundo autem caſu mortuo marito efficax cenſetur donatio, & vxori donantis erit reſtituenda, iuxta regulam. l. quoties. C.de donationib. quæ ſub modo. Denique infertur, quòd ſi in ſpecie dict. l. apud Celſum.verſicul.Iulianus. ſtipulator reconualeſcente marito donante, non peteret centum promiſſa, neque maritus oſtenderet aliqua ſigna pœnitentiæ, poſt eius mortem cum effectu centum peteret:quia mortuo marito,agenti non poteſt obſtare doli exceptio, quæ,eo viuo,agenti obſtaret: quia cùm exceptio in eo nitatur,quòd centum debent peruenire ad vxorem donantis;qd̃ ius fieri non permittit: & poſt mortem mariti,ius permittat, donatum per maritum,ad eius vxorem deuenire, vt ſuprà dictum eſt; vtique agenti non obſtabit exceptio,& conſequenter nõ proceder, quod præſupponit d.l.apud Celſum.verſic.Iulianus.Et hæc de prima concluſione.Succedit igitur ſecũda, q̃ vbi in donatione eſt facta mẽtio mortis, cẽſetur eſſe donatio cauſa mortis.l. Seia. 12. ad fin.ĵ.de dote prælegat.& inſinuat d.l.Seia.42.§.final.ĵ. de donatio. cauſa mortis. probat Ord.lib.4.tit.63.in prin. & eſt receptiſsima hæc ſecũda cõcluſio, vt aſſerit Alexand. conſil.81.nu.2.lib. 1.Deci. l.fin.num.20. C.de pactis.Iaſon conſ. 5. num.2.libr. 3.Pariſ.conſ.16.numero.4. libr.2. Boerius deciſione. 353. Dueñas regula

regula. 218. † Vnde cauendum est à Si-
94 gismund.Loffred.cons. 5. num. 4. falsò
asserente, omnes tenere, ꝙ vt sit dona-
tio causa mortis,duo copulatiuè requi-
runtur:quòd sit facta mentio mortis, &
præterea quòd post mortem confera-
tur dispositio:subscribit Iulius Clarus. §.
donatio.q.4.num.4.Id enim falsum est,
imò omnes tenent, quòd vt censeatur
donatio causa mortis,satis est mortis mẽ
tionẽ factã fuisse:& ideò si quis tantũ di
cat,se donare causa mortis, vtique cen-
sebitur donatio causa mortis.l. Seia. 12.
ʒ.de dote prælegat.resoluit Vincent.hîc
num.11.Corne.cons. 289. num.11.lib.
4.Octauian.decision. Pedamonta.118.
num.2.Similiter & si quis dicat, timore
mortis donare, censebitur esse donatio
causa mortis.l.3.ʒ.de donatio.causa mor
tis.& suprà diximus. Quinimò satis est
in donatione exprimi verbum, quod ex
sua proprietate habeat relationem ad tẽ
pus mortis. Quare si quis dicat, Titio
præsenti aliquid relinquere, censebitur
esse donatio causa mortis,quia verbum,
Relinquo,ex proprietate habet relatio-
nẽ ad tẽpus mortis.l.1.§ fin. ʒ.de tabulis
exhibend.gloss.in rubr.ʒ. eodẽ. & ita in
specie Guido sing.457. Ripa de peste.1.
parte.2 principalis num.178.Couar. in
rubric.de testamen. 3 parte.num.25. ad
finem.Matienço.l.7.tit.10.lib.5. ordina
menti gloss.1.num.3. Vnde potiùs præ-
dicti docere debuissent, quòd vbi expri
mitur,donari causa mortis, sine dubio
donatio censetur causa mortis. l.2.ʒ. de
donatio.causa mortis. vbi autem dici-
tur donari post mortem,quanuis ita nõ
sit liquidum,quia & donatio inter viuos
eo modo celebrari solet.l. scrupulosam.
C.de contrahend.& committend.stipu
latio.§.post mortem.Instit.de inuti. sti-
pulatio.tamen nihilominus in dubio cẽ
setur esse donatio causa mortis.l. Seia.
12.ad finem.ʒ.de dote prælegat.& resol
uit Corne.cons.289.num.11.lib.4.Cor
ne.cons.124.col.2.in fin.lib. 4. Aymon
cons.214.num.10. Aduersus tamen hãc
conclusionem ita explicatam nimis vi-
detur vrgere.l. cùm maritus.29.§.final.
ʒ.de pact.dotalib. vbi frater fuit stipula-
tus sibi dotem restitui post mortem so-
roris, & sic in stipulatione fuit facta
mentio mortis: & tamen censetur esse
donatio inter viuos, & non causa mor-
tis:quod apertè repugnat suprà resolu-
tis,& maximè decisioni Iure cons.l. Sei-
a.12.ad finem.ʒ.de dote prælegat. Sed
huic difficultati respondet Bart.hîc nu.
3.ad medium,duobus modis. Primò,ꝙ
in specie d.l.cùm maritus.§.final. fuit ex
pressum, quòd ea stipulatio valeret in
95 vim donationis interviuos,† & ideò iux
ta declarationem partium,non obstãte
mentione mortis, censebitur esse dona
tio inter viuos: quem intellectum sensit
gloss.pen. d.l.cùm maritus.§.fina. quam
ibi probant Bald.& Salicet.& Fulgos. Sa
licet.l.2.ad finem.C.de iure dotium. Et
hunc esse communem illius text. intel-
lectum asserit Pontan.hîc nu.7. ad finẽ.
Iason.l. qui Romæ.§.Flauius. num. 19.
ʒ.deverbor.obligatio.Ruin.l.2.num.86.
ʒ.de legat.1.Euerard.cons.119.col.2.ad
finem.Matienço.l.7.tit.10.lib.5.ordina.
gloss.1. num. 4. Quæ tamen responsio
apertè diuinat,vt aduertit Iason hîc nu.
34.Hippolyt.Riminald.in princip Inst.
de donatio.num.330.Ex ea tamen colli
gendũ est,quòd vbi donatur causa mor
tis,& tamen exprimitur, quòd valeat in
vim donationis inter viuos, stabitur ex-
presso: & tunc mortis censebitur facta
mentio per modum dilationis, vt scili-
cèt exequutio fiat post mortem donan
tis,quod non impedit nomẽ donationis
inter viuos,vt statim dicemus:& ita Bar.
l.fin.num. 11.C.de pactis. & ibi Purpu-
rat.num.228.Barto.l.stipulatio hoc mo-
do.num.5.& ibi Butigella num.39.ʒ. de
verborum obligatio.Alexan. notabilit.
cons.14.circa num.1.lib.1. & consil.76.
num.1.lib.1.Socin.consilio.53.consilijs.
libro. 1. tradit Iason hîc numero. 29.
&



& Bologenet num.105. Ias.cons.5.col.
pen.sed præmissis.lib.13.Ruin.cons.182
nu.3.& seq.lib.1.Ripa responso.148.à n.
5.Paris.consil.16.nu. 6.lib. 2. Riminald.
in princ.Iusti.de donatio.à nu.339.Gu-
tierrez de iuramento confirmato.1.par.
c.12.nu.20.Et ad hunc modũ debet am
pliari.l.vbi ita donatur.27.ʒ.de donatio.
causa mortis,vt non obstante mentione
mortis,dicatur esse donatio inter viuos:
non solũ quãdo exprimitur, quòd ea do
natio esset irreuocabilis.d.l.vbi ita dona
tur.sed etiã quando expressum est,vt ea
donatio valeret vt inter viuos,vt constat
ex supra traditis.Secundo modo respon
det Bar.hîc d.nu.3.quòd in specie d.l.cũ
maritus.§.fina.interuenit duplex pactũ,
scilicet pactũ mulieris in fauorẽ fratris
celebratum,& deinde stipulatio ipsius
fratris,& hæc geminatio pacti facit cen-
seri esse donationẽ inter viuos: gemina
tione autẽ pacti cessante,procedet regu
la d.l.Seia.ad finẽ.ʒ.de dote prælegata.
Quam Bart.responsionẽ probat Aretin.
consil.74.nu. 3.ad finẽ,asserens nullam
aliã posse assignari responsionẽ ad d.l.
96 cum maritus.§.fina.† quæ manifestam
diuinationem non contineat.Et confir
mat ex eo,quòd regulare est,vt plus ope
retur actus geminatus,quã simplex.l. cũ
scimus.C.de agricol.& censit.lib. 11.l.si
mulier.C.ad Velleian.l.Ballista.cũ ibi no
tatis.ʒ.ad Trebellian.Et eandẽ responsio
nẽ probat& confirmat Corne.cons.223
à nu.7.lib.1.& cons.289.n.11.lib.4.Soc.
consil.53.nu.4.lib.1.Boeri. decisio. 353.
nu.11.& hanc esse cõmunẽ resolutionẽ
asserit Lofred.consil.5.num.7.& aduer-
sus Imol. & Cuma. defendunt Lance-
lot. Dec.hîc col.3.Ias à nu. 35. Butigela
l.stipulatio hoc modo.num.38.ʒ.de ver-
bo.obligatio.Menoch.de præsumptio.3.
parte, præsumptio.11.nu.12.Inuenio ta
mẽ quòd Claud.hîc nu.5.ad fin. & Pon
tan.n.7.asserunt hãc solutionẽ Bart. cõ-
muniter per DD.reprobari:quod etiã as
serit Constant.in princ.nu.10. vers. vn-



de secũdo modo. Instit. de donat.& ib
Riminal.nu.331.ad finẽ:& eam etiã im-
pugnat Ruin.l.serui electione.in princ.
nu.17.ʒ.de leg.1.Mouentur,quia stipula
tio venit ad executionẽ pacti interpositi
per sororẽ:& quæ pertinent ad executio
nẽ,non mutant actus naturã.Cle.1.ad fi
nem,de præbend.Itẽ,quia pactũ, in quo
fuit facta mẽtio mortis, ex se nõ inducit
donationẽ inter viuos,sed magis contra
riũ:& pariter neque stipulatio fratris, in
qua etiã fuit facta mentio mortis. Ergo
etsi simul iungãtur, tamen non possunt
efficere,ꝙ cẽseatur donatio inter viuos,
iuxta regulã.l.spadonem.§.qui iura.ʒ.de
excusat.tuto.& .l.1.C.qui numero libe-
rorum.lib. 10. Sed aduertendum est pri-
mò,non esse verũ,quod allegati asserunt
scilicet,hanc Bart.responsionẽ esse com
muniter reprobatã:nã imò est cõmuni-
ter approbata,vt cõstat ex supra relatis.
Secũdò neque rationes aduersus eã ad-
ductas multũ facere:nam prima tollitur
ex eo ꝙ stipulatio fratris non potest dici
interuenire ad executionẽ primi pacti:
imò magis ad illius cõfirmationem:quia
ex primo pacto sororis,actio non potuit
quæri fratri,iuxta regulã.l.stipulatio ista.
§.alteri.ʒ.de verbo.obligat.& est expres
sum.l.cũ patrẽ.19.C.de iure dotiũ, & ag-
noscit Claud.hîc nu.5.ad finẽ.† Cũ igi-
97 tur stipulatio fratris veniat ad cõfirman-
dũ prius pactũ,geminatio inducet dona
tionem inter viuos, vt prius pactum vi-
deatur fortiùs confirmatum. Non ob-
stat secũda ratio:quia nos agimus de de-
claranda donatione, vtrum sit inter vi-
uos,vel causa mortis: quem effectum,
imperfecta simul iũcta operari possunt,
vt tradit Bald.l.spadonem. §.qui iura.in
fine.ʒ.de excusatio.tuto.Galeaul.l. Cen.
turio.n.474.ʒ.de vulgari,& in specie ad-
uertit Lãcelot.Deci.hîc col.3.ad mediũ
Sed quãuis ex his opinio Bart.defẽdi pos
sit:tamẽ nõ placet,quia,tã in pacto, quã
in stipulatione, fuit facta mẽtio mortis:
vnde geminatio nõ potuit operari effe-

ctum de quo ſupra, imò magis contrarium, quòd geminata mentio mortis oſtendit, quòd ſit donatio cauſa mortis. l.Balliſta.ʃ. ad Trebellian. Item pactum interpoſitum à ſorore in fauorem fratris, non fuit efficax, neque ex illo potuit dari actio fratri. l. cum patrem. 19. C. de iure dotium. Ergo ſtipulatio fratris producens actionem, magis reperitur ſimplex quàm geminata. Neque ſatisfacit replicatio Iaſon. hîc nume. 39. quòd etiam ex actu nullo declaratur volũtas. l. fina. ʃ. de reb. eorum. glo. fina. c. cum plures. de offic. delegat. in. 6. atque ita voluntas reſultans ex pacto, ad iuncta ſtipulationi fratris, geminationẽ inducet: nã reſpondetur, quòd voluntas reſultans ex pacto, tanquam inutilis, nullum potuit producere effectum. l. 4. §. condemnatum. ʃ. de re iudicat. & conſequenter neque effectum geminationis: eo maximè, quia nuſquam in iure probatur, geminationem hunc effectum producere, vt aduerſus verborum proprietatẽ, mutet actus naturam: & ideò admodũ leuem eſſe hanc coniecturam, quæ ex geminatione colligitur, fatetur Corne. conſil. 223. num. 10. lib. 1. & conſil. 289. num. 11. lib. 4. Reiectis igitur reſponſionibus Bart. ſuccedit tertia, quæ fuit Cuman. hîc num. 7. quòd in dict. l. cum maritus. § fina. agitur de perſonis coniunctis; quia ſcilicet ſoror pacta eſt in fauorem fatris, & propter coniunctionem perſonarum, interpretamur eſſe donationem inter viuos. Remota autem coniunctione, procedet regula. l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegata, quem intellectum probauit Vincent. hîc nu. 12. ad finem, & num. 15. Guillel. c. Raynuntius. verb. teſtamentum. 4. num. 23. Socin. conſil. 232. num. 2. lib. 2. & conſil. 137. col. 2. ad finẽ. lib. 1. Cephal. conſil. 144. nu. 26. lib. 1. & ante eos hunc eundem intellectum
98 præſentit Petrus relatus per Bald. l. 1. n. 4. C. de iure dotiũ. † Sed non placet, quia coniunctio ſolùm facit præſumi donationem inter coniunctes, ſi de parua quãtitate agatur. l. ſi ſeruus. §. de donatio. inter virum, non autem reperitur, quòd aduerſus verborum proprietatem, inducat donationem inter viuos, inter coniũctos. Quarto loco Iaſon hîc nu. 38. omnes prædictas reſponſiones ſimul eſſe coniungendas exiſtimat, & concludendum, d. l. cum maritus. §. fina. procedere, duobus concurrentibus, ſcilicet, quòd fuerit promiſsio geminata, & actus pertineat ad coniunctas perſonas. Sed etiam non placet: quia primum requiſitũ hac materia nihil operari poteſt, vt ſupra oſtendimus, & multo minus ſecũdũ. Quinto loco Vincẽt. hîc n. 13. aliũ nouũ aſsignat intellectũ, ꝗ in d. l. cũ maritus. §. fin. mẽtio mortis fuit adiecta verbo executiuo, Præſtarentur: & quando mẽtio mortis reſpicit executionem, & nõ ſubſtantiam actus, non cenſetur eſſe donatio cauſa mortis. Bald. in additio. ad Speculũ, tit. de inſtrumẽto. editio. §. fin. verſ. ſi quis donat. quem ſequuntur Alex. hîc nu. 12. & Iaſ. hîc n. 41. Sed etiã nõ placet: quia cũ mentio mortis facta ſit in eadẽ clauſula, qua promiſſa eſt dotis reſtitutio magis ſubſtantiã, quàm executionem reſtitutionis videtur reſpicere: & dictum Bald. ſ. relatũ tantum locũ habet, quãdo in vna oratione promittitur dotis reſtitutio, & in alia aſsignatur tẽpus, in quo debeat fieri reſtitutio, vt ex mẽte ſupra allegatorũ colligitur, dum allegant l. quidam teſtamento. 99. in princ. ʃ. de leg. 1. & ʃ. latius dicem', Alias etiã reſpõſiones ad d. l. cũ marit'. §. fin. refert Vincẽt. hîc numer. 11. Riminald. in princ. Inſtit. de donationibus. à numer. 329. vbi etiam Conſtantinus numer. 11. nouam aſsignat reſponſionem: ſed eas non refero, quia non tollunt difficultatem. Vnde ad veram reſolutionem aduertendum eſt in hoc articulo, dict. l. cum maritus. §. fina. ex diametro videri pugnare cum d. l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegat. ſed concordandas eſſe, quòd in d. l. cũ maritus

§. fina



99 §. fina. †. præceſsit pactum mulieris, & ſubſequitur ſtipulatio fratris: in ſpecie autem dict. l. Seia. quis ſimpliciter fuit adhibitus ad ſtipulandum dotis reſtitutionem poſt mortem vxoris: vt hic aduertit Bart. num. 3. & expreſsit Cuman. nume. 7. Ratio autem differentiæ, vltra alios, illa eſſe videtur, quòd vbi maritus accepit dotem ab vxore, ſecundùm naturam contractus dotalis, tenetur illam reſtituere vxori poſt ſolutum matrimonium, & ſic ratione contractus inter viuos. l. ſi duo. §. pen. ſ. de iureiurando. Mulier igitur, quæ pacta eſt, dotem reſtitui fratri, voluit per illud pactũ fratri ſuo conſulere. l. tale pactum. 41. §. fina. ſ. de pactis, & eum loco ſui ponere: argument. l. 2. ʃ. ad Trebellian. & conſequenter quòd eo modo, quo maritus tenebatur vxori reſtitutionem fa-
100 cere, eodem modo loco ſui eam faceret fratri: argu. §. fuerat. Inſtit. de actio. facit. l. apud Celſum. 5. §. ſi quis autem. ʃ. de doli exceptio. l. ſi tibi decem. 18. §. pactum conuentum. ſ. de pactis, & regula. c. is qui in ius. 47. de regul. iuris. in. 6. Stipulatio igitur fratris veniens ad confirmationem prædicti pacti. l. cum patrem. 19. C. de iure dotium. à pacto præcedente mulieris accipiet interpretationem. l. 5. §. conuentionales. ʃ. de verbo. oblig. facit. l. ſi donatæ. §. fin. ſ. de donatio. inter virum. Merito igitur in dict. l. cũ maritus. §. fin. prædicta ſtipulatio dicitur continere donationem inter viuos, quia cum mulier pacta videatur, vt maritus faceret reſtitutionem fratri eo modo, quo illam ei facere tenebatur, & ſic ratione contractus inter viuos, & ſtipulatio ab eo pacto debeat recipere interpretationem, in effectu videtur conuentum, vt ea reſtitutio fieret quaſi ex contractu inter viuos: & hac ratione illa donatio cenſetur inter viuos, vt etiã probat. l. 2. adiuncta gloſſ. fina. C. de iure dotium. Cæterum in ſpecie. l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegat. mulier nihil pacta eſt, ſed adhibuit alium donandi animo, qui ſibi paciſceretur dotis reſtitutionem, & ſic poneret, ſe loco mulieris quoad reſtitutionem dotis, eo modo quo ipſe vellet ſe eius loco ſubrogare. Cùm igitur is ſtipulatus fuerit ſimpliciter dotis reſtitutionem poſt mortem mulieris, videtur ſe ſubrogare per modum donationis cauſa mortis, cum mortis facta ſit mentio. Bolognet. hîc nu. 104. Quod clarè ſignificat dict. l. Seia ibi: Videri eum mortis cauſa ſtipulatũ. Quòd ſi mentio mortis facta non fuiſſet, ſed generaliter ſtipulatus eſſet ſoluto matrimonio dotem reſtitui, tunc videretur ſe omnino ſubrogaſſe loco mulieris, & ſic quaſi ex donatione inter viuos reſtitutio dotis ſibi eſſet facienda, vt probat is tex. noſter ſecundùm communem intellectũ.
100 †Similiter ſi in ſpecie dict. l. Seia. de conſenſu mulieris & mariti tertius adhibitus ad ſtipulandum, eſſet ſtipulatus, vt poſt mortem mulieris ſibi reſtitueretur dos, eodem modo, quo mulieri erat reſtituẽda; quia tũc videretur ſubrogaſſe ſe loco mulieris, quoad reſtitutionem; prout mulieri erat reſtituenda ex vi cõtractus dotalis inter viuos, ita etiã & ſtipulanti videretur facienda, quaſi ex contractu inter viuos, & ſic cenſeretur eſſe donatio inter viuos: quod ſentit Iureconſ. dict. l. Seia ibi: Qui nihil numerauit. ſignificat enim, quòd ſi illi, qui ſtipulatus eſt dotem reſtitui, dotem numeraſſet, vel ſtipulatus eſſet, ac ſi dotem numeraſſet, quòd tunc cenſeretur donatio inter viuos, quia numeranti dotem ex contractu inter viuos facienda eſt reſtitutio. Ergo etiam & ſtipulantibus modo de quo ſupra; nihil enim intereſt, vtrum quid verè numeratum ſit, vel quis ſtipuletur, quaſi numeraſſet dotem. l. liberos. C. de collatio. l. cum ex oratione, in princ. ʃ. de excuſation. tutor. Et ex hac concordia ita explicata & defenſa infertur ſaluatio ad primam reſponſionem, quam ad d. l. cũ maritus. §.

n 2 fina.

fina.asignauit Bart.hîc num.3.quòd ibi fuit expressum,quòd maritus teneretur restituere dotem fratri vxoris per actum inter viuos:nam est dicendum in terminis illius text.tacitè hoc subintelligi, etsi non fuerit expressum, vt constat ex supra traditis. Infertur secundò,in hac materia necessariò esse faciendam differentiam inter mulierem, quæ pacta est prius dotem restitui alteri, & inter eum,qui de consensu mulieris simpliciter adhibitus est ad stipulandũ dotis restitutionẽ,vt constat ex supra traditis:quid quid hos casus eiusdẽrationis esse dicat Socinus consil. 137.ad finem libr.1.& consil.232.ante finem lib.2. Infertur tertiò explicatio ad.l. debitor.59.§.fina.ʃ. ad Trebellian.vbi mulier quæ dotẽ numerauit, pacta est illam restitui matri, & sentit tex. quòd si mater dotem fuisset stipulata, dos cum effectu ad eam
101 pertineret:† ex qua Lancelot Deci. hîc col.6. ad medium colligit, quod vbi pactum est geminatum, inducitur donatio inter viuos:sed id supra reprobatum fuit,& d.l.debitor.§.fina. tantum sentit, quòd si mater stipulata esset dotem restitui,tunc ex propria stipulatione actionem haberet.Intellige tu, scilicet irreuocabilem iuxta dict.l.cum maritus. §. final.explicatam vt.s̃.Quartò infertur annotatio ad dictum Bald.l. pro hæreditarijs in fine.C.de hæreditar. actio. quòd si mulier pacta est cum marito, vt post mortem filijs dotem restituat, non potest hoc pactum mutare: quia cum in-
102 tersit mariti dotem ad filios peruenire, iuxta regulam.l.nihil interest.ʃ. de bonis libertor succedit regula.l. si cum fundum.37.s̃.de pactis.cum gloss. Alex.hîc numer. 8.referens hoc Baldi.dictum,dicit illud confundi per d.l. Seia.12.ʃ.de dote prælegat.nam ibi alius aderat, cuius intererat pactum non reuocari, scilicet ille,qui stipulatus fuerat dotem sibi restitui, & nihilominus permittitur pacti reuocatio: quæ inductio fragilis est,nam in dict.l.Seia.cum respectu stipulantis videatur in ducta donatio causa mortis, licita est illius reuocatio:nos autem loquimur,quando ipsius,qui promisit dotem restituere, intererat non reuocari pactum,scilicet vt filijs acquireretur:in quibus terminis propriè militat regula.l.si cum fundum.37.s̃. de pactis; & in speciè aduertunt Lancelot. Deci.hîc col.6.ad finem, & Claud. numer. 8. Sed ex prædictis resoluendum est, quòd cum mulier paciscens, dotem restitui alteri,videatur pacisci, vt illi fiat restitutio dotis eodem modo, quo esset facienda mulieri,& sic quasi ex contractu inter viuos,vt supra diximus,quãuis ex pacto non acquiratur actio illi,in cuius fauorem pactum fuit celebratum.l.cum patrem.19. C. de iure dotiũ, & significat.l.debitor.59.§.fina.ʃ.ad Trebellian. tamen mariti interesse impediet, pactum illud reuocari in præiudicium filiorum suorum:arg.dict.l.si cum fundum.s̃. de pactis. Quòd si censeretur inducta donatio causa mortis,tunc interesse mariti non posset impedire illius reuocationem .dict.l.Seia.12.ʃ.de dote prælegat. adiuncta. l. cum precario.ʃ.de precario. Quintò infertur ad tradita per Lancelot.Deci.hîc col. 5. ad finem.& sequent.dum concludit, quòd in specie dict.l cum maritus.§.fin. si clare non constaret de animo donandi, non censeretur esse donatio inter viuos, sed potiùs donatio causa mortis, ne aliàs duo specialia concurrant † circa idem,aduersus regulam.l.1. C.de dotis promissio. nam imò dicendum est, dict.l.cum maritus.§.final.locum habere,etiam si non constet de expresso animo donandi,vt supra probauimus. Neque obstat argumentum Lancelot. Decij,quia cum hæc specialia procedãt ex diuersis fontibus,admittitur eorũ cõcursus,iuxta doctrinã receptã Bart.l.si is qui.n.71.ʃ.de vsucapio.Sextò infertur explicatio ad literã d l.cũ maritus. §.fin. dũ probat,



probat,quòd si mulier post pactum stipulatione confirmatum, aliqua legauit ex dote,& seruos dotales manumisit, q̃ nihilominus frater stipulator iuxta stipulationem,coget maritũ dotem integrã
103 sibi restituere,scilicet restituendo res dotales, quas penes se habet, & sic habet facultatem illas restituendi: ratio enim est,quòd illa donatio censetur inter viuos, & ideò irreuocabilis, vt ibi notat Odoffred.neque in præiudicium illius, donans aliquid disponere potest etiam per testamentum.l. Lutius Titius. 40.ʃ. de fideicõm.libert.auth.hoc locum. C. si secundò nupserit mulier.Cagnol.l. fina.nu.225.C.de pact.Roland. de lucro dotis.quæstio.82. Octauianus decis. Pedemontana.20.à numero.6.etiam si donatio illa inter viuos, sit facta sub conditione; vt efficaciter probat dicta.l. cum maritus.§. fina. extollit Aretin. consilio.74.numero.9.&.l. qui Romæ. §.Flauius.colum. 3. ad medium.ʃ.de verbor.oblig.Socin.cons.137.in fine lib.1. & cons.232.in fin. lib.2.Vnde contrariũ esset dicendum,si in eo tex. ageretur de donatione causa mortis:nam tũc legando res dotales, videretur donationem causa mortis reuocare:nam prout testator alienando res legatas,videtur legatũ prius reuocare.l.rem legatam.ʃ. de adimend.legat. ita etiam & alienando res donatas causa mortis, videtur donationem reuocare, vt tradunt Dynus, Bart. & alij. l.Stichum qui meus erit. ʃ. de legatis. 1. & dicit receptum Tellius in.l. Tauri.17.numero. 117.Rationem reddit Deci.l.non omnis.in principio. numer.14.s̃. si certum petatur. Inuenio tamen,quòd Fulgos.d.l.cum maritus.§.fina.defendit text.illum etiam locum habere in donatione causa mortis, aduertens, quòd ibi mulier non legauit prædictas res dotales à fratre stipulante, sed potius ab hærede suo,iuxta regulam.l.si seruus legatus.§ qui margaritam.ʃ. de legatis.1.Grauando igitur hæredem præstare legata, non videtur reuocare donationem causa mortis. Secus si legatum relinqueret ab ipso donatario causa mortis, quia tunc reuocaretur donatio causa mortis,saltem in eo sensu, vt quod anteà liberè habebat, † nunc habeat cum onere præstandi legatum, vt est expressum.l.Seia.12. in fine.ʃ. de dote prælegat.Quam considerationem etiam tetigit Cuman. hic numero.7.& sequitur,& confirmat Riminald.in principio.à numero.335.Institut. de donatio. Sed omnino reijcienda est hæc consideratio: quia in dicta.l.cum maritus. §. fina.agitur, quando ipsę res donatæ legantur per vxorem.Quo casu,si esset donatio causa mortis, proculdubio censeretur inducta reuocatio,prout sine dubio legatũ censeretur reuocatum, si eadem res legata ex interuallo alteri legatur.l.non ad ea. 88.ʃ. de condit. & demonstra.l.etsi transferam.ʃ.de adimendis legatis.insinuat.l. cum quæstio. C. de legat.Et iuxta hæc venit explicãdum quod dicit dicta.l.cum maritus. §.fina. circa seruos dotales manumissos per mulierem:nam si intelligas eos manumisisse,scilicet grauando hæredes, vt eos manumitterent, tunc serui illi sunt restituendi stipulatori: & nihilominus serui manumittendi possunt cogere hæredes, vt eos recuperent ab stipulatore, & eorum æstimationem illi soluant, vt ibi per gloss.fina. Si verò intelligas, quòd eos manumissit directò, tunc vtique valebit manumissio,quia serui subiecti restitutioni,ratione cõtractus, manumitti possunt.l.3. C. de iure dotium. & ibi Bart. Iason.l.fina.§. sed quia. numero.4.& authent.res quæ.numero. 2. in .4. limitatio. C.communia de legatis. quo casu stipulator repetet pretium à marito, & ille habebit recursum aduersus hæredes mulieris: & ita debet explicari dicta.l.cum maritus.§.fina.Vltimò ex supra traditis infertur explicatio ad.l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegat.

nam ideò ibi valet fideicommissum relictũ à stipulatore: quia agebatur de donatione causa mortis; & à donatario causa mortis fideicommissum relinqui potest. l. cum pater. 79. §. 1. ff. de leg. 2. Diuersum esset, si esset donatio interviuos, vt significat d. l. cũ maritus. §. fina. & ibi Odoffred. Quòd si in specie d. l. Seia. fidei cõmissum rerum dotalium esset relictum ab hærede: tunc hæres teneretur illud prestare, & donatio causa mortis quoad eas res specialiter legatas censeretur reuocata, † vt insinuat dict. l. cum maritus. §. final. &. ff. probauimus: quidquid Fulgos. ibi contrarium tentet, & alij quos supra reprobauimus. Ex his igitur habemus, regulam esse constituendam, quòd vbi in donatione fit mentio mortis, censetur esse donatio causa mortis: limitetur tamẽ primo modo, vt colligitur ex supra traditis. Secũdò limitetur, quando in donatione, in qua facta fuit mentio mortis, non interuenerunt quinque testes: nam cum hi necessarij sint ad validitatem donationis causa mortis. l. fina. C. de donationib. causa mortis. l. fina. titul. 4. partit. 5. vt actus valeat, magis interpretabimur esse donationem inter viuos, quæ valida est, si fiat coram duobus testibus. c. in omni, de testibus. Erit igitur donatio inter viuos, cuius executio fuit collata post tempus mortis: & ita Alex. hic num. 13. Iason num. 46. Aymon in rubric. nu. 157. ff. de legat. 1. Butigela. l. stipulatio hoc modo. num. 37. ff. de verbor. obligatio. notab. Corne. consil. 223. num. 6. lib. 1. Paris. consil. 90. num. 4. lib. 3. Roland. consil. 8. nume. 22. lib. 1. Socin. Iunior consil. 21. numer. 6. lib. 2. & plures, quos refert Riminald. in princip. Instit. de donationibus. num. 352. Matienço. l. 7. titul. 10. lib. 5. ordinamenti. gloss. 1. num. 8. Gamma decisio. 166. num. 4. Mantica de coniectur. vlti. voluntat. cap. 13. à num. 15. Costa selectar. lib. 1. cap. 18. qui infert ex hoc intellectum ad. l. vnicam. C. vt actio. ab hæredibus. & l. scrupulosam. 15. C. de contrah. & committ. stipul. & l. nam & si cum moriar. 17. ff. de cond. indeb. in quibus in stipulatione interposita ex causa lucratiua fit mentio mortis, & tamen præsupponitur esse donationem inter viuos: nã secundũ eũ cùm in illis iuribus non constet, quinque testes fuisse adhibitos, nec hoc in dubio sit præsumendum. l. quæcunque. §. fina. ff. de Publician. cùm non possit valere vt donatio causa mortis, propter defectũ testiũ vt actus valeat, interpretabimur donationem inter viuos fuisse celebratam. Sed aduertendũ est, de hac opinione meritò dubitari posse, † neque enim videtur verũ, quòd donatio causa mortis ad sui validitatem requirat quinque testes: cum enim attento initio, æquiparetur contractibus. l. inter mortis. ff. de donation. causa mortis. gloss. recepta. l. 2. ff. de dote prælegat. latè Guillel. c. Raynuntius. verb. testamentum. 4. à. nu. 34. quemadmodum contractus duobus testibus consistunt. l. vbi numerus. §. de testibus. idem recipiendum est in donatione causa mortis, quæ attento initio illis æquiparatur: & ita in specie Molina lib. 1. de primogenijs. cap. 12. nume. 16 Neque obstat fundamentum communis contrarium tenẽtis per. l. final. C. de donationibus causa mortis. quia licet DD. communiter ex eo text. colligant, donationem causa mortis coram quinque testibus esse faciendam, vt valeat, iuxta plenè relatos per Matienço. l. 7. titul. 10. lib. 5. ordinamenti gloss. 2. nume. 8. & vltra eum Xuarez allegatio. 20. num. 28. Arias. l. 1. Tauri. numer. 24. & rationem reddat Alciat. l. 2. num. 15. ff. de leg. 1. tamen text ille bene expensus contrarium sentit: neq; enim requirit quinque testes ad validitatem donationis causa mortis, sed tantum dicit, quòd si donatio causa mortis sit facta coram quinque testibus, non sit necessaria insinuatio; quasi diceret, etiam si in donatione causa mortis necessaria sit insinuatio. l. si donatio 25. C. de donationibus. tamen si ea donatio fiat corã quinque testibus, insinuatio; non est necessaria. d. l. fina. C. de donation. causa mortis. Ex quo infertur primò, non esse verum quod dicit Bart. dict. l. final. C. de donation. causa mortis, per illam legem corrigi d. l. si donatio, ita vt hodie non sit indistinctè necessaria insinuatio in donatione causa mortis: subscribit Anton. Rube. consil. 59. nu. 1. & latè Matiẽço. l. 7. tit. 10. lib. 5. ordinamenti. gloss. 6. nu. 9. nam imò verius est, quòd si hodie fiat donatio causa mortis coram quinq; testibus, non sit necessaria insinuatio. d. l. fina. si verò fiat coram minore numero testium, etiã hodie sit necessaria insinuatio. & ita expressè Salic. d. l. fina. post princip. C. de donatio. causa mortis, & Alex. consil. 83. n. 17. lib. 2. Arias. l. 1. Tauri. nu. 24. quidquid resoluat Mantica de coniect. vlti. voluntat. lib. 1. cap. 13. nu. 16. Ex quorum mente aperte colligitur, quòd si fiat donatio causa mortis coram minori numero testiũ, valida erit: id quod elegãter tradit Paul. l. auunculo. ff. de donatio. causa mortis. resoluens, quòd si donatio causa mortis fiat præsenti, sufficit fieri corã duobus testibus: si autẽ fiat absẽti; quia tũc trãsit in vim legati. l. miles ad sororẽ. cum glo. ff. de leg. 2. requirẽtur quinque testes. l. fina. § fina. C. de codicillis. † & in simili ita distinguit Iason. l. eam quã. col. antep. vers. octauus. C. de fideicom. Tobias Nonius consil. 1. num. 8. & Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 1. cap. 13. num. 17. Guillel. c. Raynuntius. verbo. testamentum. 4. num. 37. Ex quo colligas, in dict. l. fina. C. de donationibus causa mortis. non fuisse nouiter constitutũ, vt quãuis donatio causa mortis, quoad initium æquiparetur contractibus: tamen requirat quinque testes, vt existimauit Molina lib. 1. de primogen. cap. 12. numero. 17. sed potius quòd si fiat præsenti, & sic quoad initium æquiparetur contractui; tunc duo testes sufficiunt, vt supra dictum est. Colligas etiam, ideò d. l. fina. C. de donationibus causa mortis. ex primi, donationem causa mortis in omnibus habere vim vltimæ voluntatis, quia loquitur de donatione causa mortis, quæ etiam attento initio fit ad similitudinem vltimę voluntatis, hanc enim verum est in omnibus habere vim vltimæ voluntatis. Et in his terminis saluabitur noua opinio Ioannis Hannibal. l. post contractum. numer. 220. ff. de donationibus. contendentis, quòd donatio causa mortis, etiam quoad initium, habeat vim vltimæ voluntatis: cæterum si fiat præsenti coram duobus testibus, valebit, & tunc verum est, quòd attento initio æquiparatur contractibus, quanuis hæc non satis perceperint Socin. Iunior. l. 2. num. 31. & ibi Ripa nume. 6. ff. de legat. 1. Colligas etiam resolutionem circa tradita per Deci. consil. 306. num. 7. quòd donatio causa mortis potest reuocari coram duobus testibus. idem. l. non omnis. in princ. nume. 10. §. si certum petat. Contrarium tenet Alcial. l. 2. num. 17. ad finem. ff. de leg. 1. ex regula. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iuris, & subscribit Valase. consultatio. 102. nume. 7. &. num. 21 Sed resoluendum est, quòd si donatio causa mortis fiat præsenti, vera sit opinio Decij: aliàs secus: & sic ex his constat, dict. l. final. C. de donationibus causa mortis. nihil iuuare communem opinionem supra relatam: quam si nihilominus admittas, debes eam limitare, nisi clare cõstet de voluntate facientis, quòd voluit donare causa mortis: tunc enim talis censebitur, etiam si propter defectũ testium in ualida remaneat: & ita clare Angelus consil. 254. ad finem, adiuncto principio consilij, & subscribit Ruin. l. stipulatio hoc modo. nu. 10 ff. de verbo. obligatio. Ias. consi. 6. col. 4. li. 3. facit. l. nõ codicillũ C. de testam. & quod ibi Corn. 3. notab.

107 notab,' & ita poteſt adimitti opinio eiuſ
dem Ruin.l.1.§.ſi quis ita.num.25.ff.de
verbo.obligat.quòd donatio cauſa mor-
tis facta coram duobus teſtibus,non va-
leat,vt donatio inter viuos. Neque etiã
pro cõmuni facit d.l.vnica. C. vt action.
ab hæredibus. cum ſimilibus ſupra cita-
tis:quia reſpõdet Bart.l. nam etſi cum
moriar.num. 3. ff.de cond. indeb. quòd
in illis iuribus ex cauſa propter quam fa
cta erat promiſsio,conſtabat agi de actu
inter viuos:& cõmuniter recipitur hæc
reſpõſio,vt aſſerit Alex. cõſ.81.n4. li.b.1
& conſ.78.n.3.lib.4.Iaſ. conſ.5.nu.2.lib.
3.Butigela.l.ſtipulatio hoc modo. n. 38.
ff.de verbo.obligatio. Guillel.c.raynum
tius.verb.teſtamentum.4.num.23.ad fi
nem.cuius rei pulchrum exemplum in
uenies apud Boerium deciſio. 353. nu.
10.Poterit etiam reſponderi,ea iura pro
cedere,quando conſtat promittentem
nullum habuiſſe reſpectum ad mortali
tatem,ſed ideò promiſiſſe cum morere
tur,quia nolebat antea cũ effectu obli-
gari:nam huiuſmodi promiſsio magis
cenſenda eſt donatio inter vitos, quam
donatio cauſa mortis, vt colligitur ex
mente.l.pen.ff.de donatio.cauſa mortis.
tunc enim mors videtur venire per mo-
dum dilationis,quæ non efficit donatio
nem cauſa mortis.Bald.receptus.l.2.nu.
3.C.de iure dotiũ. Nec dicas hoc diui-
nare eſſe: quia imò verba promiſsionis
hoc clare videntur importare:& quia in
d.l.vnica.C.vt actio.ab hæred.dubitatio
principalis erat, vtrum actio poſſet in-
cipere ab hætedibus,& contra hæredes?
Item in d.l. nam etſi cum moriar. 17.ff.
de condict. indeb. principalis dubita
tio erat,vtrùm pomittens cum morere-
tur,& interim per errorem ſoluens, poſ
ſet repetere ſolutum per condictionẽ
indebiti?& videbatur dicendum poſſe:
quia cum in prædictis terminis non ſit
orta actio neq; obligatio.Bart. receptus
l.ita ſtipulatus.nu.41.ff. de verbo. oblig.
ſolutum tanquam omnino indebitum
debuit repeti.l.ſub conditione. 16.ff.de
108 cond.indeb.† Contrarium tamen deci-
ditur in d.l.nam etſi cũ moriar.propter
illud notabile principium in materia cõ
dictionis indebiti, quòd quando quid
debetur ſub conditione, ſi conditio ta-
lis ſit,quæ poſsit exiſtere,vel etiã de fice
re,interim ſolutũ tanquã in debitum re
peti poteſt.d.l.ſub cõditione.ſed quãdo
conditio talis ſit,quæ neceſſario debeat
exiſtere,tunc quãuis interim nõ ſit orta
actio,neq; obligatio,tamẽ ſolutũ non re
petitur.d.l.nam etſi cum moriar.adiun-
cta.l.1.ff.de cond. & demonſt. probat
etiam.l.Iulianus verum debitorem.ff.de
condict.indeb.vnde cum in illis iuribus
de prædictis principalis fuerit dubitatio,
quoad alia abſque diuinatione præſup-
poni poterunt termini habiles. l. qui te-
ſtamento. §. 1.ff.de teſtament. Et ex his
conſtat,omnino reijciendum eſſe,quod
circa intellectum prædictorum iurium
tradit Iaſon hîc num.45.&.l. ſub condi-
tione.nume.2.ff. de cond.indeb. quòd
ideò in prædictis iuribus cenſetur eſſe
donatio inter viuos,quia pẽdebat actus
à voluntate duorum, & vt dicatur eſſe
donatio cauſa mortis, oportet,quòd pẽ
deat ab vnius voluntate tantùm, id eſt
donatoris:allegat Bald.l. pro hæreditarijs.in fine.C.de hæred.actionib.qui ta-
mẽ illud nõ dicit,vt aduertit Vincẽt. hîc
n.16.neq; poteſt eſſe verũ:nã cũ donatio
cauſa mortis,requirat vtriuſq; partis præ
ſentiam.l.inter mortis.38.ff. de donatio.
cauſa mortis,ſemper cenſetur pendere
à duorũ voluntate.Quinimo olim opor
tebat,donatarium ſtipulari à donante.
l.mortis cauſa donatio.ff de donatio.cau
ſa mortis,& hodie ſufficit pactum nudũ.
gloſſ.recepta.l.cum pater.§.Mæuio.ff.de
leg.2.Tertiò limita cõcluſionem de qua
ff.procedere, quando in donatione fit
mẽtio mortis per modum cauſæ finalis:
nam ſi fiat per modum cauſæ impulſi-
uæ, & ſic vt magis inducat dilationem
temporis,quo debet fieri executio, vel
quo



quo incipiat effectualis donatio, magis
conſebitur donatio inter viuos,vt colli-
gitur ex iſto tex. ſecundum cõmunem
intellectum,& tradit Bald.l. 2. nume.3.
C.de iure dotium. Cõcordantes refert
Deci.l.fina.num.20.C.de pact.& conſi.
306.num.8.Boeri.deciſio.353.num. 12.
Aymon conſi.214.Matienço.l.7.tit. 10.
lib.5.ordinamenti. gloſſ.1.nume.6. Et ſi
quæras,quomodo cognoſcatur, quòd
mentio mortis ſit per modum cauſæ fi-
nalis,vel per modum dilationis,† recur-
109 rendum eſt ad Bald.in additionibus ad
Speculum,titul.de inſtrumentorum edi
tione.§.fina col.fina.verſ. ſi quis donat.
inquientem,quòd ſi quis alteri fundum
donaret,reſeruato ſibi vſufructu vſque
in tempus mortis, quòd cenſebitur do-
natio inter viuos:quia illa verba, Reſer-
uato ſibi vſufructu vſque in tempus mor
tis.magis cauſa dilationis,& de monſtrã
di tempus executionis videntur appo-
ſita,quàm tanquam cauſa finalis dona-
tionis; quod & tradit Bald. conſil. 270.
quædam mulier.lib. 2. Ex cuius mente
colligunt DD.quòd vbi mentio mortis
apponitur verbis executiuis, videtur
poſita per modum dilationis:vbi autem
verbis importantibus ſubſtantiam dona
tionis,cenſetur eſſe donatio cauſa mor-
tis:& ita Alex.hîc num.12.Iaſon. nume.
41.Alex.conſil.14.num.2.lib. 1. Deci.l.
more.num.33.ff.de iuriſd. omniũ iudic.
& alij relati per Bellon.conſil. 60.n.15.
Anton. Gomez.2.tomo.cap. 4.nu.19.
verſ.quæ omnia. Riminald.in princ.nu.
341.Inſtit de donatio.Matienço. l.7.tit.
10.lib.5.ordinamenti gloſſ.1.num.5.Gã
ma deciſio. 163.num.2.& deciſio. 381.
num.4.qui pro hac ſententia inducunt
l.ſi cui legetur.55.in princ.ff.de leg. 1.ad-
iuncta.l.ex his.C.quando dies legat.ce-
dat. Circa quam cõmunem traditionẽ
in primis eſt aduertendum,quòd exem
plum propoſitum à Bald. multis modis
ſolet declarari:nam Alex. conſil.78. nu.
1.lib.4.interpretatur,quòd donatio præ
dicta quoad proprietatem, erit donatio
inter viuos:ſed reſpectu vſusfructus erit
donatio cauſa mortis;quaſi donatarius
non debeat habere rei donatæ commo
ditatem,niſi poſt mortem ſuam,ſubſcri-
bit Socin.Iunior conſi.102.num.16.lib.
3.Hippoly.Riminald.in princ. nu. 341.
ad finem Inſtit.de donatio. Aymon.con
ſil.214.num.10.Sed non placet hæc de-
claratio:quia cum vtrumque ſit factum
in eadem oratione, non debet tam di-
uerſam accipere interpretationẽ, aduer
ſus regulam.l.iam hoc iure.ff. de vulgari.
Magis igitur videtur facta donatio, ex
qua commoditas percipiatur ante mor
tem:quod in effectu videtur importare
donationem cauſa mortis: ad quod in
ſpecie expendo.l.Seia.42.in princ.ff. de
donatio.cauſa mortis, vbi quis donauit
rem,reſeruato ſibi vſufructu in vita:& ta
men nihilominus dicitur eſſe donatio
110 cauſa mortis.† Secundo modo intelli-
gitur dictum Bald. quòd ideò donator
reſeruauit ſibi vſumfructum in vita, vt
oſtenderet, quòd quanuis vſusfructus
multis modis finiretur. §. finitur.Inſtit.
de vſufruct.tamen hoc caſu tãtum mor-
te reſeruantis finiretur. Cùm igitur ad
hunc effectum mentio mortis facta fue
rit,non debet contrarium effectum ope
rari.l. legata inutiliter. ff. de adimend.le
gat.& ita Bald.conſil.107.anno Domini
lib.2.Aymon.conſil.214.num.10.& Ri-
minald.in princ.num.341. inſtit de do-
natio. Sed etiam hæc interpretatio nõ
placet:quia cum donator propter reſer-
uationem indicauerit,quòd vtilitas do
nationis ſolum poſt mortem donantis,
debeat ad donatarium pertinere, in
effectu videtur inducta donatio cauſã
mortis edict.l.Seia.42.ff. de donatio.cau
ſa mortis.Et ideò verior explicatio eſt,
quòd Bald.voluerit, quòd cum in præ-
dicta donatione nulla ſit facta mentio
mortis,niſi in verbis reſpicientibus vſum
fructum,ſiue commoditatem donatio-
nis,in effectu videtur facta in verbis re-
ſpicienti-

ſpicientib⁹ executionem, ſiue effectum donationis, ex quibus non debet mutari donatio ſimplex, & in qua nõ fuit facta mẽtio mortis: arg. Cle. 1. de præbẽdis. ac ita e it donatio inter viuos, cuius effect⁹ ſiue vtilitas fuit collata poſt mortem. Vnde infertur q̃ ſi in initio donationis facta ſit mẽtio mortis, vt quia dicatur: Dono, tibi poſt mortẽ, reſeruato vſufructu dũ vixero; cẽſebitur eſſe donatio cauſa mortis: quia mẽtio mortis ipſã principalẽ donationem videtur reſpicere: & ita Pariſ. conſil. 16. nu. 22. lib. 2. Ex quo inferas cauendum eſſe ab Alex. conſil. 14. num. 2. verſ. hinc etiam. lib. 1. Ruin. conſi. 182. num. 6. lib. 1. Aymon. conſil. 214. à num. 11. dum dicunt, quòd ſi quis donauerit poſt mortem, reſeruato ſibi vſufructu in vita, cenſebitur eſſe donatio interviuos: quia reſeruatio vſusfructus non compatitur ſe cũ donatione cauſa mortis: nã cum illa ad libitum ſit reuocabilis. l. nõ omnis. §. ſi certum petat. fruſtra in ea reſeruaretur vſusfructus. Prędicta igitur reſeruatio tantum conuenit donationi inter viuos. l. quiſquis. C. de donatio. ac proinde vbi facta eſt reſeruatio vſufructus, ſemper interpretabimur eſſe donationem inter viuos, cuius executio & effectus confertur poſt mortem: nam contrarium eſſe verius oſtenditur ex ſupra dictis. Neque obſtat prædictorum ratio: quia cũ donatio cauſa mortis duo
111 bus modis fieri poſsit, † ſcilicet vt ſtatim transferatur dominium, vel tunc demũ poſtquã mors fuerit inſecuta. l. 2. ĵ. de donatio. cauſa mortis, qui donat cauſa mortis, reſeruato vſufructu, oſtendit ſe velle ſtatim transferre dominium in donatarium. l. quiſquis. C. de donatio. ita tamẽ vt donans vtilitatẽ habeat prædictorum bonorum in vita: ſed propter hoc non amittit donatio cauſa mortis ſuam naturam, vt ad libitum ſit reuocabilis, vt expreſſe probat. l. Seia. 42. ĵ. de donatio. cauſa mortis, & in ſpecie aduertit Pariſ. d. conſil. 16. num. 12. lib. 2. Vnde dictũ Bald. in addition. ad Speculum, tit. de inſtrumento. editio. §. fina. s̃. relatum debet intelligi, quando ſimpliciter donat rem, reſeruato ſibi vſufructu in vita: nam cum tunc principalis diſpoſitio mentionem mortis non contineat, & mẽtio mortis incidẽter fuerit facta propter reſeruationem vſusfructus, neque reſpicere videtur donationem principalem, neque eius naturam debet alterare: arg. Cle. 1. de præbend. vt eleganter aduertit Corne. cõſ. 223. n. 11. lib. 1. & ita Bald. dictum in prædictis terminis eſſe accipiendum, colligitur ex Alex. hîc numer. 12. Vincent. num. 21. Afflictis deciſio. 275. nu. 2. Gamma. deciſio. 166. num. 4. Cæterum ſi dictũ ſit, Dono poſt mortem, reſeruato vſufructu in vita, cenſebitur donatio cauſa mortis, per quam ſtatim trãsfertur dominium in donatariũ: tamen reſeruato vſufructu donanti. d. l. Seia. 42. ĵ. de donatio. cauſa mortis, quod & videtur eſſe de mente Bald. ſi eius ratio ponderetur, vt in ſpecie aduertit Matienço. l. 7. tit. 10. lib. 5. ordinamenti. gloſ. 1. num. 5. ad finem. Item circa prædictã doctrinam Bald. aduertendum eſt, eam eſſe intelligendam, quando in prima oratione non fuit facta mentio mortis: tunc enim procedet Bald. traditio, vt in ſimili probatur. l. quidam teſtamento. 99. ĵ. de leg. 1. Sed ſi vtrumque proferatur in eadem oratione, tunc etſi mentio mortis apponatur verbis executiuis, nihilominus dicetur donatio cauſa mortis, vt in ſimili probatur. l. ſi ſeruus legatus. 111. §. qui quinque. ĵ. de leg. 1. & notab. reſoluit Felin. c. ſuper literis. nu. 4. de reſcriptis. Si igitur dictũ ſit, Dono tibi cẽtũ, quæ volo tibi pręſtari poſt mortẽ meã dicetur eſſe donatio inter viuos, cuius executio confertur poſt mortẽ, Corne. conſil. 289. num. 11. lib. 4. Iaſon. conſi. 5. col. fina. verſ. tertio. lib. 3. Gamma deciſio. 302. num. 10. Sed ſi in eadem oratione dictum ſit, Dono tibi centum, præſtanda poſt mortem meam, dicetur eſſe dona-



112 donatio cauſa mortis, † quantumcũque mentio mortis videatur adiungi verbis executiuis: quia cum vnica ſit oratio, mentio mortis etiam principalem diſpoſitionẽ videtur reſpicere. d. l. ſi ſeruus legatus. 111. §. qui quinque. ĵ. de leg. 1. & in ſpecie Gamma deciſio. 103. ad finem, & ante eum Paul. Caſtrenſis conſi. 338. num. 3. lib. 1. quanuis Vincent. hîc num. 13. prædicta non ſatis perceperit. Quartò principaliter limita concluſionem de qua ſupra, non procedere, quando in donatione dictum fuerit, quòd donatur alicui poſt mortem pro ſe, & hæredibus: nam tunc interpretabimur eſſe donationem inter viuos, cuius proprium eſt, vt tranſeat ad hæredes. §. ex conditionali. Inſtit. de verbo. obligatio. non autem interpretabimur eſſe donationem cauſa mortis: quia ſi donatarius decedat ante donantem, ea donatio non tranſit ad hæredes donatarij, imò cenſetur tacitè reuocata. l. non omnis. in princ. s̃. ſi certũ peta. in princ. Inſtit. de donat. Rationem reddit Alciat. reſponſo. 99. nu. 24. Vnde vt tollatur repugnantia, interpretabimur eſſe donationem inter viuos, cuius tamen effectus, ſiue executio, confertur poſt mortem: & ita Bald. l. 2. num. 4. in fine. C. de iure dotium. Iaſon poſt alios conſil. 5. col. fina. verſ. ſecundo. lib. 3. & aſſerit receptum Roland. conſil. 8. à nu. 19. lib. 1. Exea de pactis. num. 504. & notab. ampliat Aymon conſil. 214. & notab. cõprobat, & explicat Riminald. in princ. Inſtit. de donatio. à num. 343. & Mantica de coniecturis vltima. voluntat. lib. 1. cap. 13. num. 13. Contrarium tamen tenet Crot. l. ſtipulatio hoc modo. num. 83. ĵ. de verb. obligatio. & contrarium etiam tenuit Deci. conſil. 470. numer. 10. Alciat. l. non omnis. in princ. num. 4. s̃. ſi certum petat. Bolognet. hîc num. 109. & Corraſi. l. vbi ita donatur. num. 5. ĵ. de donatio. cauſa mortis: quia interpretandum eſt, vt caſu quo perficiatur donatio cauſa mortis, tranſeat ad hæredes donatarij, ad quos nullam aliàs habebat affectionem donator, vt ſic ex perſona donatarij, ad eos tranſeat. Opiniones tamen concordat Matienço. l. 7. tit. 20. lib. 5. ordina. gloſſ. 1. nume. 7. vt ſi dictum ſit, Dono cauſa mortis, vel poſt mortẽ Titio, & hæredibus, cenſeatur donatio cauſa mortis, & fiat interpretatio de qua ſupra: ſi autem fiat mentio mortis, vel periculi ſimpliciter, propter dictionem, Hęredes, interpretabimur eſſe donationem inter viuos, iuxta communem de qua ſupra. † Adde, quòd ſi in do
113 natione dicatur, quòd quis donat inter viuos poſt mortem ſuam, vt tollatur repugnantia, interpretabimur, quòd ſit donatio inter viuos, cuius executio confertur poſt mortẽ: arg. l. vnicæ. C. vt actio. ab hæred Socin. conſil. 53. num. 3. lib. 1. Ruin. conſil. 182. num. 5. lib. 1. Et eadem ratione, ſi quis dicat ſe donare purè poſt mortem ſuam; nam tunc vt tollatur contrarietas, etiam admittenda eſt interpretatio de qua ſupra. Ruin conſil. 108. nu. 16. lib. 1. Vltimò limita concluſionem de qua ſupra, ſi quis dicat ſe donare cauſa mortis: ita tamen vt illam donationẽ reuocare non poſsit: nam propter illud pactum de non reuocando, magis cenſebitur donatio inter viuos, quàm cauſa mortis: tex. eſt. l. vbi ita donatur. 27. ĵ. de donatio. cauſa mortis. extollunt, multa tradentes circa illius intellectũ, Guillel. c. Raynuntius verb. teſtamentum. 4. à nu. 25. Ferratius cautela. 30. Riminald. in princ. Inſtit. de donatio. à num. 7. & à num. 361. Dueñas regula. 217. Matienço. l. 7. titul. 10. lib. 5. ordinamenti. gloſſ. 1. num. 10. Andre. Angulo de meliorat. l. 1. glo. 11. nu. 3. & num. 4. & nos circa illius interpretationem latius inſiſtemus. Primò igitur ampliabis deciſionem d. l. vbi ita donatur. procedere, etiam ſi qui prædicto modo donauit, eſſet in grauiinfirmitate conſtitutus. prout enim ea ſola cauſa non ſufficit ad inducẽdam donationem cauſa mortis. l. Seia. 42. §. fina

fina.ĵ.de donatio.causa mortis.ita etiam sola non impediet interpretationē,quæ fit in d.l.vbi ita donatur. quod ita aduersus Gozad. cōs. 80.nu.14.resoluit Rolād. cōs.8.n..36.lib.1.Amplia secūdò regulā d.l. vbi ita donatur : etiam procedere in legatis,si relinquātur cū pacto de non reuocādo: nā trāseūt in vim donationis inter viuos,quę etiā in testamento fieri potest. glo.recepta.l.hæredes palā.§.fin. s.de testa.& ita pro cōstāti tenet Roma. cōsil.293.in princ. Aymon in rub.nu. 166.ĵ.de leg.1.Boeri.decisio.353.à nu.4. quibus adde Paul.consil.330.nu.1.lib.1. Contrarium tamen,imò legatum cum pacto de non reuocando, non transire in vim donationis inter viuos,sed adhuc remanere reuocabile secundum naturam suam, & prædictum pactum nihil operari,ex ratione. l.si quis in principio. ĵ.de leg.3.tenet Socin.Iun.cons. 114.numer.10.lib.3.Idem clare sentiunt Græci interpretes d.l.vbi ita donatur.inquiētes,decisionem illius tex.non procedere in legatis:quia in illis nemo potest sibi eam legem dicere,à qua non liceat recedere.d.l.si quis in principio.ĵ.de leg.3.

114 † Quinimo ex eadē ratione concludit Guille. c. Raynūtius. verb.testamentū. 4.num.27.quòd si donatio causa mortis fiat in testamento,vel codicillis, cum pacto de non reuocando,poterit nihilominus reuocari : quia tunc assumit naturā vltimæ volūtatis, & sic militat ratio d.l. si quis in principio.subscribit Matiēço.l. 7.tit.10.lib.5.ordinamenti,glo.1.nu.20. Pro concordia dicendum est, quòd si legatum fiat absenti,vt à communiter accidentibus contingit, tunc propter pactum de non reuocando ,non transibit in donationem inter viuos, neque amittet naturam suam:& in his terminis procedet secunda opinio. Et est ratio, quia donatio inter viuos absenti fieri non potest.l.neque ambigi. C. de donatio. Nō debet igitur legatū transire in donationem,quæ valere non potest, sed potius legatum remanebit in sua natura,& pactum de non reuocando aduersans illius naturæ,habebitur pro non apposito,iuxta regulam.l. cum precario.ĵ. de precario. Qua ratione etiam dicimus, quòd si testamentum fiat cum pacto de non reuocando,nihilominus reuocabile est: quia non potest transire in aliam dispositionem inualidam, vt resoluit Couarru. in rub.de testament.2. parte.nume.14.ad finem.Cæterum donatio causa mortis cum præsentiam requirat.l.inter mortis.38. ĵ.de donatio. causa mortis, facilè transibit in donationem inter viuos validam.d.l. vbi ita donatur. Et in hoc sensu potest admitti differentia, quam supra allegati assignant inter legata & donationē causa mortis : cæterū sides pares terminos,nulla videtur constituenda differentia inter legata & donationem causa mortis. Pone enim,donationem causa mortis fuisse factam absenti, vtpote in testamento , vel codicillis, cum pacto de non reuocando: nam nihilominus reuocari potest: quia, cū fiat absenti, magis accedit naturæ legati. l. miles ad sororē.cū glo.ĵ.de leg.2.& sic in ea idē obseruabitur,quod in legato : & in his terminis procedet opinio Guillel. c.Raynūtius.verb.testamentū.4.nu.27. quā supra retulimus.Et per cōtrariū pone,legatū fuisse relictū alicui præsenti, cū pacto de nō reuocando : vtriq; legatum rransibit in donationē inter viuos, quia & legatum donatio est. §.legatum Instit.de lega.& donatio etiā in testamē

115 to fieri potest.glo.fina.l.hæredes palam. §.fina.ĵ.de testa.& in his terminis procedet prima opinio supra relata. † Quinimo existimat Andre.Sicul.consil.54.numer.7.lib.2. quòd si testator patiatur legatarium præsentem sibi stipulari legati præstationem, ex hoc legatum consebitur transire in donationem inter viuos irreuocabilem:quia stipulatio sola excludit ius pœnitendi,& reuocandi.l. ex placito.C.de rerū permutatio. Quæ tamē opinio



opinio vera non est, quia debet intelligi facta sub tacita conditione,Dum mo 116
do testator in eadem voluntate permaneat.l.cùm quis decedens.§.1.& ibi Bartol.ĵ.de lega.3.Neque stipulatio facta super præstatione legatorum, solet illorū mutare naturā.l.1.§.si quis sub conditione.ĵ.vt legato.seu fideicom.nomine. & in specie tradunt Paul.cōs.185.lib. 1. & Boeri.decisio.204.nu.19.Quod & ex eo patet,q̄ in donatione causa mortis,si expressum sit pactū de non reuocando,illa transit in donationem inter viuos. d. l.vbi ita donatur.& tamen si ea celebretur per stipulationem, suam retinet naturam.l.inter mortis.ĵ.de donatio.causa mortis.& in specie aduertit Couarr. in rub.de testa.3.par.num.23. Poterit sanè admitti opinio Andreæ Siculi,si legatarius animo nouandi, stipulatus est legatum sibi præstari:nam cū tunc sola stipulatio considerari debeat.l.Sthicum.8. §.legata.ĵ.de nouatio remanebit irreuocabilis.l. sicut. C. de actio.& obligation. Amplia tertiò decisionem d.l.vbi ita donatur.etiam procedere in maioratu cōstituto cum pacto de non reuocando. Quod vt faciliùs percipias,sciēdum est, secundùm leges regni Castellæ,maioratum etiam constitutum per modum cōtractus,& cum licentia Principis, reuocabilem esse,præterquam in duobus casibus, quādo scilicèt maioratus traditio facta est,vel ille cōstituitur ex causa onerosa,vt disponitur per.l. Tauri. 44. quæ hodie est.l.4.tit.7.lib.5.ordinamenti.Ponenigitur, maioratum simpliciter fuisse ordinatum,cum pacto de non reuocando,verùm propter illud pactum efficiatur irreuocabilis? Et Molinalib.4.de primoge.cap.2.à num.40.post Peraltam latè disputando concludit,propter prædictum pactum effici irreuocabilem,iuxta decisionem d.l. vbi ita donatur, cui subscribit Gutier.de iuramento confirmatorio.1.parte.cap.12.numer.12. & latiùs in practicis quæstionibus ad leges regni.quæstio.77.libr.2.Quæ tamen cōclusio vera non videtur: † nam cùm ex dispositione prædictarum legum maioratus suapte natura sit reuocabilis,pactū quòd non reuocetur, debet haberi pro non scripto,iuxta regulam. l. cùm precario.ĵ.de precario. Neque repugnat dicta.l.vbi ita donatur.quia procedit,quādo donatio causa mortis propter pactū transit in diuersam speciem,scilicèt donationis inter viuos,vt ibi declarat Bartolus : si autem non potest transire in aliam diuersam speciem , tunc pactum de non reuocando , habetur pro non scripto, vt declarat Couarru. in rubric. de testament.2.parte. num. 14. ad finē. Quinimò id quod dicunt Doctores, trāsire in donationem inter viuos,debet intelligi,attenta forma verborum; nam re vera à principio est præsumpta donatio inter viuos,vt ex tex.colligitur : aduertit Andreas Angulo de melioratione ib. l.1.gloss.11.num.14.Planè maioratus cōstitutus cum pacto de non reuocando, non transit in diuersam speciem , sed semper remanet sub nomine maioratus : & licet propter pactum videatur constitutus per viam contractus : tamē adhuc erit reuocabilis , vt disponunt prædictæ leges:nam & in terminis d.l. vbi ita donatur. si constet, donatorem noluisse donare , nisi causa mortis : vt quia expressa sit clausula, quòd vult donare post mortem suam , neque aliter, neq; alio modo:tūc pactū de nō reuocādo,nihil operabitur,sed inducetur regula d.l.cum precario.nam cū propter verba donationis constet, donantem noluisse donare,nisi post mortem, pactum nō potest efficere,q̄ illa transeat in donationē inter viuos aduersus voluntatē donātis.l.non omnis.s.si cert. petat. Cū igitur remaneat nihilominus donatio causa mortis,pactum repugnans eius reuocabilitati , debet haberi pro non scripto.d.l.cum precario. & ita expressè Signorol.d.l.vbi ita donatur.nu.3.Ias.cōs.6.

col.3.& col.6.in princip.lib.3.Bologne. hîc num. 110. Mantica de coniecturis vltimar.voluntat.lib.1.c.13.num.6.Tellius.l.Tauri.17.nu.103.Quanuis id non satis videatur percepisse Molina d.lib.4. c.2.num.52.Neque satisfacit considera tio eiusdem ibi nu.53.suprà tradita posse locum habere, quando irreuocabilitas,quæ resultat ex pacto, non compatitur se cum natura actus,cui additur: qd maioratui applicari non potest,cuius natura bene admittit irreuocabilitatem: quia respondetur,imò secundùm leges Castellæ illam non admittere, nisi in casibus per eam expressis:adeò quòd licet contractus ex sua natura sit irreuocabilis.l.sicut.C.de actio.& obligatio. tamẽ maioratus per viam contractus ordinatus,reuocabilis sit, vt disponunt prædictæ leges:aduertit Andreas Angulo de
117 melioratio.l.1.gloss.11.nu.16.†&ita in specie tenet,Mieres de maioratu.1.part. q.30.Angulus de meliorationib.l.1.glo. 11.à num.6.Conclusionẽ d.l.vbi ita donatur. ita ampliatã limitabis primò, nõ procedere,si pactum ita conceptum sit, vt donans promittat, se habiturum ratã donationem,neque vllo tempore contrauenire: pactum enim prædicto modo conceptum,non faciet donationem trãsire in donationem inter viuos:quia licet donator pœnitendo reuocet, non tamen videtur contrauenire suæ promissioni,quæ eam limitationem debet reci
118 pere,nisi contraueniat modis per leges permissis:argumen.l.quæro.§.inter locatorem.s.locati.& ita in specie Bald.l. cũ quis.col.2.s.de cond.ob causam. quem sequitur Alex.hîc num.11.Claud.num. 9.Guilliel.c.Raynuntius.verb.testamentum.4.num.27.Socin.Iunior.l.2.nu.40. j.de lega.1.&.l.quiRomæ.§.duo fratres. nu.44.j.de verbor.obligation. Corrasi.l. vbi ita donatur.nu.4.j.de donatio.causa mortis.Gutierrez de iuramento confirmator.1.part.c.12.nu.5.Et secundùm istam opinionem consuluit Corne. cõs. 126.à nu.10.lib.1.Ruin.cons.51.nu.14.& cons.170.nu.14.lib.1.Socin. Iunior cõs. 114.nu.15.lib.3.Defendit Crot.l.stipulatio hoc modo.num.80.j.de verbor. obligatio.Molina lib.4.de primoge.c. 2.nu. 46. Cęterùm hæc limitatio tuta nõ est: nam cùm pactum de non contraueniẽdo,contineat,quòd donator non veniet contra donationem:reuocando autem satis contraueniat : ergo dicendum est, quòd propter illud pactum,transibit donatio in donationem inter viuos, iuxta d.l.vbi ita donatur.& ita esse magis receptum post plures asserit Roland. consil. 8.n.26.& nu.37.lib.1.Ferrat. cautel.30. num.1.post medium.Boeri. decis. 353. num.13.Anton.Gabriel lib.2.commu. tit.de iureiur.conclus.9.num.2.&.7.Couar.in rub.de testa.2.par.num.13.Riminal.in princ.nu.9.Instit.de donationib. Exea de pactis.nu.503.Matienço.l.7.tit. 10.lib.5.ordin.glo.1.nu.13 Neq; obstat fundamẽtũ contrariæ opinionis, quia concluderet, si constaret, donatorem voluisse,non obstãte pacto,donare causa mortis:tunc enim pactum de non cõtraueniendo non valeret,iuxta regulã.l. cum precario.j. de precario. & consequenter,pacto non obstante,contrauenire posset donator.Neque tunc quoad ius attinet,diceretur contrauenire,cùm secundũ legis permissionẽ, & naturam actus contraueniat d.l.quæro.§.inter locatorem.s.locati. †& quod Bald.l.1. nu. 13.C.de vsufr.quæ datis eisdẽ terminis, etiã admittenda sunt in pacto de nõ reuocãdo.Ias.cõs.6.col.3.lib.3. & suprà diximus.Cæterũ,quando de hac mẽte donãtis aliter nõ constat:quẽadmodũ propter pactũ de nõ reuocando, censetur magis voluisse donare inter viuos, quã causa mortis,idẽ etiã recipiẽdum est in pacto de nõ contraueniẽdo, quia eadẽ militat ratio. Quinimò Bald.l. cũ quis. col.2.s.de cond.ob causam. qui antesignanus cõtrariæ opinionis adducitur,nõ eã probat: nã quæstionẽ disputans ad par-



partes,tandem concludit,quòd propter pactum de non contraueniendo,donator manifestè eam legem sibi imposuit, vt non posset illam reuocare, & sic sentit,in dubio etiam in his terminis inducendam esse dispositionem d.l. vbi ita donatur.vt aduertit Ruin.cons.123.nu. 9.ad fin.lib.1.Inuenio tamen, q; prædictas opiniones contrarias ad concordiã reducit Deci.l.fina.nu.21.C.de pact.& l.non omnis.in princ. nu.11.s. si certũ petat.quòd,si pactũ de non contraueniẽdo,referatur ad verba substantialia donationis,locũ habeat decisio d.l. vbi ita donatur.Si autem ponatur in verbis exequutiuis,contrarium sit dicendũ, quia clausulæ exequutiuæ non solẽt mutare dispositionẽ principalẽ.Cle.1.de prębẽ. Quã concordiã probauit idẽ Deci. cõs 306.nu.7.& cons.470.in princ.& consil 521.col.pen.subscribit Iacob.Niger.l.1. §.si quis ita.nu.44.j. de verbor. obligat. Exea de pact.nu.503.Couarr.in rubr.de testam.2.part.nu.13.Et hanc concordiã esse omnino sequendã dicit Hippolyt. Riminald.in princ.Insti.de donatio.à n. 11.& cons.50.nu.45.lib.1.Anto.Gome. 2.tom.c.4.nu. 22.post med.& alij quos refert Anton.Gabriel lib.2.commu. tit. de iur.iurand.conclusion.9.nu.4.& latè comprobat Matienço.l.7.tit.10.lib.5.ordinam.glo.1.à nu 14.Hanc tamẽ cõmunẽ concordiam impugnat Molina lib.4. de primog.cap.2.nu.46.ad fin.Mantica de coniecturis vltimar.volunta.c.13.nu. 7.& meritò,quia in quacumq; parte donationis exprimatur pactũ de non reuocando, reducimur ad terminos d.l. vbi ita donatur.& subscribit Gutier.de iuramẽto confirmator.1.parte.c.12.num.5. Neque obstat ratio contrariæ opinionis de regula Cle.1.ad fin.de præbẽd. nam procedit,quãdo in clausulis exequutiuis obiter & incidẽter fit mẽtio de aliquo, quod nõ continebatur sub dispositione
119 principali: † nã tũc id nõ mutat naturã principalis: sed quando in exequutiuis principaliter addit aliqua qualitas,quę nõ fuerat expressa in dispositione principali,illa vtiq; qualificabit dispositionẽ principalẽ,vt ibi declarat Cardin.nu. 2. Felin.c.licet.nu.7.de offic.ordin.Cũ igitur clausula de nõ contraueniendo posita in exequutiuis,principaliter sit prolata,& pertineat ad qualificandã dispositionẽ principalẽ,illã qualificabit. Prout in simili dicimus,quòd clausula accessoria sequitur naturã principalis. gloss.l.si patronus.§.in Fabiana. j. si quid in fraudẽ patroni,& tamẽ si aliqua clausula ponatur æquè principaliter,tunc per se subsistit,neq; alterius dispositionis naturã sequitur.Deci.c.prudentiã.§.si verò.n.2. de offic.delega.Ruin.cons.131.nu.9.ad finẽ.lib. 3.Anto.Gabriel lib.6.cõmu.tit. de clausulis.cõclus.10.n.1. Limita secundò decisionẽ d.l.vbi ita donatur. procedere, quãdo pactũ de nõ reuocãdo fuit conceptum per verba vniuersalia:vt promitto nullo casu reuocare.Cęterũ si per verba indefinita sit conceptũ,vt promitto non reuocare,non habebit locũ illius tex.decisio:& ita in specie limitat Crot. l.stipulatio hoc modo.nu. 81.j.de verb. obligatio.Et pro illius opinione facit,q; indiffinitum pactum de non reuocãdo, satis verificatur, si restringatur ad illam reuocationem,quæ fit per factũ hominis,id est,donantis pœnitẽtiam.l.nõ omnis.s. si cert.petat.ac proinde eo non obstante,inducetur reuocatio donationis per reconualescentiam,vt aduertit Menoch.cons.84.nu.65.lib.1.Qua præhabita interpretatione,necessariò consequitur,adhuc eam donationẽ censeri causa mortis:nam donatio causa mortis, dicitur quantumcunque propter pactum, in aliquo casu particulari reuocari non posit.l.si alienam.13.§.fin.j.de donatio. causa mortis. tradit Ruin.consil. 180.à num.9.lib.1. Couarr.in rubric.de testa. 2.parte.num.11.ad finẽ.Sed neque hæc limitatio placet, cùm per viam regulæ sit constitutum, quòd indiffinita æqui-

polleat vniuersali.l.si pluribus.ʒ. de lega. 2. neque vlla videtur ratio, cur indifinitum pactum de non reuocando, tollat magis vnum modũ reuocandi, quam alium: & ita hanc limitationem improbat Couar. in rub. de testamẽtis. 2. part.
120 num. 11. ad finem. † & Andreas Angulo l. 1. de meliorationib. gloss. 11. num. 36. & esse communiter reprobatam asserit Iul. Clar. §. donatio. q. 4. ad fin. Neq; obstat ratio suprà allata, quia reuocatio donationis per recõualescẽtiã, inducitur ex præsũpta mẽte partiũ: vnde nõ est separanda ab ea, quæ fit per pœnitẽtiam,
121 vt colliges ex Corne. cons. 289. num. 12. lib. 4. Limita igitur tertiò d. l. vbi ita donatur. quando clarè constiterit de mente partium, quòd solam donationẽ causa mortis voluerunt celebrare: nam tũc contra mentem partium, ea non transibit in donationem inter viuos. l. nõ omnis. in principio. §. si certum petatur. sed remanebit in sua natura, & pactum de non reuocando, quasi repugnans naturæ donationis causa mortis, habebitur pro non scripto l. cum precario. ʒ. de precario. & ita Signorol. repet. dict. l. vbi ita donatur. nu. 3. Tellius. l. Tauri. 17. num. 103. Adde Iason. idem tenentẽ consil. 6. col. 3. & col. 6 in princip. lib. 3. vbi elegãs proponit exemplum huius limitationis, & aliud Deci. cons. 407. num. 10. Et comprobatur hæc opinio: quia quemadmodum in naturalibus impossibile est, posita re, proprietatem ei inseparabiliter cohærentem remouere, ita vt satis sit, causam esse volitam, vt naturalis effectus causæ sequatur, etiam te inuito: nam si des ignem, impossibile est ab eo separare naturam calefaciendi, ita etiam & in dispositis per ius, satis est causam esse volitam, vt inde sequatur effectus. quẽ illa causa secundùm dispositionem iuris habet. l. si ita scriptum. §. regula. ʒ. de liber. & posthum. c. cum. M. de constitu. & ibi Panor. nu. 14. & ideò pro regula constituitur, q̃ pactum repugnãs naturæ actus ei inseparabiliter cohærẽti, habetur pro nõ scripto. l. cùm precario. ʒ. de precario. tradit Signorol l. pen. nu. 33. ʒ. de iniust. rupto. Couar. de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 1. nu. 17. Corras. lib. 3. miscellan. c. 10. nu. 3. Soto lib. 7. de iust. & iure. q. 1. articu. 2. col. 3. & lib. 8. q. 1. artic. 7. col. antep. Si ergo partes volunt, quòd sit donatio causa mortis, nõ possunt per pactum impedire naturam ei inseparabiliter cohærentem, scilicèt, quòd sit reuocabilis. l. non omnis. §. si cert. petat. † Et hinc facilè tolles cõsiderationem Corras. l. vbi ita donatur. num. 3. ad finẽ. ʒ. de donatio. caus. mortis. quòd in donatione causa mortis potestas reuocãdi non pertinet ad eius substantiam, sed potiùs ad propriam, & innatam vim, siue naturam contractus, & ideò valebit pactum in cõtrarium: sed ex hìc deductis apertè refellitur. Ex qua limitatione sic comprobata colligitur elegans interpretatio ad. l. Senatus. 35. §. pen. ʒ. de donatio. causa mortis. vbi text. probat, posse fieri donationẽ causa mortis, vt nullo casu reuocari possit: quod etiam probat. l. si alienam. 13. §. fin. in fin. eo. tit. quod apertè videtur pugnare cũ decisione d. l. vbi ita donatur. Quam difficultatẽ mouit Anto. de Alexãdrin. l. final. C. de pact. relinquẽs super ea cogitãdum. Illi tamen respondet Butigella. l. stipulatio hoc modo. num. 41. ʒ. de verbor. obliga. q̃ vbi prædictum pactũ apponitur, est quidem donatio causa mortis, habẽs tamẽ effectum donationis inter vivos. d. l. vbi ita donatur. expẽdens verba illius text. ibi: Perinde. Neque enim simile est idem. glo. l. quod Nerua. §. de positi. Sed non placet, quia est contra mentem d. l. vbi ita donatur. quæ clarè probat, non valere in hac specie donationem tanquam causa mortis, sed tanqnam inter viuos. Verius igitur ex prædictis dicendum est, prædicta iura procedere, quando clarè cõstiterit de mẽte partiũ, quòd voluerint solam celebrare donationem causa mortis, tunc enim non



non obstante pacto de non reuocando, talis censebitur, & pactum de nõ reuocando, habebitur pro non adiecto. d. l. cum precario. ʒ. de precario. Et hoc etiã sensu potest admitti gloss. l. si alienam. 13. §. 1. verb qui acceperit. ʒ. de donatio. causa mortis. dum dicit, donationẽ causa mortis factam cum pacto de non reuocando, posse nihilominus per pœnitẽtiam reuocari: quam probat Angel. consilio. 254. hæc quæstio. num. 4. & Corne. consil. 126. colum. 2. lib. 1. Sed gloss. illã confundi per decisionem dict. l. vbi ita donatur. & ita per Doctores communiter reprobari, asserit Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 45. Sed ex prædictis
122 dicendum est, gloss. saluari posse, † quando clarè constiterit de mente partium, quòd voluerint celebrare solam donationem causa mortis: nam tũc non obstante pacto, poterit donator pœnitere, cùm & pactum habeatur pro non scripto, vt suprà diximus: & ita in effectu Andreas Angulo de melioratio. l. 1. glos. 11. num. 42. & Gutier. de iuramento confirmator. 1. parte. cap. 12. num. 3. Adde, q̃ & illa gloss. d. l. si alienam. §. 1. verbo, qui acceperit. relata ad textum, tantùm probat, quòd si quis donat causa mortis, adiecto pacto, quòd non reuertatur donatio ad donatorem, nisi casu, quo donatarius decedat ante donatorẽ: quod potest nihilominus donator eam per pœnitentiam reuocare: quam in his terminis dicit verissimam Ruinus consilio. 123. numero. 2. libro. 1. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum. libro. 1. cap. 13. numero. 8. nam cùm donatio causa mortis, suam retinuerit naturam, casu quo donatarius anteà decederet, non potuit per pactum tolli 123
ius reuocandi prædictam donationem, iuxta rationem. l. si quis in principio. ʒ. de legatis. 3. quam glossa pro se adducit. Sed glossam prædicto modo intellectam, adhuc falsam esse existimat Paulus consilio. 75. numer. 2. libro. 2. & Ruinus sibi contrarius consilio. 180. à numer. 9. libro. 1. & meliùs dict. consilio 123. num. 9. eo libro. 1. quia donator paciscendo, quòd in certo casu ad eum debeat reuerti donatio causa mortis, in alijs vult, quòd ad eum non reuertatur. l. cùm prætor. §. de iudic. l. inter socerum. §. cùm inter. §. de pactis dotalibus. & sic cùm virtualiter videatur contineri pactum de non reuocando in alijs casibus, quoad illos debet induci decisio dict. l. vbi ita donatur. & videtur esse de mente d. l. Marcellus. §. fin. & l. Senatus. §. penultim. ʒ. de donationibus causa mortis. Sed his non obstantibus, opinio gloss. declarata vt suprà, verior videtur. Cùm enim propter prædictum pactum constet, partes velle esse donationem causa mortis: rectè inducitur regula dict. l. si quis in principio. & in specie est text. l. Scia. 42. iuncta gloss. verbo, initium. ʒ. de donationibus causa mortis. & satis colligitur ex. l. mortis causa donatio. 16. eo. titulo. Neque obstat ratio in contrariũ adducta, quia ex pacto posito in fauorẽ donatoris, illud tantùm inferri potest, quòd si ipse donator decedat ante donatarium, tunc non habeat locum prædictum pactum, & donatio ad donatarium pertineat: non autem inferri potest ad alios casus diuersos ab expressis: sed quoad illos donatio causa mortis videbitur retinere naturam suam, vt per pœnitentiam reuocari possit. dict. l. mortis causa donatio. 15. ʒ. de donationibus causa mortis. Neque est omittendum, quod Iacobus de Arenis, Bartolus & Albericus dict. l. si alienam. §. final. saluant prædictam glossam, quando ea donatio causa mortis fuerit facta in testamento, † vel codicillis: nam tunc vltimæ vo-
123 luntatis assumet naturam. Et ideò prout non obstante quocumque pacto, testator potest reuocare testamentum. dict. l. si quis in principio. ʒ. de legatis. 3. ita etiam poterit reuocare donationẽ causa mortis in eo factam: subscribit Aretinus

l.hæredes palam.§.final.colum. penult. versicul. ex hoc sequitur ĵ. de testamentis. Crispus in rubric.numer.54.ĵ. de legatis.1.Socinus Iunior consilio.110.nu. 13.libro.3. Ruinus consilio.182. num. 19.libr.1.Boerius decisione.353.num.2. Guillielm. cap.Raynuntius.verbo,testamentum 4 numer.27. Anton. Gabriel libr.2.communium.titul.de iureiurand. conclusio.9.numer.10.Cæterùm Imol. & Romanus dict.l.si alienam. §. 1. hoc verum intelligunt, quãdo donatio causa mortis facta fuerit absenti: namcùm tunc non posit valere tanquam donatio causa mortis, quæ exigit personarũ præsentiam. l. inter mortis. 38.ĵ.de donationib.causa mortis. neque tanquam donatio inter viuos, iuxta traditionem gloss. l.neque ambigi. C. de donation. ideò valebit tanquam merum legatum. l.si donatio. 5. C.de donationib.& sic in eo locum habebit ratio dict.l. si quis in principio.Sed si ponas,donationem causa mortis fuisse factam in testamento, donatario præsente: tunc propter pactũ tacitum, vel expressum de non reuocãdo, inducetur dict.l.vbi ita donatur. Et facit similis distinctio Bartoli.l.1. ad fin. ĵ.de donationib.causa mortis. quam dicit receptam Iulius Clarus.§. donatio. quæstione.5.numero.3.& Ripa.l. 1.§. si quis ex mortis.à numer.7.ĵ. quorum legator.Roland. consi.82.numer.25.lib.1. Cæterùm Ruinus consil.129.col.penul. libro. 1. contendit hanc declarationem Imol.& Romani esse contra mentem Iacob.de Arenis,& aliorum suprà relatorum,dum requirunt, quòd testator pœniteat totius voluntatis, vt donatio causa mortis censeatur reuocata: ergò loquuntur in donatione causa mortis valida,quæ facta fuit præsenti: nam si intelligerent de ea donatione, quæ tanquã legatũ valeat, frustrà exigerent, ꝙ testator totiùs prioris voluntatis pœniteret,cùm legatũ per se solùm reuocari posit.l. 3.§.final.ĵ.de adimẽd.legat.Sed quidquid sit, ego declarationem Imolæ & Roman. veram esse existimo,propter rationem de qua suprà: † & quia cũ propter pactum de non reuocando,videatur celebrata donario inter viuos. dict.l. vbi ita donatur. succedit regula, quòd contractus factus in testamento,retinet naturam suam,&remanet irreuocabilis. Roman. consilio. 171.colum. final.Ias. l.cùm antiquitas.num.5. C.de testamẽtis. & in specie Boeri decisione.353.nu. 5. Poterit ergo opinio Iacobi de Arenis & Bartoli(intellecta vt per Ruin.)admiti,quando nullum pactum de non reuocando fuit expressum,sed tantùm donatarius fuit præsens,vel etiam expressè stipulatus est,donationem causa mortis sibi præstari: nam hoc non mutat naturã donationis causa mortis. l. inter mortis. 38.ĵ.de donation.causa mortis.vnde ad huc per donatorem reuocari potest per pœnitentiã,vel alios modo in iure præscriptos.Quinimo si testamentum reuocetur,& ipsa donatio causa mortis censebitur reuocata,iuxta regulam.l.si iure. ĵ. de legatis. 3. nam hac mente videtur fuisse facta in testamento,vt aliorum dispositorum in testamento naturam sequeretur:& ita probat.l.3.in princ.ĵ. de legat.præstandis.l.sub conditione.18. §. 1.ĵ.de bonor.possessio.contra tab. & satis probat Ord.lib.4.tit.63.§.3.resoluit receptum esse Alciat.l.2.num.16.ad finẽ. ĵ.de legat.1.&responso.226.ad finem.& probant alij quos refert Menoch.consil. 11.num.22.ad fin.lib.1.Et ita etiam debet declarari quod sentit Bart.l. post legatum.§.fin.ĵ.de his quib. vt indign. dũ loquitur de donatione confirmata in testamento:de quo vide Socin.Iunio.l.2. num.71.ĵ.de lega. 1.& ibi Cæsar Frumagorius à num.97.Et eâdem ratione,quãuis ad validitatem donationis causa mortis non exigatur,quòd adeatur hæreditas donatoris.l.1.C.de donatio. inter virum.tradit glos.l. post legatum.5.§.pen. de his quib.vt indign.gloss.l. etiam.11.

125





§.de inoffi.testa. & asserit receptum Iulius Clarus.§.donatio.q 5.nu. 2. Padilla l.eam quã.nu.63.C.de fideicõmis. Molina lib.1.de primoge.c.12.num. 14. tamen si in testamento facta sit,& non sit adita hæreditas defuncti, corruet cum alijs dispositis in testamento, iuxta regulam.l.si nemo.ĵ.de testam.tutela.† Bald. l.si mortis.num.2.C.ad leg.Falcid.Ripa l.2.num.18.ĵ.de legat.1.& Socin.Iunior ibi num.73. Addẽdo tamen, quòd licet quoad prædictum effectum, obtineat vim vltimæ voluntatis: tamen quoad alios effectus,magis obtinebit vim contractus:nam cùm donatio causa mortis requirat præsentiã partis.d.l.inter mortis.semper videtur interuenire, saltem, pactum nudum,iuxta regulam.l.qui patitur.s.mandati.Quod pactũ hodie sufficiet ad dandam actionem,etiam in donatione causa mortis.gloss.l.cùm pater. §.Mæuio.ĵ.de legat.2.& ideò quanuis facta sit in testamento:tamen ad eam petendam non competet actio ex testamẽto,sed condictio ex.l. si quis argentum. § pen.C.de donatio.& ita Bart.l.1.ad finem.ĵ. de donation. causa mortis. cuius opinio communiter recipitur, vt asserit Riminald.in princ.Inst.de donatio. nu. 591.& ita in specie declarat Deci.consi. 196.num.3.Roland.consil.82.à nu.26. lib.1. Couar.notabiliter in rub.de testa. 3.parte.n.17.& tamen licet tanquã contractus consideretur:tamen cùm valeat tanquam contractus donationis causa mortis, reuocabilis erit, iuxta naturam suam.l.non omnis.s. si certum petatur. quidquid contrarium sentiat Philippus Decius consil.196.numero. 3.& consequenter non censebitur merus contractus,neque mera vltima voluntas, sed potiùs censebitur quædam tertia species ab illis separata, vt notabiliter ex mente aliorum declarat Molina libr.1. de primogen. cap.12.num.11.Præterea & ex prædicta resolutione infertur explicatio ad literã dict.l. vbi ita donatur. nam Bartol.ibi in principio opponit de regula.l.cum precario.ĵ.de precario.vbi pactum de non reuocando precarium, habetur pro non apposito:& respondet, quòd in specie d.l.cum precario.verborum significatio non patiebatur,vt precarium transiret in vim donationis: nomen enim precarij nihil commune habet cum verbo, Dono: at in dict.l. vbi ita donatur.donatio causa mortis facilè potuit transire in nomen donatio nisi inter viuos,cùm vtraque sub nomine donationis cõtineatur:& ideò propter pactum de non reuocando,donatio causa mortis,transit in nomen donationis inter viuos:subscribit Deci. l. contractus. num.36.ĵ.de regul.iuris.& consilio.294. colum.vltim.Butigella. l. stipulatio hoc modo.num.40.ĵ.de verbor. obligation. Et hanc esse communem resolutionem asserit Anton.Rube.l.non solùm.§.morte.n.357.ĵ.de noui oper.† & eã elegãter explicat Peralta. l. si quis in principio. nu.194.ĵ.de legat.3.Sed ex prædictis resoluendum est,ꝙ vbi constat,partes tantũ voluisse facere donationẽ causa mortis,tunc illa non transibit in donationẽ inter viuos:imò pactum adiectum, tanquam repugnãs naturæ inseparabili donationis causa mortis, habebitur pro nõ scripto.d.l.cum precario.ĵ.de precario. & suprà diximus.Cæterùm si de hoc nõ constet, & simus in dubio,obseruanda est distinctio Bartoli suprà relata; ita explicando,vt si nomen vnius actus exprimatur,& pactum repugnans naturæ illius, conueniens tamen alteri actui diuerso, magis censebitur celebratus contractus, cui qualitas expressa conuenit, quàm contractus ille, cuius nomen expressum est; nam regula in iure generalis est, ad constituendum, quem contractum partes voluerint celebrare, magis inspiciendam esse qualitatem expressam, quam nomen ab ipsis contrahentibus expressum. l. insulam. s. de præscriptis verbis. l.

125

126

ſi olei.C.de locato. & in ſpecie Dueñas regula.217.poſt princip.Exea de pactis. num.502.Aymon conſ.214.à num.2.& Matienço.l.7.tit.10.lib.5. ordinamenti. glo.1.num.11.dum modo tamen verba expreſſa poſsint aliquo modo conuenire illi actui, cui qualitas expreſſa conuenire poteſt: nam ſi conuenire non poſſit,tunc ſecundũ nomen contractus expreſsi,regulabitur mens partium,& qualitas illi nõ cõueniens,habebitur pro nõ ſcripta.d.l.cùm precario.& ita colligitur ex doctrina Bart.d.l.vbi ita donatur. in princip.Iaſ.l.qui Romæ. in princip. nu. 28.ff.de verbor.obligatio.Deci.cõſ.294. col.fin.& Dueñas regul.217.in.2. limitatione.Anton.Gomez.2.tom.c.4.nu.22. & Gutier.de iuramento confirmator. 1. parte.c.12.num.6.Matienço.l.7.tit. 10. lib.5.ordinamen.glo.1.nu19.quidquid controuertat Corraſ l. vbi ita donatur. n.3.ff. de donatio.cauſa mortis. Et iuxta hæc veniũt explicanda verba d.l.vbi ita
127 donatur. † quòd vbi quis donat cauſa mortis,cũ pacto de non reuocando,cauſa donandi magis eſt, quã donatio cauſa mortis,id eſt, mors videtur fuiſſe potiùs cauſa impulſiua faciendi donationẽ inter viuos,quàm cauſa finalis,quæ induceret donationẽ cauſa mortis:& ita Anton.Gomez.2.tom.c.4.nu.22.Corraſ.d. l.vbi ita donatur.nu.5.ad fin.Mantic.de coniecturis vltimar.volunt.lib.1.cap.13. num.5.Riminal.in princ.nu.8.Inſtit.de donatio.Tellius.l.Tauri.17.nu.99. Matienço.l.7.tit.10.lib.5.ordinamẽ.gloſſ.1. num.11.quidquid aliter explicet Ioann. Faber.§.final.Inſtitut.de adoptio.quem ſequitur Iacobus Niger.l.1.§.ſi quis ita. numer.84.ff.de verborum obligationib. Vltimò limita concluſionem dict. l. vbi ita donatur.non procedere,quando admittendo eam interpretationem,quod ſit donatio inter viuos, donatio non valeret,tunc enim vt actus valeat, interpretabimur eſſe donationem cauſa mortis,& pactum adiectum de non reuocãdo, habebitur pro non ſcripto, iuxta regulam.l.cum precario.ff. de precario. & ita Paulus conſilio.75.colum.2.libro. 2. proponens exemplum, quando quis donauit cauſa mortis præſentia, & futura, cum pacto de non reuocando: nam ſi interpretamur eſſe donationem inter viuos,in nihilo valebit donatio,iuxta cõmunem traditionem. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verborum obligationibus. quam probat Ordinatio libro.3.titu.44. §.penultim.& tamen ſi intelligatur eſſe donatio cauſa mortis, valebit: quia per eam non videtur tolli facultas teſtandi, cùm ad libitum poſsit reuocari. Bartol. receptus.l.final.numer.11. C.de pactis. In hac igitur ſpecie vt actus valeat,interpretabimur eſſe donationem cauſa mortis,& pactum de non reuocando, habebitur pro non adiecto:ſubſcribit Socin. conſilio.130.num.7.libro. 1. & conſilio 235.numer.3.libro.2.Afflictis deciſion. 338.num.6.Exea de pactis.numer. 504. Aymon conſil.52.num.4.& conſil.139. numer.10.Ruinus conſilio.51.num.16. libro.1.& plures relati per Kiminaldum
128 in principio.Inſtitut.de donationib.nu. 364.Matienço.l.7.titulo.10.libro. 5.ordinamenti.gloſſ.1.numero.18.† Quod ampliatur procedere,quando accipiendo eam pro donatione cauſa mortis, in totum valeret: accipiendo autem pro donatione inter viuos, tantùm valeret pro parte, tunc enim vt donatio in totum valeat, interpretabimur eſſe donationem cauſa mortis, non obſtante pacto de non reuocando.Exemplum erit, quando donatio excedit legitimam ſummam: nam ſi eſt donatio inter viuos,in eo quod excedit legitimam ſummam,non valebit. l. ſancimus. C. de donationibus. & tamen ſi eſt donatio cauſa mortis,in totum valebit, quia ea non indiget inſinuatione. l.final.C.de donatio. cauſa mortis.Ergo in his terminis,vt donatio in totũ valeat, interpretabimur eſſe donationẽ cauſa mortis:& ita

Guilliel.



Guilliel.c.Raynuntius.verb. teſtamentum.4.nu.29.Riminald.in princ. num. 366 Inſtit.de donatio.Crot.in rubr.nu. 23.ff.de lega.1.& ibi Aymon num.156. Anto.Gabriel lib.2.cõmun.tit. de iure iuran.concluſio.9.num.9.Et pari ratione concludit Socin.conſ.137.nu.1. lib. 1.quòd ſi pater donet filio in poteſtate cauſa mortis,cum pacto de non reuocãdo,cẽſebitur eſſe donatio cauſa mortis: quia eam pater filio facere poteſt: argu. l.ſi eum.10.§.final.ff.de donatio.inter virum.adiuncta æquiparatione. l. donationes quas parentes.C. eodẽ titulo.& donatio inter viuos facta filio in poteſtate,eſt inualida.l.2. C.de inofficioſ.donatio.ſubſcribit Roland.conſil. 8.num. 23.lib.1.Sed aduertendum eſt, hanc limitationẽ confundi per d.l.vbi ita donatur.vbi donatio cauſa mortis propter pactum de non reuocando, cenſetur eſſe donatio inter viuos, etiam inter coniuges,& conſequenter inualida,quæ tamen valeret, ſi in vim donationis cauſa mortis acciperetur.l.ſi eum.10.§.final.ff de donationib.inter virum. Cui tamen inductioni reſpondet Paul. d. conſilio 75.col.2.ad medium.lib.2.quòd in dict. l. vbi ita donatur. agitur de donatione inter virum & vxorem,quæ non eſt ſimpliciter inualida: nam morte coniugis confirmatur.l.cùm hic ſtatus.33.ff.de donatio.inter virum.& in ſpecie tradit glo. d.l.vbi ita donatur.verb.non valet. Sed quando accipiendo pro donatione inter viuos,donatio eſſet nulla,ſine ſpe reconualeſcentiæ, procedent ſuprà tradi-
129 ta.†Et confirmari poteſt hæc reſponſio ex eleganter traditis per Palac.rep. rub. §.69.num.1.Sed non placet hæc reſponſio, quia d.l. vbi ita donatur.loquitur generaliter in donatione facta inter coniuges, & ſic poteſt etiam intelligi de donatione facta per promiſsionem,quam certum eſt per mortem coniugis donãtis non reconualeſcere. l. Papinianus.ff. de donationib.inter virum. Quinimò in his terminis videtur loqui dict. l. vbi ita donatur. ſiaduertas, Iureconſultũ ibi velle aſsignare differentiam inter donationem cauſa mortis, & inter viuos factam inter coniuges, quæ propriè,& vtiliter in his terminis procedet: nam donatio cauſa mortis facta per promiſsionem inter coniuges, cùm à principio valeat, & ſic non indigeat cõfirmatione legis, ſemper mortuo donante valida erit: & tamen donatio inter viuos, quæ à principio non valet, & ſic indiget legis confirmatione,nullo modo ſubſiſtet, ſi per promiſsionem celebretur: quia confirmatio legis, ad donationes per promiſsionem celebratas non extenditur. dict.l. Papinianus. ff. de donationibus inter virum. Si autẽ prædictam differentiam referas ad donationes per traditionem,tunc quoad effectum parum intereſt inter donationem cauſa mortis, vel inter viuos celebratam inter coniuges: nam prout in donatione inter viuos, per traditionem non transfertur dominium in accipientem.l.3.§.ſciendum.ff.de donationib.inter virum. ſic etiam ex donatione cauſa mortis non transfertur dominiũ, dum conſtat matrimonium. l. ſed interim.12.in principio.ff. de donationibus inter virum.& per mortem vtraque pariter confirmatur: ita vt meritò videatur diximſſe Molina libr.1. de primogen. cap.12.numero. 12.parum intereſſe in his terminis, quòd donatio à principio valeat, & tamen non habeat affectum, niſi poſt mortem,vel non valeat à principio, & tamen per mortem confirmetur:quod & ſentit gloſſ.final. dict.l. vbi ita donatur. Ergò per dict. l. vbi ita donatur. apertè confunduntur traditio-
130 nes DD.ſuprà relatæ: † aduerſus quas (alijs tamen rationibus) etiam tenent Alexand.hîc numero. 11. ad finem. & l. ſtipulatio hoc modo. numer.19.ff. de verbor.obligatio.Anton. Gomez. 2.tomo. cap.4.nu.22.ad finem. Guillielm.

cap.

cap.Raynuntius.verb. testamentum. 4. à num.25.Andre. Angulo.l.1.de melioratio.glo.11.à nu.26. Gutier. de iuram. confirmator.1.part.q.12.nu.4. Et retenta hac opinione, non obstabunt rationes contrariæ opinionis: nã respondetur,quòd regul.l.quoties.ʒ.de rebus dubijs.non procedit,quando ex forma adhibita constat,partes certum actum voluisse celebrare: nam præsumetur actũ esse celebratũ,cuius forma fuit adhibita, etiamsi ex hoc sequatur,actũ illum non valere.l.non codicillum.C. de testamẽ. & ibi Corne.3.notab.l. illud.§. tractari. ʒ.de iure codillorum. tradit Alciat. de præsumptio.regula.3.præsumpt.34. nu. 6.& responso.525.nu.2. & colligitur ex traditis per Aretin.l.1.§.si quis ita. 4.notab.ʒ.de verbor.obligatio. ꝙ quando ex forma adhibita præsumitur certum actũ celebrari,ille censebitur celebratus ,etsi ex hoc sequatur actus illius nullitas:subscribit Crot.ibi.1.lect.nu.7.Ripa nu.15. Alciat. de præsumptio.regu.3.præsumptio.36.ad finem. Gomez. §. in personã. nu.21.Instit.de action. Ratio colligitur ex.l.verbis ciuilibus.7.vbi notat Paul. n. 4.ʒ. de vulgari. Sed in nostra specie ex forma verborum adhibita per partes, constat voluisse celebrare donationem inter viuos: quia aliàs pactum de non reuocando,non posset verificari: ergo hæc donatio debet censeri celebrata,etiamsi ex hoc sequatur, donationẽ esse nullam. Neque est omittendum in hoc articulo,quòd ex d.l.vbi ita donatur.collegit Imol.l.si socer.§. Lutius.num. 5.ʒ. eod.quòd licet donatio causa mortis valeat inter coniuges.l.si eum. 10. §. fin.s̃. de donatio.inter virum. non tamen valet inter eos donatio inter viuos, cuius effectus confertur post mortem. Sed in contrarium expendit rationem.l. quia in hoc.11.s̃. de donation. inter virum. quam notat gloss. l. quod sponsæ.C.de donationib.ante nuptias.Cui tamen respondet,eam rationem esse perfunctoriam,ac ob id de ea curandum non esse. Sed quia hæc responsio temeraria est, ideò idem Imol.l.si diuortio.post princ. ʒ.de verbor.obligationib. aliter respondet, considerans, quòd in donatione
131 causa mortis non solùm effectus,† sed & eius substantia videtur collata post mortem. l.non videtur perfecta. 32.ʒ.de donationib.causa mortis.Et in his terminis procedit ratio d.l.quia in hoc. Quãdo autem fit promissio inter viuos, alicui præsenti, substantia promissionis incipit in vita, quanuis effectus post mortem conferatur.l.vsusfructus sine.26.ʒ. de stipulation. seruor. & ideò inualida censetur, non obstante ratione dictæ.l. quia in hoc.subscribit Campes. de dote. 4.parte.quæstion. 2. Nouellus de dote. 7.part.priuileg.11.num.13.ad finẽ.Ruinus.l.nemo potest.n.85.ʒ. de legat. 1.& l.i.§.nuntiatio.num.182. & ibi Alciatus num.49.ʒ.de noui oper. nuntiatio.Contrariam nihilominus opinionem, imò valere donationem inter viuos, factam inter coniuges, cuius effectus confertur post mortem, iuxta rationem dict.l. quia in hoc.tenet Alexã.l.si socer. §.Lutius.num.6.ʒ.eodem.& latiùs Ruin.consil.52.num.5.lib.1.Neque obstat Imolæ ratio, quia verius videtur, quòd donatio causa mortis, vbi primùm facta est, censetur esse perfecta quoad sui substantiam, & tantùm eius effectus confertur post mortem. Neque contrarium dicit dict.l. non videtur.32.ʒ.de donationib. causa mortis. quia non loquitur de perfectione quoad substantiam , sed de perfectione , vt ampliùs reuocari non posit,& vt ex donatione quæratur actio vel ius retinendi,vt ibi per gloss.& Imol. & ita in specie Molin lib.1.de primog.c. 12.num.15.Sed non placet hæc responsio , quia id quod Imola præsupponit, longè verius est : nam contractus inter viuos, etiam sub conditione celebratus , statim perfectus est quoad substantiam . l. vsusfructus sine . 26. ʒ. de stipulatione seruorum. ita vt ab ipsius principio partes videantur obliga-



obligatæ,non quidem purè, sed conditionaliter. Et hinc est ,quòd pendente conditione, ab eo recedere partes non possunt.l.necessario.s̃.de pericul & commod.reivend. neque aliquid facere in illius præiudicium.l. cùm maritus. 26.§.final.s̃.de pact. dotalib.Quæ perfectio in donatione causa mortis inuenirі non potest,cùm donans voluerit, ꝙ ipse dum viueret,rem haberet vt anteà, & tantũ eo mortuo inciperet pertinere ad donatarium,vt in princip.Insti.de donatio.Neque obstat quod Doctores dicunt, ex donatione causa mortis oriri actionem & obligationem, vt per gloss. & Bart.l.1.ʒ.de donation. causa mortis.
132 glo.l.non videtur. eo. tit. †nam hæc cõmunis traditio ita intelligenda est, vt si quidem interuenit traditio,& tũc donator non est obligatus,imò accipiẽs obligatur ad restituẽdum , secuta pœnitentia.l.non omnis.s̃.si certum petatur. vt aduertit Hippolyt. Riminald.in principio.num.467.Institut. de donatio. aut donatio facta est per promissionem , & tunc cùm conferatur in incertum diẽ mortis , interim impeditur ortus actionis & obligationis , iuxta receptam doctrinam Bart.l.ita stipulatus.num. 41.ʒ. de verbor.obligationib. & aduertit Paulus.l.1.post princip.ʒ.de donation.causa mortis.vnde tantũ moriente donatore incipiet obligatio , quæ hoc casu ab eius persona videbitur incipesse: argumen. §.ita autem.Inst. de inutilib. stipulatio. cùm moriens adhuc viuat. l. qui duos. §.1.ʒ.de manumiss.testa.& ita debet declarari Paulus d.l.1.ʒ.de donation. causa mortis.Et facit , quòd dominium quod absque traditione transfertur in donatione causa mortis.l.2. s̃. de Publician. non incipit transferri ,nisi moriente donatore.Couar.in rubr.de testam.3.part. num.16. Et ex hac differentia inter donationẽ causa mortis, & actum inter viuos conditionalem,ille etiam resultat effectus,quòd in actu inter viuos, cuius effectus confertur post mortẽ, habilitas personæ consideratur secundũ tempus conuentionis:quia ab eo tempore contractus habet suam substantiã,& sic vim obligandi sub cõditione.d.l.vsusfructus sine.26.ʒ.de stipulatio.seruor. Et tamen diuersum est in donatione causa mortis: nam cùm illa non incipiat habere substantiam,& ius obligandi,nisi à tempore mortis,eo tempore habilitas personæ donatarij causa mortis inspicienda est. l.in donationibus.22.& ibi glos. & DD. s̃.de donat.causa mortis. Videmus etiã, quòd in contractibus conditionalibus, quia eorum substantia , & ius obligandi sub conditione statim incipit , attendimus tempus contractus:& ideò si stipulator sit filius familiàs eo tempore est,ipulatio quæretur patri, licet tempore aduenientis conditionis , ille filius sit iam emancipatus.l.si filius famil.78.in princ. ʒ.de verbor.obligatio. Et tamen diuersum est in donatione causa mortis:nam cùm eius substantia,& ius obligandi incipiat à tempore mortis , vtrùm quis sit filius familiàs,vel emancipatus , illud tẽpus inspiciendum est. l. sed interim. 12. §.maritus vxori.cum.§.sequen.s̃.de donatio.inter virum.l.Senatus.§.fin.adiuncta gloss.fin.ʒ.de donatio. causa mortis. & significat.l.final.ʒ.de donation.causa mortis.Est nihilominus aduertendum, quòd licet quoad alias donationes inter viuos,& donationes causa mortis, prædicta differentia vera sit: tamen quoad donationem inter coniuges factam nõ subsistet prædicta differentia: quia ea donatio inter viuos, cuius effectus confertur post mortem,non potest videri perfecta quoad substantiam & ius obligandi sub conditione : quia cùm propter iuris prohibitionem non valeat,& illius confirmatio pendeat à voluntate mariti, in ea militat eadem ratio, quam suprà assignauimus in donatione causa mortis : & ita has donationes in specie æquiparat.l . si qui inuicẽ.

ʒ.de

ĩ.de donatio.causa mortis.Vnde aduersus Imolam in his terminis pariter militat ratio expressa.l.quia in hoc.11.s̃. de donatio.inter virum.in donatione causa mortis facta inter coniuges; & in donatione inter viuos,inter eosdem facta, cuius effectus confertur post mortem.
133 †Neq; obstat d.l. vbi ita donatur, quia non loquitur in donatione inter viuos, cuius effectus confertur post mortem: sed in donatione simpliciter facta, cuius mors fuit causa impulsiua, vt ibi per gloss. verbo,causa.& Bartol.& suprà diximus. Vnde colligas notabilem differentiam in hac materia, quòd donatio inter viuos, cuius effectus cõfertur post mortem,valida censetur à principio inter coniuges:prout & inter eos valet donatio causa mortis à principio.l. si eum. 10.§. final. s̃. de donation. inter virum. Diuersum erit in donatione inter viuos simpliciter facta, quæ à principio non valet, licet eius confirmatio pendeat à morte coniugis donantis, & sic in effectu videatur eius validitas collata in tempus mortis. Et est ratio differentiæ,quia quando donatio inter viuos fit simpliciter, verba,& mens partium important donationem de præsenti, & sic inualidam: & quanuis posteà morte coniugis persistentis in eadem voluntate confirmetur, id principaliter prouenit ex dispositione legis id inducentis. dict. l. cum hic status. 33. in principio.s̃. de donationib. inter virum. Cæterùm donatio causa mortis, quoad verba,& mentem partium, confertur post mortem: & ideò à principio valida censetur propter rationem expressam, l. quia in hoc. 11. s̃. de donationib. inter virum. Et pariter valida debet censeri donatio inter viuos, cuius effectus expressè confertur in tempus mortis, quia per omnia militat eadem ratio, quæ in donatione causa mortis: nam coniux donans, conferendo effectum in tempus mortis,videtur velle, quòd ab eo tempore donatio incipiat: etiam quoad substantiam, vt ex verborum generalitate apertè colligitur. Vnde inferas, quòd prout à principio valet donatio causa mortis inter coniuges, etiamsi sola imterueniat promissio. dicta.l. si eum. 10.§.final. s̃.de donationib.inter virum. ita etiam valebit donatio inter viuos, cuius effectus expressè confertur post mortem. Andre. Angulo .l.1. de meliorationib. gloss.11. numero 35. †
134 Infertur etiam, quòd prout donatio causa mortis,quia à principio valuit, eius implementum trahitur retro ad initium factæ donationis, vt efficaciter probat.l.si mortis causa.41. ĩ.de donatio.causa mortis. idem erit recipiendum in prædicta donatione, cuius effectus confertur post mortem: quanuis aliud sit in donatione simpliciter facta: nam cùm retrò valere non potuerit, obstante legis prohibitione, non potest retrotrahi, cùm extremum ad quod,sit inhabile. l. penultima. ĩ. rem ratam haberi. & est magis recepta sententia, vt asserit Alexander.l.talis.num.8. ĩ. de legat. 1. Couar. in rub. de testament. 3. parte. numero.5.Palacius repetitio. rubric.§. 72. numero. 1. Vincentius à Sala.l. filium quem. à numero.40. C.familiæ erciscund. Sed circa hanc illationem est aduertendum, quòd donatio causa mortis non trahitur retro, quando dictum est,quòd dominium non transferatur,nisi tempore mortis:nam tunc aduersus mentem partium, dominij acquisitio non trahetur retro. l.sed interim.12. §. 1. & ibi gloss. verbo, non retro. & gloss. antepenultima.s̃.de donationib. inter virum. Si verò facta sit, vt statim transferatur dominium, vel etiam simpliciter, tunc trahetur retro. dict.l. si mortis causa. 41.ĩ. de donationib.causa mortis. Item,quòd licet donatio causa mortis fiat ea mente, vt statim transferatur dominium: tamen propter legis prohibitionem, interim non transfertur dominium,sed apud maritũ remanet. l.sed interim.12. in princ.s̃.de donatio.inter virũ.l.seruus vxori.76.ĩ. de hæred. instit. Cum igitur nihilominus dominiũ retro trahatur. d. l. si mortis causa, ita vt interim quæsita ad vxorẽ pertineant, quasi retro dominã.l. si is seruus.21.s̃.de donatio.inter virum. notat Imol. d. l. seruus vxori.ĩ. de hæred.instit.pari ratione idẽ videtur ad mittendũ in donatione inter viuos, quę à principio non valuit, & tamen morte coniugis donãtis confirmatur:quia hæc confirmatio retro trahetur, quia militat eadẽ ratio: quod tenet glos. l. sequens.ĩ. de leg.2. & vti veriorẽ opinionem probat Alex.d. l. talis. num. 8. & ibi Aretin. col.3.post medium.ĩ.de leg. 1.& latè defendit Crot. l.si is qui.à num. 48.ĩ.de vsucapio.& ibi Alciat.n. 175.post Iason.à n. 110.& videtur expressum.l. donationes quas parentes. C.de donat.inter virum.
135 † Neque obstat fundamentũ contrarię opinionis, quòd cũ extremũ hoc, ad qd̃ debet trahi fictio,sit inhabile propter legis prohibitionẽ,non potest locum habere fictio:quia vltra respõsiones quas huic arg. assignat Ias.l. si is qui. à n. 106. & ibi Crot.nu.52.ĩ. de vsucapio. ego respondeo,quod propter confirmationẽ legis, de qua fit mentio in d.l.cũ hic status.in prin.prohibitio donãdi inter coniuges, recipit tacitã conditionẽ,Si nõ sequatur
136 confirmatio per mortẽ.Si ergo fiat cõfirmatio per mortẽ, cessare videtur prohibio,ac ita quasi illa nunquã fuisset facta, retro creditur facta donatio,& retro etiã videtur quæsitũ dominiũ,iuxta regulã.l. potior est.s̃. qui potio.in pign. habeant. Vnde colligas, quòd licet quando actus simpliciter est nullus sine spe reconualescentiæ,attenta iuris dispositione, rati habitio nõ faciat eum valere,nisi prout ex nũc.l. obseruare.§.fin.s̃.de offic. procõs. tamẽ quãdo actus nõ est simpliciter nullus,sed magis suspensus sub conditione, Si nõ sequatur confirmatio, si illa sequatur,retro valebit actus, quasi propter aduẽtũ cõditionis,actus nunquã fuerit nullus. Et ita colliges ex traditis per Socin.l. 1.§.si vir vxori.n.14. & ibi Crot.nu. 15.ĩ. de acq. posses. Palac. rep.rub. §.69. n.1. Illa igitur tantũ erit differẽtia, quòd donatio causa mortis,sola promissione cõsistẽs,cõfirmabitur morte,& pariter donatio inter viuos,cuius effectus expressè cõfertur post mortẽ,vt supra diximus:donatio autẽ inter viuos,promissione cõsistẽs,cũ morte nõ cõfirmetur.l.Papinian° s̃.de donatio.inter virũ.frustra quæretur vtrũ retro trahatur.Itẽ etiã frustra quæretur,vtrũ si tunc cõiuges eodẽ casu moriãtur;cẽseatur cõfirmata donatio?Si sanè interueniat traditio, ita vt per mortẽ inducatur cõfirmatio,tũc donatio causa mortis,& donatio inter viuos quoad hunc effectũ à pari procedẽt. l. si qui inuicẽ. ĩ. de donatio.causa mortis.l.si inter.ĩ.de rebus dubijs.l. cũ hic status §.si ambo.s̃ de donatio.inter virũ. His ita explicatis,restat videre de quæstionibus Bart. quas in hac materia proponit hic. Prima ergo quæstio est;si quis stipuletur pro alio, neque eũ adhibeat ad stipulandũ proprio nomine, vtrũ videatur stipulatus donãdi animo?Et ex Bart.hic nu. 11. sit prima cõclusio:Si quis stipuletur alteri,quod neque est suũ,neque sibi debitũ, non valet stipulatio.† l.stipulatio ista §. alteri. ĩ. de verb. obligat.vnde cũ inutilis sit stipulatio,frustra quæritur,vtrũ facta sit animo donãdi: & cõmuniter recepitur, vt hic asserit Vincent. nu.33.Sed circa hãc primam conclusionem aduertendum est, non esse simpliciter verũ,quod Bart.præsupponit,quòd si stipulor alteri id,quod meum non est,nec mihi debitum, non valeat stipulatio: distinguendum enim est,quòd si verba obligatiua & executiua referãtur ad personam tertij, vt, promittis Titio quod dabis illi centum,omnino inutilis erit stipulatio, ita vt neque ex illa naturalis oriatur obligatio, iuxta rationem.l. quæcũque gerimus.ĩ. de actio

actio. & oblig. si verò verba obligatiua sint relata ad personã stipulãtis,& executiua ad personã tertij, tũc nec stipulanti, neque tertio ciuilis quæritur obligatio: d.§. alteri. naturalis tamen quæritur stipulãti,propter verba obligatiua ad illius personã relata, vt ibi per glos. & DD. si autẽ verba obligatiua,& executiua, sint relata ad persona stipulãtis, & tamẽ declaratum fuit,quòd nomine tertij id fiebat,vt,promittis quod dabis mihi centũ nomine Titij,hæc stipulatio validaerit,& acquiretur obligatio stipulãti, quã tamẽ tenebitur cedere illi, cuius nomine facta est.l.penul. ſ. de neg. gest. glos. 1. ad finẽ.l.huiusmodi.86.in princ.ſ.de leg. 1. cõmuniter recepta,vt ibi asserit Iason n. 17. & latè Anton. Gabriel lib. 3. cõmunium.tit.de verb.obligatio.conclusio.1. à nu.53. vbi varias refert DD.opiniones circa hunc articulũ: prædicta tamẽ sunt magis cõmuniter recepta, vt asserit Fel. in proœmio Gregorian.n. 22 Couar. C. quanuis pactũ.2.parte.§.4.num.9. de pactis in 6. Quibus addendũ est, validam quoque esse stipulationẽ, qua pater confert verba obligatiua ad propriã personã, & verba executiua ad personã filij emancipati:nam nihilominus valida censebitur prædicta stipulatio.l.quodcunque,§. si quis ita.ſ.de verb.oblig.Bart.receptus. l. quod dicitur.nu.7.eod.tit. In his ergo casibus, in quibus stipulatio alteri facta valere potest,quæstio vtilis erit, vtrũ videatur facta animo donandi tertio? Et quoad primũ casum dicẽdũ est,quod cũ constet animo gerendi negociũ tertij,id factum esse,virtualis includitur donãdi animus in eo sensu, vt quicquid stipulator consecutus fuerit ex ea stipulatione, per actionẽ negociorum gestorũ teneatur transferre in tertium, cuius nomine fuit stipulatus:vt probat tex. l. penul. ſ.
137 de neg.gest. †.Contrarium tamen sentit Bart. hic nu. 12. quod si quis validè stipuletur nomine tertij,non censetur donare illi:allegat titulum ſ. de nego.gest. & cum eo transeunt alij,vt hic per Vinc. num.34.Pro cõcordia dicẽdũ est,in hoc articulo duas esse quæstiones. Prima est, vtrum ille qui nomine tertij stipulatus est,videatur donãdi animum habere in eo sensu,vt quicquid sibi ex ea stipulatione quæratur,teneatur transferre in tertiũ? & dicẽdum est teneri. d.l. penul.ſ. de negoc. gest.Secunda est, vtrũ si stipulator quid impendit ex suo, occasione istius stipulationis,videatur donare? Et dicẽdum est,quod nõ, sed repetere posse per actionem negociorum gestorum, iux. tit. ſ. de negoc.gest. Secunda cõclusio ex Bart. est,quòd si quis stipuletur alteri id,quod suum est, vel sibi debitum, nunquam videtur stipulari donãdi animo,sed tantum videtur stipulari illi, vt recipiat nomine stipulantis,tanquã eius procurator,vel adiectus solutioni.§.plane.In stit. de inutil. stipulatio:&prosequitur Anton. Gomez. 2.tomo cap. 19.nu. 20. Quod tamen Bart. intelligit verum esse,quando ille tertius respectu stipulãtis erat extraneus;nam si esset eius descẽdens,tunc censeretur stipulari in fauorẽ illius animo donãdi.l. Publia.in princ.ſ. depositi.l. fina.§.fina.ſ. de donatio. quã Bart. declarationem probat Bald. auth. ex testamẽto.nu.7.C.de collatio.&cũ ea transeunt omnes,vt hic per Vinc.nu.33. ad mediũ.Iason.n. 55.Sed nõ est simpliciter vera hæc Bar.declaratio,sed potius distinguendum est.Neque enim ex sola stipulatione facta nomine descendentis, præsumitur donandi animus.l. 2. secundum magis cõmunem intellectũ. C.de de iure dotium,nisi simul interueniat traditio, vel acceptio traditionis nomine descendentis.l.2.C.si quis alteri,vel sibi, in quibus terminis procedunt iura per Bar.allegata,nam loquũtur in mutuo,& deposito,in quibus nõ solũ cõtractus,sed & traditio videtur facta nomine descẽdẽtis, vt supra declarauimus. Potius igitur Bar.docere dubuisset,eã esse differẽtiã in hoc articulo inter extraneũ & descẽdẽtẽ,

quod



quod in extraneo nũquam præsumitur donandi animus, etsi contractus prædictus,& traditio fiant nomine extranei. l. donationes in concubinam.32.§. penu.
138 & ibi gloss. ſ. de donat. † tradit Dec. l. certi condictio.§. si nummos. num.8.ſ. si certum petat.Et tamen illis duobus cõcurrentibus in descendentibus præsumetur donandi animus: vt probant iura.ſ. allegata. Secũda quęstio principalis est: Quid si non solùm fiat contractus nomine tertij,sed etiam eius nomine fiat traditio? vtrùm præsumatur donandi animus? & dicendum est,quòd si id fiat de re illius,qui fecit cõtractum nomine tertij,vel illi debita, & tertius sit extraneus, nõ præsumetur donandi animus. d.l.donationes in concubinam.32.§. pen.ſ.de donatio. & proxime dictum est, & est recepta conclusio ex Vincent.hic numo. 36.Si autem prædicta fiant per ascẽdentem nomine descendentis, qui sit in potestate ascendentis, nõ præsumetur donandi animus,sed potius animus concedendi in peculium.l. fin. ſ. de peculio legato.l.1.C. de castrens. peculio. lib. 12. & communiter recipitur hæc cõclusio: vt asserunt Vincent. hic num. 35. Iason num.57. Cassane.cons. 6. nu. 8. Ex quo sequitur,quòd res empta,& tradita filio fa.post mortem patris non efficietur filij l. vnica. C. de peculio eius qui libertatem meruit. sed cum reliquo peculio veniet diuidenda inter fratres.l.certum. C.famil.ercisc. & ita Bart.l. 1.§. neque. castrens. nume. 11. ſ. de collatio. bono. Quod intelligẽdum est, quãdo per mortem confirmatur peculij concessio: secus si per emancipationem, nam tunc etiam peculium transit in dominium filij,neque venit diuidendum cum fratribus.l. donationes in concubinam. 32.§. pater.ſ. de donatio.& subscribunt Dec. auth.ex testamento. nu. 6. ad finem.C. de collatio. Loazes l.filius fam.§. diui. n. 32.ſ.de leg. 1.& diximus supra. Quòd si cõtractus fiat nomine filij emancipati,in quo peculiũ considerari non potest. l.fi. ad finẽ. C.de inof. testa. & præterea traditio sit facta filio per patrem,vel per aliũ de patris consensu:his duobus concurrẽtibus, præsumitur donãdi animus.l.2.C. si quis alteri,vel sibi, & cõmuniter recepitur hæc conclusio, vt hic asserit Iason nu.57.notab.Corne.cons.235.à n. 6.lib. 1. Tiraq. lib.1.retract. §.1. glos.9. nu. 62. Vnde infertur, quòd si solus contractus fiat per patrem nomine filij, non præsumetur donandi animus.l. 1. C. de castrens. peculio.lib.12. Bart.hic nu. 12. in quo labitur Dec. contrarium pro constanti habens cons.21.nu.10.ad finẽ. Quinimo licet Bart. hic d. num.12. sentiat, quòd si cõtractus fiat nomine filij in potestate,videatur ei tunc in peculium cõcessum: allegat.l. fi. ſ. de peculio legat. & idem teneat Roman. cons.291.n.10. ad finem, & tanquam receptum Ruin. l. Gallus §. quidam rectè nu. 82. tamen verius est contrarium:neque enim ex solo contractu potest præsumi donatio.
139 † vel in peculium concessio. d l. 1. C. de castrens. pecul. lib. 12. eo maxime,quia ex solo contractu, sine traditione,res nõ potest transire in peculium.l.non statim ſ. de peculio. Neque repugnat l. fin. ſ. de peculio legato, quia loquitur in mutuo facto nomine filij,in quo interuenit virtualis traditio facta eiusdem nomine. iuxta regulam. l. 2. §. appellata. ſ. si certum petat.neque est simpliciter verum, quod in his terminis videatur in peculiũ concessum:sed est distinguendum vt supra num. 41. Est tamen verũ, quod imò ex solo contractu, sine traditione, præsumi donatũ filiæ, videtur probare tex.l. filiæ cuius.18.C.fam.ercis & licet Bar.hic n.12.respõdeat, tex.esse intelligẽdũ, quãdo etiã interuenit traditio nomine filiæ; & defendat Iason hic n. 58.tamẽ prædictus intellectus aperte diuinat:& ex multis eũ reprehẽdit And. Ang.tracta de melioratio.l.3.glos.4.à n.68. Alij igitur varij intellectus assignãtur ad d. l. filiæ cuius;



quos

quos hîc referunt Alex. nu. 19. Vincent. num. 35. Iason. l. si donatione. col. 2. & seq. C. de collatio. Sed verus intellectus est, quòd in d. l. filiæ cuius, non agitur de præsumenda donatione, sed tantum de rebus emptis per patrem nomine filiæ, quæ reperiuntur in hæreditate patris, & ideo veniunt mero iure diuidendæ inter cohæredes. l. 1. C. de castrens. pecul. lib. 12. in specie Roman. cons. 291. nu. 10. ad finem: & inquit nihilominus Imperator in d. l. filiæ cuius, quod voluntas patris, quæ colligitur ex emptione facta per patrem nomine filiæ, illum effectum operabitur, vt filiæ hæc res debeat pręcipua adiudicari per arbitrum familiæ erciscundæ, & alijs cohæredibus ex reliqua hæreditate tantumdem compẽsabitur: quia licet filij ex singulis rebus hæreditarijs debeant legitimam deducere. l. Plautius. §. ad l. Falcid. tamen voluntas patris expressa, vel tacita efficiet, vt quis legitimam habeat in certa re, & alij in alijs rebus hæreditarijs, vt resoluit Ripa l. inquartam. nu. 93. §. ad l. Falcid. qui intellectus est de mente Salic. d. l. filiæ cuius, num. 1. † Imol. l. continuus. §. fin. col. 2. ad
140 finem. §. de verbo. obligatio. Lancelot. Dec. hic col. penult. ad medium Corne. auth. ex testamento, nu. 39. C. de colla. & tanquam nouum intellectum sibi arrogat Andreas Angulo de melioratio. l. 3. glos. 4. num. 71. & est verus intellectus, quicquid inuoluat Alex. hîc num. 19. Est tertia quæstio principalis, si patiar rẽ meam vendi, vel hypothecari per aliũ tanquam suam, vtrum videar consentire donandi animo? Et ex Bart. hîc num. 13. sit prima cõclusio. Si patior rem meã hypothecari per alium, is cõsensus faciet quidem valere hypothecam mero iure, tamen non inducet donandi animum, & ideo possum agere aduersus eum qui rem meam hypothecauit de meo cõsensu, vt pignus luat, & illud liberum mihi restituat. l. si vt certo. §. nunc videndũ, §. commodati, & communiter recipitur hæc conclusio, vt asserit Vincent. hîc n. 38. Bolognet. num. 111. Est secunda conclusio ex Bart. hîc nume. 14. conuertẽdo eius ordinẽ: Si consentio rem meã vendi per alium, valet venditio propter consensum meum, non tamen videor consentire donandi animo, ac proinde pretium quod habuit venditor, ab eo repetere possum. l. mater. C. de rei vend. quæ licet loquatur in eo, qui post venditionem consensit alienationi rei suæ, tamen idem recipiendum est, quando à principio prædictum consensum adhibuit, iuxta regulã l. fin. C. ad Macedon. Dum autem Bart. hîc nu. 14. in fine subdit, hanc conclusionem indistincte procedere, videtur sentire, quòd siue venditor vendat rem meam nomine meo, siue etiam suo, tanquam propriam, semper consentiens pretium repetet iuxta generalitatẽ d. l. mater. & tradit Cuma. l. si fundum per fideicommissum. num. 3. §. de lega. 1. & asserit receptũ Vincẽt. hic num. 41. ad finem. Bolognet. n. 113. Sed tamen idem Bart. d. l. si fundum per fideicommissum. col. 2. post princ. contrarium videtur sentire, dum concludit, quòd si ego consentio, quem vendere rem meam meo nomine, possum pretiũ repetere, quia quod meo nomine gestũ est, possum ratum habere. l. si pupilli. §. sed si ego. §. de negoc. gest. Sed si quis me consentiente vẽdat rem meam tanquã suam, & proprio nomine, videtur Bart. sentire, quòd tunc non solum mihi præiudico, quoad proprietatem rei, sed etiã quoad pretium, quod ratione illius habetur: † & expendit Ruin. cons. 144. ad
141 finẽ, & cons. 152. col. fin. ad mediũ lib. 2. Et facit, quia quando patior rem meam vendi per aliũ tãquã suam, nulla alia potest admitti coniectura, quã donationis: & sic quòd voluerim donare pretiũ venenti: vt hîc aduertunt Imol. col. fin. ad medium, & Alex. num. 24. Sed his nõ obstantibus, prima opinio verior est, pro qua expendo d. l. mater. C. de rei vend. vbi



vbi venditio facta fuit ignorante domino, & sic verisimile est, quòd tertius eã vendidit tanquam propriam nomine suo: & dicit text. dominum eam vendicare posse ab emptore, etiam non restituto pretio, subdens, quòd si dominus postea ratam habuit venditionem illam, vel etiam à vendicatione rei repulsus est, quia scilicet res præscripta, vel perẽpta est, tunc potest pretium repetere à vendẽte. Expẽdo igitur, quòd text. ille ęquiparat hos duos casus, quando dominus ratam habuit venditionem, vel quando res perẽpta fuit. Sed in hoc casu certum est, domino in subsidium competere actionem negociorum gestorum ad pretium aduersus vendentem: Ergo idem in primo recipiendum est, iuxta regulã. l. qui neque. §. 1. §. de reb. eorum. per quã inductionem constat, veriorem esse opinionem Martini, quam retulit glo. d. l. mater. verb. non prohiberis, quòd etiam re extante, si dominus ratam habeat venditionem, habet actionem negociorum gestorum ad repetendum pretium: quã ibi defendit Paul. num. 4. & asserit receptam Alciat. l. si eum seruum. nume. 4. §. si certum petat. Verum est, quòd Bulgar. relatus per gloss. d. l. mater, contrarium tenuit, & imò re extante, si dominus ratam habeat venditionem, non ob id sequi habere actionem negociorum gestorum ad repetendum pretium, cum illa venditio suo nomine facta non fuerit, ac ob id debeat habere locum regula. l. si pupilli. §. sed si ego. §. de negoc. gest. quanuis fateatur, quòd in subsidiũ re perempta concedatur vtilis actio negociorũ gestorum ad repetendũ pretiũ: quam opinionem magis communiter recipi à DD. asserit Paul. d. l. mater. num. 4. & 6. & defendit Salic. ibidem. numer. 11. & vti magis receptam probat Alex. hîc num. 24. Roman. hîc num. 61. & Purpurat. l. si eum. à num. 10. §. si certum pe
142 tat. † Xuarez allegatio. 28. nu. 24. Quãuis enim in particularibus pretium non succedat loco rei, tamen in subsidium, quando res non extat, pretium loco rei videtur succedere. l. fina. & ibi Bald. §. de negoc. gest. Afflictis decisio. 369. n. 4. Et idẽ si res difficulter vẽdicari potest à possessore. Bald. d. l. mater. nu. 17. C. de rei vẽd. & l. fin. in fine. §. de negoc. gest. Gamma decisio. 21. nu. 3. Sed Martini opinio verior est per d. l. mater. expensam vt. §. Neque obstant rationes contrariæ opinionis: nam ad primum de regula. l. si pupilli. §. sed si ego. §. de negoc. gest. respondet Bart. d. l. mater. num. 5. quòd dominus ratam habendo venditionẽ, transtulit dominium in emptorem. §. interdum. Instit. de rerum diuisio. ex quo in cõsequẽtiam liberauit vendẽtem à periculo euictionis de quo tenebatur, quia vendiderit rem alienã, & sic quia ratũ habendo, vtiliter videtur gessisse negociũ vẽdẽtis; eum scilicet liberãdo à periculo euictionis, quasi vtiliter gesserit negociũ illius, habebit aduersus illum actionem negociorum gestorum. l. quæ vtiliter §. final. §. de negoc. gest. extollit Paul. l. si pupilli. § sed si ego. num. 4. §. de negoc. gest. & l. si fundum per fideicommissum. num. 4. ad finem. §. de leg. 1. defendit Deci. l. si eum. ad finem. §. si certum petat. vbi Alciat. num. 4. asserit receptum. Cæterum quia hæc responsio Bart. tanquam literæ non conueniens, & tanquam in se falsa, reijcitur per Bald. d. l. mater. num. 7. Salic. num. 11. & Paul. nu. 6. ideò ego respondeo, licet negocium gestũ nõ fuerit nomine domini rei: tamẽ quia in dubio non est præsumenda donatio, credetur dominum consensisse, vt vendens venderet rem tanquam suam, quoad effectum transferendi dominium in emptorem: tamen tacitè cautum esse, vt pretium pro re acceptum consentienti restitueretur. Qua ratione si is consensus à principio interuenit, pariet actionẽ mandati consentienti: si autem ex post facto consentiat, consequetur actionem negociorum gestorum: in simili Paul. l. si

fundum per fideicommissum.num. 4.ʃ. deleg. 1.quasi iuris interpretatione,quo ad pretium gesserit negocium prædicti domini. Prout & eadem iuris interpreta tionehabet dominus actionem † negocio-
143 rum gestorum re perẽpta. Tantũ igitur contraria opinio admitti poterit,quãdo consensus fuerit prestitus per verba exuberantia , ita vt pretij remissionem videantur includere.Aymon consi.237. ad finem,vel quando ille qui de meo cõsensu alienauit rem meã,nihil ex ea alienatione percepit , vt pote quia donauit: cum enim tunc nihil ab eo repeti possit, consensus ille meritò præiudicabit domino rei:vt etiam tradit Bart. hîc.d.nu. 15. receptus, vt asserit Iason num. 65.& l. si fundum per fideicommissum, num. 35. ʃ. deleg.1. Ruin.consil. 144.ad finẽ, & cons. 152. col.fin. ad medium lib. 2. Neque etiam obstat secunda ratio,quia imò potest credi,ideo dominum consensisse,vt alius venderet rem tanquã propriam, quia voluit dominium transferri in emptorem:non autem ob idsequitur, quòd voluit donare pretium vendenti. l. 1.C. de rebus alien. & quando potest sumi alia coniectura , nunquam donatio est præsumẽda.l.si cum aurũ.ʃ. de solutio. Prædictam tamen conclusionem ita defensam limitabis,non procedere,si ille qui rem suam consensit alienari per alium,eam titulo donationis prius acceperat ab illo : nã tunc videbitur animo remunerandi consentire,& consequenter neque pretium repetet.l. si vero nõ remunerandi.§. inde Papinianus.s.mandati , de cuius intellectu iam supra egimus. Et expendes verba Bart. hîc.d.nu. 14. sentit idem einm esse, si consentiã rẽ meam alienari per hæredem illius,à quo prædictam rem titulo donationis acceperam: & videtur tex. l. codicillis.91. §. 1.ʃ. deleg.2. vbi testator reliquit fundũ libertis per fideicommissum , & liberti consenserunt fundum vendi per heredem testatoris, & videntur animo donãdi consentire , ita vt neque pretium possint ab illo repetere. Sed his non obstantibus, verius est contrarium : nam licet quando consentio rem alienari per eum qui eam mihi donauit , videor consenti re donandi animo, atque ob id pretium non possim ab illo repetere. d. §. inde Papinianus.diuersum erit si patiar, fundum alienari per hæredem illius , qui rem mihi donauit:nam in hoc non videtur recedendum à regula.l. mater. C. de rei vend. explicata vt supra. Quod primò constat ex eo,quòd ille qui accepit rem donatam ,& sic obligatus est ad remunerandum,tantum obligatus est personæ illius àquo donationem recepit,ita vt hæc obligatio tanquam personalis, non transeat ad illius hæredem.l. quia tale.s. eod. & sic respectu hæredis cessat
144 ratio d.§. inde Papinianus. † Et confirmatur, quia obligatio ex parte illius qui donationem recepit, ita personæ cohæret, vt neque ad hæredem illius transeat. l.viuus libertus.ʃ. si quid in fraudem patro.Bart.l.ambitiosa,num. 4.ʃ.de decret ab ord faciend.Iason.l. ex hoc iure. nu. 72.s. de iust.& iure.Afflict. decisio 307. num. 13.Cum ergo contrariorum eadẽ sit disciplina,obligatio quę videtur quæri illi qui donauit,ita personalis censebitur,vt cum persona extinguatur, neque transitum faciat ad eius heredem. Secũdò in specie videtur tex.l. si fundum per fideicommissum. 94.ʃ. deleg. 1. vbi legatarius,qui consensit fundum vẽdi per heredes testatoris,potest ab illis pretium repetere, quia scilicet legatarius licet ratione beneficij accepti per testatorem, teneatur ad illum remunerandum, non tamen tenetur remunerare eius heredem,vt ibi tradit Bart. num. 1. & Iason hîc num. 61. ergo ibi est tex. expressus pro hac sententia aduersus Bart. quam in specie impugnat Angel de Perigl. d. l. si fundum per fideicommissum. col. 2.



2. ad finem. Bolognet. hîc numer. 113. Neque obstant adducta pro contraria opinione , nam ad primum de authorite Bart. hîc numer. 14. respondetur , literam Bart. esse corruptam, & pro dictione,Sed ,reponẽdam esse dictionem, Neque,secundùm quam literam Bart.retulit Vincent. hîc nume. 39. & secundùm eam Bart. magis sentit,quod expressit d.l. si fundum per fideicommissum, num. 1.& sic magis faciet pro nostra opinione.Non obstat secundũ de,l. codicillis. 91. §. 1. ʃ. de leg. 2. nam ad eius intellectum aduertendum est,tex. illum ex diametro videri pugnare, cum l. si fundum per fideicommissum .94. ʃ. deleg. 1. Bart. hic nume. 14. concordat prædicta iura,vt d.l. codicillis. §. 1. procedat, quia testator duplex beneficium liberto contulit, quia scilicet ei dedit libertatem , & præterea ei fideicommissum reliquit : & propter hoc duplex beneficium libertus consentiens heredem testatoris alienare fundum legatum , videtur animo donandi consentire : sed si testator vnum tantùm beneficium contulit in legatarium,procedet.d. l. si fundum per fideicommissum , vbi Bart.nu. 1. eandem repetit concordiam : & eam probat Iason hic nume. 61. Vincent. nume. 40. & tanquam in se veram probat etiam Imol.d.l. si fundum per fideicommissum.ad medium , & ibi Iason n.
145 24.†Sed non placet hæc concordia,quia vt supra diximus , vt procedat præsumptio d.§. inde Papinianus.oportet,quod remuneratio fiat in eadem re , in qua facta fuit donatio : nam si fiat in diuersa, cessat prædicta præsumptio. l.si testamẽto . 50.§. 1. & ibi Bart. ʃ. de fideiussorib. Cum igitur beneficium libertatis sit generale,non respiciens specialiter rem donatam ,nihil conducit ad inducendum præsumptum donandi animum. Secunda igitur concordia est , quòd si legatarius consentiat rem legatam alienari ob causam necessariam, id est,ad exoluendum æs alienum testatoris tunc non præsumitur donandi animus,iuxta regulam.l. rem legatam.ʃ. de adimend.legatis.& in his terminis procedit d.l. si fundum per fideicommissum . si vero legatarius consentiat rem legatam alienari per hæredem testatoris, ob causam voluntariam,presumetur consentire donandi animo:& in his terminis procedit d.l. codicillis. §. 1. & hanc esse receptã concordiam asserit Iason d. l. si fundum per fideicommissum.num. 18. Palac. in rub. §.47. num. 16. Padill. l. quoties ab omnibus.num. 3.C.de fideicomm.Gregor. l. 10. tit. 26.part. 4.glos. 1.col. 2. ad medium,& col. 5.post princ. Menoch. cõs. 87.num. 55. lib. 1. & eam tanquam veriorem probat etiam Alex. hîc num.24. Sed non placet hęc concordia,quia cum legatarius non teneatur ad æs alienum defuncti.l.fin.C.de hæred.actio.semper voluntarie videtur consentire,quòd hęres defuncti rem legatam alienet.Tum etiam quia admissa hac concordia, sequeretur , quod regulariter si legatarius consentiat rem legatam alienari per hæredem testatoris , videretur consentire animo donandi : cuius contrarium supra resoluimus: & ita in specie prædictã concordiam improbat Bolognet.hic nu. 114. Vnde vltra alios noue considero,d. l. si fundum per fideicommissum, & .d. l. codicillis.§. 1. tantùm abesse vt discordent , vt maxime sint similes : aduerto enim,in specie d.l.codicillis.§. 1.pro constanti haberi , libertos consentientes fundum per hæredem testatoris alienari , posse pretium ab eo repetere,† &
146 tantùm ibi dubitatio est , vtrum diuisio , quam testator fecerat circa redditus fundi legati, vt scilicet masculi duplum haberent , & fœminæ simplum, esset quoque obseruanda in pretio fundi alienati de libertorum consensu ? Et respondet Iureconsultus,

diuisionem factã circa redditus, in pretio non esse obseruandam, nisi liberti tẽpore consensus id expresserint. Ratio decidendi est, quia fundus ille pariter fuerat legatus libertis vtriusque sexus quoad proprietatem: vt ex verbis tex. clarè colligitur, quicquid existimet Bolognet. hîc num. 114. tantùm vsumfructum fundi fuisse legatum. Quanuis autem in proprietate omnes essent pares: tamen quoad redditus percipiendos ex fundo voluit testator differentiam esse inter masculos & fœminas. Cum igitur legatum quoad proprietatem extinctũ fuerit, quia de libertorum consensu fundus fuit alienatus. l. nihil proponi. 123. §. 1. ℣. de leg. 1. nõ debet haberi respectus ad legatum iã extinctum, neque ad diuisionem circa illud factam: sed tantùm debet haberi respectus ad venditionem fundi, qui cũ quoad proprietatem pariter ad omnes libertos pertineret, pariter & pretium ex eius venditione habitum, ad omnes libertos pertinet, & æqualiter inter eos venit diuidendum, nisi tempore consensus contrariũ sit expressum: & secundũ istum intellectum d.l. codicillis. §. 1. maximè concordat cũ d. l. si fundum per fideicommissum. Neque repugnant verba d. l. codicillis. §. 1. ibi: Ob pretium nullam fidei commissi persecutionem esse, quia in illis nõ voluit significare Iurecons. propter consensum libertorum ita extinctum esse fideicommissum, vt nec pretium per libertos peti posset, vt DD. male existimarunt: sed potius quod ratione fideicommissi, ad pretium agi nõ poterat, quia illud propter alienationẽ factam de libertorum consensu, erat omnino extinctum, non solum quoad fidei commissum, quod expressè relictũ erat, sed etiam quoad tacitum, quod videtur resultare ex eo quòd testator prohibuit eum fundum alienari extra libertorum familiam: quo casu videtur velle, q̃ secuta alienatione, competat actio ex fideicommisso ad reuocandam alienationem: glos. l. codicillis. 91. §. instituto. verb. filijs ℣. de leg. 2. † nam & hoc censetur extinctum, quando de consensu omnium libertorum alienatum fuit. l. quoties ab omnibus. C. de fideicomm. l. nihil proponi. 123. §. 1. ℣. de leg. 1. Vnde cũ in specie d.l. codicillis. §. 1. omnes liberti consenserint in alienatione facienda per heredem testatoris, expressum & tacitũ fideicommissum omnino censetur extinctum, & sic ratione illius neque pretium, neque quid aliud peti potest: ergo neque deber haberi respectus ad diuisionem factam per testatorem circa redditus percipiendos ex fundo legato, iux. reg. l. cũ principalis. ℣. de regul. iuris. Superest igitur, quòd pretiũ non possit repeti per libertos consentiẽtes, nisi per actionem mandati, vel similem: & cum illud pretium processerit ex venditione proprietatis, cuius respectu omnes erant pares, pariter & pretiũ inter eos æqualiter diuidetur: nisi tempore consensus contrarium sit expressum, tũc enim stabitur expresso. d.l. codicillis. §. 1. Et quamuis glos. ibi verb. ea mente. requirat, quòd ea declaratio, siue protestatio, sit partibus notificanda: tamen cum omnes liberti consentiant in alienatione, & sic sciant protestationẽ, nihil opus est illis notificari. l. 1. §. fin. ℣. de actio. empti. Et quia protestatio pertinẽs ad declaranda ea, quę ex solo animo pendent, non requiritur, quòd parti sit notificata. l. at si quis. §. plerique. ℣. de religiosis, & in specie resoluunt Ant. Rube. l. non solum. §. morte. num. 245. & ibi Alciat. in rep. num. 83. ℣. de noui oper. Ex quo nouo intellectu ad d.l. codicillis. §. 1. ita explicato infertur primò declaratio ad d.l. si fundũ p̃ fideicõmissum, vt ea procedat, quando vnus tantũ erat legatarius, qui cõsensit fundum legatum alienari: nam is proculdubio pretium repetere potest: sed si plures essẽt legatarij, qui cõsenserunt fundum alienari,

147



nari, tunc procedet dubitatio, & decisio d.l. codicillis. §. 1. explicata vt supra. Est tamen aduertẽdum, quòd tex. d. l. si fundum per fideicommissum, probat legatarium posse petere pretium ab emptore: cum tamen potius dicere debuisset, quòd ab eo qui vendit de eius consensu, pretium posset repetere. d. l. mater. C. de rei vend. Sed respondendum est, in d.l. si fundum per fideicommissum, illum qui emit fundum, esse quoq; hæredem testatoris. † Is igitur pro pretio conueniri potest, quia rem legatam penes se retinet. Et quia ea alienatio etiam tendit in fauorem cohæredum, poterit pretium ab eis repetere pro rata, iux. l. his consequenter. §. fin. ℣. famil. erciscu. Infertur secundò annotatio ad tradita per Gregor. l. 10. tit. 26. part. 4. glos. 1. col. 2. ad medium, dum quærit, si pater alienauit rem maioratus de licentia Principis, & filius consensit, vtrum possit pretium à patre repetere? Et distinguit inter maioratum antiquum, & nouum per ipsum patrem alienantem de nouo constitutum. Primo casu vult pretium posse repetere. d.l. si fundum per fideicommissum. In secũdo autem concludit repetere non posse, quia cum beneficium maioratus à patre acceperit, inducenda est decisio. l. si vero non remunerandi. §. inde Papinianus. ℣. mandati, nisi filius consentiens rẽ alienatam possideret, tunc enim nunquam præsumendum est animo donandi consentire, sed potius animo repetendi pretium, iux. dictum Iacob. de Aren. d.l. si fundũ per fideicommissum, quod ibi sequuntur Bald. ad medium, & Paul. in fine: nam ex prædictis dicendum est, quòd consentiens in alienatione rei, quę ad se pertinere debebat, in eo tãtum sibi præiudicat, vt emptor sit securus, & res non repetatur ab eo: nunquam tamen sibi præiudicat in pretio, & ideo illud semper repetere potest ab alienante, vt illud conuertat in aliam rem, quæ vniatur maioratui, vt resoluit Ripa. l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 84. ad finẽ. ℣. de verbo. obligat. & ibi Alciat. num. 31. ad finẽ, Corne. cons. 339. num. 6. & nu. 13. lib. 1. Curt. Iunior cons. 23. n. 7. Quod procedit, siue alienatio sit facta ex causa necessaria, siue voluntaria, vt supra probauimus, & agnoscit Gregor. vbi supra col. 5. post prin. Quòd si ille qui alienauit, beneficium maioratus contulit in filium, tunc filius consentiens, non repetet pretium, siue possideat fundum, sine nõ possideat, vt efficaciter probat d.§. inde Papinianus. Infertur tertiò, non esse verum dictum Bald. l. dotalem. 2. notab. ℣. eod. quòd si dominus consentiat, vassallum vel emphyteutã vendere fundum, vel emphyteusim tanquam res proprias, videtur totum ius suum remittere, † ita vt neque pretium habitum ex venditione rerum, possit repetere: subscribit Alex. hîc num. 25. Ias. num. 63. Bolognet. nu. 115. idem Iason d.l. si fundum per fideicommissum, nu. 32. ℣. de leg. 1. Afflict. decisio. 112. ad finẽ, Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 9. num. 136. Menoch. consil. 58. num. 27. lib. 1. Padill. l. quoties ab omnibus. num. 3. C. de fideicom. allegant tex. d.l. codicillis. 91. §. 1. ℣. de leg. 2. quę tamen potius probat contrarium, vt supra ostendimus: & ideò resoluendum est in prædictis terminis, dominum consentientem non præiudicare sibi in pretio, vt post Paul. hîc nu. 12. resoluit Vinc. nu. 42. Vltimò infertur annotatio ad dictum Paul. consil. 84. col. 2. lib. 2. q̃ si ille, cui competebat ius petendi inuestituram, passus est alium remotiorẽ inuestiri, in totum sibi præiudicat, ita vt ratione iuris sibi cõpetentis nihil possit repetere. c. 1. §. Titius filios, si de feudo fuerit controuersia, subscribit Iason hîc nu. 64. & d. l. si fundum per fideicommissum. num. 34. Dec. consil. 389. num. 8. nam & id videtur confundi ex supra dictis: nisi dicas dominum inuestiendo remotiorem, nihil percepisse pecunia æstimabile, & vt consentiens habeat ius repetendi

148

149

petendi oporter, quod ad alienantẽ per
uenerit quid pecunia ęstimabile, quod
repeti posit. Cuman. d. l. si fundum per
fideicommissum. num. 8. Ruin. consil.
144. ad finem. lib. 2. Menoch. consil. 87.
num. 53. lib. 1. notab. Alciat. l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. num. 32. ʒ. de verbo.
obligatio. & colligitur ex doctrina Bart.
hîc num. 15. communiter recepta. Vlti-
ma conclusio ex traditis per Bart. hîc n.
14. ea sit: Quòd si cõsentia rem alienari,
in qua habebam ius in spe, non ob id iuri
de futuro videor renuntiare, ac ob id si
postea ea spes ad exitum deducatur, con
sensus ille nihil præiudicat. l. fundo. 4. ʒ.
ad l. Falcid. glos. 2. l. si à substituto. 74. ʒ.
de leg. 1. Quam cõclusionem probat idẽ
Bart. d. l. si fundum per fideicõmissum.
num. 1. vers. 2. casu. ʒ. de leg. 1. & cum eo
omnes transeunt. Hæc tamen conclusio
vera non videtur, quia vt consensus ali-
quid operetur, debemus interpretari vo
luntatem consentientis eam fuisse, vt si
conditio sub qua fideicommissum erat
relictum, eueniret, renuntiabat fideicõ-
misso sibi competituro, & volebat quod
ea alienatio subsisteret: vt sentit Bart. si-
bi contrarius. l. qui Romæ. §. duo fratres.
nume. 21. ʒ. de verbo. obligatio. quem
magis communiter sequi DD. asserit Ri
pa ibi num. 83. †. Et quanuis Iason ibi
150 num. 73. contendat, Bart. non sentire, q,
propter cõsensum ius fideicommissi cõ
ditionalis videatur remissum, tamẽ ma-
nifeste id sensit, dum modo alienatio fa
cta sit, iuxta formam perscriptam in præ
dicto cõsensu: vt eleganter deducit Soc.
Iunior consil. 116. à num. 54. lib. 1. Ne-
que obstant adducta pro contraria opi-
nione nam ad primum de l. fundo 4. ʒ.
ad l. Falcid. respondetur procedere, quã
do pendente conditione superuenit ius,
per quod legati relicti secundum iuris
regulas inducitur confusio, vt quia is ab
hærede futuro debitore, si aduenisset le-
gati conditio, fuit hæres institutus. l. de-
bitori. C. de pactis. huiusmodi enim con
fusio inducta ex necessitate legis, legata-
rio conditionali minime præiudicabit:
vt aduertit Bart. d. §. duo fratres. nu. 26.
Nos autem loquimur, quando mediante
consensu voluntario legatarij condi-
tionalis, res legata sub conditione, alie-
nata est, is enim voluntarius consensus,
etiam in legato conditionali consentien
ti præiudicabit iuxta supra tradita. Itẽ &
d. l. fundo. non probat, generaliter prædi
ctam confusionem pendente conditio-
ne superuenientem, non præiudicare le
gatario conditionali, imò sentit præiudi
care, præterquam quoad deductionem
Falcidiæ: cũ enim legatum debitum ex
alterius testamento, consideretur tan-
quam æs alienũ. l. 1. C. de bonis author.
iudicis, locũ habet regula. l. in imponen
da. C. ad l. Falcid. vnde constat secundã
opinionem veriorem esse. Quã tamen
intelligere debes, vt adueniente condi-
tione, valeat quidem alienatio, & securus
sit emptor: cæterum ipse legatarius ab
alienante de illius consensu, pretium re-
petere poterit iuxta supra tradita: & in
specie sentit Bart. d. §. duo fratres. num.
21. receptus ex Ripa ibi num. 84. ad fi-
nem. Alciat. num. 31. ad finem, & tan-
quam nouum sibi arrogat Bolognet.
hîc num. 116. Item, quòd si fideicom-
missum incipiat cõpetere in casum, quo
quis illud alienet, si vocatus in hunc ca-
sum consentiat alienationem fieri, omni
no sibi præiudicat, quia propter consen
sum excludit se omnino à substantia præ
dicti fideicommissi. l. cum pater. §. liber-
tis. ʒ. de leg. 2. l. quoties ab omnibus. C.
de fideicom. vnde nihil ratione illius pe
tere poterit. l. nihil proponi. 123. §. 1. ʒ.
de leg. 1. & tradit Bart. hic numer. 14.
151 † & d. l. si fundum per fideicommissũ. n.
1. vers. 2. casu. ʒ. de leg. 1. Vnde consuluit
Alex. consil. 150. in fine. lib. 7. quòd si
testator iussit domũ nõ alienari per hæ
redem, & casu quo alienaretur, voluit eã
pertinere ad certam ecclesiam: si eccle-
sia consentiat in alienatione, omnino ex
cludetur



cludetur à petitione domus, & à petitio-
ne pretij: subscribit Iason. l. quoties ab 152
omnibus. num. 1. C. de fideicom. Et hinc
etiam consuluit Cuman. cons. 33. quidã.
col. 1. quòd si bona sint translata in ali-
quem, in pœnam hęredis alienantis, &
ille consentiat in alienatione, omnino se
excludet à fideicommisso prædictorum
bonorum: quod etiam tradit Socin. cõs.
143. num. 18. lib. 4. Deci. cons. 604. nu.
6. Vlterius in hac materia quærit Bart.
hîc. nume. 17. si habeam ius hypothecæ
in re, & consentiam per debitorem alie-
nari, vtrùm in iure hypothecæ mihi præ
iudicem? & concludit iuri hypothecæ vi
deri renuntiasse, non autem actioni cõ-
petenti ad petendum debitum principa
le. l. 2. C. de remissio. pignoris. l. si debi-
tor. §. 1. ʒ. quib. mod. pignus. Rationẽ red
dit Bart. d. §. duo fratres. num. 5. ad finẽ.
& de materia latè agit Neguſ. de pignor.
3. memb. 6. partis, à num. 12. & hęc de ter
tia quæstione principali Bart. Succedit
igitur quarta quæstio principalis, quan-
do sciens & tacens pręsumatur consenti
re: & ex eo hic. num. 16. in hac quęstio-
ne prima sit cõclusio. Tacens, quia igno
rauit actum fieri, nunquam censetur cõ-
sentire. l. in eo iure. 45. §. deinde. ʒ. de ri-
tu nuptiarum. l. qui vas. 49. §. vetare. ʒ. de
furtis. l. 2. § fin. in fine. ʒ. eod. l. debito-
rem. 15. C. de pignorib. & communiter
recipitur hæc cõclusio, vt asserunt Alex.
num. 40. Vincent. nume. 43. Bolognet.
num. 119. & quãuis Bart. hîc in hac con
clusione restringat se ad hominem sanæ
mentis, sentiens hanc conclusionem nõ
ita generaliter procedere in furioso, qui
licet loco absentis habeatur. l. 2. §. furio-
sus. ʒ. de iure codicillo. tamen aliquando
habetur pro consentiente: tamen non
est vera hæc differentia, nunquam enim
furiosus pro cõsentiente habetur. l. qui
ad certum. ʒ. locati, & tãtùm furiosus ha-
betur pro non contradicente, in his, in
quibus sufficit non contradictio, quan-
uis absens eodẽ casu non haberetur pro
non contradicente. l. 2. §. fina & ibi de-
clarauimus. ʒ. eod. † & in hoc sensu po-
test recipi id, quod Bart. sentit, quicquid
aliter explicet Bolognet. hîc nume. 118.
Sit secunda conclusio ex Bart. hîc num.
19. Quod si quis absens sit, & sciat actum
fieri, in sibi præiudicialibus nõ habebitur
pro consentiente. l. in delictis. 4. ʒ. de no-
xalib. actio. vbi scientia non præiudicat
illi qui scit, & tamen actum facile prohi-
bere non potest: ergo cum absens nun-
quam possit facile actum prohibere, scię
tia ei non præiudicabit: & communiter
recipitur hæc conclusio, vt asserit Ruin.
cons. 66. nume. 14. ad finem. lib. 3. Ego
tamen aduerto, d. l. in delictis. male ad-
duci ad hãc conclusionem, quia loquit
ur in domino habente seruum sub pote
state, & qui sciebat illum delictum esse
commissurum, & non prohibuit: tunc
enim fit distinctio, de qua ibi, vt si facile
potuit prohibere delictum, & non pro-
hibuit, teneatur in solidum, aliàs tantũ
tenebitur dare seruum pro noxa. Inde
igitur inferri non potest ad eum, qui li-
cet sciret, quem delictum commissurũ,
tamen non habebat eum sub potestate
sua: vnde delictum illius, ei indistincte
imputari non potest. l. culpa caret. 50. cũ
glos. ʒ. de regul. iuris. Bart. l. vt vim. num.
8. & ibi notat Bald. nume. 9. ʒ. de iust. &
iure. Præterea in specie d. l. in delictis, do
minus qui facile prohibere potuit delic-
tum serui, & nõ prohibuit, non obid te
netur in solidum, quod pręsumatur con-
sentire: sed potius quia propter negligẽ-
tiam non prohibendi, lex eum punit ac
si cõsentiret. l. 2. ʒ. de noxalib. tradit glos.
l. 1. §. 1. verb. suo nomine. ʒ. si familia fur
tum fecisse dicatur. diximus l. si mora. ʒ.
eod. ergo ex illo tex. non bene argui-
tur ad nostram quæstionem, in qua agi-
tur de præsumendo cõsensu. Et ideò ad
veram resolutionem aduertendum est,
in hoc articulo duas incurrere quæstio-
nes. Prima est, vtrùm sciens & absens ta-
cendo præsumatur cõsentire? Secun la,
vtrùm

vtrùm ſciens delictum committi, & non prohibẽs, cum facilè poſsit, propter hoc aliquam pœnam incurrat? Et quoad primum dicẽdum eſt, quod ſciens & tacens, ſemper videtur conſentire in ſibi fauora
153 bilibus. † l. qui patitur. 18. §. mandati. quæ licet loquatur in præſente & tacente: tamen etiam procedit in abſente, qui ob ſolam ſcientiam videtur conſentire in ſibi fauorabilibus. l. ſi abſentis, cum gloſ. C. ſi certum petat. Bart. l. quo enim. §. 1. num. 1. ʒ. rem ratam haberi. Dec. l. ſemper qui non prohibet. nu. 2. ʒ. de regul. iuris, & l. traditionibus. num. 15. C. de pactis. Menchaca illuſtrium quæſt. cap. 62. à num. 8. In his autem quæ poſſunt afferre prejudicium, abſens, & poſt ſcientiã tacens, non habetur pro conſentiente. imò magis pro diſſentiente. l. filius fa. 8. §. inuitus. §. de procurato. Bar. d. l. quo enim. §. 1. nu. 1. ʒ. rem ratam haberi. adeo quòd etiam in caſibus, in quibus præſens & tacens habetur pro conſentiente in prejudicialibus, iuxta tradita per gloſ. l. Caius. §. de pigno. actio. tamẽ in eiſdem caſibus, abſens & ſciens, nõ habetur pro conſentiente, imò magis pro diſſentiente, vt reſoluit Alex. l. ſæpe. num. 87. verſ. non obſtat. & num. 93. ʒ. de re iudicat. Felin. c. non ne. nu. 13. de præſumpt. niſi agatur de re, in qua abſens poſſet cogi ad conſenſum prestandum, nam tunc ſciens & tacens habebitur pro conſentiẽte. l. 2. §. fina. in fine. §. eod. Bart. hic num. 19. Ruin. conſ. 66. num. 14. ad finẽ. lib. 3. Adde, quòd ſi actus fauorabilis habeat onus anexum, tunc ſciens & tacens non videbitur cõſentire. Ancharra. conſ. 169. num. 1. Decius conſ. 661. n. 10. Cephal. conſ. 33. n. 26. lib. 1. quidquid diſſentiãt Socin. Iunior conſ. 18. à num. 23. lib. 3. & Hippol. Riminald. conſ. 23. à num. 15. lib. 1. & vide infra nu. 164. Quoad ſecundũ autem dicendum eſt, propter ſolam ſcientiam, quẽ non incurrere pœnam, etſi delictum potuiſſet prohibere. l. culpa caret. 50. cum gloſ. ʒ. de regul. iuris. & ſupra diximus. limitatur tamen in eo, qui habet delinquentẽ in poteſtate. nã ſi ſciat, & facilè prohibere poſſet, hoc delictum ei imputatur. l. in delictis. 4. in princ. §. de noxalib. l. immo. in fine. ʒ. de liber. cauſa. Tertia principalis cõcluſio ex Bart. hic n. 21. ad finẽ, ea eſt, quòd ſi actus reſpicit merum fauorẽ partis, tũc præſens & tacens habebitur pro conſentiente. l. qui patitur. 18. §. mandati. & cõmuniter recipitur hæc concluſio, vt aſſerit Iaſon num. 70. Adde Panor. c. non iniuſte. nu. 7. de procurato. poſt Innoc. tradentem, quod in re concupiſcibili, honorabili, ſiue proficua, ſemper prejens & tacens habetur pro conſentiente: exornat Exea de pactis. à. num. 15. Claud. hic à num 20. Non intelligas autem, prædictos reſtrinxiſſe cõcluſionem ad præſen
154 tem & tacentem: † quaſi ſentiant aliud eſſe in abſente & ſciente, nam imò idem eſt vt ſupra diximus: ſed ideo eam reſtrinxerunt prædicto modo, vt ſignificarent, iſtum conſenſum abſentis & ſcientis regulariter nihil operari: cum enim ſimultaneus debeat eſſe conſenſus. gloſ. 2. l. 2. ʒ. de actio. & obligatio. quamuis abſens ſciens conſentiat, tacite, vel expreſſe, is conſenſus regulariter non ſufficiet ad actus validitatem. gloſ. l. illud. verb. alia. C. de ſacro. eccleſ. & gloſ. l. neque ambigi. C. de donat. Requiritur igitur nuntius, vel epiſtola, qui repræſentẽt præſentiam alterius partis. l. 1. §. fina. cum gloſ. §. de contrah. empti. Nõ eſt tamen omittendum, quod Forcatulus in necioman tia iuris, dialogo 50. num. 3. & Hubertin. in rub. num. 39. & numer. 44. C. de pactis. contendunt, communem cõcluſionem non bene deduci ex d. l. qui patitur, nam ille qui ex mandato alterius pecuniam accepit, quamuis commodum percipiat recipiendo mutuum, tamẽ tenetur etiam illi qui mandauit ei credi pecuniam. l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. §. mandati. Ergo in ſpecie d. l. qui patitur, non ſolum agitur de re fauorabili tacenti, ſed etiam de præiudiciali: ergò tex. ille non probat communem concluſionem. Præterea ex parte prejentis, & tacentis, interuenit actus poſitiuus, ſcilicet, receptio pecuniæ: & quando actus poſitiuus interuenit, præſens & tacens, cenſetur conſentire, etiam in mere præiudicialibus. l. ſi filiusfam. 18. §. ad Macedonian. Clem. 1. de procurato. & in ſpecie aduertit Galeaul. in rub. nume. 62. ʒ. de verbo. obligatio. & ibi Alciat. numer. 6. ad finem. & latius confimat Exea de pactis à numer. 50. Forcatulus dialogo. 52. numer. 3. ad finem. Sed nihilominus defendendo communem cõcluſionem, dicendum eſt, eam bene deduci ex d. l. qui patitur. conſiderando, quòd in eo tex. principaliter agitur de actu fauorabili tacenti & prejenti, ſcilicet, quod ſibi mutuetur pecunia. Et quanuis in conſequentiam obligetur, tamen attenditur id quod principaliter agitur, & dicetur agi de actu mere fauorabili, non habito reſpectu ad obligationem quæ in conſequentiam inducitur, iuxta doctrinam Bald. l. quod fauore. 7. oppoſitione. C. de legib. & in ſpecie aduertit Bolognet. hic numer. 121. & in ſimili conſiderat Socin. Iunior conſil. 18. numer. 27. lib. 3. Vnde ex dicta l. qui
155 patitur. colligitur elegãs ampliatio † ad concluſionem de qua ſupra, vt præſens & tacens videatur cõſentire, quãdo principaliter agitur de actu fauorabili, quanuis in conſequentiam etiam obligetur tacens. Et eſt ratio, quia hæc obligatio proueniens in conſequentiam, inducitur per legem ex æquitate, & ideò mãdat um, quod tacite inducitur ex parte accipientis pecuniã de mandato alterius, dicitur tacitum & interpretatiuũ. Bart. l. 1. nu. 2. §. de negoc. geſt. in ſpecie Hubertin. in rub. à num. 52. C. de pactis. vnde cum attento vero conſenſu, accipiens non obligetur, non debet haberi reſpectus ad obligationem, quæ præter cõſenſum ex æquitate inducitur per legem. Et notabis, quod vt iſtud mandatum interpretatiuum inducatur, oportet, quod actus fiat per præſentem, aliàs non poteſt induci interpretatiuum mãdatum: vt declarat Bart. l. ſi pecuniam. num. 1. C. de negoc. geſt. Neque dicas, quòd in d. l. qui patitur, qui mandauit pecuniam mutuari, erat abſens, & ideò in eius fauorem non debuit induci interpretatiuum mandatum. l. 1. §. mandati. Nam reſpondetur, quòd cum pecunia fuerit credita quaſi ex mandato illius, & eo modo præſens illam acceperit, virtualis inducitur mutuus conſenſus, ex quo interpretatiuum mandatum inducitur. Ad ſecundam difficultatem reſpondet Bolognet. nume. 121. quod in ſpecie d. l. qui patitur. agitur etiam de obligando actione mandati accipientem pecuniã, & ideò ad inducendam hanc obligationem requiritur acceptio pecuniæ: ſed ſi ageretur de actu mere fauorabili, tuc nõ requireretur acceptio: quod tamen eſt contra generalitatem d. l. qui patitur. Et ideo melius reſpondetur, quòd vt præſens & tacens videatur conſentire, non requiritur receptio pecuniæ, ſed ſatis eſt quòd ille, ad quem directum erat mandatum, illud acceperit, vt quaſi ex mandato recepto incipiat obligari illi, cui ex mandato danda eſt pecunia. Item & ille qui tacite recipit eam obligationem, ab eo tempore tenebitur per interpretatiuum mandatum. l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. §. mãdati. Vt enim quis teneatur ex mandato, ſufficit ſolus conſenſus. l. 1. §. mandati. & ita procedit d. l. qui patitur. quanuis vt poſtea ex mandato efficaciter agi poſsit, oportet, quòd illi ſatisfiat per receptionem pecuniæ: argu. l. qui pecuniam. 30. §. ſi certum petat.
156 † & ita in ſpecie aduertit Hubertin. in rubr. numer. 51. C. de pact. Vnde ex d. l. qui patitur infertur, verum eſſe quod tradit Ruin. in l. 2. numer. 72. ad finem. ʒ. de leg. 1. regulam illam generalem eſſe, & habere locum in quacunque materia:

teria: nam quando accipiendo taciturnitatem pro medio inter consentire, & dissentire, nihil operaretur, necessariò debet applicari alicui extremorum. Bart. hic numer. 21. Quando igitur agitur de fauore, applicatur termino, Consentire, quia id est verisimilius, vt aduertit Alci. l. 2. §. ex his. numer. 38. vers. tertio. ℣. de verbor. obligat. Item infertur comprobatio ad id quod consuluit Alex. consil. 80. numer. 14. lib. 4. Item ad id, quod latè disputando cõcludit Alciat. de præsum. regula 3. præsumptio. 21. à num. 4. Vlterius (non sequẽdo ordinem Bart.) in hac materia quarta sit cõclusio: Si quis sit præsens & tacens in actu sibi præiudiciali, nõ videtur consentire, imò magis dissentire. l. filius fam. 8. §. inuitus ℣. de procurato. Bart. hic numer. 23. receptus, vt asserit Iason hic num. 99. Panor. c. non iniuste n. 7. de procurato. & Socin. Iunior consil. 109. numer. 42. lib. 3. Recipit tamen hæc tertia cõclusio tres notabiles limitationes. Prima est, nisi quis sit presens in iudicio, & taceat per cõtumaciam: vt quia interrogatus per partem, vel iudicem, non vult respondere: nam tunc contumax habebitur pro consentiente, vel dissentiente, prout ei fuerit magis nociuũ: nam in odium contumaciæ, semper interpretatio illi nociua admittenda est: & ita Bart. hic nu. 21. per tex. l. de ætate. §. qui tacuit. ℣. de interrogator. actio. & cõmuniter recipitur hæc declaratio: vt hic asserũt Alex. n. 27. Iason nu. 69. Claud. nu. 18. & hanc esse cõmunem theoricã DD. asserit Faber. §. sequens. nu. 6. Instit. de actio. & illam probat Panor. c. vestra. ad finem. de locato. & c. 1. numer. 6. de postulat. prelato. Roman. consil. 455. nu. 3. Hippolyt. l. de vnoquoque. num. 220. ℣. de re iudicat. & exornat Felin. c. cum omnes. numer. 11. ad finem, de constit. Bolognet. hic nume. 120. Sed est aduertendum, prædicta non bene adaptari ad conclusionem de qua supra, in qua agitur de præsumpto consensu, & in limitatione tractatur de interpretatiuo consensu inducto in odium contumacis. ¶ Item quòd neque prædicta limitatio videtur vera: nam aduersus eam vrget l. si filius. 13. ℣. de interrogat. actio. vbi filius qui se abstinuit ab hæreditate paterna, si expresse dicat se hæredem esse, tenetur creditoribus, quia videtur reuocasse abstensionem: & tamen si interrogatus tacuit, non habebitur pro cõfitente, neque â creditoribus conueniri potest, quasi reuocauerit abstensionem. Sed his non obstantibus, non est recedendum à communi traditione. Si igitur hęres interrogatur ad requisitionem illius, qui eo non existente hærede, prætendit succedere, contumax habebitur pro negante, quia hoc magis nociuũ est contumaci: & magis proficuum interroganti. l. sicut. cum glos. C. de repud. hæred. Si verò interrogetur per creditores, quorum interest eum hæredem esse, tunc contumax habebitur pro confitente, quia hoc est eis magis nociuum, & magis proficuum interrogantibus. l. fina. ℣. de interrogatio. actio. Neque obstat tex. d. l. si filius. 13. ℣. de interrogat. actio. quia & in eo tex. filius, qui se abstinuit, & per contumaciam interrogatus tacet, habebitur etiam pro confitẽte se hæredem esse: sed propter hoc non censebitur reuocare abstensionem: imò potius aduersus istam tacitã confessionẽ poterit vti iure abstinẽdi: prout & eo vti potest, quando reuera hæres est ex dispositione legis. §. sui. Instit. de hæred. qualitat. & differentia. Aliud igitur esset dicendũ in hærede extraneo: nã si is fuisset contumax, haberetur pro confitẽte, & sic cum effectu conueniretur per creditores: quia dicenti ficte se esse hæredẽ, non potest amplius competere eius repudiandi. l. sicut. C. de repud. hæred. Vnde colligas, fictã confessionẽ minus nocere quàm veram confessionem: nam per veram inducetur reuocatio iuris abstinendi; non sic per fictam. d. l. si filius.

157

qua si



quasi ficta tantùm faciat, eum haberi pro hærede simpliciter, non autem pro hærede, qui reuocauerit ius abstinendi. Item colligas intellectum ad l. de ætate. §. qui tacuit. ℣. de interrogat. actio. vbi quiper contumaciam tacet, habetur pro negante se hæredem esse, vt sic in solidum teneatur: nam imò videbatur dicendum, quòd debuit haberi pro cõfitente se hæredem esse, vt sic per creditores conueniri posset. Sed respondendum est, quòd aut quis re vera est hæres, & tunc si contumax sit, habebitur pro negante se hæredem esse; quia hoc est ei magis nociuum, & magis proficuum interroganti: † quia tunc propter mendacium in solidum tenebitur creditoribus, vt est expressum l. voluit. 4. & d. l. de ætate. §. si cum esset. ℣. de interrogat. actio. Si autem ille non esset hęres, tunc habebitur pro confitente se hęredem esse, quia hoc erit ei magis nociuum, iuxta supra tradita: & ad hunc modum est explicandus Bald. l. sicut. numer. 6. C. de repud. hæred. Et tenebis menti, quòd licet contumax habeatur pro confitente quoad proprium pręiudicium, tamen actus, qui requirit verum consensum pro sui validitate, non ob id efficietur validus, cum reuera deficiant requisita substãtialia. Panor. c. in causis. numer. 3. de electio. Felin. c. cum omnes. numer. 12. ad finem. de constit. Claud. hic numer. 18. Item secundò limita prædictam conclusionem, quando vltra taciturnitatẽ, interueruenit aliquis actus positiuus ex parte tacentis: nam tunc etiam in præiudicialibus pręsumetur consentire. Hoc colligitur ex l. filius fam. 8. §. inuitus. ℣. de procurato. vbi si quis constituatur procurator, & taceat, non videtur consentire: & tamen si recipiat literas mandati, & taceat, videbitur consentire. Clemen 1. de procuratotib. idem probat. c. cum virum. de regularib. & ibi Panor. 4. notab. Confirmat Tellius l. Tauri. 12. numer. 18. Similiter & quando agitur de aliquo personaliter obligando, præsens & tacens non videtur consentire. vt argument. d. §. inuitus, tradit Bart. hic numer. 23. & tamen si præsens recipiat literas, in quibus agitur de eo obligando personaliter, si taceat, videtur consentire. l. si filius. 18. ℣. ad Macedon. notat Bart. l. quo enim. §. 1. ad finem. ℣. rem ratam haberi. Panor. c. non iniuste. numer. 7. de procurato. Iason hic numer. 91. & consil. 47. numer. 2. lib. 1. Et quanuis Cror. l. non solum. §. morte. numer. 95. ℣. de noui oper. post Paul. neget, dictam l. si filius. probare prædictam conclusionẽ, & idem contendat Deci. c. cum. M. numer. 23. de constitutio. tamen bene probat, vt ostendunt Anton. Rub. d. §. morte. numer. 262. Alciat. l. detestatio. numer. 51. ℣. de verbor. significat. Vnde notabilẽ & quotidianam cautelam ex prædictis collegit Matthes. sing. 22. Cæpolla caute. 9. quos sequitur Iason hic nu. 92. & consil. 47. num. 2. lib. 1. Deci. consil. 430. in fine, & cõs. 632. n. 16. Ripa l. admonendi. num. 139. ℣. de iureiurã. Gozadin. consil. 26. nume. 6. Hippolyt. sing. 334. Exea de pactis. numer. 52. & latè exornat Menoch. lib. 2. de arbitrariis casu 23. & Anton. Gabriel lib. 1. communium. tit. de præsumpt. conclusio. 2. Quibus adde, idem esse in audiente nuntium alterius & tacente, † nam eadem ratio militat, quæ in recipiente literas alterius. Bald. l. 1. col. 2. ℣. mandati. Item procedere, non solùm quando in literis continetur, quod recipiens aliquid soluat tanquam debitor, vt contingit in specie. l. si filius. ℣. ad Macedonian. sed etiã quando in literis continetur aliquid grauosum, & præiudiciale recipienti. d. Cle. 1. de procur. & aduersus Alciat. in rub. nu. 8. ℣. de verb. obligat. obseruat Hube. in rub. numer. 72. C. de pactis. Denique quòd licet d. l. si filius. & d. Cle. 1. exigãt, quòd recipiens literas, statim cõtradicat,

158

159

ne aliàs videatur consentire:id tamen intelligendum est, dato aliquo spatio ad deliberandum,iudicis arbitrio: argume. l. quod dicimus. ʒ. de solutio. Alciat. l. detestatio. numer. 52. ʒ. de verbor.sign. Menoch. lib.2. de arbitra. cap. 23. ad finem: & ad hunc modum est explicandus Cępolla caute.9. ad finẽ. Tertia limitatio.sit,vt conclusio procedat, quando agitur de obliganda persona præsentis, & tacentis:neque enim quoad hunc effectum præsumetur consensus.l. filius fam. 8. §.inuitus.s̃. de procurato. Sed si agitur de iure reali, tunc distinguẽdum est,quod si præsens & tacens potuit impedire, ne ille actus fieret in præiudicium sui iuris realis, & tacuit, videtur consentire, argumento legis penultimæ. ʒ. de re iudicat. & tradit glos. l. Gaius.39.s̃.de pigno.actio. Bart.hic nu. 23. & asserit receptum Iason numer.76. & l. si fundum per fideicommissum.nu. 7.ʒ. de leg. 1. Alexan.l.liberta.nume.9.ʒ. eod. Et ex prædicta resolutione infertur, quòd si videat rem suam hypothecari,& taceat, videtur in ea hypotheca consentire, quia in manu eius erat impedire eã hypotheeam,protestando, quod illa res erat sua, & non hypothecantis. l. 1. C. si res aliena pignori.l. si aliena res .20.s̃.de pigno.actio. & in specie videtur tex.l. si deiussor. 26. §. 1. & ibi glos. s̃. de pigno. Et asserit magis receptum Negus. de pignorib. 4. memb. 2.partis. numer. 152. ad finem. Curt. Iunior. l. cum proponas filios.nume.4.C. de pactis. Infertur etiã, quod licet si præsens sim & taceam,quãdo alienatur fideicommissum mihi relictum sub conditione, non videar consentire,quia illius alienationem prohibe
160 re non poterã. † l. fina.§. sin autem sub conditione.C.communia de legatis. Et resoluit Crot. l.filiusfam. §. diui.numer. 148.ʒ. de leg. 1. Iason l. cum proponas filios.num. 10.& ibi Deci. nume. 4.C. de pact. Alexand. consil.8.num.5. lib.5. Tiraquel.lib.1.retract.§.1. glos.9. num. 54. tamen aliud erit, si fideicommissum putũ alienetur,& ego sim pręsens & taceã, quia videbor consentire,quia repugnando poteram illam alienationem prohibere.l. fina.§.sed quia. C. communia de legatis. Crot. vbi supra numer. 149. Iason dicta l. cum proponas filios. numer. 11.Padill. l. quoties ab omnibus. nume. 5. ad finem. C. de fideicommis. & alij, quos refert Tellius l. Tauri. 12. num. 18. Nihilominus circa prædicta aduertendum,est primò,quod illa traditio,quòd ille, qui poterat prohibere actum & tacuit,videtur consentire,non videtur vera,& eam impugnat Bald. l. si sciens col. fina. C. ad Velleian. & magis esse receptum asserit Bolognet. hic numer. 125. Et vrget pro hac sententia, quia regula generalis est,quòd præsens & tacens nõ videtur consentire in sibi præiudicialibus.l.filiusfam. 8. §. inuitus. s̃ de procurator.Ioann.Andr. c. is qui tacet de regul.iuris in 6.Panor .c.non iniuste.num. 7.de procurato. Quæ regula pariter militat, siue agatur de obliganda persona, siue agatur de præiudicio iuris realis: ergò vtroque casu locum habere debet:& in specie ita arguit Felin.c.non ne.num. 13.ad finem de præsumptio. Gomez. §. item Seruiana.nume.25.Instit. de actio. & est bonus tex. l.Sabinus.28.s̃.cõmun. diuidund.& ibi notat gloss. verb. poterit. Et tenendo hanc sententiam, non obstabit regula tex. l. penult. ʒ.de re iudicat.quia vt ea regula procedat,tria copulatiue requiruntur. Primò, quòd detur scientia illius cui debet nocere sententia. Secundò,quòd ei ius agendi primo loco competeret,& passus est alium agere. Tertiò,quod in iudicio agatur de dominio,& iure authoris,à quo sciens & tacens ius habet:altero autem ex his deficiente, non habet locum ea regula, vt eleganter tradit Carol. in consuet.Paris. §. 31. nu. 18. & Couarub.practica. c.13. n.7.& ante eos Bal.l. si fine. col.fin C.ad Velleiã. Planè licet in terminis cõmunis resolu-



resolutione prima duo requisita possint verificari, non tamen tertium, & ideo de ea regula non bene arguitur ad nostram materiam. Item regula d.l.sæpe. procedit, quando patior alium agere in iudicio, nam tunc facilius præsumitur consensus. l. cum ostendimus. §. fina. ʒ. de fide iussor. tuto. Bart. l. 1. C. de relatio.& ad hoc reducendus est Bolognet. hic numer. 126. Inde igitur inferri non potest ad nostram materiam, in qua quis consentit extra iudicium aliquid agi in re sua, quod poterat prohibere: indistincte enim non debet præsumi consensus, † vt probat d.l. Sabi-
161 nus. 28. adiuncta glos. verb. poterit. s̃. commun. diuidund. Ex quo consequitur, & illationes supra factas ex prædicta communi resolutione tutas non esse: nam etsi ego præsens sim, quando alius hypothecæ subijcit rem meam, non obid videor consentire: quia glos. communiter recepta d. l.Gaius. fatetur, quòd si ego sim præsens & taceam,dum venditur res mea, non videor consentire. d.l. Gaius.39.s̃. de pigno. action. l. Titia cum testamento. 35.§. Lucia.ʒ. de leg.2. & est recepta traditio, vt asserit Iason hic numer. 95. Curt. Iunior. consil.34.nume.5. Menoch.consil.98. num.70. lib. 1. Tiraqu.lib.1. retracta. §.1. glos.9. num.147.&prosequitur Baeça tract.de non meliorand.filiab.cap.10. à.num.80. Ergo idem recipiendum est, si ego sim præsens hypothecæ tei meæ: nã ratio differentiæ considerata per glo. &DD.d.l.Gaius.tuta nõ est:dicũt enim, quòd dominus præsens non potest impedire, quominus res sua validè per aliũ vendatur.l.rem alienam.s̃. de contrah. emptio. & tamen dominus potest impedire, ne sua res validè hypothecæ subijciatur.l. 1. C. si res aliena.pigno. nam si bene aduertas,imò vtroque casu eadẽ militat ratio:nã & in venditione rei alienæ, ea non valet in pręiudiciũ domini, quo minus eam vendicare possit,& tantùm censetur valida quoad præiudiciũ vendentis, qui re euicta per dominum, tenetur de euictione. Item quoad præstandam causam vsucapiendi emptori. l. clauibus. s̃. de contrah. emptio. l. 2. C.de rebus alienis. Quod etiam locum habet in hypotheca rei alienæ; nam quamuis ea non constituat ius reale in præiudicium domini.dicta l. 1. C. si res aliena pignori. obligat tamen debitorem dantem hypothecæ rem alienam, vt cõueniri possit contraria pignoratitia actione. l. tutor. 16. §. 1.s̃. de pignorib. Item & præstat emptori vsucapiendi titulum. l. si ab eo.18. s̃. de pignorib. adiũcta.l.1. C. si aduersus credito. præscriptio. ergo datis paribus terminis in utroque casu eadem est ratio; vt in specie aduertunt Alexan.hic nume.28.Claud.
162 nume.22. † Præterea & pro hac sententia videtur tex. l. 2. C. si res aliena. pignori. vbi mulier non videtur consentire in hypotheca rei suæ; nisi quando per fraudem dissimulauit: ergò cessante dolo; licet sit præsens,non videtur consentire: quod ita per illum tex. verius & receptius esse resoluunt Alexan. hic nume. 28.Claud. nu.22. Bolognet. num.122.& nume.125.Gomez.§.item Seruiana.nu. 24.Instit. de actio. Gãma decisio.245. numer.3.Neque repugnat tex.l. si fideiussor.26.§. 1.s̃. de pignorib. nam ibi non solum filius fuit pręsens & tacuit, sed etiam hypothecæ quæ de re sua fiebat per patrem,propria manu subscripsit,propter quod in ea videtur consentire:argum. l.ex sententia. ʒ.de testa. tutela. l. non putauit. §. si quis sua manu. ʒ. de bonor. possessio. cõtra tab. Bolognet. hic numer. 125. ad finem. & Claud.numer.23. Prout & ille qui actui præiudiciali subscribit, vel sigillum apponit, videtur consentire.l.sicut.§.nõ videtur.s̃.quib.mod.pignus.l.2.C.de reb. alien. non alienan. Bart. hic nu. 26. latè Tiraq.lib. 1. retract.§.1. glos.9.n.157. Aliud igitur erit, si tantùm sit præsens

&taceat,vel etiam se subscribat vt testis, quia tunc tantùm videtur confiteri, se fuisse præsentẽ in eo actu,non tamen ob id in eo videtur consentire.l. Gaius.39.ſ. de pigno.actio. & l. Titia cum testamento.35.§. Lutia.ſ. de leg. 2. Pariter etiam & ex prædictis videtur corruere secunda illatio,quòd præsens alienationi legati puri,censetur consentire : nam in primis Curt.Iunior. l. cum proponas filios. num.4 C.de pactis,aduertit,hanc illationem esse contra receptam traditionem, glos d.l. Gaius.quòd qui præsens est venditioni rei suæ,non videtur consentire. Sed ab hoc arg.facilè illatio defendi potest,si consideres,præsentem non posse prohibere, quòd res sua validè vẽdatur. l.rem alienam.ſ. de contrah. emptio. & ideò non videtur consentire, sed legatarius præsens alienationi rei legatæ, potuit impedire,ne ea alienatio validè fieret:quia lex specialiter eam alienationẽ nullam reddit.l.fin. §. sed quia. C. communia de legatis.Melius ergo improbabitur ex supra resolutis ,quòd etiam si ego præsens sim,& potuerim impedire, ne ille actus validè fiat,non ob id videor consentire. Pro concordia tamen opinionũ noue videtur distinguendum cũ Bald. c.1.n.5. de prohibit.feudi alien. per Lo
163 tharium.† quòd aut quis me præsente vẽdit rem meam tanquam meam, & meo nomine, & tunc præsens videor consentire,quia alia non potest sumi coniectura:& in hac specie propriè procedit ratio glos.d.l. Gaius. quòd videor consentire,quando potui prohibere actum, ne fieret:nam possum sine dubiò prohibere,ne quis rem meam vendat meo nomine:sed si quis me pręsente vendat rẽ meam tanquã suam, & suo nomine,tũc indistincte tacendo,non videor consentire:neque enim verificatur prædicta ratio,quòd potuerim prohibere, ne quis suo nomine vendat rem meam tanquam suam.d.l. rem alienam.ſ. de contrahen. emptio. Et quia magis debeo videri tacuisse, quia sciebam ius meum durare, vt aliàs tradit Iureconſ.l. ficut. §. non videtur.ſ.quib.mod.pignus.& exornat Socin. Iunior consil. 106. à numer. 41.lib. 3. Ex qua concordia infertur primò declaratio ad primam illationem supra relatam,quòd si præsens sim in hypotheca rei meæ ,videor consentire. Nam dicendum est,id verum esse,si patiar hypothecari rem meam tanquam meam, pro alieno debito : si verò patiar, quem rem meã hypothecare tanquam suam, non videor consentire,per tradita supra. Infertur secundò vera explicatio ad tradita per Bart.hic nume. 23.dum facit differentiam in hac materia inter ius personale,& reale: nam exprædictis dicendum est:quòd quando agitur de obligatione personali,non præsumitur consensus.l.filiusfam. 8.§.inuitus.ſ. de procu. quia respectu obligationis personalis, non potest cadere distinctio de qua supra:sed semper fit actus nomine facientis. Quãdo autem agitur de iure reali,potest locum habere distinctio,de qua supra; secundùm quam determinabitur, quando sit præsumendus consensus,vel dissensus. Tertiò infertur resolutio ad secundam illationem supra relatam,quãdo legatarius patitur rem legatam alienari: nam est dicendum, quòd si vendatur res legata nomine legatarij, videtur consentire, aliàs secus.Illa tamen est differentia inter venditionem rei legatæ, & alterius rei alienæ, quòd primo casu titulus non est sufficiens ad inducendam præscriptionem : quia specialiter irritatur per legem.l.fina.§.sed quia. C. communia delegatis, vnde succedit regula l. nullo.C. de rei.vend.ac ideò necessaria est præscriptio longissimi temporis.l. fina. §. sin autem sub conditione.C. communia de legat. Sed ex alienatione rei alienæ, quia mero iure valet venditio.l. rem alienam. ſ. de contrah. emptio. ex ea tribuitur titulus idoneus ad præscribendum. l. 2. C. de rebus



bus alien. Infertur quartò explicatio ad
164 glos. l.in adoptionibus.ſ. de adoptio.† dum sentit, quòd licet filij legitimandi consensus sit necessarius ad validitatem legitimationis.auth.quib.mod. natural. efficiantur sui. §. generaliter. colla. 7. tamen si filius sciat legitimationem impetrari per patrem, & non contradicat, videtur consentire:ex tollit Roma.sing. 588. Iason hic numer.70. & l.2. §. voluntatem. numer.4.ſ. eod. Boeri decis. 160.in fine.& plures relati per Tellium. 165 l.Tauri.12.numer. 15. vers. contrariũ. Menoch. cons. 19. numer. 23. lib. 1. Contrarium tamen,imo in his terminis non sufficere solam scientiam filij legitimandi, ad præsumendum consensum, nisi & illud accedat, quòd præsens sit impetrationi legitimationis, post multos tenet Costa.l. Gallus. §. & quid si tantùm 2. parte.numer. 123.Cui addendus est Exea de pactis. num.17. Veritas huius controuersiæ pendet ex eo ; vtrũ actus legitimationis censeatur fauorabilis filio,vel præiudicialis?nam si censeatur fauorabilis,sola scientia sufficiet ad præsumendum consensum.l. qui patitur.ſ. mandati.si autem censeatur præiudicialis,inducetur regula. l. filiusfam. 8. §.inuitus.ſ. de procurato ? In hac igitur quæstione Angel.consil. 64.numer. 8.& Iason hic num. 70. pro constanti tenẽt, censeri actum fauorabilem filio. Contrariũ tamen, imò cẽseri actum præiudicialem filio, quia per illam transit in legitimantis potestatem,tenet Aretin.l. Gallus. §. forsitan. col. 4. ad medium, & l. qui absenti,in princ. num. 4. ſ. de acqu. possessio. Sed verior est prima opinio. Cum enim legitimatio tollat maculam spurietatis,& faciat filium regulari ad instar legitimi.auth.quib. mod.natural.efficiãtur sui.§. reliqui colla. 7. habito respectu ad id quod magis in ea præponderat, censebitur fauorabilis:argum. l. quæritur .ſ. de statu hominum,nisi constet de contrario, scilicet, quòd legitimatio plus afferat incommodi legitimato, quàm commodi. Socin. consil. 195. col.penul. ad finem.lib.2.Menoch. consil. 19. numer. 2. lib. 1. Idque sine dubio procedit in Regno Portugaliæ: nam per legitimationes quę in eo Regno conceduntur,non transit legitimatus in potestatem patris legitimantis, sed tantùm tollitur macula, & redditur habilis, vt pater possit ei relinquere ex bonis suis quod velit.Iuxta hæc igitur re soluendum est,† quòd cum agatur de re fauorabili, ex scientia præsumetur consensus,etiam si in consequentiam resultet illud præiudicium, quòd transeat in potestatem legitimantis, vt probatur.l. qui patitur.18.ſ. mandati,secundùm intellectum de quo supra,& in specie Tellius.l. Tauri. 12.numer.17.Quod etiam ex eo videtur admittendum , quia cum legitimatio impetretur nomine filij, si sciat , & non contradicat, videtur consentire,cum in eius manu sit prohibere, ne legitimatio fiat suo nomine, vt supra diximus. Infertur quintò annotatio ad tradita per glos. fina.l. certi iuris. C. de locato. dum concludit, quòd si res alienæ domino sciente sint inductæ in domum locatam, veniunt sub tacita hypotheca;quasi dominus sciens in hoc consensisse videatur : & hanc esse communem opinionem asserit Negus. de pign. 4. memb. 2. partis.numer. 152. Contrarium tamen, imò esse communiter reprobatam,resoluit Gomez.§.itẽ Seruiana.nume. 24.Instit.de actio. Sed ex prędictis dicendum est, quòd si ego induxi in domum conductam res alienas tanquam tales, tunc procedat opinio glos. quia potuit dominus prohibere, ne res suæ inducerentur quasi suo nomine ; si ergo id non fecit,videtur consentire,iuxta supra tradita:& in simili tradit Guido Pape decisio. 173. ad finem, dummodo patiatur illas induci, vt perpetuò ibi essent, id est,durante tempore locationis :argum.l.1. C. de verbor. significat.

& in specie post Paul. tradit Aflict. decisio. 184. à numer. 2. Si autem dominus patiatur res suas induci tanquam proprias inducentis, non videbitur consentire, per tradita supra. Vltimò ex supra dictis infertur intellectus ad l. 2. C. si res aliena pignori, vbi tex. videtur probare, quòd si quis patiatur rem suam hypothecari, non ob id videtur in hypotheca consentire, nisi fraus patientis probetur: quem tex. esse expressum pro hac parte, neque ei absque manifesta violentia responderi posse, dicit Alexan. hic nume. 28. Ego tamen aduerto, quòd vt constat ex superscriptione, lex illa fuit directa ad Latinam, & sic ad fœminam, cui competebat exceptio Velleiani, quæ consensit rem suam hypothecari pro alieno debito; dolus igitur requiritur, vt mulier excludatur à beneficio Velleiani: quia illud mulieribus deceptis, & non decipientibus concessum est. l. 2.
166 in fine. §. ad Velleian. † Et hac ratione l. si fine. 5. C. ad Velleian. & l. mulier. 11. C. de distract. pigno. requirunt dolum mulieris, vt excludatur à beneficio Velleiani: prout ea iura interpretatur hîc Bart. à nume. 23. Secundùm quam considerationem tex. ille retorquebitur aduersus Alex. & sequaces: nam videtur sentire, mulierem præsentem, quando maritus hypothecauit res mulieris, videri consentire in hypotheca: ita vt mero iure hypotheca consistat, & ei necessaria sit exceptio Velleiani, à qua excludetur, si dolus eius probetur. Sed ex præ
167 dictis dicendum est, quòd si maritus hypothecauit res vxoris tanquam illius, ea presente & tacente, mero iure valebit hypotheca: quia tunc videtur prestare patientiam, vt res suæ hypothecentur pro debito mariti, & ideò mero iure valebit hypotheca: competet tamen exceptio Velleiani, quia hoc casu dolus in muliere considerari non potest. l. si fine. in secundo casu, & ibi Bald. & Sall. & l. si sciens. C. ad Velleian. l. mulier. 11. C. de distract. pigno. Si verò maritus hypothecauit res vxoris tanquam proprias, tunc iuxta supra tradita dicendum est, vxorem non videri consentire in hypotheca, & ideò hypothecam mero iure non subsistere, nisi constet, in fraudem creditoris dissimulasse rem esse suam: nam tunc vt dolus non remaneat impunitus, valebit hypotheca mero iure propter consensum interpretatiuum: nam hoc casu considerat lex in odium dolosi hanc hypothecam, quasi factam de eius vero consensu. l. 2. C. si res aliena pignori. & ibi Bald. & Salice. d. l. si fine. & ibi Salice. numer. 2. in fine. C. ad Velleian. Soc. regula 391. numer. 4. Bald. l. suus. in fine. C. de repud. hæred. Bolognet. hic nume. 132. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. glos. 9. num. 156. & seq. & Roman. hic numer. 53. Neque eâdem ratione aduersus hunc interpretatiuum consensum concedetur exceptio Velleiani, iuxta rationem l. 2. in fine. §. ad Velleian. & ita expresse Petrus. l. 2. in fine. C. si res aliena. & ibi Cyn. & Albe. Ad complementum autem istius articuli videndum est, qualiter dolus mulieris probetur? Et videtur dicendum, quòd si mulier fuit præsens, quando maritus hypothecauit res, asserendo eas esse proprias, & tacuit, videtur pro dolum dissimulasse: ita clare videtur sentire tex. l.
167 si fine. C. ad Velleian. † & ibi notant Bald. in princ. & Salic. numer. 3. Idem colligitur ex l. mulier. 11. C. de distract. pigno. & ibi Bald. & Salice. & idem colligitur ex l. 2. C. si res aliena pigno. & & ita secure Iason hic num. 80. & l. cũ proponas filios numer. 10. ad finem. C. de pact. & ibi Curt. Iunior. nume. 5. Ripa l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 83. ad medium. ff. de verbo. obligatio. Gamma decisio. 321. in fine. Et fuit opinio antiquorum, quos retulerunt Cyn. & Albe. ad finem. 2. C. si res aliena pignori data sit. facit l. rectissimè. 14. in fine.



in fine. & l. imo. 16. in fine. ff. de lib. causa, vbi in dolo esse dicitur, vel qui falsum asseruit, vel qui sciens non admonuit emptorem: idem colligitur ex tex. l. Titium, & Mæuiũ 48. §. tutores. ff. de administrat. tut. l. 1. §. final. §. de actionibus emptio Sed cauendum est, quia in contrarium est authoritas glos. penult. l. 2. C. si res aliena pignori. quæ sentit, ex sola præsentia & taciturnitate mulieris, dolum non esse præsumendum: atque ob id alleganti dolum, incumbere onus probandi, iuxta regulam l. quoties. §. qui dolo. §. de probation. Et quia magis credendum est tacuisse, quia sciebat ius suum durare. l. sicut. §. non videtur. §. quibus mod. pignus. quam glos. sequuntur Petrus, & Cynus. l. 2. & ibi Baldus, Angel. & Salicet. Inuenio, quòd Panor. c. non ne. col. penu. ad medium de præsumptio. quem ibi sequitur Felin. numer. 13. concordat opiniones, quòd aut præsens, & tacens potuit consensu suo impedire contractum qui fit super re sua (vt hypothecam) & tunc tacendo videtur consentire, vt tenent antiqui, quos retulerunt Cynus & Albe. in fine. l. 2. C. si res alien. pignori. Si autem non potuit impedire contractum: vt quia vendebatur res sua: tunc non præsumitur dolus, sed potius tacuisse, quia sciebat ius suum durare: vt colligitur ex traditione gloss. receptæ. l. Gaius. §. de pignor. actio. Sed non placet hæc concordia, quia differentiam inter venditionem rei proprię & hypothecam supra reiecimus. Item repugnat authoritas glos. penult. dicta l. 2. quæ vult, etiam in hypotheca dolum non præsumi: & aduertit Claud. hic numer. 22. Et ideo verius dicendum est, ex sola præsentia & taciturnitate, dolum mulieris non præsumi, nisi aliter constet de hac fraude. † Ne-
163 que obstant iura adducta in cõtrarium: nam ad primum de l. 2. C. si res aliena pigno. respondetur, quod imo tex. sentit, quòd oportet constare, mulierem dissimulasse in fraudem creditorum; quasi hoc non præsumatur, nisi constet dissimulationem interuenisse in fraudem creditorum, vt ibi expendunt Bald. & Angel. Idem sentit. l. mulier. 11. C. de distract. pigno. ibi: Circunscripsit. quod verbum designat, animo doloso esse dissimulatum. l. exceptiones. §. fina. cum glos. ff. de exceptio. l. item exugit. 17. §. de dolo. quasi debeat constare, mulierem dissimulasse animo doloso: & ita etiam potest intelligi. l. si fine. 5. C. ad Velleian. Neque etiam obstat l. rectissime. in fine. ff. de liber. causa. cum similibus: quia procedunt in illis qui tenentur emptorem instruere: nam si id non faciant, præsumentur esse in dolo. l. dolus. §. mandati. Quæ tamen obligatio, non inuenitur imposita tertio, cuius res venditur, vel hypothecatur: vt colligitur ex recepta traditione glos. l. Gaius. §. de pignora. actio. Poterit tamen contraria opinio saluari, quando mulier pręsens negauit res esse suas, cùm essent: nam tunc dolus præsumetur ob falsam assertionem. l. 2. C. si minor se maiorem dixerit: tradit Salic. l. cum proponas filios. ad finem. C. de pact. & Crot. l. filiusfa. §. diui. nume. 150. ff. de leg. 1. & in notab. casu Niconicius in rub. numer. 138. §. eod. Item & secundò, quando probaretur, quòd inter maritum & vxorem conuenit, quòd ipsa dissimularet, quando maritus res illius hypothecaret tanquã proprias, tunc enim etiã dolus præsumetur: quod colliges ex l. si fine. 5. C. ad Velleian. Illud certum est, quòd si mulier dissimulauit propter reuerentiam mariti, tunc non præsumetur dolus, neque sua præsentia ei nocebit, iuxta traditionem. glos. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio nõ detur. in specie Bal. l. si fine. post prin. C. ad Velleian. Item, quòd si scientia mulieris contingit post iam factam hypotecam, vel alienationem, tunc non præsumetur consensus, neque dolus: neque enim

enim tunc verificari poteſt, quòd potuit prohibere ne actus fieret. l. in bello. §. factæ. ĵ. de captiuis. Et ideo in hac ſpecie exigitur expreſſa ratihabitio mulieris. l. ab vno. C. de negoc. geſt. l. mater.
169 C. de rei vend. † Bart. hîc num. 25. Ruin. conſil. 95. numer. 9. lib. 4. & Socin. Iunior conſil. 107. num. 39. in fine. lib. 3. Quinta concluſio Bart. in hac materia eſt: Quòd inter coniunctos ex ſola ſcientia præſumitur conſenſus etiam in præiudicialibus. l. ſi ſeruus. 39. s̃. de donatio. inter virum. Bart. hic numer. 22. in fine, receptus vt aſſerit Iaſon numer. 72. & exornat Bolognet. hic numer. 130. qui tamen eleganter addit, id eſſe verum, quãdo agitur dere modica: in quibus ter minis procedit d. l. ſi ſeruus, vt ſupra explicauimus. Limitat tamẽ Bart. niſi con iuncta perſona debeat reuerẽtiam actũ facienti in præiudicium tacentis: tunc enim non præſumetur conſenſus, imò magis cenſebitur tacuiſſe propter metum reuerentialem. l. penul. ĵ. de furtis, & communiter recipitur, vt aſſerit Felin. c. cauſam matrimonij. num. 4. de offic. delegat. & Crot. l. non ſolum. §. morte. num. 101. ĵ. de noui oper. nuntiatio. de quo tamen dicendum eſt, vt reſoluimus l. 2. §. fina. numer. 15. s̃. eod. Vltima concluſio Bart. ſit: Si ineatur contractus ſuper re tertij, & adſit ille, ad quem cura, & ſolicitudine res tertij pertinent, tũc præſens non videtur conſentire. Bart. hic. n. 23. allegat tex. l. 3. cum gloſ. ĵ. de author. tutorum. & communiter recipitur, vt hîc aſſerit Iaſon num. 101. & Bolognet. num. 134. Sed tu aduerte, quòd d. l. 3. ĵ. de autho. tuto. non procedit ea ratione, quia conſenſus tutoris eo caſu non præſumatur, vt præſupponunt ſupra dicti: ſed potius ex eo, quia tutoris conſenſus authorizabilis, debet eſſe expreſſus, & non ſufficit tacitus. Bart. l. gerit. in fine. ĵ. de acqu. hæred. Socin. conſil. 153. num. 1. lib. 2. vnde in prædicto caſu pręſumetur conſenſus, in caſibus, in quibus in domino conſenſus præſumitur: tamen is tacitus conſenſus in tutore nõ ſufficiet, per ſupra tradita, niſi vltra præſumptum conſenſum interueniat aliquis actus poſitiuus, qui faciat conſenſum tacitum æquipollere authoritati præſtandæ, vt explicat Roman. hic numer. 62. Xuarez tit. De las deudas. numer. 26. ad finem, & & ſequ. Tellius l. Tauri. 12. numer. 18. quę notabilia ſunt ad Ord. lib. 1. tit. 67. §. 64. Vlterius, quintò principaliter quærit Bart. hic numer. 24. ſi patiar actum difformem fieri in re mea, vtrùm videar tacendo conſentire? Circa quam quæſtionem aduerte, quòd Bart. vocat actũ
170 informem, id eſt incertum, & nullam certi actus formam continentem: † nam ſupra locutus fuerat quando patior rem meam vendi, vel hypothecari, & ſic quãdo patior in re mea fieri actum, certum nomen & formam habentem. In hac verò quæſtione agitur, quãdo patior fieri actum, nullum certum nomen vel formam iuris habentem, vt hic explicat Vincent. col. penult. poſt princ. Ex Bar. igitur in hac quæſtione prima ſit concluſio: Si præcedat contractus, & ego patiar aliquem ingredi fundum meum; licet is ingreſſus ſimpliciter conſideratus, nullum certum actum præſe ferat: tamen propter præcedentem contractũ videtur contrahens ingredi animo acquirendi poſſeſsionem: & ego tacendo videor in hoc conſentire. l. 2. cum gloſſ. C. de acquren. poſſeſ. l. quædam mulier. cum gloſ. fina. s̃. de rei. vend. Ex quibus colligitur generalis concluſio, quòd vbi præcedit contractus, ille qui ingreditur fundum, videtur ingredi animo acquirendi poſſeſsionem virtute contractus, & dominus ſciens, in hoc videtur conſentire, vt per Socin. conſil. 15. numer. 7. lib. 4. vbi ampliat. Bolognet. hic numer. 135. vbi declarat. Secunda concluſio principalis ſit: Vbi non præcedit contractus, ſi patiar actum informem fieri in re mea, & ex eo magnum præiudi-



præiudicium inferatur, tacens non videtur conſentire. l. penult. ĵ. de furtis: ſi verò modicũ præiudiciũ inferatur, præſumetur conſenſus. l. Sabinus. 28. s̃. commun. diuid. l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. s̃. de peculio. l. Labeo. cum gloſ. ĵ. de aqua pluuia arcend. & communiter recipitur hæc concluſio, vt hic aſſerit Bolognet. numer. 136. Ruin. conſil. 95. numer. 1. & numer. 9. lib. 4. Aretin. l. recuſari. col. 2. ad finem. ĵ. de acqu. hæred. Purpurat. l. cum fundus. §. 1. num. 40. s̃. ſi certum petat. Sed non videtur vera hæc concluſio, cum ſit contra regulam. l. cum de indebito. s̃ de probatio. Neque obſtant iura per Bar. adducta, nã ad primum de d. l. Sabinus. reſpondetur, imò tex. ſentire, quod non habeat ſocius donandi animum: nam quanuis dicat, quod ſi ſocius non prohibuit ſociũ ædificare, nõ poteſt eum cogere, vt ædificium tollat: tamẽ ſubdit, quod per actionem communi diuidundo, poteſt obtinere ſibi damnum reſarciri: quod tamẽ non poſset, ſi videretur conſentire: & ita ibi notauit gloſ. verb. poterit, cum qua omnes. ibi tranſeunt Roman. hic
171 n. 54. † Ad ſecundũ de l. quam Tuberonis §. ſunt quidam. s̃. de peculio. reſpondetur, quod ideò ibi ex ſola domini patientia ſeruus videtur habere peculium, quia ex hoc nullum pręiudicium domino infertur, cum peculium in eius dominio maneat, & poſsit illud ad libitum reuocare: ſed ſi ageretur de aliquo domini pręiudicio, contrarium eſſet dicẽdum. Quare vt ſeruus habeat liberam peculij adminiſtrationem, tex. ille requirit
172 expreſſum conſenſum domini, quia iam tunc videtur agi de aliquo domini præiudicio. Non obſtat tertiũ de l. Labeo. ĵ. de aqua pluuia arcend. quia licet tex. dicat, quod ſi ſciente, & patiente vicino, opus factum eſt, quod poteſt nocere vicino; quòd tunc illi non datur actio aquę pluuiæ: intelligendum eſt quoad effectum, ne opus deſtruatur, tamen poteſt agere ad damnum per actionem in factum, vt in ſimili diſtinguitur in l. Sabinus. s̃. commun. diuidund. per quam dictam l. Labeo. eſſe declarandam tradit gloſ. ibi, quam ſequuntur Bart. & Imol. eſtque tex. notabilis in d. l. Labeo. probans, quod ſi quis ædificat in ſuo, vel alieno, ſciente & patiente vicino, non poteſt vicinus agere, vt opus illud deſtruatur. Paul. ibi, Rauenas ſing. 865. Itẽ quod actio aquæ pluuiæ non habet locum, quando opus factum eſt de conſenſu illius, qui petit opus deſtrui. l. in diem. ĵ. de aqua pluuia arcend. Aymon conſil. 204. numer. 19. Imò neque ſi eo ſciente & patiente, quantũcũque nõ videatur conſentire. Cæterum nihilominus poterit agere vicinus ad damnum, vt conſtat ex ſupra traditis. Vlterius quærit Bart. hic n. 26. vtrùm ſubſcribens actui, videatur conſentire? & concludit conſentire videri. l. ſicut. §. non videtur. s̃. quib. mod. pignus. l. ſi fideiuſſor. §. 1. s̃. de pignor. l. fina. C. plus valere quod agitur. & cõmuniter recipitur, vt aſſerit Bolognet. hic nume. 139. latè Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gloſ. 9. nume. 159. Limitatur tamẽ, niſi ſe ſubſcribat tanquam teſtem: quia tunc ſubſcribendo dicetur aſſerere, ſe fuiſſe præſentem, non autem actum videtur confirmare. l. Gaius. 39. s̃. de pignor. actio. & l. Titia cum teſtamento. 39. §. Lutia. ĵ. de leg. 2. Tiraquel. vbi ſupra numer. 142. Iaſon l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſſogonus. num. 11. ĵ. de verbor. obligat. † declarando vt hic per Roman. nu. 49. & vide Claud. hic à nu. 42. Vltimò quærit Bart. hic à numer. 27. quid de ſigillante? & concludit per ſigillum vederi actum approbare. l. 2. & ibi notat Bald. C. de reb. alien. non alien. & comprobat Deci. cap. tertio loco. à numer. 1. de probatio. In contrarium tamen videtur tex. in l. ad teſtiũ. §. ſi quis

si quis. ex testibus. ℣. de testamentis. vbi vltra sigillũ requiritur, quod pars se subscribat, & ibi notat Bart. in fine. Sed opinio Bart. hic est verior, vt hic per Roma. num. 50. & Alex. nu. 38. & optime comprobat Aretin. l. ad testium. numer. 6. ℣. de testamentis. Neque obstat d. l. ad testium. §. si quis. quia procedit in testamentis, in quibus pro forma requiritur sigillatio & subscriptio: sed extra eum casum sufficit solum sigillum, vt quis videatur approbare actum. Alex. hic numer. 38. & latius Bolognet. nume. 141. Et qualis fides adhibeatur scripturæ habenti sigillum, vide Deci. c. post cessionem. à numer. 7. de probatio. Et hæc satis in materia huius legis.

## SVMMARIA EORVM QVAE TRactantur in interpretatione. l. Titia. 35. ff. Soluto matrimonio.

1 *Referuntur intellectus huius tex.*
2 *Lite pendente super libertate, quando debitores possint conueniri.*
3 *Ordinata lite super libertate, seruus indistincte consideratur tanquam liber.*
4 *Tamen tantum admittitur ad contestandam litem, contra suos debitores.*
5 *Multum interest, quando litigatur super libertate, vtrùm quis sit in quasi possessione libertatis, vel seruitutis.*
6 *Explicatur decisio huius tex. et qualiter procedat.*
7 *Quæ sint præiudiciales actiones.*
8 *Quando tertius oppositor admittatur ad excludendos litigantes.*
9 *Huiusmodi oppositio facit supersederi in primo processu.*
10 *Vtrum præsumatur filium esse in potestate patris?*
11 *Constituitur in hoc differentia inter seruum, & filium.*
12 *Matrimonium in dubio non presumitur.*
13 *Licet pater sit in quasi possessione patriæ potestatis, tamen probationis onus ei incumcumbit, si filius neget.*
14 *Si filius fuit semel in potestate patris, præsumitur in ea perseuerasse.*
15 *Quasi possessio decennalis liberat ab onere probandi eum, cui resistit iuris præsumptio.*
16 *Explicatur l. 1. C. de patria potestate.*
17 *Quis non potest esse emancipatus pro parte.*
18 *Filius potest potest præscribere emãcipationẽ contra patrem.*
19 *Explicatur l. 2. C. de præscriptio. longi temporis, quæ pro libertate.*
20 *Et agitur de intellectu. l. post mortem. 25. ff. de adoptio.*
21 *In emancipatione, quæ solennitates debuerunt interuenire.*
22 *Secularis non cognoscit de causa spirituali incidenti.*
32 *Quando tantum dubitatur, vtrùm sit contractum matrimonium, iudex secularis competens est.*
24 *In hac materia, quando dicetur quæstio iuris vel facti.*
25 *Defenditur communis traditio.*
26 *Qualiter sit intelligendum axioma illud, quòd ex facto ius oritur.*
27 *Agitur de intellectu. c. si iudex laicus de sentent. ex communicationis. in 6.*
28 *Non sufficit quasi possessio clericatus, sed ille plene est probandus coram ecclesiastico, ad quem delinquens fuit remissus.*
29 *Quando secularis potest cognoscere de quæstione facti circa spiritualia.*
30 *Secularis semper potest se informare de causa spirituali, quoad effectum remittendi.*
31 *Et quando sola quasi possessio sufficit ad effectum de quo agitur.*
32 *Agitur de explicatione ordinationis Portugaliæ. lib. 2. tit. 1. §. 15.*
33 *Clerici in minoribus, quando gaudeant priuilegio clerici.*
34 *Et qualiter seculares possint de hoc cognoscere.*

*Et*



35 *Et quid iure nouo in his casibus sit obseruandum.*
36 *Et multa noua in hac materia traduntur.*
37 *Secularis nullo modo cognoscit de causa tangente hæresim.*
38 *Quæ requirantur, vt quis tanquam hæreticus puniatur.*
39 *De quæstione decimarum, quando secularis possit cognoscere.*
40 *Secularis raro potest licite ius decimandi obtinere.*
41 *Decimæ applicatæ principibus secularibus, incipiunt considerari tanquam res temporales.*
42 *Et ideò tunc de illis seculares poterunt cognoscere.*
43 *Aduersus quam resolutionem aliquæ mouentur difficultates.*
44 *Illis tamen eleganter satisfit.*
45 *Quando decimæ in alios transferri possint.*
46 *Laici vtrùm sint capaces percipiendi fructus, qui sub nomine decimæ debentur?*
47 *Elegans assignatur resolutio.*
48 *Laicis succurritur sub nomine violentiæ, quãdo ecclesiastici eos cogunt ad solutionẽ decimarum.*
49 *Crimen vsurarum censetur ecclesiasticum.*
50 *In quo id crimen differat à furto, & homicidio.*
51 *Sacrilegium cur dicatur crimen mixti fori.*
52 *Et vtrùm vsurarum crimẽ inter crimina mixti fori cõnumerandum sit.*
53 *Vbi quæstio iuris determinata inuenitur, secularis poterit eam determinare.*
54 *Quæstionem facti circa spiritualia, potest iudex secularis decidere, & determinare.*
55 *Explicatur Ordinatio Portugaliæ libro. 5. tit. 2. §. fin.*
56 *Apostatata tanquam hæreticus puniendus est.*

# INTERPRETATIO Legis Titia. 35. ff. Soluto matrimonio.

AD Intellectum huius text. præmittendum est, quòd si filia erat in potestate, tempore datæ dotis, & tempore soluti matrimonij etiam est in potestate patris, actio ad repetendam dotem est communis inter patrem & filiam. l. 2. §. quòd si in patris. ℣. eod. cuius exercitium est patris. l. filiusfamiliàs. 8. §. sed & filiafamiliàs. ℣. de procurator. Quòd si tempore dotis datæ erat sui iuris, vel ante solutum matrimonium effecta fuit sui iuris, dotis actio consolidatur in eius persona, & ipsa sola habet ius repetẽdi dotẽ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxoriæ actione. Iuxta hoc igitur præsuppositum, quærit Iureconsult. si pater repetat dotem à genero, quasi actio esset cõmunis, & filia se opponat, quasi sit sui iuris, & ob id actionẽ dotis dicat sibi soli cõpetere: queritur quid sit faciendum? Et respondetur, vt in litera. Ad cuius explicationem aduertendum est, † text. istum duos habere
1 intellectus. Primus est gloss. 1. hîc, quòd pater aduersus filiam asserentem esse sui iuris, implorauit officium iudicis, vt de ea quæstione cognosceret, iuxta. l. 3. §. hoc autem. ℣. de liber. exhibendis. vel intentauit reiuendicationem iure Quiritum, petens declarari, filiam esse in sua potestate. l. 1. §. 1. & ibi gloss. ℣. de reiuendicatione. Pendente hac lite, pater petijt à genero dotem sibi restitui, quasi actio esset communis. Filia se opposuit, allegando dotis actionem suam esse in solidum, quia erat sui iuris: & respondet

Iureconsultus,patrem esse repellendũ, donec probet filiam esse in potestate,& de eius consensu dotem petere. Bartolus tamen in principio hunc glossæ intellectum improbat ex eo, quia si iam lis esset mota super patria potestate, vt is intellectus præsupponit, nõ debuit Iureconsultus respondere, patrem esse repellendum, donec doceat, filiam esse in sua potestate: sed potiùs respondere debuisset, non esse audiendum in hac secunda causa: nam cùm causa intẽtata super patria potestate, dicatur præiudicialis § præiudiciales. Instit. de actionib. donec illa terminetur, in omnibus alijs causis supersedendum est. l. cũ status. 5. C. de ordine cognitionum. l. penultima. §. de noxalibus. & cum Bartoli reprehensione transeunt omnes, vt hîc asserit Alexander num. 1. Cæterùm Bartolus hîc ad finem, & Cumanus numer. 2. gloss. intellectum defendunt, cõsiderantes, quòd regula, quæ dicit, intẽtata actione præiudiciali, omnes alias silere accipienda est, quoad personas inter quas pendet quæstio status. l. 1. C. de ordine cognitionum. gloss. magna. post medium. §. præiudiciales. Institut. de actionib. Sed quoad alias personas diuersas, non cessant actiones, imò illis vti possunt contendentes super libertate. l. ordinata. 24. versiculo, sed si cum alijs. ʒ. de liberali causa. Sed hæc saluatio non est vera: cùm enim incertum sit, cui actio sit competitura, an domino, an verò illi, qui prætendit se liberum? interim deneganda est actio, etiam aduersus veros debitores, vt est text. l. cùm status. 5. C. de ordine cognitionum. & ibi notant Baldus & Salicetus, Iason consilio. 109. numer. 1. libro. 2. Alio ergo modo intellectum glossæ saluant Alexand. hîc numer. 1. Vincentius numero. 8. ad finem. aduertunt enim, quòd illud axioma, quòd pendente causa præiudiciali, omnes aliæ silere debent, debet intelligi in eo sensu, vt super alijs actionibus non feratur sententia, ne illa præiudicet causæ præiudicialis actionis. l. si quis libertatem. 7. §. de petition. hæreditatis. Cæterùm in illis procedi poterit vsque ad conclusionem in causa: neque enim ex hoc præiudiciali causæ aliquod fit detrimentum: & ita glo. l. ordinata. 24. verbo, iudicium. ʒ. de liberali causa. gloss. final. l. lite. 14. gloss. l. si tibi. 31. verbo, contestatione. C. de liberali causa. & ibi Salicetus numer. 4. In hoc ergo sensu saluari potest gloss. intellectus, vt iudex pronuntiet, patrem esse repellendum, scilicèt, ne super actione dotis feratur sententia, donec lis super patria potestate finiatur, & sententia feratur in fauorem patris. Sed neque hæc saluatio placet, quia ratio l. cùm status. 5. C. de ordine cognitionum. euincit, neque in alijs causis vllo modo procedi posse: cùm incertum sit,
2 cui actio sit competitura. ¶ Et ideò ad veram resolutionem aduertendum est, quòd aliquando filius, vel seruus, qui est in quasi possessione patriæ potestatis, vel seruitutis, prouocat ad libertatem: vel è contra ille, qui est in quasi possessione libertatis, reuocatur in patriã potestatem, vel seruitutem, vt hos casus distinguit. l. liberis. 7. §. final. ʒ. de liberali causa. l. final. C. de ordine cognitionum. notauit gloss. penultim. hic. Secundùm quod multum interest, vtrùm lis sit ordinata super causa status, vel adhuc non sit ordinata, vt colligitur ex. l. ordinata. 24. in principio. ʒ. de liberali causa. Ex quibus præmissis, ad propositum nostrum prima sit conclusio: Si ille qui est in quasi possessione seruitutis, vel patriæ potestatis, prouocat ad libertatem, & lis super causa status adhuc non sit ordinata, is neque alium conuenire, neque etiam per alium conueniri potest: & ita significat. l. fin. in prin. C. de ord. cognitio. Et est ratio, quia qui est in quasi possessione seruitutis, seruus esse præsumitur.

cap.



cap. si iudex laicus. de sententia excommunicationis. in. 6. ergo tanquam seruus, nec alios conuenire potest in iudicio. l. seruus. 6. C. de iudicijs. neque per alios conueniri. l. cum seruo. 107. ʒ. de regulis iuris. Qua ratio euincit, vt neque actiones tempore perituras possit intendere, vel super illis litem contestari: quod clarè colligitur ex. l. ordinata. nam tantùm hoc casu eum admittit, quando lis est ordinata super causa status. Item euincit, dominum actiones cõpetentes posse intendere: nam cùm præsumptione iuris eius sit seruus, actiones ex persona serui ei competunt. l. placet. ʒ. de acquirẽd. hæreditat. & sic illis vti poterit, vt colligitur ex mente. l. fin. ad finẽ. C. de ordin. cognition. & in illis procedetur, donec lis sit ordinata super causa status: nam ex tunc in illis superseditur, ne fiat præiudicium causæ status, vt colligitur ex dict. l. ordinata. §. final. ʒ. de liber. causa. Secunda principalis conclusio sit: Si in prædictis terminis lis sit ordinata super causa status, etiam qui ex quasi possessione seruitutis ad libertatẽ proclamat, actiones intendere potest. dict. l. ordinata. in principio. Et est ratio, quia post ordinationẽ litis, consideratur tanquam liber, & extra causam seruitutis. d. l. ordinata. l. lite. 14. C. de liber. causa. l. is autẽ. 12. §. quib. ex causis maiores. l. 1. C. qui dare tutores. notat Bald. l. pen. ad finẽ. C. de iure deliber. & Cassaneus consil. 54. in princ. & ideò tanquam liber audietur in iudicio, & actiones intẽ
3 dere potest. † Quæ ratio euincit, id procedere in quibuscumque actionibus: qd̃ clarè probat d. l. ordinata. ibi: Quasq;, & pro constante tenet Cuiac. lib. 18. obseruatio. cap. 23. Sed contrarium tenet glo. d. l. ordinata. verb. quasque. concludens, quòd tantùm tẽpore perituras potest intendere: expendens ad hoc dict. l. ordinata. versiculo, quid enim. Sed prima opinio verior est: nam si non admitteretur in iudicio ad intentandas actiones, quantumcunque post litem contestatam habeatur pro libero, neque actiones tempore perituras posset intendere: neque enim vlla vrgebat necessitas: quoniam neque actiones temporales poterant periri illi, qui erat impeditus de iure agere. l. 1. §. fina. C. de annali exceptio. Neq; obstat d. l. ordinata. versic. quid enim. non enim fuit mens illius text. restringere generalitatẽ præcedentem, ad actiones tempore perituras: sed ad ostẽdẽdum, iustissimũ esse, quòd ille, qui post ordinatam litẽ habetur pro libero, posset quascumque actiones intẽdere: ostendit, id non solùm iustum, sed & necessarium esse posse, vt in actionibus tempore perituris. Qualiter autem dicatur lis ordinata super causa status, vt eleganter declarat Cuiac. dict. lib. 18. obseruatio. cap. 23. Item euincit, dum pẽdet lis super causa status, illum qui re vera est seruus, id quod acquirit, de facto sibi retinere: quanuis si re, vera seruus sit, quoad ius attinet videatur domino acquiri. l. si cui. 25. §. final. ʒ. de liberali causa. Denique euincit, super prædictis actionibus posse procedi vsque ad conclusionem in causa: & tantùm non feretur super illis sententia, ne præiudicetur causæ status, vt tenent suprà relati. Sed non puto verum, quia imò cùm incertum sit, cui sit competitura hæc actio, non admittetur processus in hac causa, iuxta rationem. l. cùm status. C. de ordine cognitionũ. & in simili Paulus. l. si quis libertatem. columna. 1. versiculo, quinimò. §. de petition. hæreditatis. & Valascus consultatione. 90. numero. 4. sed tantùm potest super actionibus lis contestari, & postquam lata fuerit sententia super causa status, tunc videbitur, vtrùm in ea lite sit procedendum, & cuius nomine: quod clarè significat. l. si tibi. 31. C. de liberali causa. &. l. ordinata. 24. §. sed si quas. ʒ. de liberali causa. Et ad hunc modum

debet explicari d.l.ordinata.versic.sed si cùm dum vult, seruum, qui proclamat ad libertatem, posse indistinctè mouere actiones aduersus alios: nam debet † in-
4 telligi, scilicèt vsque ad litis contestationē, iuxta suprà dicta: & in specie Roman. hìc num. 21. ad finem. & satis colligitur ex mente d.versic. sed si cùm. iuncta glo. verbo. inanis. Et est ratio, quia cùm incertum sit, cui sit competitura actio, interim non debet admitti processus, neque causæ cognitio, iuxta regulam. l. 1. §. si pendeat. s. ad Macedon. Tantùm ergo admittetur litis contestatio, per quā nihil præiudicatur partibus, neque causæ: & potest esse vtilis ad multa. l. non solet. 86. ĵ. de regulis iuris. & notatur. l. 1. C. de iudi. Tertia conclusio in hac materia sit: Si existens in quasi possessione sui iuris, reuocetur in patriam potestatē, vel seruitutem, is etiam ante litem ordinatam potest inducere actiones: nam cùm sit in quasi possessione libertatis, interim quasi liber actiones intendere potest. text. est. l. ordinata. versiculo, sed si cùm. adiuncta gloss. verbo, velit. Ex quo consequitur, super actionibus illis procedi posse, antequam lis sit ordinata super causa status. l. final. in fine. C. de ordine cognitio. nam postquam ordinata fuerit, in illis supersedetur, & si iam sit ordinata, tantùm procedetur in illis vsque ad litis contestationem. d. §. sed si cùm. iuncta gloss. verbo, inanis. Roman. hìc numer. 21. ad finem. & suprà diximus. Ex quo consequitur, quòd quandiu lis non sit ordinata super causa status, dominum ipsum conuenire potest, & super actione procedetur, donec lis ordinata sit super causa status: nam exinde super ea tantùm procedetur, imò & si tunc velit eam de nouo intendere, tantùm super actione lis contestabitur, iuxta suprà tradita. Quod ita colliges ex. l. 1. C. de ordin. cognitio. adiuncta. l. si tibi. 31. C. de liberali causa. Quarta conclusio sit: Lite ordinata super causa status, etiam existens in quasi possessione libertatis, non poterit actiones intendere, nisi contestando litem. & vlteriùs nō procedetur, vt suprà dictum est. Et est ratio, quia lite ordinata, incipit incertum esse, cui actio sit competitura. l. cùm status. 5. C. de ordin. cognitio. vnde locum habent supra tradita. Item quia in causa status, sententia facit ius quoad omnes. l. ingenuum. s. de statu homin. vnde pariter litis ordinatio omnibus prodesse, & nocere debet l. cuius effectus. 148. ĵ. de regul. iur. & in specie probat d.l. ordinata. 24. §. sed si cùm adiuncta gloss. verbo, velit. ĵ. de liber. causa. † Vnde consequi-
5 tur, quòd ante ordinatam litē super causa status, multum interest, vtrùm quis ex seruitute proclamet ad libertatē, vel ex quasi possessione libertatis, in seruitutē reuocetur: nam primo casu nullas intendet actiones, cùm interim pro seruo habeatur. c. si iudex. de sentent. excommunic. in 6. & dictum est in prima conclusione. In secūdo autē casu actiones intēdere potest, & super illis potest procedi, cū pro libero habeatur: ne aliàs aperiatur via fraudibus: vt declarat Iurecons. d.l. ordinata. vers. sed si cū. Sed ordinata lite super causa status, nulla inter prædictos casus est differētia, vt constat ex suprà traditis: & ita eos æquiparat. l. seruū quoq; 33. §. eū verò. s. de procuratorib. Infertur etiam, quòd quando quis est in quasi possessione libertatis, ordinatio litis super causa status, magis ei nocet, quā prodest: nam ante poterat actiones intendere, & super illis procedere, & post litis ordinationē, id tantùm potest facere contestando litē, vt suprà dictum est. Et est ratio, quia cùm post litis ordinationem, incertum sit, cui sit competitura actio. d.l. cùm status. C. de ordin. cognit. in necessariam consequentiā debet impediri processus in actionibus: nam & inductum in fauorem, retorquetur in odiū, quando id venit in necessariam cō sequentiam. l. cū ex oratione. §. fin. ĵ. de ex-



excusatio. tutor. maximè, quia licet eius conditio propter hoc deterior videatur effecta propter litis ordinationē: in alijs multis vtilior redditur, iuxta notata. l. nō solet. 86. ĵ. de regul. iur. &. l. 1. C. de iudicijs. & præsertim in eo, quòd si quis non sit legitimè constitutus in quasi possessione libertatis, vtpotè, quia domino contradicente in ea moratur. l. non videtur. 18. ĵ. de liber. causa. l. vis eius. C. de probationibus. tamen lite ordinata, pro libero habebitur. l. lite. 14. C. de liberali causa. & locum habebunt suprà tradita. Ex quibus conclusionibus ita præmissis iam colligitur vera explicatio ad difficultatem suprà motam Nam intelligendo textum, quòd priùs fuerat mota lis super causa status, vt gloss. intellexit, dicendum est, iudicem debere pronuntiare, quòd cùm ordinata lite, filia censeatur esse sui iuris. dict. l. ordinata. in principio. nō debet pater admitti ad petendam do-
6 tem à genero, quasi interim videatur actione carere: † ac ita locum habeat regula. l. si pupilli. §. final. s. de negocijs gestis. vt est de mente Imolæ hìc num. 1. ac ita Bartolus bene intellectus gloss. videtur reprobasse. Nisi eā salues, quòd verba huius tex. Quòd pater sit repellendus, donec lis super causa status finiatur: sunt accipienda in eo sensu, vt pater nullo modo sit audiendus, donec super causa status sententia in eius fauorem feratur, vt hìc tradunt Paulus num. 2. Vincentius numero. 8. ad finem. Quod si filia velit agere aduersus maritum, tunc cùm per ordinationem litis habeatur pro libera, & sui iuris, audienda fuit in iudicio. gloss. penultima. hìc, Imol. num. 1. & Cumanus numero. 2. scilicèt contestando litem cum marito, iuxta suprà tradita: non autem vlteriùs procedetur ob rationem. l. cùm status. 5. C. de ordin. cognition. Et hæc de primo huius tex. intellectu. Succedit igitur secundus, quòd in hoc text. nulla mota fuerat lis inter patrē & filiā super causa status, sed post solutū matrimoniū pater repetebat dotē à genero, quasi actio esset cōmunis: filia autē oppositit se, allegando se esse sui iuris, ac ita in persona eius actionē esse consolidatam, iuxta l. vnicam. §. videamus. C. de rei vxoriæ actione. Quæritur igitur in hac controuersia, quæ sint partes iudicis in pronūtiando? Et respondetur, vt in litera habetur: & ita intellexit Bart. hìc post princ. &. l. si quis libertatē. nu. 1. s. de petitio. hæred. & omnes admittūt, tanquam literæ magis cōueniētem. Addendo tamē, ꝙ si in his terminis filia erat in quasi possessione sui iuris, vt intellexit glo. 1. & pen. hic, sine dubio verū est, patrē nō esse audiēdum super petitione dotis, cū propter quasi possessionē sui iuris, in qua filia erat constituta, constet, patri actionē dotis nō cōpetere: ipsa ergo filia magis admittēda esset ad petēdam dotē, declarādo vt suprà. Quòd si è cōtra filia esset cō stituta in quasi possessione patrię potestatis: quia tunc pater haberet fundatā intētionem ex quasi possessione, & filiæ contrariū dicenti incūberet onus probādi. l. liberis. 7. §. fin. ĵ. de liber. causa. glo. 1. & pen. hìc: tunc pater audiēdus esset super petitione dotis, donec lis esset ordinata super causa status: nā tunc in actione dotis esset supersedēdū, iuxta suprà tradita. Ex hoc autē secūdo intellectu ita explicato, primò colliges vltra alios, verum exēplū actionū præiudicialiū, quarū fit mētio. §. præiudiciales. Inst. de actio. nā dicēdum est, illis locum esse, quando intēdit principaliter alia actio, & quis opponēdo proclamat ad libertatē: nam tunc dicetur propriè actio præiudicialis, † quia
7 proponitur ad modū exceptionis. l. generaliter. ĵ. de exceptio. neq; in ea prætēditur aliqua condēnatio, sed magis exclusio illius, qui primam actionē intēderat: nam si principaliter agatur de ipsa libertate, tunc non dicetur actio præiudicialis, sed magis iudicium liberale, siue causa

causa liberalis, vt eleganter explicat Ræuardus tractat.de præiudicijs. cap. 12. quidquid aliter declaret Alciat.c. quod sedem.de offic. ordinar.num.48. Et ad prædictum modũ est explicãdus Theophilus.§.præiudiciales.Inst. de actio.quãuis diuerso modo eum explicet Duare. lib.2.disputat.cap.2.& Cuiac.lib.18 obseruatio.cap.23.& alio etiam modo Robertus lib.1.sententiar.cap.13.& Lorio. de consanguinitate.axio. 6. & Corrasi. lib.2.miscellan.c.5. Item & secundò ex text.colligendum est, quòd quãdo duo litigant,potest tertius se opponere,allegando,actionem non competere agenti sed sibi,ac ob id agentẽ esse repellendum à iudicio, & reum sibi esse condẽnandum:notat Bart.l.si quis libertatem. num.1 ſ.de petitio. hæred. Afflictis decisio.15.num. 3. Quam tamen conclusionem intelligebat Bart.l.si perlusorio. §.1.num 1.ſ.de appellatio.quando is tertius oppositor se opponit,antequam lis contestata esse cum primo actore:nam si posteà,non poterit eum repellere, sed tantùm liti assistere propter proprium interesse:argu.l.si suspecta.29.ſ.de inof. testam.& authen.nunc si hæres.C.de litigiosis.subscribit Alexand. hîc num. 2. dummodo oppositor sciuerit,litem agitari à primo actore:nam si id ignorauit, tunc etiam post litem contestatã se opponendo poterit eum repellere à iudicio.l.penult.ſ.de re iudic.& ita declarat Bart.suprà citatus,qui communiter recipitur,vt hîc asserit Vincent. num.2. Est tamen aduertendum,quòd Bart. l. pen. num.10.ſ.de re iudic. apertè vult, quòd si tertius post litem contestatam cũ alio compareat, non poterit primum agentem repellere à iudicio iam firmato,etiã si alleget se ignorasse eam litem moueri,
8 ‡sed tantùm potest protestari, ne ea lis sibi præiudicet: subscribit Alexand. ibi num.122.resoluens,quòd qui comparet post litem contestatam cum primo, nõ potest eum repellere à iudicio, sed tantùm protestari,ne ea lis sibi præiudicet: vel etiam,si magis velit,poterit illi liti assistere propter proprium interesse. Ego tamen vltra alios aduerto,prædictas Doctorum traditiones posse admitti quoad terminos.l.pen.ſ.de re iudica. in quibus tam agenti, quàm opponenti competebat ius agendi:quanuis illud primo loco competeret opponenti.Cæterùm in terminis huius text. prædictæ traditiones applicari non possunt:quia is oppositor in effectu allegat, primum agentem actionẽ carere,neque illi competere,sed opponenti:vnde in quacumque parte iudicij de hoc opponatur, iudex debet cognitionem adhibere.l.si pupilli.§.final.ſ.de negoc.gest.gloss.l.vbi pactum.C. de transactio. vbi Curt. Senior num.33.resoluit,quòd iudex tenetur de huiusmodi exceptione cognoscere,& in eodẽ iudicio super ea pronuntiare: aliàs faciet litem suam: quod & tradit Iason l.quod iussit.num.40.ſ.de re iudicat. ergo etsi post litẽ contestatam id opponatur,de eo erit cognoscendum. Et confirmatur,quia hæc exceptio, Tua non interest,vel,Sine actione agis, peremptoria cẽsetur.Bald.& Angel.l. posthumus. §.si quis ex his.ſ.de inoffic.testam. Alexand.l.ille à quo.§.si de testamẽto num. 5.ſ.ad Trebellian. Aretin.cap. super his. nu.59.de accusatio. ergo in quacumq; parte iudicij opponi poterit.l. peremptorias. & ibi Paul. C. sentent. rescindi. non posse.& de ea iudex debet pronuntiare.l.de qua re.ſ. de iudic. & diximus l.si alienam.ſ.eo.Ex quibus infertur elegans explicatio ad literam huius tex. vt filia possit se opponere in quacumq; parte iudicij: & opponendo impediet patris actionẽ,donec constet,patri actionẽ competere: vt clarè colligitur ex litera huius text. Neque enim quis in iudicio audiri debet,donec constet sua interesse, vel ius agẽdi sibi competere.c.veniẽs. 2.de testib.c.cùm inter. R.de electio. l. 1.ſ.de appellatio.recip. saltem summariè,



riè,vt hîc tradit Vincẽt.num.4. post Felin.cap.cùm super.num.16.de re iudica. Infertur etiam, quòd hæc oppositio filiæ in effectu faciet suspendi processum
9 factum inter patrẽ & generum, donec de oppositione cognoscatur:†nam cùm in effectu opponat exceptionem perẽptoriam, de ea priùs est pronuntiandũ. l.si quidem.C.de exceptio. tradidimus. l.si alienam.ſ.eo.Si sanè filia opponeret se post iam latam sententiam pro patre, tunc non audiretur,neq; actio patris impediretur: quia & perẽptoria exceptio post latam sentẽtiam opponi nõ potest. l. perẽptorias. C. sentent. rescind. non posse. Et quia licet attẽta veritate quis sine actione egerit,tamen post latam sentẽtiam de hoc agi vel quæri non potest. l.cùm putarẽ.ſ.famil.erciscund.Bart.receptus.l.si Titius.ſ.de verbor. obligatio. Oportet igitur, quòd filia de nouo agat aduersus patrẽ,ostẽdendo,sibi,& nõ patri actionẽ dotis competere,iuxta tradita per Iasonẽ. l.à diuo Pio. §.si super rebus.num.18.ſ.de re iudicat.Couar. practicar.cap.16.num.3. Vlteriùs & ex isto text.colligendum est, quòd quando filia allegat,se esse sui iuris,onus probandi illam esse sub patria potestate,incumbit patri.Sed in contrariũ vrget,quòd filius præsumitur esse sub patris potestate, & ideò si dicat,se esse sui iuris, ei incumbit onus probandi.l.si emancipati.9. C. de collatio.l. si filius.8.ſ. de probation.Per quæ iura hanc esse receptam conclusionẽ asserit Curt. Iunior d.l. si emancipati.num.10.Mẽchaca illustrium quæstio. c.85.num.10.& Menoch. de præsumptio.lib.6.præsumptio.55.nu.2.Ergo malè is text.videtur præsupponere contrarium. Cui tamẽ difficultati respondet gloss.1.& pen.hîc, in casu hîc proposito filiam esse in quasi possessione sui iuris. Et hac ratione patri contrarium dicẽti incumbere onus probandi,iuxta regulã l.liberis.7.§ fin.ſ.de liber.causa. subscribunt Bart.& Cuman.hîc num.2.Barto.



l.is potest.num.15 ſ.de acquir.hæred.& defendunt Alexan.num. 2.Deci. nu.4. d.l.si emancipati.C.de collatio. Corne. consil.68.num.14.lib.1.& cons. 108.nu. 4.ad finẽ.libr.3.& latè probat Menoch. de præsumptio.lib.6.præsumption.55.à num.21.Pro qua responsione potest expendi.l.si filius.8.ſ.de probatio.vbi text. probat,filio negantis se esse in potestate patris,incumbere onus probandi, eadẽ ratione, qua proclamanti ad libertatem illud onus incumbit: sed proclamãti ad libertatem, tunc demum incũbit onus probandi,quando est in quasi possessione seruitutis:aliàs secus.l.liberis.7.§.fin. ſ.de liber.causa. ergo eadem distinctio obseruanda est in filio.† Sed non placet
10 hæc communis responsio: tum quia diuinat:tum etiam quia non est in se vera: quia filius natus ex legitimo matrimonio,censetur esse in potestate patris. in princip.Instit. de patria potestat.l. 3. ſ. de his qui sunt sui.Et quando attenta origine, primæuus status rei cõtradicit præsenti statui, quasi possessio non releuat ab onere probandi.c.ad decimas.de restitut.spoliator.in.6.c.cùm personæ. de priuileg. in.6.tradit gloss.l. sicuti.§. sed si quæratur.ſ. si seruitut. vẽd.Bartol. l. si prius.num.18.ſ.de noui oper.ergo neq; quasi possessio debet releuare filium ab onere probandi se exiuisse à potestate paterna:& ita resoluit Alexan.hîc nu.5. Ias.l.is potest.num.57.ſ.de acquir.hære. & ibi Maranta num.220.Iason d.l.si emãcipati.num.2 &.l.si prius. num.44.ſ. de noui oper. nuntiatio.Xuarez tit. De los pleytos.num. 22.& defendit Alciat. de præsumptio.reg.2.præsumptio. 2. nu.2. Mẽchaca illustrium quæstio.cap.85.nu. 9. quidquid prædictæ rationi nitantur respondere relati per Menoch. de præsumptio.lib.6.præsumpt. 55.à num.24. Neque obstabit tex.d.l.si filius.ſ. de probatio.inductus vt suprà:quia imò retorqueri potest:sentit enim,filio semper incumbere onus probandi, qualiter exi-

uerit à potestate paterna, & sēper æquiparari seruo, qui ex quasi possessione seruitutis proclamat ad libertatē: quia scilicèt filiū quasi possessio libertatis nihil iuuare potest, ob rationē suprà asignatam. Ex quo colliges elegantē differētiā inter filium & seruum, in hac materia: nam in seruo primæuus status rei, siue originarius, non cōtradicit præsenti statui, quia attēto primęuo statu potuit nasci liber, vel etiam seruus, & ideò in eo obseruatur distinctio. l. liberis. 7. §. final. ʒ. de liber. causa. Sed filio nato ex legitimo matrimonio, præsens status rei, scilicèt quod sit extra potestatē patris, repugnat primæuo statui, & originario, quòd natus fuerit sub potestate patris: & ideò præsens quasi possessio nō releuat eum ab onere probandi qualiter exiuerit à potestate paterna. † Colligas etiam
11 in hac materia differētiam esse inter patrē, & filium: nam filio existēti in quasi possessione sui iuris, obstat primæuus status rei, & ideò præsens status eum nihil iuuat: patri autē existēti in quasi possessione patriæ potestatis, primæuus status rei non cōtradicit, imò ei maximē assentit, & ideò semper eum liberabit ab onere probandi: quidquid patrē, & filium in hac materia æquiparauerit Corne. consilio. 68. num. 14. lib. 1. & cons. 108. nu. 4. ad finē. lib. 3. Ad veram nihilominus resolutionem huius articuli, tres in proposito sunt constituendæ conclusiones. Quarum prima est: Si pater dicat, filium esse in potestate, & sic virtualiter alleget eum natum esse ex legitimo matrimonio, vel etiam expressè dicat eum esse in sua potestate, quia natus est ex legitimo matrimonio: si filius id neget, onus probandi incumbit patri. Et in his terminis procedit is text. quem sic intellexerunt Græci interpretes, in quiētes, patrē debere probare, filiam esse natā ex legitima vxore: sic enim probabit, eam esse in sua potestate. in princip. Instit. de patria potesta. & ita etiam intellexit Barto. consil. 42. num. 1. Iason. l. post dotē. num. 4. ʒ. eodē. Corne. consil. 208. num. 4. lib. 3 & cōsil. 68. num. 14. lib. 1. Alciat. de præsumptio. regul. 2. præsumptio. 2. num. 8. Mencha illustrium quæstio. cap. 85. num. 19. Xuarez titulo De los pleytos. num. 22. in fin. & alij relati per Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumptio. 55. num. 3. & ibi defendit à nu. 14. post Deci. l. si emancipati. num. 3. C. de collatio. Ratio huius conclusionis est, quia in prædictis terminis filius in effectu negat, se natum esse ex legitimo matrimonio: & quando negatur matrimonium, illud probandum est ab eo, qui in illo se fundat. l. 2. §. de probatio. Cùm enim illud in facto consistat, succedit regula, quòd facta nō præsumuntur, nisi probētur. l. in bello. §. factæ. ʒ. de captiuis. & l. quæcumque. §. final. §. de Publiciana. & in specie videtur tex. c. illud. 11. de præsū. vbi si duo diu simul vixerūt, & se carnalitercognouerūt, nō credūtur matrimoniū cōtraxisse, nisi aliūde ḋeo cōstet. Ex qua ratione colligit in dubio præsumēdum esse, filium non esse in potestate patris: nam cùm in ea non cēsetur esse, nisi quando natus est ex legitimo matrimonio, & matrimoniū non præsumatur, nisi de eo constet: interim non cēsebitur filius esse in potestate
12 patris. † Vnde cauēdum est à Cuman. & Roman. l. sed etsi de sua. ʒ. de acquir. hæredita. dum dicunt, quòd filius, neque præsumitur esse in potestate patris, neq; sui iuris; ac proinde alleganti esse in potestate, vel sui iuris, debet incumbere onus probandi, iuxta regulā. l. 2. §. de probatio. subscribit Corne. d. l. si emancipati. col. 2. num. 7. & ibi Deci. num. 3. Corne. consil. 208. num. 6. libr. 3. & alij relati per Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumptio. 55. num. 4. hæc enim traditio confunditur ex suprà dictis: nā imò præsumptio iuris est pro filio, quòd non sit in potestate, quandiu non constat, illū esse natum ex legitimo matrimonio: quod clarè probat is text. nam filia negabat se esse in potestate patris, & ei nō incumbit onus hoc probandi, sed patri: quia scilicèt, quandiu non constat, eam esse natam ex legitimo matrimonio, præsumptio est pro ea, quòd non sit in potestate patris: quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersariū. l. siue possidetis. C. de probatio. Infertur etiam, ꝙ in his terminis, quasi possessio patris habētis filiū sub patria potestate, nihil pderit, quādiu nō cōstiterit, eū esse susceptū ex legitimo matrimonio: nam cùm præsumptio iuris sit, filium non esse in potestate patris, quandiu non constat eum esse susceptum ex legitimo matrimonio, quasi possessio, cui aduersatur iuris præsumptio, nihil proderit. cap. ad decimas. de restitut. spoliator. in. 6. & tradit gloss. l. sicuti. §. sed si quæratur. §. si seruit. vendic. Contrarium tamen sentit glo. 1. & pen. hîc. & Corne. cons. 68. num. 14. lib. 1. & cons. 108. num. 4. ad finem. libro 3. per regulam. l. liberis. 7. §. final. ʒ. de libera. causa. Sed nostra illatio verior est, per rationem suprà asignatam. Neque repugnat d. l. liberis. §. fin. quia loquitur in seruo, qui ex quasi possessione seruitutis proclamat ad libertatē: pro hoc enim nulla adest iuris præsumptio, quæ cōtradicat quasi possessioni domini: nam licet secūdùm ius primæuum, omnes homines liberi nascebantur: tamē post ius gentium, quod seruitutem induxit. l manumissiones. §. de iust. & iure. in princip. Instit. de libertin. lex nihil præsumit circa natiuitatem alicuius, vtrùm scilicèt natus fuerit ingenuus, vel seruus: & ideò tunc quasi possessio suos operabitur effectus. Cæterùm pro filio adest iuris præsumptio, quòd non sit in patris potestate, quandiu non constet, eum esse natū ex legitimo matrimonio: & ideò tunc quasi possessio patris, cui aduersatur iuris præsumptio, nihil iuuabit patrem. †
13 Prout & præsumptio iuris, quòd res sint liberæ. l. altius. C. de seruitutib. efficit, vt quasi possessio seruitutis non iuuet possessorem, nisi de seruitute constet: gloss. recepta. l. sicuti. §. sed si quæratur. §. si servit. vend. Denique ex suprà dictis infertur annotatio ad tradita per Deci. cons. 54. num. 2. quòd ex eo quòd testes probant, filium esse in quasi possessione filiationis, ex hoc probant, eum esse in quasi possessione filij legitimi: id enim ex suprà dictis confunditur: nam potest quis esse filius, & tamen non legitimus, nisi probetur eum esse natum ex legitimo matrimonio: & in specie aduertit Alcia. de præsumptio. regul. 2. præsumptio. 2. ad finem. Quinimò licet testes probent, quē esse in quasi possessione filiationis legitimæ, non ob id probaretur, filium esse legitimum: quia ad probandum matrimonium, & consequenter filium esse legitimum, non sufficit quasi possessio, nisi accedat fama, & communis reputatio viciniæ. c. illud. 11. de præsumption, quanuis id non satis perceperit Mēcha. illustrium quæstio. cap. 85. nu. 20. Illud certum est, in hac materia, quoad prædictum effectum satis esse probare matrimonium præsumptiuè, iuxta regulam. l. si vicinis. C. de nupt. gloss. pen. hîc, & Bartol. num. 2. Secunda principalis conclusio in hac materia sit: Quando filius fatetur se fuisse natum ex legitimo matrimonio, vel aliter de hoc constet, filio alleganti se esse extra potestatem patris, incumbet onus probādi: & in his terminis procedet. l. si emancipati. 9. C. de collatio. & l. si filius. 8. §. de probatio. quas etiam in his terminis accipiunt Alexan. hîc num. 5. Vincent. num. 10. ad finem. notabiliter Corne. cons. 204. num. 7. lib. 3. Curt. Iunior dict. l. si emancipati. num. 13. & ibi Cagnol. num. 80. & late Menochius de præsumptio. lib. 6. præsump. 55. à num. 7. Et est ratio, quia cùm constet, filiū semel fuisse in potestate patris, præsumitur in ea perseuerasse, quandiu cōtrarium non probetur. l. siue possidetis. C. de probation. Item cùm filius, qui semel fuit sub potestate patris, non possit se

se ab ea eximere sine facto & voluntate patris.l.non potest.§.de adoptio. locum habet regula.l.quæcumq;.§. final.§. de Publiciana. Ex qua ratione colligitur, veram esse traditionē glo. 1.l.sed etsi de fua.34 in principio.ff.de acquirēd.hæreditat.quòd si filius fuit semel in potesta-
14 te patris,præsumitur in ea perseuerare,† quandiu contrarium nō probatur:& no tab.prosequitur Cagnolus d.l.si emancipati.num.89.Colligitur etiam,quòd cū in his terminis, quasi possessioni sui iuris repugnet iuris præsumptio, quòd filius sit in potestate patris;quasi possessio sui iuris,filiū non releuabit ab onere probandi,iuxta regulam.c. ad decimas. de restitut.spoliator.in.6.& traditionē glo. l.sicuti.§.sed si quæratur.§.si seruit.vend. Deniq; colligitur vera explicatio ad.l. si vxorē. C. de condition.insertis. ex qua Fulgos.ibi,& Iason.l.post dotē. num.4. ff.eo.collegerunt, filiā non præsumi esse sub potestate patris ,nisi hoc probetur. Quod tamē falsum est: nam cùm in eo tex.non negaretur,filiā esse natam ex legitimo matrimonio,filia debebat probare, qualiter exiuisset à patria potestate, iuxta suprà tradita. Et ideò verior intellectus est,quòd in eo text.constabat, filiam per patrē fuisse emancipatam,&tā tū dubitabatur de tēpore,quo facta fuit emancipatio.Fundanti igitur se in tēpore,incumbet onus probandi,iuxta regulam.l.matrē.C.de probation.licèt aliter intelligat Menoch.de præsumptio.libr. 6.præsumptio.55.num.19.Tertia cōclusio in hac materia sit:Si ille, quē constat fuisse natum ex legitimo matrimonio, diu,id est, per decēnium fuerit in quasi possessione sui iuris, hæc quasi possessio tam diuturna liberabit filium ab onere probandi,& illud transfundet in personam patris.l.1.iuncta gloss.2.&.3.C. de patria potest.ita vt quanuis quasi possessio,cui resistit iuris præsumptio,nihil releuet ab onere probandi, vt suprà dictū est:tamen si fuerit longæua,ab eo onere liberabit.Alciat.de præsumptio.regu. 2.præsumptio.2.num.2 & omnes ita tenere asserit Menchaca illustrium quæ-
15 stio.cap.86.num.4.† Hæc tamen cōclusio dubitabilis videtur: nam cùm ius cōmune sit pro patre,& resistat filio dicenti se esse extra potestatē patris, talis possessio filij præsumitur vitiosa:&ideò quāuis longæua sit, ei non debet prodesse. c.ad decimas.de restit.spoliator.in.6.Itē cùm filius nullum ostendat titulum,interim dum pēdet lis,pater iure suo communi vti potest.c.cùm personæ. ad fin. de priuiileg.in.6.Itē amissio patriæ potestatis,præsumitur esse res maximi præiudicij,cùm inæstimabilis esse cēseatur. l.filius familiàs.117.§.secundùm vulgarem.ff.de legat. 1. & pater patiendo filiū viuere, ac si esset sui iuris, tantùm patitur. Succedit igitur ea recepta traditio, q̄ si agatur de magno præiudicio aduersus patientē non præsumitur titulus ex solo cursu decēnij l.nullo.C. de reiuen. l.si diutina.C.de præscriptio.longi temporis.Bart.l cùm de in rē verso.num.3.§. de vsuris.Neq; communem videtur adiuuare.l.1.C.de patria potestate.quia ad eius veram interpretationem aduertendum est,quòd præsupponit,tutores datos filio per matrē, validè administrare bona filij : quod repugnat iuris principijs:neq; enim tutor datus filio per matrem,potest bona filij administrare, nisi per prætorem confirmetur.l.1.C.de cōfirmand.tutor. Sed respondendum est, obiectionē regulariter procedere:limitari tamen,nisi mater filium instituat,& ei assignet tutorem:hæc enim datio tutoris absque alia cōfirmatione valebit,quasi videatur datus bonis,& non personæ filij.l.4.ff.de testam.tutela.l.4.C.eo. titu. Vnde quod præsupponit d.l.1.C.de patria potestat. necessariò intellligendum est,quando mater instituto filio tutores dedit;nam hi iure administrabunt bona,quæ mater filio reliquit. Quo præhabito,respondendum est , q̄ in specie d.l.



d.l.1.paternō solū passus est,filiū diu se gerere pro patrefamiliàs,sed etiā passus est, q̄ materdaret tutores in bonis relictis, quasi in bonis pertinentibus ad filium. Itē passus est, eos tutores administrare bona filij,tanquam patrisfamiliàs:qui actus sunt repugnantes & incompatibiles cum patria potestate:quia si illa adesset,ea bona patris essent.l.placet.ff.de acquirēd.hæreditat. & consequenter neque in illis mater potuisset tutorem dare filio,tanquam in bonis ad eum pertinentibus, neque tutores possent administrare ea bona tanquam filij,cū essent aliena, id est patris. Vnde ex his omnibus simul coniunctis,adiuncta etiam lōgæua possessione,præsumetur liberatio à patria potestate,etiamsi aliter de ea nō constet:vt in simili probatur.l. Procula. §.de probation. Vnde colligitur,dict.l. 1.C.de patria potestat.nō probare,q̄ ex eo quòd filius diu fuit in quasi possessione libertatis,præsumatur emancipatus: namvltra hoc tex. requirit ea de quibus suprà,†& sic sentit,solam longæuam pos-
16 sessionē libertatis non sufficere, nisi etiā accedant suprà relata. Quibus simul cōcurrētibus,adeò vrgens præsumptio emācipationis colligitur,vt iudex debeat considerare,vtrùm patrē contrarium dicētē debeat audire:neq; enim iudex debet admittere eam allegationē,quā credit calumniosè fieri.l.2.C.de falsis.c.suscitata.de rest.in integrum.glos. recepta l.qui cum natu maior.verbo,vel calumniosam.ff.de bonis libertorū. & in simili tradit Alexand.hic num.8.versicul.quartò fallit. Itē & ex prædictis infertur explicatio ad.l.3.§.ad Macedon. quæ præsupponit,quòd licèt filius diu se gesserit pro patrefamiliàs, & tanquā talis sæpiùs contraxerit,& egerit,non ob id cēsetur esse sui iuris:nam videbatur, quòd cum eo casu multa concurrerēt, quæ arguebant consensum patris, debuit præsumi emancipatio.d.l.1.C.de patria potestat. explicata vt suprà.Sed respondēdum est, terminos esse diuersos: nam quando pater patitur filium se gerere pro patrefamiliàs,in consequētiam videtur permittere,quòd posit facere ea,quæ patresfamiliàs solēt facere: vnde actus omnes, quos filius facit tanquam paterfamiliàs, veniunt in consequētiam principalis patiētiæ,& ideò non augēt præsumptionē emancipationis:argum.l. quod per manus.ff.de iure codicillor. quanuis id non satis perceperit Menoch. de præsumpt. lib.6.præsumpt.55.nu.28. Cæterùm in specie d.l.1.C.de patria potest.pater passus est,filium diu se gerere pro patre familiàs.Itē passus est,quòd mater ei reliqueret bona tanquam propria ipsius filij futura.Itē & passus est,tutores administrare bona tanquā filij,ratione dispositionis maternæ.Hæc igitur quæ fiūt à diuersis personis,& non veniunt in cōsequētiam principalis patiētiæ, per se cōsiderabuntur,& sic augebunt præsumptionē emancipationis:argumē.l.Procula.§.de probatio.Neq; dicas,hanc consideratione illud tantùm euincere, quòd præsumatur emancipatio,quatenus pertinet ad hæreditatem maternā, in qua sola mater dedit tutores,& in qua tutores habuerunt ius administrandi. l. 4.ff. de testamēt tutel.ergo quoad alia diuersa non debet præsumi emancipatio. Nā respondetur ,iuris rationes nō pati , quē esse pro parte emancipatum : vnde illa quoad omnia præsumenda est. l. si pariter.in fine.&.l.duobus.in fin.ff. de liber. causa.glo.cap.cùm inhibitio.§.1.de clādest.desponsatio.† Neq; etiam obstat, si
17 dicas,saltem hodie non procedere decisionē d.l.1.C.de patria potest.explicatā vt suprà , quia hodie bona paterna filij sunt.l.1.C.de bon.matern. nam respondetur,quòd licet sint filij, tamen ius administrandi competit patri,tanquam legitimo administratori.d.l.1.&.l.final.§. vbi autem.C. de bon. quæ liberis. quòd ergo mater det filio tutores,qui bona ea administrent: item , quòd illi habeant ius

ius administrandi, & non pater, adhuc
sunt actusqui repugnant patriæ po-
testati:vnde etiam hodie obtinebit lo-
cum decisio d.l.1.explicata vt suprà. Et
ex his colliges, cauendum esse à Bald. l.
post mortem.in fine.ℨ.de adoptio. &.l.
2.num.5.C.si aduersus rem iudicat. dũ
cõcludit,quòd si filius diu fuerit in qua-
si possessione sui iuris,& alleget, se fuis-
se emancipatum per patrem, id proba-
bit per illam diuturnam quasi possessio-
nem sui iuris.dict.l.1. C. de patria pote-
state.&.l.si filius.C.de petitio.hæredita.
quod & tenet Iason.l.si prius.num. 44.ℨ.
de noui oper.Marant.l.is potest.nu.220.
ℨ.de acquir.hæred.Afflict.decisio. 183.
num.2.Xuarez tit.De los pleytos.num.
29.Aymon tracta.de antiq. temporis.3.
parte.§.venio nunc.num.22.pagin.120.
& plures relati per Menoch.de præsum
ptio.lib.6.præsumptio.55. nu. 27. nã id
ex suprà dictis confunditur: nam tantũ
abest, quòd per hoc probetur emanci-
patio,vt neque quasi illa possessio libe-
ret ab onere probandi, nisi concurrant
ea,de quibus in dict.l.1.C.de patria po-
testat.&sic cessabit labor Aymon. tract.
de antiq.temporis.3.parte.§.venio nũc,
num.24.pag. 120.& Menchacę illustriũ
quæstionum.cap.84.num.21. Neq; est
omittendum,d.l.1.C.de patria potesta.
alium posse habere intellectum,quòd fi
lius qui diu fuit in quasi possessione li-
bertatis,eam præscripsit aduersus patrẽ:
ita vt pater aduersus illam nihil allegare
posit:& ita intellexit gloss.2.d.l. 1.in.2.
intellectu quem ibi sequuntur Angel.&
Salicet.num.2.Xuarez titu.De los pley-
tos.num.20.Paulus consilio.313.num.1.
lib.1.Riminald.consil.108.num. 8.libr.
1.& Balb.de præscriptio.3. parte. 4. par-
tis princip.q.vltima. Neque obstat huic
18 intellectui,quòd in specie d. l.1. † expri-
mitur verbum,Diu,quod verificatur in
decennio.l.si cum fideicommissaria. §.
Aristo. ℨ. qui & à quibus. Porrò libertas
per decennium non præscribitur,sed re
quiruntur viginti anni.l.2.C.de præscri
ptione longi temporis, quæ pro libert.
quia respondetur,imò ad præscribendã
libertatem regulariter sufficere decem
annos,si adsit titulus,& bona fides,iuxta
regulam.l.final.C.de præscription. lon-
gi temporis.& in specie tenent Bart.l.2.
num.2.& ibi Paul.& Aretin.C.si aduer-
sus rem iudic.Xuarez titu. De los pley-
tos.num.20.Alciat.de præsumptio.reg.
2.præsumptio.2.nu.3.Quibus adde glo.
final.l.quod est.C.ne de statu defuncto.
& gloss.pen.d.l.1. C. de patria potestat.
Et in his terminis procedit. l. 1.nam ibi
adfuit titulus causatus ex dispositione
materna:quia ei dedit tutores, & admi-
nistratores,tanquam bonorum proprio
rum.Item adest bona fides, quæ in du-
bio præsumitur.l.pen.C.de euiction. &
titulus iusto errore inductus cum bona
fide, sufficiens est ad præscriptionem.l.
quod vulgo.ℨ.de vsucapio.pro emptore.
Cephalus consil.687.num.32.lib. 5.Ri-
minald.cons.108.num.16.lib.1. Neque
obstat d.l.2.C.de præscriptio.longi tem
poris,quæ pro libertate. continet enim
casum specialẽ,vt licèt in alijs rebus nõ
sufficiat sola bona fides sine titulo ad
præscribẽdũ lõgo tẽpore.l. nullo.C.de
reiuendic. tamen libertas præscribetur
spatio viginti annorum ex sola bona fi-
de,licèt nullus titulus adsit:& ita glos.&
Bald.d.l.2.C.de præscriptio.longi tem-
poris,quæ pro libertate. Auendan. lib.1.
de exequend.mandatis.cap.1. num.20.
Et iuxta hunc sensum veniunt explicã-
da verba d.l.1.C.de patria potestat.vt iu
dex debeat considerare, vtrùm eo casu
debeat audire patrem,dicentem,filium
esse sub sua potestate: nã si præsens fuit;
& tacuit per decennium,non audietur,
quasi aduersus eum sit libertas præscri-
pta.Si autem absens fuerit, tunc intra vi
ginti annos eum audiet,iuxta distinctio
nem.l.final.C.de præscription.longi tẽ-
poris. Et ad perfectam explicationem
addendum est, suprà dicta procedere,
quan-



quãdo titulus inductus est iusto errore
facti:tũc enim ad præscribendã liberta-
tẽ,sufficient decem anni, vt supra dictũ
est:si enim inducatur per iuris errorem,
cum tunc nõ habeatur pro titulo quoad
præscribendum. l.nunquam.ℨ.de vsuca
pio. sed tantum liberet à mala fide. l.
sed etsi lege.§.scire.& ibi Bart. ℨ. de pe-
titio.hæred.non præscribetur hoc casu
libertas per decennium, sed necessa-
rij erunt. 20. anni. dicta.l. 2.C.de præ-
scriptio.longi temporis, quæ pro liber-
tate.explicata vt suprà. † & in specie Sa
19 licet.l. 1. numer.2.C. de patria potesta.
& ita est explicandus Cephalus con-
silio.687. numer. 32. lib. 5. In contra-
rium tamen videtur decisio Bart. l.2.
num.2. C.si aduersus rem iudicat.dum 20
dicit, quòd si aduersus patrem solùm al-
legatur diuturna possessio libertatis,tũc
vt ea videatur præscripta, requiruntur
20.anni. dicta.l.2.C.de præscriptio.lon-
gi tempo.quæ pro libertate.Sed vbi vl-
terius allegatur factũ patris, id est,eman
cipatio, licet inualida, tunc ad præ-
scriptionem sufficient 10. anni.allegat
l. post mortem. 25. in princip. ℨ. de
adoptio. vbi Angel. ad finem,idem te-
net, & alij supra allegati; & sic sentiunt,
satis esse titulum iuris errore causatum:
nam in emancipatione minus legitimè
facta non potest considerari error fa-
cti, sed tantum iuris. Sed tamen prima
opinio verior est per supra tradita. Ne-
que obstat text.dicta.l.post mortẽ, quia
ille duos habet intellectus. Primus est
glo.ibi verbo, prohibetur, & glo.l.quod
est constitutum. C. ne de statu defun-
cto.quòd si filia minus legitimè emãci
pata, diu vixit,quasi sui iuris esset,& tan
quam emancipata testamentum fecit,
non audietur pater allegans emancipa-
tionem non valuisse, quasi filia aduer-
sus eum prædicto modo præscripserit
libertatem: & hunc intellectum pro-
barunt Bart dicta. l. post mortem.ad fi-
nem.Alberic.numero. 4.& Horoscius.
& secundum istum intellectum induci
tur per Bart. dicta.l.2.numero.2.C.si ad
uersus rem iudicat. & ibi Bald.nume. 3.
ad finem.Paul. & Aretin. Sed admisso
hoc intellectu, respondendum est, ve-
risimile esse, quòd pater persuasit filiæ,
validam esse emancipationem:quæ per
suasio præbet iustum errorem, vt sal-
tem aduersus persuadentem, quasi ex
iusto titulo procedat præscriptio: ar-
gumento text. l. si verò non remune-
randi. 12.§. si quis mandauerit. in fine.
ℨ.mandati.notauit Alexand.l.si cum do
tem.§.si mulier.nu.4. versi. vnum addo.
ℨ.eod.& ratione huius tituli iusto erro-
re causati, procedet præscriptio.l. quod
vulgo.ℨ. de vsucapio.pro empto. † Item
secundò respondeo, istum primum in-
tellectum non esse verum:nam tex. d.l.
post mortẽ.non aperit,filiam diu fuisse
in quasi possessione emãcipationis, sed
tantũ dicit,quod in ea quasi possessione
fuit dum vixit, quæ vtique potuit vi-
uere per paucos annos: & ideò proba-
bilior est alius intellectus,quem ad dict.
l.post mortem.asignauit Iacob.de Are
nis dicta.l.post mortem.& ibi retulit Ful
gos.ad finem.& probarũt AEguinar.Ba
ro, & Corrasi.ad finem. Riminald. con-
sil. 108. numero.8.libro. 1. quod in eo
text.pater emancipauit filiam, & dum
filia vixit,nihil opposuit aduersus eman
cipationẽ, sed tantum ea mortua. Vult
igitur dicta.l.post mortem, quod licet
pater dum viuebat filia,potuit oppone-
re, emancipationem non valuisse,vt est
expressum.l.2.C. si aduersus rem iudic,
tamen si opponat,ea mortua,non audie
tur,quia videtur malitiosè distulisse præ
dictam oppositionem, vt eam obijce-
ret hæredibus filiæ, non plenè infor-
matis de casu illo: argument. cap. cau-
sam quæ. 2. in fine, qui filij sint legi-
timi. & in simili obseruat Alciatus de
præsumption.regula.1.præsumptio. 32.
numero. 3.Neque obstat huic intelle-
ctui,quòd imò post mortẽ potest agi de
inua-

inualiditate emancipationis : vt est expressũ.l.decessit.ʒ.de Carbo.edict.adeò, quòd licet de validitate manumissionis, transacto quinquennio à morte manumissi, non admittatur quæstio: tamen de validitate emancipationis, post mortem emancipati, quocumque tempore agi potest, vt est expressum. l. quod est constitutum. C. ne de statu defuncto. Nam respondetur, illa iura procedere, quando alius, qui nõ emancipauit, de inualiditate emancipationis agere vult: sed quando pater, qui emãcipauit, vult de inualiditate emãcipationis agere, post mortem filiæ non audietur, ob rationẽ de qua suprà: & ita Corras.d.l. post mortem.ad finem. Vnde colliges, quod in specie d.l.post mortem.non excluditur pater propter præscriptionẽ, sed potiùs propter præsumptam calumniam. Et ad uertes, quòd dum d.l.post mortem.probat, patrem allegare, fuisse emancipationem minus solennẽ, quia non fuit facta
21 coram testibus: ‡alludit ad ius antiquũ, secundùm quod emancipatio celebrabatur per imaginarias venditiones factas coram quinque testibus, vt explicat Teophil.§.præterea.Instit. quib. modis ius patriæ potest.& in specie Corras.d.l. post mortẽ.nu.4. Quæ solẽnitas hodie sublata est per.l. fin.C.de emancipa.liberorum.& sic propter illum defectum emãcipatio non censebitur illegitima. Iuxta hæc vtiliter quærit Bart.hîc num.3.quis erit iudex competens ad cognoscendũ, vtrùm filia fuerit suscepta ex legitimo matrimonio, & sic in patria potestate, necne? Et ex eo prima sit conclusio, q̃ si dubium vertitur, vtrùm matrimonium contractum fuerit validum, & legitimũ, necne? huiusmodi cognitio pertinet ad iudicem ecclesiasticum.c. causam quæ. 2.qui filij sint legitimi.cap.tuã. de ordin. cognitio. Et est ratio, quia matrimoniũ est vnum de septem Sacramentis ecclesiæ.cap.ad abolendam.de hæretic.& sic censetur quid spirituale, siue ecclesiasticum. Clem.dispendiosam.de iudic. Cognitio igitur, vtrùm ritè fuerit contractum, & vtrùm valuerit, necne, ad ecclesiasticum pertinere debet.cap. 2. de iudic. Ex qua ratione colligitur vera ratio cap.tuam.de ordin.cognitio.&.c. lator. qui filij sint legitimi. in quibus probatur, quòd si quæstio bonorum principaliter mota sit, & in ea incidat quæstio validitatis matrimonij, causa hæc incidẽs remittenda est ad iudicem ecclesiasticum, & donec ea causa finiatur, supersedẽdum est in causa bonorum. Quorum iurium decisioni nimis videtur obstare regula.l. quoties.C. de iudic. vbi ratione incidentiæ, iudex aliàs incompetens, de causa tamen incidenti cognoscere potest. Sed respondendum est, regulam procedere in iudice aliàs incompetenti: sed in casu prædictorum iurium, non solùm iudex secularis est incompetens quoad causam incidentem, sed etiam est incapax prædictæ cognitionis. c. 2. de iudicijs.& regula dictæ.l. quoties. C. de iudicijs. non habet locũ, quando iudex est incapax cog
22 nitionis causæ incidentis, vt ibi tradũt omnes post Angelum.l.2.numero. 3.§. de iurisdictio.omnium iudicum. Ex quibus cauendum est à Bartolo hîc numero. 5. dum dicit, quòd licet dubitetur de validitate matrimonij, & tamen nõ dubitatur quoad effectum, vt pronuntietur principaliter super validitate matrimonij, sed tantùm quoad effectum vt pronuntietur, vtrùm filius sit in potestate? vel vtrùm hæreditas paterna ad eum pertineat? iudex secularis de hac causa cognoscere poterit, cũ de validitate matrimonij principaliter non sit pronuntiandum: hæc enim opinio confunditur ex suprà dictis: cùm enim pronuntiandum necessariò sit, vtrùm valuerit matrimonium, & fuerit sacramẽtum? quantũcunq; de hoc principaliter non agatur, sẽper tamẽ militat ratio incapacitatis, & ideò secularis super



per hoc pronuntiare non potest: quod videtur expressum cap.tuam.de ordine cognition.&.c.lator. qui filij sint legitimi.& ita Bart.in hoc communiter reprobari asserunt Alex.hîc num.6. Vincent. num.11.Albertin.in assertionib.catholicis.q.25.num.51.declarando tamen, vt per Capic.decisio.7.nu.4.& infrà dicemus num.30. Secunda cõclusio ex Bart. hîc num.6.ea sit: Vbi non dubitatur de de validitate matrimonij, sed partes eã pro cõstanti habent, & tantùm dubitatur, vtrùm fuerit contractum inter aliquos matrimonium de facto, necne? etiam secularis de hac causa cognoscere potest. Cùm enim tãtùm dubitetur de matrimonio, quatenus in facto consistit.l.consilio.§.final.ʒ.de curator.furiosi. hæc cognitio omnino separata est à cognitione causæ spiritualis: & ideò nihil impedit secularem de ea cognoscere. Quam conclusionem posuit idẽ Bar. l.omni nouatione.num.2. C. de sacros. eccles. &.l.quoties. C.de iudic.&.l.2.n. 4.ʒ.de iurisdict. omn.iudicum. & communiter recipitur, vt asserunt Alexan. hîc nu.7.Vincen. num.12.subscribit Panorm.c.cùm sit.nu.17.de foro compet. & ibi Felin.n.1.idem Felin.c fin.nu.10. de exceptio. Iason.l.quoties.num.6. C. de iudic. Alciat. de.l. omni nouatione. num.3.C.de sacros.eccles. Vincent. de Franchis decisio.36.num.3. Couarr.de sponsalib.2.parte.cap.8.§.12.nu.3.& Gutierr.3.parte.ad leges regni.q. 26. num. 2. Quibus ad de Afflict.cap.1.verbo, bona contrahentiũ.num.16.quæ sunt regalia.lib.3.feudor.Alberti.in assertinibus catholicis.q.25.num.57.& eleganter Dominic.cons.66.num.4.Aufrerius de potest.secul.super ecclesiastic.regula. 4. fallentia.8.nu.12. Sed nobis de duobus vi
23 dendum est. Primum, vtrùm hæc cõclusio bene adaptetur ad nostram materiã? Secundum, vtrùm sit in se vera? Et quoad primũ videbatur prima facie dicendum, non bene adaptari ad nostros terminos: nam cùm ad pronuntiandũ super patria potestate, necessariò pronuntiandum sit super validitate, & legitimitate matrimonij.in princip. Instit.de patria potestat.videtur, quòd secularis de ea causa cognoscere non potest. Contrarium tamen est dicendum: nam facilè euenire potest, vt sola sit dubitatio, vtrũ matrimonium sit contractum de facto, & partes sunt cõcordes: quòd si de hoc constet, illud fuerit validũ: in hac enim specie solùm disputatur de matrimonio, quatenus in facto consistit: & ideò secularis etiam de hac quæstione cognoscere poterit, sicut & secularis potest cognoscere de iuramẽto, & de eius obseruãtia, quando non disputatur de eius validitate, sed tantùm, vtrùm fuerit interpositũ. c.licet.de iur.iuran in.6. Item potest cognoscere de causa vsurarum, quãdo partes non negant, vsuram fuisse commissam, sed vsurarius non vult eam restituere.cap.post miserabilem.de vsuris.& traditur in cap. cùm sit generale. de foro competent.& ita in specie Dominicus consilio.66. numer.4. Neque obstat ratio adducta in contrarium, quia in his terminis sufficiet solùm pronuntiare super matrimonio, quatenus in facto consistit: quia de legitimitate constat per partium confessionem. Item quanuis pronuntiet, etiam super legitimitate matrimonij, id est, per modum causæ, de qua notorium sit, vel per partium confessionem, vel alio modo, tũc valet facta secularẽ prædicta pronuntiatio. Bald. authẽ.ad hæc. numer.2. C.de Latina libertat.tollend. Capicius decision. 7. num. 4. &. 5. Gutierrez in canonicis quæstionibus.cap.34.à numero. 47. & infra latiùs dicemus. Et ex his facilè colliges, quando in hac materia dicatur agi de quæstione iuris, vel facti: nam dicetur quæstio iuris, quando partes sunt concordes circa factum, & tantùm dubitant circa ius, vtrũ illud factum legitimè interuenerit. Cyn.l. Arethusa.nu.6.

s̃. de statu homin. Bald. consil. 175. in fine libro. 3. Et pari ratione, quando dubitatur simul de facto, & de iure: tũc enim ne continentia causæ diuidatur. l. nulli. C. de iud. vtraq; decidetur per ecclesia-
24 sticũ: † & ita Corne. cons. 227. nu. 6. lib. 3. & idem sentiunt Bald. hîc post mediũ. & Imol. num. 3. dum dicunt, quòd vt secularis cognoscat de facto spiritualium, oportet, quòd sit abstractũ ab omni spiritualitate: aliàs cognoscet ecclesiasticus: argum cap. quanto. de iud. Quod tamen limitandum est, nisi secularis præuenerit cognoscendo de facto, neque enim supersedebit propter quæstionẽ iuris, sed de facto cognoscet, vt in simili tradit Bald. l. cùm proponas. nu. 1. C. de rebus creditis. & ecclesiasticus supersedet in cognitione iuris, quia frustrà de ea suscipietur disputatio antequam cõstet de facto fuisse contractum. Neque obstat. c. tuam. de ordin. cognitio. quia loquitur, quãdo causa spiritualis est præiudicialis ad primam, vt ibi declarat Panorm. num. 6. quæ ratio cessat in nostro casu. Per cõtrarium autem dicetur quæstio facti, quando partes sunt cõcordes circa ius: & tantùm dubitant circa factum. Bart. hîc num. 8. Paulus consilio 109. num. 2. lib. 2. & de hac poterit secularis cognoscere: quia cùm non disputetur de validitate matrimonij, quia ea decisa est per partium confessionem, valebit pronuntiatio super matrimonio, quãtumcunque de eius legitimitate fiat mẽtio per modum causæ, vt suprà dictum est. Circa quod videndi sunt Belluga in Speculo principum. rubric. 11. §. de vsurarijs. à numero. 10. Albertinus in assertionibus catholicis. quæstion. 25. nu. 35. & omnino Vincen. de Franch. decisione 36. Quoad secundum, vtrùm prædicta conclusio sit vera? prima facie videbatur dicendum, illam veram non esse. Primò, quia ex facto ius oritur. l. si ex plagis. 53. § in cliuo. s̃. ad legem Aquiliam. ergo quæstio facti non est separanda à
25 quæstione iuris. Fulgosius consil. 133. ad finem. Secundò videtur text. cap. si iudex laicus. de sententia excommuni. in 6. vbi tantùm dubitabatur, vtrùm quis esset clericus? & sic tantùm dubitabatur de facto: & tamen de ea causa secularis cognoscere non potest. Tertiò vrget generalitas cap. tuam. de ordine cognitio. Quartò. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. ibi: Quoquo modo, de hæretic. in. 6. & ita in his rationibus à communi traditione suprà relata recesserunt Romanus hîc numero. 5. Imola cap. tuam. in fine. de ordine cognitionum. dicens, quòd hæc opinio seruaretur in practica: & ibi etiam probat Panormitanus numero. 10. Baldus & Fulgosius in fin. l. quoties. C. de iudic. & ibi Iason numero. 7. Fulgosius consil. 133. ad finem. & hanc magis probat Corneus consilio. 227. numero. 6. libro. 3. Et hanc opinionem merã veritatẽ continere dicit Belluga in Speculo principũ. rubric. 11. §. videamus, numer. 5. & eam tanquam veriorem defendit Deci. c. 2. numer. 24. ad finem. de iudic. Octauianus decisione Pedamontana. 137. numero. 10. Baptista in cap. quanquam. de vsuris. in. 6. num. 66. & dicit receptam Aretinus. l. omni nouatione. num. 3. C. de sacrosanct. ecclesijs. Sed his non obstantibus, non est recedendum à recepta conclusione. Pro qua facit, quia cùm partes quoad legitimitatem sint concordes, & sic tacitè, vel expressim eam confitentur coram iudice, quoad eas legitimitas iam iudicata videtur. l. vnica. C. de confessis. ita vt super ea non sit pronuntiandum, neque iudicandum. l. proinde. §. final. s̃. ad legem Aquiliam. vnde nihil impedit, quominus iudex possit pronuntiare super matrimonio, quatenus in facto consistit, vt in effectu aduertunt Curtius Iunior. l. 2. numero. 48. s̃. de iurisdictione omnium iudicum. Ripa. c. 2. numero. 17. de iudic. † Neq; obstant ratio-



rationes suprà adductæ pro contraria opinione: nam ad primam de regula. l. si ex plagis. §. incliuo. s̃. ad leg. Aquiliam. respõdetur, quæstiones iuris, & facti omnino esse diuersas, & nihil cõmune habere: quod ex eo constat, quòd iudex super quæstione facti, non potest consulere superiorem, sed super ea debet pronuntiare: & tamen super quæstione iuris potest eum consulere. l. eum qui temere. 79. §. 1. s̃. de iudic. Et colligitur etiam ex. l. ordine. 15. s̃. ad municip. dum dicit, quæstionem facti esse in potestate iudicis, non sic quæstionem iuris: explicat Duaren. libr. 1. disputatio. cap. 41. Neque contrarium probat id ad quod vulgò allegatur prædicta lex. si ex plagis. §. incliuo. s̃. ad leg. Aquiliã. scilicèt, q; ex facto ius oritur: nam potiùs significat quòd ius pendet à facto, id est, secundũ circunstatias causæ, siue facti, variatur ius, vt constat ex exemplis ibi relatis per Iureconsult. Vnde proprius probat id quod tradit Deci. consil. 584 post princip. quòd quælibet mutatio circa factũ, facit ius variari: & quod dicit Cagnol. l. 1. num. 11. C. de edendo. quòd non potest bene determinari quæstio iuris, nisi plenè constet de facto, & eius circunstãtijs. Ergo ex prædicto text. non bene infertur, quæstionem iuris non posse separari à quæstione facti, cùm omnino sint diuersæ: sed tantùm inferri potest, factũ conducere, vt meliùs, & faciliùs quæstio iuris decidatur. Vnde meritò dicit Iason l. quoties. num. 7. C. de iudic. & Ripa. c. 2. num. 17. de iudic. quòd licet quæstio iuris dicatur spiritualis, non sic quæstio facti: quæ omnino à quæstione iuris separata est. Et confirmo, quia quando ius super facto aliquid disponit, iudex tantùm determinat quæstionem facti, & quæstionem iuris ipsa lex videtur determinare. l. 1. versic. nam si quidem. j. ad Turpillianum. l. ordine. 15. j. ad municipal. sic ergo & in proposito iudex secularis determinat quæstionem facti,
2. Tom.

quæ minimè spiritualis est, & quęstionẽ
26 iuris determinat lex, † quæ disponit, id quod constat ex confessione partium, tacita, vel expressa, pro iudicato habendum esse. l. post rem iudicatam. j. de re iudicat. l. proinde. §. fina. s̃. ad leg. Aquil. Non obstat secundum de. c. si iudex laicus. de sententia excommun. in. 6. quia licet eum tex. existiment expressum ad uersus cõmunem traditionem, Roman. hîc num. 5. Panorm. d. c. tuam. nu. 10. de ord. cognitio. illi tamen respondet Anchar. c. ea quæ. nu. 10. ad fin. de regul. iuris. in. 6. distinguendo: quòd aut causa est merè spiritualis, siue ecclesiastica, ita vt neque actiuè cadat in laicum, vt est ordo ecclesiasticus. c. cùm adeo. de rescript. & de facto huius causæ iudex secularis cognoscere non potest. dict. c. si iudex laicus. quædam est causa spiritualis, vel ecclesiastica, sed non merè, quia saltem actiuè potest cadere in laicum, vt est matrimonium, & de facti illius quæstione secularis cognoscere potest: & in his terminis procedit communis opinio, quam defendimus: & subscribunt Alexand. hîc num. 7. ad finẽ. & numer. 8. Vincent. num. 14. Alexand. cons. 149. num. 6. lib. 6. Aufrerius de potest. secularium super ecclesiasticis. regula. 4. fallentia. 9. Deci. cap. 2. num. 24. ad finem. de iudic. Sed non placet hæc distinctio, quia non est de mente iuris: nam videmus; quòd hæresis cadit actiuè in laicum: tamen de ea secularis quocumque modo cognoscere non potest. cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæreticis. in. 6. Et per contrarium videmus, quòd ius excommunicandi nõ cadit actiuè in laicum, quia pertinet ad potestatem clauium: & tamen secularis cognoscit de quæstione facti circa excõmunicationẽ, vtrũ scilicèt cõparens in iudicio, fuerit declaratus pro excõmunicato per iudicẽ ecclesiasticũ. c. decernimus. de sentent. excommunicat. in. 6. & ibi notat Dominic. nu. 4. c. 1. §. si quis. de

exceptio.in.6.& ibi Dominic. num. 10. Perusinus num.3. gloss.final.communiter recepta.l.1. C.de iuris & fact.ignor. tradit Felin.cap.fin.num. 10. de exceptio.& Deci.c.prudentiam.§.sexta.num. 2.de offic.delegat. & cap.2.num. 33.in fine.de iudic. Afflict. cap. 1. verb.bona contrahentium.num. 20. quæ sint regalia.lib.3.feudorum.& probat Ordin.lib. 3.titul.38.§.4. quidquid repugnent Alexand. & Vincent.hîc num.15. Similiter & decimarum causa censetur ecclesiastica,siue spiritualis.Clemen.dispendiosam, de iudic.ita vt neque actiuè cadat in laicum.c.causam.de præscriptio. & tamen de facto decimarum secularis cognoscere potest,vt tradit Couarr.practicar. cap.35.num.2.†Denique beneficiũ
27 ecclesiasticum actiuè non cadit in laicum.cap.2.de institution. & tamen de quæstione facti respiciente beneficium, secularis cognoscit,iuxta tradita per Nauarrum.c. cùm contingat. 1. remedio. pagina 149.de rescript.Patet igitur, præ dictam distinctionem Ancharran. non conuenire menti iuriũ in hac materia loquentium.Quare alias Doctorum responsiones ad d. c. si iudex laicus.refert Albertin. de assertionibus catholicis. quæstione.25. à num.54. Sed quia non plenè satisfaciunt, ideò ad veram respõsionem præmittendum est, quòd quando quis allegat, se esse clericum, ad effectum,vt de eius causa, siue delicto tantùm cognoscat iudex ecclesiasticus,iuxta cap.si diligenti de foro compet.&.c. clerici.de iudic. non sufficit probare coram ecclesiastico,esse in quasi possessione clericatus,sed oportet probare, se rite fuisse ordinatum.c.legum. 2. quæst. 1. Multi enim sunt in quasi possessione clericatus,qui tamen re vera clerici non sunt,neque debent gaudere priuilegijs clericorum.c. 2.de clerico.non ordinaministrante.& ita Dominic. c. si iudex laicus.§.fin.num.5. &.12.& ibi Perusin. num.4.&.7.de sentent. excommu. in.6, ex hoc concludentes, quòd licèt clericus sit remissus ad ecclesiasticum, quia notoriè reputabatur pro clerico. d. cap. si iudex laicus. tamen is tenetur coram ecclesiastico probare, se fuisse rite ordinatum,& in veritate esse clericum:&ante eos Ioan. Monachus ibi num.3.Rota decisio.12.de probatio.in antiquis.addi tio Capellæ Tholosanæ.q.117. ad finẽ. Et qualiter probetur clericatus, tradunt
28 Afflictis lib.1.constit.rub.3. num. 20.& Couar. practicar.cap.33.nu. 3. †Ex quo præmisso clarè respondetur ad dict.cap. si iudex laicus.nam agitur ibi de remittẽdo clerico, ad effectum vt iudex ecclesiasticus tantùm de eius delicto cognoscat,& pronuntiet:ad quem effectũ non est probanda quasi possessio clericatus, sed & vlteriùs debet probari veritas, & validitas tituli clericalis, vt suprà dictũ est:vnde cùm hoc casu necessariò mixtim interueniat quæstio facti,& iuris,ne continentia causæ diuidatur, cognitio vtriusq; debet remitti ad ecclesiasticũ, iuxta suprà tradita. nu. 24. & quia quęstio facti per se sola nihil facit ad effectũ de quo agitur:vnde frustrà de ea agetur vel tractabitur per secularem: argu.l. ad probationem dominij. C. de probatio. c.dilecti filij.de exceptio. c. cùum contingat.de offi.deleg. Bonus tex.c.fin.de causa possessio.&proprietat.Id quod clarè sentiunt Bald.authẽ. & qui iurat. nu. 27.C.de bon.author.iudic.& Ias.l. quoties.num.8.C.de iudic. dum dicunt, q; vbi in causa de qua agitur, sufficit constare de facto,velquasi possessione iuris, tũc secularis de ea causa cognoscere potest, quia non est spiritualis: ac ita sentiunt, quòd si in causa de qua agitur, non sufficit quasi possessio, sed veritas, & legitimitas tituli ostendenda est, tũc secularis non cognoscet.Ex qua responsione colligitur vera responsio ad id qd tradit Nauar. c.nouit.6.notab.num.44. de iudic.quam ob rem secularis non potest cognoscere de quæstione facti circa ordi-



ordines,scilicèt,vtrùm quis sit ordinatus necne,à tali Episcopo,etiam omissa discussione iuris,id est, vtrũ ordinatio fuerit legitima,necnè? Et de quæstione facti aliorum ecclesiasticorum possit cognoscere?puta,an iurauerit,necne? & vtrùm cõtraxerit matrimonium, necne? omissa disputatione rectè,an secus id fuerit celebratum?Nam respondetur, rationem differentiæ ex eo procedere,quod quando agitur de clericatu;quoad effectum,vt iudex ecclesiasticus sit tantùm competens in ea causa, oportet de legitimitate tituli constare, neque sufficit factum, siue quasi possessio, vt suprà diximus:& ideò secularis non cognoscit, qui de validitate tituli cognoscere, aut pronuntiare non potest: in cæteris autẽ spiritualibus,siue ecclesiasticis,sæpe sufficit de solo facto constare, siue de quasi possessione:neque est necessariũ, quòd pronuntietur super validitate,siue iure: & ideò secularis cognoscet.† Quare si
29 des terminos pares, nulla erit differẽtia inter cognitionem ordinis clericalis,vel alia ecclesiastica: nam si agatur de probatione ordinis, quoad illum effectum, in quo sufficiat quasi possessio clericatus, de ea causa secularis pronuntiabit. Verbi gratia.Quis non existens in quasi possessione clericatus,fuit captus per iudicem secularẽ,& ille allegat se esse clericum,& petit remitti,ostenditq; titulũ clericatus iudici. Iudex quidem assumet eam cognitionem, & videbit titulum quoad effectum se informandi, vtrùm ille statim,& absque vlla retẽtione, tanquã clericus sit remittendus? quia quoad effectum remissionis, sufficit quasi possessio clericatus absque alia discussione validitatis tituli.dict.cap. si iudex laicus. Cùm igitur quasi possessio sola sufficiat, de hoc cognoscere poterit iudex secularis:expressè Bald. l. si qua per calumniam.num.2.ad finẽ.C.de Episcop. & clericis.notabiliter Felin. cap. fin.nu. 10.de exceptionib.&Carauita ritu.235. num.6.Vincent.de Franchis decis. 329. num.9.in.2.parte.Cæpolla consil.criminali.11.num.3.Alexan.cons.149.nu.5.libro.6.Belluga in Speculo principum.rubri.11.§.videamus.num.5. & ita seruari in Ducatu Mediolanensi asserit Iul.Clarus in praxi.§.final.quæstio.36. num.21 Quinimò secularis potest cogere clericum,vt sibi ostendat ea quæ allegaturus est coram ecclesiastico,vt videat,vtrùm sint concludentia,& relement;aliàs procedet ad vlteriora,vt post Salicet. tradit Alex.hîc n.9 notab.Felin.c.cũ sit Romana.nu. 3.de appellation.& c.cùm sit generale. colum.3.vers. quarta declaratio. de foro compet.Deci.c.2.num.24.de iudic.Ferrac.cautel.53.num.1.ad finẽ. Et generaliter secularis potest assumere informationem super clericatu,quoad effectum, vt videat, vtrùm captum debeat statim remittere tãquam clericum? iuxta terminos dict.c. si iudex laicus. Bald. d.l.si qua per calumniam.num.2. Felin. d.cap.final.num.10.de exceptio. Deci. cons.125.nu.2. Brecheus aphoris.220. probat Ordin.lib.2.tit.1.§.10.&satis colligitur ex notabili dicto Archidiaconi, cap.frequens.54.distinctio.nu.5.Quòd si dubium sit, vtrùm causa sit secularis, vel ecclesiastica, potest secularis informationem de hoc sumere, vt sciat,vtrũ causam debeat remittere, necne? Subscribit Anton. cituam.ad finẽ. deordin. cognitio.& Dominic.cons.66. num. 4. Alexand. hîc num.11.ad finẽ. Alciat.l. omni nouatione.num.3.C.de sacrosan. eccles.Alberiinus in assertionibus catholicis.quæstio.25.n.55. Et per cõtrarium si in alia quacumq; causa ecclesiastica nõ sufficeret probare quasi possessionẽ, sed oporteret ostendere veritatem tituli,quoad effectum de quo agitur: tũc etiam secularis de ea causa non cognosceret, iuxta suprà tradita. Exemplum colliges ex traditis per Rotam decisione.8.numero. 2. de causa possessionis, & proprietat. in antiquis.& decision. 7.

num.3.de testament. in antiquis. & decisione.2.de probationibus. in collectis
30 per Bisnegr.] Et iuxtahæc venit explicãda ratio expressa in dict.cap.si iudex laicus.ideò cognitionem clericatus pertinere ad ecclesiasticum, quia agitur de re ecclesiastica,siue spirituali. Quę ratio prima facie non videtur concludens: quia in casu ibi proposito, non constabat,illum esse personam ecclesiasticam: vnde poterit secularis de ea causa cognoscere,vt sciret,vtrùm sua esset iurisdictio,iuxta regulam. l. si quis ex aliena. §. de iudic.&.c.super literis. de rescript.& in materia Dominic. consil. 66. num.4. Sed saluando illam,dicendum est, Summum Pontificem indicasse,super legitimitate,& validitate tituli clericatus, eo casu necessariò esse pronuntiandum, & hac ratione iudicem secularem de illa causa cognoscere non posse. Colligitur etiam ex prædictis elegans resolutio in hac materia, vt si concurrat simul quæstio facti & iuris, præcipuè considerare debeamus, vtrùm in causa de qua agitur sufficiat pronuntiare super facto, siue super quasi possessione illius iuris: & tunc de ea causa posit iudex secularis cognoscere,& pronuntiare, quantũcunque per viam causæ in sententia faciat mentionem de legitimitate tituli: nam quando de causa incidenti ecclesiastica iudex secularis non cognoscit per viam contentiosam, neque formando processum ordinarium, sed tantùm summariè se informando, vtpote, quia de causa spirituali constat notoriè, vel per confessionem partis, potest tunc super causa principali pronuntiare, & etiam super incidenti ecclesiastica, non quidem principaliter, sed per modum causæ. Imola hîc num. 4. Alexand. num.8. versiculo tertio fallit. notabiliter Aretinus cap.cùm sit.num. 14. & num.16. de foro competen. Capitius decision. 7.numer.4. & 5. Nauarr. cap.cùm contingat.1. remedio, pagina 149.de rescriptis.Gutierrez In quæstionibus canonicis.cap.34.à num. 47. Cæterùm quando in causa de qua agitur, non sufficit quasi possessio,sed debet cõstare de veritate tituli, procedet dict. cap.si iudex laicus.explicatum vt suprà. Et ad hunc modum sunt explicanda suprà tradita,dum diximus, quòd iudex secularis potest cognoscere, vtrùm quis fuerit excommunicatus, quia scilicèt quoad effectum euitandi eum, & non audiendi in iudicio, satis est cõstare pro excommunicato fuisse declaratum, etiamsi aliter non cònstet, vel pronũtietur de validitate excommunicationis cap.cùm desides.§.secundæ.de sententia excommunicationis.† & pariter cognoscet de facto decimarum,& beneficij,quando scilicèt ad hoc sufficiat quasi possessio,per tradita per Rotam decision.8. de causa possessionis, & proprietatis. in antiquis: nam quanuis in beneficialibus debeat constare de colore tituli.glo.fin.Clem.1.de causa possessio. tamen hæc pronuntiatio diuersa est à validitate tituli. Quia dato,quòd titulus sit coloratus,adhuc posteà pronuntiari debet super eius validitate.c. cùm nostris. de concessione præbend. & ideò quanuis secularis cognoscat de colore tituli, non ob id videtur cognoscere de eius validitate: vt in specie obseruat Nauarrus cap.cùm contingat.in.1. remed. pagina.145.de rescriptis. Item & iuxta prædicta venit explicanda Ordinatio lib.2.tit.1.§.10.dum disponit,quòd sicapiatur ille qui nõ est cognitus pro clerico, vbi is probauerit coram seculari, se esse clericum,vel beneficiarium, remittendus est ad iudicem ecclesiasticum: nam hoc non videtur discrepare à iure communi: quia iudex secularis habet fundatam intentionem suam aduersus prædictos:nam quilibet præsumitur laicus,& non clericus, quandiu de contrario non constat,vt post alios tradit Decius. consil. 125.numer. 6. Ripa cap.2.
31 nu.4.



num.4.de iudic.Boeri decisio. 171. nu. 14.& ideò captus debet obijcere declinatoriã,quòd sit clericus. Archidia. cap. clericum.11.q.1.Perez.l.1.tit.3.lib.1.ordin.pag.56.col.2.ad finẽ.addens, quòd quocumque tẽpore opponere illam potest,cũ non posit illi renuntiare.c.si diligenti. de foro compet.Couar.practic. c.33.nu.1.vers.secũdus est. & consequẽter etiam iudex secularis poterit de ea declinatoria cognoscere,pronuntiãdo, vtrùm sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena §. de iudic.c.super literis. de rescript. maximè quoad effectum remittẽdi,per tradita suprà nu.29.& statim latiùs dicemus. Quod sanè intelligendum est, quãdo ecclesiasticus non petit,illum remitti sibi: nam si petat, tunc debet supersedere secularis in cognitione summaria clericatus,& eã remittere ad ecclesiasticum, ad quem pertinet, & super causa principali interim supersedere: vt est ex
31 pressum d.c.si iudex laicus.§.fin.† Bald. l.l.si qua per calumniam.num. 3. C.de Episcop.&cleric. Alex.notab.cons.149. n.4.lib.6.Capic. decis.112.n. 6.Et expẽdes illã Ordinationẽ à pari habere,q̃ quis sit clericus, vel habeat beneficium, vt debeat remitti ad iudicem ecclesiasticũ:q̃d etiã tradit Grãmat.decis.81.n.fin. Et iuxta prædicta venit explicanda Ordinatio Portugaliæ lib.2.titu.1.§.15. ex qua prima sic conclusio: Quanuis iure cõmuni secularis non possit cognoscere de exceptione clericatus, nisi quoad effectum se informandi, vt suprà diximus nu.29.tamen in regno Portugaliæ iudex secularis cognoscere potest de exceptione clericatus opposita à clerico in minoribus,nõ solũ ad se informandũ, sed ad cognoscendum,& ad pronuntiãdum,vtrùm remittendus sit,necne: q̃d & pariter obseruari in regno Neapolitano asserit Carauita in ritibus curiæ. ritu 235.à nu.4.& etiam in Ducatu Mediolani Iulius Clarus in praxi.§.fin.q.36.nu. 21.& in regno Franciæ,vt asserit Rupellanus libr.4.Institutionum Forensium. cap.6. Quæ conclusio & praxis in regno Portugaliæ videtur originẽ habuisse ex bulla Pij II. concessa Alfonso.V.Portugaliæ regi anno 1461. per quam constituit, quòd omnes clerici in minoribus, qui non portarent habitum & tonsuram,quòd in causis ciuilibus,& criminalibus responderent coram iudicibus secularibus:& quòd propter crimina & excessus possent carcerari,& puniri per seculares,vt refertur.l.5.tit.4.lib.2. extrauagantium.Cùm igitur per illam bullã sit concessa iurisdictio secularibus aduersus clericos in minoribus, qui non gestarent habitum & tonsuram,in consequentiam eis videtur concessa facultas,vt cognoscerent,vtrùm sua esset iurisdictio,l.si quis ex aliena.§.de iudic.Speculator tit.de reconuentio.§.nunc dicamus.num.2.Dominic.consil.66.num.4. quia quidquid incidenter tangit causam eis commissam, tacitè etiam videtur concessum,iuxta regulam.l. 2. §.de iurisd.omniũ iudic.& quod Bartol.l.solent,num.16.§.de alimẽtis & cibar.legatis.&.l.pen.nu.5.C. de pactis.& tradit in materia Cæpolla cons.criminali.10.nu.
32 11.† Item videtur etiam originem habuisse ex cõcordia facta inter Clerum, & Ioannẽ.I Portugaliæ Regem in oppido Santarem,anno.1417. Nam cùm ecclesiastici conquererentur de huiusmodi praxi,respondit Rex,q̃ ita semper fuit obseruatum tẽpore Regum prædecessorum suorum. Et planè licet nõ valeat consuetudo,etiã immemorialis, q̃ secularis cognoscat de criminibus clerici in sacris constituti. c. clerici. de iudic. tamen valet consuetudo legitimè præscripta,quòd secularis posit cognoscere de criminibus clerici constituti in minoribus:quia consuetudo tribuit iurisdictionem.l.1.C.de emancipa.libero. c.cũ contingat.de foro cõpe. etiã in spiritualibus,vt sentit Innocẽt.c. nouit. nu. 6.§.de iud.Bal.in repertorio Inno.verb.
con-

consuetudo dat.& ideò in specie ipse Innoc.cap.1.num.3.de apostatis.sentit, q̃ propter consuetudinem potest secularis cognoscere de causis criminalibus clericorũ in minoribus,&eos punire:extollit Hippolyt. singul.690. & idem tenuit Ioannes Monachus in cap.1.in fin. de cleric.coniugatis.in.6.& ibi Dominicus.§.fin.num.5.& Perusin.num.4.probat etiam Couar.practicar.quæstion.c. 31.num.5.vers.tertio. & in simili tradit Marian.in.c.1.nu.8.ad fin.de foro compet.quẽ sequitur Anto. de Matthæis in tract.de prorogatione iurisdictionis.n. 36.vers.redeũdo. vt scilicèt valeat consuetudo,quòd famuli,& familiares clericorũ,& Episcoporũ,non habeãt priuilegiũ fori,licet iure cõmuni illis cõpetebat: vt latè per Calcan.cons.71.per totũ.Neque obstat si replices,Hostiens.cap.1.de apostatis.col.2. id intelligere, quando consuetudo est in fauorem iurisdictionis ecclesiasticæ,vt si esset consuetudo, quòd clericus coniugatus gauderet priuilegio fori, etsi non gestaret habitum & tonsuram:vt & hanc consuetudinem valere consuluit Fulgos.cons. 123. præsuppositis,num.2. non tamen valeret si esset in præiudiciũ iurisdictionis ecclesiasticæ: & sequitur Anan. post alios d. cap.1.in fin.de apostatis.Alexan.consil. 149.num.10.lib.6.Probus ad Monachũ d.c.1.nu.4.de cleric.coniugatis.libro.6. Nam respondetur,hoc esse contra mentem suprà allegatorũ, qui loquuntur de consuetudine, q̃ clerici non coniugati non gauderent priuilegio fori,nisi gestarent habitum & tonsuram: quanuis iure canonico absque his eis competeret prædictum priuilegium,vt colligitur ex cap.vnico.de cleric. coniugatis.in.6. Et hac ratione licet attento iure communi clericus in minoribus non coniugatus habeat priuilegiũ,vt etiam pro causa ciuili debeat conueniri corã iudice ecclesiastico,vt colligitur ex generalitate. c. 2.de foro compet.& clarè ex mente d. cap.vnici.de cleric.coniugatis.in. 6. & tamen moribus obtentum est,vt in ciuilibus respondeat coram seculari,& valida censetur hæc consuetudo,vt per Couar.practicar.quæstion.cap.32.ante nu. 1.& probat expressè Ordinatio Portugaliæ lib.2.tit.1.§.14.Item respondeo,q̃ Hostiensis d.c.1.col.2.de apostatis.non dicit,simpliciter non valere hanc consuetudinem contra clericos in minoribus,sed tunc dicit, non valere,quando licet ipsi non gestant habitum & tonsuram: tamen clericaliter viuunt, id est, non immiscent se officijs, vel negocijs secularibus.cap.Ioannes.in fine. de cleric.coniugatis.& eleganter Alexand.de Nẽuo cons.60.à num.3.Quod rarissimè verificari potest in clericis in minoribus, & ideò contra eos indistinctè debet valere consuetudo. Præterea, vt suprã di-
23 ximus, ¶ prædicta antiqua consuetudo fuit recepta per clerum, & approbata propter magnam multitudinem clericorum in minoribus:& quia propter priuilegium dabatur eis occasio delinquẽdi,& perturbandi Rempublicam. Vnde propter hanc approbationem resultat quædam mixta consuetudo clericorũ, & laicorum, quæ maximam vim habet,etiam in his quæ sunt ecclesiastica. c.cùm venissent. de eo qui mittitur in possessio.& ibi Panorm.num. 3. cap cũ causa.de re iudicat.& ibi Panorm nu.4. gloss.& DD.cap.vir autem. de secundis nuptijs.Felin.cap.ecclesia.num.81.vers. secundus casus.de constitutio. Decius cap.ad nostram.num.3.de probationib. Rochus cap.final.de consuetud. sectio. 8.num.65.inquiens, quòd tunc clerici non ligantur ex consuetudine laicorũ, sed magis ex propria: & in nostra materia tradit Couarruuias practicarum quæstionum.cap.31. numero.5. post principium. Et ex prædicta conclusione ita defensa subinfertur, quòd licet, quando secularis cognoscit de clericatu, per viam informationis, vt videat, vtrùm



vtrùm debeat remittere,non sit citatio partis necessaria. Baldus.l. si qua per calumniam.numero.2.ad finem. C.de Episcopis & clericis.Hippolytus.l.de vnoquoque.numero.108.aliàs numer. 228. ff.de re iudicata. tamen in regno Portugaliæ cùm iudicialiter de remissione cognoscatur, ad effectum pronuntiandi diffinitiuè super ea, necessaria est partis citatio: expressè Carauita dicto ritu. 235.numero.6.ad finem. De qua materia vide etiam Alexandrũ consilio 149. numero.4.libro. 6. Secunda principalis conclusio ex prædicta Ordinatione ea est: Quòd si clericus coniugatus excipiat de clericatu, debet articulare, quòd sit coniugatus cum vnica & virgine. Item quòd tempore delicti & capturæ, gestabat habitum & tõsuram. ¶ Quæ conclusio apertè deduci-
33 tur ex capite vnico de clericis coniugatis. in. 6. neque secularis hos tenetur remittere, antequam probent prædictas qualitates. Rota decision. 3.de sententia excommunicatio. in nouis.Milis in repertorio.verbo, clericus coniugatus.1.Alexander de Nævo consilio. 59. numero. 26. Couarruuias practicarum quæstionum.cap.31.numer.7. versicul. tertio:ac ita colliges, quòd vt clericus coniugatus vtatur priuilegio fori, oportet duobus temporibus gestare habitum & tonsuram, scilicèt tempore commissi delicti, & tempore capturæ:quod satis colligitur ex generalitate dict.cap. vnici.tradit Guido Pape consilio. 110. numero.1.& ampliat Fulgosius consilio 123. præsuppositis.numero. 1.Ex quo infertur, quòd si clericus coniugatus tempore delicti, vel capturæ non gerebat habitum & tonsuram, non gaudebit priuilegio fori, etiamsi habitum & tonsuram reassumat post delictum commissum, vel etiam post capturam. Ancharranus cap. vnico.numero.6.de clericis coniugatis.in.6. & ibi Perusinus. §. 1.ad finẽ.Capella Tholosana quæstione.147. Antonius Gomezius, 3. tomo. cap. 10.numer. 5. & Auendan. de exequendis mandatis.cap.22.numero. 12. Ex quo confirmabitur notabilis decisio eiusdem Capellæ Tholosanæ,quæstione. 144. Et per contrarium si tempore delicti, & capturæ gerebat habitum & tonsuram, gaudebit priuilegio fori, etiãsi anteà non soleret gestare, vt satis colligitur ex mente dict. cap. vnici. tradit Alexander consilio.8.numero.4.lib. 1.& consilio.149. numero.9.libr.6.Hippolytus singular.480.& asserit magis receptum Iulius Clarus in praxi. §. final. quæstione.36.numero.15.Quinimò licet tempore delicti non gestauerit habitum & tonsuram,& sic respectu illius delicti non debeat gaudere priuilegio:tamen si posteà aliud delictum committat,&gerat habitum & tonsuram,respectu illius gaudebit priuilegio:quia quanuis non gestauerit habitum & tonsurã, non obid omnino priuatur priuilegio, sed tantùm respectu illius delicti de quo accusatur.Clementin.1.& ibi gloss.verbo, tandiu.de vita & honestat. clericor. cap.clericus.2.de vita & honestat.clericor.& eleganter probat Couar.practicarum quæstionum.cap.31.numer. 8.versicul.quinto.quidquid omnino amittere priuilegium,& sic reddi omnino laicum, post Iserniam defendat Afflictis libro.1.constit.rubric.3.num. 22.& Auendan.libro.1.de exequendis. cap. 22. nu.15. Contra quos facit,quia quando propter certam causam quis priuatur priuilegio clericali, intelligitur quoad possessionem,nõ autem quoad proprietatem:vt tradit Alexand.de Nævo consilio.62.à num.6.& ideò clericus coniugatus,si moriatur vxor, indistinctè vtetur priuilegijs competentibus clericis non coniugatis.Panorm.cap.clericus.2. de vita & honestate clericorum. Adde prædictis,quòd si tempore delicti,& capturæ,quis gerebat habitum & tonsurã, & posteà aliquid faciat,per qd̃ amittat priuile-

priuilegium clericale ipso iure, vt quia efficiatur bigamus, iuxta c. vnicum.de bigamis.in.6. tamen respectu primi delicti retinebit priuilegium:quia ad competentiam fori debet attendi tempus quo delictum commissum est: vt argumento.l.1.de pœnis.tradit Baldus.l.affinitatis.in fine.C.communia. de successione.Alexand.consilio.8.ad finem.lib.1. & consil.149.num.9.lib.6.Capella Tholosana quæstio.377. Hippolyt. singula. 480. ad finem.Cassane.in consuetudin. Burgund.rubric.1.§.5.verb. si la grace. num.57.pagin.196. Grammatic. decision. 10. numero.3. Carauita alios referens ritu.66.nu. 8.Faciunt in simili tradita per Iason.l.apud Iulianum.§.hæres. num.6.ff.de legat.1. Et iuxta hæc venit resoluenda quæstio, quam mouet Grãmaticus decision.10. si quis tempore delicti erat clericus in minoribus non coniugatus, & post delictum duxit vxorem virginem, propter hoc non amittet priuilegium, sed remittendus est ad iudicem ecclesiasticum: de quo tamen dicto dubitat Carauita ritu.66. num.9.& refert hanc controuersiam Iulius Clarus in praxi criminali.§.final. quæstion. 36. numer.11. Sed ex prædictis dicendum est,quòd si is duxit vxorem virginem(in quibus terminis loquitur Grammaticus)non amittet priuilegium,quia non fecit actum incompatibilem cum priuilegio.Innocen.cap.1.num. 3. de apostatis. ac proinde quanuis tempore delicti non gestaret habitum neque tõsuram,tamen gaudebit priuilegio clericali:quia clericus in minoribus non cõiugatus gaudet priuilegio, etsi tempore delicti & capturæ non gestaret habitũ neque tonsuram, vt colligitur ex dicto cap.vnico.de clericis coniugatis.libr.6. & infra dicemus.Quod priuilegium respectu illius delicti non amittet, etsi posteà vxorem ducat, & sic efficiatur clericus coniugatus, in quo aliàs requiritur, quòd tempore delicti, & capturæ gestet habitum & tonsuram, vt suprà diximus. Quinimò etsi viduam ducat, & sic faciat actum incompatibilem cum priuilegio.cap.vnico. de bigamis. in.6. Innocentius cap. 1. numero. 3. de apostatis. tamen respectu primi delicti retinebit priuilegium per suprà tradita: & ita in specie Panormitanus consilio. 85. nume.7.lib.1.Capella Tholosana quæstio. 337. Neque obstat dictum cap. vnicum. de bigamis. in. 6. quia locum habet respectu delictorum posteà committendorum, & non respectu delicti anteà commissi. Baldus.l. affinitatis.in fine. C.communia de succession. Panormitanus d.consi. 85.ad finlibro. 1. Tertia conclusio, quæ colligitur ex prædicta Ornatione ea est: Quòd verificatio prædictarum qualitatum debet fieri per clericum coniugatum coram iudice seculari. † Quam conclusionem, etiam in terminis iuris communis tenuerunt Ioannes Gallus in arestis.quæstione. 43. Guido decisione. 138. numero.2.Idem consilio. 110. numer. 2. Aufrerius de potestate seculari, regula 4.fallentia. 8. numero. 12. Rupellanus lib.4. instit. forensium. c.6.asserẽtes ita in Francia obseruari, & sequitur Iulius Clarus in praxi.§. final.quæstione. 36. numero.14 ad finem.& nume. 22. Sed subsistendum est, quia imò de qualitatibus expressis cap.vnico.de clericis cõiugatis. in. 6. ecclesiasticum debere cognoscere,& non secularem,tenet Dominicus dict.cap.vnico.§. final. num.9. idem cap.si iudex laicus. in fine.de sententia excommunicatio.in.6. Fulgosi. consilio. 125. numero. 2. Alexander consilio.8.numero.4.libro. 1. & consilio. 149. numero. 3. libro. 6. Cæpolla consilio criminali.10. numero.7.& consilio sequenti.numer.30. Capella Tholosana quæstione. 117. cum addition. Alex.de Nævo cons.59.n.26.Belluga in Speculo princip.rubr.11.§.nunc videamus.

34



mus.num.5.Roland.consil.4. num. 33. lib.1.& ante omnes Rota decisio. 3.in fine.de sentent. excommuni.in nouis, & hanc esse communem opinionem asserit Probus ad Monach. d. c. si iudex laicus.num.14. & Menchaca de successio. creatio.§. 22.num. 69. & ampliat notab. Federicus de Senis cons. 235. nu.1. Sed defendẽdo cõclusionem,vltra responsiones quæ colligi possunt ex supra traditis in prima conclusione, ego respondeo, quod etiam in terminis iuris communis verior videtur contraria opinio,si modo præueniat secularis: nam qualitates expressæ d.c.vnico.in facto consistunt:ergo de his secularis præueniens cognoscere poterit iuxta cõmunem de qua supra,& in terminis aduertit Aufreri.de potestate seculari, regula 4. fallentia 8. nu. 12. Item de vestibus & tonsura potest notorie constare, absque aliqua discussione: ergò & de his secularis cognoscere poterit.In terminis Dominicus d.c. vnico.§. fina.col.fin. de cleric. coniugatis, lib.6. quem probat Cæpolla consil. criminali 10. num.7.Socin. consil.122.nu. 3.lib. 1. Deci. c.2. num. 24.de iudic. & pro illis adduco dictum Speculatoris.tit. de reconuentio. §. nunc dicendum,nu. 2. quòd vbi in causam incidit causa spiritualis,si de ea potest iudici seculari constare summarie,&absque discussione,de illa secularis cognoscere poterit & pronũtiare per modum causæ: subscribit Bald. l. 1.in fine.C. de sentent. quæ sine certa quantitate proferuntur. & probat idem Baldus.l. vnica.numero.37. in fine. C. de confessis.& tenent etiam plures Doctores relati per Alexandrum. hic num. 8. vers. tertio fallit. Roman.consil. 299. numer.3. & fatetur magis communiter receptũ Philippus Deci.c.2. nu.24.vers. secundo,de iudic. Et à fortiori, quando quid fuerit notorium, ita vt probatione non indigeat. Aretin. c. cum sit.nu. 14. de foro compt.& ibi Felin.num.2. vers. secunda declaratio. Imò quando proceditur de plano,secularis cognoscet. Bald. authen ei qui num.26.in fine.C.de bonis auth. iudic. posid. Roman. consil. 299. num.2. Vltima conclusio, quæ colligitur ex prædicta Ordinatione, ea est: quod clericus in minoribus, qui non est vxoratus, debet articulare & probare, quòd saltem tempore capturæ gerebat vestes clericales & tonsuram: quam cõclusionem licet in terminis iuris communis conatus fuerit probare Alexan. de Nævo consil. 59. à num. 3. tamen re vera hæc conclusio videtur repugnare manifestis iuris principijs,& quatuor arduas patitur difficultates. Prima est,quia vult,quòd vt clericus in minoribus nõcõiugatus vtatur priuilegio fori, debeat saltem tempore capturæ gerere habitũ & tonsuram: & tamen iure canonico certum est, istos gaudere priuilegio, etiã si nec tẽpore delicti, neque capturę gerant habitum & tonsuram:vt clare significat c. vnicũ. de cler. coniugatis in 6. nam restringens se ad clericos coniugatos,aperte sentit, non coniugatos vti priuilegio, licet non gerant habitum & tonsuram.Idem clare probat c.si iudex laicus.de sentent. excommunic.in 6. nã vult, quòd etsi tempore capturæ clericus incedebat vt laicus, tamen gaudet priuilegio, licet propter hoc onus ei imponatur, vt interim sit in carcere seculari :notat Socin. consil. 12. numer. 20.libro.1. Afflictis lib 1. constitutionum, rubr. 3. numero 19. ad finem. Idem etiam colligitur ex generalitate cap. 2. de foro competent. Vnde in hac materia receptum est, quod clericus,etiam in minoribus, qui dimisit habitum & tonsuram, & incedebat vti laicus, non amittit priuilegium, saltem fori, nisi ter monitus per superiorem ecclesiasticum, habitum & tonsuram non reassumat. cap in audientia, & cap. contingit. 2. de sententia excõmunic.

c.fina. de vita & honest.cler. & resoluit Anan. c. 1. num. 14. de apostatis. Alex. consil. 8.à num. 2.lib.1.Cæpolla consil. criminali.11.à num.29. Hippolyt. sing. 383.Cassane. in consuet. Burgund. rub. 1.§. 6. verb.sin la grace.num.59. pagina 197. Boeri.decisio. 69.nu.12. Grammat. voto 33.à num.11.Afflict lib. 1.constit. rub.3.num. 19. Roland. consi. 4.nu. 32. lib.1.Hippolyt.cons. 67. à.nume. 60.& ita in practica seruari asserit Albe. 3.parte statutorum. quæst. 42.num. 7.& alij, quos refert Follerius in praxi criminali. verb.audiantur excusatores.nu. 47.pag. 71. & eleganter comprobat repertoriũ Aretin. verb. priuilegium cessat. col. 2. ad finem. & sequ. & id probat etiam l. 13.tit. 3. lib. 1. ordinamenti antiqui. Secundò, quia præsupponit Ordinatio, quòd cognitio habitus & tonsuræ pertinet ad secularem: & tamen. c. si iudex laicus.de sentẽt. excom.in. 6.probat pertinere ad ecclesiasticum, & tradit in terminis Alexan.cons. 149.nu.3.lib. 6.Cæpolla cons.criminali. 11.num. 2. Alexan. de Nævo cons. 61.nu. 5. Roland. cons. 4. num.33. lib.1. & esse receptum, & in Hispania seruari dicit Couar.pract. q. c. 33.post prin. & id esse verissimum & indubitatum in clerico in minoribus non cõiugato, asserit Belluga in speculo principum.rub. 11. §.nunc videamus. nu.4. Tertia difficultas est, quod prædicta Ordinatio in hoc clerico in minoribus requirit copulatiue habitum & tonsuram: & tamen receptius est, quòd licet hæc requirantur in clerico coniugato. c. vnico de cleri. coniugat. in 6.tamen in nõ coniugato sufficit alternatiue vel gerere habitũ solum, vel tonsuram solam. Cardinal. c. contingit. 2. ad finem, de sentent.ex communic.Cæpolla cons.criminali. 11. num. 42. Roland. cons. 4. nu. 26.lib. 1.Auend.lib.1. de exequend.mãdatis.c. 22.nu. 12. ante fin. Vltima difficultas est, quòd in hoc clerico nõ cõiugato Ordinatio iubet considerari tẽpus capturæ: & tamẽ potius tẽpus cõmissi delicti erat inspiciẽdũ, iuxta traditionẽ glo. fin.l.nemo potest.ff.deleg. 1. & ita bulla Alexandri VI.cõcessa Regibus Castellæ, tẽpus delicti iubet inspici, vt ex ea constat: quã refert Couar. pract. q. c. 32. & Anton.Gomez.3. tomo.c. 10.n. 4. ad finẽ.Sed his nõ obstãtibus, hæc vltima cõclusio pro vera & indubitata obseruatur in Regno Portugaliæ, vt asserit Gamma tract. de sacramẽ. præstand. q. 5. nu. 29. Nec obstant difficultates supra motæ: quia ad primã respõdeo, quòd quicquid sit in cõstitutis in sacris, tamẽ clericus in minoribus, si dimittat habitũ & tõsurã, & enormibus se immisceat, perdit priuilegiũ, absque alia monitione, vel degradatione, vt latè probat Alex. de Nevo cõs. 59.à nu. 14.& nu. 20.col. fina. vers. sexta cõclusio. & tenẽt alij relati per Iuliũ Clarũ.§.36.nu.23.ad mediũ: & dicit Couar. pract.c. 32. n. 3.ita vsum obtinuisse. Sed nõ placet hæc respõsio, quia nõ est generalis, & est cõtra magis receptã opinionẽ, vt fatetur Iulius Clarius vbi supra: pro qua est tex. clarus cap.si iudex. §. fin. de sentẽt.excõmunic.in 6. & alia iura supra citata, quibus diuinatiue & violẽter respondet Alex. de Nævo d.cons. 59. à n. 8. Et ideò secundò respõdeo, quod licet attẽto iure cõmuni, clericus in minoribus indistincte gaudeat priuilegio clericali, siue habitũ & tõsurã gerat, siue non, vt colligitur ex generalitate. c. 2. de foro comp. tradit Alex. cõsil. 149. nu. 1.lib. 6.Socin.cõs. 12.n. 16.lib.1. Cæpolla cõs. criminal. 11.à nu.14. Deci.c. clerici.in fine. de iudic. Grãmatic. voto 33.à nu. 2. Roland.cõs. 4.n. 16.lib. 1.ac proinde decisio d. c. si iudex laicus. de sentent. ex comunic. in 6.etiã in illis procedat. Anã. c.1. nu.9. de apostatis.& Belluga in speculo Principum.rub. 11.§. videamus, n. 4.& Cæpolla cõsil.criminali.11. numer. 2. tamen quia hi sunt plurimi, & eis quodammodo per priuilegium datur occasio delinquendi, nec sunt deputati alicui



alicui officio ecclesiastico; solent facilè Summi Pontifices horum priuilegium restringere, vt tradit Couarrub. practicar. cap. 31. numer. 6. ac proinde Alexander concessit Regibus Castellæ bullam, vt clerici in minoribus non gauderent priuilegio fori, nisi tempore delicti, & ante, per quatuor menses gererẽt habitum & tonsuram, vt refert Auend. lib. 1. de exequend.mandatis. cap. 22. nume. 11. & Couarrub. practicar. cap. 32. Et eadem bulla fuit concessa Regi Franciæ Francisco per Leonem X. vt refert Boeri.decisio. 69. numer. 13. & illam ad literam refert Cassane.in cõsuet. Burgund.rub. 1.§. 5. verb. sin la grace. num. 51. Regi autem Alfonso V. Portugaliæ Regi per Pium II. cõcessa fuit bulla, vt clerici in minoribus, qui nõ essent beneficiati, si non gestarent habitum & tonsuram, possent capi & puniri per iudices seculares, vt refertur l. 5. tit. 4. lib. 2. extrauagant. Circa quas bullas aduertendum est, quòd bullæ cõcessæ Regi Castellæ & Franciæ, id de nouo inducunt, quod licet monitio quæ deberet fieri clericis in minoribus, vt reassumerent habitum & tonsuram, & quòd aliàs amitterent priuilegium, attento iure communi debet nominatim fieri. Clem. 1. & ibi glo. verb. nominatim. & ibi Card. q. 5. de vita & honest. clericor. ac proinde non sufficeret admonitio generalis, etiã facta in synodo, vt clerici reassumerent habitum & tonsuram, sub pœna priuationis. Panor. c. 2. ne clerici, vel monach. Felin.c. cum non ab homine.nume. 12. ad finem de iudic. & eleganter probat repertorium Aretin. verb. priuilegium cessat.col. 3. quicquid repugnẽt Alexan. de Nævo consil. 60. numer. 14. & Cassane. in consuetud. Burgund.rub. 1 §. 5. verb. sin la grace. num. 72. & quicquid inuoluat Auend.lib. 2. de exequen. mandatis. c. 22. nu. 14. tamen propter illas bullas sufficit illa monitio generalis, vt aduertit Boer. decisio. 69. n. 14. Præterea est aduertendum, quòd bullæ concessæ Regibus Hispaniæ, & Franciæ, requirunt, quod illæ bullæ quolibet anno in tribus diebus Dominicis Quadragesimę publicẽtur, ac proinde cessante monitione, ius antiquũ est seruandum, vt in specie tradit Auend. d. c. 22. n. 13. & quoniam ecclesiastici solent esse difficiles ad faciendas has publicationes, vt refert Affli. lib. 1. constit. rub. 3. nu. 20. rectè admonet Couarrub. d. c. 31. nu. 1. vers. est tamen. quòd Regij officiales procurent has fieri publicationes. Cæterum in bulla concessa Regi Portugaliæ nulla requiritur publicatio, sed publicatio illa facta per bullã, quę habet vim trinæ monitionis, sufficiens censetur: vt post bullas similes obseruari in Regno Neapolitano tradit Grãmatic. lib. 1. cõstit. rub. de apostatantibus. nu. 5. ad finẽ. Deniq;
36 est aduertendum, † quod hodie per Concilium Tridẽtinũ sessione 23. tit. 6. de reformatione, generaliter cõstitutum fuit, quòd vt clerici in minoribus gauderent priuilegio fori, debeãt gestare habitum & tõsurã, & præterea per Episcopum deputari seruitio alicuius ecclesiæ: cuius cõstitutionis substãtia refertur. l. 1. tit. 4. lib. 1. ordina. noui. & ibi l. 8. ponitur illius praxis. Ex quibus dicẽdũ est, q. quidquid sit attento iure canonico antiquo, tamẽ hodie stãtibus prædictis bullis, & decreto Cõcilij, clericus in minoribus etiã non coniugatus, nõ gaudebit priuilegio, nisi gestet habitum & tonsuram, & per Episcopũ deputetur alicui seruitio ecclesiastico, vt in terminis aduertit Auend. lib. 2. de exequend.mãdatis. c. 22. n. 12. vers. & vltrà. Vnde quãuis in regno Neapolitano sæpius fuerint remissi clerici in minoribus, quãuis tẽpore delicti nõ gererent habitũ & tõsurã, vt refert Grãmaticus voto. 33. n. 12. tamẽ postquã superuenit cõstitutio Papæ Clementis, & successiue Pauli, quibus fuit cõstitutũ, vt omnes cle

tici reassumerent habitum & tonsuram, aliàs pro laicis haberentur, non fuerunt amplius remissi, si tempore delicti non gererent habitum & tonsuram: vt asserit idem Gramma. lib. 1. constitut. rub. de apostatãtibus. nu. 5. ad finem. Non obstat secunda difficultas, quod hęc cognitio pertineat ad ecclesiasticum, nam id erit verum attento iure communi antiquo: nam cum clericis in minoribus nõ coniugatis, priuilegium fori simpliciter esset concessum, meritò cognitio pertinebat ad ecclesiasticum. Alex. de Nævo consil. 61. num. 5. Sed hodie cum priuilegium sit limitatũ, & ei non competat nisi sub prædictis conditionibus: & hæ in facto consistant. l. qui hæredi. §. de condit. & demonst. de hac quæstione facti cognoscet secularis, vt diximus in 3. cõclusione. Quare hodie nõ obtinebit decisiod. c. si iudex laicus. §. fina. cum enim clericus in minoribus non gaudeat priuilegio, nisi tempore delicti gestet habitum & tonsuram, de hoc facto cognoscet secularis si præueniat, & pronuntiabit illi non competere priuilegium: quia tunc non ipse priuat, sed magis prædictæ bullæ & decretum Concilij: argum. l. 1. vers. nam si quidem. §. ad Turpillian. & l. ordine. 15. §. ad municip. & cum exprimatur id quod tacite inest ex prædictis bullis, non vitiabitur pronũtiatio, iuxta traditionem glos. c. significasti. de electio. & tradit in simili Panor. c. querelam. num. 6. de Simonia. Dec. c. quanto. num. 6. ad finẽ. de iudic. Non obstat tertia difficultas, quia licet attento iure antiquo, sufficeret clericum non coniugatum portare tonsuram, vel vestem, tamen hodie vtrũque debet portare, per supra tradita, ita vt decisio c. vnici de cleric. coniugat. in 6. hodie etiam procedat in clericis nõ coniugatis. Auendan. d. cap. 22. nu. 12. vers. & vltra. Non obstat vltima difficultas, quia Ordinatio, vt magis faueret clericis in minoribus non coniugatis, voluit attendi tempus capturæ, & non delicti, iuxta tradita per Hippolyt. sing. 480. In Regno autem Castellæ & Franciæ attendetur tempus delicti: quia ita in bullis fuit expressum. Postremo notabis in hac materia illud quod tradit Rupellanus lib. 4. instit. Forensium cap. 6. quòd in Francia, post Curiæ supremæ sententiam, non licet clericis exceptionem clericatus opponere, etiam si dicant velle se ostendere titulum ordinum. Quæ praxis ea ratione defendi potest, quia præsumptio est, quod illi quitandiu tacuerunt, calumniose proponunt prædictam exceptionem, ad impediendam executionem sententiæ supremę Curiæ, & ideò talis exceptio, tanquam calumniosa non admittitur. c. suscitata. de restit. in integrum. c. post electionem. de electio. l. 2. C. de falsis, & consequenter hoc casu non habet locum decisio d. c. si iudex laicus. expressè Bald. l. 1. in fine. C. de sentent. quæ sine certa quantit. Alexan. hic numero 8. vers. 4. fallit. facit. c. ex parte tua. 27. de priuileg. &. c. ex parte. de cleric. coniugatis. Recte tamẽ admonet Alex. §. relatus, iudices non debere vti prædicta praxi, nisi vbi calumnia fuerit manifesta. Ex his igitur ita latè deductis constat, decisionem d. c. si iudex laicus. non pugnare cum magis communi sententia, quam defendimus. Cui etiam non obstat tertiũ de generalitate. c. tuã. de ord. cognitio. quia respondetur, quod tex. ille loquitur de Regina Cypri, quam non est verisimile natam fuisse, ex personis, de quibus dubitatetur, vtrùm matrimonium de facto contraxissent: sed tantum dubitari potuisset, vtrùm matrimoniũ illud fuisset legitimũ: & sic ibi vertebatur quæstio iuris, & nõ facti, & ideò cognitio pertinet ad ecclesiasticũ, vt aduertit Albert. de assertio. Cathol. c. 25. n. 53. Sed si tãtũ fuisset quæstio, vtrũ matrimoniu m



monium fuisset contractum de facto? secularis esset competens ad cognoscendum de ea causa, iuxta communem, quã defendimus, & probat Ord. lib. 2. tit. 47. §. 2. & lib. 5. tit. 15. §. pen. Quinimo si in specie d. c. tuã. tãtũ fuisset dubitatio, vtrũ matrimonium esset contractum in facie ecclesiæ, vel clandestine, vt sic cõstituatur, vtrùm filius censeri debeat legitimus, propter ignorantiam paredtum, vel vnius ex illis, iuxta c. ex tenore. qui filij sint legitimi; secularis de ea causa cognoscere posset, quia pertinet ad factum, & facta pronũtiatione super facto, proles cẽsetur legitima vel illegitima ex dispositione iuris. c. cũ inhibitio. §. 1. de clandestina despõsatio. c. 2. &. c. peruenit. qui filij sint legitimi. Et pari ratione † quia in
37 terminis. c. ex tenore. qui filij sint legitimi. agitur de colorata quasi possessione matrimonij, vt ibi per Præposit. n. 3. iudex secularis de hoc cognoscet. Tessaurus decisio Pedamont. 117. & alia de materia d. c. tuam. vide per Gutierrez. 3. parte ad ll. Regni. quæst. 26. à numer. 4. Non obstat quartũ de. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæreti. in 6. quia responderi potest, quòd tex. ille. verb. quoquo modo, significat, seculares non posse cognoscere de hæresi, eo prætextu quod hæretici sint perturbatores reipublicæ: nam cum hoc crimen sit connexũ cum ipsa hæresi, non poterunt seculares de eo cognoscere: in specie Bossius in praxi, tit. de hæreticis. numer. 14. Item neque eo prætextu quod lædentes Maiestatem diuinam, etiam & Principis læsestatem Maiestatem: & in specie tradit Nauarrus in rub. de iudic. numer. 70. Sed si quæstio hæresis pertinuerit ad merum factum, de ea secularis cognoscere poterit. Sed non placet hæc responsio, quia verius & receptius est, d. §. prohibemus: in eo verbo. quoquomodo, significare, vt seculares se non intromittant in causis hæresis, neque in iure, neque in facto consistentibus. Ancharranus c. a. ea quæ numer. 11. de regulis iuris. in 6. Alexan. hic num. 12. Andre. Sicul. c. 1. numer. 77. de offic. ordina. Felin. cap. cum sit. col. 4. vers. 1. declaratio. de foro comp. Albertin. de assertio Catholicis, cap. 25. num. 53. Qua admissa opinione, respondetur, quòd in quæstione hæresis non potest separari quæstio facti à quæstione iuris, si consideres, in hæresi quæstionem facti consistere in hoc, quod quis dixerit verba hæreticalia, & quæstio iuris, quòd ea sint dicta scienter & cum pertinacia. Neque enim secundum ius Canonicum, quis punitur vt hæreticus, nisi constet scientiam & pertinaciam adfuisse. Clem. 1. §. fina. de vsuris. Clem. 1. §. porrò de hæret. & ibi glos. verb. pertinaciter. Oldrad. consil. 200. num. 1. Thomas in 4. distinctio. 13. quæst. 2. & ibi Durand. quæst. 5. Antõ. in summa. 2. parte, tit. 12. c. 5. in princ. ita vt meritò dixerit Lucas de Pen. l. 1. col. 6. C. de priuileg. scholar. lib. 12. quòd non quicunque deuiat à fide, hæreticus est, sed qui pertinaciter deuiat: c. dixit Apostolus. 24. quæst. 3. & prosequitr Menoch. consil. 82. a n. 171. lib. 1. Quinimo resoluit notab. Nauarr. in manuali. 1. præludio num. 10. ad finẽ, quòd si quis crassa ignorãtia errat in Articulis fidei, quos explicite tenebatur credere, illa qualis qualis ignorantia cũ fide implicita credendi ea quæ docet mater Ecclesia, liberat eum à pertinacia, & consequenter à pœnis per ius canonicum hæreticis impositis. c. hæc est fides. 24. quæst. 1. Cum igitur ex prædictis constet, hæreticum propter solum factum, id est verba hæreticalia, puniri non posse, nisi simul concurrat quæstio iuris, id est pertinacia: meritò de ea causa secularis cognoscere nõ potest, per tradita supra. † Idque videtur sentire d. §. prohibemus, ibi: Cũ mere sit ecclesiasticum: sentit enim; cognitionẽ & punitionẽ huius delicti ecclesiasticã esse, quia in eo quæstio facti regulariter nõ potest separari à quæstione iuris;

Et in his terminis proprie verificatur, quod tradunt Bald. hic ad medium, & Imol. num. 3. quòd vbi factum non separatur à spiritualitate, de eo facto non cognoscit secularis: quòd si detur hæc separatio, tunc secularis de causa facti cognoscere poterit: vt si ponas adhibuisse cognitionem de verbis hæreticalibus, non ad finem iudicandi, sed ad effectum capiendi, ne perturbetur Respublica: hæc enim cognitio ei non debet videri prohibita: imo magis videtur permissa per d. §. prohibemus, ibi, Siue captos pro eodem crimine. generaliter intelligendo. Constat igitur, opinionem communem quam defendimus, veriorem esse: & ex ea ita defensa infertur primò annotario ad dictum Gerard. sing. 96. dũ dicit cau- 39
telam esse, quòd si factum rei spiritualis incidat coram seculari, pars immediate adeat iudicem ecclesiasticum, & petat super incidenti per eum pronuntiari, vocata parte: quod dicit maxime procedere, si fiat inhibitio per ecclesiasticum, prout fieri potest, iuxta notata c. tuam de ord. cognitio. subscribit Couarr. de sponsa. 2. parte. cap. 8. §. vltim. nume. 3. ad finem, & Gutierrez. 3. parte ad ll. Regni. quęst. 26. col. 2. Quæ cautela vera non est, quia aut ipsi intelligunt de quæstione spirituali incidenti, de qua secularis cognoscere non potest: & cautela est superflua: quia secularis ex officio tenetur eam remittere ad ecclesiasticum. c. tuam de ord. cognitio. c. lator. qui filij sint legitimi. aut intelligunt de quæstione rei spiritualis ad factum pertinente, & cuius secularis potest habere cognitionem; & cautela vera non est: quia cum secularis præuenerit causam principalem, pariter videtur præuenisse cognitionem causæ incidentis, cuius ipse capax est. l. quoties. C. de iudi. l. 1. C. de ordine iudicio. & ideò tunc nullam ecclesiasticus potest facere inhibitionem seculari, qui suo iure iuste de causa incidenti cognoscit. Angel. l. 4. §. condemnatum. in fine. ff. de re iudicat. Afflictis decisio 30. numer. 2. Nam vt notab. inquit Bald. l. 1. in fine. C. quomodo. & quando iudex. cum secularis non habeat iurisdictionem ab ecclesiastico, non potest inhiberi per ecclesiasticum, nisi eo prætextu, quod occupet iurisdictionẽ ecclesiasticam. Hippolyt. sing. 490. in nostro autem casu secularis nõ vsurpat iurisdictionem ecclesiasticam, cum cognitio ad eum pertineat: vnde nulla ei potest fieri inhibitio, in casibus autem, in quibus posit fieri inhibitio per ecclesiasticum, qualiter ea sit facienda? videndus est Alex. consil. 9. lib. 4. Item secundò principaliter ex cõmuni opinione supra defensa infertur, quòd si dubium vertatur inter duos, ad quem pertineat ius decimandi, † hæc quæstio tanquam iuris pertinebit ad ecclesiasticum. c. fina. de rerum permutat. Et eadem ratione vtrùm quis de iure teneatur decimam præstare, cognitio pertinebit ad ecclesiasticum. Clem. dispendiosam. de iudic. c. tua nobis. §. fin. de decimis. c. postulasti de homicid. Et idem si ex aliqua causa quis prætendat ius decimandi sibi competere: hæc enim quæstio, tãquam iuris, ad ecclesiasticum pertinebit. c. causam de præscriptio. c. ex tenore, iuncta glos. verb. ecclesiasticum. de foro compet. glos. in summa. 11. quæst. 1. glos. c. placuit. 2. verb. decimationũ. 16. quæst. 3. Speculator tit. de competentis iudicis aditio. nu. 16. vers. 16. Calderin. consi. 15. de iudic. Fulgos. cons. 166. num. 4. Federicus de Senis videndus cõs. 145. ad finem. Cassane. consil. 45. nume. 12. Gutierrez 3. par. ad ll. Regni. quæst. 26. num. 11. Vnde cauendum est à traditis per Guillel. c. Raynuncius. tract. de fideicomm. substitutione. nume. 46. vbi asserit in Gallia obseruari, quòd si laicus possideat decimas iusto titulo, siue colorato, secularis est competens iudex priuatiue ad ecclesiasticum: & si laici molestãtur per ecclesiasticos super decimis, impetrant literas Regias, quibus inhibetur ecclesiasticis, ne de huiusmodi causis cognoscant, easque ad seculares iudices remittant: & secularibus per Regem iubetur, vt permittant & cõcedant laicos vti, & gaudere prædictis decimis: quod etiã asserit Cassane. in consuetudin. Burgũ. rub. 1. §. 6. num. 35. pag. 54. Rupelanus lib. 1. Forensium institutio. c. 25. Carol. in consuetud. Paris. §. 46. nu. 16. & nu. 25. Gutierrez ad ll. Regni. lib. 1. quæsti. 14. num. 5. & Menchaca. illustri. quæst. cap. 89 num. 6. Hæc enim traditio ex supradictis confunditur: cum enim huiusmodi quæstio sine dubio pertineat ad ius, cognitio debet pertinere ad ecclesiasticum iuxta supra tradita. Et ideò prædicta Galliæ consuetudo non potest saluari, nisi virtute priuilegij Philippo Pulchro concessi per Summum Pontificem: vt tradit Rebuff. tracta. de decimis. quæst. 10. num. 36. & Cassane. vbi supra. Gutierrez lib. 1. ad ll. Regni. quæ. 14. n. 4. ad finem. Quibus tamen addendũ est, quod in laico quoad decimas posidendas, raro potest dari titulus iustus, vel coloratus, si aduertas ad decisionem. c. causam. de præscriptio. & c. quanuis. de decimis.
40 † Et sic cum iniuste, & cum sacrilegio videatur decimas posidere. c. 2. de rebus ecclesiæ. c. reuertimini. 16. quæstio. 1. ratione sacrilegij etiam in regno Franciæ coram ecclesiastico conueniri poterit. c. cum sit generale. de foro compet. Roman. hic num. 6. ad finem. & in specie tradit Cassane. consil. 45. numer. 21. Item ex prædictis colligitur, non esse veram opinionem Bellugæ in speculo Principum. rub. 13. §. restat. à. num. 7. pag. 75. dum vult defendere cõsuetudinem Regni Aragoniæ, quòd quæstiones iuris decimarum pertineãt ad iudices seculares ea ratione, quia decimæ à principio fuerunt Regum: & per eos fuerunt translatæ ad ecclesiam, cum eodem iure iurisdictionis, quo videbantur affectæ, antequã traderentur ecclesiæ, iuxta tradita per Bart. l. rescripto. §. fina. ff. de mune. & honorib. refert Rebuff. de decimis quæ. 10. num. 39. ad finem. & Couar. practi. cap. 35. num. 2. vers. tertio. asserit, semel ex literis Regijs vidisse decimarum causam agitatam fuisse apud iudices supremos Granatensis prætorij: hæc enim opinio ex supradictis confunditur. Neque obstat Bellugæ ratio, quia in primis negatur, decimas fuisse Regis, quantumcunque Regnum à Sarracenis recuperauit. c. dudum. de decimis & dato quòd illius fuerint, tamen cum simpliciter fuerint donatæ ecclesijs, in earum dominium transierunt. l. fina. C. de sacro. eccles. & consequentet debent considerari tanquam ecclesiasticę & spirituales. c. vnico. §. fina. de iure patronat. in 6. c. dilectus 3. de præbend. tradit Oldradus consil. 83. an Episcopus à numero 7. Felin. c. Ecclesia. numer. 7. de constitut. facit quod Panor. c. veniens. nume. 4. de accusatio. quem sequitur Iacobin. de homagijs num. 13. Pro vera igitur resolutione huius difficultatis præmittendum est illud quod tradit Hostiẽs. in summa, tit. de decimis. num. 13. Summum Pontificem posse concedere decimas secularibus, siue ad tempus, siue in perpetuum. c. à nobis. de decimis. c. nobis. iuncta glo. verb. de sua, de iure patron. facit c. Adrianus, &. c. in synodo. 63. distinct. &. c. hinc etiã est. 16. quæst. 1. Quanuis vt ibidẽ inquit Hostiens. vers. sed non debet, vtiq; non debet id Summus Pontifex facere, nisi ex iusta causa, scilicet fauore fidei, vt scilicet ex terris quas à Sarracenorũ, vel hæreticorum manibus eripuerit, decimas percipiat: & probat l. 23. tit. 20. par. 1. Et hac de causa Summus Pontifex Benedictus, anno. 1340. concessit Regi Alfonso XI. pro se & successoribus, decimas, quæ vulgò Tertiæ nuncupatur, pro expugnandis Christianæ religionis inimicis, vt refertur l. 1. tit. 21. lib. 9. ordina. & refert latius Lasarte de decima vendi tionis c. 19. n. 36. & post hanc cõcessionẽ semper Reges Hispaniæ has Tertias per-

ceperunt, vt tradit Palac. rep. rub. §. 37. num. 13 Menchaca illustrium quæstio. cap. 89. num. 6. & Gutierrez lib. 1. ad ll. Regni. quæst. 14. † Vnde abeo tempore
41 prædictę Tertiæ factæ fuerunt ius regale. Auendan. lib. 2. de exquendis mandatis. c. 4. num. 21. & sic ex aceruo decimarum, ex quibuslibet nouē, duo nomine Regis percipiuntur, vt significat d. l. 1. tit. 21. lib. 9. ordinamenti: & clarius ex-
42 plicat Gregorius. l. 22. tit. 20. part. 1. verb. Nolos deuen. Et similiter decimæ Regni Granatæ Regi Ferdinando, & Elisabeth fuerunt concessæ, vt meminit Xuarez allegatio. 28. Iacob. Puteus. decis. 319. lib. 3. Est & secundò præmittendū, quòd vt inquit diuus Thom. 2. 2. q. 100. artic. 4. ad tertium, quando principibus vel militibus conceduntur decimæ, non est intelligendum, ius spirituale percipiēdi decimas illis fuisse concessum, cuius laici sunt incapaces. c. causam. de præscriptio. sed tantum eis conceditur facultas percipiendi suo nomine fructus, qui sub nomine decimæ includuntur: qui quidem fructus non censentur res spirituales, vel ecclesiasticę, sed potius res temporales. c. fin. ne prælati vices suas. c. vestra. de locato. latè Redoanus de spolijs clericorum. quæst. 14. à num. 14. & ideò laici illorum sunt capaces: id quod etiam tradit Bald. l. si vsus fructus. in lectura antiqua. §. de iure dotium, innuens, quòd licet ius decimarum non posit concedi laicis, tamen perceptio fructuum veniētium sub nomine decimæ, concedi potest: & hoc modo dicit, Papam concessisse decimas Regi Francorum: & sic vult, quòd etiam quando conceduntur decimæ Regibus, non videtur eis cōcessum ius decimandi spirituale, sed ius temporale percipiendi fructus, sub nomine decimæ contentos: vnde cum ius tantum temporale videatur concessum, merito dicit Soto lib. 9. de iust. & iure. quæst. 7. artic. 1. col. fina. quòd quando Papa Principibus concedit decimas, adiudicat illas sub seculari titulo defendēdi ecclesiā. Item neque eis concedit ius spirituale, sed merè tēporale percipiendi fructus temporales, & profanos: subscribit Ioannes Garcia tracta. de expensis. cap. 9. num. 97. & Lasarte de decima venditio. cap. 19. num. 32. Ex quibus ita præmissis in difficultate. §. mota concludendū est, de huiusmodi decimis cognoscere posse iudices seculares: † & quidē priuatiue ad ecclesiasticos, duabus rationibus. Prima est, quia prædictæ decimę possidētur titulo temporali, & non spirituali, & ideò tanquam de re merè temporali cognitio pertinet ad solos seculares: siue sit quæstio iuris, siue facti: & ita hac ratione in terminis tenet Couar. practicarum quæst. c. 35. num. 2. vers. tertio. Gutierrez lib. 1. ad ll. Regni. quęst. 14. nu. 4. Rebuf. de decimis. quæst. 10. nu. 39. in fine. Lasarte de decima venditio. cap. 19. num. 30. & Henriquez Societatis Iesu, in summa Theologiæ Moralis. lib. 7. cap. 27. sub litera. L. in 2. tomo. Secunda ratio est, quia cum non agatur de iure decimādi spirituali, sed de facultate percipiendi fructus sub nomine decimæ cōtentos, vt supra diximus, cognitio rei tēporalis debet pertinere ad secularem: & ita Belluga in speculo Principum. rub. 13. §. restat. num. 3. & his rationibus potest defendi cōsuetudo Franciæ & Aragoniæ suprarelata. Adde, quòd hac ratione Princeps has Tertias tanquam quid temporale potest libere alienare, & eas etiam benemeritis concedere. Soto d. lib. 9. de iust. & iure. quæst. 7. artic. 1. col. fina. Gregorius l. 22. tit. 20. part 1. glos. 2. ad finem. Menchaca illustrium quæst. cap. 89. num. 2. ad finem: Azeuedus l. 1. tit. 15. nume. 72. lib. 4. ordina. Gutierrez lib. 1. ad ll. Regni. quæst. 14. num. 2. Lasarte de decima venditionis. cap. 19. nu. 33. præsupponit l. 1. tit. 5. lib. 5. ordina. Et hi quidem qui à Rege causam habēt, securi sunt, cum in effectu fundatā habeant intentionem in priuilegio Papæ.

Rebuf.



Rebuf. tracta. de decimis. quęst. 13. nu. 77. & Henriquez in d. summa lib. 7. c. 27. sub litera. O. ad proinde libere etiam possunt illas alienare, & ad hæredes trāsmittere, vt tenent suprà allegati; quicquid licentiam Regis exigat Palac. rep. rub. §. 37. num. 13. Quinimo dicit idē Soto lib. 10. de iust & iure. quæst. 4. artic. 3. col. penu. ad medium, hæc bona exēpta esse tanquam temporalia ab obligatione præstandi eleemosynā pauperibus: & pariter neque Episcopus pro his bonis tanquam temporalibus poterit imponere subsidium charitatiuum. Ioānes Garcia tracta. de expensis. c. 9. num. 99. Quare autem ex illis soluatur subsidium Regi, explicat Lassarte de decima venditio. cap. 19. num. 35. Non est tamen omittendum, huic resolutioni ita comprobatæ tria videri obstare. Primū, quod etiam si decimæ concedātur in feudum laicis, illæ ad huc censentur res spirituales, & etiam fructus qui ab illis dependent. Ioannes Monachus. c. fina. post princ. de iudic. in 6. & ibi Gomez. nu. 14. & idē pro cōstanti tenet Rota decis. 2. de decimis, in antiquis. quę translata fuit in decisio. 2. de iudic. in nouis Iason consil. 93. col. 1. lib. 1. Ruin. consil. 142. num. 22. in fine. lib. 5. post Felin. c. causam. num. 5. & num. 17. de præscript. Ripa. c. 2. num. fina. de iudicijs. & latius comprobat Caualcanus decisio. 22. à
43 num. 17. in 1. parte. † Si ergo ad huc cēsentur res ecclesiasticæ, cognitio debet pertinere ad ecclesiasticum. Cle. dispendiosam. de iudicijs, & in materia Federic. de Senis consil. 245. num. 3. Secundū, quia prædicta resolutio præsupponit, Regem, vel habentem has decimas, posse liberè eas in alium transferre: & tamen contrarium videtur probare textus. c. prohibemus, de decimis, quia ad huc res spirituales censentur expressè. Cuman. consil. 64. Titius. Rebuf. de decimis. q. 10. num. 15. inquiens rationē esse, quia istæ decimæ semper spirituales remanserunt: & quia licet Papa illos, quibus eas cōcessit, habiles fecerit, non tamen alios in quos isti laici volunt decimas trāsferre. c. petisti. 7. quæst. 1. c. sane. de priuileg. quod & tradit Cassane. consil. 45. num. 21. Tertia difficultas est, quia laici non solum cēsentur incapaces iuris decimandi, sed etiam & facultatis percipiēdi fructus futuros, qui sub nomine decimæ cōtinētur: ita colligitur ex generalitate. c. causam. de præscri. & c. prohibemus. de decim. & c. cum Apostolica. de his quæ fiūt à prelatis. c. 2. §. sane. de decimis. in 6. in quibus generaliter dicitur, laicos esse incapaces decimarū, & sic etiam facultatis percipiendi decimas. notat glos. 2. post medium. c. quanuis. de decimis, & clarè videtur constare ex eo, quia quando decimæ conceduntur laicis, non videtur concessum ius spirituale percipiēdi decimas; sed tantum facultas percipiendi fructus, qui sub nomine decimæ continētur. Thomas. 2. 2. quæst. 100. articulo 4. ad tertium. Caietan. tracta de simonia. quæst. 1. col. penul. post medium. Bald. cons. 274. non reuocando. numer. 1. lib. 5. Adde diuum Thomam. 2. 2. q. 87. art. 3. ad tertium, inquientem, quòd sicut res nomine decimæ acceptas, potest ecclesia laico tradere, ita etiam potest concedere: vt dandas decimas ipsi recipiant: iure tamen accipiendi ministris ecclesiæ reseruato: & hoc pro necessitatibus ecclesiæ, sicut quibusdam militibus per Ecclesiam cōcessæ fuerunt in feudum: subscribit Soto de iust. & iure. lib. 9. quæst. 4. articul. 3. Nauarr. in Apologia de redditib. quæst. 1. monitu. 64. num. 3. & sic sentiunt, quòd etiam quando ex iusta causa laicis conceduntur decimæ, non censetur eis cōcessum ius percipiēdi illas proprio nomine, sed ius percipiēdi remanet penes ministros ecclesiæ, & ab illorum manu debent eas recipere: & est receptum, vt asserit Couarr. resol. lib. 1. cap. 17. nu. 5. Vnde adiugendo prohibitionem iurium supra allega-

legatorum,aperte colligitur, laicos esse quoque incapaces iuris percipiendi decimas suo nomine & authoritate: & meritò,quia fructus sub nomine decimæ contenti,spirituales esse censentur,vt per Felin.c.causam.nu. 5.de præscriptio. & nu. 17. & ideò clerici nõ possunt cum laicis componere super illis: quia cõmitteretur simonia.glos.fina.ad finem.c.fin.ad rerum permutatio. Cardin.c.statuimus. col. 2. post princ. de transactio.Decima enim ex se quid spirituale esse censetur. c. tua. 1. de decimis. c. fina. de rerum permutatio. notauit glos. c. quanuis.de decim. & glos.in summa. 11. quæst. 1. quia dependenter & consecutiuè cohæret spiritualibus,id est ministris spiritualium.Thomas.2.2. quæst.100.artic.4. in corpore. Et quando temporale habet se ad spirituale tanquam ad suum antecedens,ita vt temporale oriatur & dependeat à spirituali,tunc temporale ratione connexionis censetur etiam spirituale, cum ratione spiritualiũ debeatur: vt declarat Caietan. de Simonia. quæst. 1. ad finem.Quemadmodum igitur laici sunt incapaces administrandi spiritualia, ita etiam debent censeri incapaces decimarum seu fructuum, qui ratione administrationis spiritualium debẽtur. Couarr. resol. lib. 1. cap. 17.num. 5. & consequẽter debent censeri incapaces iuris illas decimas siue fructus suo nomine percipiendi.Sed his non obstantibus,non est recedendum à resolutione supra tradita. Neque obstãt difficultates supra motæ:†
44 nam ad primam respondetur,quod in ea relati loquuntur,quando decimæ cõcessæ fuerunt in feudum:nam cum tunc tãtum vtile dominium transferatur, & directum retineatur penes ecclesiam,propter connexionem quam habet vtile dominium cum directo, res ad huc dicitur esse ecclesiæ,vt tradit Riminald. consil. 344. num. 9. lib.2.Caualcan.decisio.22. num. 17. vnde tanquam de re ecclesiæ cognoscet iudex ecclesiastiacus. c. si clericus laicum.de foro competet.& in specie Alexan.consil. 79. num. 1. lib. 1. Bolognin. in additio.ad Ananiã. consil. 84. num. 7.& idem sentit Rota decisio. 2.de decimis in antiquis. & decisio. 2.de iud. in nouis.& Ripa.c.2.nume.fina. de iudicijs.Neque repugnat,quòd imò vtile dominiũ censetur quid tẽporale & profanum,de quo seculares statuere possunt: vt probat Paris. consil.22. à num.85.lib. 2. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. glos. 13. num.8.Valasc. de emphyteusi.quæst.17. nu.12. quia respondetur,id verum esse, quando ex hoc statuto facto per seculares circa vtile dominium, nullum resultat ecclesiæ præiudicium:aliàs non valebit tale statutum.c.quæ in ecclesiarũ.de constitutio.& ibi notat Panor.numer.2. deci. auth. cassa. numer. 9. C. de sacros. eccl.notab. Ruin. consil. 109. num. 35. lib. 3. Siluan. consi.9.num.12. Sic ergo super vtili dominio vertatur quæstio, ex qua posit resultare præiudicium ecclesiæ,tunc vtile dominium propter connexionem cum directo, considerabitur tãquam res ecclesiæ, & consequenter de ea cognoscet ecclesiasticus: nos autem loquimur,quando decimæ donãtur simpliciter,& sic omne dominium,tam directum,quàm vtile, transfertur in donatarium laicum:nam tũc desinunt esse spirituales,& considerantur tanquam quid temporale: argu. l. per procuratorem.ff. de acq.hęred.c. vnico.§.fin. de iure patronatus.in.6.vnde de illis iudex secularis cognoscet,vt in simili tradit Oldrad. cons. 83.num. 5. Addo Nauar. in apologia de reditibus,quæst. 1. monitu. 58. n. 2.inquietem, quòd Papa potest concedere decimas vel bona ecclesiastica laicis ex iusta causa, & omnino ab ecclesia expropriare,si causa id exposcat:iuxta.c. sine exceptione.12. quæst.2. & qui per huiusmodi iustos titulos ea bona acceperit,poterit ad libitum de redditibus disponere,quia iam desierunt esse ecclesiastici.Nec nouum est, aliud esse, quid concedi



concedi in feudum, vel simpliciter donari, vt in notab.casu tradit Oldrad.cõmuniter receptus consil. 159. nume. 3. Ex qua respõsione infero annotationẽ ad tradita per Carol. in consuetud. Paris. §. 46.num. 16.dum tenet, quòd si decimæ concessæ fuerunt in feudum ante Concil. Lateranse,ad huc de illis cognoscet secularis, & de illis possessor libere disponere potest & alienare, etiam sine consensu Episcopi. Idem etiam probat Couarrub.practicar.quæstio. c. 35. num.2.vers. tertio. Menchaca. illustriũ quæstio.cap. 89. num.6. Ioannes Garsias tracta. de expensis. c. 9.à num.93. & alij relati per Heriquez de summa Theologiæ moralis lib.7. cap.27. litera. L. dũ confundentes terminos inquiunt,quòd prout de tertijs donatis Regibus Hispaniæ,vel de tertijs possessis per eos, qui à Regib.causam habent, cognoscit iudex secularis, & illas ad libitum transferre possunt,vt supra diximus,idem etiam est obseruandum in nobilibus,qui decimas percipiunt à tempore immemoriali,quãuis nullum ostendant titulum habitum à Summo Pontifice,sed tãtum nitantur in possessione immemoriali, quæ facit eas præsumi esse concessas in feudum ante Concilium Lateranense,iuxta tradita per Couarrub.resol. lib. 1. cap.17. num. 5.ante finem. nam hæc æquiparatio confunditur ex supra traditis:aliud enim est possidere bona ex expresso priuilegio Summi Pontificis,quo decimæ simpliciter donãtur:aliud est mediante præscriptione immemoriali videri eas habere in feudum: vt expressim hos casus distinguit Gregor.l. 23. tit.20. partit. 1.verb. tomen.post medium.Licet enim de tertijs cognoscat iudex secularis, non sic de habitis in feudum ante Concilium Laternense, vt constat ex proxime traditis, & supra numer. 39. Non obstat secunda difficultas, quia procedit in decimis datis in feudum,harum enim concessio facta post Concilium Lateranense, nulla est.c. prohibemus.de decimis.Concessæ autem ante illud Concilium retineri possunt licitè,non tamen transferri possunt,nisi in locum religiosum,& cum cõsensu Episcopi.c.cum Apostolica. de his quæ fiunt à prælaris.c.2.§. sane. de decimis.in 6. vnde in alium laicum transferri minimè possunt, etiam cum consensu Episcopi: vt videtur expressum. c. prohibemus.de decimis.vbi Panor. ad finẽ, aserit hoc communiter esse receptum, & multi alij,quos refert Couarr. resolutio.lib.2. cap.17. nu.5. vers.præter hæc. Et quanuis Menchaca illustrium quæstio.c. 89. num. 2. dicat,imò communẽ esse in contrarium, quia cum consensu Episcopi potest laicus transferre decimas in alios,allegando multos:tamen fallitur & terminos confundit, nam in hoc articulo duæ sunt quæstiones.Prima est, vtrùm laicus decimas habitas ante concilium, posit in aliũ transferre,cũ cõsensu Episcopi?Et dicendũ est non posse: vt tis significat d.c. cum Apostolica.&.c.2. §. sane.de decim. in 6. & in his terminis nemo contradicit.Secunda quæstio est, vtrùm si decimæ ante Concilium infeudatæ reuertantur ad ecclesiam, posit illas Episcopus de nouo infeudare laico, non obstante prohibitione Concilij Lateranẽsis?Et glos.2.c. prohibemus.de decimis.cõcludit posse; quia nõ videtur de nouo cõcedere propter rationẽ.c. 2. de feudis.vbi Imola num. 39. dicit,quòd cõmuniter ita obseruatur:licet dicat tutius & verius esse contrariũ, de quo latè agit Boeri. in consuetud Bituricensib. rub. 10.§.11. Quanuis vtique in hac materia videatur amplectenda resolutio Fel. c. causam.num. 4.ad finem.de præscrip. quòd si ante Concilium fuerunt concessæ decimæ pro se & omnibus successoribus, licite transferre is poterit in alios, etiam titulo particulari:argum. l. in conuentionibus.ff. de verb.signif. Sed si pro se & descendentibus,tunc in alium trãsferre non poterit:quia hæc trãslatio præiudi-

iudicaret ecclesiæ,iuxa rationem Panor. c. prohibemus.ad finẽ de decimis, subscribit Cassane.in consuetud.Burgund. rub. 1.§. 6. numer. 35. pagina 254. Et ad hunc modum est explicandus Carol.in consuetud. Paris. §. 46. nume. 20. Ex his igitur decimis concessis in feudum,non potest inferri ad decimas,simpliciter donatas:quia cum hæ desierint esse spiritua les,tanquam de rebus patrimonialibus licita est quælibet dispositio. Vnde contra mentem.s.allegatorum nu.44.adfinẽ.videtur inferendum,quod nobiles Hispaniæ, qui soli retinent decimas ex tempore immemoriali,quòd cum videantur eas habere in feudum, non possunt illas in alium transferre,neque de illis disponere etiam cum consensu Episcopi, iuxta supra tradita.Nisi illos defendas ex ea ratione,quòd vt asserunt supra citati, hi nobiles non possederunt has decimas titulo feudi, neque recognouerunt ecclesiam in aliquo:quod tamen est necessarium,quando decimæ dantur in feudũ: vt post alios tradit Rebuf.tract. de decimis. quæst. 13.num. 76.& num. 78. Item veniũt inter eos in iudicio familiæ erciscundæ,& liberè permutantur & vendũtur,tanquam quid patrimoniale,vt asserit Ioannes Garcias tracta.de expensis.c. 9. numer. 96. & significat l.1. ad finem. tit. 5. lib. 1. ordina. vnde non in feudũ videtur eas accepisse, sed in simplicem donationem:& hoc modo procedet prędictorum dictum .Item & quòd seculares de his decimis, tanquã patrimonalibus iudicare possunt:vt per Carol.in cõsuetud.§. 46. num. 16.licet aliud esset,si censerentur datæ in feudũ,per supra tradita. Et tenebis mente ,quòd in his casibus controuersum est,vtrùm sufficiat sola præscriptio immemorialis,an vero requiratur etiam probare famam priuilegij? nam Gregorius l. 23.tit.20.partit. 1. in glos. 2.in fine,asserit magis receptum esse,quod sufficiat sola præscriptio immemorialis,siue fama priuilegij. Idem post alios resoluit Couarr. resol.lib. 1. ca. 17. num. 5 ad finem. & Menchaca illustrium. quæstio.c.89.num.7.Molina lib. 2.de primogen. c.6. num. 47. ad finem. tamen Rota decisi. 215. in. 2. parte nouissimarum iudicauit verius,&receptius esse,quòd probetur saltim fama priuilegij,non restricta ad certum & limitatum esse,sed vaga , & incerta , vt per Ripam cap. 2. num.penult.ad finem de iudicijs. Non obstat tertia difficultas,quia in primis respondet glos. 2.c. quanuis. de decimis.& cap.fin. verb.temporalia. de rerum permutatio.& glos.c.fina. verb.nõ licere.16. quæst.1. quòd ius decimandi etiam ad tempus laicis concedi non potest: quia illius iuris tanquam spiritualis
46 sunt incapaces.c.causã. de præscriptio.† sed facultas percipiendi fructus ad tempus breue concedi potest.c.2. de locato. c.fina.ne prælati vices suas.subscribit Panor.c.ad hæc in fine.de decim.Imola.c. 2.nu.17. de locato. Quæ concordia admitti non debet:quia laici capaces sunt indistincte facultatis decimas percipiendi,vt supra probatũ est. Et ideò ego prædictæ difficultati duobus modis respondeo. Primo,quòd laici quidem sunt incapaces decimarum , quatenus illæ debentur ratione officij administrandi spiritualia:prout & huius officij laici sunt incapaces.c.sacrosancta. de electio.sed decimarum debitarũ ex alia causa sunt capaces, vt tradit Maior in 4.distinctio.25.q. 2.co.fina.& propterea sunt capaces emolumentorum quæ ex decima proueniũt. Bald. l. vsufructu. col. 2. ad finem.ʒ. eo. &l. si vsus fructus.in lectura antiqua.s.de iure dotium. & Cuman. consil. 84. quia causa. num.3. inquiens,quòd licet decima ex se sit ius spirituale,tamen ius percipiendi commoditates decimarum, tanquam quid temporale,laico concedi potest,& legibus secularibus subijci,subscribit Ruin.cons. 142.nume.19. lib. 5. Quibus adde Rotam decisio. 2. de iudicijs. in nouis. Neque nouũ est,aliud esse ius, &



& aliud vtilitatem,quæ ex ipso iure percipitur.l.si vsusfructus. 67.s.de iure dotium.l.vsusfructus. 58.ʒ.eodem.l.necessariò.§.fin.ʒ.de pericul. & commod. rei vend.tradit Oldrad. cons.102. ad finẽ. & notabiliter prosequitur Molina lib.1. de.primogen.cap.20.à num.11. & post Speculator.in notabili casu tradit Iason §.item Seruiana.num.110.Institu.de actio.& ideò in specie Calderin. cons.15. de iudic.& foro competenti, tradit,q; si non agitur de iure decimandi, sed de fructibus qui ratione decimæ debentur, potest cognoscere secularis de ea causa: subscribit Ripa cap.2.in fine.de iudicijs. Secundò respondeò, quòd aut decimæ omnino transferuntur in laicum per Papam,& tunc quia desinunt esse res spirituales,& efficiuntur profanæ , & res temporales,de illis cognoscent soli seculares,vt suprà probatum est.Si autẽ trãsferãtur iure feudi,vel emphyteusis,propter connexionem quam habet vtile dominium,quod tunc transfertur,cum directo dominio,quod adhuc est ecclesiæ,censebuntur res ecclesiasticæ, vt suprà diximus,& consequenter de illis decimis cognoscent ecclesiastici, & etiam de fructibus qui ratione connexionis,& dependentiæ censentur quoque ecclesiastici.cap.fin.& ibi Monach.post prin
4 cipium. †& Gomez.num. 14.de iudic. in.6.maximè dum pendẽt,quia tũc merè ecclesiastici censentur, vt per Perusinum cap.vnico.nu.2. de eo qui mittitur in possesio.lib.6.& ideò is emphyteuta, vel feudatarius super decimis, tanquam ecclesiasticis,aget coram iudice ecclesiastico.Rota decisio.2.de iudicijs.in nouis.& decisio.2.de decimis. in antiquis. Quæ intelligenda sunt, quando huiusmodi decimæ datæ fuerunt in feudum, vel emphyteusim,ante Concilium Lateranense: nã aliàs licèt fructus posint locari.c.vestra.de locato.c.fin.ne prælati vices suas: non tamẽ ita possunt cõcedi,vt illarũ vtile dominium transeat in accipientẽ:hoc enim minimè valet. Panor.c.ad hæc.ad fin.de decimis.Et est ratio differẽtiæ, quia per locationẽ nullũ dominium trasfertur in cõductorẽ.l.nõ solet.s.locati.& semper nomine locatoris,conductor fructus percipit.l. quod meo.in princip.ʒ.de acq.posses. Quinimò neque eos faciet suos, nisi de voluntate domini locatoris illos percipiat. l. si seruus cõmunis.§.locaui.ʒ. de furtis. Cũ igitur non faciat fructus suos , nisi postquã fuerint percepti,non censetur quid spirituale,sed temporale percipere. Cardinal.c.statuimus.col.2.post princip.de transactio.Perusin.c.1.num.2.de eo qui mittitur in posses.lib.6.Roman. hic nu. 6.sed quando trãsfertur vtile dominiũ, etiam antequã fructus sint percepti, videtur in fructibus ius habere : itẽ & suo proprio nomine illos recipere, quod est prohibitum. Vnde si declaratũ sit, q; feudatarius fructus percipiat nomine ecclesiæ,valebit concessio,quia incipit militare eadẽ ratio, quæ in fructuũ locatione: neq; enim fructus hoc casu faciet suos, nisi postquã fuerint percepti: & ita Couar.resol.lib.1.c.17.num.5.post princip. Neque est omittẽdum,quod in hac materia in Hispania dicit obseruari Couar. pract.cap.35.nu.2.vers.quarto,quòd vbi laici conqueruntur se per ecclesiasticos compelli ad soluẽdas decimas,quas nũquã soluerunt,eis succurritur per regios Senatores,per quos liberantur à prædictarũ decimarum solutione : subscribit Gutier.ad leges regni.1.parte.quæst.14. nu.5.Quod & lege cautũ fuisse per Carolum Cæsarẽ,asserit idem Couar. practica.cap.17.num.8.versic.9.Menchaca illustrium quæstionũ.cap.89. Quod tamen ex prædictis videtur confundi.Cũ enim quæstio iuris sit, vtrùm debeatur decima,necne?hæc cognitio debet pertinere ad ecclesiasticũ:&in specie Federic. consilio.245.num.3.Calderin.cons. 15.de iudic.& foro compet.Roman.hic nu.6.Ias.cons.93.lib.1.& diximus suprà

Quinimò dicit Paul.consilio.363.circa primum,ad finem libr. 1.quòd si parochiani laici allegent, ius decim'arũ non pertinere ad ecclesiam, & consuetudine fuisse abolitum illud ius, quòd hæc cognitio, vtrùm valeat ea consuetudo, necne?pertinet ad ad ecclesiasticum. c. ex tenore.iuncta glo.verb.ecclesiasticũ. de foro compe.Poterit ergo tãtùm admitti ea praxis Hispaniæ in eo sensu, vt istis succurratur sub titulo violẽtiæ, quã ecclesiastici aduersus eos committunt, saltem quando asserunt,se legitima præscriptione esse munitos:quia licèt laicus non posit per præscriptionem acquirere, vt sibi decimæ soluantur.cap. causam.de præscriptionib. tamen per præscriptionẽ poterit se ab illarum solutione eximere. c. in aliquibus. de decimis. & eleganter probat Couarr.resolution. libr.1.cap.17.nu.10.Nauarr.in manuali cap.21.num.30.vnde tanquam violenter oppressis succurretur. Quòd si quæ
48 stio decimarum pertineat ad factum,vt quia dubitetur,vtrùm decima fuerit soluta,necne,vel iniustè occupata,de hac quæstione facti poterit cognoscere iudex secularis,vt suprà dictum est: & ita Federic.cons.245.ad fin.& cons 96.nu. 3.quem sequitur Iason cons.93.libr.1.& sic erit cognitio mixti fori, vt expressè tradit Calderi.cons.15.in fine. de iudic. quem sequitur Ripa cap.2. in fine.de iudic.Gomez.c.fin.num.16.de iudic.in.6. Guti err.ad leges regni.1.parte.q.14.nu. 4.Et pariter quãdo agitur de fructibus. Dominic.c.fin.num.14.de foro compe. in.6.& Rebuff.de decimis.q.10.num.3. quo casu etiam ecclesiasticus poterit cognoscere.Felin.cap.causam. num. 15. de præscriptio.Couar.practic.c. 35. nu. 2.ita vt locus sit præuentioni inter iudicem ecclesiasticum,& secularem,iuxta regulã.l.si quis posteà,§.de iudic. in specie Fulgos.cons.166.nu.4.post medium. Cassane.cons.45.nu.18.&nu.28.de quo videndus est Gutierr. ad leges regni. 3. par.q.26.nu.9.&.11. vbi alia multa de materia inuenies.Vltimò ex resolutione suprà posita nu.22.infertur comprobatio ad dicta Bart.hîc nu.8. quòd si dubiũ sit,vtrũ contractus sit vsurarius, cognitio pertinebit ad ecclesiasticum:quia ad eum solũ pertinet declarare, vtrũ quid sit peccatum.c.nouit.de iudic.c.per venerabilem,qui filij sint legitimi. Si verò tantũ sit dubitatio,vtrũ contractus fuerit eo modo celebratus, quo actor proponit,& partes sint concordes, quòd si eo modo sit celebratus contractus,sit vsurarius,tunc de hac quæstione facti cognoscet secularis, iuxta suprà traditam resolutionẽ: quam doctrinã probat idẽ Bart.l.quoties.ad finẽ.C.de iudic. &.l.2. nu.4.§.de iurisdictio.omni.iudic. & probat Federic.de Senis cons.96.num.2. & plures quos refert Couar.de sponsalib. 2.par.c.8.§.vlti.nu.3.Padill.l.1.nu.57.C de iuris & fact.ignor. Iulius Clar.in praxi criminali.§.fina.nu.37.q.2.Gutier.de iuram.confir.1.par.c.2.num.35.Quibus adde Paul.cõs.109.nu.2.lib.2. & Alexã. cõs.9.nu.3.lib.4.Nattã cõs.396.n.8.lib.2. Cagnol.l.2.num.62.C.de pact.inter emptor.Et ex hac doctrina Bart.duæ in proposito colliguntur conclusiones.Prima est:Quòd crimen vsuræ est ecclesiasticum:quod probat Clem.dispendiosam. de vsuris.& ibi gloss.verbo, vsuris.gloss. cap.1.de offic. ordin.gloss. cap. cùm sit generale.verb.malefactores.de foro cõpeten.gloss. fin.cap.ex literis.de iureiurand.Federic.cons.96.num.2.& eleganter Lapus allegatio.70. & prosequitur Roland.consil.75.à numer.16.libr.1.& consil.96.num.47.libr.2. declarando vt per Dominic.c.fin.§.si vero.numer.9. de iudic.in.6.Ergo secularis in eo se intromittere non potest.c.2.de iudic.c.si iudex laicus. de sententia excommunication. in. 6. cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæreticis. libro. 6. & propterea in materia de qua agimus, pro regula constituitur, quòd si dubita-



dubitatio sit,vtrùm contractus sit vsurarius,& consequenter vtrùm aliquis sit vsurarius, hæc cognitio pertinet ad ecclesiasticum,& non ad secularem.Bald. cap.1.§.similiter.nu.1. de controuer.in uestit.& est receptum,vt per Socin.cõs. 88.num.23.lib.4.Deci.cons.170. nu. 3. & Alciat.c.1.nu.53.& seqq. de offic.ordin.Nauar.cap.nouit.6.notab.num.44. de iudic. vnde si petatur exequutio instrumenti,& reus excipiat, contractum esse vsurarium, causa remittenda est ad ecclesiasticũ, & supersedendum est in causa principali, donec vsuraria finiatur,iuxta regulam.c.tuam.de ordine cognitio.& sentit Bart.l.quoties.in fin.C. de iudic.& ibi expresserũt Bald.nu. 3.Salice.num.2.Anchar.Cle.dispendiosam. nu.8.de iudic.Areti.l. omni nouatione. col.2.C,de sacros.eccles.Deci.cons.170. nu.3.Roland.cons.75.nu.37.lib.1.& cõsil.96.nu.47.lib.2.Ferrac.cautel.53.post princ.Couar.de sponsalib.2.part.c. 8.§. vltim.nu. 5. Gutier.de iuramento confirmator.1.par.cap.2,nu.30. & notabiliter Anton.Gamma decis.194.nu.2.Vnde cauendum est à Guidone Pape cons. 180.num.2.dum tradit, tunc cognitionem causæ vsurariæ pertinere ad ecclesiasticum, quando de vsura principaliter agitur: nam si per viam exceptionis, secularis de ea exceptione cognoscere poterit cum causa principali; asserens ita esse communiter receptum:& ei subscribit Iulius Clarus in praxi criminali. §. final.quæstione. 37. num.2. Peguera decisio.Cathalanica criminali. 30. nu. 23. ad finẽ. Humada in additio. ad Gregorium.l.58.titul.6.part.1.gloss.2. num. 2.ad finem.Quod etiam ante eos probauit Salicet. l. eos.§.final. in fine. C.de vsuris.& Cephalus cons.402.num.26.lib. 3.& Hippolyt.Riminald.cons. 399. nu. 21.lib.4. Nam hæc opinio apertè confunditur ex suprà traditis:& ita in specie Bald.consil.17.factum.num.1.lib.1. qui eandem distinctionem fecit,fatetur tutius esse,quòd exceptio ad ecclesiasticũ remittatur,asserẽs ita sæpius vidisse obseruari:agnoscit Cephalus d.cons. 402. num.27.lib.3.Pariter idem Bald.c.1.§.similiter.nu.1.de controuersia inuestituræ. licèt prædictæ distinctionis meminerit,tamen fatetur,quòd si exceptio respiciat quæstionem iuris,remittenda est ad ecclesiasticum: & tantùm prædictorum opinio admitti potest in casu de quo infrà num. 53. Ex prædicta autem regula infertũr,quòd si res vendatur cũ pacto reuenendi paruo pretio, ita vt sit dubium,vtrùm contractus sit vsurarius, iuxta cap.ad nostrã,de emptio. & vend. &Ord.lib.4.tit.27.§.1.hæc cognitio pertinebit ad ecclesiasticum, de qua secularis non poterit se intromittere:vt in terminis tradit Iason cons.153. nu. 3.lib.4. Roland.consil.96.nu.44.lib.2. Cagnol. l.2.num.62.C.de pact. inter emptor. & ante eos Paul.cons.109.n. 3.lib.2.Vnde pari ratione cognoscet, vtrũ contractus esset vsurarius,quia nõ essent obseruatæ qualitates requisitæ per Motum propriũ Pij.V. Salzedus in additio ad praxim criminalem canonicã Bernard.Diaz. c.88. col.3.ad fin.& sequen.Infertur etiam,q, dum leges Castellæ & Portugaliæ iubẽt contra vsurarios procedi,& eos grauiter puniri,debent intelligi, postquam constiterit, eos esse tales coram ecclesiastico,quia aliter de illis nõ possunt cognoscere:& ita in terminis Auiles de prætor. cap.50.verbo,vsuras.col.3.ad mediũ pagina.271.& notab.Gutier.de iuramenr. confirmat.1.part.c.2.à nu. 37. Azeued. l.1.tit.21.lib.4.ordin.nu. 186. Denique infertur, quòd prout laici non possunt iudicare de vsuris: ita etiam non poterunt facere statuta super modo procedendi, & decidendi dictas causas. l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. Federicus de Senis consilio.96.numero. 1. in fine. Philippus Decius consilio.170.numero. 3.Et pariter neque possunt statuere super vsuris,vtrùm contractus sit

vsurarius, vel licitus, quia hoc pertinet ad ecclesiam. Beroius consil. 167. num. 5. libr. 1. Vnde infert idem Deci. d. cons. 170. col. fin. quòd princeps secularis nõ potest iubere inquiri contra vsurarios, neque eos punire, cũ hoc ad eũ nõ pertineat. c. ecclesia. de cõstit. quod latè probat Roland. cons. 96. à nu. 50. lib. 2. & Beroius cons. 207. à nu. 27. libro. 3. & aliquibus rationibus confirmat Aymõ cõs. 6. à nu. 104. Verius tamen est, seculares posse addere pœnas, & punire vsurarios, adiuuando ius canonicum, iuxta doctrinã glo. 2. Cle. ne Romani. de electio. expressè Anto. de Butrio. c. cũ sit generale. col. 2. in prin. de foro compe. & tradit Iulius Clarus in praxi. verb. vsura. nu. 5. Couar. de sponsal. 2. par. c. 6. in princ. nu. 19. Maranta in praxi. 6. part. tit. de inquisitioni. à nu. 112. pag. 328. & Menoch. lib. 2. de arbitra. casu. 398. à nu. 41. & Hippolyt. Riminal. cons. 208. n. 72. lib. 2. Octauia. decis. Pedamonta. 137. nu. 11. Neq; de his pœnis additis per statutũ seculare, ecclesiasticus cognoscere poterit. Paul. Castrẽs. cons. 210. in fin lib. 2. Natta cõs. 369. nume. 12. lib. 2. Hippolyt. Riminal. cons. 399. nu. 20. lib. 4. Quinimò licet statutũ non valeat, quia nõ potuit secularis super vsuris disponere, iuxta tradita per Federic. cons. 96. numero. 1. in fin. si tamẽ de facto iubeatur seruari, & quòd non possit allegari statuti nullitas, de addito per statutum, ecclesiasticus non cognoscet, vt consuluit Paul. cons. 210. lib. 2. Iason. l. quoties nu. 8. C. de iudic. Hippolyt. Riminald. cons. 218. à nu. 73. & à nu. 80. lib. 2. Circa quod tamen est videndus Alex. hîc nu. 10. Est tamẽ aduertendum, quòd hanc receptissimam cõclusionẽ post Goffred. impugnat Archidiaco. c. quid dicã. 14. q. 4. concludẽs, vsurã esse crimẽ mixtũ, & ob id in eo cõtra laicos debere procedere iudicẽ secularẽ, & cõtra clericos ecclesiasticũ: & idẽ probat Salice. l. eos. § fin. à n. 8. C. de vsur. Anchar. cõs. 236. in hærẽdo. n. 3. Andre. Sicul. cap. cùm sit. à num. 173. de foro competen. & quæstionem in vtramque partem disputat Calderin. consil. 3. de iudic. & foro competen. Et hanc opinionem aduersus communẽ, tanquã veriorẽ probat Couar. resolu. lib. 3. cap. 3. post princ. Motus primò, quia nullibi ius Pontificium vetuit, iudicẽ laicũ hac de causa cognoscere, imò permisit secularibus super vsuris ius dicere, & illud litigantibus reddere. cap. post miserabilem. de vsuris. Secundò, quia crimẽ istud nihil plus habet, quã homicidium, & furtum, & similia scelera, quæ in damnum, & iniuriam proximi perpetrantur. c. si quis vsuram. 14. q. 4. Bald. l. cùm oportet. in princip. nu. 6. C. de bon. quæ liberis. Et tamen prædicta crimina ecclesiastica non sunt: ergo neque istud. Tertiò, quia crimen vsurarum non ex alio merè ecclesiasticum dici potest, quã quòd istud crimen incepit prohiberi lege Pontificia simul & naturali. Sed hæc qualitas crimini vsuræ aptari non potest: ergo ecclesiasticum dici non potest. Antecedẽs probat, quia etiam iure ciuili prohibitæ fuerunt vsuræ, excedentes taxatam quãtitatẽ, & quia per omniũ principũ Christianorum constitutiones damnantur. Anchar. cons. 236. in princ. Ergo cũ vtroque iure sint prohibitę, nõ debet dici, crimẽ ecclesiasticũ, sed potiùs mixtũ, iuxta tradita per Cyn. & Bald. authẽ. clericus qui. C. de Episcop. & cleric. Et criminis mixti ea est natura, vt ecclesiasticus cognoscat aduersus ecclesiasticos, & laicus contra laicos, vt asserit receptum Nauarr. c. nouit. 6. notab. num. 43. de iudic. Quibus rationibus ex nouioribus hanc opinionem Couarr. probarunt Octauianus decisio. Pedamonta. 137. num. 10. Baptist. c. quãquam. de vsur. in. 6. nu. 66. vers. vnde tertia. & Ludouic. à Peguera decisio. criminali: 30. num. 23. His tamẽ nõ obstantibus, non est recedendum à receptissima opinione, quã vsus, & Ecclesia Romana recepit, vt asserit Lapus allegatio. 56. Neq; obstant rationes in cõtrarium adductæ, nã ad primam respondetur, q̃ cũ Clem. dispendiosam. de iudic. significet, id crimen esse ecclesiasticum, & probat. l. 58. titu. 6. part. 1. & ibi notat Gregor. in glo. 2. ergo satis significant, de hoc crimine seculares cognoscere non posse. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. in. 6. c. 2. de iudic.

50 Non obstat secundũ, † quia respõdetur, inter furtum, homicidium, & similia crimina, & inter crimẽ vsurarum manifestam esse rationẽ differentiæ: nã prædicta crimina fuerunt prohibita iure gentiũ, antequam prohiberentur per ius canonicũ, & ideò hæc crimina nõ possunt dici ecclesiastica, sed potiùs mixta, & sic de illis aduersus laicos cognoscet secularis, non autem ecclesiasticus, iuxta supra tradita, nisi quatenus pertinet ad forum conscientiæ, in quo ecclesiastici imponunt pœnitentiã pro peccato. gloss. 1. c. nos inter. de purgatio. canonica. & ibi Anton. nu. 7. Panor. nu. 2. & idẽ Panor. c. cũ sit. nu. fin. & ibi Felin. nu. 16. de foro compet. Panor. c. 1. nu. 6. de offic. ordin. Gregor. l. 58. tit. 6. part. 1. in glos. fin. Cæterũ vsura incepit prohiberi per ius canonicum, fundatũ in iure naturali, & supernaturali, quanuis iure ciuili esset permissa: & hoc sufficit, vt dicatur crimen ecclesiasticum. Panor. d. c. cũ sit. nu. 31. & ibi Marian. nu. fin. de foro compe. Nauarr. cap. nouit. 6. notab. nu. 42. de iudic. & ideò ad eius punitionẽ potest procedere ecclesia, etiam aduersus laicos, vt aduertit Belluga in Speculo principum. rub. 11. §. de vsurarijs. nu. 17. pagin. 54. Et hinc est, quod in. c. 2. & c. præterea. de vsuris. laici vsuram exercentes, excõmunicantur per ecclesiam: ergo crimẽ est ecclesiasticum: aliàs ecclesia laicos nõ posset excommunicare, iuxta doctrinam Panormitani cap. cùm sit. num. 9. de foro competen. & cap. excommunicationi. in fine. de raptoribus. Non obstat tertia ratio, quia imò vsuræ iure ciuili fuerunt permissæ, licet taxata fuerit quantitas, quam non posset excedere. l. eos. C. de vsuris. resoluit Purpurat. l. 1. nu. 50. C. de summa Trinit. & ibi defendit Alciat. num. 11. Roland. cons. 75. nu. 18. lib. 1. Couar. resolutio. lib. 3. c. 1. nu. 6. Alciat. lib. 6. parergon. cap. 20. Menoch. de arbitrar. casu. 82. num. 10. quiquid contradicant relati per Octauian. decis. Pedamõtana. 137. num. 9. & per Iulium Clarum in praxi criminali. verb. vsura. nu. 4. Cõtra quos facit dictum Bald. c. 1. nu. 4. ad fin. de iur. iur. quòd vsuræ iure gentium videntur permissæ propter hominum necessitates: subscribit Neuizan. consil. 21. num. 14. & quòd Diuus Thomas. 2. 2. q. 78. arti. 1. ad. 3. excusat Principes Christianos, qui eas non prohibuerunt, & elegãter Soto de iust. & iure. lib. 6. q. 1 art. 1. ad fin. Ius autẽ canonicũ generaliter eas prohibuit. c. quia in omnibus. de vsuris. Ergo verum est dicere, q̃ vsuræ inceperunt prohiberi generaliter per ius canonicum, ex quo crimen dicitur ecclesiasticum. Panor. receptus. c. cũ sit. n. 31. de foro compe. in cuius cognitione secularis se nõ potest intromittere, iuxta suprà tradita. Neq; obstat, q̃ etiã cõstitutionibus principũ Christianorũ vsuræ sunt prohibitæ: quia id nõ efficit, crimẽ nõ esse ecclesiasticũ, sed potiùs mixtũ, quia vt crimẽ dicatur mixtũ, oportet, q̃ vtroq; iure pariter delictũ sit prohibitum. Sed quãdo vno iure crimẽ erat permissum, & incepit prohiberi iure canonico, & effici delictũ, sẽper ecclesiasticũ remanet, quãuis posteà principes suis cõstitutionibus eã prohibitionẽ approbauerint: quia hi per suas cõstitutiones magis videtur exequi prohibitionẽ iuris canonici, addendo pœnas, vt illa meliùs obseruetur, iuxta traditionẽ gl. 2. c. ne Romani. d̃ de elect. Cũ igitur quasi executores sint prohibitionis canonicæ, ad ecclesiasticos debent remittere quæstionem iuris: argumento. l. si prætor. 75. in principio. §. de iudic. cap. pastoralis. §. quia verò,

vero.de offic. delegat.& sic communis opinio verior est.Si sanè ageretur de vsura, quæ succederet loco interesse lucri cessantis, vel damni emergentis:quæ etiam iure canonico permissum est.glo. cap.conquestus.de vsuris. quia cessat ratio de qua suprà,coram seculari peti potest:Cagnol.l.curabit.num. 45. C. de actio.empti. Inuenio tamen, quòd Couarr.resolutio lib.3.cap.3.num. 1.versi. quarto.concordat opiniones,quòd cognitio huius criminis pariter pertineat ad iudices seculares & ecclesiasticos, & sic sit mixti fori, in quo sit locus præuentioni. Quam opinionem etiam probauit Anchar.consil. 236.inhærendo.nu. 3.& Andre.Sicul.cap.cùm sit generale. num.175.de foro compet.& ibi Marianus num.22. & dicit receptum Octauianus decisio.Pedamonta. 137. num. 13. & Bursatus consil.90.num.27.libr.3. Et facit pro ea, quòd sacrilegium dicitur esse mixti fori.cap.cùm sit generale. de foro compet. ergo idem debet dici de
51 vsura, † quia eadem militat ratio. Quã concordiam vt melius percipias, debes aduertere,quòd licèt vulgò DD. & etiã Nauar.cap nouit.6.notab.num. 42. de iudic.confundant hos terminos, crimẽ esse mixtum,vel mixti fori: tamen hæc duo multum inter se differunt:nam quãdo crimen est mixtum,id est,vtroque iure pariter prohibitum,secularis cognoscit inter laicos,& ecclesiasticus inter clericos,vt suprà diximus:crimen autẽ mixti fori significat, cognitionem etiã pertinere ad ecclesiasticum aduersus laicos, & locum esse præuentioni. d. cap.cum sit generale.de foro compet. & vtrùm tunc ecclesiasticus possit capere laicos propria authoritate,videndus est Alber. 3. parte. statuto. q.43. & Iulius Clarus in praxi.§ fin.q.37.num.8. Quo præsupposito,dicendum est,crimen vsuratum, neque esse mixtum, vt suprà probauimus,neq; etiam esse mixti fori,si agatur de quæstione iuris; cùm de eo secularis nullo modo possit se intromittere,vt suprà dictũ est,nisi quando agitur de quæstione facti:tunc enim dicetur mixti fori,vt resoluit Felin.cap. cùm sit.num.1. vers.tertia opinio.de foro compet.& dicit receptum Nauarr.d.c. nouit.6.notabili.nu.44.de iudic.Gregor.l.58. titul.6. part.1.& glo.2.ad fin.& ibi Humada gl. 2.n.1.Neq; obstat,q̃ sacrilegiũ sit mixti fori. d.c. cũ sit generale.nam sacrilegiũ etiã iure ciuili erat prohibitum.l.1.&.4. ff.ad leg. Iuliã.peculatus.l.1.C.de crimine sacrileg. l. si cui §. final. ff. de accusatio.Cui tamen criminiius canonicum multas addidit circunstantias,&additiones,propter quod etiam censetur ecclesiasticum:argu.l.ius ciuile.ff.de iustit. & iure.& ideò dicitur esse mixti fori,vt est de mente Panor.d. c.cũ sit.n.13.de quo videdus est Iulius Clarus in praxi. §. fin. q. 37.num.6.Et hac etiam ratione procedunt omnes casus mixti fori,quos refert.l.13.tit.2.§.5.lib.2.extrauagan.Inde autem inferri non debet ad crimen vsuræ,quod ab initio fuit prohibitum per ius canonicum, quãuis permissum esset iure ciuili: hoc enim crimen dicitur ecclesiasticũ,de quo secularis se intromittere non potest,si de quæstione iuris agi
52 tur. † Aptior igitur concordia est inter prædictas opiniones, quòd communis quam defendimus,regulariter verior sit: limitetur tamen,si illa quæstio iuris inueniatur decisa per ius canonicum, tunc enim de ea secularis cognoscere,& pronuntiare potest:quia quanuis apud indoctos ea quæstio iuris possit dubia videri,non tamen apud doctos,qui sciunt eã quæstionẽ per ius canonicũ decisam esse:arg.l.ancillæ.C.de furtis. & quia id quod iure determinatum est,certũ & indubitatũ esse dicitur.l.ornamentorũ. & ibi Bart.ff.de auro & argen.legato. ita vt eo casu seculares magis debeãt dici exequutores iuris canonici: vt in simili tradit Castro de hæresib. lib.1.c.7.pag. 21. & ita in specie Gutierrez de iuramento confirmator.1.part.c.2.num.27. Et quia tunc si bene aduertas,secularis nihil determinat,sed determinatum,& declaratum per ius canonicum,detegit.l. adeò. 7.§.videtur.ff. de acquir. rerum domin. quod non inuenitur prohibitum seculaibus,vt in specie aduertit Belluga in Speculo principum.rub.11.§.de vsuris. nu. 19.pagina. 54. & latè probat Ludouic.à Peguera decisio criminali.30.nu.23.versic.neque refragari.vbi nu.24. asserit ita fuisse declaratum per regium Consiliũ, ad seculares cognitionem vsurarum pertinere,vbi nullũ iuris probabile dubium existit,contractum esse vsurarium. Vnde etiam videmus,quòd secularis potest declarare quem esse periurum, si id sit in iure clarum: secus si sit dubium. Roman.singul.420. Felin. cap. cùm sit.nu. 7.in fine.de foro compet. & prius Alex. ad Bart.l.de periurio.ff.de crimin.stellionat. Parpalia.l.si quis maior.num. 67. & ibi Cagnol.num.122.C.de transaction. Quinimò vbi determinatio rei spiritualis,vel ecclesiasticæ est notoria, vel ex actis,vel confessione partium,& sic absque alia discussione determinari potest, illã secularis decidere potest. Speculat. tit.de reconuentio. §.nunc dicemus.n. 2.Bald.l.vnica.num.37.ad finem. C. de confessis. &.l.quoties.nu.4.C. de iudic. Anchar.Clem.dispendiosam.num.8.ad finẽ.de vsuris. Alex.hic num.8. Alciat.l. omni nouatione.num.3.C. de sacrosan. eccles.Hippolyt.sing.70.Albertin.in assertionib.catholicis.q.25.num.57. ergo pariter si notorium sit, contractum esse vsurarium,de eo poterit cognoscere secularis:& ita in specie Anto.c.cũ sit.nu. 13.vers.quandoq; dubitatur.de foro cõpet.inquiẽs, † q̃ vbi notoriũ est,cõtractũ
53 esse vsurariũ,vel nõ esse, potest secularis exceptionẽ vsuræ admittere,vel repellere:& subscribit Aretin ibi nu.14.& Feli. col.4.post prin.Capi.decis.7. nu. 5.Et in his terminis potest admitti opinio Guido.cõs.180.n.2.quẽ suprà reprobauimus n.49.Si autẽ ius nõ sit omnino certũ,tũc cognitio pertinebit ad ecclesiasticũ,iuxta supra dicta:& in specie Corn.cõs.227. n.6.lib.3.Et ad hũc modũ est explicãda Ord.lib.4 tit.14.§.pen. Debet etiã declarari Ord.lib.2.extrauag.l.13.tit.2.§ 5.dũ dicit,concubinatũ esse crimen mixti fori:nam cũ sit permissus iure ciuili.l.in cõcubinatu ff.de concubin. & tãtũ iure canonico incepit prohiberi.Clem. ad nostram.de hæretic. debuit dicit delictum ecclesiasticũ:circa quod insistit Aretin. d.c.cũ sit.à nu.22.& Iul.Clar.in praxi. §. fin.q.37.nu 4.Sed dicendũ est,q̃ cũ hoc magis ad factũ pertineat, & nulla possit esse dubitatio iuris, meritò dicitur esse mixti fori. Secunda principalis conclusio ex Bart.hic nu. 8.ea est: Quòd si quæstio sit facti,potest de ea cognoscere secularis.c.post miserabilẽ.de vsuris.quam extollit Roman.hic nu.7. ad finẽ. & de eius intellectu agit Rolan.cons.75.à.nu. 36.lib.1.Sed & hanc cõclusionẽ impugnat Bald.l.quoties.nu.3.C.de iudic.concludens,etiam quæstionẽ facti remittẽdam esse ad ecclesiasticum,nisi quæstio facti tantũ respiciat computationem:& idem Bald.c.1.§.similiter.nu.1.in fin.de controuersia inuestituræ. Anchar. Clem. dispendiosam.n.8.de iudic.Fulgos. cõs. 133.ad fin.Et hãc opinionẽ cõtra Barto. esse cõmuniter receptã asserit Aretin. l.omni nouatione.col.2.C.de sacros. eccles.& magis probat Imol.hic n.3.& vsit esse receptam dicit Lapus allegatio. 70. Sed non est recedendũ à conclusione Bar.magis cõmuniter recepta,ita vt quo ad quæstionẽ facti,causa dicat esse mixti fori:in electione enim est actoris,corã quo iudice agat de hac facti quæstione: vt est tex.expressus.c.ad nostrã.2.de iureiur.& tradit Panor.c. cũ sit generale. nu.17.& ibi Felin.n.1.vers.tertia.de foro cõpe.Dominic.c.fin.§.si verò. in fin. de iudic.in.6 tradit Octauia.decis. Pedemõta.137.n.11.Gutierr.de iuram.cõsir. 1.par.c.2.n.37.Alciat.c.1.n.54. de offic. ordin.

ordin. Vt enim notab. dicit Paul. Castrē. cons. 109. nu. 2. lib. 2. licet sit quæstio facti, potest quis eligere forū ecclesiasticū, imò in curia ecclesiastica sæpiùs repetūtur vsuræ, & à tēpore immemoriali hāc sibi iurisdictionem arrogarūt ecclesiastici: & id asserit receptum Alber. in rubr. n. 5. C. de vsuris. Est tamen aduertendū, q; in casu quo secularis iudicat de facto vsuræ, non potest directò pronuntiare contractū esse vsurarium, sed tantū debet pronuntiare super eo, quod in facto consistit, & super qualitatibus factū respicientibus. Cardin. Clem. 1. nu. 19. ad finē. de vsuris. & Vincent. hic nu. 15. Sed verius est, posse quoque pronuntiare cōtractū esse vsurarium, non quidem principaliter, sed per modū causæ, iuxta traditionem Baldi auth. ad hæc. nu. 2. C. de Latina libertat. tollend. Aretin. c. cū sit. nu. 16. de foro cōpe. Nauar. c. cū contingat. 1. remedio. de rescrip. & quia cū probato facto, sequatur dispositio iuris canonici, poterit id in sētētia declarare: quia expressio per modū declarationis, nunquam censetur prohibita. Dominic. cap. vnico. nu. 5. ad fin. de iure patronat. in. 6

54 †Deci. cons. 127. num. 3. Aufrer. tractat. de potestate eccles. 4. regula. fallent. 21. Itē addendum est, q; quando agitur de quæstione facti, non potest iudex ecclesiasticus inhibere, ne secularis de ea causa cognoscat. Cagnol. l. 2. nu. 62. C. de pactis inter empt. Ratio colligitur ex Bal. l. 1. in fin. C. quomod. & quando iud. & Hippolyt. sing. 490. Vnde cauendū est à Gerardo sing. 96. qui contrarium præsupponit, & a Couarr. qui illum sequitur, de sponsal. 2. part. c. 8. §. vlti. nu. 3. ad finē. & nu. 4. Quinimò etsi agatur corā ecclesiastico de vsura, postquā secularis iam tulerat sentētiam super contractu principali, nō potest ecclesiasticus inhibere secularē, vt supersedeat in executione sentētiæ, vt optimè pbat Anchar. cōs. 234. casus. nu. 2. quē sequitur Felin. c. 1. nu. 12. ad finē. de iur. iur. Et pariter si petatur executio instrumenti guarentigij, quod habet executionē paratā vti sentētia, non poterit ecclesiasticus inhibere secularē, vt in executione instrumēti supersedeat, sed secularis nihilominus exequetur instrumentū, si exceptio vsuræ coram eo non sit probata intra decem dies, accepta cautione ab actore, vt rem restituat, si in foro ecclesiastico contractus fuerit iudicatus vsurarius. Angel. l. 4. §. condemnatū. nu. 4. j. de re iudicat. quem sequūtur plures relati per Couar. de sponsalib. 2. parte. cap. 8. §. 12 numer. 5. ad fin. & colligitur ex traditis per Beroium. q. familiari. 77. Et conferunt tradita per Lancelot. tract. de attentatis 2. part. cap. 4. in. 2. limitatione. à nu. 26. & Azeue. l. 1. tit. 21. lib. 4. ord. nu. 186. ante fin. quidquid contrariū teneat Padill. l. 1. nu. 49. C. de iuris & fact. ignor. & latè Gutierr. de iuramento confirmator. c. 2. à n. 11. Quorum opinio procedet, quādo agitur de quæstione iuris, & adhuc nō sit lata sententia, vel non agatur de instrumēto guarētigio, qd habet executio nē paratāvtisentētia. Procedet etiā in eo sensu, quòd licet lata sit sententia, neq; pars voluerit opponere de exceptione, poterit nihilominus posteà de vsura agere, neque ei obstabit exceptio rei iudicatæ. l. si sponsus. §. si vxor. & ibi Bart. s̄. de donatio. inter virū. Bald. l. cū allegas. nu. 7. in fin. C. de vsuris. & alij relati per Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. glo. 2. nu. 36. Nā & sentētia lata in causa vsuraria, nunquam trāsit in rē iudicatā, cū agatur de materia peccati: arg. c. lator. de re iud. & in specie Alber. in rub. nu. 9. C. de vsuris. Iaf. l. 1. §. si procurator. nu. 13. s̄ si quis ius dicenti non obtēperauerit. & rep. l. admonēdi. nu. 45. s̄. de iur. iurand. His ita explicatis, ad complementum eorum quæ suprà tradidimus, quòd de causa hæresis secularis cognoscere non potest, etiamsi quæstio ad solum factū pertineat, aduertendum est, quòd in regno Portugaliæ adest Ordinatio lib. 5. tit. 2.



tit. 2. §. fin. quæ probat, iudicem secularem posse iudicare de apostasia, quia de ea non potest dubitari, neque adest dubium, de quo ecclesia cognoscat. Vidēdum igitur est, vtrùm ea Ordinatio iuri sit consentanea? Et videtur dicendum, non esse, imò iuri canonico esse contrariam: quia text. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. in. 6. licet loquatur in hæreticis, etiam comprehendit apostatas: nam apostasia est species hæresis: ita vt sub nomine hæretici veniat apostata: nam apostasia est quædam qualitas adaugens delictum, sed sub nomine hæresis, tanquam sub nomine generis continetur, vt post Diuum Thomam tradit Castro libro. 1. aduersus hæreses. cap. 9. colum. 4. & libro. 1. de iusta hæreticorum punitione. cap. 7. Paludanus in. 4. distinctione. 13. quæstione. 3. articulo. 3. Pelaez de maioratu. 1. parte. quæstione. 1. numer. 63. Item in specie videtur text. cap. contra Christianos. de hæreticis. in. 6. vbi dicitur, hos apostatas, tanquam hæreticos esse puniendos: ex quo innuitur, sub nomine hæreticorum comprehendi: & consequenter contineri sub dispositione d. §. prohibemus. & concordat. l. 7. titulo. 24. partita. 7. Quod ita in specie tenet Castro libro. 1. de iusta hæreticorum punitio. cap. 23. Sed pro illa Ordinatione facit, quòd ea videtur loqui, quando quis est apostata notoriè, neque vult pœnitere: nam cùm tunc nulla sit quæstio iuris, vel facti, videtur, quòd secularis quasi exequutor iuris canonici posit eum punire, iuxta suprà tradita: & in specie sentit Afflictis libro. 1. constitutionum. rubric. 3. num.

55 12. †Qua etiam ratione, si quis notoriè sit hæreticus, iuxta cap. super quibusdam. in principio. de verborum significatione. & dicat, se nolle reuerti ad fidem, poterit per secularem puniri: quia eadem militat ratio. Vnde infertur, quòd si hi dicant se pœnitere, & vel le reuerti ad fidem, tunc secularis debeat eum remittere ad ecclesiasticum: quia cessat ratio suprà assignata: quod admittit Ordinatio dict. libro. 5. titulo. 2. §. final. tacitè approbans opinionem Villadiego de hæretic. cap. 20. numer. 2. & Simancas in catholicis institutionibus. titulo. 7. quòd licet iure ciuili apostata volens reuerti ad fidem, non sit recipiendus. l. hi qui sanctam. C. de apostatis. tamen iure canonico recipiendus est, si velit pœnitere: quidquid contrarium defendat Arelatan. de hæreticis. notabili. 44. Cuius rationibus communem defendens respondet Castro libro 1. de iusta hæreticorum punitione. cap. 23. Sed placet nihilominus indistinctè secularem non posse cognoscere de apostata, vel hæretico manifesto: quia dict. §. prohibemus. non dat secularibus potestatem iudicandi, vel puniendi hæreticos, vel apostatas, nisi prius per ecclesiasticos eis remissi fuerint: ergo ante hāc remissionem indistinctè prædictos punire non possunt; quod in specie tenet Castro libro. 1. de iusta hæreticorū punitione. cap. 23. & satis sentit Afflict. libro. 1. constitution. rubric. 1. numero. 35. & numer. 51. Quare & prædicta Ordinatio per desuetudinem meritò abolita est. Quinimò neque est verū quod sentit prædicta Ordinatio, quòd licet per ecclesiam sit receptus ad pœnitentiam: tamē adhuc secularis eum de prædicto delicto punire potest: nam cùm hoc crimen sit merè ecclesiasticum, de quo secularis nullo modo potest se intromittere, non potest post condemnationem factam per ecclesiasticum, amplius de eo se intromittere, sed tunc obstabit exceptio rei iudicatæ. cap. fina. de exceptionib. in. 6. & ita expressè Ancharranus cap. ea quæ. quæstione. 9. ad finem. numer. 16. de regulis iuris. in. 6. Albertinus in assertionibus catholicis. quæstione. 25. num. 65. Quanuis aliud sit in criminibus mixti fori: nam licet in ecclesiasticis

ecclesiastico foro quis sit punitus,& tamen non congruenter, pro eodem delicto in foro seculari poterit puniri ad pœnam condignam. Baldus l.placet.numero.5.ad finem. C.de sacrosanct. eccles. & melius quàm alibi Baptista. l. 1. numero.27.C. de summa Trinitate. Alciatus cap. 1. à numero. 53. de offic. ordinar. & Iulius Clarus in praxi. § final. quæstione.57. numer.14. Albertinus in catholicis assertionibus. cap. 25.à numero. 58. Item adde , quòd si cum crimine apostasiæ, vel hæresis, concurrat aliud delictum diuersi generis, postquã quis fuerit punitus per Ecclesiam de hæresi, vel apostasia, poterit de alio diuerso delicto puniri, & accusari apud secularem: quia regula.l.Senatus. ĵ. de accusationibus. non habet locum , quando ex eodem facto resultant delicta diuersi generis. Belluga in Speculo principum. rubric. 11. §. viso. à numero. 22. pagina 47. idem tradit Massuerius in praxi. titulo, de remissionibus. numero. 19. Ex cuius dictis colliges, quòd licèt, quando quis committit vnum delictum in vna prouintia leuius, & aliud grauius in alia, non sit remittendus , antequam de leuiori sit punitus. l. si cui. §. final. ĵ. de accusationibus. Probus cap. inquisitores. numero. 3. de hæreticis. in. 6. tamen delinquens ; remittendus est propter hæresim ad ecclesiasticum , etsi pœna mortis non fuerit punitus, † & tũc de alio crimine per secularem puniri potest : subscribit Simancas in catholicis institutionibus. titulo. 36. numero. 1. Et hæc satis in hac materia. De intellectu. l. si maritus minus. 37. ĵ. eodem. egimus. l. maritum. s̃. eodem. Item & intellectum l. dotem. 38. ĵ. eodem. explicuimus. l. 2. §. final. s̃. eodem. Et ideò harum legum peculiaris omittitur interpretatio.

## SVMMARIA EORVM QVAE TRACtantur in interpretatione. l. Lutius Titius. 39. ff. Soluto matrimonio.

1 *SI post diuortium contrahantur sponsalia, censetur remissa pœna incursa propter diuortium.*

2 *Pater potest remittere iniuriam factam filiofam.*

3 *Nisi ei illata sit per coniunctam personam.*

4 *Agitur de intellectu. l. sed etsi vnius. §. filiofamil. ff. de iniurijs.*

5 *Item de intellectu. l. in personam. in princip. s̃. de pactis.*

6 *Pater non potest remittere actionem ciuilem competentem filio pro iniuria.*

7 *Agitur de intellectu. l. Papinianus. in princ. s̃. de inoffi. testa.*

8 *Explicatur ratio illius text.*

9 *Differentia est inter iiniuriam illatam filij personæ, & inter iniuriam factam ei per exhæredationem.*

10 *Querela non est remedium prætorium.*

11 *Agitur de intellectu. l. Papinianus. § . s̃. de inoffic. testa.*

12 *Quæ dicatur bonorum possessio gratia litis agnoscendæ.*

13 *Explicatur litera, & ratio. l. filius. 22. s̃. de inoffi. testam.*

14 *Vtrùm pater possit contrahere sponsalia pro filio.*

15 *In actu reuocatorio alterius, semper subintelligitur cõditio, si actus reuocatorius valuerit.*

16 *Declaratur regula. l. si fideiussor. 52. in princip. ĵ. de legat. 1.*

17 *Sponsalia contracta per patrem nomine filij præsentis, valida esse censentur.*

18 *Qua ratione filius hæres in hoc text. possit venire*



*venire contra factum patris.*

19 *Etiamsi ex facto defuncti non detur actio, vel exceptio, verius est hæredẽ contra hoc factum venire non posse.*

20 *Hæres potest venire contra factum defuncti, si fuerit nullum propter defectum consensus.*

21 *Hæres non potest venire contra factum defuncti nullum, etiamsi defunctus contra illud potuisset venire.*

22 *Nisi hæres tacitè, vel expressim illud factum approbare non posset.*

23 *Explicatur. l. si seruo. 20. ff. qui, & a quibus.*

24 *Propter dominium superueniens, vtrùm confirmetur alienatio inualida.*

25 *Agitur de intellectu. l. final. C. de euictionibus.*

26 *Et multa considerantur ad illius materiam.*

27 *Et assignatur vera ratio differentiæ inter hæredem venditoris, & hæredem fideiussoris.*

# INTERPRETATIO
## Legis Lutius Titius, 39. ff. Soluto matrimonio.

AD Intellectum huius tex. præmittendũ est, quòd licet mulier cuius culpa diuortium interuenit, dotem amittat. l. consensu. C. de repud. tamen si posteà redintegretur matrimonium, culpa prioris diuortij censetur remissa. l. si vxor. 13. §. finali. ĵ. de adulter. & consequenter pœna, quæ propter illam incursa fuit, iuxta doctrinam gloss. l. si patronus. §. in Fabiana. ĵ. si quid in fraudem patroni. & in simili colligitur ex. l 4. ĵ. 4. de adimend. lega. & l. in ipsius. 5. C. famil. ercis. Secundò est præmittendum, q̃ licet prædicta sine dubio procedant, quando de nouo redintegratũ est matrimonium: tamẽ dubium est, vtrùm idem sit, si post primũ diuortium, inter diuertentes de nouo contrahantur spõsalia? † Nã glo. fin. hîc sentit, per sola spõsalia, culpam prioris diuortij non censeri remissam, & consequenter, neq; pœnam iam incursam: subscribunt Bald. & Angelus hîc, & facit regula. l. solet. s̃. de his qui notant. infamia. & Clem. 1. iuncta gloss. verbo, contrahere. de consanguinitat. & affinitat. Sed verius & receptius est, per sola sponsalia inter diuertentes de nouo contracta, videri remissam culpam prioris diuortij, & consequenter pœnam propter illam incursam, vt clarè sentit is text. nam sentit, quòd si sponsalia non fuissent contracta absente filio, sed eo præsente, & sic sponsalia valuissent. l. in sponsalibus. 1. & l. sponsalia. s̃. de sponsalibus. & cap. vnico. §. final. de desponsation. impuberũ. libro. 6. quòd tunc dos amissa per vxorem propter culpam prioris diuortij, per maritum retineri non posset, quia scilicet prædicta pœna tacitè videretur remissa, ex ratione. l. si vxor. 13. §. final. ĵ. de adulter. & ita Bartolus hîc numero 4. receptus, vt asserit Vincentius num. 7. Alexander l. liberta. numero. 9. s̃. eodem. Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 38. numero. 2. Neque repugnat regula. l. solet. s̃. de his qui notantur infamia. quia distinguẽdum est, aut enim agitur de pœna imposita contrahenti matrimonium, vel etiam dissoluenti: & hæc regulariter non incurritur propter sola sponsalia. Clementin. 1. iuncta gloss. verbo,

verbo,contrahere.de consanguinita. & affinit.& ideò pœna imposita vxori,quę diuertit à marito sine causa. l. consensu. C.de repud.non incurritur,si sine causa dissoluat sponsalia:quod clarè colligitur ex isto text. sentit enim ,quòd si sponsalia valuissent,quia filius fuisset illis præsens, dum contrahebantur per patrem eius nomine,pœna censeretur remissa, nequedos retineri posit,etiamsi mulier dissolueret posteà sponsalia sine causa: & colligitur etiam ex regula generali. l. 1.C.de sponsalib.Et in hac materia pœnis legalibus debemus esse contenti. l.si ita stipulatio.ʒ. de verborum obligatio. & in specie tenet Barto.hîc num.1. Paulus & alij communiter: quidquid repugnet Bolognin.in nouis interpretationibus.Cæterùm si non agatur de incurrēda pœna,sed magis de ea euitanda propter præsumptam remissionem, tacita remissio pœnæ,quæ colligitur ex matrimonio post diuortium contracto de nouo,eadem colligitur ex sponsalibus post diuortium contractis,vt sentit is text.& probat.l fina.in fine.s.de diuort. His ita præmissis,succedit quæstio per Iurecōs. hîc proposita. Lutius Titius habens filium in potestate,dotem filio datam recepit,iuxta.l.si cùm dotem. §. transgrediamur.s.eodem.posteà mulier à marito diuertit sine iusta causa,ac ob id dotē amisit.l. consensu.C. de repud. posteà pater nomine filij absentis cōtraxit spōsalia de nouo cum eadem muliere, quæ filio repudium miserat sine iusta causa. Quærebatur, vtrùm propter huiusmodi sponsalia, culpa præcedentis diuortij videatur remissa, & consequenter pœna? Et videbatur dicendum remissam esse: neque enim potest dubitari de voluntate soceri: nam cùm is nomine filij posteà contraxerit sponsalia cum eadem muliere, satis videtur culpam, & pœnam propter eam incursam remissè per suprà tradita. Neque etiam dubitari potest de eius potestate.Cùm enim pœna illata ei fuisset quæsita iure patriæ potestatis.l. placet.ʒ.de acquirend. hæreditate.potuit eam remitteae,etiam inuito filio. Prout & actionem iniuriarum propter iniuriam filio factam remittere potest.l.sed si vnus.17.§. filiofamiliàs. ʒ.de iniurijs. & ibi notant gloss. Bartolus, & Albericus gloss. l. in personam.31.s.de pactis.etiam inuito ipso filio,vt iudicauit Capella Tholosana,quę stione.241.Boerius decisione.120. post Iason.l.contra iuris.§.final.num.15.s.de pactis. Sed hac ratione dubitandi non obstante contrarium determinat Iurecōs.imò per prædicta spōsalia, prædictā culpam & pœnam,nō videri remissam? & ideò illis non obstantibus, filium dotem amissam retinere posse, si modo prædictis sponsalibus consensum non adhibuit.Ratio autem decidēdi in obscuro est, & vtique Doctores eam volētes assignare, pro constanti habēt,quòd pater contrahēdo spōsalia nomine filij, voluit remittere pœnam incursam propter prius diuortium factum culpa vxoris, & quòd tantùm propter defectum potestatis ea remissio censetur inualida. Nam primò Imol.& Paulus hîc numer. 3.Vincentius nume.7.in fine.existimāt, quòd licet isto iure lucrum dotis delatum filio iure potestatis in patrem transferebatur.l.dotem.16.s.de castrens.peculio.agnoscit Bartolus l.si cùm dotem. §.transgrediamur.in fine.s.eodem.& asserit receptum Rolandus de lucro dotis.quæstione.110.numer.4.tamen quādo istud lucrum dotis deferebatur filio propter diuortium culpa vxoris interueniens,speciale erat, vt huiusmodi lucrum iure potestatis in patrem non trāsferretur,sed remaneret penes filium:& ideò lucrum residens in persona filij,pater repudiare non poterat.l.id quod nostrum.ʒ.de regulis iuris.l. ex repudiatione.C.de fideicommiss. subscribit Alexander.l.liberta. numer.9.versiculo,neque etiam.s. eodem. Nouelus de dote.





6. parte priuileg. 38.in fine.Sed non placet is intellectus,quia specialitas in eo cōsiderata,iure non probatur,ac ob id non videtur recedendum à regula generali l. dotē. 16. ʒ. de castr. pecul. Secūdo loco Bart.hic numer. 3.eam putat decidendi rationem, quòd licet pater possit remittere iniuriam factam filio.l.sed etsi vnius. 17.§. filiofam. ʒ. de iniurijs. tamen quando hæc iniuria facta ei fuit per coniunctam personam, illam remittere non potest: quia grauior censetur, argum.doctrinæ glos.l. cū oportet.verb. grauior. C. de bonis quæ liberis. Cùm igitur iniuria per diuortium facta filio, sit illata per vxorem, quæ censetur coniuncta persona.l. cum alienam.C.de legatis.eam pater remittere non potest in præiudicium filij, & consequēter nec pœnam:ad quod in specie adducit.l.Papinianus.in princ.s. de inof. testament. vbi pater non potest remittere iniuriam factam filio per matrem,quæ eum iniuste exhæredauit: subscribunt Paul. hic numer. 3. Vincent. num.2. & Duaren.
3 & ad hoc istum tex.† pro singulari extollit Roman. sing. 92. Iason. l. contra iuris.§. si filius. nume.15.s. de pactis.Hippolit. sing. 573. & l. diuus. in princ. ʒ. de parricid. Boeri. decisio. 120. numer. 6.Berolus quæst. familiari.75.Horoscius l.in personā.n.2.in princ.s.de pactis.Riminald. d.l.1. numer.8.ad finem.C.qui admitti.quicquid Curt. Iunior ibidem numer. 55. in fine falsò asserat,hanc traditionem Bart. communiter reprobari. Inuenio tamen, quòd Bolognin. hic in nouis interpretatio. & Pinel. l. 1. C. de bon.matern. 3.parte.col.final.hanc cōsiderationem Bart. reijciunt per generalitatem d.l.sed etsi vnius. §. filio fam. Secundo, quia in hoc text. non agitur de remissione iniuriæ, sed potius de remissione pœnæ, quam pater potuit remittere, cum iure potestatis in eum fuerit translata. d. l. dotem. 16. ʒ. d eca strens. pecul. Sed ab his rationibus traditio Bart. facilè defendi potest: nam ad primam respondetur, generalitatem d. §. filiofam. esse restingendam per istū tex.& d.l.Papinianus.in princ.s.de inof. testament. nec id nouum est .l. non est nouum. s. de legib. Non obstat secundū, quia imo in hoc tex. principaliter agebatur de remittenda culpa, & consequēter de remittēda iniuria per vxorē irrogata filio: remissio autē pœnæ veniebat in consequentiam remissionis culpæ. Si igitur remissio culpæ non valet propter Bart. rationem, nec etiam valebit remissio pœnæ accessoria .l. 3. §. final. s. de seruit. rustico. prædio. l. cum principalis . ʒ. de regulis iuris. Vnde si pater principaliter & expresse remitteret culpam ,tunc valeret remissio, quia cessat ratio, de qua supra: & ita Alexand. l. liberta. numer. 8. s.eod. quicquid repugnet Pinel.d. l. 1. 3. parte.col. final. ad finem. C. de bon. mat. Sed quanuis à prædictis rationibus traditio Bart. defendi possit, tamen ex eo non placet, quia facit fundamentum in eo,quod pater non potest remittere iniuriam factam filio per coniunctam personam. Quæ tamen traditio non est vera, nec iure probatur: & quod non sit vera,patet ex regula generali d. § filiofam.† pro cuius inductio
4 ne debes aduertere, quod dum tex. probat, patrem posse remittere iniuriam factam filio. Alberic. ibi numero 2. putat eam decisionem duram & iniquam, & ideo refert Iacobum de Arenis tenentem, per renutiationem patris, non tolli actionem filio competentem, sed tantum suspendi eius exercitium, dum est in potestate: vbi autem factus fuerit sui iuris, illam intentare potest, non obstante renuntiatione paterna.arg.l sed etsi vnius.§ fi.ʒ.de iniurijs & tanquam nouum sibi arrogat Fulgos. l. contra iuris. §. final. numer. 16. s. de pact.

pact. Sed Ruin. & Bart. d.§. filiofamil. numer. 2. intelligunt, patris renuntiationē omnino excludere filium ab actione iniuriarum, ita vt nec ipse, nec alius eius nomine prædictam actionem amplius posit intendere:& hanc esse communem opinionem resoluit Boeri decisio.120. numer.3. & Viuius lib.2. communiū, opinio. 216. Sed videndum est de ratione:& ea esse videtur, quòd iniuria facta filio, etiam videtur facta patri in quandam consequentiam. l. 1. vers. item aut.ʒ. de iniurijs.§.patitur.Insti.eo. & propter hanc connexionem,& præeminentiam patriæ potestatis, pater eam remittere potest, vt est de mente Bart. d. §. filiofam. numer. 2. & Riminald. l.1. nnmero.8 C.qui admitti.Ripæl. 2.§. fina. numer. 28.s̄. eod. Ex qua ratione infertur, tex. d.§. filiofam. etiam hodie procedere, vt resoluit Iason .l. contra iuris.§ si filiusfam.numer.15.s̄.de pactis:& resoluit receptum Pinel.l.1. C.de bon.mater. 3.parte.num.105.quicquid ipse post Azonem,& alios contradicat. Infertur etiam, quod d. §.si filiofa.etiam procedet in iniuria facta filio per coniūctam personam, quia ad huc militat supra dicta ratio, quicquid Bart. & alij supra citati contrarium voluerint. Infertur etiam explicatio ad l. in personam. 31.in princ.s̄.de pact.dūm probat,quod è contra pactum filij circa actionem iniuriarum, non noceat patri:quod glos.& DD. ibi & Innoc.c. non dubium.nume. 1.de sentent. excommunicatio.videtur intelligere,quod cum pro iniuria facta filio,tàm patri, quàm filio competat actio l. pater.41.ʒ. de iniurij. filij renuntiatio ei quidem præiudicabit,non autem patri,iuxta regulam .l. si vnus. §. ante omnia.s̄. de pactis.& est expressum .l. 1.§. fina, ʒ. de iureiur.†. Qui quidem intellectus indubitabilis est: & ideo ego intelli
5 go, renuntiationē filij ita nō nocere patri,vt pater nomine filij actionem iniuriarum per eum remissam posit intendere:cum enim propter connexitatem vtrique iniuria facta videatur, & ideò vtrique competat actio,non potest filius per suam renuntiationem præiudicare patri,quo minus actionem, eius quoque nomine posit intendere:nam & ex hac eadem ratione pater agens nomine filij pro iniuria illi illata,non tenetur cauere, quia propter connexitatem pro propria quoque iniuria videtur agere.l. non solum.39.§.quæritur. in fine. s̄.de procutator. secundum intellectum glos. ibi,& resoluit Ripa l. 2. §. fin. nu.28. s̄. eod.ita vt non solum in hoc sit differentia inter patrem & filium,quòd pater potest remittere iniuriam factam filio.d.§.filiofa. non sic filius posit remittere iniuriam, quæ per ipsum videtur facta patri:vt notant glos. & DD. d.l. in personam.31.s̄. de pactis.sed in eo quoque sit differētia, quòd pater per suam renuntiationē tollit actionem iniuriarum sibi & filio competentem. d. §. filiofamil. filius autem per suam renuntiationem licet excludat se à propria actione, ne illa posit agere proprio nomine,tamen non præiudicabit patri, quominus eam actionem etiā nomine filij intendere posit.d.l. in personam.s̄. de pactis.explicata supra. Infertur etiam annotatio ad tradita per Capellam Tholosanam quæst.241.&Boeri. decisio. 120. num.3. dum dicunt,quod etiam actionem ciuilem competentem filio propter iniuriam ex lege Cornelia, in tribus casibus expressis.l.lex Cornelia 5.ʒ. de iniurijs, pater potest remittere: contrarium enim videtur verius: quia in actione ciuili non consideratur prædicta connexitas,ac proinde actio competens filio propter iniuriam factam illi in illis tribus casibus,non cōceditur etiā patri, quasi ei facta sit, vt expressum est d.l.lex Cornelia. §. illud.Cessāte igitur cōnexitate,succedit regula.l.id quod nostrum.ʒ.de regul.iuris.& sentit glos. d. §. filiofam. verb.filio. & Curt. Iunior l. 1. num. 56. C.qui admitti. Prout quando iniuria



iniuria est facto filio,propter connexitatem pater agens nomine filij, no tenetur cauere de rato. l. non solum. 39. §. quæritur.in fine.s̄.de procurato.& supra diximus. Et tamen si agat nomine filij actione ciuili ex lege Cornelia tenetur cauere de rato,quia cessat tunc consideratio prædictæ connexitatis.† Et ita colligitur ex ratione bene expensa l. lex
6 Cornelia.5.§.in lege Cornelia.ʒ. de iniurijs.Et ad hunc modum debet explicari.l. si fine.§. fina. ʒ. rem ratam haberi. nam si intelligas patrem intentasse prætoriam actionem iniuriarum nomine filij,quæ etiam concurrit cū actione ciuili, ex lege Cornelia. d. l. lex Cornelia.§.illud.vers. sed patri.ʒ. de iniurijs, non tenebitur pater cauere de rato,vt supra dictum est:& pariter neque eius procurator, iuxta regulam .l. ossa. in fine.s̄.de religios. Si verò intentat actionem ciuilem ex lege Cornelia, nomine filij, quia scilicet habet illius exercitium, tunc tenetur cauere quod filius ratum habebit, & similiter eius procurator. d. l. si fine. §. fina. & ibi Angel. & Paul. Patet igitur,d.§. si filiofamil. aperte impugnare communem traditionem,de qua supra pro qua minime facit is tex. quia infra respondebimus.Neque etiam facit l. Papinianus.in princ. s̄. de inof. testamen. quia aduertendum est,quod tex.ille nō tractat, vtrùm posit pater remittere querelam filio competentem, sed tantam vtrùm posit agere querela,inuito filio? Nisi dicas,quod ex eo quod tex.probat, patrem non posse agere querela nomine filij,inuito ipso filio,à fortiori sentit,quod non poterit remittere prædictā querelam eo inuito,iuxta regulam l. relegatorum.§.fin. ʒ.de interdict. Admisso igitur,quòd a fortiori non posit renuntiare pater querelam filio competentē, videndum est de ratione. Et Iurecons.d. l.Papinianus.eā reddit,quod iniuria est ipsius filij:quam rationē Bart .ibi.& Fulgos.num. 2. ex mente.glos.ibi verb. ipsius,ita explicant,vt ratio in tex. expressa nō sit finalis:sed ea ratio finalis sit,quòd querela proponitur ad rumpendum testamentum, & rupto testamēto ad aperiendum ius adeundi filio:glos.fina.l.qui de inoficioso.s̄. de inof. testa. Prout igitur ius adeundi ex persona filij non quæritur patri.l.cū proponas.C.de hær.insti. ita etiam neque acquiretur querela,quę est præparatoria iuris adeundi:& ita etiā in effectu Bart.l.is qui hæres. §. fina.nu. 7.ʒ.de acq.hæred. & Cuman hic nu. 4. Sed non placet hæc explicatio,quia absurdum est dicere, rationem assignatam per Iurecons. in d. l. Papinianus. nō esse concludentem, vt aduertunt Aretin.l. quod.dicitur.num.5.ad finem.ʒ.de verb. obligatio. & Curt.Iunior. l.1. nu. 56. C. qui admitti.†Quare Aretin. d.l. quod dicitur.num.6. ex mente glos.d.l.Papinia-
7 nus.verb. ipsius. aliter explicat, quòd ideo iniuria illata filio per exheredationem,dicitur propria filij,quia per exhæredrtionem filius excluditur ab hæreditate, & iure adeundi illam: vnde prout ius adeundi est proprium filij, & residet in illius persona,neque ad patrem transit.l. is qui hæres.§.fin. ʒ. de acq. hæred. l.pretia rerum.ʒ. ad l. Falcid. ita & iniuria facta filio per exhæredationem,& excludens eum à prædicto iure, dicitur esse propria filij, & in eius persona residere.Sed non placet,quia secundùm hanc explicationem, adhuc ratio Iureconsul. in d.l.Papinianus.non esset concludens, neque enim sequitur:Iniuria est propria filij,ergò de ea pater agere non potest inuito filio:nam videmus,quòd actio iniuriarum est propria filij, & residet in eius persona.l.filiusfa. 8.ʒ. de actio. & obliga. Rationem reddit Alciat.l.cum filius.nu. 6.s̄.si certum petat. & tamē hac actione pater potest agere inuito filio,& illam remittere.l.sed etsi vnius.§ filiofam.ʒ.de iurijs.Quare idem Aretin.l. placet. ante finē.ʒ. de acq.hæred. aliter explicat rationē d.l. Papinianus.q; Iurecōs. velit,quòd

querela competit filio ad vindictam: & ideò licet filio sit quæsita, non communicatur patri, quia cum competat ad vindictam, non dicitur esse in bonis. l. 2. §. emancipatus. ʒ. de collatio. bono. Sed non placet: quia d. l. Papinianus. probat patrem, querela vti non posse inuito filio, & etiam actio iniuriarum competit ad vindictã: & tamen pater ea vti potest inuito filio. d. §. filiofa. Vnde ad verã explicationẽ d. l. Papinianus. vltra alios aduerto, in eo tex. non potuisse dubitari, vtrùm querela transiret ad patrem: nam cum certum esset, ius adeundi non transire, indubitabile erat, quod à fortiori non deberet transire querela præparatoria ad ius adeundi: vt agnoscit Bart. l. is qui hęres. §. fina. numer. 7. ʒ. de acqu. hæred. & ideò Iureconsul. in d. l. Papinianus. non dubitat, vtrùm pater posset vti querela proprio nomine, quasi ei quæsita esset? Sed habito pro cõstanti, quòd ei non acquireretur, dubitat, vtrùm nomine filij querela posset vti inuito filio? Et rationem dubitandi sine dubio fecit decisio d. §. filiofamil. cui tacite respondet Iureconsul. d. l. Papinianus, ideo patrem inuito filio nõ posse vti querela, quia iniuria propter quam datur querela, est propria ipsius filij.† Quæ ratio ex glos. ibi verb. ipsius.

8 ita explicanda est, vt contrarium procedat in iniuria illata personæ filij, nam cum tũc iniuria illata filio, videatur quoque illata personæ patris, & hac ratione etiam pro ea iniuria detur actio patri. §. patitur. Instit. de iniurijs. propter hanc connexitatem pater potest remittere iniuriam factam filio, vt supra diximus. Quę ratio cessat in querela, quia iniuria quæ infertur filio per exhæredationem, non videtur quoque facta patri, neque ratione illius pater ex propria persona potest agere querela. Cũ igitur prædicta iniuria nõ videatur quoque facta patri, sed tantum resideat in persona filij, & sic cesset prædicta connexitas, pater querela vti non potest inuito filio. Quẽ intellectum in effectu probauit etiam Paul. d. l. Papinianus. in princ. & Bart. l. sed etsi vnius. §. filiofam. num. 2. ʒ. de iniurijs. Riminald. l. 1. numer. 8. C. qui admitti. Et secundũ hanc explicationem d. l. Papinianus. minime probat, quod DD. supra relati ex ea colligunt, quòd pater non potest remittere iniuriam factam filio per coniunctam personam: nam imò tex. ille sentit, quod si talis esset iniuria, pro qua etiam patri actio daretur, pater posset illam remittere, & inuito filio agere: sed quia talis non est, contrarium ibi statuitur. Infertur etiam annotatio ad tradita per Bart. l. 1. num. 8. C. qui admitti, dũ ęquiparat querelã & actionem iniuriarũ, inquiens, quòd prout querela est filij. d. l. Papinianus, ita etiam & actio iniuriarum. l. filiusfam. 8. ʒ. de actio. & obligatio. nam aduertendum est, hanc æquiparationem prima facie videri probabilem, & pro ea videri tex. in l. 1. §. sed si puta. & ibi glos. verb. experiri. ʒ. si quid in fraudem patroni. & latius prosequitur Cuiacius lib. 17. obseruatio. cap. 17 Et facit, quia per exhæredationem infertur nota & infamia filio. l. multi non. & ibi Lancelot. Deci. ʒ. de libe. & posthum. l. ea quæ. C. ex quibus causis infamia irroget. & sic per eam iniuria infertur personæ filij Dec. in rub. num. 6. C. de successorio edicto. Sed aduersus prædictam æquiparation ẽvrget d. l. Papinianus. explicata vt supra, vt scilicet pater possit vti actione iniuriarum cõpetenti filio, etiam inuito ipso filio: & tamen querela vti non possit inuito filio. Pro concordia dicendum est, actionem iniuriarum, & iniuriam inductam per exhæredationem, regulariter æquiparari, vt supra dictũ est: limitari tamen quoad effectum de quo supra, vt pater possit vti actione iniuriarum inuito filio, non autem querela pariter, neque supplemento legitimæ, quod loco querelæ

videtur



videtur successisse, vt tradit Imol. l. qui soluendo. numero 3. ʒ. de hæred. instit. Ratio differentiæ vltra alios est, quòd iniuria punitur pro prætorem, & per ea solet concedi actio iniuriarum prætoria: qui quidem prætor constituit, vt iniuria facta filio, videretur quoque facta patri. §. patitur. Instit. de iniurijs, & propter hãc connexitatem pater, inuito filio, potest vti actione iniuriarum prætoria, & illam remittere. d. l. sed etsi vnius. §. filiofa. ʒ. de iniurijs, & supra diximus. Cæterum iniuria quæ irrogatur filio per exhæredationem, in duobus consistit, scilicet, in iniuria facta personæ filij, cui nota inuritur, vt supra diximus: item & in eo, quòd filius excluditur à successione materna, quæ secundùm ius ei debebatur. Prima iniuria cum nõ iure prætorio puniatur. l. nõ putauit in princ. ʒ. de contrabul. sed tantum iure extraordinario. §. tam autem. Instit. de inof. testament. non efficit, vt illa quoque videatur facta patri: nam quando iniuria punitur alio iure quam prætorio, iniuria illata filio, nõ censetur illata patri, vt probat l. lex Cornelia. 5. §. illud. ʒ. de iniurijs. Item neque secunda iniuria ei videtur facta, cũ enim respiciat iusadeundi, quod residet in persona filij, neque patri quæritur, illius respectu iniuria illata filio, non potest videri facta patri, ac ita cessante prædicta cõnexitate circa querelam, inducetur regula. l. id quod nostrum. ʒ. de regul. iuris. Ex qua ratione colligas, ex d. l. Papinianus. non bene colligi, quod ibi tradit glos. verb. ipsius, quòd querela non est actio: quia si esset actio, patri quæreretur: nam id non bene colligitur: licet enim esset actio pro iniuria competens, non transiret ad patrem. l. filiusfam. 8. ʒ. de actio. & obligatio. Item & querelam esse actionem probat l. quemadmodum. 7. ʒ. de inof. testament. Melius ergo colligetur, quòd querela non est remedium præ-

10 torium,† quia si tale esset, iniuria illata filio, censeretur etiam illata patri. d. §. patitur. Instit. de iniurijs: & quia est remedium extraordinariũ, vt supra diximus, & sic cũ iniuria illata filio per exhæredationem, non puniatur per ius prætoriũ, iniuria illa ita concluditur in persona filij, vt non videatur facta patri. glos. d. l. Papinianus. verb. ipsius. Colligetur etiam quod licet iniuria facta per exhæredationem æque principaliter respiciat bona quæ filio auferuntur, tamen ea iniuria non videtur facta patri ob rationem de qua supra. Denique colligas, quòd iniuria siue contumelia concluditur in persona filij, nullo habito respectu ad bona: iniuria autem illata per exhæredationẽ, non solum in personæ nota consistit, sed etiam in exclusione ab hæreditate materna. Et hinc est, quòd si minor omiserit actionem iniuriarum, non restituetur. l. auxilium. 38. ʒ. de minorib. & tamen aduersus omissam querelam restituitur. l. 1. C. de in integ. restitutio. l. 2. C. in quibus causis in integrum restitutio. Vlterius ex supra traditis colligitur elegans explicatio ad d. l. sed etsi vnius. §. filiofa. vt dum tex. probat, patrem posse remittere iniuriam factam filio, à fortiori posset agere actione iniuriarũ, etiã inuito filio: vt clare significat d. l. Papinianus. explicata vt supra: quicquid inaduertenter contrarium dixerit Cuiacius lib. 17. obseruatio. cap. 17. Et non solum quoad actionem iniuriæ criminalem, sed etiam ciuilem: vt colligitur ex generalitate d. §. filiofa. quicquid contrariũ tentaueruit Bolognin. hic in nouis interpretationibus. Præterea & ex prædictis infertur explicatio ad d. l. Papinianus. §. 1. ʒ. de inof. testamet. Proponitur ibi casus, quòd filius agnouit bonorum possessionem gratia litis agnoscendæ, & decessit: respondet Iureconsul. extinctã esse inoficiosi querelã, quia nõ patris nomine, sed filij intẽditur: qui quidẽ tex. tres habet difficultates. Prima est, quia post agnitam bonorum possessionẽ, omnia iura fuerũt quæsita bonorum

possessori.l.3.ʒ. de bono possessio. ergo in illis iuribus debuit pater succedere. l.
11 2.ʒ. de castrens.peculio. † Secũdò, quia querela post agnitam bonorum possessionem trãsmittitur ad hæredem.l posthumus.6.§. fina.s̃. de inof. testa.ergo & ad patrem. Tertia, quia actio aliàs non transmissibilis solet transmitti post litem contestatam.l. si eum.§.qui iniuriarum. s̃.si quis cautio.l. vnica. C. ex delict. defuncto. quia post litem contestatam censetur esse in bonis.l. iniuriarum actio. 28.ʒ. de iniurijs.ergo idem videbatur admittendum in querela. Contrarium tamen determinat Iureconf. d.l Papinianus.§. 1. ea ratione,quòd querela competit soli filio, & non patri,vt supra diximus:ergo morte filij debet censeri extincta,nec ea pater vti potest.Neque obstãt difficultates supra motæ: nam ad primã respondetur,quòd tex.l.Papinianus.§.1. loquitur de bonorum possessione gratia litis agnoscenda: quod licet glos. ibi & Bart. intelligant de quodã signo, quod dabatur à prætore emancipatis exhæredatis,vt agnoscerentur à iure ciuili;& dicat receptum Alex.l. certum. num. 8.C. vnde legit.vbi disputat Deci. num. 12.tamen ea declaratio falsa est:quia præsupponit,querelam esse iuris ciuilis:& quòd ibi necessarium erat signum prætoris, vt ad querelam admitteretur: quod tamen est falsum, & contra tex.l. non putauit. in princ.ʒ.de contra tab. vbi exhæredatis,nec iure ciuili succurritur.Item, quia presupponit, prædictam bonorum possesionem tãtum esse necessariam emãcipatis exhæredatis:& tamen verius est, omnibus agentibus querela fuisse necessariam,cum solùm sui hæredes ab ea necessitate excipiantur.l.quemadmodum. s̃. de inof. testa. & prosequitur Ruin. l.si quis posthumos.§. si filium.nu. 218.ʒ.de lib. & posthum.Verior igitur explicatio est Viglij. §.tam autem.à num.2. Instit. de inof.testam.quòd cum agens debeat fundare intentionem in proprio iure, non autem in defectu iuris rei.l. 1.§. 1.s̃. si pars hæred. petat. ille qui petebat hæreditatem, quasi testamentum per querelã deberet rescindi,oportebat fundare se in proprio iure, & ideò inuenta fuit hæc bonorum possesio gratia litis agnoscendæ,vt in ea tanquam in iure proprio fundaret intentionem suam: quæ cũ ad prædictũ ad hoc tãtum effectũ daretur, non aliud tribuebat ius bonorum possessori, quam posse litem intendere super querela,vt est expressum.l. qui de inofficioso. 20.s̃. de inof. testa. & l. 2. C. eod.
12 tit.† Et ita etiam in effectu Alciat. lib. 8. Parergon.cap. 14.& subscribit Couarru. in c. Raynuntius.in princ.nu. 6. de test. quicquid aliter explicet Anton. Goueanus lib. 2. variarum lectionum. cap.6. & Menchaca de successio.creatio. §. 30. à num. 146. &l. 2. à num. 13. C. de inof. testa.Cùm igitur per prædictam bonorũ possesionẽ nullũ ius quæreretur exhæredato,cessat difficultas. Non obstat secundũ,quia procedit in hęrede,qui repræsentat personã defuncti, & ideo querela competenti defuncto,vti potest: nõ idem erit in patre,qui non succedit tanquam hæres. l.2.ʒ. de castrens peculio. neque repræsentat personam filij defuncti.l. qui contra.12. & ibi Castrens.ʒ. de fideiussorib. Non obstat tertiũ, quia procedit in actionibus particularibus: sed querela est actio vniuersalis,& præparatoria iuris adeũdi:vnde prout ius adeũdi non transmittitur.l.vnica.§. in nouissimo.C. de caduc.tollend. ita etiam nec transmittetur prædicta querela,antequã sit agnita:& eo casu tantum transmittetur ad hæredem defuncti,non autem ad patrem,vt supra diximus.Vltimò ex prædictis infertur intellectus ad l.filius.22.s̃. de inof.testa.Proponitur ibi casus,quod patri legatum relictũ fuit in testamento qui nihilominus illud impugnauit per querelam nomine filij, & non obtinuit: quæritur,vtrùm legatum debeat amittere?Et videbatur dicendum debere amittere,



tere per,regulam.l Papinianus §. meminisse.s̃. de inof. testa.Contrarium tamen determinat Iureconf. d.l. filius. duplici ratione.Primo, quòd querela competit soli filio, & in ea agitur de meritis solius filij,& sic cum nihil agatur de iure patris, non debet pater amittere legatum. Secundũ est, quod pater agendo querela nomine filij,alteri commodum victoriæ parat,& nõ sibi:& ideò non debet legatũ amittere.In qua secunda ratione summè difficilis reputatur: sẽtit enim,quod perlata querela, bona materna filij ad patrẽ nõ transeũt,sed filio acquiruntur: quod minime verum est isto iure: bona enim materna patri acquirebãtur iure potestatis ante nouam cõstitutionem.l. 1. C.de bonis matern. vbi Pinel. 1.parte. à num. 21.varias refert DD.responsiones.Sed vera responsio est,quòd pater agendo querela nomine filij, commodum victoriæ alij parat,id est filio, non solum attento modo agendi,sed etiam attento effectu: quia perlata querela,deducitur res ab intestato.l. vt liberis.C. de collatio. delata autem re ab intestato,hæreditas materna non quæritur filio ipso iure, sed opus
13 est aditione. † Commodum igitur primarium,quod acquiritur perlata querela,filio quæritur,& non patri:quia ius adeundi in persona filij residet, neque patri quæritur.l. 3.C. de hæred.instit.Non tamen negat Iureconf. post aditionem filij bona materna quæri patri. & ita Bal. l. 1. num.28.C. qui admitti. Fulgos. d. l. filius.num. 3.s̃. de inof.testa. & ita etiã in effectu prædictis nõ relatis.Iason.l. 1. num. 5. C. qui admitti.& ibi Riminald. num. 9.Socin. Iunior.l. cum filio. num. 2.ʒ. de leg. 1.Et pro hac expositione est tex.elegans.l.penult.ʒ. ad Tertullian. dũ dicit,quòd hæreditas matris pertinet ad filium ab intestato,licet sit in patris potestate:nam intelligit de primęua illa acquisitione quoad ius adeundi:non autẽ negat,secuta aditione,illa bona acquiri patri:vt in specie tradit Pinel.d.l 1. C.de bonis matern. 1.parte num.29.Constat igitur ex supradictis, non esse veram cõmunem responsionem supra relatam ad istum tex.quòd ideò non censeatur in eo remissa pœna incursa propter prius diuortium,quia pater non potuit hanc iniuriam remittere,vt pote illatam per cõiunctam personam:contrarium enim verius esse patet ex supra traditis. Reiecta igitur prædicta responsione,vltimo loco Cuman.hic num. 4. respondet,quòd in casu huius tex. non ob id non censetur remissa pœna,quia pater non potuit illã remittere:aduertit enim,patrem pro filio in potestate non posse cõtrahere spõsalia,nisi ipse consentiat.l insponsalibus. 1.& l.sponsalia.s̃.de sponsalib. Cùm igitur in specie huius tex. filius,cuius nomine pater contraxit spõsalia, esset absens, subintelligebatur tacita conditio, si ille rata haberet sponsalia:si ergò ille ea rata non habuit, quasi defecta cõditione,spõsalia habebuntur ac si nũquam fuissent contracta.l.1.ʒ. de regula Catonian. & consequenter ex illis non debet sumi
14 coniectura remissionis pœnę.† arg.c.nõ pręstat.de regul.iuris.in 6. Iunenio,quòd Alex.l.liberta.nu.8.s̃.eod.hanc Cumani responsionem improbat ex eo,quòd pater,quoad se attinet,simpliciter, & purè consensit sponsalibus, vnde saltem quoad eum pœna prædicta debuit videri remissa.Confirmo,quia licet socer contrahendo sponsalia, forsitan prædictam intentionem habuerit,quòd non remitteret pœnam, si filius non consentiret spõsalibus, tamen cum id non expresserit, pro omisso debet haberi.l. damus. & ibi Bart. s̃. de condict.indeb. l. si repetendi. C.de condiction. ob causam.ad quod expendo istum tex.dum probat,quòd si filius rata habuit spõsalia.& mulier postea temere ab illis recessi, maritus dotem retinere non posset,& tamẽ verisimile est, tàm patrem, quã filiũ,ideò remisisse pœnam, quia crediderunt sponsalia postea contracta effectum esse sortitura.& ta-

men: quia in remissione id non fuit expressum, non est in consideratione, quo ad reuocandã remissionem semelfactã. Vnde magis placet cõsideratio Alex. l. liberta. in fine §. eo. quòd ea ratione nõ videtur pœna remissa per sponsalia, si filius illa rata non habuit, quia quando actus fit ad reuocationem alterius, semper subintelligitur tacita conditio, si modò secundus casus validus sit. l. certi conditio. §. quoniam. §. si certum petat. l. si quis ante. ff. de acqui. posses. l. 1. in fine. ff. de nouatio. Sed sponsalia veniunt ad reuocationem pœnæ incursæ per prius diuortium: ergo debet subintelligi prædicta tacita conditio. Cum igitur certum sit sponsalia contracta per patrem nomine filij non valere, nisi filius illa rata habuerit. l. in sponsalibus. 1. & l. sponsalia. §. desponsa. ergo per sponsalia inualida non censebitur reuocata pœna incursa propter prius diuortium. Cõfirmo, quia ideò per matrimonium postea contractum, censetur remissa pœna prioris diuortij, quia is sequens actus videtur incõpatibilis cũ pœna prioris diuortij, vt colligitur ex ratione. l. si vxor. 13. §. fin. ff. de adulte. & l. si mulier. 20. ff. eod. Porrò quãdo actus incompatibilis reuocatur persequentem, semper subintelligitur condi
15 tio, si modo actus sequens valuerit, † l. si iure. 18. & ibi Bart. ff. de leg. 3. Paul. l. sancimus. in fine. C. de testament. Huic tamen suæ considerationi opponit Alexã. vbi supra, regulam. l. si fideiussor. 52. ff. de leg. 1. vbi si expressum & tacitum sint æque principalia, quanuis expressum nõ valeat, tamen subsistit tacitum: ergo cũ pater contrahendo sponsalia pro filio, duo æque principaliter voluerit, scilicet, contrahere sponsalia, & remittere pœnã incursam propter præcedẽs diuortium; quanuis sponsalia non valuerint, tamen tacita remissio debuit subsistere: & vltra eum ego oppono, quòd etiam per actum inutilem reuocatur præcedens incompatibilis. l. legatum sub conditione. 24. §. fin. ff. de adimend. legat. l. planè. 34. in princ. ff. de leg. 1. & l. etsi transferam. ff. de adimendis legat. Sed his non obstãtibus, non recedo à resolutione Alexan. quæ verissima est, & bene deducitur ex mente huius tex. qui aperte vult, quòd si filius rata habeat sponsalia cõtracta per patrem eius nomine, nõ potest filius dotẽ retinere: quia per sponsalia valida videtur remissa pœna: si verò illa rata nõ habeat, quia tunc non valent, non obstante prædicta tacita remissione, dotem retinere poterit: quod vtique aperte comprobat considerationem Alex. supra relatam. Neque obstant ea quæ supra illi obiecimus: nam ad primum de regula l. si fideiussor. 52. in princ. ff. de leg. 1. respõdetur, quòd procedit, quando tacitum prouenit ex diuersa dispositione ab expressa, vt in specie illius tex. nam legatũ expressum relinquitur creditori: & ex eo colligitur alia noua dispositio, per quam idem legatum magis censetur relictum debitori. l. fideicommissa. 11. §. interdũ. ff. de leg. 3. In his ergo terminis procedit regula d. l. si fideiussor. Sed si tacitum & expressum immediate resultat ex eadẽ dispositione, tunc semper tacitum videtur venire in consequentiam expressi, & consequenter, si nõ valet expressum, neque valebit tacitum. l. 3. §. fin. §. de seruit. rustico. prædio. & ita expressè Claud. l. si cum dotem. in princ. nu. 2. §. eod. † Sed
16 in nostris terminis tacita remissio immediate procedit ex expresso, & non ex noua dispositione: si ergo non valet expressum, nec valebit tacitum. Et cõfirmatur, quia cum reuocatio pœnæ incursæ per prius diuortium videatur inducta, quia sponsalia videntur incompatibilia cum prædicta pœna, vt supra diximus, semper reuocatio videtur inductain consequentiam actus principalis incompatibilis: & ide si actus, ex quo inducitur reuocatio, nõ valet, neque ipsa reuocatio subsistet. l. Clodius. ff. de acq. hæred. l. si iure. ff. de leg. 3. Neque etiam obstat secunda oppositio



positio de l. legatum sub conditione. 24. §. fin. ff. de adimen. legatis: quia tex. loquitur, quando testator rem legatam filiæ, donauit vxori: quæ quidem donatio nõ est omnino nulla, cum morte confirmetur: vt post Socin. tradit Palac. rep. ru. §. 69. n. 1. & ideo per illam censetur reuocatum legatum: secus si actus reuocans esset omnino nullus, tunc enim non va
17 leret reuocatio: vt in simili colliges ex l. 1. in fine. ff. de nouatio. iuncto. §. præterea. Instit. quib. mod. re contrahit. obligatio. Nec etiam obstat. l. etsi transferã. cum similibus. ff. de adimendis legatis: quia loquitur in translatione, quæ æquè principaliter continet ademptionem. l. translatio. 6. ff. de adimend. legat. & ideò locũ sibi vendicat regula. l. si fideiussor. 52. ff. de leg. 1. Vnde pari ratione, si pater dum contrahebat sponsalia, expressè declararet, quod remittebat pœnam incursam propter prius diuortium, pœna æque principaliter remissa subsisteret. argu. l. 3. C. si pendente appellatio. mors interuenerit. etsi spõsalia non valerent, iuxta supra tradita: & agnoscit Alexan. l. liberta. nu. 8. §. eod. licet Vincent. hic ad finem. & Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. parte ad finem, asserant de mente DD. esse, vt pater, nec tacite, nec expressè posit facere prædictam remissionem in præiudicium filij. Ex hac igitur responsione ita defensa infertur primò annotatio ad glos. fin. hic, dũ dicit, ideò per spõsalia non videri remissam pœnã, quia illa non durarunt. Bart. hic numer. 1. eam reprobat: quia si per sponsalia videtur remissa pœna, nõ debet reuiuiscere ex eo quòd spõsalia nõ duratunt. l. quires. §. aream. ff. de solutio. Saluari tamẽ potest in eo sensu, vt non videatur remissa pœna per sponsalia, quæ à principio non valuerunt: vt clarè probat is tex. explicatus vt supra. Infertur secũdò, quod si filius esset præsens sponsalibus contractis per patrem, & sic per præsentiam & patientiã videretur illis assentire. l. in spõsalibus. l. sed ea. §. de sponsal. quæ iura licet loquantur in filia præsente, vt hic aduertit glos. fina. tamen etiam locum habent in filio sponsalibus præsente. Barto. hic post princ. & est expressum. c. 1. §. fin. de desponsatio. impube. lib. 6. Per sponsalia igitur valida censeretur à principio remissa pœna, & ex eo quod postea euenit, non reuocaretur. l. 2. ff. de iti. actuque priuato. † quod sentit is tex. ibi, Absente filio, à contrario sensu: & ita Bart. hic & alij magis communiter, vt asserunt Vincent. hic num. 6. Alexand. l. liberta. nu. 8. §. eod. Contrarium tamen sentit glo. fina. hic, quam Bald. Imol. Roman. & Paul. hic num. 4. ea ratione defendunt, quia licet filius præsens spõsalibus per patrem contractis eius nomine, videtur cõsentire, vt probant iura supra citata: id tamen limitari debet, nisi ageretur de actu sibi præiudiciali, tunc enim non videtur consentire tacendo: iuxta regulam. l. filiusfam. 8. §. inuitus. §. de procurato. Sed hoc casu si præsumeretur cõsensus filij, sibi præiudicaret: quia amitteret lucrum sibi quæsitum propter prius diuortium: ergo in his terminis tacendo non debet videri consentire. Sed hac ratione non obstãte, non est recedẽdum à magis cõmuni opinione, quę optimè probatur ex supra traditis. Neque obstat ratio contrariæ opinionis: quia cum hæc sponsalia contraherentur nomine filij, potuit ille dissentiendo illa prohibere, ne fierent. l. filiofam. 13. §. de sponsalib. Ergo etiam si agatur de actu præiudiciali, tamen si taceat ille qui eum potuit impedire dissentiendo, censetur tacite consentire. l. penult. ff. de reiudicat. glos. recepta. l. Gaius. 39. §. de pigno. actio. & in specie aduertit Alex. l. liberta. 9. §. eod. His ita explicatis, ex vltima parte huius tex. colligẽdum est, quod si patri qui contraxit sponsalia, filius hæres sit, potest nihilominus dotem amissam propter prius diuortiũ retinere. Sed obstat, quòd filius non potest venire aduersus factum defuncti

etiam

etiam inualidum.l.cũ à matre.C. de rei vendicatio.¶ Cui difficultati respondet
18 glos.final. hic, quòd ex actu sponsaliorũ contractorum per patrem nomine filij, non datur actio vel exceptio aduersus filium:& id eo filius hæres patris cõtra huiusmodi factum venire potest:subscribit Bart.hic num. 4.& communiter alij, vt asserit Alex. l.liberta.num.9. vers.in eadem glos.ʒ.eod.quam solutionem explicat Pinel. l.1.C.de bonis mater. 3.parte. nu.83.verb.omissa autem. quòd in casu huius tex. pater contrahebat sponsalia nomine filij, & sic nec se,nec filium obligat:non filium,quia actus sponsaliorum requirit consensum filij: non se ipsum, quia nihil suo nomine faciebat, neque de se promittebat,ac ita locum habet .l. quecunque gerimus.ʒ.de actio.&oblig. subscribit Phanuntius de inuentario. 7. parte.num.165. Ex hac igitur solutione glos. ita explicata colligitur elegans limitatio ad regulam l. cum à matre. C. de rei vend.vt non procedat,quando ex facto defuncti nulla nascitur actio,vel exceptio aduersus hæredem: in quam conclusionem glos. istam extollit Paul. hic num. 3.Xuarez l. quoniam in prioribus. 7.ampliatio.num. 9. C. de inof. testam. Anton. Gabriel lib. 6. commun. tit. de regul.iuris. conclus. 11.num.24. Phanũtius de inuentario. 7. parte.num.162.& nu. 179. Hieron. Gabriel cons. 125. n. 1.optimè exemplicans & Petrade fideicommis. quæst 14.num. 320.& nume. 315.Hanc tamen glos.solutionem ita explicatam improbat Cuman.hic num. 4. per tex.l. si ab eo. C.de liberali causa.vbi quis manumisit seruum suum inutiliter, vt pote,quia erat minorxx:annis, vt ibi per glos. & Salice, & tamen hæres nõ potest venire aduersus hanc manumissionem, Expende igitur, quòd ex actu manumissionis inualidę; nulla potuit oriri actio,vel exceptio aduersus prædictum manumissorem. l. si minor .ʒ. de seruis exportand.& nihilominus hæres nõ potest venire aduersus illud factum defuncti :ergò probat tex.hæredem non posse venire aduersus factum defuncti etiam inualidum,etiam si tale sit,vt ex eo non daretur actio nec exceptio aduersus hæredem:ex tollit Menoch.consil. 89. nu. 39.lib.1.Item & aduersus prædictã traditionem vrget l.filium.31.ʒ.de libe.causa, vbi defunctus manumisit seruum hæredis,& quanuis hæc manumissio nõ valuerit,tamen hæres tenetur illam obseruare:& certum est eo casu propter factum inutile defuncti, nullã debere dari actionem,vel exceptionem aduersus hæredem.arg. c.non præstat.de regul.iu
19 ris in 6.¶ Præterea confunditur prædicta traditio per doctrinam glos. fina. l. cum à matre. C. de rei vend. quæ vult, quod licet defunctus non teneatur de euictione,vt pote quia vendidit rem alienam scienti.l. si fundum. C. de euictio. tamen hæres non potest venire contra illud factum defuncti:& communiter recipitur,vt asserit Socin.Iunior l. 4.§. Cato. num. 221.ʒ. de verb. obligat. Tiraq. lib. 1.retract. §.1.glos.9.num.48.Vnde licet propter sponsalia pater nõ esset obligatus, tamẽ quia ex illis cõtractis tacite videtur remittere pœnam incursam propter prius diuortium,ex hac tacita remissione debuit oriri exceptio vel replicatio aduersus hæredem:vt aduertit Alex. l.liberta.ad finem.ʒ.eod.& sic adhuc integra manet difficultas. Quare melius respondetur ad prædictam difficultatẽ, quòd hoc casu ex actu expresso sponsaliorum nulla resultauit obligatio vel exceptio: tacitum autem quod ex illo resultat,scilicet remissio pœnæ,etiam non valuit,ex regula. l. cum principalis. ʒ. de regul.iuris.& supra probauimus, & ideò ex remissione nulla, nulla actio vel exceptio oriri potuit.l.4.§.condemnatum. ʒ.de re iudicat. Vnde ex isto tex. ita explicato illud colligendum est, quòd vbi factum patris est nullum, propter defectum consensus, filius contra illud venire



re potest,nam in specie huius tex.remissio erat nulla ob defectum consensus: quia pater videtur remittere in consequentiam sponsaliorum validorum :ex quo colligitur,id procedere, non solum quando filius retinet dotem,vt in terminis huius tex. sed etiam quando illã petere debet,neque enim ei opponi potest exceptio de remissione nulla propter defectum consensus: & est de mente omnium, quicquid contradicat Bolognin. hic in nouis interpretationibus.Colligitur etiam,quod si actus fuerit nullus, nõ ob defectum consensus, sed ob aliã causam,tunc hæres aduersus illud factum defuncti etiam nullum venire non potest,nam multum differt,actum esse nullam ob defectum consensus, vel ob aliã causam,vt probatur.c. vnico in princ.de
20 sponsalib. in 6.¶ Et in specie cõstat,quòd si pater alienauit bona aduentitia sine consensu filij,alienatio est nulla propter prohibitionem legis.l. 1.C.de bon.mat. & tamen filius hæres non potest venire contra illud factum patris nullum. l. cũ à matre. adiuncta glos.recepta. C. de rei vend.Vnde cauendum est à traditis per Socin. consil. 79. num. 47. lib.4. Thomã Grammatic.decisio. 93. nu. 8. dum dicũt, hæredem nõ posse venire contra factum defuncti,si fuerit validum: secus si fuerit inualidum:quod & tradit Affli. lib.3. constit. rub. 5. num.2. Cauendum etiam est à Bald. consil.161. quidam cæcus.num. 1 vers. pretereà.lib.5.& Gramd. decisio.93. num.9.dum dicunt, quod hæres potest venire contra factum defuncti,quãdo illud est nullum propter legis prohibitionem: hęc enim dicta aperte confunduntur ex supra traditis:& tãtùm videtur saluari posse, quando actus defuncti ita est nullus,vt ipsemet defunctus qui illum fecit, posset contra illum venire,iuxta terminos. l. quemadmodũ. C. de agricol. & censit lib. 11.nam tunc etiam pariter hæres contra illum venire potest,iux. regul. l.hæredem.ʒ. de regu. iuris.quod ita tenent multi quos refert Pinel.l. 1.C.de bonis mater. 3.parte.nu. 83. vers.limitatur.10. Quibus adde relatos per Aymon consil. 200. num. 7.Menoch. cons. 1.numer. 101.lib. 1. Anton. Gabriel.lib.6.commun. tit. de regul. iuris conclusio.11.ad finẽ.Quinimò si bene aduertas,nec in his terminis videtur saluari posse:nam contrarium colligitur ex l. si ab eo. C. de libe. causa. nam ibi minor xx. annis seruum manumisit:cõtra quam manumissionem certum est venire potuisse.l. si minor. ʒ. de seruis exportand. & tamen hæres contra eam audiri nõ potest.Itẽ pater alienans bona aduentitia filij,potest venire contra factum suum, & rem vendicare ab emptore nomine filij,iuxta plene relatos per Pinel. l. 1. C.de bon.matern. 3.parte.num. 73. & tamen filius hæres patris contra hanc alienationem venire non potest.l. cum à matre.& ibi glos. & DD.C. de rei vẽdicatio.bonus textus. l. siue possessio. & ibi Bald. C. de victio. Vnde contra supra allegatos regula constituenda est, hæredem non posse venire contra factum defuncti, etiam nullum propter legis resistentiam: vt latè confirmant Menoch. consil.89.à num. 60.lib. 1.& Phanuntius tracta.de inuentario. 7. parte. à nu. 150.Quòd procedit, etiam si hæres conficiat inuentarium : nam adhuc pro parte hæreditaria contra factum patris venire non potest: vt post multos resoluit Pinel. l.1. C.de bon.matern.3.parte. num. 81. vers. ampliatur.7. Et ad hunc modum est explicandus Grammatic.decisione 93.num. 10.& alij relati per Menochium consil. 203. à num. 25.lib. 3. Limitatur tamen prædicta generalis regula & conclusio aliquibus modis : ego vtiliores referam.Primus igitur fit, nisi actus fuerit nullus propter defectum consensus,nam tunc hæres adiens, contra illum venire potest : vt probat is tex. explicatus vt supra. Et hac ratione hæres potest venire contra factum defuncti

ctisimulatum. Alex. l. si donatione. num. 10 ante finem. C. de collatio. Et hac etiã ratione procedet decis. Andreæ de Iſernia. c. Imperialem in princ. numer. 6. de prohibit. feudi alienatio per Federic. quẽ ibi ſequuntur Matthæus de Afflic. quæſt. 24. num. 10. quòd ſi feudum ſit alienatum ſine domini directi conſenſu, contra prohibitionem d. c. Imperialẽ. in pri. vel etiam emphyteuſis fuerit alienata ſine domini conſenſu, contra prohibitionem. l. fina. C. de iure emphytentico. hæres poteſt venire aduerſus huiuſmodi alienationem, quia fuit nulla propter defectum domini conſenſus, quem hæres adiẽs ſupplere minime poteſt: quod etiã tenet Afflict. deciſio. 286. num. 3. & lib. 3. conſtit. rub. 5. nume. 2. Phanuntius de inuentario. 7. parte num. 154. & explicat Menochius conſil. 89. numer. 75. lib. 1. Secundo principaliter limita concluſionem de qua ſupra, vt non procedat; quando actus eſt nullus propter eã diſpoſitionem legis, cui hæres non poſſit renuntiare, nam quemadmodum expreſsim ei renuntiare non poteſt, ita etiã neque ficte poterit renuntiare, ſcilicet, per aditionem, iuxta regulam. l. qui ad certum. ſupra locati. l. ſed ſi vir 32 §. ſi vir vxori. s̃. de donatio inter virum. glo. fin. l. ſi vxor filio. 20. eod. tit. Alexand. l. 1. §. nunc videamus. num. 6. j̃. de noui oper. & in ſimili ita diſtinguit l. poſt legatum. in prin. & ibi Bart. in princ. s̃. de his quib. vt indign. Et hac ratione procedit tex. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. ea enim prohibitio facta eſt in fauorem publicum principaliter, vt ibi per gloſ. Bart. l. poſt mortẽ. nume. 1. s̃. de adoptio. & l. ſi quis pro eo. num. 7. j̃. de fideiuſſorib. Ruin. conſi. 106. numer. 6. lib. 1. Beroius c. ſi quis presbyterorum. n. 48. de reb. eccleſ. non alienand. Couar. c. quanuis pactum. de pact. in. 6. 2. parte. §. 1. n. 2. Menoo. cõſil. 89. n. 96. lib 1. vnde neque defunctus alienans, neque eius heres potuerunt huic iuri renuntiare. l. ius publicum s̃. de pacti. & hac ratione hæres aduerſus hoc factum defuncti venire poteſt. Et in his terminis ſunt intelligẽdi relati per Pinel. l. 1. C. de bonis mater. 3. parte. num. 83. verſ. limitatur. 10. dum allegat d. l. quemadmodum. Et eadem ratione idẽ erit admittẽdum, quando alia ratione hæres non potuit renuntiare legi annullãti actum: vt exemplum habes l. aliud eſt. s̃. de pact. dotalibus. & diximus. l. 2. in princ. in 1. parte. nume. 145. s̃. eod. Et hac etiam ratione procedunt ea quæ in noſtra materia refert Phanuntius de inuentario. 7. parte. à num. 112. & ad hos terminos etiam reducẽdus eſt Alex. l. ſi donatione. num. 10. in fine. C. de collation. Denique & iuxta prædicta accipiendus eſt Bart. l. poſt mortem. nu. 1. s̃. de adoptio. dum dicit, quòd ſi quid eſt prohibitum per legem in fauorem alicuius, ſi is actum faciat nullum contra prohibitionem legis, poterit is venire cõtra factum ſuum: allegat. l. 1. C. de prædijs minorum. ſubſcripſit Alexan. conſil. 103. num. 14. lib. 2. Menochius conſil. 89. num. 87. lib. 1. nam hoc debet intelligi in minore alienante ſine decreto, vt conſtat ex allegatione Bart. d. l. 1. C. de prædijs minorum. Et procedit ea ratione, quia minor fauori ſuo non poteſt renuntiare. l. 2. C. de vſucapio. pro emptore. Bart. receptus. l. filiusfam. §. diui. num. 2. j̃. de legat. 1. Decius l. cum proponas. 1. num. 4. C. de pactis. & conſ. 349. col. 2. vnde & ipſe poteſt venire contra alienationem per ſe factam ſine decreto. Et pari ratione etiam eius hæres ſi fuerit etiam minor: quia militat eadem ratio: ad quod expẽdo. l. Polla. C. de his quib. vt indign. dum dicit, ideò pupillum hæredem non poſſe reſcindere facta per defunctum, quia defunctus habuit ius adminiſtrandi, & ſic ſentit, quòd ſi defunctus non habuiſſet ius adminiſtrandi bona, & ſic poſſet venire contra alienationem per ſe factam. l. 1. C. de prædijs minorum. quòd pariter & eius hæres pupillus, ſiue minor poſſet contrauenire: à ceſſante autem ratione, ſi hæres poſſet renuntiare legi actum annullanti, quãuis defunctus poſſet venire contra factum ſuum, quia illi legi non poſſet renuntiare propter aliquam rationem, quæ ceſſaret in hærede, non poterit prædictus hæres contra illum actum venire, ſi fauori ſuo & diſpoſitioni prædictæ legis renuntiare poſſet. Quare ſi minori ſuccedat hæres maior, & ſic qui poſsit fauori ſuo renuntiare, iuxta regulam l. penu. C. de pact. ipſe non poſſet venire contra factum defuncti, quantumcumque defunctus potuiſſet contra illud venire, ex ratione de qua ſupra: quod ita colliges ex l. ſi ab eo. C. de libera. cauſa. ad iuncta. l. ſi minor. s̃. de ſeruis exportan. & quia defunctus potuit venire contra manumiſsionem minus ſolenniter factam. l. 2. C. ſi aduerſus rem iudicat. & tamen eius hæres contra illam venire non poteſt. d. l. ſi ab eo. C. de libe. cauſ. Et eſt ratio huius differentiæ, quia licet defunctus, quia non potuit renuntiare fauori ſuo, potuiſſet contra factum ſuũ venire: ſi tamen id non fecit, ſed potius paſſus eſt ſubſiſtere, hæc voluntas, quæ etiam ex actu nullo colligitur. l. fina. s̃. de rebus eorum. obſeruanda eſt per hæredem, qui adeundo omnia facta per defunctum videtur rata habere. d. l. ſi ab eo. C. de libe. cauſa. l. ſiue poſſeſsio. & ibi Bald. C. de euictio. Et quia quemadmodum defunctus faciens actum contra legem, cui poterat renuntiare, non poteſt contra illum venire: quia eum faciendo, videtur prædictæ legi renuntiaſſe: argumen. l. commiſſoriæ. C. de pact. inter emptorem. expreſſe Tiraqu. lib. 1. retract. §. 1. gloſ. 9. nume. 38. ſic pariter & hæres, qui potuit prædictæ legi renuntiare, non poterit contra prædictum actum venire, quia adeundo tacite videtur renuntiare fauori ſuo, & ratũ habuiſſe actũ defuncti quocũque modo geſtum, vt probat d. l. ſi ab eo. C. de libe. cauſa. & proſequitur Aſinius l. 1. a num. 225. s̃. de religioſis & ſumptib. funerũ. Tertiò limita, vt licet hæres ſuccedat alienanti, tamẽ non confirmetur ea alienatio, ſed tantùm paretur exceptio poſſeſſori aduerſus hæredem, ſi vẽdicet. l. ſi ſeruo. 20. j̃. qui & à quib. vbi libertas data per nõ dominum, nõ confirmatur, licet is ſuccedat domino: & tamen ſi is velit ſeruum in ſeruitutem reuocare, repelletur per eum ope exceptionis. l. filiũ. 31. j̃. de libe. cauſa. & ita gloſ. fin. d. l. ſi ſeruo. & ibi Benedict. de Plambino. †. gloſ. l. ſi ab eo. C. de libe. cauſa. Bart. l. ſi cũ vir. n. 7. & ibi Cuman. num. 5. j̃. de vſucapio. & tanquã receptũ tradit Aymon tracta. de indemnitate mulierũ. num. 24. & tanquam nouũ ſibi arrogat Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. parte. nu. 83. verſ. limitatur. 2. Vnde ſecũdum eũ d. l. cũ à matre. C. de rei vend. ita videtur intelligenda. Sed falſũ eſt, quia in vẽditione, cũ interſit vendentis confirmari alienationẽ, ne aliàs teneatur de euictione, cẽſetur confirmata venditio, nõ ſolũ quoad præſtandam exceptionem poſsidenti, ſed etiam quoad præſtandã actionem, ſi non poſsideat. l. ſi quis alienã. 47. & ibi gloſ. s̃. de actio. empti. l. cũ vir. 42. j̃. de vſucapio. & tamẽ in ſpecie d. l. ſi ſeruo. cũ non interſit manumittẽtis manumiſsionẽ confirmari, tantũ confirmabitur ope exceptionis: & ita expreſſe Bart. l. cũ vir. n. 8. j̃. de vſucapio. Præterea eſt aduertẽdũ, quòd cũ manumiſsio nõ confirmetur, iſte debet haberi pro ſeruo: ergò ei non debet cõpetere exceptio aduerſus dominũ eũ vendicantẽ in ſeruitutẽ: vt aduertit Bal. l. cũ à matre. nu. 9. C. de rei vend. & ideò verior ſolutio eſt, quòd per ſuperuenientiã dominij, cõfirmatur quidẽ alienatio, nõ tamẽ transfertur dominiũ, qd̃ à principio nõ fuerat translatũ. l. ſi quis à Titio. & ibi gl. fin. s̃. de rei vend. l. 2. j̃. de excep. rei venditæ. Bart. d. l. cũ vir. n. 8. j̃. de vſucapio. & Paul. l. rem alienã. num. 7. s̃. de pign. actio. Boeri. deciſio. 33. Circa quod videndus



23

videndus est Phanuntius de inuentario. 7. parte. num. 260. Cùm ergo manumissio requirat dominij translationẽ. l. 1. C. de his qui à nõ dominis: merito manumissio per superuenientiã dominij non censetur confirmata: valebit tamen quasi dominus promitteret manumittere, ac ita officio iudicis compelletur de nouo manumittere. l. cum affirmes. C. de libe. causa. l. si liber. adiuncta glos. penul. C. de condictio. ob causam. & ita intelligo. l. filium. 31. ʒ. de libe. causa. l. si ab eo. C. eod. tit. Prout & qui promisit tradere, si superuenit dominium, cogitur tradere. l. si quis alienam. 47. cum glos. s. de actio. empti. vel saltẽ pati possidentem rẽ iure dominij obtinere, hoc enim sufficiet absque alia traditione. §. interdum. Instit. de re-
24 rum diuisio. † Et iuxta hæc venit explicãda decisio. d. l. cum à matre. Venit etiam explicandus Bart. hic in fine. & Paul. n. 7. Vincent. num. 4. Phanuntius de inuentario. 7. parte. à numer. 196. dum ex isto tex. colligunt, quod licet quis cõueniatur tanquam hæres, tamen potest vti exceptionibus sibi competentibus ex propria persona. Quinimò generalius dixit Deci. consil. 445. nume. 55. quòd hæres potest venire cõtra factum defuncti, quando fundat se in iure proprio, vel aliunde habito: quod etiã proconstanti tenet Alciat. l. filiusfam. §. diui. ad finẽ. ʒ. de leg. 1. Ruin. consil. 220. lib. 1. Crot. l. si is qui. nume. 11. in fine ʒ. de vsucapio. & ex professo Antonius Natta consil. 470. à n. 13. lib. 2. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 9. numer. 53. & plures quos refert Menoch. consil 104. à nume. 54. lib. 1. allegant. l. Seia. 73. s. de euictio. & l. final. C. de euictio. Sed horum traditio aperte confunditur ex regula d. l. cum à matre. C. de rei vend. & alijs iuribus supra adductis: & ita in specie prædictos reprehendit Pinel. l. 1. C. de bonis maternis. 3. parte. nu. 82. vers. infertur. 2. Phãnuncius de inuentario. 7. parte. à numer. 145. Petra de fideicõ. quęst. 14. num. 320. vers. declaratur. Neque repugnat is tex. quia proceedit, quando ex facto defuncti nulla actio, vel exceptio descendebat aduersus hæredem, secundùm communem intellectum: vel quando factum defuncti erat nullũ propter defectum consensus, secundũ intellectum. s. à nobis assignatũ. Neque etiã obstat l. Seia. 73. s. de euictio. quia tex. ille probat, emptorẽ posse repellere hæredem venditoris rem vendicantem opposita doli mali exceptione: vt etiã probatur. l. cũ à matre. C. de reivend. Quòd si nolit eum exceptione repellere, hæres vendicans rem suam obtinebit. Quãuis enim successerit defuncto, non ob id amittet proprium dominium, vt supra diximus, & emptor victus aget de euictione aduersus prædictum hæredem, qui rem euincit, iuxta distinctionem textus l. 3. C de rebus alienis non alienand. Requirit autem tex. quod hæres vendicans nitatur proprio iure, non autem iure hæreditario, quia cum in iuribus hæreditarijs repręsentet defunctum, non potest ei competere rei vendicatio, quæ in hæreditate reperiri nõ potest: tum quia defunctus nunquam illius rei dominium habuit, tũ etiam quia ius si quod habuit, transtulit in emptorem, & sic tanquam agens sine actione, obtinere non posset. l. si pupilli. §. fina. s. de negoc. gest. quicquid aliter explicet Pinel. l. 1. C. de bonis matern. 3. parte. num. 82. vers. infertur 5. & Phanuntius de inuentario. 7. parte. à nume. 201. & numer. 250. Non obstat secundũ de l. fin. C. de euictio. quia pro vera responsione aduertendum est, tex. illum probare, quod licet fideiussor datus per venditorem emptori, non posit rem euincere ab emptore, sed ei vendicanti obstet doli exceptio. l. exceptione. C. de euictio. tamen eius hæres poterit eam rem euincere ab emptorem: in quo illum textum reputant singularem Bart. Albe. Bald. & Salic. ibi, Iason



Iason l. legatarius pro parte. numer. 2. ʒ. de lega. 1. & l. 2. §. ex his numero 3. & ibi Galeaul. nume. 3. Alciat. nu. 10. ʒ. de verbo. obligatio. Crot. l. si is qui. nu. 11. ʒ. de vsucapio. Gamma decisio. 319. nume. 2. Ac ita colligitur, licitum esse hæredi, euincere id quod non poterat defunctus: extollit Alex. l. si mihi & tibi. in princip. ante finem. ʒ. de leg. 1. Decius consil. 185. numer. 5. ad finem: id quod esse mirabile dicit Beroius. c. si quis presbyterorum. numer. 46. ad finem. de reb. eccles. Sed aduersus tex. d. l fina. ita explicatum, duæ vrgent arduæ difficultates. Prima est, quod si quis vendidit rem alienam tanquam suam, nec ipse neque hæres illius possunt rem vendicare ab emptore, etiam si hæres ex proprio iure, & non hæreditario vendicat: vt clare probatur l. 3. C. de rebus alien. nõ alienandis. l. siue possessio. C. de euictio. & colligitur ex generalitate regulæ. l. cum à matre. C. de rei vendicat. Ergò idem dicendum est in hærede fideiussoris. Secundo, quia d. l. final. in fine clare probat, hæredem fideiussoris, qui rem vendicat ab emptore, teneri de euictione: & probat Socin Iunior cons. 52. numer. 11. lib. 4. Alciat responso. 556. ante finem. quicquid inuoluat Beroius d. cap. si quis presbyterorum. nume. 47. quem meritò reprehendit Phanuntius tractat. de inuentario. 7. parte. numer. 251. ergò ei vendicanti debet obstare exceptio: iuxta regulam l. vendicantẽ. s. de euictio. Sed defendendo decisionem d. l. fina. ad primam difficultatem respondeo, in hac materia esse consti-
25 tuendam differentiam † inter hæredem venditoris, & inter hæredem fideiussoris. Primus enim non poterit vendicare rem ab emptore, etiam si proprio nitatur iure. l. 3. C. de reb. alienis non alienã. l. siue possessio. C. de euictio. Secundus autem poterit. d. l. fin. C. de euictio. vbi glos. fina. hanc constituit differentiam: & ibi sequuntur Albe. Bald. & Salicet. idem Salicet. l. 3. num. 1. C. de reb. alie. non alienand. & est recepta differentia, vt per Curt. Iunio. cons. 155. nume. 10. Menochium cons. 89. numer. 111. lib. 1. & agnoscit Beroius d. c. si quis presbyterorum. num. 47. Phanuntius de inuentario. 7 parte. nu. 252. Cabalin. de euictio. §. 5. nu. 2. vers. tertio limita. & Gamma decis. 319. num. 2. Ex qua recepta differentia apertè colligitur: male ex d. l. fin. collegisse generaliter Crot. l. si is qui. nu. 11. ad finem. ʒ. de vsucapio. & Antonium Natta consil. 470. num. 13. lib. 2. quòd hæres potest venire contra factum defuncti, quando nititur proprio iure aliunde habito, nam tex. ille specialiter procedit in hærede fideiussoris: vt in terminis aduertit Bald. l. cum à matre. num. 4. C. de rei vendic. & aliud est dicendum in hærede alterius cuiusque: vt constat ex supra traditis. Sed videndum est de ratione huius differentiæ: & vnã quidem assignat Salic. l. 3. num. 1. ad medium. C. de rebus alien. non alienand. quam explicatam probant Beroius d. c. si quis presbyterorum. num. 47. Menochius cõsil. 89. n. 113. lib. 1. Aliam assignauit Alciat. l. 2. §. quod si in patris. n. 37 s. eod. & aliam Phanuntius tracta. de inuentario. 7. parte. num. 252. & aliã Pinel. l. 1. C. de bonis mater. 3. parte. numero 83. in 13. limitatio. vers. circa rationem. Sed illa magis communiter approbatur, quòd qui vendit rem tanquam suam, obligat se ad tradendum, & dominium transferendum: & ideo hæres contra hanc promissionem defuncti venire nõ potest: fideiussor autem simpliciter consentit, quod ea res vendatur tanquam propria venditoris: non autem se obligauit ad tradendum, vel dominium transferendum, sed tantum obligauit se ad interesse casu quo venditor non impleret promissionẽ suã. Cum igitur nihil promiserit, sed tantũ ratione consensus, non posit rẽ vendicare ab emptore, hæres vendicare poterit, qui non consensit:

& ita Albe. Fulgos. & Salic. d. l. final.& d.l. exceptione.Salic.l. 3. nume. 1. post medium.C.de reb.alien. Fulgos. consil. 67.n.3.Pro qua communi solutione multum facit, quod licet consentiens venditioni per alium factæ,habeatur pro venditore,quoad eum effectum, ne venditionem reuocare possit.l. venditioni. C. de vsucap. pro emptore, tamen quoad alia non habetur pro venditore,vnde nõ est obligatus ad tradendum vel ad quid aliud. Bald. c. 1.§. hoc quoque.nu. 20. de successio.feudi, & post Fulgos. Iason l. quoties. 1. numer. 3. C. de fideicom. Afflictis. c. 1. nume. 33. qui successores teneãtur.Tiraq.lib. 1.retract. §. 1. glos. 9. nume. 55. & pro illis expendo d. l. exceptione.C.de euictio.dũ probat, quod fideiussor qui videtur consentire in venditione, non tenetur de euictione, nisi ad id se expresse obligauerit: quia propter solum consensum ad nihil videtur se obligasse,ac proinde licet vendens teneatur ad duplum, licet ad hoc se non obligauerit. l. quod si nolit. §. quia assidua.s.de ædilit. edicto.obseruata distinctione.l.emptori.37.s. de euicto. tamen ille qui tantum consensit rem per alium vendi,ad nihil tenebitur, ac proinde fideiussor consentiens tantum tenebitur ad simplum,vel ad interesse,iuxta l.in vẽditione.6.& l.euicta.70.s.de euictio. Cęterum neque hæc cõmunis respõsio tuta est. Primò,quia licet hęres fideiussoris vere non consenserit, tamen ficte videtur cõsensisse, cũ defunctũ repræsenter, & ideò contra consensum defuncti venire non potest,ac si ipse consentiret. l. si ab eo.C. de liber. causa.Item quia d.l. fina.in fine.C.de euictio. probat. hæredem euincentem teneri emptori de euictione:in quo significatur, & defunctũ de euictione promisisse: nam aliàs cum
5 de ea non teneatur.d.l. exceptione, neque etiam hæres teneretur,vt per Alciat. responso 556.ante finem. Et plane quando quis non solum consensit, sed etiam se obligauit, hæres tenetur obseruare id in quo defunctus consensit, & se obligauit, iuxta regulam. l. cum à matre. C.de rei vendicatio. & ita Bald. c. 1. §. hoc quoque.num. 20. de successio feudi.Curtius Iunior tracta. feudorum. 4. parte.num.150. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. glos. 6. num. 54. Pro vera igitur explicatione tria præmitenda sunt. † Primũ
26 est, quod licet venditor & eius hæres opposita exceptione per emptorem non posit rem euincere ab emptore,& si emptor non excipiat, sed patiatur rem à se euinci. posit agere de euictione, iuxta tex. elegantem.l. 3. C. de reb. alienis. ita vt sit in electione emptoris, vel venditorem excludere & hæredem, opposita exceptione,vel agere de euictione:tamen in hærede fideiussoris in electione illius est, vel præcise rem vendicare, & teneri de euictione, vel non vendicare, & non teneri de euictione,vt aperte colligitur ex mente d.l. final. & explicat Beroius d. c. si quis presbyterorum.nume. 47. Item & secundò est præmittendũ, quod fideiussor consentit, quod venditor illam rem vendat tanquam propriã: vnde contra hunc consensum venire nõ poterit. c.quod semel.de reg.iuris, in 6. l. Pomponius. 1. s. de negoc.gest. Quo fit, vt neque fideiussor audiatur, si velit rem vẽdicare ex dominio, quod ex noua causa illi superuenit, vt receptum esse fatetur.Fulgos.d.l.exceptione.C. de euictio. & consil. 67. num. 3.quicquid ipse dubitet,& contrarium pro constanti teneat Salic.l.3. nmm.1.ad finem. C. de rebus alienis. Et similiter licet ignorauerit dominium sibi competere,ad huc sibi præiudicabit,vt fatetur receptum Fulgos.d. l. exceptione. & l. final. C. de euictio. quicquid dubiter idem Fulgos. cõsil. 67. nume. 4. semper enim militat ea ratio, quod qui consensit rem vendi quasi propriam venditoris,nullo tempore contra hunc suum consensum audiendus est.l. venditioni.C.de vsucapio.pro emptore.

Tertiò



Tertiò & vltimò præmittendũ est,quod fideiussor qui consentit rem vendi tanquam propriam venditoris, per hunc cõsensum sibi quidem præiudicauit, & illi qui ex eius iure velit rem vendicare:non autem is consensus sibi præiudicat,quoad tertium,qui ex diuerso iure rem vendicaret: iuxta regulam. l. si vnus. §. ante omnia.s. de pact. imò tunc se ad interesse obligauit. Vnde receptum est,quod quando quis non alienauit, sed simpliciter cõsensit alienationi per alium factæ, hæres admittetur ad reuocãdum ex proprio iure:quia consensus consentientis, ad hunc casum se non extendit: vt asserit receptum Pinel.l.1.C.de bon.mater. 3.parte.nu.83. vers.limitatur sexto,quãuis ad id non aduerterit Crotus. l. filius fam. §. diui.numer. 141. & ibi Loazes. num.191.ad finem.j.de leg.1.Ex quibus ita præsuppositis inferendo ad nostram quæstionem dicendum est, quod quando quis vendit rem tanquam suam,non auditur, si alleget eam esse alienã, † & tã
27 quam talem vendicaret,duabus rationibus.Prima,quia allegaret propriam turpitudinem,& pariter neque audietur eius hæres,qui personam illius repræsentat:ita glos.l.cum res.verb.in vacuã. C. de probatio. & sequuntur communiter DD. vt per Antonium Nattam consil.400. n. 5. lib.2.Negussan.de pignorib.3.membro.8.partis.num.10. Aymon cõsil.316. col.final. Quibus adde bonum textum l.rem alienã.41.in fine.s.de pigno.actio. Vel etiam quia venditor obligauit se ad præcise tradendum: glos. recepta.§. itẽ pretium. Instit. de emptio. & vend. aduersus quam obligationem hæres venire non potest.l.2.§. ex his.j. de verb. oblig. Quæ rationes ambæ cessant in hærede fideiussoris:cessat enim prima, quia fideiussor non dixit rem esse suam, sed venditoris cui consensit eam alienare posse tanquam suam.Cessat etiã secunda,quia fideiussor non obligauit se ad vendendũ vel tradendum, sed tantùm obligauit se ad interesse,casu quo venditor illud non impleret. Vnde necessariò dicendũ est, quod fideiussor venditionis non repellitur à vendicando,nisi propter consensum: qui consensus tantum sibi potuit præiudicare, & illi qui ex eius iure vendicaret, non vero qui ex diuerso iure. l. si vnus.§.ante omnia.s. de pactis.& ideò illius hæres ex proprio iure vendicare poterit: quia consensus fideiussoris defuncti, hunc casum non inclusit, imò tacite exclusit. Ex qua ratione inferas veram explicationem ad d. l. final. C. de euictio. dum requirit, quod hęres vendicet ex proprio iure, & non ex iure hæreditario, vt ibi notat glos. Angel. Salic. & Fulgos. Pinel.l. 1. C. de bon. matern. 3. parte.numer. 83. in 13. limitatione. vers. circa rationem,ad finem, nam ratio est, quia fideiussor consentiens præiudicauit quidem sibi, & ei qui ex illius iure rem vendicaret, vt supra dictum est. Repræsentatio igitur personæ defuncti nocebit hęredi, si ex iure hęreditario defuncti vendicet: si autem ex proprio iure,audietur,ob rationem de qua supra. Infertur secundò, quod licet Bald.l. cum à matre.numer. 4. C. de rei vend. dixerit,d.l. final. specialiter procedere in hærede fideiussoris: tamen verius est, generaliter procedere in hærede illius qui non alienauit, sed alteri alienanti consensit: nam si is vendicet ex proprio iure,audietur, iuxta supra tradita. Infertur tertiò responsio ad secundam difficultatem supra motam: nam dicimus,regulã l. vendicantem.s. de euictio. procedere in eo qui vendidit, vel in eius hærede, non autem procedere in eo qui tantum cõsensit venditioni per alium factæ: nam tunc licet teneatur de euictione:tamen cum effectu vendicabit ex proprio iure: quia cum consensus tantum præiudicet, is non extenditur ad casum, quo quis ex diuerso iure rem petat:quia is casus minime includitur in consensu de-

 functi,

functi, vt supra dictum est: & ita est explicandus Salic. l. 3. numer. 1. C. de reb. alien. dum simpliciter dicit, regulam d. l. vendicantem. fallere in casu d. l. final. neque assignat rationem fallentiæ. Postremò tenebis mente in materia huius tex. quòd lucrum de quo hic agitur, iure potestatis acquirebatur patri. l. dotem. 16. ʒ. de castrens. peculio. & consequenter de eo ad libitum disponere poterat, vt supra probauimus. Cæterum hodie cum hoc lucrum videatur pertinere ad filium ex causa aduentitia. l. 2. l. quæcunque. C. de bonis quæ liberis. hodie pertinebit ad filium quoad proprietatem, & ad patrem quoad vsumfructum. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, vnde isto iure pater, si vellet, posset remittere culpam nurui, & excludere filium à prædicto lucro, vt præsuponit is tex. hodie autem non poterit quoad proprietatẽ. l. 1. C. de bonis mate. l. final. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. neque quoad vsum fructum, quia ille consolidaretur cum proprietate. §. finitur. Instit. de vsuf. commoditatem autem fructuum, si vellet posset nurui concedere. l. necessario. §. fina. ʒ. de peric. & commod. rei vend. Item si filius isto iure contraheret noua sponsalia cũ muliere sine consensu patris, id non posset præiudicare patri, cui lucrum censebatur quæsitum: per contrariũ autem, si ipse sponsalia contraheret nomine filij, quæ valerent, pœna censeretur remissa: vt sentit is tex. Hodie autem si filius solus contrahat sponsalia, præiudicabit sibi in proprietate, & si ipse & pater consentiant, tunc plene pœna censebitur remissa, vt constat ex supra traditis. Et hæc satis in materia huius legis.

## SVMMARIA EORVM QVAE TRactantur in interpretatione. l. Viro atque vxore. 40. ff. Soluto matrimonio

1 *APud antiquos, quod diceretur iudicium de moribus.*
2 *Illud iudicium, quanuis ciuile esset, tamen æquiparabatur criminali.*
3 *Refertur communis interpretatio huius tex.*
4 *Si post diuortium maritus committat adulterium, potest mulier petere reintegrari matrimonium.*
5 *Mutua delicta compensatione tolluntur, si agatur ciuiliter: secus si criminaliter.*
6 *Explicatur ratio. l. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adulter.*
7 *Exceptio lenocinij non repellit maritum ab accusatione in Hispania.*
8 *Probato lenocinio mariti per exceptionem, vtrùm puniatur maritus.*
9 *Agitur de intellectu. l. 2. §. si publico. ff. de adulte.*
10 *Exceptio lenocinij non videtur in se continere accusationem.*
11 *Quando accusatus possit reaccusare suum accusatorem.*
12 *Quando delicta dicantur connexa.*
13 *Explicatur l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iuliam de adulter.*
14 *Et ostenditur, vtrùm glos. intellectus, vel Bart. sit aptior ad literam huius tex.*
15 *Reconuentio non habet effectum repulsiuũ.*
16 *Agitur de explicatione regulæ huius tex. quod mutua delicta compensatione tolluntur.*
17 *Intellectus. c. cum Apostolicæ. de exceptio.*
18 *Explicatur glos. c. testimonium. verb. hoc casu. de testib.*
19 *Delicta respicientia diuersas res, non tolluntur compensatione.*

*Delicta*



20 *Delicta punita diuersis legibus, compensatione non tolluntur.*
21 *Quod tamen eleganter declaratur.*
22 *Non est tuta regula, quod quando excipiens tractat de dano, & replicans de lucro, nõ admittitur doli replicatio*
23 *Ex quo notabilis fit illatio.*
24 *Explicatur l. cum mulier. 49. ʒ. eod.*
25 *Semper admittenda est exceptio, quæ concludat, actionem vel exceptionem non competere.*

# INTERPRETATIO
## Legis Viro atque vxore. 40.
## ff. Soluto matrimonio.

AD veram interpretationem huius tex. præmittendum est, tempore Iurisconsultorũ in vsu fuisse quoddam iudicium inter coniuges, quod de moribus appellabatur, cuius meminit Iurecons. l. conuenire. ʒ. de pact. dotalib. & l. rei iudicatę. §. 1. ʒ. de eod. secundùm literam pandectarũ Florẽtinarum. Meminit etiam Vlpianus in institutio. tit. 6. vers. morum nomine: ex cuius mente colligitur, quòd licet accusatio adulterij soli marito permitteretur, non autem vxori. l. 1. C. de adulter. tamen iudicium de moribus pariter puniebat mores vxoris & mariti, pœnis expressis per Vlpianum vbi supra. † Item, quod in prædicto iudicio de moribus propter grauiores mores vxoris, id est adulterium, maritus lucrabatur sextam partẽ dotis, propter leuiores autẽ octauã partem. Neque ex hoc inferas, apud Iureconsul. mulierem propter adulterium non amittere totam dotem, sed tantum sextam partem illius, vt male inferebat Hotomanus tracta. de dotibus. ad finẽ. Brissonius lib. singulari ad legem Iuliam de adulterijs. pag. 187. & Cuiac. Nouella. 22. col. 4. hoc enim falsum est: nam propter adulterium etiam apud Iurecõs. mulierem totam dotem amittere, probat l. miles. 11. §. socer. ʒ. de adulter. Magis ergo inferas, quòd licet instituta accusatione adulterij, amitteretur tota dos: tamen si eo iudicio prætermisso, maritus recurrebat ad iudicium de moribus, non totam dotem lucrabatur, sed tantum sextam dotis partem. Et si obijcias, fatuum fuisse maritum, qui omissa accusatione ordinaria adulterij, per quam totam dotem lucrabatur, recurrisset ad iudicium de moribus, per quod tantùm sextam partem dotis lucrabatur, respondetur, hoc non euincere, quin marito pateat via, quam elegerit, vt in simili probatur. §. cæterum. Instit. quod cum eo. & l. si mulier. §. fina. ʒ. quod metus causa. Itẽ quòd homines non facile fatentur se esse cornutos, vt aliàs inquit Paul. consil. 277. col. penul. ad medium. lib. 2. Bolognin. consil. 23. n. 1. & ideò quasi tegentes pudorẽ, magis volebãt recurrere ad iudiciũ de moribus. Præterea in accusatione adulterij tenebatur se subscribere ad pœnã talionis. l. 3. C. qui accus. nõ possunt. neque prius admittebatur ad accusationẽ, quã repudiũ mitteret vxori. l. crimẽ. 11. C. đ adul. iudiciũ autẽ de moribus, quia ciuile erat, vt ʒ dicemus, nec obligabat maritũ ad inscriptionẽ, neq; ad prius repudiandã vxorẽ. Deniq; iudiciũ de moribus intẽdebatur apud Cẽsores, vt colligitur ex Gellio

lib. 4. noctium Atticarum. cap. 20. & latius deducit Ræuardus lib. 4. variorum. cap. 13. num. 4. accusatio autem adulterij apud alios iudices. Itē & secundò præmittendum est, in prædicto iudicio de moribus etiam tractari, cuius culpa factum fuisset diuortium, vt tradit Cuiac. Nouella. 22. col. 4. Et si quidē culpa mulieris pronuntiabatur factum fuisse diuortium, tunc singulorum liberorū nomine sextæ retinebantur ex dote: dummodo hæ sextæ non excederent dimidiā partē dotis: vt tradit Vlpianus in institutio. tit. 6. vers. propter liberos. & ibi Cuiacius. Ex quo colligebat Brissonius lib. singulari ad l. Iuliā de adulterijs. pag. 187. apud Iureconsul. propter diuortium culpa vxoris factum, non amitti totam dotem: quod & tradit Ræuardus lib. 4. variorum. cap. 13. nu. 6. Quod tamen falsum est, quia propter diuortiū culpa vxoris factum, amitti totam dotem, clare significat l. Lutius Titius. 39. ff. eod. & l. si dotem. 24. C. de iure dotium. Quanuis verū esset, quod si intentato iudicio de moribus, de hoc ageretur, non amittebatur nisi dimidia pars dotis, dummodo liberi extarent, vt cōstat ex supra traditis. Tertiò præmittendum est, quod licet hoc iudicium de moribus ex se ciuile esset, cū punitio quæ per illud fiebat, esset parti applicanda, iuxta doctrinā gl. l. agraria. ff. de termino moto, tamen habebat effectus accusationis criminalis, nā ad solam vindictā tendebat, id instar accusationis criminalis: & ideò licet intētato iudicio ciuili, non prohibeatur quis postea intēdere iudiciū criminale. l. vnica. C. quando actio ciuilis præiudicet, tamen post intentatū iudicium de moribus, non poterat maritus recurrere ad accusationē criminalem, cum vtrūque iudicium tenderet ad vindictā: & ita expressum est l. vnica. tit. 20. lib. 9. codicis Theodosiani: & explicat additio ad l. 1.
2 tit. 13. lib. 3. Codicis Theodosiani. † Similiter & hoc iudicium non dabatur hæredi, neque contra hęredem. l. rei iudicatæ. §. 1. ff. eod. l. 1. tit. 13. lib. 3. Codicis Theodosiani. notat Ræuard. lib. 4. variorum. cap. 13 ad finē. & hac ratione tex. is verb, Accusantibus, dicit coniuges inuicem accusare mores: quia scilicet, hoc iudicium intendebatur ad instar accusationis criminalis, licet reuera ciuile esset: vt explicat Brissonius lib. singulari ad l. Iuliam de adulter. pag. 187. in fine. licet aliter explicet glos. & Alexan. hic num. 2. Vincent. à nume. 2. Hoc tamen iudicium hodie sublatum fuit per Iustinianum, & retentiones quæ ex eo fiebant, vt est expressum l. vnica. §. taceat. C. de rei vxo. actio. & l. final. C. de repudijs. Ex quibus ita præmissis iam clare intelliges decisionem huius tex. nam in eo actum fuerat iudicio de moribus, vt colligitur ex eo, ibi: Mores inuicem accusantibus. & consequenter isto iure locus erat pœnis declaratis per Vlpianum in institutio. tit. 6. Hodie autem erit locus pœnis expressis. l. consensu. C. de repud. Si tamen constet vtriusque culpa diuortium interuenisse, tunc nulla pœna incurretur, quia mutua delicta compensatione tolluntur, tex. hic. & l. cum mulier. 49. ff. eod. Est tamen aduertendum, quod glos. 2. hic duobus modis figurat casum huius l. Primò, quòd vxor petebat dotem, & maritus excipiebat de adulterio, mulier autem replicabat de lenocinio mariti. Secundò quod maritus petebat donationem propter nuptias, iuxta c. fina. de donatio. inter virum. mulier excipiebat de lenocinio, maritus autem replicabat de adulterio vxoris. In his igitur duobus casibus probat tex. quod si tàm exceptio, quàm replicatio probentur, mutua delicta compensatione tollentur, atque ita quilibet obtinebit in actione per se intētata, ac si nulla exceptio opposita fuisset. Bart. hic post princip. & communiter alij, vt asserit Vincent. numero. 6. Vnde meritò consuluit Paulus consilio. 402.





lib. 1. quod si maritus petat dotem propter adulterium vxoris, & ipsa replicet, ipsum quoque adulterium cōmisisse, quia habuit concubinam, absoluendam esse ab amissione dotis, iuxta regulam huius tex. & est expressum c. final. de adulte. subscribit Hippol. l. 1. §. item diuus. num. 5. ff. ad l. Corneliam de sicar. † Huic tamen communi huius tex. intellectui nimis videtur obstare, quod in eo præsupponitur, quod etiam post intentatum iudiciū super amissione dotis propter adulterium, vxor potest excipere de lenocinio mariti, & eum excludere ab actione sua: quod tamen videtur esse contra tex.
3 l. 2. §. si publico. ff. de adulter. vbi mulier opponendo de lenocinio mariti post litem contestatam, eum non excludit ab accusatione. Cui difficultati respondet Bart. hic num. 2. distinguendum esse: aut enim agitur ciuiliter de adulterio quoad amissionem dotis, iuxta c. plerunque de donatio. inter virum. & tunc etiam post litem contestatam vxor potest opponere de lenocinio mariti, quoad effectum excludendi eum ab actione intentatam: aut vero agitur criminaliter, & procedit distinctio d. §. si publico. vbi Bart. post princ. ita etiam distinguit, & cum Bart. transeunt omnes: vt hic asserit Vincent. num. 7. Panor. & Anania. vterque num. 5. c. penult. de adulte. Ange. de malef. verb. Che me ha adulterato. n. 32. Palac. rep. rub. §. 20 ad finem. Couarrub. de sponsa. 3. parte. cap. 7. §. 6. num. 5. Ex qua resolutione communi duæ colliguntur conclusiones. Prima est, quod quādo agitur ciuiliter propter adulterium, etiam post litem contestatam potest excipi de lenocinio mariti. Secunda est, aliud esse si criminaliter agatur de adulterio. Ratio huius differentiæ est, quia in causa ciuili, exceptio lenocinij, diluit delictum adulterij per maritum obiectum, & eum omnino excludit: vnde habet vim exceptionis peremptoriæ, quæ vsque ad sententiā opponi potest. l. peremptorias. C. sentēt. rescin. non posse. & in specie est tex. c. fi. de adulte. & ibi notat Panor. ad finē. Quinimò si post latam sententiam super diuortio, maritus simile delictum committat, vt pote, quia fornicetur: potest mulier petere matrimonium redintegrari, & dotem amissam restitui, iuxta regulā huius tex. vt probat c. ex literis. de diuortijs. & ibi notat Panor. n. 1. notāt. glos. & DD. c. fina. de adulter. Et quanuis Panor. ibi numer. 5. existimet, hanc redintegrationem matrimonij, tātum posse fieri, implorato officio iudicis, verius est & per viam actionis mulierem id petere posse. Felin. c. lator. nume. 9. de re iudicat. Couarrub. de sponsa. 2. parte. cap. 7. §. 6. nu.
4 5. † Cæterū in causa criminali exceptio lenocinij non perimit delictum adulterij, sed tantum excludit maritum ab accusando: cuius loco quilibet de populo accusare potest. §. item lex Iulia. Instit de de public. iudic. & ideo habet vim exceptionis dilatoriæ, quæ ante litem contestatam opponenda est. l. penul. & l. final. C. de exceptio. & ita Salic. l. quoniam Alexandrum. numer. 2. ad finem. C. de adulter. Felin. c. dilecti. num. 9. de exceptio. Ego tamē vltra alios aduerto, DD. in hac materia confundere duo penitus diuersa, & diuersæ rationis, scilicet, quod delicta mutua compensatione tollātur: & vtrùm maritus propter lenociniū repellatur ab accusatione vxoris? hæc enim diuersa esse probat l. cū mulier. 49. ff. eod. & ideò ad veram resolutionē tres casus in hac materia distinguendi & considerandi sunt. Primus est, vtrùm delicta cōpensatione tollantur? Secundus, vtrū maritus prætextu lenocinij excludatur ab accusatione vxoris? Tertius, vtrū probato lenocinio per viam exceptionis, maritus veniat puniēdus? Et quo ad primam quæstionem respondendum est, quod si agatur ciuiliter, delicta compensatione tolluntur: tex. hic. & l. cum mulier. 49. ff. eod. In criminali autē causa indistincte delicta compensatione non tolluntur l.

2. in fine princip. ff. de adulter. l. si ambo. §. 1. ibi, Pecuniariter. à contrario sensu. ff. de compensatio. l. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adulterijs. & ita Bald. l. fina. nu. 7. C. de compensatio. Salic. l. quoniam Alexandrum. n. 2. ad finem. C. de adult. Panor. c. penult. num. 5. & 9. de adulter. Angel. in princ. Instit. de exceptio. num. 21. vers. quarta fuit. Deci. c. dilecti. num. 14. de exceptio. Et ratio huius distinctionis est, quia in causa ciuili principaliter agitur de priuata vtilitate partiũ, & ideo nihil impedit admittere compensationem delictorum, & sic quasi pœnam ad inuicem soluissent. l. si debitor. 4. ff. qui potio. in pigno. nullus habet ius exigendi aduersus alium. glos. 2. hic ad finẽ. Sed in accusatione criminali agitur principaliter de vtilitate publica. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliam. In præiudicium igitur iuris publici, compensatio delictorũ non est admittenda. l. iuris gentium. §. si
3 paciscar. ff. de pact. † & in specie post Tyndarum tradit Deci. d. c. dilecti. nu. 14. ad finem. de exceptio. Si igitur criminaliter agatur, & fiat recusatio de alio crimine, non admittitur delictorum compensatio, sed proceditur modo expresso. l. neganda. C. qui accusare non possunt: si vero agatur ciuiliter, mutua delictorũ compẽsatio admittitur: tex. hic. & c. pen. de adult. ex ornat Iasõn. §. in bonæ fidei, num. 81. Instit. de actio. Exea de pactis. à num. 376. Hippolyt. singul. 234. & aliquas limitationes ad hanc regulam assignat Socin. regula 86. Hippol. in rubr. num. 15. ff. de falsis. Bolognin. consil. 23. num. 2. Cùm autem exceptio compensationis in quacunque parte litis opponi possit, vt notatur l. fina. C. de compensatio. ita etiam & in prædicto casu compensatio delictorum admittetur quocunque tempore. c. fina. & ibi Panor. ad finem. de adulte. & consequenter etiam post litem contestatam mulier poterit opponere de lenocinio mariti commisso ante litem contestatam: quicquid contrariũ teneat Palac. rep. rub. §. 20. num. 3. & Exea de pactis. num. 377. per. l. si maritus. 15. §. præscriptione. ff. de adult. Quæ tamen procedit, quando adulterium criminaliter accusatur, vt infra dicemus: & ita in specie prædictos improbant Greg. l. 6. tit. 9. partit. 4. in glos. 2. & Couarru. de sponsalib. 2. parte. c. 7. §. 6. nume. 6. Et hæc de primo casu. Succedit igitur secundus casus, vtrùm per exceptionem lenocinij maritus excludatur ab accusando adulterium per vxorem commissum? Et prima facie videbatur dicendum, excludi non debere: nam cum accusando adulterium prosequatur propriam iniuriam, succedit regula. l. hi tamen omnes. in princ. ff. de accusatio. Contrarium tamen, imò maritum excludi ab accusando propter prædictam exceptionẽ, probat. l. cum mulier. 49. in fine. ff. eod. l. ita nobis. 28. C. de adult. Ratio colligitur ex l. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adult. quòd per iniquum est, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat: quæ ratio deducta est ex Antonini lege, quã retulit Augustinus lib. 2. ad Pollentium, vt aduertit Cuiacius nouella 22. col. 4. ad finẽ: & prædicta lex Antonini integra refertur per Antonium Contium lib. 1. le
6 ctionum successiuarum cap. 7. † Habebunt (inquit) ante oculos inquirere, an cũ tu pudice viueres, illi quoque bonos mores colẽdi author fuisti. Periniquum enim videtur esse, vt pudicitiam maritus ab vxore exigat, quam ipse non exhibet, quæ res potest & virum damnare, nõ ob compẽsationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel causam facti tollere. Et propter connexitatem criminis pariter adulter poterit repellere maritum ab accusatione, opposita exceptione lenocinij. l. 2. in fine princ. ff. de adulter. l. quoniam Alexandrum. 26. C. de adulte. notant Salic. l. 1. nium. 4. & 10. C. qui accusa. non possunt. Imol. l. is qui reus. num. 19. ff. de public. iudic. inferentes, quod si non maritus, sed alius accuset adulterium, non poterit is repelli, neque per vxorem, neque per adulterum, opposita exceptione lenocinij: quia in prædicto accusatore cessat ratio, de qua supra: & ita etiam Angel. l. si vxor. §. iudex. ff. de adulter. Gregor. l. 7. tit. 17. partit. 7. glos. penul. ad finem. Cùm autẽ prædicta exceptio tantum repellat maritum ab accusando, nõ autem perimat delictum: quia repulso marito, quilibet de populo accusare potest. §. item lex Iulia. Instit. de public. iudic. hæc exceptio tanquam dilatoria proponenda est ante litem contestatam, iuxta regulam l. penul. & l. fina. C. de exceptio. & supra diximus. & in specie probat l. si maritus. 15. §. præscriptiones. ff. de adulter. Ex quo infert Gregor. l. 7. tit. 17. partit. 7. in gl. penul. quòd cum in Hispania solus maritus admittatur ad accusandum vxorẽ de adulterio, & nullus alius. l. 3. tit. 17. lib. 4. foro legum. & in Portugalia Ord. lib. 5. tit. 15. §. 3. & sic excluso marito ab accusatione, omnino delictum adulterij perimatur, in illis Regnis exceptio lenocinij tanquam peremptoria, in quacunque parte litis opponi poterit. Quętamẽ illatio vera non est: quia cum hæc exceptio in effectu importet, maritum esse minus legitimum accusatorem, necessario ante litem contestatam opponenda est. c. 1. de accusatio. & ibi Panor. num. 2. Quinimo cũ exceptio lenocinij, ideo iure cõmuni repellebat maritum ab accusatione, quia repulso marito, quilibet de populo accusare poterat, vt supra diximus: & in Hispania solus maritus possit adulterium accusare, in Hispania prædicta exceptio non repellet maritum ab accusatione adulterij, ne aliàs delictum adulterij remaneat impunitum. † Et
7 quia qua ratione non fit compensatio adulterij cum lenocinio, ne remaneant impunita. l. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adulter. & cõstitutio Antonini, quã retulimus num. pręced. ita etiam & per exceptionem lenocinij non debet repelli maritus ab accusando, sed potius super vtroque crimine procedendum est ad punitionẽ: quod apud nos probat Ord. lib. 5. tit. 15. §. fina. Post nomen autem receptum inter reos, maritus non repellitur ab accusatione per exceptionem lenocinij oppositam per vxorem, siue etiã adulterum. l. 2. §. si publico. ff. de adult. quia vt ibi dicunt Græci glossatores, prædicta exceptio non potest soluere iam institutam accusationem. Cùm enim hæc exceptio vim dilatoriæ videatur habere, necessario ante litem contestatam opponi debuit. l. si maritus. 15. §. præscriptiones. & ibi Bart. nume. 2. ff. de adulte. Et iuxta hæc venit concordanda. l. cum mulier. 49. ff. eod. cum d. §. si publico, vt scilicet d. l. cum mulier probans in fine, maritum repelli ab accusando propter exceptionem lenocinij, procedat antequam nomen sit receptum inter reos: sed post nomen receptum inter reos, procedat d. §. si publico. & ita glos. final. d. l. cum mulier. ff. eod. glos. l. ita nobis. 28. verb. quinquennij. C. de adulte. Panor. c. fina. in fine de adulte. & asserit receptum Anton. Gomez. l. Tauri. 80. nu. 71. Quando autem in causa criminali dicatur nomẽ receptum inter reos, declarat Bart. l. is qui reus. nu. 3. ff. de public. iudic. Alex. l. cum mulier. num. 6. ff. eod. Panor. c. 1. num. 22. & ibi Marian. nu. 65. de mutuis petitio. Felin. c. dilecti. n. 9. de exceptio. Alciat. lib. 2. parergon. c. 10. Iulius Clarus in praxi §. final. quæst. 14. num. 13. Quo ad tertium autem casum duæ sunt constituendæ conclusiones: Si vxor vel adulter excipiãt de lenocinio mariti, antequam nomen sit receptum inter reos, si lenociniũ probetur, maritus ordinaria pœna venit puniendus: sentit glos. fi. l. neganda. C. qui accu. non possunt. glos. l. is qui reus. verb. inchoatas. in fine. ff. de public. iudic. glos. penul. c. 2. de ordine cognitio. & ibi Panor. num. 31. Imol. d. l. is qui reus. num. 20.

20. Felin. c. 1. numer. 15. de exceptio. Salic. l. 1 nume. 4. C. qui accusa. non possunt. ] Expenditur pro hac sententia d.
8 §. si publico. dum probat, quod si post nomẽ receptum inter reos, mulier excipiat de lenocinio mariti, non repellitur quidem maritus ab accusatione: & tamen si probetur lenocinium, maritus venit puniendus pœna ordinaria: ergò à fortiori idem recipiendum est, quando ante nomen receptum inter reos prædicta exceptio opponitur, cum tunc fortius operetur, quia excludit maritum ab accusatione. Secundò expenditur d. §. si publico. in fine. dum probat, quod si adulter excipiat de lenocinio post nomen receptum inter reos, neque excludit maritum ab accusatione, neque eum onerat: ergò à contrario sensu si ante litem contestatam de lenocinio excipiat, & excludet maritum ab accusatione, & eum onerabit, id est, faciet eum puniri tanquam lenonem. Tertiò, quia lenocinium, & adultetrum sunt connexa: quia verisimile est, adulterium non fuisse cõmissum, nisi maritus leno fuisset vxoris, vt colligitur ex l. cum mulier. 49. ff. eodem. & l. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adulter. Et quando crimẽ oppositum contingit delictũ de quo principaliter agitur, venit puniẽdum, etsi per viã exceptionis probetur. c. 1. de exceptio. adiuncta glos. final. & ita in specie Bart. d. l. is qui reus. 5. oppositione ff. de public. iudic. Fulgos. l. 1. nu. 2. & l. neganda. in fine. C. qui accus. non possunt. Panor. c. dilecti. num. 17. de exceptio. & ibi Felin. num. 9. Præposit. in summa 3. quæst. 11. Sed hæc prima conclusio dubitabilis videtur, quia regula est, crimen probatum per viam exceptionis, non venire puniendum. c. 2. in fi. de ord. cognitio. c. 1. ad finem, de exceptio. à qua regula in dubio non est recedendum. l. ab ea parte. ff. de probatio. & in specie id clare sentit tex. l. cum mulier. 49. in fine. ff. eod. Neque obstant rationes contrariæ opinionis: quia ad primã respondetur, quod cum post nomen receptum inter reos, exceptio non posit habere vim suam naturalem, id est exclusionem agentis. l. 2. ff. de exceptio. habet vim accusationis, & hac ratione in specie d. §. si publico. punitur lenocinium, etiam si per modum exceptionis fuerit propositum. c. item cum quis. de restit. spoliato. l. si maritus quondam. 11. C. de donatio. inter virum & vxorẽ: sed quando prædicta exceptio opponitur ante nomen receptum inter reos, obtinet naturam suam, quia repellit maritum ab accusando, vnde tunc debet locum habere regula. c. 2. in fine de ord. cognitio. & d. c. 1. de exceptio. Nec obstat secundũ de d. §. si publico. in fine. †
9 quia respondeo, argumentum à contrario sensu ita esse accipiendum, vt si ante nomen receptum inter reos, adulter excipiat de lenocinio mariti, eum quidem repellet, & etiam onerabit, si non solum animo repellendi, sed etiam & accusandi excipiat, nam tunc verum est, quod etiã eũ onerabit, vt sentit l. quoniam Alexandrum. 26. C. de adulte. quanuis post nomen receptum inter reos, per exceptionem eum non repellat, nec oneret: quia postquam accusatus est, non potest reaccusare suum accusatorem de pari crimine vel minore. l. neganda. C. qui accus. nõ possunt. l. is qui reus. ff. de public. iud. & in specie sentit. l. 2. in fi. princip. ff. de adulte. vbi probatur, quòd si adulter velit maritum reum facere de adulterio, non poterit, postquã ipse accusatus fuerit, id est, eius nomen receptum fuerit inter reos; quasi antea posit. Vnde infertur, quod cum excipiens ante litem contestatam, velit simpliciter maritum repellere ab accusando; cum tunc non habeat animum accusandi maritum, ea exceptio nunquam faciet puniri maritũ, iuxta regulam d. c. 1. de exceptio. Sed obstat huic illationi tex. l. quoniam Alexandrum. 26. C. de adulte. sic inducendo. Tex. inquit, quòd si Alexander, qui accusa-



accusabatur de adulterio, fuit seruus pronuntiatus, non admittetur excipiens de lenocinio mariti: ergò sentit hanc exceptionem proponi ad accusandum, nam aliàs seruus posset excipere de lenocinio mariti quoad effectum repellendi eum ab accusatione, vt est expressum. l. seruos. ff. de accusatio. ergò probat d. l. quoniam Alexandrum. quòd exceptio lenocinij simpliciter proposita, magis includit in se accusationem mariti, quam contineat illius repulsionem: & ita Salicet. ibi numer. 4. & Bart. d. §. si publico. nume. 19. ad finem. Bald. cap. à nobis. numer. 2. de exceptio. Quinimò Imol. l. is qui reus. numer. 20. ff. de public. iudic. resoluit receptum, vt etiã si exceptio lenocinij proponatur ad repellendum, tamen semper includat in se accusationem, & punitionem. Sed his non obstantibus, nostra illatio verior
10 est, † neque enim exceptio proposita ad repellendum, debet operari effectum punitiuum, aduersus intẽtionem proponentis. l. non omnis. ff. si certum petatur. & agnoscit Salic. d. l. quoniam. nu. 4. Quinimò contra eum & alios supra citatos verius videtur, quòd exceptio lenocinij simpliciter proposita, habeat tantùm effectum repulsiuum, non autem punitiuum, iuxta regulam cap. 1. de exceptio. Neque repugnat d. l. quoniam Alexandrum. quia ibi ex modo proponendi constat, excipi de lenocinio per modum accusandi: vt colligitur ex illis verbis ibi, Esse pollicitum. ea enim verba magis adaptantur accusationi, quam exceptioni: & hac de causa tex. ille Alexãdrum repellit à prædicta exceptione: quia cum ex modo magis videretur proponi per viam accusationis: succedit regula, quod seruus alium accusare nõ potest. l. penult. C. qui accusa. non possunt. facit regula l. seruus. C. de iudic. Aliàs si quoad modum videretur propositum lenocinium per viam exceptionis, vtique audiretur seruus, saltem pro ea parte, qua exceptio potest habere effectum repulsiuum. l. seruos. ff. de accusati. neque vtile per inutile solet vitiari. cap. vtile. de regul. iuris. in 6. Non obstat tertiũ, quia ea ratio connexitatis criminis non videtur concludens: quia secundum eam, si adulter post nomen receptum inter reos, opponeret de lenocinio mariti, maritus esset puniẽdus; quia datur connexitas criminis: & tamen contrarium probat d. §. si publico. in fine. Et ita hanc rationem connexitatis improbauit in terminis Angel. d. l. is qui reus. num. 4. & ibi Imol. num. 18. Angel. l. 1. num. 10. & ibi Salic. nu. 4. & 10. C. qui accusa. non possunt. Marian. cap. 1. numero. 74. de mutuis petitio. Non igitur d. §. si publico. procedit ex ea ratione, sed ex alia, quam statim subijciemus. Secunda principalis conclusio in hac materia sit: Si post nomen receptum inter reos, mulier excipiat de lenocinio mariti, venit ille puniendus: secus si adulter excipiat, nam tunc non punietur maritus. Ita distinguit d. §. si publico, & est recepta distinctio, vt asserit Anton. Gomez. l. Tauri. 80. nume. 71. Sed circa hanc secundam conclusionem aduertendum est, duas in ea verti difficultates. Prima est, quod exceptio posita per vxorem de lenocinio mariti, habet vim reaccusationis, cum propter eam maritus puniatur: & tamen accusatus non potest reaccusare suum accusatorem de pari crimine. l. ne
11 ganda. C. qui accusar. non possunt. † ex ratione l. is qui reus. ff. de public. iud. notab. Iulius Clarus in praxi. §. final. q. 14. numer. 12. & Grammatic. ad constitutiones Regni. lib. 2. pag. 65. Carauita. rit 193. Secunda est, quòd probat, probato lenocinio, de quo fuit oppositum per viam exceptionis, maritum puniri: & tamen in contrarium est regula cap. 2. de ord. cognitio. & cap. 1. ad

finem. de exceptio. Sed ad primam difficultatem respondendum est, quòd mulier propter lenocinium mariti præsumitur seducta, argum. l. vnicæ. C. de raptu virgin. & sic in lenocinio prosequi videtur propriam iniuriam: & ideò meritò de crimine pari potest reaccusare, etiam post nomen receptum inter reos. l. neganda. in fine. C. qui accusa. nõ possunt. & ita Salic. l. 1. numer. 4. & nume. 10. C. qui accusa. non possunt. Imol. d. l. is qui reus. numer. 18. ad finem. & numer. 10. Marian. cap. 1. numer. 74. de mutuis petitio. & ante eos Bart. d. §. si publico. nu. 1. Quæ ratio cum cesset in adultero, non poterit reaccusare maritum de pari delicto post nomen receptum inter reos, vt clare significat l. 2. in fine princ. ℣. de adulter. Ad secundam autem difficultatem respondetur, quòd licet regulariter crimen probatum per viam exceptionis, non faciat puniri delinquentem. c. 2. ad finem. de ord. cognitio. id tamen limitatur, nisi id crimen probatum per viam exceptionis, contingat causam principalem, ita vt in eo videatur includi. cap. 1. ad finem. de exceptio. adiuncta glos. final. & est recepta traditio, vt ibi asserit Mantua numer. 32. Cùm igitur lenocinium contingat adulterium, quia illius causa fuit, ideò propositum per viam exceptionis, habet effectum punitiuum: & ita expresse Ioan. Andre. cap. 2. ad finem. de ord cognitio. & ibi Panor. num. 28. & num. 31. & nume. 33. Quibus addendum est, quod ad effectum vt crimẽ propositum per viam exceptionis, dicatur contingere causam principalem, & inducat punitionem, duo copulatiue requiruntur: quòd respiciat idem factum, item respiciat easdem personas respectu eiusdem facti. † Verbi gratia. Lenociniũ
12 respicit idem factum, scilicet, adulterium de quo agitur, & respicit easdem personas, scilicet, maritum & vxorem, quia præsumitur mulier seducta propter lenocinium viri, adulterium illud commisisse, vt supra diximus. Et hac ratione propositum per viam exceptionis, habet effectum punitiuum: & ita expresse Bart. d. §. si publico. num. 1. & num. 20. cui subscribit Panor. cap. 1. ad finem, de exceptio. Ex quo infert Bart. vbi supra veram rationem ad differentiam, quæ fit in d. §. si publico. inter vxorem & adulterum proponentes lenocinium per modum exceptionis: nam quando proponitur per vxorem, verificantur prædicta requisita: non sic quando proponũtur per adulterum; quia licet tunc videatur verificari primum requisitum, non tamen verificatur secundum, quia respectu vxoris creditur maritilenociniũ fuisse causam adulterij per eã cõmisi, vt supra diximus: quod nõ potest verificari in marito respectu adulteri: neque enim maritus fuit causa vt ille adulterium cõmitteret, sed potius propria malitia: & si causa posit considerari in marito, illa est remota: quia igitur nõ contingit easdem personas circa factũ principale, ideò lenocinium per adulterum propositum per viam exceptionis, non habet effectũ punitiuum. Neque repugnat l. quoniam Alexãdrum. 26. C. de adulter. vbi lenocinium propositum per viam exceptionis per adulterũ, facit maritum puniri: per quem textum contra Bart. tenet Angel. d. §. si publico. nume. 5. quia in primis tex. d. l. quoniam Alexandrum. loquitur, quando ea exceptio proponitur ante nomen receptum inter reos. & d. §. si publico. loquitur post nomen receptũ inter reos: vt ibi aduertit Bart. ante nu. 1. vers. venio. Item d. l. quoniam Alexandrum. loquitur, quando ita exceptio proposita est, vt magis includeret accusationem, vt supra diximus: quam accusationem adulter potest facere ante nomen receptum inter reos, non autem postea. l. 2. in fine princip. ℣. de adulte. propter
13 rationẽ. l. is qui reus. ℣. de public. iudic. †

Et ex



13 Et ex his colligas, quod † licet ante nomẽ receptum inter reos, consideretur sola contiguitas ratione facti: hæc enim sufficit, vt adulter posit excipere de lenocinio mariti, & vt posit illum accusare, vt supra diximus: tamen post nomen receptum inter reos, hæc sola contiguitas non sufficit, sed oportet quod detur cõtiguitas ratione facti, & respectu personarum, explicando vt supra. Et ad hunc modum declarandus est Salic. l. 1. nu. 4. C. qui accusa. non possunt. His ita visis, non est omittendum, quòd Bart. hic nu. 4. quanuis intellectum glos. ad hunc tex. admittat tanquãm in se verum, tamen alium assignat, quem dicit literæ aptiorem, scilicet, quod maritus directò conueniebat vxorem ad dotis amissionem, quasi eius culpa factum esset diuortium: quod vxor non solum negauit, sed reconuenit maritum ad restitutionem dotis, & ad amissionem donationis propter nuptias, quasi eius culpa interuenisset diuortium. Iudex pronuntiauit, vtrumque dedisse causam diuortio. Quæritur de interpretatione huius sententiæ? & respondetur vt in litera. Quem intellectum probãt Paul. & Alex. hic numer. 5. & Vincent. numer. 13. & Duarenus. Sed circa hunc Bart. intellectum de duobus agendum est. Primò, vtrùm ille magis adaptetur literæ, quàm glos. intellectus? Secundò, vtrùm sit in se verus? Et quoad primum dicendũ est, quod aut intelligimus mulierem ad huc non tradidisse dotem marito, sed illam penes se retinere: & in his terminis aptior videtur Bart. intellectus: nam si maritus conueniat vxorem, vt dotem sibi soluat, quasi eius culpa diuortium interuenerit, virtualiter petit, eam condemnari ad dotis amissionem: quo casu, vt mulier liberaretur à petitione mariti, satis fuit negare eius culpa factum fuisse diuortium. l. final. C. de rei vend. Cùm igitur is tex. dicat iudicem pronuntiasse, vtriusque culpa factum fuisse diuortium, verisimile, est vxorem non solum negasse intentionem mariti, sed etiam eum reconuenisse quasi eius culpa interuenisset diuortium, & sic tacite petijt se absolui à condemnatione mariti, & potius eum debere condemnari ad amissionẽ donationis propter nuptias. In his ergo terminis aptior est Bart. intellectus. Si autem intelligas dotem fuisse traditam marito, iuxta terminos l. cum mulier. 49. ℣. eo. aptior est glos. intellectus. Cùm enim maritus dotem possideat, nihil debet petere, sed potius per mulierem ab eo petenda est. Poterit igitur maritus tunc excipere de adulterio vxoris, & vxor poterit replicare de lenocinio mariti, † iuxta glos. intellectum.
14 Quoad secundũ videtur dicendum, prædictum intellectum non videri in se verum: nam secundùm illum iudicis sententia non continebat condemnationem, vel absolutionem, & sic fuit nulla. l. cum iudex. C. de sentent. & interlocutio. & sic frustra agitur de illius interpretatione. Cui difficultati respondent Bart. hic nume. 5. & Paul. num. 8. quòd quemadmodum in causa criminali sufficit iudicem pronuntiare super facto; quia condemnatio sequitur ex dispositione legis. l. 1. §. 1. ℣. ad Turpillian. sic etiã quando agitur ciuiliter ad pœnam, sufficit super facto pronuntiare, quia condemnatio, vel absolutio sequitur ex dispositione legis. Sed non placet hæc responsio, quia l. 1. §. 1. ℣. ad Turpillian. procedit, quando probato facto, inuenitur certa legis dispositio, imponẽs pœnam: quod nostris terminis applicari non potest: nam l. consensu. C. de repud. tantum imponit pœnam in casibus simplicibus, & nihil disponit de casu mixto, scilicet, quando vtriusque culpa factum fuit diuortium. Vtrum autem sub simplicibus contineatur casus mixtus, non est certum, imò est maximè controuersum, vt constat ex traditis per DD. l. 2. in princip. ℣. de verbor. obligatio.



& ideò

& ideò clarius respondendum est, quod iudex pronuntiando, vtriusque culpa factum fuisse diuortium, virtualiter pronuntiat, mutua delicta compensatione tolli, iuxta regulam l. si ambo. §. 1. ſ. de compensatio. & ad validitatem sententię non requiritur pro forma, quòd in ea inueniatur verbum, Condemno, vel Absoluo, sed satis est, in ea expressa esse verba, ex quibus id virtualiter colligatur. l. quid tamen. 25. §. 1. ſ. de arbitr. l. in summa. 59. in princ. ĵ. de re iudicat. tradit glos. final. l. 1. ĵ. de re iudicat. & ibi latè Iason à numer. 16. Ripa nume. 18. Item & prædicto Bart. intellectui videtur obstare, quod petitio facta per viã reconuentionis, nõ debet habere effectũ repulsiuum. cap. 2. & cap. final. de ord. cognitio. ergò admisso Bart. intellectu, neque maritus debuit repelli à sua actione propter reconuentionẽ vxoris: cuius contrarium probat is tex. Cui difficultati respondet Bald. hic ad finem, †
15 regulam prædictorum iurium esse limitandam, quando conuentio & reconuentio se inuicem perimunt: nam tunc reconuentio habet effectum repulsiuũ: vt constat ex isto tex. subscribunt Paul. hic numer. 8. Alexand. numer. 5. Vincent. nu. 15. Felin. cap. 1. nu 3. de mutuis petitio. Sed ego aduerto, quòd regula quæ habet, reconuentionem non habere effectũ repulsiuum, debet intelligi in eo sensu, vt sola propositio reconuentionis, non excludat intentionem actoris, sed super vtraque actione pariter procedatur. ſ. cũ Papinianus. C. de sent.
16 sed si super vtraque feratur sententia modo hic expresso, excludetur actor, non vi quidem reconuentionis, sed virtute sententiæ: quia pronuntiando modo de quo hic, inuicem videtur eos absoluere: vt colliges ex l. penult. §. final. ſ. de eo per quem factum erit. & l. neque. C. de compensatio. Item & vltra alios aduerto, quòd quãdo maritus possidet donationem propter nuptias, & mulier possidet dotem, satis est interpretari, hanc sententiam virtualem continere absolutionem: sed si maritus possideat dotem, & mulier donationem propter nuptias; tunc interpretandum est, hãc sententiam partim esse absolutoriam, & partim condemnatoriam: absolutoria quidem, quatenus maritum absoluit ab amissione donationis propter nuptias: condemnatoria autem quatenus dotem iubet mulieri restitui. Et pariter ex parte vxoris absolutoria erit, quatenus eam absoluit ab amissione dotis: condemnatoria autem quatenus in effectu iubet, donationem propter nupcias restitui marito. His ita visis, superest examinare regulam huius tex. quòd mutua delicta compensatione tolluntur: de qua latè agunt DD. hic, & latius l. cum mulier. ĵ. eo. sed pro vera illius explicatione duo casus distinguendi sunt, quos D D. confundentes, materiam perspicuam, obscuram, & difficilem reddiderunt. Primus est, quando mutua delicta respectu partium nullã producunt obligationem reciprocam: in his enim terminis proprie agi non potest de compensatione, cum illa sit crediti & debiti contributio. l. 1. ſ. de compensatio. & in hoc primo casu non detur obligatio reciproca: in simili Bart. l. si quis à se. numer. 3. C. ad l. Iuliam de vi publica. Secundus est, quãdo quoad partes producunt reciprocam obligationẽ, & tunc cum inueniatur creditum, & debitum, potest agi de compensatione, & locum habet regula huius tex. † Pro declaratione igitur primi casus præmittendũ est, quod dicit ca. nemo. 81. distinct. quòd nemo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condẽnat, & amorẽ innocẽtiæ conuersatione demõstrat. Consonat quod dicit Cicero actione. 3. in Verrẽ, quòd nõ modo accusator, sed neq; obiurgator quidẽ ferẽdus est, qui in altero vitiũ reprehẽdit, & in eo ipse deprehenditur. Item & quod dicit idem



idem Cicero in responsione aduersus Crispum Sallustium: Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere: is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Consonat etiam quod tradit Iureconsult. l. si vxor. 13. §. iudex. ĵ. de adulter. quòd periniquum videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat: & Lactantius: Exemplo cõtinentiæ docẽda vxor est, vt castè viuat: iniquum enim videtur vt id exigas, quod præstare ipse non possis: refert Cuiac. nouella. 22. col. 4. ad finem. Accedat l. qui bona. 13. §. si quis quia. ĵ. de damn. infect. per quam dixit Bald. c. à nobis. num. 4. de except. quòd non debet quis ab alio postulare, quod ipse illi non concessisset, inferens ad notab. quæstiones: & dicit idẽ Bald. cap. cum ecclesiasticæ. nu. 2. de except. quòd ille qui non reputat quid iniquum in sua persona, non debet illud reputare iniquum in persona alterius. l. 1. §. 1. ĵ. de solutio. & cap. cum omnes. de constitutio. Et ad hunc primum casum prædicta ratione fundatum pertinet decsiio. l. in arenam. C. de inof. testam. Neque enim ex delictis arenariorum oriebatur reciproca obligatio, sed arenarius nõ potest alteri opponere de simili vitio, propter rationes supra relatas: quãuis DD. putantes eam decisionem pertinere ad regulam huius tex. varias ad illam asignent responsiones, vt videre est ex traditis per Innoc. cap. penult. nume. 4. & ibi Anan. nume. 8. de adulter. Imol. l. cũ mulier. numer. 33. ad finem. & ibi Roman. num. 81. ad finem. ĵ. eod. Et in his etiam terminis, si bene aduertas, procedit l. 2. §. idem ait. ĵ. ne quid in loco publico, & l. qui bona. 13. §. si quis quia. ĵ. de damn. infect. Item iuxta hæc venit intelligendus tex. cap. cum Apostolicæ.
17 de exceptio. † in quo quis petebat se admitti ad possessionem canonicatus, & ei opponebatur, quòd erat pluralis in beneficijs. Et respondet Papa, non esse admittendam hanc exceptionem, si opponentes simili morbo laborant: nam procedit ex ratione de qua supra, & est de mente Bald. ibi numer. 2. quanuis DD. existimantes pertinere ad regulam huius tex. varias ad illum asignent responsiones, vt videre est ex traditis per Vincent. hic numer. 9. Imol. l. cum mulier. numer. 32. & ibi Roman. numer. 53. ĵ. eo. Similiter & ad hunc primum casum pertinet decisio cap. quia frustra. de vsuris. nam ibi quoad vsuras inter partes nulla inducta erat obligatio, cum à diuersis personis fuerint receptæ: non admittitur igitur exceptio vsurarij opposita ab alio, qui eodem morbo laborat, ob rationem de qua supra: quãuis DD. existimantes loqui in terminis huius regulæ, varias ad illum tex. asignent responsiones, vt videre est ex traditis per Inno. cap. penult. nume. 4. de adulte. Vincent. hic numer. 11. & nume. 20. Imol. l. cum mulier. num. 33. & ibi Roman. numero 81. ĵ. eod. Recipit tamen is primus casus duas notabiles limitationes. Primã, quando opponẽs de delicto alterius, non facit id ad proprium commodum, sed ad commodum alterius tertij, pro quo agere poterat; neque enim repelletur replicatione, quòd simili morbo laborat, cũ tunc non agat ad propriam vtilitatem: tex. est cap. dilecti. de exceptio. Quinimò idem erit, si ea oppositio partim pertineat ad commodum opponentis, & partim ad commodum alterius tertij; nam adhuc, ne impediatur vtilitas tertij, non repelletur simili morbo laborans: ita colligitur ex traditis per glos. cap. testimonium. verb. hoc casu. de testib. & per Bart. l. cum mulier. numer. 8. ĵ. eod. & ibi Alexand. nu. 18. dum concludũt, quòd si pars opponat testi, quòd sit infamis, vel excommunicatus, non repelletur, quasi simili morbo laborans: quia repulsio testis non solùm pertinet ad commodum partis, sed etiam ad commodum iudicis, cuius interest scire,

quantã fidem teſtibus adhibere debeat. l. Lutius. cum gloſ. ſ. de his qui notant. infamia. l. 3. §. tu magis. ſ. de teſtibus. & ideò opponens nõ repellitur exeo, quod ſimili morbo videatur laborare † Secundò limita, quando ille qui excipit de ſimili crimine, remaneret in lucro, propter prædictam exceptionem, & alter remaneret in damno, tunc enim ad euitandũ abſurdum, non habebit locum concluſio de qua ſupra: vt colligitur ex l. apud Celſum. §. Marcellus. ĵ. de doli exceptio. Exemplum erit, ſi tu mutuaueris filiofa. aduerſus Marcedonianum, & cum abeo mutuum petas, ille excipiat de Macedoniano, tu autem replices, quod ille ſimili morbo laborat: quia & ille filiofam. mutuatus eſt, non admittetur hæc tua replicatio: quia ſi admitteretur, & per eã excluderetur exceptio Macedoniani, tu obtineres lucrum, id eſt mutuum quod tibi non debebatur, propter Senatuſcõſultum Macedonianum, & excipiens remaneret in damno, quia ſcilicet mutuũ non poſſet recuperare ab alio propter Macedonianũ: & ita Innoc. c. penult. num. 4. de adult. Vincent. hic num. 20. Imol. l. cum mulier. nu. 33. & ibi Roma. nume. 81. ĵ. eod. qui in hoc primo caſu accipiendi ſunt, quanuis illi hoc dictũ referant ad ſecundum caſum, de quo ſtatim. Secundus caſus eſt, quando mutua delicta inducũt obligationem inter partes, & tunc propriè agitur de compenſatione, & propriè etiam locum habet regula huius tex. quòd mutua delicta compenſatione tolluntur, vt ex ea colligitur, adiuncta l. conſenſu. C. de repud. Quã tamen regulam DD. communiter ita accipiendam eſſe exiſtimant, quando illa plura delicta reſpiciunt vnum & idem, vt in noſtro caſu, in quo delicta reſpiciũt vnum & idem, ſcilicet diuortium: & cap. penul. & final. de adulter. nam ibi diuerſa adulteria habent relationem ad vnũ & idem matrimonium: ſi igitur delicta reſpicerent res omnino diuerſas, tunc non habet locum regula huius tex. ſed nulla facta compenſatione, quodlibet per ſe punietur: ita gloſ. l. ſi duo. 37. ſ. de dolo. Panor. c. penul. nu. 19. de adulte. Salic. l. ſi quis à ſe fundum. nu. 13. C. ad l. Iuliam de vi publica. Angel. Aretin. in princ. Inſtit. de exceptio. nu. 21. Socin. regula. 86. Deci. c. dilecti. numer. 15. de exceptio. Gomez. §. pœnales. num. 31. Inſtit. de actio. Vnde cõcludebat Panor. d. c. dilecti. num. 17. quòd ſi ego tibi dãnum dedi in vna re, & tu mihi in alia diuerſa; vel feci tibi iniuriam, & tu mihi aliam diuerſam, non admittetur compẽſatio horum delictorum, ſed quodlibet ſeparatim punietur. † Pro qua communi declaratione adducitur. c. 1. de iniurijs. & ibi Panor. 1. notab. Secundò adducitur. l. qui vas. 49. §. fina. ĵ. de furtis. cui ſimilis. l. quemadmodum. 38. §. fina. ſ. de noxalib. actio. Adduco ego & authoritatem Senecæ lib. 6. de beneficijs. cap. 6. dicentis, quod ſi quis apud me pecuniam depoſuerit, & idẽ mihi poſtea furtum fecerit, ſeparãtur actiones, & ego cum illo furti agam, & ille me cum depoſiti: quia vtraque lex habet actionẽ ſuam propriam, tam furti, quàm depoſiti. Cæterum aduertendum eſt, aduerſus hanc communem traditionem nimis vrgere l. ſi duo. 37. ſ. de dolo. Itẽ & l. fina. §. pen. ſ. de eo per quem factum erit. Vrget etiam l. 2. §. idem ait. ĵ. ne quid in loco publico. & l. final. §. ſi ad ianuam. ĵ. quod vi aut clam. & huius ſententiæ videtur eſſe Bart. hic. num. 7. dum dicit, quòd licet culpæ reſpiciant diuerſa delicta, ſi tamen tendunt ad eundem effectum, locum habet regula huius tex. Et retenta hac opinione, non obſtabunt iura adducta pro cõtraria opinione. Nã ad primũ de c. 1. de iniurijs. reſpondetur retorquẽdo, ſentit enim, quòd quoad iniurias diuerſas admittetur cõpenſatio: ſed ſi vnus alterum vulnerauit, tenetur de vulnerato, quia compenſatio non admittitur niſi pro pari, & in exceſſu ſupereſt actio. l.





ſi ambo. 10. in princ. ſ. de cõpẽſatio. Ad ſecundũ, de. l. qui vas. 49. §. fi. ĵ. de furtis. cum ſimilibus, reſpondetur, ibi dubitationem fuiſſe, vtrùm dominus rei furatæ, efficeretur dominus pretij habiti ex re furata? Et dicitur nõ effici: quo fit, vt ſi fur illud pretium excuſſerit, teneatur furti: fur igitur tenebitur domino propter rem furatam, & dominus tenebitur furi actione furti propter pretium quod ſuum non erat, & ab inuito extorſit: ſed ſi vlterius quæras, vtrùm oppoſita exceptione, hæc delicta mutua debeant recipere compenſationem? videtur dicendum recipere. l. ſi ambo. 10. §. quoties. ſ. de compenſatio. l. ſi duo. 37. ſ. de dolo. Vnde reiecta DD. traditione, magis de mente Iureconſultorum eſſe videtur, non eſſe conſiderandum, vtrùm mutua delicta habeant relationem ad vnam rẽ, vel diuerſam, vt communis vult, ſed tantùm debere attendi, vtrùm vtrũque eadem lege puniatur, & locum habeat regula huius tex. ſi autem diuerſis legibus, tunc nõ ſit illi locus, † ſed vtrumque delictum ſua lege puniatur: ita eſt de mente Salic. d. l. ſi quis à ſe fundum. num. 13. C. ad l. Iuliam de vi publica. & colligitur ex Seneca lib. 6. de beneficijs. cap. 6. & pro hac declaratione expẽdo iſtum tex. ibi: Ea lege, quam ambo contempſerũt. ſentit enim, ad inducendam compenſationem, inſpiciendum eſſe, vtrùm vtrũque delictum puniatur eadem lege, vel diuerſa. Expẽdo etiam traditionem gloſ. 1. c. quia fruſtra. de vſuris. quòd regula quæ dictat debere amittere beneficium legis, qui in eã deliquit, eſt intelligenda, quando deliquit in eãdem legem, cuius auxilium implorat: ſecus ſi delinquat in aliam diuerſam: quod ita aduerſus gloſ. penult. hic eſſe receptum aſſerit Alexa. hic ad finem. Deci. l. cum proponas. 2. num. 6. C. de pact. Menoch. de recup. poſſeſsio. 9. remedio n. 169. ergò ſi vterque delinquat in eãdem legem, vterque non vtetur beneficio legis, & inducetur regula huius tex. ſecus ſi in leges diuerſas delinquat. Et hac ratione procedit is tex. adiuncta l. cõſenſu. C. de repud. Procedit etiam l. cum mulier. 49. ĵ. eod. adiũcta. l. 2. §. lenocinij. ĵ. de adulter. Procedunt etiam. c. penul. & final. de adulter. adiuncto c. 1. vt lite non conteſtata. Hac etiam ratione procedit. l. final. § penu. ſ. de eo. per quem factum erit. l. ſi dolo. 37. ſ. de dolo. l. domum. 57. in fine. ſ. de contrahẽd. emptio. l. ſi ambo. 10. in prin. ſ. de compenſatio. l. ex damni. 40. §. 1. ĵ. de dãn. infect. l. final. §. ſi ad ianuam. ĵ. quod vi aut clãm. A ceſſante autem ratione infertur, quòd ſi mutua delicta puniantur diuerſis legibus, vel etiam diuerſis actionibus, tunc nõ admittetur compenſatio, ſed quodlibet per ſe punietur. Seneca lib. 6. de benef. c. 6. Bolognin. conſil. 32. nu. 2. ex hoc concludens, quod ſi mulier adulterium commiſit, & maritus voluit eam veneno necare, horũ delictorum non admittetur compenſatio. Quod intelligendum eſt, vt ipſa delicta non compenſentur. Cæterum poſtquã lata fuerit ſententia ſuper illis, & de pœna pecuniaria agetur, admittetur compenſatio de quantitate ad quantitatem, iuxta regulam l. fina. C. de compenſatio. † & videtur expreſſum l. ſi ambo. 10. §. quoties. ſ. de compenſatio. & apertè ſentit Seneca lib. 6. de benef. cap. 4. & ſequ. Limita ſecũdo prædictã cõcluſionẽ, per legem apud Celſum. 4. §. Marcellus. ĵ. de doli exceptio. ex qua Bart. hic num. 3. & l. cum mulier. nu. 3. ĵ. eod. collegit, quod quando actor agit de lucro captando, & reus agit de damno vitando, tunc aduerſus doli exceptionem non conceditur actori doli replicatio, ne actor replicans ex ſua malitia commodum reportare videatur. Vnde per contrariũ ſi actor agat de damno vitando, vt quia petijt reſtitutionem rei ſuæ, & reus de lucro, quia vult retinere indebite rem alienam aduerſus doli exceptionem concedetur replicatio doli. l. cum mulier. 49. ĵ. eod. & pro-

bat is tex. secundũ glos. intellectũ. Quã resolutionem probarunt Paul. hic num. 5. & alij communiter, vt asserit Vincent. num. 8. Panor. c. penult. num. 8. de adul. Deci. c. dilecti. nu. 17. de exceptio. Quæ tamen resolutio tuta non est: nam d. §. Marcellus, non fundat se in ratione per Bart. excogitata, sed potius in ea, quòd si aduersus excipientem de dolo, concederetur doli replicatio, dolus actoris remaneret impunitus, imò ei lucrũ afferret: reus autem remaneret solus punitus, & pœna affectus: quod in pari crimine Iureconsul. reputat absurdum: quæ ratio generaliter concludit, siue actor agat de lucro captando, siue de damno vitando. Item & contra Bart. vrget l. 2. & l. mercalem. C. de cõdictio. ob turpẽ causam. nam ibi actor condicebat res suas, & sic agebat de damno vitando: reus autem agebat de lucro, volendo retinere res datas ex turpi causa: & tamen aduersus excipientem, quod ex turpi causa datum est, nõ admittitur replicatio, quòd ex eadem turpi causa reus receperit. Facit, quod Bald. in rub. num. 30. ad finẽ. C. de fide instrumentor. quem sequitur Iason. §. in bonæ fidei. nume. 81. ad finem. Instit. de actio. ergò illa iura apertè confundunt Bart. traditionẽ. Quibus minime satisfacit Bart. l. cum mulier. numer. 2. ʒ. eod. quanuis eum sequatur Alexan. ibi num. 7. Neque etiam satisfacit Bald. l. cum mulier. 5. oppositio. ʒ. eo. licet eũ
22 sequatur Deci. c. dilecti. n. 6. de except† Denique contra Bart. vrget l. 2. §. idẽ ait. ʒ. ne quid in loco publico. nam qui volebat impedire ædificãtem in publico de nouo, agebat de damno, ne scilicet præiudicaretur ædibus, quas iam habebat ædificatas in publico, & de nouo ædificans agebat de lucro: & tamen de nouo ædificans, repellit actorem oppositaexceptione, quòd & ille etiam in publico ædificauerat iniuste: neque aduersus hanc exceptionem conceditur actori replicatio de mutuo delicto: extollit Bald. consil. 463. nume. 3. ad finem. lib. 4. Quã re ad veram explicationem d. §. Marcellus. aduertendum est, quòd ibi dolus interuenit ex vtraque parte, vt ex tex. colligitur, & notat Bald. c. à nobis. nume. 5. de exceptio. Quare in dolo mutuo videbatur admittenda replicatio doli, iuxta regulam tex. l. final. §. penult. s̃. de eo per quem factum erit. & l. dolo. 37. s̃. de dolo. & l. domum. 57. in fine. s̃. de contrah. emptio. cuius tamen cõtrarium præsupponit d. §. Marcellus. Sed resoluendum est, quòd aut agitur de mutuo dolo per viam actionis & reconuentionis; & admittitur doli mali compensatio, quiatũc cessat ratio d. §. Marcellus, cum vtrumque delictum prædicto modo puniatur: & in his terminis procedunt iura supra adducta in contrarium. Procedit etiam is tex. secundùm Bart. intellectum. Si verò de mutuo dolo non agatur prædicto modo, sed actor agat actione ex contractu, & reus excipiat de dolo actoris, non poterit actor replicare de dolo ipsius rei, ne sequatur absurdum expressum in d. § Marcellus. Ex quo tex. secundùm prædictam interpretationem, colligitur notabilis limitatio ad literam huius tex. vt quando aduersus actorem excipitur de proprio delicto, non posit actor replicare de mutuo delicto aduersarij; ne sequatur absurdum expressum in d. §. Marcellus. Et hac etiam ratione procedit l. 2. & l. mercalem. C. de condict. ob turpẽ causam. Facit regula c. in pari. de reg. iuris. in 6. Ex quibus non videtur tutum dictum Innoc. c. intelleximus. de adul. relatum ab Imol. & Alex. hic nu. 7. quòd si quis obtinuit se promoueri ad sacros ordines, mentiendo habere congruum patrimonium, & deinde agat aduersus Episcopum promouentem, vt ei prouideat de necessarijs, quia non habet patrimonium, iuxta cap. 2. de præbendis. & Episcopus excipiat de dolo per eum cõmisso, poterit & promotus replicare de dolo Episcopi, qui nõ fecit prius examinationem,



nationem, vtrùm promotus haberet cõgruum patrimoniũ, nec ne? hæc enim decisio apertè confunditur per d. §. Marcellus. explicatum vt supra. Sed est aduertendum, aduersus supra dicta nimis 24
vrgere hũc tex. nã in eo vxor repetebat dotem à marito, & maritus excepit de diuortio culpa vxoris facto: & ipsa replicauit, imò culpa mariti factum fuisse, & tamẽ admittitur prædicta replicatio, quãuis propter eam sequatur incõueniens, de quo in d. §. Marcellus. Vrget etiam in contrarium. l. cum mulier. 49. ʒ. eo. vbi mulier repetebat dotem: maritus excepit de adulterio vxoris, & ipsa replicauit de lenocinio mariti, & admittitur hæc replicatio, quanuis per eam actoris delictum remaneat impunitum, & tantum maritus pœna afficiatur, & sic non attẽditur inconueniens expressum in d. §. Marcellus. Sed defendendo supra tradita, ad istum tex. respondetur, quòd in eo attento modo propositionis, replicans in effectu negat, suo delicto & culpa interuenisse diuortium, & potius delictũ retorquet in aduersarium, in quibus terminis semper replicatio delicti aduersarij admittitur. Neque repugnat d. §. Marcellus. quia procedit, quando replicans non negat proprium delictum, sed vult elidere exceptionem aduersarij: quia ille etiã delictum commisit: in his enim terminis non admittitur replicatio, quãdo ex ea sequitur inconueniens in d. §. Marcellus. Et est ratio differentiæ, quia primo casu, cum attento modo propositionis, de vno tantùm delicto puniendo agatur, cessat ratio d. §. Marcellus. & si postea inueniatur vtriusque culpa diuortium factum fuisse, in effectu inducta compensatione, vtrumque delictum punitur, iuxta istum tex. In secundo autem casu, cum constet de delicto vtriusque partis, vtrùm debeat admitti replicatio, nec ne, obseruatur decisio d. §. Marcellus. Ad secundum de l. cum mulier. 49. ʒ. eo. respondet Bald. cap à nobis. nu. 3. ad finem. de exceptio. speciale esse in eo casu, vt admittatur replicatio de delicto mariti, ne aliàs maritus videatur ab vxore exigere pudicitiam, quam ipse nõ præstat. l. si vxor. 13. §. iudex. ʒ. de adult. † Quæ ratio non placet, quia refugium est miserorum, recurrere ad specialia. gl. l. filium quem habẽtem. C. famil. ercisc. Et ideò melius respondetur, quòd replicatio lenocinij mariti in d. l. cum mulier. reddit delictum adulterij, de quo maritus excepit, quoad ipsam mulierẽ impunitum, ex ratione d. §. iudex. & ex constitutione Antonini, relata per diuum Augustinum lib. 2. ad Pollentium, quam supra retulimus, & ideò merito admittitur talis replicatio: quia delictũ de quo excipiens opposuit, perinde consideratur ac si delictum non esset. Cũm igitur in effectu agatur de vno tantùm crimine punibili, cessat ratio d. §. Marcellus. Prout in simili dicimus, quòd quando sequens crimen cõsumit, & extinguit primum, de vno tãtùm delicto videtur agi, nec tunc potest tractari de compensatione delictorum facienda, cùm non duplex delictum, sed vnum tantũ esse videatur: vt tradit Bart. l. si quis à se. num. 3. C. ad l. Iuliam de vi publica. subscribit Menoch. de recup. possessio. 9. remedio. num. 168. Et confirmatur; quia replicatio lenocinij in effectu concludit, exceptionem adulterij non competere marito, cum propter eam quoad maritum reddatur adulterium impunitum: vnde meritò talis replicatio admittitur. Prout in simili videmus, quòd nemo potest opponere de iure tertij. l. sicuti. §. sed si quæratur. s̃. si seruit vend. l. si alienam. 12. s̃. eo. & tamen si oppositio concludat propter ius tertij, agenti non cõpetere actio nẽ ipso iure, vtique admittitur talis obiectio. Bart. l. commodare. num. 2. s̃. commodati. & l. 2. num. 1. ʒ. de exceptio. rei iudicat. & ibi Socin. num. 6. Similiter de de iure fisci nemo potest opponere. l. his consequenter. §. 1. cum glos. s̃. famil. ercisc.

ercisc.& tamen quilibet potest opponere de iure fisci, quod concludit, agenti actionem ipso iure non competere, vt latè resoluit Tiraq.l. si vnquam.verb.reuertatur.num.356.C.de reuocand.donatio. semper enim allegatio admittenda est,quæ concludit,agẽtem sine actione agere,vel exceptionem illi non competere.l.si pupilli.§. fin.ff. de negoc. gest.ff aliàs si iudex eam allegationem non admittat,tenebitur parti ad impensas,& interesse: vt resoluit Curt.Senior. l.vbi pactum. num.33. C. de transactio. Iason l. quod iussit.nume.40.ff.de re iudicat. Et hæc satis in materia.

## SVMMARIA EORVM QVAE TRactantur in interpretatione. l.Post dotem. 41. ff.Soluto matrimonio

1 *Refertur emendatio Cuiacij ad literam huius tex. & reijcitur.*
2 *Et assignatur cõmunis huius tex. intellectus, & referuntur difficultates, quæ contra eũ mouentur.*
3 *Communis tamen intellectus defenditur, & difficultatibus respondetur.*
4 *Et explicatur litera huius tex.*
5 *Et quæ ratione præsupponat,quod si filia liberos relinquat,dos integra non est restituenda patri.*
6 *Quæ retentiones abrogentur.l.vnica.§.taceat. vers.si leat.C.de rei vxo.actio.*
7 *Noue explicatur is textus.*
8 *Qualiter sit intelligendum id,quod is tex.præsupponit,liberos succedere in dote materna*
9 *Et multi casus circa hoc considerantur.*
10 *Examinantur quæ ex communi intellectu colligunt DD.*
11 *Qua ratione in casu huius tex.videatur reseruatum ius filiæ.*
12 *Et assignatur ratio,cur patri agenti viua filia obstet exceptio.*
13 *Quando in stipulatione suppleatur persona extrinsecus.*
14 *Explicatur l.si ita stipulatus.126.§. Chryssogonus,ad finem.ff. de verbo.obligatio.*
15 *Non debet admitti interpretatio,quæ doti præiudicetur.*
16 *Quando consensus filiæ patri adhibitus habeat vim mandati.*
17 *Ex quo multa inferuntur.*
18 *Consensus inducit mandatum,quando actus pertinet ad vtilitatem illius qui consensum adhibet.*
19 *Agitur de intellectu. l.idemque.10.§. si cui. ff.mandati.*
20 *Declaratur quando habeat locum actio tributoria,& actio quod iussu.*
21 *Et noua ponitur resolutio.*
22 *Explicatur l.1. §.si is qui nauem ff.de exercito.actio.*
23 *In causa criminali consensus nunquam induc it mandatum.*
24 *Quando actus videatur factus procuratorio nomine.*
25 *Et vtrùm respectu tertij videatur factus procuratorio nomine.*
26 *Dos præsumitur data per patrem tẽpore, quo eius restitutionem stipulatur.*
27 *Notarij solent facere mentionem numerationis,vbi illa coram eis facta fuit.*
28 *Nunquam est admittenda interpretatio contra verborum proprietatem.*
29 *Stipulatio patris impedit dotem consolidari in persona filiæ.*
30 *Explicatur l.vnica.§.videamus.C. de rei vxo. actio.*
31 *Et noua ponitur consideratio.*
32 *Explicatur l.fina.C.cõmunia vtriusq; iudicij.*
33 *Explicatur auth. sed quanuis. C. de rei vxo. actio.*

Ea



34 *Ea non habet locum,si filia ingrediatur religionem.*
35 *Agitur de intellectu.l. fina §. filiæ.ff.deleg.2.*
36 *Quando grauamen subsistat in dote data filiæ.*
37 *Explicatur vera mens Iureconsul.d.§.filiæ.*
38 *Filij tanquam hæredes succedunt in dote matris aduentitia.*
39 *Explicatur.l.1.§. si nepos.ff. si quis à parente fuerit manumiss.*
40 *L.2.ff.de castrens.peculio etiam procedet in dote aduentitia.*
41 *Dos data nepti per auum, censetur aduentitia.*
42 *Declaratur dictum Vlpiani in institutionibus.*
43 *Si dos profectitia in solidũ ad filiam pertineat, in ea potest habere hæredem secundum magis communem.*
44 *Contrarium tamen verius esse ostenditur.*
45 *Pater non potest facere, quod id, quod occupatur tanquam peculium, consideretur tanquam hæreditas.*
46 *Dos simpliciter data,reuertitur ad patrem,& non pertinet ad filios mulieris.*
47 *Idque aduersus plures defenditur.*
48 *Quando consuetudo dicatur inducere declarationem iuris communis.*
49 *Quæ requirantur,vt consuetudo,quæ approbauit opinionem Martini,locum obtineat.*
50 *Et quæ vtilitates resultent ex disputatione de qua supra.*
51 *Quando nepotes succedentes auo, teneantur dotẽ maternam conferre.*
52 *Et in hac materia noue inducitur.l.illam.C.de collatio.*
53 *Inter quas personas admittatur collatio.*
54 *Et quando repræsentatio debeat esse in consideratione.*
55 *Ostenditur verius esse,quòd nepotes succedentes auo,indistincte teneantur conferre dotẽ maternam.*
56 *Quando patri dotem repetenti competant priuilegia doti concessa.*
57 *Et vtrùm priuilegia dotis transeant in cessionarium?*
58 *Explicatur l.vnica.C. de priuilegio dotis.*
59 *In cessionarium etiam necessarium non transit priuilegium prælationis.*
60 *Agitur de intellectu l final.C. de priuileg.fis.*
61 *Quando soluens creditori potiori, subrogetur eius loco.*
62 *Et quando in eum transeat priuilegium potiori creditori competens.*
63 *Agitur de intellectu. l. Herennius.43. §. de vsuris.*
64 *Refertur quedam traditio Bald. Nouelli,& reijcitur.*
65 *Cessionarius habet priuilegia, quando agit ad vtilitatem cedentis.*
66 *Pater præfertur in successione matri in his quæ ab eius substantia,vel ex linea paterna ad filiam peruenerunt.*
67 *Contrarium tamen vt verius defenditur.*
68 *Et agitur de intellectu.l. quod scitis.3.C de bonis quæ liberis.*
69 *Bona materna non quærebantur patri iure patriæ potestatis ante Iustinianum,acquirebãtur autem alia aduentitia.*
70 *Agitur de intellectu.l. de emancipatis. §. exceptis.C.de legit.hæredib.*
71 *Et ostenditur,illum non probare communem conclusionem.*
72 *Sed aliud longe diuersum.*
73 *Explicatur l.final. C. communia de successio.*
74 *Auus maternus,& paternus æqualiter succedunt nepoti.*
75 *Ad cognoscendum à cuius linea bona processerint, non est inspiciendum initium, sed persona immediata,à qua bona peruenerũt ad defunctum.*
76 *Quæ opinio aduersus multos defenditur.*
77 *Et optimo simili confirmatur.*
78 *Mutatione personæ mutatur qualitas rei.*

INTER-

# INTERPRETATIO
## Legis Post dotem, 41. ff. Soluto matrimonio.

HANC legem, vnam de clauibus huius tituli appellat Claud. hic in princip. & esse valdè difficilem, propter varietatē lecturarum, dicit Vincent. hic in princip. & subtilem, & difficilem reputat Bolognet. in princ. Vt autem illius difficultas melius percipiatur, aduersus illam opponitur de l. quoties. 30. vers. cæterum. §. eod. vbi pater etiam ex interuallo potest sibi soli appropriare dotis actionem, si filia consentiat. Rationem reddit Crot. l. 2. §. quod si in patris. num. 5. §. eo. ergò male is tex. præsupponit contrarium. Vnde pro concordia glos. 1. hic quinque intellectus huius tex. recitat, quibus & DD. alios quinque addunt. Et prius quam ad illorum relationem deueniam, aduertendū est, quòd Cuiac. lib. 4. obseruatio. ca. 21. asserit † literam huius tex. corruptā esse,
1 & secūdum Grēcorum literam esse emēdādam, quòd pater post dotem datam, & nuptias contractas, stipulatus est sine consensu filię dotem sibi reddi, acita per peram fuit stipulatus: & nihilominus probat tex. quòd si filia decessit sine liberis, reconualescit stipulatio: si autem viua filia agat, repelletur exceptione, quia à principio fuit stipulatus sine filiæ cōsensu. Sed vtique huic emēdationi repugnat authoritas pandectarum Florentinarū, in quibus inuenitur litera, Filiæ voluntate. vt etiam omnes codices habent, & hic asserit Bolognet. num. 79. Item secūdùm prædictam emendationem, huius tex. decisio contineret casum indubitabilē, aduersus regulam l. quod Labeo. ĵ. de Carbo. edict. Quo argumento 4. intellectum glos. hic, quæ referebat illa verba, Voluntate filiæ. ad verbum. Facto diuortio. quasi diuortium esset factum de voluntate filiæ: stipulatio autem patris fuerit facta sine volūtate filiæ, improbat Bart. hic nu. 7. & alij communiter. Præterea neque conclusio, quam is tex. probaret secundum prædictam emendationem, esset vera, scilicet, quòd stipulatio, quæ à principio perperam cōcepta fuit, sine filiæ volūtate, ex post facto cōualescereet, si filia moreretur sine liberis: nam licet hanc conclusionem tanquam verā defendant Roman. hic num. 82. Claud. num. 5. & ante eos Bald. col. 2. ad mediū. tamen non videtur vera, propter regulā l. quod in initio. ĵ. de reg. iuris. nec tunc pater ageret ratione stipulationis inualidæ, sed potius quia dos per mortem filiæ consolidatur in eius persona. l. dos à patre. C. solut. matrimo. quicquid inuoluat Alex. hic num. 8. ad finem. Retenta igitur cōmuni litera, ad prædictā difficultatem respondendum est, quòd l. quoties. 30. vers. cæterum. §. eod. procedit, quando pater de voluntate filiæ stipulatus est dotem sibi reddi: sed si non fuerit stipulatus sibi, sed tantùm stipuletur soluto matrimonio dotē restitui, nō expressa persona, cui debeat fieri restitutio, locum habet decisio huius tex. & ita glos. hic in. 3. intellectu, quem esse cōmuniter receptum asserit Alexan. hic in princip. & num. 6. Iason. num. 7 & num. 18. Vincent. num. 5. Claud. num. 4. & eū probat Duaren. Nouellus de dote. 6. parte. priuileg. 30. Petrus Vēderanus tract. de priuileg. credito. cap. 4 Hunc tamen receptum



receptum intellectum improbat Bar. hic num. 5. quasi literæ non conueniat: quia secundùm eum in hoc tex. pater fuit stipulatus dotem sibi reddi, non autem fuit impersonaliter stipulatus, vt prædictus intellectus præsupponit. Eundem communem intellectum improbat Iason hic nu. 22. ea ratione, quia secūdum eum, stipulatio hæc impersonaliter facta nihil operaretur, quia & absque ea pater, viua filia, posset petere dotē de consensu filiæ, & ea mortua, iure proprio. l. dos à patre. C. sol. matrimon. Porrò semper facienda est interpretatio, qua actus aliquid operetur. l. si quando. 112. ĵ. de leg. 1. c. si Papa. de
2 priuileg. in 6. † Itē quia pater ad cōcipiendam hanc stipulationem, requisiuit consensum filiæ: vnde verisimile est voluisse dotem sibi restitui; aliàs frustra requireret filiæ consensum, & stipulatio semper intelligenda est secūdū verisimilem mētem partium. l. final. C. quæ res pignori. Denique secundùm prædictum intellectum, pater posset petere dotem, etsi filia decederet cum filijs. l. dos à patre. adiūcta glos. magis communiter recepta. C. solut. matrimonio. & tamen is tex. in verbo, Sine liberis. præsupponit, quod si filia liberos relinquat, pater non posit dotem petere virtute prædictæ stipulationis: ergò tex. is sentit, quòd stipulatio impersonaliter concepta, non intelligitur secundùm iuris communis dispositionem, vt prædictus intellectus præsupponit. Sed his non obstantibus, non est recedendum à recepto intellectu. Nec obstant rationes supra adductæ aduersus eum: nam ad primam rationem Bart. respondetur, falsum esse quod ipse dicit in isto tex. patrem sibi fuisse stipulatū, quia imò omnes libri habent literam sine dictione, Sibi, & sic ex ea constat, stipulationem impersonaliter fuisse conceptam, vt hic asserit Bolognet. num. 66. & ita in hoc prædictam Bart. rationem communiter reprobari asserunt Benedict. de Plūbino hic col. 2. Alexan. num. 6. ad finē. Item nec etiam obstant Iason. rationes supra relatæ: nam ad primam respondetur, quòd licet stipulatio impersonalis intelligatur secundūm ius: tamen illud operabitur, quòd mortua filia, habebit pater duas actiones, scilicet illam quam habet ex dispositione. l. dos à patre. C. soluto matrimonio, & aliam virtute stipulationis: quæ vtilitas considerabilis est in iure. l. cum filius §. varijs. ĵ. de leg. 2. confirmādo vt per Bald. Nouellum de dote. 7. parte, speciali. 11. nu. 4. Item & vltra alios illud operabitur, quòd si diuortium sit secutum culpa filiæ, ac ita secundùm iuris dispositionē, dos debebat cedere lucro mariti. l. consensu. C. de repud. tamē virtute stipulationis, dotem pater repetere
3 potest. l. si dotem. 24. C. de iure dotium. † Neque repugnat is tex. quia tantùm probat, per prædictam stipulationem impersonaliter conceptam, videri etiam reseruatum ius filię. Cùm igitur in prædicto casu illa ius suum amittat. l. consensu. C. de repud. nullum ius habet, quod posit hoc casu sibi videri reseruatum: adeò quòd nec valeret pactum, quòd nō amitteretur dos, etiam si culpa mulieris soluetur matrimonium: quia aperiret prædictum pactum viam malitijs, & ideò non valeret. l. conuenire. §. de pact. dotalib. & fere in terminis glos. l. 1. verb. interuenit. & ibi Bart. nu. 2. ĵ. de dote prælegat. Nouellus de dote. 7. parte, speciali. 11. nu. 4. & consequenter stipulatio operabitur effectum suum quo ad patrem. Neque etiā obstat, quòd imò culpa vel delictum filij fam. non facit patrē amittere ius suū dotis. auth. è contra. C. de repudijs, quia illud est ius nouū: nam iure ff. & Codicis, ante ius Authenticorū, culpa, vel delictū filiæ fam. in dote præiudicabat patri; vt sentit l. cū pater. ad finē. §. de pact. dotali. resoluit Salic. l. si dotem. num. 3. C. de iure dotium. & l. 3. num. final. C. de bonis proscripto. qui licet conetur defendere, idem etiam esse tenendum, attento iure Authentieorum, est tamen verius

& receptius contrarium, vt per Claud. l.2.§. voluntate. numer.7.ſ. eod. Ruin. conſil.24..nu.13. ad finẽ.lib.5. Menoch. de recup.poſſeſsio. 9.remedio. numero 88. Iſto igitur iure culpa filiæ nocebat patri, vt dotem non poſset recipere, niſi ſibi caueret per ſtipulationem. d.l.ſi dotẽ. 24. C.de iure dotium,& ſic multum hoc caſu operabitur ſtipulatio. Vnde infero, tex. iſtum eſſe intelligendum, quando ſine culpa filiæ factum fuit diuortium; nam aliàs cum illa ius ſuũ amitteret, minime neceſſarius eſſet eius conſenſus ad dotem repetendam,& conſequenter nõ procederet huius tex. deciſio. Non obſtat ſecundũ, quia reſpondeo, veriſimile quidem eſſe, patrem, quando voluntate filiæ voluit ſtipulari, habuiſſe mentẽ, vt dos conſolidaretur in eius perſona,& hac ratione voluntatem filiæ exegiſſe. Cæterum filia noluit conſentire, vt ille prædicto modo ſtipularetur, ſed tantũ, quòd ſtipularetur imperſonaliter: hoc enim clare important verba huius textus bene expenſa. Cùm igitur filia noluerit conſentire, quòd pater ſibi ſtipularetur, ſed quòd ſtipularetur imperſonaliter, aperte oſtendit, non conſentire, quod pater abſolute ſibi ſtipularetur dotis reſtitutionem, ſed tantùm eo caſu, quo ſine præiudicio iuris filiæ id fieri poſſet, & ſic retorquebitur argumentum. † Vnde ſi filia
4 conſentiret, vt pater ſibi ſtipularetur, non procederet is tex. nam tunc ſtipulatio imperſonaliter cõcepta, intelligeretur de perſona patris ſtipulantis. l. ſtipulatio iſta. 38.§. ſicut. & ibi Imol. ĩ. de verbor.obliga. ac ita inducetur deciſio l. quoties. 30. verſ. cæterum .ſ.eod. quicquid magis communis contrarium ſentiat, vt infra dicemus. Non obſtat vltima ratio de verbis huius textus, ibi, Sine liberis. à contrario ſenſu: quia reſpondet gloſ. final. hic, ſupplendam eſſe dictionem, Maxime. quia etſi filij extarent, tamen mortua filia, pater poſſet dotem repetere. l. dos à patre. adiuncta gloſ. recepta. C. ſolut. matrimon. quæ ſuppletio neceſſaria eſt, vt prædictus communis intellectus admittatur, quem nos defendimus, vt hic aſſerunt Alexand. numer. 17. Iaſon numero. 6. & probat Anton. Coſtan. tracta. de dotib. cap. 6. numero 18. Sed non placet, quia vis manifeſta infertur literæ, vt aduertit Bolognet. hic nume. 163. ad finem. & ideò Duaren. hic ad finem. & latius. l. ſi dotali. ĩ. eod. exiſtimat, Iureconſu. in his verbis alluſiſſe ad ius antiquum, cuius meminit Vlpianus in inſtitutio. tit. 6. verſi. mortua, quod mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad patrem reuertitur, quintis in ſingulos liberos in infinitũ relictis penes virum. Significauit igitur Iurecon. ſtipulationem imperſonalem intelligi, ſecundùm prædictam iuris diſpoſitionẽ, vt relictis liberis, dos non integra ad patrem reuerteretur, ſed relictis quintis penes maritum pro ſingulis liberis. Et ſi objijcias, ſecundùm hunc intellectum tex. iſtum eſſe hodie correctum, quia huiuſmodi retẽtio propter liberos hodie ſublata eſt per Iuſtinianum l. vnica. §. taceat. verſ. fileat. C. de rei vxo actio. reſpondet Duaren. l. ſi dotali ĩ eo. quòd apud antiquos duplex retentio dabatur propter liberos. Prima erat illa quam ſupra retulimus. Secunda, quando matrimoniũ ſoluebatur per diuortium culpa mulieris factum, tunc enim ſextæ retinebantur per maritum pro ſingulis liberis, dum modo dimidiam partem dotis non excederẽt, vt etiam tradit Vlpianus in inſtitutio. tit. 6. verſ. propter liberos. & tradit etiam Paul. lib. 2 ſententiarum, quem retulit Boethius in topicis Ciceronis, & meminerunt Anton. Coſtan. de dote. cap. 6. nu. 6. Bolognet. hic nume. 227. & Briſonius lib. ſingulari ad l. Iuliam de adulterijs. pag. 187. Hunc ergò ſecundum modum retentionis propter liberos, ſuſtulit Iuſtinianus d. §. taceat. verſ. fileat. non autem ſuſtulit primum modum reten-
5 tionis, qui etiam hodie obtinebit; & idẽ etiam



etiam tenet Anton. Coſtan. de dotib. cap. 6. numer. 6. & Bolognet. hic nu. 227. Sed neque is intellectus Duareni placet, quia illa retentio, quæ propter liberos olim fiebat, tantùm habebat locum, quãdo filia moriebatur in matrimonio, vt conſtat ex Vlpiano d. tit. 6. verſic. mortua. nam ſi per diuortium ſoluebatur matrimonium, tantùm retinebãtur ſextæ, ſi culpa filiæ ſolutum eſſet matrimoniũ. Cùm igitur in caſu propoſito in hoc tex. ſtipulatio eſſet concepta in caſum, quo per diuortium ſolueretur matrimoniũ, non potuit Iureconſ. habere reſpectum ad retentionem, quæ fiebat, quando morte mulieris ſoluebatur matrimonium: argumen. l. ſi cum dotem. in princip. ſ. eod. Et ſi dicas, referenda eſſe prædicta verba ad caſũ, quo culpa mulieris factũ eſſet diuortium, quo caſu ſextæ retinebãtur propter liberos, vt ſupra retulimus: replicabitur, quòd neceſſaria eſſet ſuppletio gloſ. hic ſcilicet, quòd ſuppleatur dictio, Maxime. cum ipſe Duaren. fateatur retẽtionem ex prædicta cauſa fuiſſe ſublatam per Iuſtinianum in d. §. taceat. verſ. fileat. Adde, quòd verius videtur, quòd tam retentio, quæ conceditur propter liberos, quando filia moritur in matrimonio, quàm retentio quæ permittitur, quãdo culpa mulieris ſoluebatur matrimonium, fuerunt ſublatæ per Iuſtinianum d. §. taceat. verſ. fileat, vt conſtat ex ea ratione: Sileat ob liberos retentio, cum ipſe naturalis ſtimulus parentes ad ſuorum liberorum educationem hortetur. quæ ratio aperte concludit, primam retentionem ſublatam fuiſſe. Secundã autẽ fuiſſe etiam ſublatam conſtat ex ea ratione, Ne varium genus culpæ. quę ratio aperte refertur ad hanc ſecundam retentionem, ac ita ex diuerſitate rationum conſtat, diuerſa genera retentionum ibi abrogari. Vnde colligas, quòd in d. §. fileat. illa dictio, Ne, non affert cauſam pręcedentis dicti, vt aliàs afferre ſolet. l. impenſæ. ĩ. de verbor. ſignific. & l. 2. in fine. ſ. quod iuſſu, ſed ſtat tanquam aduerbium prohibendi, & ponitur pro dictione, Non. iuxtã tex. l. in lege cenſoria. 203. §. ſeruos. & ibi Rebuf. ad finem. ĩ. de verbor. ſignific. nam aliud diuerſum genus retentionis ibi arrogatur, vt conſtat ex ſupra traditis. Ad veram igitur explicationem prædictæ difficultatis: item & ad aperiendum verum huius textus intellectum, eſt in primis aduertendum, quòd ſecundùm verum & magis communẽ intellectum huius textus, quem ſupra retulimus numero. 1. pater volebat in terminis huius textus dotem ſtipulari, vt ſibi ſoli reſtitueretur, iuxta terminos l. quoties. 30. §. cæterum. ſ. eodem. ſed filia noluit conſentire, ſed tãtùm conſenſit, quòd pater ſtipularetur imperſonaliter dotis reſtitutionem, nulla expreſſa certa perſona, cui facienda eſſet reſtitutio: de interpretatione igitur huius ſtipulationis imperſonalis rogatus Papinianus in lib. 28. quæſtionum, in effectu reſpondet, prædictam ſtipulationem ita eſſe accipiendam, vt per eam nullum inferatur præiudicium iuri filiæ, quod haberet in ea dote: neque etiam iuribus liberorum filiæ, ſed quòd tunc demum locum haberet ſtipulatio imperſonalis in fauorem patris, quando prædictorum omne ceſſaret præiudicium: vnde neceſſariò videndum eſt, quæ ſint iura mulieris, vel etiam liberorum eius, quæ in præ-
6 dicta ſtipulatione cẽſentur reſeruata. † Et primum expeditum eſt: nam actio eſt communis inter patrem & filiam, ita vt vnus ſine conſenſu alterius ea vti non poſsit, ad petendam dotis reſtitutionem. l. 2. §. quòd ſi in patris. ſ. eodem. quod ius filia videtur ſibi reſeruaſſe: & ideò inquit Papinianus, viua filia, patrem ſolum ſine eius conſenſu dotem repetere non poſſe, & obſtare ei doli exceptionẽ: declarãdo tamen vt ſupra n. 3. Quo ad ſecundum, quæ nam ſint illa iura libero-

rum,quæ videntur reseruata, in obscuro est, & circa hoc explicandum laborant scribentes.Sed dicendũ est,Papinianum non declarasse,quæ iura liberis mulieris competerent,sed tantùm dixisse, quòd si quæ iura haberent, illis non videretur præiudicatum per stipulationem impersonalem. Quæ autem essent illa iura, reliquit petendum à iuris principijs. Secundùm quæ dicendum est, tex. non posse exemplificari in eo iure,quod mortua filia cum liberis, dos ad eos pertinet tanquam matris hæredes, nam id minime verum est attentis iuris principijs, cum verius & receptius sit, dotem datam filiæ, ea mortua ad patrem reuerti, etsi filia liberos viuos relinquat.l.dos à patre, & ibi glos. recepta.C.soluto matrimon. & infra latius dicemus. Præterea neque is textus exemplificari potest, quando interuenit pactum expressum, quòd soluto matrimonio,dos pertineret ad filios mulieris,iuxta l.si dotali. 48. ʃ. eo. & l. inter socerum. §. cum inter.s̃. de pact. dotalib. nam licet in casu nostri tex. matrimonium fuerit solutum per diuortium, & in his terminis toleretur pactum, quòd ad filios etiam viua matre dos pertineat.l.1.in princi. ʃ. de dote prælegat.notauit glos.final.l.2. s̃. de pact. dotalib. Alexan.l. 2. §. quod si in patris.num. 3. ad finem.s̃. eo. ob rationem, quam tradidimus l. 2. in princi. 1. parte. num. 150.s̃.eod.& ideò l. si dotali.48 ʃ.de eo.probat valere pactũ,quod soluto matrimonio,scilicet per diuortium, vt ibi per glos. 1. in fine. dos retineatur per maritum nomine filiorum, id est ad eorum vtilitatem: nam idem significat,quid retineri nomine alicuius, vel ad eius vtilitatem. l. tutorem. cum glos. ʃ. de his quib. vt indign. glos.l. Polla. eod. titulo. l.1. cum glos. C. ne vxor pro marito. tamen noster textus in prædicto casu verificari minime potest. Quod ex eo constat, quia præsupponit, quòd si mulier consentiret, vt pater dotis restitutionem sibi soli simpliciter applicaret, præiudicaretur iuribus mulieris & liberorum: quod verum non esset, si ex pacto dos ad filios pertineret; neque enim ius eis quæsitum, ex consensu matris eis tolli poterit.l. final.s̃. de pactis.l. perfecta. C.de donat. quæ sub modo.bonus tex. l. cum maritus. §.fina.s̃.de pact. dotalib. & in terminis tenet Paul. l.si cũ dotem.in princip. numer. 8.s̃. eodem.& pro regula tradit Bald.l. pro hæreditarijs.numer.8. C. de hæred. actio. quòd vbi dos ex pacto alicui applicata est,non potest mulier de ea testari, vel aliquid disponere in præiudicium illius, cui dos applicata est.d.l.cum maritus.§.fina.subscribit Ruin.consil. 8. numer. 1. lib. 2. & latè comprobat Cagnol.l. final.num. 100. versic. quando autem.C. de pactis. Roland. de lucro dotis.quæst. 82. Item præsupponit is textus, quod si liberi decedant ante matrem,dos pertinet ad mulierem cum natura antiqua, vt scilicet pater sine eius consensu illam petere nõ posit:quod præsuppositum minime verum esset,si ex pacto post diuortium,dos ad liberos pertinuit: nam efficeretur proprium eorum patrimonium.l. si vir. 6. & ibi Alexand.ʃ. ad l.Falcid.l.inter socerum.§. 1. s̃.de pact. dotalib. vnde illis mortuis, non debuit dos redire ad antiquam naturam, cum ex noua causa ad mulierem inceperit pertinere. l. si à me. 29. & ibi Bart. & Alexand. ʃ. ad l.Falcid. Alexand. consil.28.numer. 1. lib. 5. latè Tiraquel. lib. 1. retract. §. 19. glos. 2. & fere in terminis tradit Afflictis decisio. 314. numer. 5. Quinimo dos tanquam hæreditas filiorum debuit matri deferri. l.penult.ʃ. ad Tertullianum. & consequẽter iure potestatis in patrẽ debuit trãsferri.l.placet.ʃ.de acq.hær.Cũ igitur in prædictis casibus,quod præsupponit istex.verificari nõ posit,† restat dicẽdũ,verificari debere, quando per donationẽ patris,

7

vel



vel alium modum, dos in totum effecta fuit filiæ: nam tunc cum dos illius sit in solidum,eam relinquit filijs suis; & de hoc iure in spe, videtur is textus intelligẽdus:vt expresse intellexit.Bart. hic num. 27. communiter receptus. Et pari ratione, quando dos consolidatur in persona filiæ.per emancipationem.l.si socer. 45. in fine princip. s̃. eod. l. vnica. §.videamus. C. de rei vxor. actio. nam cum etiam dos efficiatur filiæ in solidum, eã liberis relinquet.Paulus consil. 11. num. 1.lib.1. Non igitur is textus intelligendus est, quod indistincte dos matris pertineat ad filios tanquam eius hæredes, sed quòd in casibus, in quibus dos ad matrem in solidum pertineret, habent filij ius & spem in illa succedendi, quod eis per stipulationem impersonalem nõ tollitur.Quanuis igitur, si auus de consensu filiæ stipularetur dotis restitutionem sibi fieri, dos consolidaretur in eius patrimonio.l. final. C. communia vtriusque iudicij. & consequenter nepotes nullam haberent probabilem spẽ succedẽdi matri in ea:tamẽ quãdo stipulatio est impersonalis, quia ex ea non acquiritur ius auo, nisi matre decedente sine liberis, vt constat ex isto textu,semper prædictum ius in spe succedendi in dote matris, videtur eis reseruatum.Sed aduersus hanc explicationem vltra alios aduerto,duas contra illam vrgere arduas difficultates. Prima est, quòd præsupponit, ius in spe quòd filij possint succedere matri in dote, esse ius considerabile, secundùm iuris dispositionem, & ideò liberis videri reseruatum: quod tamen iuris principijs videtur repugnare, quia spes quod filius succedat matri, non est in iure considerabilis, neque attendenda l. 1.§.si impuberi.ʃ.de collatio. bonorum. & l. post emancipationẽ. §.final. ʃ. de libe. legat. & ibi Bart. tradit idem Bart. l. final. in fine.C. de pact. cuius opinionem dixit receptam Curt. Iunior ibi numer. 6. & Gozad. numero 14. & Cagnol. numer. 287. & probant Imol. l. qui Romæ.§. duo fratres.num. 30.& ibi Alexan. numer. 35. ad finem. ʃ. de verbor. obligatio. & confirmat Iason l. is potest.à numer. 16.ʃ. de acquir. hæred.ita vt neque sub conditione videatur debita. Paul.consil. 212. nume. 1. lib. 2. Aymon consil. 938. numero 6. lib. 5.Secunda difficultas est,quòd vt infra probabimus numer. 43. verius est, quòd is textus propriè verificari debeat, quando in filia dos consolidatur per emancipationem,iuxta l. vnica.§. videamus. C. de rei vxo. actio. nam quando filia remanet in potestate, verius est, quòd in dote filij ei non succedant tanquam hæredes, vt ibi dicemus:hæc autem spes,vt pote pendens à sola voluntate patris, non debet esse in consideratione,iuxta doctrinam Bart. receptam l. final. ad finem. C. de pactis.& ideò in specie.l. post emancipationem.§. fina. ʃ. de libe. legat.probat, non esse in consideratione, quód filius propter patris emancipationem, possit obtinere peculium. Sed his non obstantibus,non est recedendum ab explicatione de qua supra,quæ est de mente communis. Neque obstat prima ratio in contrarium adducta, quia procedit, quando agitur de hæreditate hominis viuentis: cùm enim viuentis non detur hæreditas. l. 1. s̃.de hæred.vel actio. vend. non est probabilis spes, quód quis succedat in hæreditate alicuius, dum ipse viuit: nos autẽ agimus de dote, quæ respectu hæreditatis, censetur res particularis, vt in specie declarat Bald. l. pro hæreditarijs. nu.12.C.de hæred.actio. & respectu rei particularis,spes succedẽdi in ea dicitur probabilis: & ideò resoluunt D D. quòd si statutum deferat dotem matris filijs,videtur eis reseruasse ius legitimum succedẽdi in ea matri; quasi hoc ius probabile sit, & considerabile.Paul.l.si cũ dotem. in princip. num. 9.s̃.eo.& per Dec.cons. 386.col.final. ante medium.Soc. Iunior

consil.27.num.11.& nu.14.lib.1.Item & secundò respõdeo,quod imò filius habebat probabilem spem,& à iure admissam,quòd succedet parentibus.l. nec ei. 17.§.præterea.s. de adoptio. Bart.l.is potest.num.8.j.de acquirend.hæred.communiter receptus:vt ibi asserit Iason.nu. 14.& Maranta nume.204.& constanter Ruin.consil.206.num.2.lib.1.& latè cõfirmat Tiraq.tracta.primogen.quæst.40. à num.96. Neque obstãt supra adducta in contrarium,quia placet resolutio,quæ colligitur ex traditis per Alciat. l.fina. n. 4. C. de pactis. quòd spes succedẽdi parẽtibus,nõ est probabilis eo respectu, vt de ea filius posit disponere,dũ viuit pater.l. final. C.de pact. Bart.l.cum dominus.§. final. s. de pecul.legat. sic limitata regula l.spem. C.de donatio. sed quoad effectũ ne tollatur, vel diminuatur illud ius, dicitur spes approbata à iure.d. l. nec ei. §.præterea.s.de adoptio. & ideò in legitimatione filij spurij debet fieri mẽtio de filijs legitimis, quia per legitimationem eis diminuitur legitima spes succedendi patri, vt per Bald. l.nam ita diuus.num. 1.s.de adoptio.& est recepta sententia, vt per Ruin.consil.87. numer. 2.lib. 3. & Couarr.de sponf. 2.parte.c.8.§.9. nume. 7. Vnde pari ratione ius & spes succedẽdi matri in dote, erit considerabile quoad hunc effectum,ne diminuatur vel tollatur per aui stipulationem impersonaliter conceptam. Non obstat secunda ratio, quia aduertendum est,illam proprie vrgere aduersus filiam,quæ habet spem retinendi dotem, si morte patris vel per emancipationem facta fuerit sui iuris. l. vnica.§. videamus. C. de rei vxor.actio. nam ea spes, saltem respectu emancipationis, non debuit esse in consideratione,per supra tradita. Sed respondendum est,filiam habere dotem & actionem dotis de præsenti,& quando spes est fundata in iure de præsenti,semper est considerabilis.l. 2. j.de statuliberis.tradit Bart.l. post emancipationem.§.final. num 2. j. de libe.legata. & sentit l. final. ad finem. C.de pactis.& l.quod Seruius.ad finem.s. de conditio.ob causam. notab. Aretin. consil.7.col.2.,post medium.& in materia Rota decisio.11.nu.3.de iure patron. in antiquis.& exornat Tiraq.post ll.connubiales.glos. 2. num. 36. pro quibus est tex. l.3.§.sed vtrùm.in fine.s. de minori. vbi filia minor cõsentiens patri,quòd dotem ex interuallo stipularetur, tanquam læsa restituitur,quia sibi præiudicauit in illa spe probabili obtinendi dotem, & eã filijs relinquendi. Et quãuis respectu spei filiorum videatur vrgere ratio de qua supra:tamen respondendum est, nõ procedere in filijs respectu parentum, vt supradictũ est:eo maxime,quia in hoc casu mater voluit illam spem considerari; & ideò meritò est in cõsideratione.Curt. Iunio. l. final.in fine.C. de pact. Nec repugnat textus d.l. post emancipationem.§. fina. j.de liberat. legat.quia reiecta expositione glos.penul. ibi,vera interpretatio est, quòd pater,cui relicta erat liberatio,volebat eam prodesse filio, si forsan ei emancipato pater peculium relinqueret,iuxta l. donationes in concubinam. §. pater.j. de donatio.volebat enim, quòd licet filius ex sua persona posset cõueniri tunc, in quantũ facere posset.l.2.s. quod cum eo.tamen liberatio patris ei prodesset,ne eo casu conueniri posit:quod tamen negat Iureconf. propter regulam. l.si vnus. §. ante omnia. s. de pactis. & quia tunc proprie militat doctrina Bart.d.l.final.in fine.C.de pact. Defensa igitur sic cõmuni explicatione, ex ea intelliges, cur Iureconsul.proposuit,matrimonium fuisse solutum per diuortium: nam si per mortem filiæ etiam emancipatæ solueretur, dos reuertitur ad patrem.l. iure succursum.7.in princi. s. de iure dotium. l. pater filiæ.71. cum glos.s. de euictio. diximus.l.2.§. quòd si in patris.s.eo.& sic nulla esset dos,in qua filij matri etiam emancipatæ succedere possent. Intelliges etiam, quare Iureconsul. præsupponat,

quòd



quòd si filia voluisset cõsentire,quod pater simpliciter stipularetur dotis restitu-
9 tionem, præiudicaretur iuri filiorum: † nam cum ius filiorum consisteret in illa spe succedẽdi matri in dote, ex illius dispositione cõtraria potuit illis tolli: vt per Paul.l. si cum dotem.in princ.nume.9.s. eo.Intelliges etiam,cur Iureconf.præsupponat, quod mortuis filijs,dos remanet in sua natura,quia scilicet in illa, dum viuebat mater, nullum ius fuit illis quæsitũ nisi in spe. Denique intelliges,cur Iureconf. dicat,quòd mortua filia sine liberis,locus est stipulationi paternæ: vt tex. clare significat, & notant Bald. hic col. final.& Angel.num. 5. quicquid Dyn.& Bart. hic num. 27. intelligant, quod pater tãquam hæres succedat in dote filiæ: cũ enim in prædicto casu cessauerit præiudicium eorum,quorum iura videbantur reseruata,meritò locus erit stipulationi paternæ. Et effectus erit, quia si pater succederet tanquam hæres filiæ, potuisset illa,patri legitima relicta, de reliquis bonis ad libitum disponere,& sic ei præiudicare.Paul.l.si cum dotem in princip. num.9. s.eo. Iason consil.127. col. 3.lib. 1.Decius consil.386.col.final.Quoniam autem verius est obtinere dotem ratione stipulationis,non valebit factum, vel dispositio filię in patris præiudicium.l.cũ maritus.§.final. s.de pact. dotalib.tradit Bald.l.pro hæreditarijs.num.8. C.de hæred.actio. Ruin.consil.8.numer.1.lib.2. prosequitur Cagnol.l.final.nu. 100.C. de pactis,& Rolandus de lucro dotis. q. 82.stipulatio enim patris præcedens,impediuit dotem consolidari in persona filiæ,etiam emancipatæ.Bart.hic num.22. communiter receptus ex Alex. num.19. Xuarez l. quoniam in prioribus. 16. ampliatione.num.3.C.de inof.testamẽt.Expedito ita vero intellectu huius textus, & defenso cõmuni intellectu de quo supra nume. 1.ex eo multa colligunt DD. quæ nos post eos examinabimus. In primis igitur Bart. l.Gaius.num. final.j. eod. ex illo colligit, quod licet ille, qui impersonaliter stipulatur,videatur sibi stipulatus.l.stipulatio ista.38.§.sicut.& ibi notat Imol.j. de verbor.obligat.& §. si quis ita. eiusdem legis.& ibi notat Bart. num. 2.& Iason num. 4. tamen fauore dotis pater impersonaliter stipulatus dotis restitutionem,non videtur sibi stipulatus, sed sibi & filiæ simul,iuxta naturam actionis dotis profectitiæ,de qua supra l. 2. §. quòd si in patris.s.eo.Ex quo infert Bart. vbi supra,quòd si extraneus dederit dotem pro muliere, & impersonaliter sit stipulatus dotis restitutionem,videbitur stipulatus nomine mulieris: quia hæc est natura dationis,vel promissionis dotis,secundum iuris dispositionem, vt stipulatio videatur facta nomine mulieris, nisi dans vel promittens specialiter stipulatus fuerit,eam sibi restitui.l.vnica. §. accedit.C.de rei vxo.acti.subscribit Paul.l. Gaius.numer.5.s. eo. & ibi Alex.in fine. Claud.hic nume. 5. Paul. consil.372.nu. 3.lib. 1.& asserit receptum Nouellus de dote.6. parte priuileg.30.in fine.Grego. l.30.tit.11.parti.4.in glos.Deue. Anton. Gomez.l. Tauri.50.numer.28,in fine. & Bolognin. hic in nouis interpretationibus,& Bolognet.num.72. Et idem in matre vel patre qui illam non habet in potestate,vt probat d.§. accedit. notat Paul. cõsil.375. num.6.lib.1.Sed est aduertendum,quod nec principale dictum,nec illatio quæ ex eo fit, videntur vera: nam quòd dictum non sit verum,patet ex eo, quòd si pater videretur stipulatus sibi, & filiæ,pro dimidia cuilibet videretur quæsita obligatio,iuxta regulam l. reos. §. cũ in tabulis.j.de duobus reis.Bart.receptus l.Gaius.num.6.j.eo.& tamen is tex.præsupponit,actionem ex stipulatu in solidũ esse patris, & etiam in solidum esse filiæ, & ideò patrem sine consensu filiæ agere non posse,iuxta tradita l.3.s.eo.Item nec est verum,quòd natura actionis ex stipulatu sit communis inter patrem & filiã, imò illa est solùm patris.l.vnica.§.& hoc.

C. de rei vxo. actio. & supra diximus. Denique in stipulatione nunquam est supplenda persona extrinseca, & sic non est supplenda persona filiæ. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. in fine. ĵ. de verb. obligat. & ideò verior resolutio est, quòd in casu hic proposito pater per stipulationem voluit nouare priorem actionẽ rei vxoriæ, communem inter ipsum & filiã, & eam omnino in se transferre: sed quia filia noluit consentire in hoc, sed tantũ quòd impersonaliter stipularetur, interpretatur Iurecons. mentem partium fuisse, vt hæc secunda stipulatio intelligeretur facta sine præiudicio iuris filiæ, vel liberorum, vt supra diximus: & probatur in simili. l. penul. ĵ. de aqua quotid. & æstiua. & l. idem fiet. ĵ. de testa. tutela. & l.
11 Bæbius in fin. s̃. de pact. dotalib. † Et hinc est, quòd licet stipulatio, quoad conditionem expressam videatur commissa: tamen propter prædictam tacitam reseruationẽ videtur pendere, & ideò ex stipulatione agenti obstabit exceptio, vt in simili probatur. l. pecuniam. 36. s̃. si certũ petat. & l. si debitor mulieris. 83. s̃. de iure dotium. Neque dicas, quòd si adhuc videtur pendere propter tacitam conditionem, non debet videri orta actio, & obligatio, iuxta traditionem glos. receptæ. l. item quia. §. 1. s̃. de pactis. quia respondetur, quòd cum præcesserit actio rei vxoriæ pura, propter sequentem conditionalem, non impeditur ortus actionis, & obligationis, sed tantùm impeditur executio, glos. recepta. l. pecuniam. 36. verb. cõtraria. s̃. si certum petat. & ideò dicitur competere exceptionem aduersus agentem. Ex quo infero, quòd in specie huius tex. pater volebat agere ex stipulatione, quasi virtute illius, in eius persona actio esset consolidata: sed quia ex mente filiæ rantũ consentientis patrem impersonaliter stipulari, subintelligitur tacita reseruatio iuris mulieris, quasi suspensa sit executio stipulationis conditionalis, agenti obstabit exceptio. Infero etiam, quòd licet glos. hic in 3. intellectu teneat idem quod Bart. scilicet, quòd in casu huius tex. pater videtur stipulatus sibi, & filiæ, & idem communiter alij, vt hic asserit Bolognet. numer. 65. Florian. l. Pomponius. à nu. 78. s̃. famil. ercis. tamen id nõ est verum, vt constat ex supra dictis, & potius in stipulatione impersonali subintelligitur tacita conditio, siue reseruatio, sine præiudicio iuris filiæ, quæ efficit, vt agenti ex stpulatione interim obstet exceptio, vt supra dictum est. Infero etiam explicationem ad secundum intellectũ relatum per glos. 1. hic. quæ bene in eo videtur locuta, quòd rei vxoriæ actio fuit nouata per stipulationem sequentẽ sub conditione, & quòd ob id dum pendet conditio, ex ea agi non possit cũ effectu, iuxta d. l. pecuniam. 36. s̃. si certum petat. quanuis in modo declarandi non bene loquatur, & vera declaratio sit, quòd licet cõditio expressa videatur extitisse, tamen propter tacitam reseruationem iuris filiæ, interim agi non potest ex stipulatione in præiudiciũ iuris filiæ: sed si pater velit agere per actionẽ rei vxoriæ de consensu filiæ, vtique posset: quia cum prædicta actio non videatur sublata per sequentem stipulationem impersonalem, dum duratius filiæ, ex ea poterit agi. † Et si dicas, quod quãdo actio pura
12 est nouata sub conditione, neque etiã interim ex pura agi potest. d. l. pecuniã. 36. s̃. si certum petat. & l. si debitor mulieris. 83. s̃. de iure dotium. respondetur, id limitandum esse, nisi simul consentiat ille, cui pure debetur, & cui promissum est sub conditione, nã tunc propter amborũ consensum, ex pura agi potest, quia tunc cessat præiudicium illius, cui sub cõditione erat promissum. glos. 1. d. l. si debitor mulieris. 83. s̃. de iure dotiũ. Bart. hic num. 2. & Bolognet. num. 49. quanuis diuerso modo declarent. Item attenta iuris dispositione, rei vxoriæ actio non fuit nouata per stipulationem impersonalem, vt supra declarauimus. Vlteriùs dicendum



cendum est, quòd & admisso dicto principali, non bene ex eo inferatur illatio Bart. supra relata: & patet ex eo, quia in dicto principali præcedebat rei vxoriæ actio iam filiæ quæsita, vnde facile potuit admitti interpretatio, quòd stipulatio impersonalis videtur facta cum reseruatione iuris filiæ. arg. l. cũ de indebito. s̃. de probatio. Sed in illatione Bart. mulieri dotatæ nullum fuerat ius quæsitum, cum incontinenti extraneus dotans, restitutionem dotis impersonaliter fuerit stipulatus: cum enim mulieri non possit videri adhuc ius quæsitum, stipulationẽ impersonalem referemus ad personã stipulantis, iuxta regulam l. stipulatio ista. §. sicut. ĵ. de verbor. obligatio. & sic illatio Bart. aperte corruit: quam in specie improbant Cumã. & Imol. d. l. Gaius. Imol. & Alexand. hic num. 8. & Vincent. nu. 7. Vlteriùs & ex prædicto communi intellectu à nobis defenso colligunt DD. quòd licet in stipulatione nunquã subintelligatur persona extrinseca, sed verba illius semper videantur relata ad personã stipulãtis. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. in fine. ĵ. de verbor. obligatio. tamen speciale est fauore dotis, vt etiam de persona filiæ videatur intellectũ, quãuis pater solus stipulationem cõceperit: & ita Alexand. hic num. 7. Iason numer. 20. Bald. Nouellus de dote. 6. parte. priui leg. 31. post princ. & Baptista de priuileg. dotalib. centuria. 4. numer. 24. Florian. l. Pomponius. num. 7. s̃. famil. erciſc. Sed id neque colligitur ex supra traditis, nec est in se verum: quia cum iure non probetur, etiam in dote non videtur recedẽ
13 dũ à regula d. §. Chryssogonus. in fin. † Et minus placet consideratio Bart. hic num. 5. quòd in hoc tex. ideò stipulatio impersonalis, videtur etiam facta filiæ, quia præcesserat rei vxoriæ actio iã quæsita filiæ, vnde sequens loco illius subrogata, à præcedenti recipiet interpretationem. l. si stipulatus. 4. s̃. de vsuris. l. si legati. 59. ĵ. de leg. 1. l. 1. §. si sub conditione. ĵ. vt legato. seu fideicomm. nomine. l. 5. §. cõuẽtionales. ĵ. de verbo. obligatio. Sed quando non præcessit actio, ex qua alteri ius sit quæsitum, obseruabitur regula d. §. Chryssogonus. in fine. subscribit Bolognet. hic num. 66. & num. 153. versi. solum videtur. & num. 155. vers. non obstat dictus. nam in primis dum præsupponunt, quòd stipulatio patris recipiat interpretationem à natura actionis rei vxoriæ, non est verum, & cõtrarium probat l. vnica. §. & hoc. C. de rei vxo. actio. Itẽ dum præsupponunt, quòd actio ex stipulatu sit communis inter patrem & filiã, falsum est: nam is tex. tantũ probat, quòd pater solus ex ea non poterit agere viua filia, & tantùm sentit, quod interim poterit agere rei vxoriæ actione, cum consensu filiæ, vt supra explicauimus. Denique aduersus prædictos induco textum d. §. Chryssogonus. in fine. nam ibi libertus nomine patroni absentis fuerat stipulatus pecuniam mutuatã reddi patrono, conferendo verba executiua in patroni personam, & sic inutilis fuit ea stipulatio, iuxta regulam l. stipulatio ista. §. alteri. ĵ. de verbo. obligatio. deinde stipulatus fuit impersonaliter vsuras præstari, si pecunia mutuata suo tempore non redderetur: & respondet Iurecons. hanc secũdam stipulationẽ vsurarum valere, quia hæc stipulatio impersonalis, non debet censeri relata ad personam patroni absentis, sed potius ad personã liberti, qui mutuauerat, & stipulatus fuerat: vnde cum & verba obligatiua & executiua sint relata ad personam liberti, valida erit stipulatio, iuxta traditionem glos. 1. ad finem. l. huiusmodi. ĵ. de leg. 1. quam nihilominus tenebitur cedere patrono, ad cuius vtilitatem principaliter ea stipulatio interponebatur, iuxta regulam l. possessio quoque. §. final. ĵ. de acq. possessio. Expẽde igitur, quòd in prima stipulatione facta fuerat mentio de solo patrono, & tamen sequens impersonalis nõ recipit ab illa interpretationem, sed intelligitur de persona

persona liberti stipulãtis:ergò ibi est tex.
14 aduersus Bart.cõsiderationem.† Nec ob
stat si respondeas,vt post Bald. & Angel.
respondent Vincent.hic num.7.Iason n.
21. Claud.num.5.Bolognet.num. 67.&
num.153.quòd ideò in specie d.§.Chrys
sogonus.non subintelligitur persona ex-
trinseca patroni,quia si subintelligeretur,
non valeret stipulatio impersonalis vsura
rum:& nunquam est admittenda inter-
pretatio,per quã actus corruat.l.quoties.
ff.de rebus dubijs.vt etiam aduertit Bald.
l.si patruus.num.5.C.communia vtriusq
que iudic. Iason l. stipulatio. §.final. nu.
5.ff.de noui operis.Si ergò supplẽdo per-
sonam extraneam,actus nihilominus va
leret, tunc esset supplenda:vnde cum in
specie Bart. etiam si intelligatur stipula-
tio de persona filiæ, valeret stipulatio.l.
quod dicitur.130.ff.de verbor. obligatio.
& in specie l. Gaius. 46.ff.eo. & ideò filiæ
persona extrinsecus suppleri potuit:nam
replicabitur,quòd ratio expressa in d. §.
Chryssogonus. in fine, quòd nunquam
subintelligatur persona extrinseca in sti
pulatione,est generalis, & ideò per eam
debet ampliari particularis dispositio il-
lius tex. l.regula.§.final.ss.de iuris & fact.
ignorant.& sic est dicendum,indistincte
personam extrinsecam non esse supplen
dam, quãuis facta prædicta suppletione,
nihilominus actus valeret: vt aduertunt
Ruin. consil. 177. num.10. lib.2. & Bo-
lognet hic n.68. & in specie tradit Alex
hic n.8.post medium. Vltimò ex prædi-
cto communi intellectu colligunt DD.
quòd quanuis semper facienda sit inter-
pretatio,qua verba expressa aliquid ope
rentur.l.si quando. 112. ff. de leg.1.e. si
Papa.de priuileg. in 6.Bald. in rub.num.
9. C. de contrah.emptio. tamen fauore
dotis toleratur, vt verba expressa nihil
operentur:nam interpretãdo stipulatio
nem impersonalẽ modo hic perscripto,
hæc stipulatio nihil noui affert, cum & si
ne stipulatione idem esset,intentata rei
vxoriæ actione: & ita Cuman. hic num.
1. & Iason num.22. Et est ratio,quia nun
quã debet admitti interpretatio,per quã
doti vxoris præiudicetur.l. idemque. 10.
§.si cui.ss.mandati.Bart. tracta. de duob.
fratrib. ad finem.& consil. 127.nume.1.
Alexand.l. quæ dotis.num. 4. ad finem.
15 ff.eo. † Sed neque hoc bene ex isto tex.
colligitur,quia imò stipulatio suas vires
habet,postquam cessauerit ius filiæ,vt su
pra explicauimus:& cùm videatur facta
sub tacita reseruatione iuris mulieris,in-
terim ex ea agi non potest, sed debet re-
curri ad rei vxoriæ actionem,vt supra ex
plicauimus. Expedito primo intellectu,
succedit secundus principalis, qui fuit
Dyni,& eum pro sexto intellectu refert
Bart.hic.num. 10.quod pater dedit dotẽ
pro filia,deinde ex interuallo voluntate
filiæ stipulatus est dotis restitutionẽ; vti-
que nomine filiæ videtur stipulatus,& tã
quã eius procurator.l.idemque.§. si cui.
ss. mandati.ex quo sequitur, quòd dum
viuit filia,non habebit actionem nomi-
ne proprio, sed nomine filiæ, tanquam
eius procurator: post mortem autem fi-
liæ,tunc agere poterit suo nomine tan-
quam hæres filiæ, quæ stipulationem il-
lam dotis restituendæ factam suo nomi
ne ad hæredem transmisit, iuxta regulã
l.vnicæ C.vt actio.ab hære. Quem Dyn.
intellectum esse etiam communiter re-
ceptum à DD. asserit Alex. hic in princ.
& num. 15. Iason numer. 7. & num. 59.
Claud.num.8.Bolognet. num.96. Cæte
rum quanuis is Dyni.intellectus extra ca
sum huius tex. sit verus in se & valdè no-
tabilis,tamen quoad casum hic propos-
tum admitti nullo modo potest: nam in
primis præsupponit,quòd si pater volen-
te filia stipuletur dotis restitutionem,nõ
videtur stipulari nomine proprio,sed no
mine filiæ,& tanquam eius procurator,
quod tamen apertè est falsum,& contra
tex.l. quoties.30.vers.cęterum.ss.eo.Ne-
que obstat d.l.idemque.10.§.si cui.ss. mã
dati.quia distinguendum est:nam aut pa
ter proprio motu vult stipulari dotis re-
stitutionem,



stitutionem,& vt valeat stipulatio adhi-
bet filiæ consensum,& tunc non videtur
stipulari procuratorio nomine, sed po-
tius proprio.d.l. quoties. 30. vers. cæterũ.
ss. eo Neque enim tunc voluntas filiæ in
ducit mandatum, vt colligitur ex l.aliud
est vẽdere. 121. ff. de regulis iuris.& l.Lu-
tius Titius.22.ss. de administ. tuto. Bart.
hic num.13. communiter receptus,vt as
serit Vincent. num.14. Si autem cum ip
se non haberet voluntatem stipulandi,
filia eum adhibuit ad stipulandum, pro-
cedet d.l.idemque.10.§. si cui. ss.manda
16 ti.& in specie resoluit Alex.hic nu. 10.†
Sed in casu huius tex. pater proprio mo
tu stipulatus est dotis restitutionẽ: ergò
licet adhibita sit filiæ voluntas, nõ debet
hæc voluntas mandatum inducere. Ex
quo consequitur, nec esse verum quod
Dynus præsupponit,quòd pater dum vi
uit filia, non habet actionem suo nomi-
ne: quia imò tex. præsupponit habere
actionem suo nomine, & tantùm ei ob-
stare exceptionem dum viuit filia, si so-
lus velit dotis restitutionem petere,ob ra
tionem, de qua supra. Item falsum est,
quod mortua filia,habeat actionem qua-
si hæres filiæ, etiã isto iure Digestorũ:nã
licet hoc tãquã verum admittat etiam
Bart.hic num.27.& Alex. num.15.Paul.
cons.271. n.1.adfin.lib.1.Anto.Capitius
decis. 176.n.14.& alij:tamẽ verius est,fi-
liã in dote profectitia nõ habere heredẽ,
sed patrem eã occupare iure peculij.l.2.ff.
de castrens. peculio. quod etiam hodie
procedere probabimus infra, nume. 44.
Prætereà & ex prædictis infertur anno-
tatio ad tradita per Benedict.de Plumbi-
no hic in rep.num. 6. dum contra Dyn.
concludit,quod pater stipulatus dotis re
stitutionem,videtur eam facere, tam no
mine suo,quàm filiæ,quia cum actio rei
vxoriæ esset communis inter eum & fi-
liam, licet mãdato filiæ fuerit stipulatus,
non nomine mandantis debet videri sti
pulationem fecisse, sed potius nomine
communi. l. stipulatio ista. 21. §. final. ff.
de noui oper.nuntiatio.l.final.ss. quando
ex facto tutoris. facit l.3. ss.famil. ercisc.&
tradit Aretin. l. qui in aliena. §. si is qui.
col.2. post princ.ff. de acqu.hæred. nam
verius ex supra dictis resoluẽdũ est,quod
si motu proprio fecit stipulationẽ de vo-
luntate filiæ,tantùm nomine proprio vi
deatur eã fecisse: si verò adhibeatur per
filiam,tunc tanquam procurator filiæ vi
detur adhibitus,vt constat ex supra tra-
ditis. Neque obstat fundamentum Be-
nedict.de Plũbino. quia rei vxoriæ actio
non dicitur communis in eo sensu,vt tã
pater,quàm filia pro parte in ea habeant
ius,sed potius cuiuslibet censetur esse in
solidum:& tantùm dicitur communis in
eo sensu,vt nullus sine consensu alterius
ea vti possit, iuxta notat.l. 2.§. quod si in
patris.ss. eo. vnde sumus extra terminos
prædictorum iurium. Denique infertur
annotatio ad tradita per Alex.hic nume.
19. & Iason num. 66. dum intelligunt,
in hoc tex. filiam mandasse patri,vt tan-
quam eius procurator stipuletur dotis re
stitutionem:vnde stipulatio postea sim-
pliciter facta per patrem,eo modo debet
videri facta,quo per filiam mandatũ fue
rat.arg. l.qui in aliena.§. si is qui.ff.de acq.
17 hæred.† hoc enim manifestam continet
diuinationem,& præsupponit, patrẽ suo
nomine in casu huius textus nõ habere
actionem,dum viuit filia;& tamen con-
trarium esse de mente illius,supra osten-
dimus. Quinimò nec verũ est, quod hic
sentiunt Paul.num. 4.Alexand.num.10.
in fine,quòd quãdo sumus in dubio,vtrũ
pater motu proprio fuerit stipulatus, aut
verò de consensu filiæ,debemus credere
eum stipulatum nomine communi,iux-
ta tertium intellectum glos.ad hunc tex.
quia imò debet videri stipulatus suo no-
mine proprio, iuxta regulam l. & magis.
ff.de solutio.& quanuis glos. in d.3 intel-
lectu sentiat,quod videtur stipulatus no
mine communi, contrarium esse verius
supra ostẽdimus: extra terminos autem
huius tex.prædictus Dyn.intellectus ve-
rus

rus est in se,& valde notabilis,vt supra diximus.Et ex eo primò colligendum est, quòd regulariter idem est, fieri mandato alicuius,vel de eius voluntate siue cõsensu.Cui tamen conclusioni obstat regula.l.aliud est vendere.121.ʃ. de regul. iuris.vbi dicitur,aliud esse vendere, aliud vendenti consentire:quæ differentia nõ esset vera,admissa Dyni traditione.Sed pro resolutione Bart.hic num. 13.proponit quandam doctrinam,quæ communiter per omnes recipitur, vt hic asserit Claud.num.10.& ex ea prima fit cõclusio,Quòd vbi actus fit de voluntate alicuius,& ille actus pertinet ad vtilitatem illius,qui voluntatem adhibet, talis voluntas inducit mandatum. l. si remunerandi.6.§. si passus. & l.qui patitur. 18.s̃. mandati.§.plane.cũ glos.Instit.de inuti. stipulatio.& communiter recipitur hæc prima conclusio,vt hic asserunt Alexan. num.11.& Bolognet. num. 105.Ruin. consil.75.num. 1.lib. 5.Aduertit tamen Bolognet. vbi supra,hoc procedere,siue prædicta voluntas fuerit expressa, siue etiam tacita;vt quia præsens præsumatur consentire in sibi vtilibus, vt colligitur ex d.l. qui patitur.18.cum glo.s̃.mãdati. Item procedit etiam in his,in quibus speciale mandatum exigitur : nam adhuc in terminis de quibus supra,voluntas inducit mandatum.l.Pomponius.40.§.fin. s̃.de procuratorib. ex qua id colligit Aretin.l. si seruus. num. 2.ʃ. de acq. possesio.† & extollit Claud.hic.num. 9.De
18 bet tamen declarari, hanc cõclusionem procedere,dum modo interueniant necessaria ad inducendum mandatum,scilicet,præsentia mandãtis & mandatarij, vel inter absentes nuntius, vel epistola, iuxta regulam.l.1.§. final.s̃. de contrah. emptio. & ita Bart. hic numer.13. Ruin. consil.75.num.1.lib.5.sentientes, quod in contractibus, qui consensu perficiuntur,necessaria est præsentia partium,vel illis absentibus,epistola, vel nuntius, qui præsentiam suppleant.Vnde si cõtractus celebretur cum absente,& non interueniat nuntius, vel epistola, non valebit contractus,etiam si absens postea cõsentiat.glos.2.l.consensu.ʃ. de actio. & obligatio. glos. 1.l. neque ambigi. C. de donatio. & est recepta traditio, vt asserit Hippolyt.l. si quis,ne quæstio. num. 60. ʃ. de quæstio.Claud.hic nume. 10. Ant. Rube.consi. 132. nume.2.quicquid contratium consuluerit Roman.consi. 295. quem sequitur Felin. c. cum contingat. nume.6. de rescrip. Secunda conclusio ex Bart. hic num. 13. ea sit.Si actus fiat de voluntate alicuius,& tamen actus,qui geritur,pertinet ad vtilitatem gerentis, non autem ad vtilitatem illius, de cuius volũtate actus ille geretur,talis voluntas non inducit mandatum, sed magis consilium. l. 2.§.final. s̃.mandati.l. cum pater. 79.§.mando.ʃ. de leg. 2. & ibi glos. verb. consilij.& communiter recipitur hæc conclusio,vt hic asserunt Vincent. num. 14. Iason nume.68.Alex. cons. 80. num.10. lib.4. Ruin.consi.7.numer. 16. lib. 2.quicquid controuertat Bolognet. hic n. 106.Sit tertia conclusio ex eodem Bart.d. num. 13.Si quis adhibuit aliquẽ, vt ex voluntate adhibentis, actum faceret pertinentem, tam ad vtilitatem facientis,quàm adhibentis voluntatem,ea voluntas inducet mandatum : allegat l. idemque.10. §.si cui.s̃. mandati.Quam conclusionem esse quoque communiter receptã,asserunt supra allegati in præcedenti conclusione : & in his terminis secundùm Bart. potest admitti conclusio Dyni supra relata: nam filia adhibuit patrem ad stipulandum,& ideò hæc voluntas inducet mandatum, quantumque,restitutio dotis,tam filiæ, quàm patris vtilitatem respiciat.Sed tamen circa hæc dicta Bart. ad plura est aduertendũ. Primò quod d. §. si cui, non probat eius
19 opinionem:† nam ibi restitutio dotis nõ pertinebat ad matrem adhibitam ad stipulandum,sed potius ad solã filiam, iuxta tradita per Paul. consil.375. nume.6.

lib.



libro 1. Inde igitur inferri minime potest ad patrem adhibitum ad stipulandum : nam cum is in ea dotis restitutione habeat communionem, non debet videri adhibitus tanquam procurator,sed potius communi nomine stipulari:argumen. l.stipulatio. ista.21.§. fina. ʃ.de noui operis.& in specie colligitur ex glos. hic in 3. intellectu.Nisi Bart. salues per tradita supra. Item est aduertendũ,
20 quod aduersus hanc conclusionem Bar. generaliter acceptam,vrget l. 1.§. scientiam.s̃.de tributo actio. in qua probatur, quòd si seruus negociatus est in merce peculiari domino volente, non tenetur dominus in solidum,sed tantum de peculio, quanuis tunc in deducendo ære alieno,nullum habeat priuilegium, sed in tributum veniat cum alijs creditoribus:ergò voluntas domini non inducit mandatum in re pertinente ad dominum,& ad eum, qui cum seruo contrahit:nam si mãdatum induceret,teneretur dominus pro eo contractu in solidũ. l.1.s̃.quod iussu.Sed huic difficultati respondet Bart. hic numero. 13. ad finem. quod in d.§. scientiam. voluntas fuit in determinata ratione contractus,& ideò competit tributoria actio : si autem fuisset determinata ratione contractus certi faciendi cum Titio,tunc locum haberet actio quod iussu,quæ in solidum dominũ obligat.l. 1.s̃.quod iussu.& sequũtur cõmuniter DD. vt asserit Alex.hic n. 11. ad medium.& Claud. num. 10. ad finem.Vincent.nume.14. ad finẽ. Ex qua responsione Bart. colliges differentiam inter titulum de tributoria actione,& titulum quod iussu, vt actioni tributoriæ sit locus, quãdo voluntas domini est indeterminata,ratione contractuum faciẽdorum per seruum : titulus autem quod iussu,locum habeat, quãdo voluntas est determinata ratione certi contractus cõtrahendi cum Titio:& videtur tex. l.fin. C. de exercito.& instito.actio. & ibi notat Bald.Hanc tamen. Bart. declaratio-

2. Tom.

nem improbat Alexand. hic numero 11. per tex. l. 1. §. 1. s̃.quod iussu. ibi Siue specialiter in vno cõtractu,siue generaliter.Sed defendẽdo Bart. huic tex. respondet Claud.hic numero. 11.quòd procedit,quando dominus iussit : nam tunc,siue iussus sit specialis, siue generalis,competet actio quod iussu : sed si non interuenit iussus, sed aliquid factum est de voluntate domini, tunc locum habet distinctio Bart. supra relata.† Quod confirmat authoritate Bald. l. 1. §. 1. s̃. quod iussu.vbi expresse tenet, quod vbi interuenit iussus,cõpetet ea actio : secus quando solum interuenit voluntas, vel consensus domini.Sed non placet hæc saluatio, per tex. l. 1.§. 1. s̃. mandati. vbi nihil interest, vtrùm dicatur, mando, vel volo : ergò idem recipiendum est in iussu, iuxta regulam l. 1. §. sed ego. s̃. quod iussu. & in specie ita colliges ex textu bene expenso. l. 1.§. 1. s̃. quod iussu. & ex l.final. C. de exercito. actione. & ibi Bald. Secundo igitur modo respondet Bolognet. hic numero. 107. quod tex. in l. 1.§. 1. s̃. quod iussu. debet intelligi, quando iussus fuit generalis, & tamen dirigitur ad contractus specificatos : aliàs si omnino generalis sit, procedet opinio Bart. supra relata. Sed etiam non placet, quia nimis restringit generalitatem d.l. 1. §. 1.s̃. quod iussu. Cùm igitur tex. ille videatur Bart. resolutionẽ prosternere, ea reiecta, Alexan. hic numero.11. aliter respondet, quòd aut voluntas domini est expressa, & cõpetit actio quod iussu : aut est tacita, vt pote collecta ex scientia cum taciturnitate ; & tunc non inducitur mandatum, sed competit tributoria actio : allegat glos. l. 1. §.si is qui nauem. verb. sciente.s̃.de exercito actio.Sed non placet, quia mandatum etiam per taciturn voluntatem contrahitur.l. si fideiussor. 6.C. mandati.l. qui patitur. 18.s̃.mandati. cum glossa.Bolognet. hic numer. 105. ergò idem debet dici in iussu.

bb Valet

Valet enim argumentum de mandato ad iussum.l. 1.§. sed ego.ſ. quod iussu. Item nec regulariter inter tacitum, & expressum constituenda est differentia. l.cum quid.ſ. si certum petat. Aliam igitur responsionem assignat Alexand. hic num.11.ad finem. quòd aut voluntas domini fuit restricta ad causam peculiarem, & tunc habet locum titulus de tributoria: aut non fuit restricta ad causam peculiarem, & tunc habeat locũ titulus quod iussu. Sed etiam non placet, quia iussus etiam potest cadere in re peculiari.glos. 1. communiter recepta.l. 1. ſ. quod iussu & ideò pro vera resolutione aduertẽdum est in hac materia duas esse quæstiones. Prima est, in quo differat tributoria, ab exercitoria, vel institoria? Et est dicendum in eo differre, quòd voluntas domini in tributoria limitata est ad negocia facta super re peculari: exercitoria verò & institoria, quando volũtas domini est generalis, nec est restricta ad peculium, vt ex illis titulis constat. Secunda est, in quo differat tributoria ab
21 actione quod iussu? Et est respõdendũ,† quod vt competat actio quod iussu, oportet, quòd dirigatur ad certam personam, cum qua fit contrahendum, & tunc siue sit specialis respectu certi contractus, siue generalis respectu quorumcũque cõtractuum, cõpetet actio quod iussu: ita colliges ex l.1.§.1.j.quod iussu. Vnde dũ glos.1.ibi tradit, quòd actio quod iussu competit, siue verba referantur ad eum, qui cum seruo contrahere debet, siue referantur ad ipsum seruum, debet intelligi, quòd tamen oporteat, semper iussum dirigi ad certam personam, cum qua seruus contrahat. Si igitur iussus siue voluntas domini referatur ad seruum, qui contrahat cum quacumque persona velit, non competet actio quod iussu, sed vel tributoria, vel exercitoria, vel institoria. Ex qua resolutione infero, quòd dum Bart.hic nume. 13. ad finem. distinguit, quod si voluntas sit determinata ratione certi contractus, competat actio quod iussu, aliàs cõpetet tributoria; debuit potius distinguere, quòd si voluntas sit determinata ratione certæ personæ, licet sit incerta respectu contractuum, competat actio quod iussu, aliàs competet tributoria: quod colliges ex l.1.§.1.ſ. quod iussu. Inferas etiam explicationem ad l. si institorem.29.ſ. si certum petat. & §. 1.& §. final. Instit. quod cum eo. dum in illis probatur, quòd ideò dominus pro institore teneturin solidũ, quia iuberevidetur, vt cum eo contrahatur: nam dicendum est, quòd cum is iussus referatur ad incertam personam, nõ competet actio quod iussu, sed potius tributoria. Si igitur referretur ad certã personam, competeret actio mandati siue iussus. l. idemque. 10.§. idem Papinianus.ſ. mandati. Inferas etiam explicationem ad l.1.§. si is qui nauem.ſ. de exercitor. actio. dum constituit differentiam inter exercitoriã & tributoriam actionem: nam ea differentia, & ratio differentiæ ibi expressa proceder, datis paribus terminis, quãdo seruus propositus fuit naui, quæ ei data erat in peculium: nam aliàs clara est differẽtia, quòd ideò dominus tenetur in solidum, quia non restringit se ad peculium, neque ad rem peculiarem, & æquum est teneri in solidum: quia quasi eius iussu videtur cõtractum cum seruo. §. final. Instit. quod cum eo. In tributoria autem cum voluntas fuerit restricta ad causam peculiarẽ, vltra peculium non tenebitur: arg.l. in agris.j.de acq.rerum domin. facit. l. sed etsi pupillus.11.§. final. cum l. seq.ſ. de
22 instit.actio. † Denique infertur intellectus ad l. final. C. de instito. & exercito. actio. vt procedat, quando quis secutus domini voluntatem contraxit cum seruo non institore, vt eo casu competat vtilis institoria aduersus dominũ, quãdo ea volũtas erat directa ad contrahendũ cũ incerto homine; aliàs cõpeteret actio quod iussu, vt cõstat ex supra traditis. Vltima conclusio ex Bart. in hac materia sit quòd



quòd si quis proprio motu actum facit, & huic actui accedat voluntas alterius, 23 hæc voluntas non inducit mandatum: allegat l. aliud est vendere.121.j. de regulis iuris. & l.Lutius.22.j. de administ.tut. & communiter recipitur, vt asserit Vinc. hic num.14.Alex.consil.80.num.10.lib. 4.Ruin.consi.7.num. 16.lib.2. Sed circa hanc conclusionem aduertendum est, quod Iason hic num. 69.existimat, rationem huius conclusionis esse, quòd de natura mandati est, vt præcedat actum, nõ autem sequatur.l.si verò non remunerãdi.12.§. si post.ſ. mandati. glos. magna. auth.de fideius. in princip. colla.1.Quæ explicatio fuit etiãm de mente Alex. hic num.11. Sed hæc explicatio non est de mente Bart.qui non cõsiderat, quid præcedat, sed potius quid fuerit causa principalis actus: vt hic aduertit Claud. nume. 10.ad finem.ac proinde si filia adhibuit patrem ad stipulandum dotis restitutionem, inducetur mandatum: quia tunc voluntas filiæ fuit causa principalis faciẽdi stipulationem: si verò pater proprio motu fecit stipulationem de consensu filiæ, consensus filiæ non inducet mandatum, quia hæc volũtas nõ fuit causa principalis faciendi prædictam stipulationẽ, sed potius voluntas patris, cui accessit cõsensus filiæ, & is cõsensus nõ inducet mãdatum.l.quoties.30.vers. quoties.j.eo.& tradunt Alex.hic num.10. Vincent.nu. 14.vers.tertio casu.& nos supra probaui mus. In his ergò terminis procedet regula d.l. aliud est.121.j.de regulis iuris, cũ similibus. Et ex his infert Bart.hic nu.14. quòd si quis dicat, se instituere accusationem de voluntate, & consensu tertij præsentis, hæc voluntas non inducet mãdatum, duplici ratione. Prima, quia si inducerer mandatum, excluderetur accusator, ob regulam.l.penul.§.ad crimen. j. de public. iudic. quæ interpretatio in dubio admittenda non est. l. quoties.j.de reb. dub. Secunda, quia cum non constet voluntatem Titij fuisse causam huius accusationis, eius voluntas nõ inducet mãdatum, iuxta supra tradita, † & communiter recipitur hæc Bart. illatio, vt hic asserunt Vincent.num. 15. Iason num. 70. Vlterius & ex dicto Dyni supra relato colligendum est, quòd vbi præcedit mandatum, semper actus videtur gestus procuratorio nomine, quantũcũque simpliciter inueniatur factus per gerentem. Et quanuis Bart.hic n. 15.dicat se hoc intelligere, quando procurator expressit se facere procuratorio nomine.l. final.ſ. de institor. actio. quia aliàs nomine proprio videtur fecisse, iuxta regulã.l. & magis j. de solutio. & videtur tex. in l.3.§.1.vers. sed etsi quidem. j.iudicatum solui. tamen hæc Bart. declaratio communiter reijcitur: nam vbi præcedit mandatum, semper quis procuratorio nomine videtur actum gerere, etiam si nihil exprimat.l. qui in aliena.§. si is qui.cum glos.j. de acqu. hæred.l.qui seruum. 21. & ibi Bart.ſ. de interrogat. actio. & esse receptam conclusionẽ asserit Bolognet. hic num.100.Ruin.consil. 75.num. 3.lib.5. Alciat de præsumptio. reg. 2. præsump. 24. Tiraq.lib. 2.retract. in fine. nu.115. Neque obstant rationes Bart. quia ad primam d.l. & magis. j. de solutio.respondetur, eam esse limitandã, quando præcessit mandatum: nam tunc magis procuratorio nomine videtur actus celebratus.l. qui negotiationẽ. 59. in princ. & ibi Bart. j. de administ. tutor. tradit in specie Bart. l. Titium. §. altero. num.2. j. de administ. tuto. & rationem reddit idem Bart. l.si pupilli.§.1.num.8. ſ. de negoc. gesto. & subscribit. Aretin.l. qui in aliena.§. si is qui.col. 2. post princ. j. de acq. hæred. Neque etiam obstat. l. 3.§.1.vers. sed etsi quidem. j. iudicatum solui. quia loquitur in casu claro, quando quis cum esset tutor, fecit actum tanquam non tutor, vel quia id expressit, vel quia ignorabat se tutorem, vt ibi declaratur: sed in dubio tanquã tutor videtur fecisse.l.cũ post.§.1.j.de administ. tutor.

& in specie aduertunt Iason hic nu. 78. & Bolognet. num. 100. Iason l. 1. §. nuntiatio. num. 3. ff. de noui oper. Inuenio tamen, quòd Alex. hic num. 14. in fine. & clarius Vincent. num. 16. vers. & secundum hoc Bart. declarationem communiter reprobatam saluant, aduertentes, †
24 quod id quod dicitur, actum videri factũ procuratorio nomine, procedit respectu mandantis, & procuratoris, sed respectu tertij cum quo procurator contrahit, semper videtur contraxisse nomine proprio, nisi exprimat procuratorio nomine facere. l. eum qui. C. si certum petat. & colligitur ex l. res ex mandato. 59. ff. de acq. rerum domin. adiuncta l. si procurator. 13. eo tit. & est doctrina Bart. l. qui in aliena. §. si is qui. ad fine. ff. de acq. hæred. quam ibi probat Alex. nume. 5. Corne. cons. 6. num. 7. & 8. lib. 2. Socin. cons. 68. num. 2. lib. 3. Tiraq. lib. 2. retract. in fine. num. 116. & asserit receptum Ruin. l. 1. §. nuntiatio. nume. 83. ff. de noui operis. Vnde quanuis pater adhibitus per filiam ad stipulãdũ, respectu filiæ videatur procuratorio nomine stipulari, atque proinde teneatur ei cedere actionem ex stipulatu quęsitam. l. idemque. 10. §. si cui. ſ. mandati. l. si ita stipulatus. §. Chryssogonus. ad finem. ff. de verb. obligatio. l. qui pignori. §. final. & ibi Angel. ff. de vsucapi. tamen respectu generi, à quo stipulatur, proprio nomine videtur stipulari, nisi exprimat procuratorio nomine stipulari, secundum Bart. declarationem: subscribit Bolognet. hic num. 100. ad finẽ. Sed hæc saluatio in terminis huius tex. non videtur admittenda, quia id quod dicitur, quod respectu tertij procurator videtur cõtrahere proprio nomine, intelligendũ est, quando ille tertius ignorabat, secum contrahentem esse procuratorẽ alterius: nam si id sciat, etiam tertius cum eo tanquam cum procuratore videtur contrahere. l. sed Iulianus. §. sed et si. ſ. ad Macedonian. tradit Bart. d. l. qui in aliena. §. si is qui. ad finẽ & ibi Alex. n. 5. Alciat. de præsumptio. regula. 2. præsumptio. 24. n. 4. Cũ igitur verisimile sit, maritum scire socerum fuisse adhibitum per filiam ad stipulãdum, ei procuratorio nomine debet videri promisisse. Et hac ratione procedũt tradita per Ruin. l. 1. §. nuntiatio. n. 87. ff. de noui operis nuutiatio. Tãtùm ergò opinio Bart. saluari potest, quãdo gener promittens, nesciebat voluntatem filię fuisse causam principalem faciendi prædictam stipulationẽ, & sic mandatũ induxisse, nã in dubio debet videri cũ socero nomine proprio cõtraxisse, iuxta regulã. l. cũ qui. C. si certũ petat. † vel quan
25 do ignorauit mandatũ, nã tunc cũ socero nomine proprio debet videri contraxisse; qui tamẽ de consensu filiæ stipulatur: qui consensus in his terminis non inducit mandatũ, vt supra diximus: & ideò nõ potest videri procuratorio nomine ei promisisse, quãuis qui ignorat mãdatũ, videatur procuratorio nomine cũ aliquo contraxisse, quãdo aliàs illud, de quo agitur, prędictæ personæ aliter acquiri non potuit, quã procuratorio nomine. l. proinde. 7. §. final. cũ l. seq. ff. de stipulatio. seruo. l. post mortẽ. 5. §. 1. cũ glos. ff. quando ex facto tutoris. tradit Iason hic num. 78. Alciat. d. præsumptio. 24. n. 7. & hæc de duobus receptis huius tex. intellectibus. Cæteros omitto referre, quia potius continent nouas leges, quam explicationem huius, vt hic admonet Bolognet. n. 36. Illis ergò omissis, de Bart. quæstionibus agem°. Prima ergò quæstio Bart. hic ea est. Pone, generũ cõfessum fuisse, recepisse dotẽ a socero, & simul in instrumẽto expressum reperiri, quod socer stipulatus est à genero dotis solutæ restitutionẽ, postquã soluetur matrimoniũ: quæstionis est, vtrùm valeat hæc stipulatio, in qua constat filiã non cõsensisse? Et dubium ex eo pendet, vtrũ solutio dotis cẽseatur facta tẽpore, quo pater stipulationẽ prædictã fecit, nã tunc valebit stipulatio, quãtũcumq; filia nõ cõsenserit. l. cũ à socero. C. de iur. do. l. quoties. 30. in pri.

adiuncta



adiuncta glos. 1. ſ. eod. Si autem intelligas, tempore stipulationis non fuisse solutam dotem, sed antea, & sic ex interuallo, post dationem, non potuit valere stipulatio sine filiæ consensu, vt probant prædicta iura. In hac igitur quæstione Bart. hic num. 21. magis inclinat in eam opinionem, vt tẽpore stipulationis, dos præsumatur data, & sic quod valeat stipulatio, quantumcumque filia non consenserit. Mouetur, quia quando id quod enuntiatur in instrumento, possibile est tempore confecti instrumenti interuenire, credendum est eo tempore interuenisse. l. 1. cum glos. C. de fide instrumento. lib. 10. Secundò, quia consuetudo notariorum est, vti verbis præteriti temporis, etiam in his quæ interueniunt tempo
26 re facti instrumenti. † Tertiò expendit. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. ff. de verb. obliga. vbi quis confitetur se accepisse centum à liberto, & ex hac sola confessione præsumitur, eam pecuniam tunc numeratam fuisse, ita vt absens, cuius nomine facta fuit stipulatio, possit pecuniam condicere tanquam mutuatam. l. certi condictio. §. si nummos. ſ. si certũ petat. vel etiam ille, à quo debitor cõfessus est eam pecuniam accepisse: ergò bene probat tex. quòd etiam ex verbis confessionis factæ per verba de præterito, præsumitur & probatur numeratio facta de præsenti, vt ibi expendit Bart. nu. 3. & Alexand. numer. 14. & idem tradit Bart. l. certi condictio. §. si nummos. nu. 9. ſ. si certum petat. & hanc esse receptã opinionem asserunt Iason hic num. 85. Campes. de dote. 3. parte. q. 146. & receptum quoque, & à quo non sit recedendum, resoluit Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsump. 18. & cons. 97. num. 68. lib. 1. Alciat. de præsumptio. regul. 3. præsumptio. 35. n. 7. confirmans ex eo, quòd semper admittenda est interpretatio, qua actus valeat. l. quoties. ff. de rebus dubijs. & in casu proposito non valeret stipulatio facta per patrem, sine consensu filiæ, nisi dicamus tempore stipulationis interuenisse dotis solutionem, d. l. quoties. 30. ſ. eo. Sed his non obstantibus, cõtraria videtur sententia probabilior, imò quòd stipulatio patris non valeat, nisi aliter probet, tempore factæ stipulationis numeratam fuisse pecuniam. Cùm enim notarius tantum dixerit, generum confessum fuisse, se recepisse dotem, & nihil testatus sit de numeratione, non est præsumendum, numerationem eo tempore interuenisse, de qua notarius nihil testatus est: & ita in specie tenet Cuman. l. prædia. nume. 2. ff. de acq. possessio. quẽ sequitur Angel. Aretin. in princ. nume. 7. Instit. de literar. obligati. Costa. l. si ex cautione. §. sed cum placeat. num. 6. pag. 362. C. de non num. pecunia. Bologne. hic num 174. Nec obstant Bart. rationes: quia ad primam respondetur, doctrinam glos. d. l. 1. C. de fide instrumento. lib. 10. tantum probare, quod enuntiata expresse per notarium, præsumuntur esse vera, si eo tempore interuenire potuerunt: vt aduertit Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 35. num. 7. vnde & confessio facta per generum, præsumetur esse vera: non autem inde infertur, præsumendum esse, tempore confessionis interuenisse numerationem, de qua in instrumento nulla facta fuit mentio per notarium: vnde dicẽti illam interuenisse, debet incumbere onus probandi. l. 2. ſ. de probatio. glos. penult. Clem. fina. de rescriptis. Ad secundum respondetur, imò notarios solere facere mentionem de numeratione, vbi illa in
27 eorum præsentia facta est: † aliàs tantùm faciunt mentionem cõfessionis, quæ minime probat, tũc numerationem interuenisse: imò verba ostendũt, antea factã fuisse: vt colligitur ex doctrina glos. l. si ex cautione. C. de non num. pecu. Non obstat tertiũ de l. si ita stipulatus. 126. §. Crissogonus. ff. de ver. obl. quia nõ probat tex. cõfessionẽ receptæ pecuniæ probare, eo tẽpore interuenisse numerationẽ,

ſed tantùm per eam probari, numeratio nem pecuniæ factã fuiſſe. Vnde poſtea diſtinguit, vtrùm poſt numerationem in cõtinenti ſequatur ſtipulatio: an verò ex interuallo? quaſi res ſit ambigua & incerta, & de qua aliter conſtare debeat: nã confeſsio receptæ pecuniæ ſemper probat numerationem interueniſſe, etiam quando poteſt competere exceptio non numeratæ pecuniæ cum ſuo priuilegio: quandiu prædicta exceptio non opponitur. l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecun. & in terminis Bald. l. ſi ex pluribus. in fine princ. ʒ. de ſolutio. & c. 1. nu. 6. de pact. ſed tamen non probat interueniſſe tempore factæ confeſsionis. Et notabis, quod tex. d. §. Chryſſogonus. in differentia, quam facit, vtrùm poſt numerationem incontinenti ſequatur ſtipulatio, vel ex interuallo, non eſt intelligendus, quaſi deciſiue illud probet Iurecon. ſed tantùm deciſiue probat ſtipulationem inutilẽ ex interuallo factam, nõ tollere actionem ex mutuo: ſi autem incontinẽti ſequatur, nihil determinat, & ideò ei addendum eſt, nec etiam in hoc caſu impediri actionem ex numeratione, cũ ſtipulatio ſit inutilis: vt eſt expreſſum l. certi condictio. §. quoniam. ʒ. ſi certum petat. tradit gloſ. d. §. Chryſſogonus. verb. naſcũtur. & ibi clarius cæteris explicat Duar. Nõ obſtat quarta ratio, quæ fuit Alciat. ſupra relati, quia ea concluderet, ſi verba nullo modo importarent, tempore dationis interueniſſe numerationem: ſed cum verba importent confeſsionem
28 numerationis retro acceptæ: † non eſt admittenda interpretatio, qua aduerſus verborum proprietatem veniatur. l. verbis ciuilibus. ʒ. de vulgari. neque dubia probatio debet adiuuare patrẽ. c. in preſentia. de probatio. Ex quibus à fortiori venit reijciendum, quod tradit Angel. conſi. 156. domina ad finem. dum tenet, quòd ſi quis confeſſus ſit accepiſſe pecuniam, & probat tempore confeſsionis nõ fuiſſe numeratam, ex hoc videtur probare negatiuam, quòd pecunia ei numerata non ſit, & conſequẽter transferet onus probandi in aduerſariũ: ſubſcribit Areti. d. §. Chryſſogonus. col. 8. Sed non eſt verum, quia licet ex hoc conſtet, ceſſare præſũmptionem, quod tempore confeſsionis ſit numerata pecunia, non ob id ſequitur, retro non fuiſſe acceptam, prout verba confeſsionis videtur ſonare, vt in ſpecie aduertit Coſta. l. ſi ex cautione. §. ſed cum placeat. nume. 8. pag. 362. C. de non numer. pecunia. Quare reſoluendum eſt, quòd in alijs contractibus præſumetur accepram eſſe pecuniam, & locum habebit. l. generaliter. C. de nõ nu. pecunia. in mutuo autem vel dote præſumetur factam fuiſſe confeſsionem ſpe futuræ numerationis, ſi prędicta exceptio opponatur, ac ob id creditori incũbet onus probandi veritatẽ numerationis. l. aduerſus. & ibi Bald. in fine. C. de non n.pec. & hæc de prima Bart. quæſt. Succedit ſecũda. Præſuppoſito, quòd dos per mortem patris, vel per emancipationem filiæ, conſolidatur in perſona filiæ. l. vnica §. videamus. C. de rei vxo. actio. quæſtionis eſt, vtrùm pater ſtipulando dotem ſibi reſtitui, poſsit hanc impedire conſolidationem? Et ex Bart. hic nume. 22. ſit prima concluſio. Iure iſto. ff. ſi pater tempore dationis dotis, ſtipulabatur, dotem ſibi reſtitui, hæc ſtipulatio impediebat conſolidationem fieri in filiæ perſona, etiã in prædictis caſibus, & dos erit reſtituẽda patri, vel eius hæredibus, iuxta formam ſtipulationis. l. quoties. 30. in princ. ʒ. eo. l. auia. 6. & l. cum à ſocero. 7. C. de iure dotium. & communiter recipitur hæc concluſio, vt aſſerunt Alex. hic num. 19. Vincent. nume. 24. ad finẽ.
29 Claud. num. 22. † Tenebitur tamen pater hanc dotem ad ſe reuerſam virtute ſtipulationis, filiæ iterum nubenti integram dare, authen. ſed quanuis. C. de rei actio. Secunda cõcluſio ex Bart. eſt, quòd prædicta concluſio procedit etiam iure Codicis: allegat l. vnicam. §. accedit. C. de rei vxo. actio. vbi ſi pater dat dotem pro filia emancipata, & incontinenti ſtipulatur eam ſibi reddi, dos ei reſtituẽda eſt, & ſic impeditur conſolidatio in filia: ergò idem recipiendum eſt, quando filia eſt in poteſtate, & poſtea emancipatur, vt ſcilicet prædicta ſtipulatio impediat dotem conſolidari in filiæ perſona: & in ſpecie probat l. pater cum filiæ. 23. ʒ. de pact. dotalib. & communiter etiam recipitur hæc Bart. concluſio, vt aſſerunt Alexan. num. 19. Vincent. nu. 25. Anto. Gomez. l. Tauri. 50. num. 28. ad mediũ. Contrariam tamen oppinionem, imò ſtipulationem paternam non impedire cõſolidationem dotis in perſona filiæ, tenet gloſ. l. vnica. §. videamus. verb. viſum. C. de rei vxo. actio. quam receptam ab antiquioribus, & veriorem aſſerit Cyn. ibi & defendit Salic. col. 2. & Bolognet. hic à nume. 191. Adducitur pro hac ſentẽtia d. l. vnica. §. videamus. Adducitur etiã d. l. vnica. §. & hoc. Item adducitur l. fin. C. cõmunia vtriuſque iudic. Sed his non obſtantibus, non eſt recedendum à magis communi opinione. Neque obſtant iura pro contraria parte adducta: nam ad primũ de d. l. vnica. §. videamus. reſpondetur cum Bart. hic d. num. 22. quòd loquitur de quadam tacita ſtipulatione antiqua, quæ nõ erat in vſu tempore Iuriſconſultorum, & Imperatorum, & hanc vult Iuſtinianus hodie aſſumere naturã actionis rei vxoriæ, & in filia conſolidari: ſed circa expreſſam ſtipulationem nihil diſponit: & ideò etiam hodie ſtipulatio expreſſa ſoli proderit patri, & eius hæredibus: & cum hac Bart. reſponſione trãſeunt omnes, vt hic per Vincent. nume. 25. Sed eam irridet Bolognet. hic nume. 192. & meritò, neque enim ante Iuſtinianum erat aliqua ſtipulatio tacita prodita pro dote, ſed hæc nouiter fuit inuenta per Iuſtinianum, vt conſtat ex d. l. vnica.
30 in princip. C. de rei vxo. actio. † Secundo igitur modo reſpondent Benedict. de Plumbino hic num. 10. verſ. non obſtat 6. & Vincent. num. 25. verſ. ideò tu melius, quòd tex. d. §. videamus. & d. §. & hoc. procedunt, quando pater ſimpliciter ſtipulabatur doris reſtitutionem, nõ exprimendo, quòd ſibi ſtipularetur: vel quando ſtipularetur pro ſe, & filia, vel pro ſe aut filia: nam ſi ſibi expreſſe ſtipuletur, nõ obtinebunt prædicta iura, ſed ſoli patri competet actio, iuxta iura ſupra citata. Quæ reſponſio etiam nõ placet, quia non cõuenit verbis d. §. videamus. in quo præſupponitur, quòd actio ex ſtipulatu erat ſolius patris, & tranſmittebatur ad eius hæredes: & tamen aliud eſſet dicendum, ſi ſtipulatio ſimpliciter eſſet facta, tex hic adiuncto. 3. gloſ. intellectu: & idẽ ſi etiã pro filia facta eſſet ſtipulatio: qua inductione etiam contra prædictam reſponſionem vrget d. §. & hoc. Tertiò igitur loco Bolognet. hic num. 46. & num. 194. reſpondet, illa iura eſſe intelligenda de ea ſtipulatione, quæ interponitur accumulatiue ad rei vxoriæ actionem, non autem animo nouandi, vt in ſimili probatur l. 4. §. ex conuentione. ʒ. de re iudi. ſi enim animo nouandi eſſet interpoſita, tunc procederet l. quoties 30. ʒ. eo. cũ ſimilib. Sed non placet, quia imò prædicta iura inſinuãt, loqui de ea actione ex ſtipulatu, propter quam actio rei vxoriæ nõ erat in conſideratione: quod verum eſſe nõ poteſt, niſi intelligas ſtipulationẽ fuiſſe interpoſitam nouãdi animo. Item ego non video, quid operari poſsit hæc ſtipulatio nõ facta animo nouãdi, cum actio rei vxoriæ, quę erat communis cũ filia, omnino impediret prædictæ ſtipulationis effectus. Quare ego verius reſpõdeo, prædicta iura ita eſſe intelligẽda, vt cum hodie actio tacita ex ſtipulatu ſubrogata ſit loco rei vxoriæ actionis, ipſa quidem quoad ibi expreſſa habeat naturam rei vxoriæ actionis, nõ autẽ actionis ex ſtipulatu expreſſæ, quãuis illius nomẽ habeat; ac ita ſentit, actionem tacitã ex ſtipulatu, nõ ſequi naturam actionis ex ſtipulatu expreſſæ, ac proinde nõ cõ-

petere soli patri, neque ad eius hæredes
transmitti, sed potius habere naturã actio
nis rei vxoriæ: in quo significat, actionem
ex stipulatu expressam, etiam hodie obti
nere naturam suam, de qua in d. l. quo-
ties. 30. ℣. eo. cum similibus. † Vnde cauẽ-
31 dum est à Bald. l. penul. §. filia fam. ad fi-
nem. ℣. eo. dum tenet, quòd si pater in
continenti stipuletur dotem sibi restitui,
ea stipulatio non impediet dotem con-
solidari in filia: si verò ex interuallo stipu
letur, filia consentiente, ea stipulatio im-
pediet dotem consolidari in filia, quia est
quòd imputetur filiæ, quæ cõsensum ad-
hibuit: subscribit Xuarez. l. quoniam in
prioribus. 15. ampliatio. nu. 5. C. de inof.
testa. hæc enim distinctio est contra cõ-
munem resolutionẽ, quam defendimus,
vt aduertit Paul. d. l penul. §. filia. nume.
2. ℣. eo. & potius Bald. docere debuisset,
quòd si pater in continenti stipulatus est,
etiam filia consentiente, nõ restituetur
filia minor: quia iure communi vsa est. l.
fin. C. de in integ. restit. adiuncta l. quo-
ties 30 ℣. eo. & tamen si cõsensit ex inter-
uallo, tanquam læsa restitui poterit. l. 3. §.
sed vtrùm. in fine. s̃. de minorib. Præterea
neque resolutioni, quã defendimus, ob-
stat l. fina. C. communia vtriusque iudic.
quia communis opinio quam defendi-
mus, iuxta illius distinctionẽ videtur de-
claranda, vt hic admonet Bart. nume. 22.
vers. ego autem. & subscribit Vincen. hic
num. 25. ad finem. Alexan. num. 19. Sed
ego subsisto, quia stipulatio illa de resti-
tuenda dote patri, cõtinet, quòd & post
mortem patris restituatur hæredibus, iux
ta regulam l. si pactum. s̃. de probatio. &
in specie probat l. vnica. §. & hoc. C. de
rei vxo. actio. l. qui de reddẽda. s̃. de pact.
dotalib. ergò prædicta stipulatio etiam
post mortem patris debet impedire do-
tis consolidationem in filia. Nec obstat
tex. d. l. final. C cõmunia vtriusque iudi.
quia illa dos iure consolidationis nõ po-
test pertinere ad filiam, cum fuerit semel
quæsita patri, & incorporata cum eius pa
trimonio: vnde non potuit ius consolidã
tionis amplius esse in cõsideratione: arg.
l. qui res. §. aream. ℣. de solutio. & hic ad-
uertit Claud. num. 22. Ergò ex d. l. final.
non bene arguitur ad nostrum casum, in
quo agitur de dote consolidanda in per
sona filiæ. Nec obstat si replices cum Bar.
hic d. num. 22. & Alex. num. 19. quod si
in specie d. l. final. dos iam ex acta per pa
trem est restituenda filiæ, in casibus ibi
expressis, à fortiori retinebitur per filiã, si
32 nondum ex acta fuit: † quia respondetur,
diuersam esse rationem inter hos casus,
nam postquam stipulatio patris effectũ
habuit, & iuxta pactum dos patri fuit re-
stituta, tunc dos restituitur filiæ in illis
duobus casibus ex verisimili mẽte patris,
vt declarat Paul. Castrens. consil. 11. nu.
2. lib. 1. & nos etiam declarauimus l. si cũ
dotem. §. si pater. num. 18. s̃. eo. Sed quan
do stipulatio adhuc non fuit sortita effe
ctum, iuxta illam dos acquiretur hæredi
bus patris, quibus tacite cautum videtur
vt supra diximus: nec enim mutatio prio
ris voluntatis præsumenda est. l. eum qui.
s̃ de probatio. quanuis hæredes eam do-
tẽ sibi mero iure quæsitam, filiæ iterum
nubẽti teneãtur dare. auth. sed quanuis.
C. de rei vxo. actio. adiuncta l. 2. §. ex his.
℣. de verb obligatio. Et effectus huius dif
ferentiæ erit, quòd in terminis l. final. C.
communia vtriusque indicij. filia obtine
bit dotem, nec ab ea est auferenda, quan
uis postea non nubat, vt probauimus l. si
cum dotem. §. si pater. num. 19. s̃. eod. &
tamen in nostra specie hæredes non te-
nebuntur dotem restituere filiæ, nisi illa
cum effectu alteri nubat. d. auth sed quã
uis. C. de rei vxo. actio. Tertia conclusio
in hac materia ex Bar. sit, Quòd etiam iu
re nouissimo authenticorum, si pater sti
puletur dotem restitui, huiusmodi stipu
latio impediet consolidari dotem in per-
sona filiæ, vt probat auth. sed quanuis. C.
de rei vxo. actio. ibi, Pactionis iure. Licet
addat, ita iure pacti dotem patri acquiri,
vt filiæ iterum nubẽti eam dotem inte-
gram



grã teneatur restituere: in quo illa auth.
illud de nouo addit, quòd licet iure. ff. pa
ter nõ cogeretur inuitus prædictam do-
tẽ restituere filiæ. l. si socius pro filia. 82.
ad medium. ibi, Posit. s̃. pro socio. tamẽ
ex ea auth. inuitus cogetur integram do
tem filiæ restituere: & communiter reci
pitur hæc tertia Bar. cõclusio, vt asserunt
Vincent. hic num. 26. Crot. l. 2. §. quod
si in patris. num. 35. s̃. eo. Syluan. consil.
2. num. 46. Et ex ea infert Bart. hic num.
23. quòd si pater in primo matrimonio
non fuit stipulatus dotem sibi restitui,
non poterit in secundo matrimonio eã
stipulationem facere, quia per talem sti-
pulationem videtur diminui ius dotis. l.
3. §. sed vtrum. in fine. s̃. de minorib. quã
diminutionem fieri prohibet. d. auth. sed
quanuis. ac proinde non obstante prædi
cta stipulatione, dos consolidabitur in fi-
lia: & communiter recipitur, vt asserunt
Alex. hic num. 21. Vincent. numer. 26.
quicquid contradicant Imol. & Roma.
& quicquid contrarium latè defendat
Crot. l. 2. §. quod si in patris. à num. 11. s̃.
eo. Addead perfectam explicationem d.
33 auth. sed quanuis, † quod ea auth. obti-
net locum, tam in dote data per patrem
filiæ, quàm in promissa, iuxta æquipara-
tionem. l. ex morte. in fine. C. de pactis.
conuentis. & regulam l. final. C. ad l. Fal.
tenet Salic. d. auth. sed quanuis. Iason l.
filia. num. 4. C. de legatis. & l. vt liberis. n.
5. C. de collatio. latè Dec. consi. 35. à nu.
4. Syluan. consil. 2. à num. 74. & latè Bae
ça tract. de non meliorand. filiab. cap.
16. num. 12. Crot. l. si constante. 2. lect.
à num. 14. s̃. eo. quicquid glos. 1. d. auth.
sed quanuis. contrarium sentiat; & eam
sequatur Cyn. & Angel. ibi Iason. §. fue-
rat. num. 134. Instit. de actio. & quicquid
hanc quæstionem indecisam reliquerit
Ripa l. 1. num. 64. s̃. eo. & Tiraq. lib. 2.
retract. in fine. num. 59. Item, adde deci-
sionem d. auth. sed quanuis. procedere,
etiã si dos data in primo matrimonio fue
rit immodica: nã & hanc pater filiæ iterũ
nubenti tenetur integram restituere, vt
colligitur ex generalitate illius, & in spe-
cie tradit Deci. cõnsil. 35. col. 6 vers. non
obstat tertiũ. de quo vide Baeçã tract. de
nõ meliorand. filiab. c. 16. à n. 3. Quini-
mo Syluã. consil. 2. à nu. 60. concludit,
quod dos data in primo matrimonio, red
denda est filiæ iterum nubenti, etiam si
nubat sine patris consensu, viro, qui attẽ-
ta dignitate, & qualitate, tanta dote di-
gnus non sit, vt ibi per eum. Vtrùm autẽ
d. auth. obtineat, si filia iterũ non nubat,
sed ingrediatur monasterium? Ripa. l. 1.
numero. 61. s̃. eod. concludit habere, per
auth. de sanctissimis Episcopis. §. sed
hoc præsenti. coll. 9. & sequitur Boeri de-
cisio. 131. num. 8. Baeça tracta. de non
meliorand. filiab. cap. 14. num. 3. Costa
l. cum tale. §. si arbitratu. 11. ampliatio. n.
2. ℣. de cond. & demonst. Sed non puto tu
tum, quia cum d. auth. sed quanuis. loqua
tur quando filia iterum contrahit matri
monium carnale, non est extendẽda ad
ingressum religionis, pro cuius ingressu
minor solet dari dos, quam pro matrimo
nio carnali, & ideò non est pater cogen
dus dare maiorem dotem, quam soleat
dari pro ingressu religionis: arg. l. quis sit
fugitiuus. §. item apud Labeonẽ & quod
34 ibi Bart. s̃ de ædil. edicto. †. Et ita in specie
Crot. l. si constante. 2. lect à nu. 20. s̃. eo.
Alciat. l. 1. nu. 97. s̃ eo. & . l. nemo potest.
nu. 20. ℣. de leg. 1. Vltimò in materia illius
auth. tenebis menti, quòd si pater, qui fi
liam secundò nuptui tradidit, pro ea pro
mittat dotem simpliciter, non videtur
intellexisse de noua dote, sed de anti-
qua, quam in primo matrimonio pro ea
dedit. l. dotem. 31. s̃ de iure dotium. Gui
do decisio. 375. nu. 3. & . sing. 281. Cor-
ne. consil. 102. li. 2. & si fortè maiorem do
tem promittat, quam dederit in primo
matrimonio: tamen antiqua dos videtur
includi in promissione: & id quod deest,
ex suo præstabit. Alexan. l. huiusmodi. §.
cum pater. num. 2. ℣. de leg. 1. Boeri. decis.
137. num. 2. Ex Bart. autem conclusioni
bus

bus ita explicatis, colligitur elegãs cõclusio in hac materia, Quòd licet pater nõ posit ponere grauamẽ in filiæ legitima. l.quoniam in prioribus. C.de inof. testa. tamen in dote data filiæ, potest grauamen imponere, stipulando, quod post solutũ matrimonium sibi vel heredibus restituatur, ita vt dos hoc casu nõ videatur loco legitimæ succedere: & ita Bald. Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 17. num. 3. inquiens rationem esse, quia per prædictam stipulationem, non multum filiæ præiudicatur, quia ei superest actio aduersus patrem & hæredes, vt iterum nubenti dotem eam sibi reddant. auth. sed quanuis. C.de rei vxo. actio. Item quia si dos propter prædictam stipulationem ei tollitur, poterit petere legitimam in bonis patris: subscribit Xuarez d.l.quoniã in prioribus. 15. ampliatio. num. 3. vnde àcessante prædicta ratione inferũt, quod stante statuto, quòd filia dotata non succedat patri, non valebit ea stipulatio, quòd dos reuertatur ad patrem, vel ad eius hæredes; quia cum hoc casu dos subrogetur loco legitimæ, debet induci decisio. d.l. quoniam in prioribus. subscribit Iason hic num. 89. & plures, quos refert Hieron. Gabriel. consi. 116. num. 18. & numer. 21. ac proinde tenebitur pater hãc stipulationem filiæ remittere, vt in simili probatur. l. vxorem. §. pater naturalis. ʃ. de leg. 3. & in specie Bald. l. fina. n. 3. C. de dotis promissio. Vnde infertur intellectus ad l. final. §. filiæ. ʃ. de leg. 2. vbi probatur, patrem posse per fideicommissum grauare filiam, vt si sine liberis decedat, dos restituatur patri, vel fratribus mulieris: ad quod illum tex. extollit Paul. ibi num. 2. Xuarez. d.l. quoniam in prioribus, 6. ampliatio. num. 2. ad finẽ. † Cui
35 tamen decisioni fortiter obstat, quòd datio dotis, etiam facta filiæ fam. valida censetur. l. Pomponius. §. famil. ercisc. ergò ratione dationis validæ, non potuit donator fideicommissum relinquere à donatario, neque aliquod grauamen ei imponere, vt significat l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegat. & probatur l. cum maritus. §. final. §. de pact. dotalib. & l. Lutius. 40. ʃ. de fideicõ. libertat. auth. hoc locum. C. si secundò nupserit mulier. facit regula. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. Propter hanc difficultatem DD. variant circa illius tex. intellectum: nam Bart. d. §. filiæ. & Bald. d. l. quoniam in prioribus. num. 8. & cons. 59. lib. 2. sentiunt tex. d. §. filiæ. ea ratione procedere, quia propter stipulationem interpositam tempore datæ dotis, dos debeat reuerti ad patrem, vel eius hæredes, & hac ratione subsistit grauamen; sentientes, quòd si dos esset consolidanda in persona filiæ post mortem patris, tunc non valeret grauamen, iuxta iura supra citata: quam resolutionem magis probat Alexand. l. à filia. num. 4. ʃ. ad Trebellian. Xuarez d.l. quoniam in prioribus. 12. ampliatio. num. 3. Menchaca de successio. creatio. §. 10. num. 260. Sed non placet; quia admisso prædicto intellectu, frustra in specie d. §. filiæ. dubitaretur de viribus fideicommissi, cum per illud conditio filiæ melior redderetur: nam cum antea ratione stipulationis, dos indistincte deberet reuerti ad patrem vel eius hæredes, tunc ratione fideicommissi, ad eos reuerti nõ debet, nisi casu, quo filia sine liberis decederet. Vnde magis de mente Iureconsul. in d. §. filiæ. videtur esse, quòd in priori cautione contineretur, quòd si filia decederet sine liberis, dos patri restitueretur. si verò pater antea decederet, dos pertineret ad filiam: quam priorem cautionẽ per fideicommissum pater mutare & reuocare voluit, ordinans, quòd etsi pater decederet ante filiam, nihilominus dos restitueretur fratribus mulieris, si illa decederet sine filijs: & secundùm hunc sensum probabit d. §. filiæ. valere grauamen, etiam in casu, quo dos veniret consolidãda in persona filiæ: quod ita aperte sentiunt Dyn. Bald. Imol. & Paul. d. §. filiæ. Paul. d. l. quoniam in prioribus. num. 2.

& etiam



& etiam Cyn. l. vnica. §. videamus. in fine. C. de rei vxo. actio. vnde ita intelligẽdo, militat difficultas supra mota. Sed pro resolutione videtur dicendũ, quod grauamẽ subsistit in eo, in quo dos excedit le
36 gitimam. † argumen. l. scimus. §. cum autem. C. de inof. testamen. quatenus autem dos correspondet legitimæ, non subsistet grauamen: nam cum tunc dos subrogetur loco legitimæ, inducetur d. l. quoniam in prioribus. & ita est de mente Bart. Bald. Paul. & Imol. d. §. filiæ. Dec. l. cum proponas. 1. nume. 2. C. de pact. Tiraqu. l. si vnquam. verb. susceperit liberos. num. 117. C. de reuoca. donatio. Baeça tracta. de non meliorand. filiab. cap. 8. num. 34. Menchaca de successio. creatio. §. 10. num. 259. Hieron. Gabriel consil. 116. num. 9. Cephalus consi. 145. num. 23. lib. 1. Sed non placet hæc responsio, quia repugnat literæ d. §. filiæ. quæ probat, in tota dote grauamẽ subsistere. Quinimò nec videtur vera, quia iura supra citata pro ratione dubitandi euincunt, neque subsistere grauamen in eo, quod dos excedit legitimam. Neque obstat l. scimus. §. cum autem. C. de inof. testam. quia loquitur, quando testator quid legauit, & grauamen imposuit, tunc enim valebit grauamen in eo quod excedit legitimam, iuxta regulã l. ab eo. C. de fideic. nos autem loquimur, in dote data filiæ in vita simpliciter, pro qua nullum grauamen imponi potest. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. Et tantùm prædictorum responsio potest admitti in eo sensu, vt si dos data sit inofficiosa, quatenus inofficiosa est, subsistet grauamẽ: nã cum ea dos reuocari posit. l. vnica. C. de inoff. donatio. quatenus reuocabilis est, subsistet grauamen. l. Seia. 12. ʃ. de dote prælegat. l. sequens quæstio. in fine. ʃ. de leg. 2. & in materia bonꝰ tex. l. Titia. Seio. 89. §. final. ʃ. de leg. 2. Aliter igitur respondet Alex l. à filia. num. 4. ʃ. ad Trebellian. quòd pater pro dote non potest grauare filiam, dum illa viuet: valebit tamen grauamen, si conferatur in casum, quo filia moriatur sine liberis. d. §. filiæ. subscribit Xuarez d.l. quoniam in prioribus. 12. ampliatio ad finem. Sed non placet, quia iura supra citata euincunt, nõ valere grauamen, etiamsi conferatur in casum quo filia moriatur sine liberis: & aduertit Mẽchaca de successio. creatio. §. 10. nu. 261. Vnde pro vera interpretatione d. §. filiæ. aduertendum est, Iureconsul. pro constãti habere, valere illud fideicommissum relictum à filia dotem habente, & tantũ dubitat de effectu & viribus fideicommissi: nam cum testator non grauasset filiam dotem fratribus restituere, sed tantum disposuerit, quòd ipsa pateretur, eos dotem stipulari casu quo illa decederet sine liberis, dubium erat, si ipsi nõ essent stipulati restitutionem dotis, vtrùm nihilominus quasi ex fideicommisso dotẽ repetere possent ab hæredibus sororis: & deciditur posse, si per eam steterit, quominus fratres ab ea stipulentur dotis re-
37 stitutionẽ. † Nam cum tunc in eius præiudicium conditio habeatur pro impleta, iux. regulã l. iure ciuili. ʃ. de cond. & demonst. quasi impleta conditione, ex fideicommisso tenebitur dotem fratribus restituere. Cùm igitur de hoc principaliter dubitetur, quatenus pertinet ad validitatem fideicommissi, absque diuinatione præsupponi poterũt termini habiles, iuxta regulã. l. qui testamento. §. 1. ʃ. de testamentis. Intelligetur igitur, vel quòd dos ei legata fuerit per patrem in testamento: quo casu sine dubio subsistet grauamen. l. ab eo. C. de fideicommi. & est expressum. l. vxorem: 40. §. testamento. 2. ʃ. de leg. 3. & agnoscũt relati per Hier. Gabriel. consil. 116. num. 26. vel quòd filia fuit hæres instituta per patrem: nam tunc valebit grauamen, quia testator potest disponere de rebus hæredis tanquã de proprijs. l. vnum ex familia. §. si rem. ʃ. de leg. 2. Quod ex eo redditur verisimilius, quòd testator cauit filijs tanquã filijs, & nõ tãquam hæredibus: vnde credibile

dibile est, filiam & filios æqualiter hæredes instituisse:& idem si fuerit exhæredata:cum enim ei legitima nõ debeatur, valebit grauamen. Hier.Gabriel.d.cons. 116. num.32. vel si aliàs pater ex necessitate nõ tenebatur ei dotem dare.Cephalus consil. 145. nume. 23. lib.1.Quòd si ponas ,filiam abstituisse se ab hæreditate paterna,iuxta l.final. ʒ. de collatio.dotis,tunc non valeret grauamen,nisi quatenus dos esset inofficiosa, vt supra dictũ est: & hæc de secunda quæstione Bart. Succedit igitur tertia quæstio, vtrùm filiafam. in dote aduentitia habeat hæredem? Et ex Bart. hic num. 25. sit prima conclusio:Dum filiafa.viuit,certũ est,dotis aduentitiæ actionem filiæfam. competere.l.Gaius. 46.ʒ. eo. qua vti potest sola,sine patris consensu. l. 2. §. quòd si in patris.s.eod. & ibi traditur,& est receptissima conclusio, vt hic asserit Vincent. num.31. Sit secunda conclusio:Postquã filiafa. moritur,dos aduentitia etiam iure. ff.pertinet ad hæredes filiæ :ita sentit glos.1.hic ad finẽ.dum dicit , liberorum voluntatẽ requiri,quasi ad eos pertineat dos materna,tanquam illius hæredes:& idem tenet Dyn. & Bart. num.26.& est recepta conclusio, vt asserunt Alex. hic num. 4. Vincent.num. 31. Claud. num. 24. & Bolognet. num. 206. Nouellus de dote.8.parte priuileg.10.num.2.Corne. consil.66. num. 6.lib.4.& extollit Baptista de priuileg.dotalib.centuria. 1. num. 36.& probat l.30. tit.11.partit.4.† Addu
38 citur pro hac sententia is tex.dum sentit, quòd si filia moriatur cum liberis, pater agere nõ potest virtute stipulationis,quasi dos materna ad filios pertineat,& non ad auum.Secundò adducitur.l. auus.82. adiũcta glos. s.de iure doriũ.Tertiò l.inter socerũ.§. cum inter. s.de pact. dotal. Contrariam nihilominus opinionẽ,imò dotẽ aduentitiam pertinere ad patrem, & non ad hæredes filiæfa. tenent Bald. Angel.Benedict.de Plũbino.Imol.Rom. & Castillion. hic.Bald.l. 3. ad finem. C. de hæred. actio. Zasi. lib. 2.singular.responso.c. 2.num.11. Quinimò magis cõmunem opinionem esse contra Bart. asserit Iason hic num. 92.Vel saltem non potest cognosci, quæ sit magis communis opinio,vt asserit Bolognet. hic num. 209. ad finem. & iure. ff. id verum esse defendit Goffred. l. si dotali.num. 1. ʒ. eod. Et pro hac opinione vrget l. 2.ʒ. de castrens. pecul. nã si filiusfa. miles in castrẽsi peculio nõ potest habere hæredẽ, sed pater occupat bona iure peculij, à fortiori idem dicendum est in dote aduentitia.Neque satisfacit responsio Bart. hic num. 26. quòd tex.ille loquitur in filiofam.qui licet habeat hæreditatem,nõ tamen potest habere filios hęredes, quibus auus iure suo in ea hæreditate præferri non debeat:nam aut nepos est in potestate eiusdem aui,& auus iure potestatis præferendus est: aut est ab eo emancipatus,& etiam auus præferendus est. l. 1.§. si nepos.ʒ.si quis à parente fuerit manumissu.Inde igitur inferri non potest ad filios filiæ,qui non sunt in aui materni potestate.§. final. ʒ. de patria potest. §. sunt autem.in fine.Instit. de legit.agnato. tutela.& ideò illa filios habere potest hæredes in dote aduentitia:nam vltra replicationem Imol.hic numer.6.ego aduerto, Bart.falsò præsupponere,quod si filius in potestate habeat bona propria, quæ iure hæreditario deferri possint,auus sit præferendus nepotibus , qui etiã sunt in aui potestate:nã imò nepos debet patri mero iure succedere,quãuis id quod acquisierit,ad auum debeat transire iure potestatis:vt probatur l.si pater filium.ʒ. vnde liberi.l.penult. ʒ. ad Tertullian.§. repetitis. Instit de seruil.cognat.in princ.Instit. de Orfician. facit l. in quibus. C. de secund.nupt l. 3.C.de bonis quæ liberis. auth. in successione. C. de suis & legit. hæredib.Item falsò præsupponit , quòd his etiam emancipatis auus debeat preferri,cum in contrarium sit regula. §. 1. Instit.de hæred.que ab intest. defe. d. §. repetitis.



repetitis. Instit. de seruili cognatio. Neque obstat tex.l.1.§. si nepos.ʒ.si quis à pa
39 rente fuerit manumis. † quia tãtum probat,quòd si auus nepotem manumittat, præferri debet tanquam manumissor in successione illius, patri naturali ipsius emancipati.Inde autem inferri non potest,quòd si huius emancipati pater moriatur, debeat præferri auus in ea hæreditate huic nepoti emãcipato.Quod ex eo constat, quòd d. §. si nepos. præfert auũ tanquam manumissorem,vt etiã l. æquissimum.§. 1.ʒ. ad Tertullian.& tamen certum est,patronum non præferri filijs manumissi ,imò per eos excludi à prædicta successione.§. 1. Instit.de successio.liberto.l.intestato.3.in princ.ʒ.de suis & legit. hæred.ergò paternus auus etiam consideratus tanquam manumissor,excludẽdus est per filios eius, quem manumisit, & ideò verius dicendum est,d.l.2.ʒ.decastrẽs. pecul. ea ratione procedere,quòd filiusfa. iure.ff.hæreditatem habere non poterat , etiam si esset miles ; & ideò pater eius bona occupare potest,tanquam peculium.l.si pater.in fine.ʒ. de suis & legit.hæred tex.optimus.l final. ʒ.ad Tertullian. & sic tanquam bona propria. l. certum.C.famil.ercisc.nisi filiusfa. de peculio testetur ,nam tunc considerabitur tanquam hęreditas.l.filiusfa. 18.in fine. ʒ. ad l.Falcid. glos.2. l. final.ʒ.ad Tertull. ex ratione l.2.s.ad Macedon.Quæ ratio etiam procedit in filiafa. habente dotem aduentitiam: imò de ea non potest disponere,prout potest miles; quia in filia cessat ratio expressa.l.2.s.ad Macedon. Neque etiã satisfacit responsio Vincen. hic nu.31.ad finẽ. Claud.nu. 25.quòd d.l.2. ʒ.de castr. pecul. procedit in filio milite, cui tãtũ præstatur priuilegiũ fauore militiæ.l.fin. ʒ.ad Tertull. qui cum cesset per mortẽ militis,meritò etiã cessat priuilegiũ.Sed in dote filij etiã mulieris cẽsentur priuilegati.l.etiã.in princ. s.eo.& ideò hi in dote materna succedere poterũt:nam & hæc respõsio ex supra traditis cõfundi-



tur.Neq, repugnat l.etiã.s. eo.quia tãtũ probat;quòd priuilegiũ personale cõcessum parẽtibus propter matrimoniũ, etiã cõmunicatur liberis susceptis ex eodem matrimonio:inde tamẽ inferri nõ potest, dotẽ maternã ad eos debere pertinere, & filiãfa. isto iure posse habere hæredẽ: ac ita verius dicẽdũ est,quòd prout in ter
40 minis.l.2.ʒ.d castr.pecul.†pater occupat bona filij militis de illis non testãtis iure peculij, & excludit eius filios : vt tradit Goffred.l.si dotali.nu.1.ʒ.eo. & cõstat l. qui duos.§. cũ in bello. verb.patris.n.12. ʒ.de reb.dubijs.quicquid contrarium teneat Nouellus de dote.8.parte, priuileg. 10. n.3. & Iason. hic nu. 96. à fortiori in in dote aduẽtitia pater debet excludere filios ipsius filiæ in potestate:quod aduertit Goffred. d.l.si dotali.nu. 1.ʒ. eod.Denique nõ satisfacit respõsio Ias. hic n. 97. quòd in d.l.2.ʒ de castr. pecul.filiusfa.miles poterat testamẽtũ facere de castrensi peculio:quod si nõ fecerit,tacitè ea bona videtur relinquere parẽti: arg.l cõficiuntur. ʒ. de iure codicillo. & ratione istius tacitæ volũtatis,pater præfertur:quæ tacita volũtas in filiafa. cõsiderari nõ potest, quæ nũquã potuit facere testamẽtum. l. qui in potestate. s. de testamẽtis.& cõsequẽter nec in ea potest cõsiderari prædicta tacita volũtas.Bal.l.pro hæreditarijs. nu. 11. C.de hæred. actio.& l. seniũ.n.5. C.qui testa.facere possunt.& hac ratione filij filiæfa. debẽt præferri auo in dote aduẽtitia : nã & hæc responsio cõfunditur ex supra traditis,neque enim pater succedit in peculio castrensi ex tacita volũtate filij,sed potius,quia si miles de peculio nõ disponit,eius bona rediguntur per legẽ ad instar peculij per patrẽ concessi.d. l.2. & l.final.ʒ.ad Tertullian.& ideò quasi agatur dẽ occupatione bonorum proprorum; meritò pater omnibus præfertur : quæ ratio à fortiori militat in dote aduentitia , ac ita d. l. aperte comprobat hanc opinionem aduersus Bart. & communem.Et retenta hac opinione,

non obstabunt supra adducta pro cõtraria opinione:nam ad primum de isto tex. respondetur,quòd ex eo non constat loqui in dote aduentitia,sed magis videtur loqui in dote profectitia,cum de actione communi inter eum & filiũ agat, in qua certum est, patrem præferri liberis filiæ, glos. final.hic,& glos communiter recepta.l. dos à patre. C. solut.matri. & ideò ad istum textum,ibi,Sine liberis. respondendum est , vt supra declarauimus nu. 7. Secundùm quã responsionẽ nihil facit pro opinione Bart. quã reprobamus: quicquid existimet Bolognet.hic n.210. Non obstat secundũ de l. auus. 82.ʒ. de iure dotium.quia tex. tãtũ probat, quòd vbi auus contemplatione neptis dotem pro ea dedit,hæc dos non censetur profectitia, sed potius aduentitia, ac proinde mortua filia,hæc dos tanquã profectitia, nõ reuertetur ad patrem filiæ,iuxta l.dos à patre.C.solu.matrim.sed pertinebit ad
41 hæredes filiæ: vt tenet glos. 2. d.l.auus.† Quod ego intelligo,quando neptis non erat in potestate patris, nã aliàs cum hæredem habere non posset, ipse pater dotem illam occupabit iure peculij.l.2.ʒ.de castrens.pecul. nõ quidẽ sub nomine dotis,quæ morte filiæ extinguitur, sed tanquam bona filiæfa. quæ eius morte transierunt in nomen peculij. Prout si pater dotem profectitiã stipulatus est filiæ reddi,ea dos in solidum efficitur filiæ , & in qua pater nõ habet cõmunionẽ. l. si cũ dotẽ.in princ.cũ ibi notatis.ʒ.eo.& tamẽ si deinde filia decedat ab intestato,pater in ista dote succedet tanquã in bonis filiæ,quia nomẽ dotis morte filiæ fuit extinctum, & omnibus alijs præferetur.l. quod scitis.C.de bonis quæ liberis, & dicemus infra num. 43.Non obstat tertiũ de l. inter socerũ.§.cum inter.ʒ. de pact. dotalib.nam imò retorquebitur argumẽtum: dos enim materna in casu ibi proposito,pertinet ad liberos ratione taciti pacti,collecti per argumentum à contrario sensu:vnde innuitur ex iuris dispositione dotem maternã ad eos non pertinere;aliàs frustra ponderaretur pactũ illud tacitũ.Quinimò &in specie d.§.cum inter.illi liberi nõ succedunt immediate in dote materna,sed tanquã positi in cõditione,excludunt auũ , & dos materna retinetur per patrẽ,iuxta traditionẽ glo. fina.l.Lutius.2.ʒ. de hæred.instit. & postea in illa succedent, nõ tanquã in dote, quæ morte mulieris extincta fuit:vt probat l.inter socerũ. §. 1.ʒ.de pact. dotal.& diximꝰ.l.si cũ dotẽ.in prin.ʒ.eo.sed tãquã in bonis patris.Et ex hac opinione ita defẽsa aduersus magis cõmunẽ, nfertur explicatio ad tradita per Vlpian.in instit.tit. 6.vers.aduentitia autẽ,dũ dicit, quòd aduẽtitia dos semper penes maritũ remanet,præterquã si is qui dedit, vt sibi redderetur stipulatus fuit,& sic Vlpianus videtur tenere aduersus communes traditiones supra relatas,vt expendit Bologn. hic num.206.Sed facilè respondetur, Vlpianũ velle,vt dos aduentitia sub nomine dotis,non pertineat ad aliquem , nisi qui dedit, incontinenti stipulatus est eã sibi reddi:sub nomine igitur dotis retinebitur per maritũ,nõ vt cedat eius lucro, nisi pactum de lucranda dote interueniat.l.fina.C.solut.matrim.sed vt eã red-
42 dat hæredibus vxoris:† vt declarat idem Vlpianus d.tit.6.vers.post diuortium,vel ad eum,ad quem bona filiæfa.iure pertinent,vt constat ex supra dictis. Infertur etiam explicatio ad l.quod scitis.C.de bonis quæ liberis.ex qua Bart.hic num. 26. colligit,quòd iure Codicis filiafa.in dote aduentitia habet hæredem,nec pertinet ad patrem iure peculij:quod & defendit Goffred.l.si dotali.num.1.ad finem.ʒ.eo. nam est aduertendum,tex.illum nõ agere de dote aduentitia,sed tantũ de dote acquisita filiofa.ratione pacti,vel ã donatione propter nuptias acquisita filiæfa. ratione pacti:huiusmodi enim lucra patri nõ acquirũtur, nisi quo ad vsũfructũ, & illa bona quoad proprietatẽ tãquã hæreditas parentũ ad liberos trãseũt:inde autem



tem inferri non potest , idem esse in dote aduentitia data filiæfam. quia cum d. l. quod scitis. sit correctoria iuris antiqui, non debet extendi ex similitudine rationis : vt ibi in specie aduertit Bald. num.4. & dicemus infra latius numer. 67.Iure sane authenticorum verissimum est, filiumfa. in omnibus aduentitijs habere hęredem,& eius filios præferri parentibus,auth. de hæredib. ab intestato venientibus. §. 1. colla. 9 ita vt hodie filijfam. habentes aduentitia, dicantur habere hæredes,& hæreditates. glos. 3. l. pater qui castrense. in princ. ʒ. de castr. peculio. Succedit quarta quæstio Bart. vtrũ supra resoluta in dote aduentitia, habeant etiam locum in dote profectitia? & ex Bart. hic numer. 27. sit conclusio: Quãuis in profectijs hodie nihil mutatum sit.§. 1. Instit. per quas personas vobis acquiritur. ac proinde in dote profectitia etiam hodie obtinere debeant tradita in l. 2. §. quod si in patris. ʒ. eod. tamen si dos profectitia in solidum efficiatur filiæ,ita vt pater in ea nullam habeat communionem, iuxta tradita.l.si cum dotem.in princ.ʒ. eod. ea dos non reuertetur ad patrem iuxta l. dos à patre. C.solut. matrimon. sed tanquam hęreditas filiæ considerabitur , ac ita ad eius hæredes pertinebit : allegat istum tex.ibi, Sine liberis. & l. inter socerum. §. cum inter.ʒ. de pact. dotalib. & communiter recipitur hæc conclusio, vt asserunt Alex.hic numer. 24.Vincent.nu. 32. Iason numer. 98. adde Paul. l. illam. num. 4. C. de collatio.& consil. 11. nu. 1. lib. 1. & consil. 372. numero. 1. ad finem.lib. 1. Nouellum de dote. 8. parte priuileg. 10. numer. 2. Paul. de Montepico.l. in quartam.nu. 233. ʒ. ad l.Falcid. & ibi Ripa num. 193.Alexan. consil. 24. nume.4.lib. 1. Corne consil. 190. num. 4. lib. 2. Capicium decisio. 176. numer. 14. Alciat. responso 299. nume. 2. Aymon.consil 102. nume.8.Menoch.cons. 84. num.63.lib. 1. Tessaurum decisio .Pedamontana. 190. à num.9. Pater igitur hanc dotem obtinere non poterit , nisi tanquam hæres filiæ.Aymon consi. 84.
43 nu.10.† ac proinde filia saltem inter viuos,de ea ad libitum disponet.auth. vt liceat matri & auiæ in princip. collatio. 8.& post Bald. tradit Aymon d. consil. 84.num. 3.tempore autem mortis nihil disponere potest:nam cum sit in potestate patris , non potest vltimam condere voluntatem.l.qui in potestate. ʒ. de testament. Bald.l. pro hæreditarijs. nume. 11. C.de hæred.actio.Baptist. de priuil. dotalib. centuria 1. num. 36. Sed his nõ obstantibus, verius est, dotem pro fectitiam mortua filia ad patrem reuerti, etiã si ratione tacitæ donationis in totum acquiratur filiæ,iuxta generalem regulam l.dos à patre.C.soluto. matrimonio. facit l. 2. C.de bonis quæ liberis.& l final. C.communia vtriusque iudic. & ita contrarium tenent Bald. Angel. Roman. & Imol. hic,& defendit Bolognet. numer. 214.& sentit Bart. l.in quartam.num. 12. vers. præterea. ʒ.ad l. Falcid.& cons.190. num. 3.& latissimè comprobat Goffred. l.si dotali.à num. 14.ʒ.eod. Curt. Iunior cons. 18.à num.3.& pro illis expendo. l. pater filiæ. 71. ʒ. de euictib. nam sentit, quòd si dos profectitia detur filiæ emancipatæ,& morte filiæ soluatur matrimonium,dos illa reuertitur ad patrem: profectitia autem dos data filiæfa. ad patrẽ reuertitur, quocumque modo soluatur matrimoniũ.Attẽde igitur, quòd dos data filiæ emãcipatæ, ipsius efficitur in solidum.l. vnica §.videamus. C.de rei vxo. actio. & nihilominus si per mortem filiæ soluatur matrimonium,ad patrem reuertitur,vt etiã probat l. iure succursum. 7. in princip.ʒ.de iure dotium. & probauimus.l.2. §. quod si in patris. ʒ. eod. Item, quia vt sit bona differentia inter filiam emancipatam , & in potestate, debemus dare pares terminos ,& sic quòd licet dos profectitia in totum efficiatur filiæfam.tamen soluto matrimonio,indistinc-

cte ad patrem reuertatur. Neque pro Bar, faciunt iura supra citata, quia illis supra responsum fuit in quæstione præcedenti. Quinimò contra supra allegatos concludo, supra resoluta etiam iure nouissimo obtinere: nã tex. auth. de hęred. ab intest. venientib. §. 1. colla. 9. præferens liberos filiæ fa. auo, qui filiam habebat in potestate, loquitur in aduentitijs.
53 In profectitijs † autem nihil immutatur: vt ibi tradit glos. verb. parentibus. in fine. glos. recepta. l. pater qui castrense. ℣. de castrensi peculio. ac ob id etiam hodie in dote profectitia indistincte obseruanda est decisio d. l. dos à patre. C. solut. matri. & in specie colligitur ex l. 2. ad finem. C. de bonis quæ liberis. & latè probat Goffred. l. si dotali. à num. 14. ℣. eo. & colligitur per locũ à speciali, ex l. quod scitis. C. de bonis que liberis. Vnde glos. l. nupta. 31. §. final. verb. decesserit. s. eod. concludit, quòd pater dotem profectitiam etiã hodie occupat iure peculij: & idem tenet Azo in summa. C. solut. matrimon. ad finem. Bart. l. in quartam. numer. 12. vers. præterea. & ibi Paul. de Montepico. num. 212. ℣. ad l. Falcid. Bart. consil. 190. num. 3. Paul. consil. 29. num. 5. lib. 1. Cur. Iunior. consil. 180. numer. 3. Fabianus auth. nouissima. numer. 101. C. de inof. testament. Anton. Costan. de dote. cap. 6. num. 7. Sed est aduertendum, quòd licet communis traditio vera sit in bonis profectitijs, vt tradit Anton. Gomez. l. Tauri. 6. num. 1. in fine. & Matienço. l. 1. tit. 8. lib. 5. ordina. glos. 3. numer. 6. tamen in dote profectitia verius est, quòd iure reuersionis redeat ad patrem. d. l. dos à patre. Multũ enim differt, occupare iure peculij, vel iure reuersionis ad patrimoniũ patris redire: vt explicat Goffr. l. si dotali. n. 1. ℣. eo. & tradit etiam Anton. Gom. d. l. Tauri. 6. n. 4. Neque audiẽdus est Bart. hic numer. 27. in fine. dum cõsiderat, per iura nouissima nihil fuisse immutatum circa ea profectitia, quorũ dominium remansit penes patrẽ. l. certum. C. famil. ercisc. & aliud esse dicendum in profectitijs, quorum dominium transiuit in filiam fa. prout contingit in dote profectitia, quæ ex vi donationis in totum facta fuit filiæ: quod & tradit Paulus consil. 11. numer. 1. lib. 1. & consil. 372. num. 1. ad finem. lib. 1. nam replicabitur, hanc considerationem Bart. admitti posse, dum viuit filia: ea autem mortua, resoluitur illa dominij translatio, & perinde habetur, ac si semper remansisset in dominio patris: vt colligitur ex l. 2. ℣. de castrens. peculio. Illud certum est, quòd si filia decedat sine liberis, pater solus obtinebit dotem, alijs exclusis. Bart. hic in fine. & Alexan. nu. 35. & aduertit Goffr. l. si dotali. num. 16. ℣. eo. Ex quibus etiam corruit noua opinio Benedicti de Plumbino hic num. 17. quam sibi arrogat Iason num. 98. quòd pater ordinãdo, quod filiæ actio dotis profectitiæ in solidum quæratur, videtur tacite permittere, vt eã liberis suis relinquat, & de illa ad libitũ disponat: nam cum profectitiam dotem pater occupet iure peculij. d. l. 2. ℣. de castrens. pecul. non potest pater sua voluntate efficere, vt id quod tanquam peculium occupatur, consideretur tanquam hæreditas. l. nemo potest. ℣. de leg. 1. & in simili Bart. l. 1. num. 10. ℣. de regula Catonian. † Quinimò, si soluatur matrimo-
54 nium per diuortium, quanuis non possit viua filia, induci consideratio peculij, tamen ex potestate legis illa reuertetur ad patrem, iuxta regulam: l. dos à patre. C. solut. matrim. Vnde pro regula constituitur, quod etiam si per diuortium soluatur matrimonium, dos profectitia data filiæ, indistincte ad patrem reuertitur. l. pater filiæ. 71. s. de euictio. l. si socius pro filia. 82. s. pro socio. l. final. C. cõmunia vtriusque iudic. l. 2. C. de bonis quæ liberis, quorum iurium decisio non inuenitur correcta. Et est ratio, quia acqusitio, quæ fit filiæ, fauore dotis permittitur. l. Põponius. s. famil. erci. Cũ autẽ post restitutionem dotis, cesset consideratio & fa-



& fauor dotis. Bald. l. 1. in fine. C. sine cẽsu vel reliq. meritò dos restituitur patri. Illa igitur tantum iure. ff. erat differentia inter dotem profectitiam, & aduentitiã, quod dos aduentitia, dum viuebat mulier, per eam retinebatur. l. auus. 82. s. de iure dotium: ea autem mortua, pater occupabat iure peculij. l. 2. ℣. de castrens. pecul. Cæterum profectitia, etiam viua filia, ad patrem reuertitur cum onere redotandi. d. l. final. C. communia vtriusque iudic. Hodie sane inter dotem aduẽtitiam, & profectitiam, ea erit differẽtia, quòd filia fam. in dote aduentitia habebit hęredem, & in ea filij mulieris præferuntur auo. l. quod scitis. C. de bonis quæ libe. & aliud erit dicendum in dote profectitia, vt constat ex supra traditis. Succedit quinta Bart. quæstio, si dos profectitia simpliciter data sit pro filia fam. nulla interposita stipulatione in fauorem filiæ, & soluatur matrimonium per mortem mulieris, vtrùm ea dos debeat reuerti ad patrem? an potius debeat pertinere ad filios mulieris tanquam hæredes matris? Et ex Bart. hic num. 29. sit prima conclusio: Attenta dispositione iuris cõmunis, dos profectitia reuertitur ad patrem, exclusis filijs mulieris: vt colligitur ex generalitate. l. dos à patre. C. solut. matrimonio. & videtur expressum l. vnica. §. taceat. vers. sileat. C. de rei vxo. actio. & l. 2. C. de bonis quæ liberis. inducendo, vt hic per Roman. num. 23. & nume.
49 24. ad finem. † Et communiter recipitur hæc conclusio: vt asserunt Alex. numer. 25. Vincent. num. 34. Iason nume. 99. Bolognet. hic nu. 221. Adde l. 1. post princ. ℣. de dote prælegat. inducẽdo vt hic per Roman. nu. 46. Eandem probant Paul. de Montepico. l. in quartam. num. 212. ℣. ad l. Falcid. Capic. decisio. 176. in princ. Paul. cons. 310. nu. 1. ad finẽ. lib. 1. & latissimè cõprobant Rogerius de dote. §. 18. Anton. Costan. tracta de dotib. c. 6. à nu. 3. Tessaurus decisio. Pedamontana. 190. nu. 3. & à n. 13. Contrariam nihilominus opinionẽ, imò quòd prædicta dos pertineat ad filios mulieris, & nõ reuertatur ad patrem dotantem, tenebat Martinus, cuius opinionem refert Accursius d. l. dos á patre. & ibi latè defendit Salic. & multas rationes pro ea adducit Goffred. l. si dotali. à nu. 4. ℣. eo. Socin. cons. 9. à. n. 2. lib. 1. Vsillus. §. fuerat. à nu. 67. Instit. de acti. Forcatulus in Cupidine iurisperito, c. 7. & probat l. 3. otit. 11. partit. 4. & ibi notat Greg. in glos. nodexare & alij adducti per Tessaurũ decis. Pedamõtana. 90. nu. 4. & huius controuersiæ DD. meminit Ruin. cons. 186. nu. 9. lib. 2. Inducitur pro hac sententia is tex. à contrario sensu: si enim dos pertinet ad filios mulieris, etiã in casu, quo pater stipulatur dotis restitutionẽ impersonaliter, à fortiori locũ habebit, quãdo nulla fuit interposita stipulatio. Secũdò adducitur l. illã. §. fi. C. d̃ coll. vbi nepotes succedẽres auo, iubẽtur conferre dotẽ profectitiã datã eorũ matri: ergò præsupponitur, eã dotẽ ad eos pertinere, tanquam matris hæredes. Tertiò adducitur l. 3. §. sed vtrũ. in fine. s. de minorib. adiuncta l. vnica C. vt actio. ab hæredib. & sic constat, quæstionẽ esse controuersam, ita vt indigere decisione Cæsarea asserat Roman. hic n. 29. in fine. & Bolog. n. 224. ad finẽ. Sed his nõ obstãtibus, nõ est recedendũ à magis recepta sententia neq; obstãt adducta incõtrariũ: nã ad primum de isto tex. iã responsum fuit supra n. 7. Ad secundũ de l. illã. §. fi. C. de colla. respõdetur, ideò dotem datam matri ad nepotes transire, & sic per illos cõferendam esse, quia auus noluit vti iure suo, & petere dotẽ sibi restitui, iuxta l. dos à patre. C. solut. matrimo. cũ enim tunc per eã renũtiationẽ, eam dotẽ ad se pertinẽtem, in nepotes videatur transtulisse, quasi eã dotẽ ab illo acceperint, tenebũtur cõferre. l. quoniam nouella. C. de inof. testa. Veletiã hæredes aui permiserunt illã dotẽ, quæ ad eos pertinebat, apud nepotes permanere. Deo. d. l. illam. n. 26. Neq; obstat 3. de l. 3. §. sed vtrũ. in fine. s. d̃ min.

quia dos non est simpliciter patrimoniũ filiæ,sed illi oneri subiectum, vt soluto matrimonio dos profectitia reuertatur ad patrẽ. d.l. dos à patre. C. solut.matr.†
47 Et ex hac opinione ita defensa infertur annotatio ad tradita per glos. l. dos à patre. C. solut.matrimon. dũ tractans hanc quæstionem dicit,in terminis iuris communis veriorem esse opinionem, quòd mortua filia cum liberis, dos profectitia reuertatur ad patrem: sed nihilominus consuetudinem approbasse opinionem Martini contrariã, vt existentibus liberis non reuerteretur dos ad patrem mulieris,sed ad liberos pertineret:quod etiã fatetur Bart. hic num. 29.ad finem. Corne. consil.66. num.6.lib.4.Capic. decisione 176. à numero.16. De materia latè agit Menoch.de præsumptio. lib.4. præsum. 139. & seq. Ex quibus colligitur,prædictam consuetudinem non esse declaratoriam iuris communis, sed potius illius esse correctoriam,ac proinde nullam recipere extensionem, iuxta traditionem glos.auth.quas actiones.C.de sacro.eccl. & ita Paul.l.2. nume.2. ad finem. C. de bonis quæ liberis. Alex. hic nume.27. & Bolognet. à numer. 232. & alij adducti per Tessaurum decisio.190. num.3.Nec obstat,quòd imò hæc consuetudo videtur esse declaratiua variarum opinionũ, quas refert glos. d.l. dos à patre, ac ita tã quam declaratoria debet videri ius commune constituisse, & consequenter ex similitudine rationis, debet recipere extensionem,iuxa regulam l. non possunt. ſ.de legib.vt in specie tradit Bald. l 2.in fine.C.de bonis quæ liberis. Iason hic à num.101.& multos refert Tessaurus decisio. Pedamontana.190. num. 5.nã respondetur, tunc demum consuetudinẽ posse dici declaratiuam, quando in aliqua dubia quæstione sunt pro vtraque parte æque concludentes iuris rationes: nam tunc consuetudo vnam approbãs, dicetur esse declaratiua, & ius certum videbitur constituere. Panor.c.cum dilectus.num.7.de consuet.ita vt quòd prædicta consuetudo declarauerit,non tam valeat ratione consuetudinis, quàm virtute legis sic interpretatæ per consuetudinem. Socin.consil. 145. num. 2. lib. 1. Neque exigitur, quod hæc consuetudo declaratiua sit prescripta, cum non aduersetur legi,sed illam declaret, & ideò sufficit eam declarationem aliquo tempore fuisse obseruatam. Aretin.consil. 11.numer.5.post medium.Socin.consil. 111.num.5.lib.1. & plures, quos refert
48 Aymon consil. 201. n. 12.† Sed quãdo variæ sunt opiniones in aliqua quæstione,altera tamen harum opinionum notorie pro se habet rationes magis concludentes,& magis conformes menti Iurisconsultorum, consuetudo alteram opinionem præferens, nõ dicetur declaratoria iuris cõmunis, sed magis correctoria,ac proinde tanquã legi cõtraria,oportet,quod sit legitime præscripta.c.fin.de consuet.& ita Socin.cons.260. num 19. lib.2. post Anton. c.fin.n.47. de consue. Menoch.lib.2. de arbitra.caus.183.n.10. Plane in nostra quæstione rationes præferentes auũ nepotibus in dote profectitia,magis cõcludentes sunt, & magis de mente Iurisconsultorũ: ergò cõsuetudo approbãs opinionẽ Martini contrariam, magis correctoria iuris cõmunis, quã illius declaratoria appellari debet.Bologn. hic n.234. nã vt notab. inquit Aretin. l. edita nu. 4. vers. intellige tamen. C. de edendo. interpretatio tantum cadit super eo, quod probabiliter potest esse æquiuocũ: aliàs enim nõ dicetur interpretatio,sed potius peremptio. c. cum dilecti.de accusatio. & consequenter consuetudo iuris correctoria, & quæ mutat id quod secundũ iuris rationes est probabilius,nõ dicitur declarare,sed potius corrigere.Oldrad.consil.230.Tiraq. l.si vnquam.verb.libertis.num.15. C.de reuo. donatio.Ex qua opinione infertur,quod prædicta cõsuetudo approbãs opinionẽ Martini,habebit quidẽ locũ,tam in dote





data,quàm promissa, quia in vtraque dote cõsuetudo expresse approbauit opinionẽ Martini,vt hic asserit Vincent. n. 38.Socin.Iunior. consil.35.à n. 16.lib.1. & Roland. de lucro dotis.q.5.num.8.& Tessaurus decisio. Pedamontana. 190. n.6.quidquid cõtradicat Tobias Nonius consil.48. per totũ,& alij quos refert Tessaurus d.decisio.Pedamontana. 160.à n. 17.& tamẽ non habebit locum nisi in liberis susceptis ex eo matrimonio: arg.l.si inter.23.ſ.de pact.dota.quia de his tantũ loquitur prædicta consuetudo,ac proinde nõ extendetur ad liberos, qui susceptí sint ex alio matrimonio.Bart. hic nu. 30. Alex.num.25. Vincent.n.36. Bolog. num.235. Item non seruabitur in locis vicinis,cùm hæc consuetudo contra ius sit.Paul. cons.310. numer.2.lib. 1. quem etiam vide consil. 172. numer.3. eo.lib. 1.Similiter si maritus decedat ante vxorem, & deinde mulier decedat relictis liberis, nõ habebit locũ prædicta consuetudo,quæ tantũ loquitur,quãdo propter mortẽ mulieris soluitur matrimoniũ relictis liberis: vnde tanquã correctoria non debet extendi vltra casum, in quo loqui
47 tur.† Bart.hic.n.30.Bald.consil.7.n.1.lib. 1.Ancharrã.cõsil.349. de iure. post prin. Fulgos.cons.66.ad finẽ.& hanc esse communẽ opinionẽ asserunt Alex. hic n. 25. Vincent.n. 37.Paul.de Monte pico. l. in quartam.n.212.ſ.ad l.Falcid. & ibi Ripa n.201. Riminald.cons.167.nu.15.lib.1. & defendit Bolognet. hic à nu. 237. & alij relati per Tessaurum decis.Pedamõt. 138. Contrariũ tamẽ tenet Iason.hic n. 102.ea ratione,quia prædicta cõsuetudo fuit inducta in fauorẽ liberorũ,vt scilicet ad eos potius dos materna transiret, quã ad auũ reuerteretur:quæ ratio magis vrget,quando mater iã vidua decedit relictis liberis:ergò is etiã casus debet videri cõprehensus in prædicta cõsuetudine.l. his solis. C. de reuoc. donatio. ad quod etiã adducit decisionẽ Alex. cons. 101. li.3.& hãc opinionẽ Iasonis tãquã æquiorem probat Silua nuptialis lib. 2. nu. 79. Sed nõ est recedẽdum à cõmuni,& ad rationẽ Iason. respõdetur,quòd consuetudo correctoria nõ recipit extensionẽ etiã ex maioritate rationis:gl.auth.quas actiones.C.de sacro. eccles. in specie Tobias Nonius consil.48.num.22.Nisi verba dispositionis,ita sunt generalia, vt vtrũque casum comprehendant,nam tunc in qua cũque materia admittenda est interpretatio,quam verborum generalitas,& proprietas admittit. l.cum lege.ſ.de testamẽtis.& in his terminis loquitur Alex.consil.101.lib. 3. nos autem loquimur in cõsuetudine restricta ad certum casum; ea enim tanquam correctoria, non extendetur ad diuersum casum.l.quod vero.ſ. de legibus.Item nõ habebit locũ prædicta cõsuetudo,si pater dans dotẽ pro filia, stipuletur,eã sibi restitui, vel hæredibus: nã tunc etiã existentibus liberis, dos reuertetur ad patrẽ,iuxta generalitatem stipulationis. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo.actio. nã tunc per conuentionẽ hominis prædictæ cõsuetudini declaratiuæ videtur derogatũ.l. final. C.de pactis cõuentis.& ita Ancharran. cons. 434. n. 2. Alex. hic nu.25.ad finẽ. & dicit receptũ Hiero.Gabriel cons.116. nu.43.lib.1.Declarãdo tamẽ vt per Tessaurũ decisio. Pedamonta.190.nu.7. Nec existimes prædictã disputationẽ parũ vtilẽ esse, nã imò ex ea sequetur,quòd si secũdũ iuris rationes dos ex persona matris transeat ad filios,illi succedentes auo,nõ tenebuntur prædictã dotem conferre, cũ illã habeãt tanquã hæreditatẽ maternã,& non tan-
50 quã auitã,† vt receptũ esse resoluit Dec. l.illã.nu.16. C.de collatio. Ruin. consil. 186. nu.9.lib.2.Vnde si filia de consensu patris stipulata est dotẽ sibi restitui: vel etiã pater stipulatus est filiẽ dotẽ restitui; cum tunc propter pactũ, secundũ iuris rationes,dos illa pertineat ad filiã,& tanquã sua transeat ad filios,illi succedentes auo,nõ tenebũtur prædictam dotem cõferre: & ita Paul.consil. 145.col.1.lib.1.

Alex. hic nu.30.& conf.24.num.4.lib.1. Capicius decisio.176. n.24 Paul.de Mõtepico l.in quartã.n. 233.ĩ.ad l.Falcid.& ibi Ripa nu. 193. Xuarez l. quoniam in prioribus.4.limitatio.ad ll.Regni.nu.11. verf. hoc tamẽ.C.de inof.testa.Riminal. conf.325. nu.6.lib.2.Ruin. d. conf. 186. n.9. lib 2.& Tessaurus decisio.Pedamõ. 237. num. 12.Declarando vt per Corne. conf.190.num.4.lib.2.Et pari ratione,si dos propter emancipationem fuerit consolidata in persona filiæ, iuxta l. vnicam. §.videamus.C.de rei vxo.actio.cùm tũc etiam secundum ius commune sua efficiatur,&tãquam talis ad filios pertineat, si nepotes auo succedant,non tenebuntur dotem prædictam cõferre. Paul.cõf. 145.col.1. lib.1. Dec.d.l.illam col. final. verf.& ampliatur.C.de collatio. Paul.de Montepico d.l.in quartam.num.235.& ibi Ripa num.195. Riminald conf. 325. num.4. & 10 lib.2.Et idem si à principio dos profectitia filiæ emancipatæ data esset,quia eadem militat ratio.Bald.l. profectitia.§.si pater pro filia.ff. de iure dotiũ.Paul.de Montepico.d.l.in quartã. nu. 234. & alij relati per Tessaurum decisio. Pedamonta. 237 numer. 14. Et à fortiori idem erit,quando ratione pacti dos materna ad nepotes transit, iuxta terminos l.inter socerum.§.cum inter. ff. de pact. dotalib.nam cum tunc iure pactionis,& sic extero iure,dos ad eos pertineat, cessat collatio.l.à patre.C.de collatio.in specie Bald. l. quoniam nouella num.7.C. de inof.testam.Dec.d. l. illam. nu. 16. C. de collatio.quicquid contradicant relati per Tessaurum decisio.237. numer.11. Cæterum si propter cõsuetudinem, quæ approbauit opinionem Martini,dos quæ secundum iuris rationes ad auum pertinebat,ad nepotes transeat;quia tunc cõsuetudo videtur eam auferre à substantia aui,tenebuntur nepotes illã conferre, si auo succedant, iuxta regulam .l.quoniã
51 nouella C. de inof. testam.† & ita Bart. hic num. 32. & l.in quartã.nu. 12. ĩ. ad l. Falcid. & est recepta sentẽtia, vt hic asserit Alex. nu. 30. Paul.de Montepico. d.l. in quartam.nu.211.&ibi Ripa nu.191.not. Capicius decisio.176. nu.25.Dec. d.l.illã. in fine. C.de collatio. & Bolognet. hic n. 240.Ruin.cõsil.186. num.9.lib. 2. Curt. Iuni.cõs. 180. nu.4. latè Tessaurus decis. Pedamontana.237.à nu. 4.& nu. 6. Sed nihilominus circa has receptas conclusiones aduertẽdum est, quòd hanc vltimam cõclusionem impugnat Bald. d. l. illam.nu.8.Paul. conf. 29.nu. 5. lib.1.& Ancharran.cõs. 315.à nu.3.& plures quos refert Tessaurus d.decis. 237. nu.5. ea ratione, quia in hac quæstione præsupponitur,filiam mortuam fuisse ante patrẽ: vnde & translatio dotis facta in filios mulieris,videtur facta viuo auo.Porrò quòd acquisitum est filijs viuo parente, non aliàs eis imputatur in legitimam, quàm quando tempore dationis id fuit expressum.l.si quando.§. & generaliter. C. de inof.testamen.Sed non est recedendum à recepta conclusione, & prædictæ rationi respondetur,quòd consuetudo transferens dotem matris in filios, videtur eã transtulisse eadem forma, & modo,quo erat apud ipsam:arg.l.Gaio.in princ.ĩ.de alimẽtis.& cibar.legatis,semper enim res transit cum qualitatibus ei adhærentibus.l. si aquæ ductus.ff. de contrah. emp. l.generaliter.§.final. ĩ.qui & à quibus. l. Pomponius. §. cum quis. & ibi Iason. 1. notab. ĩ. de acqu. possessio. & in notab. casu tradit Cardina.consil.29.num. 12. Quia igitur dos videtur esse penes matrem ex donatione ob causam,quia scilicet pater eam tenebatur dotare,succedit regula,quòd licet donata simpliciter, nõ sint imputãda in legitimam, nisi hoc declaratum sit.d.§.& generaliter. tamẽ donata ob causam,indistinctè sunt imputanda in legitimam.l. quoniam nouella.C. de inoffi testament. Eo maxime, quia prędictum argumentum tantum concludit quoad imputationem; nam quæsita etiam viuo parente,conferenda veniunt



veniunt.l. si donatione. cum ibi traditis. C. de collatio. Præterea & prima conclusio supra relata,nõ videtur tuta: nam primò verificari non potest in filia fam. quæ decessit relictis liberis: nam cũ hæc etiam hodie non possit habere hæredẽ, vt supra probauimus, inutilis redditur prædicta conclusio,& sic tantùm videtur, quòd verificari possit in filia emancipata, vt aliàs hos casus distinguit glos. l. final. verb. remansisset.ĩ. vt legato. seu fideicomm. nomine. Item quòd & intellecta in prædictis terminis adhuc non videtur vera,nam in contrarium vr-
52 get l.illam.C.de collatio.† vbi tex. loquitur etiam in dote data per matrem, vel ascendentes per lineam maternam, ad quos certum est dotẽ nõ redire,cũ filiã in potestate non habeant: & nihilominus probat tex. quod nepotes prædictis succedentes,tenẽtur dotem maternam cõferre,vel imputare in legitimam illis debitam in hæreditate auorum: ergò tex. ille aperte confundit prædictam communem traditionem. Neque obstat si respondeas,tex. illum procedere, quando nepotes succedunt cum patruis, vel materteris,repręsentando personam patris vel matris defunctæ,iuxta §. cum filius.Instit.de hæred.quæ ab intest. defe. nam cum tunc repræsentent personam parentum,tenebuntur conferre dotem, vel imputare in legitimam eo modo,quo parentes si viuerent tenerentur.l. quoniam nouella. C.de inoffici. testament.& l.vnica. §.videamus.verf.quo à nobis.C. de rei vxo. actio.Sed si succederent ex proprtia persona matri suæ,nulla esset ratio,ob quam cogeretur cõferre dotem, quam non acceperunt ab auo, nec ab eius substantia, sed potius à matre, & ab illius substantia: vt inquit Riminald. d. l. illã.ad finẽ.quod in specie tradit Corne. consil.190. numer. 2. ad finem.lib. 2.Ripa d. l. in quartam.numer. 198. Deci. d. l.illam in fine.& hoc modo per antiquos opiniones concordari asserit Fabian. auth. nouissima.numer. 102.C.de inof. testam. quibus etiam consentiunt moderni ex Ripa. d.l. in quartam. numero 198. latè Tessaurus decisio.237.à nu.15. Nam replicabitur, etiam secundùm hãc communem concordiam aperte corruere communem illam traditionem,quam impugnamus, si consideres, non posse tractari de collatione, nisi quando descẽdentes succedunt ascendentibus. l. vt liberis.C.de collatio. & ideò si transuersales succedant transuersali, cessat materia collationis.Iason l. si emancipati. n. 30.C.de collatio. Quinimò si ascendentes succedant descendentibus,iuxta l.nãetsi parentibus.ff.de inoffi.testamen.cessat etiã materia collationis. Iason auth. nouissima.nume. 41. C. de inoffi. testa. Item si consideres, quòd licet quando agitur de successione in linea transuersali,iuxta auth. post fratres. C. de legit.
53 hæred.† controuersum sit, vtrùm si soli sint sobrini absque patruis,vel auunculis, succedant per repræsentationem,vel ex proprijs personis? vt latè refert Molina lib.3. de primogen. cap.7. numer.21. tamen expeditum esse, quòd si agatur de successione ascendentium, semper descendentes succedunt, repræsentando personam parentum, etiam si ipsi nepotes soli concurrant. §. cum filius. §. itẽ vetustas.in fine.Instit.de hæred. quæ ab intest. defer. tradit Aretin.l.Gallus.§.instituens. ad finem. & asserit receptum Guillel.cap.Raynuntius.ver. & vxorem. decisio.5. numer.69.Ex quibus ita præsuppositis necessariò infertur, quòd cũ de collatione agi non possit, nisi quando descendentes succedunt ascendentibus, & in hac successione semper descendentes succedant, repræsentando personam parentum, quòd etiam semper verum erit, quòd dotem maternam conferent. Et confirmatur, quia succedere quem repræsentando personam parentum, id significat, quòd filius assumat gradum succedendi, qui patri competebat

petebat, & omnia iura gradui cohærentia, & quæ competerent parentibus si viuerent. auth. de hæred. ab intest. venientib. §. si igitur. 2. colla. 9. ipsam tamen successionem, non ex persona parentum, sed ex propria consequuntur. l. 2. C. de libe. præterit. & ibi Bart. cum similibus. de quibus per Tiraquel. tracta. primogenio. quæsti. 40. numer. 119. Ergò si ex propria persona consequuntur hæreditatem auitam, non sunt compellendi ad collationem propter personam matris, sed ex propria persona. Bart. l. 1. §. si sit nepos. post princ. ʒ. de collatio. dotis. & l. 1. §. si sit filius. post princ. ʒ. de coniungend. cũ emancipato liberis eius. ergò quo ad materiam collationis nõ debet haberi respectus ad repræsentationem, sed ex cuius persona occupetur hæreditas auita, & sic d. l. illã. aperte confundit prædictam communem traditionem: contra quam tenet Paul. l. illam. num. 4 C. de collatio. & defendit Fabia. auth. nouissima. num. 103. C. de inoffi. testam. & veriorem esse opinionem in puncto iuris fatentur Paul. de Montepico d. l. in quartam. numero. 235. & ibi Ripa numero. 197. Quinimò & Bart. consil. 190. & d. l. in quartam. num. 21. idẽ videtur sentire: rationes enim eius illius generales sunt, quanuis in fine se re-
54 stringat: † & idẽ sentiunt multi relati per Tessaurum decisio Pedamota. 237. num. 7. Et retenta hac opinione, non obstat ratio communis traditionis, quam impugnamus: quia respondetur, quòd in casibus supra relatis, dos non efficitur simpliciter filiæ, sed cum eo onere, vt si velit patri succedere, eam teneatur conferre. l. final. ʒ. de collatio. dotis. l. vnica. §. videamus. vers. quo à nobis recepto. C. de rei vxo. actio. vnde cum eodem onere debet censeri translata in filios, iuxta regulam. l. Gaio. in princip. ʒ. de aliment. & cibar. legat. & l. legatum sub conditione. ʒ. de adimend. legatis. tradit Oldrad. consil. 159. numer. 2. ad finem. Cùm igitur filij non habeant prædictam dotem tanquam hæreditatem maternam simpliciter, sed tanquam affectam illo onere, vt si agatur de successione dotantis, veniat conferenda, tanquam profecta ab illius substantia. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. respectu aui, de cuius successione agitur, considerabitur tanquam quid profectitium, profectum ab eius substantia, ac proinde locus erit collationi: vt est expressum. l. illam. C. de collatio. Si enim consideraretur tanquam quid aduentitium, cessaret collatio l. final. C. de collatio. quod non satis aduertit Ancharran. consil. 50. facit l. omnimodo. §. final. ibi occasione. C. de inoffi. testam. Et ex his etiam aperte corruit consideratio Bald. l. quoniam nouella. num. 4. C. de inoffi. testame. quòd si dos materna deuenit ad nepotes, quia auus eis tanquam nepotibus stipulatus est dotis restitutionem, tunc tenebuntur illam dotem conferre, quia ex donatione auita videtur dotem habuisse. l. 3. §. final. ʒ. de donatio. inter virum, & sic inducitur. l. quoniam nouella. in fine. Si autem stipuletur restitutionem dotis illis tanquã hæredibus matris, cum tunc habeant tanquam hæreditatem maternam, non tenebuntur eam dotem conferre, si agatur de successione aui: subscribit Corne. consil. 190. numer. 4. lib. 2. Riminald. consil. 325. num. 10. lib. 2. Ripa d. l. in quartam. num. 196. nam hæc distinctio ex supra traditis confunditur, & verius est indistincte prædictam dotem ab illis esse conferendam, quasi profectã à substantia aui. d. l. illam. C. de collatio. quasi ad eos nunquam liberè deuenerit, sed cum prædicto onere conferendi: quod satis probat generalitas Ord. lib. 4. tit. 79. in princip. & ad hunc modũ explicãda est ordinatio. lib. 4. tit. 77.
55 §. 8. ad finem. † Superest vltima quæstio, quam tractat Bart. hic nu. 33. si pater virtute stipulationis petat dotis restitutionem,



restitutionem, vel etiam proponendo actionem communem: de qua l. 2. §. quòd si in patris. ʒ. eod. vtrùm ei competant omnia priuilegia mulieri concessa pro dotis repetitione? & ex eo prima fit conclusio. Si pater agat mortua filia, non habebit priuilegium. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. quod personæ mulieris cõcessum est. §. fuerat. Instit. de actio. & mortua filia, pater agit ad propriam vtilitatem tantum: sed si agat viua filia, quia tunc etiam agit ad filiæ vtilitatem, competent ei omnia priuilegia dotis exactioni concessa. Sed circa has conclusiones aduertendum est, primam communiter approbari: sed secundam non videri tutam, per l. ex pluribus. 43. ʒ. de administ. tuto. vbi tutor, cui cessæ sunt actiones, non potest vti priuilegio pupillo competenti, etiam si viuo illo velit agere: & ideò hæc Bart. conclusio explicanda est ex eodem Bart. hic numer. 35. ad finem. quòd locum obtineat, quãdo pater agit adiuncta persona filię, etiã ius illius deducendo in iudicium: aliás si tantum agat nomine proprio, etiam de consensu filiæ, cum attento modo agendi, ad propriam vtilitatem videatur agere, non vtetur prædictis priuilegijs filiæ concessis: argum. d. l. ex pluribus. subscribunt Cãpes. de dote. 1. parte. quæst. 83. Iason. l. 2. §. quod si in patris. numer. 11. & ibi Parpal. numer. 58. Crot. num. 25. ʒ. eod. Bolognet. hic num. 249. Sed eam ita intellectam improbat Roman. hic numer. 48. quia licet considerato initio, secundum quod pater egit pro sui vtilitate, non debeat gaudere prædictis priuilegijs, tamen considerato fine, secundum quem iure hodierno compellitur pater dotem illam per se recuperatam, filiæ iterũ nubenti restituere. auth. sed quanuis. C. de rei vxo. actio. debet pater prædictis priuilegijs vti: allegat l. 3. vers. sed si ponas. ʒ. de legat. præstand. l. auia. §. Titio, ʒ. de conditio. & demõst. & l. cum dotem ʒ. ad l. Falcid. Sed non
56 est recedendum à communi. † Neque obstant iura adducta per Roman. quia procedunt, quando constat, illud ad aliũ in omnem euentum esse peruenturum: quod in nostro casu dici non potest: nã dos recuperata incorporatur in patrimonio patris. l. final. C. communia vtriusque iudic. nec est certum, quòd filia debeat iterum nubere: nec præsens status ad hoc tendit, & ideò futurus euentus non debet esse in consideratione. l. Iulianus. ʒ. qui & à quib. & in specie aduertunt Alexan. hic. ad finem. Vincent. num. 41. ad finem. Bolognet. num. 249. Secunda principalis conclusio ex Bart. est: Priuilegia concessa exactioni dotis, (vt est priuilegium. l. assiduis. C. qui potio in pigno.) non competet patri repetenti dotem post mortem filiæ, vt supra dictum est: sed priuilegia quæ natiuitati actionis concessa sunt, transibunt ad patrem, etiam si mortua filia agat, ac proinde priuilegium, quòd actio dotis censeatur bonæ fidei. §. fuerat. Instit. de actio. item quod bona mariti recipientis dotẽ, sint tacite hypothecata. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. ad patrem in prædicto casu pertinebunt: & ita etiã Bald. l. vnica. nume. 7. C. de priuileg. dotis. Vincent. hic à num. 39. Bolognet. nume. 243. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. nume. 45. Ratio huius distinctionis est, quia priuilegia simul cum actione producta, illi videntur cohærere, & sic simul cum ea debent transire ad quemcumque. Bart. l. 1. numer. 2. ʒ. eod. Item cum prædicta priuilegia respiciant ortũ actionis, vbi primùm illa oritur, ei cohærent prædicta priuilegia, & consequẽter quo ad illa iam videtur facta executio per legem: & quando facta est executio per legem, id quod non est aliàs transmissibile, redditur transmissibile. glos. recepta. l. 3. §. quod autẽ. ʒ. quod quisque iuris. Cæterum priuilegia respicientia executionem,

nem,nihil commune habent cum actione,neque pro illis potest videri facta executio per legem, antequam ad conflictũ iudicij deueniatur cum creditoribus super prælatione:vndein his terminis inducetur regula.l.quia tale.§.eo. Ex qua resolutione infertur etiam vera resolutio ad eam quæstionem, vtrùm si mulier cedat in aliquem actionem dotis, in eum transeant priuilegia doti concessa?nam distinguendum videtur vt supra, vt transeant in eum priuilegia cohærentia actioni,nõ autem priuilegia respicientia executionem. Id quod in specie sentit Bald.l. per diuersas.num. 21.C. mandati.resoluens, quòd priuilegium fori non transit in cessionarium, quia cum respiciat conflictũ iudicij, ante iudicium conceptum non potest videri facta executio per legem,& ideò locum habebit regula.l. ex pluribus. 43.ʃ.de administ.tuto.†Diuersum esse di
57 cit,si quis ratione iuramenti posit conueniri in foro canonico, iuxta c. fina. de foro compet. in 6. quia vbi præstitum fuit iuramentum, statim ius canonicum fecit iurantẽ de foro canonico. Cùm igitur quoad hoc videatur facta executio per legem,transibit executio in cessionarium:subscribit Iacob.l.1.num.39. C. ne liceat potentio.Paris.cons. 64.nume. 10. lib.4. Ruin.cons. 142. num. 18. lib. 5.Pariter & stante statuto,quòd instrumenta habeant executionem paratam, hoc priuilegium transibit in cessionarium, quia hoc priuilegium respicit originem instrumenti, & vbi primum instrumentum factum est, ei cohæret prædictum priuilegium, & sic quasi iam facta sit executio per legem,illud priuilegium transibit in cessionarium, vt ex communi opinione resoluit Viuius lib.2. cõmunium, opinio. 266. Item & secundò ex prædictis infertur explicatio ad l.vnicam. C. de priuile. dotis,dum proponit regulam,quod priuilegiũ mulieris, quòd præferatur in dote creditoribus habẽtibus personales actiones,nõ transit ad mulieris hæredẽ,& pariter nec in cessionariũ:nã quanuis non valeat hoc argumẽtũ affirmatiue cõceptũ, Trãsmittitur:ergò cedi potest. l.si mulier. §. ex asse.§.de iure dotiũ.tamẽ si negatiue concipiatur,validũ est,scilicet,Nõ trãsmittitur: ergò nec cedi potest. l. ex pluribus. 43. ʃ.de admin.tuto. tradit Iason.l. si constante.nu.136.§.eo. & l.1.§. final. num. 6. ʃ.de noui.oper.nuntiatio.Cagnol.l.2.nu. 38.C.de pact.inter empto.Ratio autẽ prædictorũ est, quòd priuilegiũ illud prælationis,respicit executionẽ,neque verificatur, nisi postquã fuerit deuẽtum ad conflictũ iudicij:&ideò cũ adhuc non videatur executio facta per legẽ,illud priuilegiũ tãquã personale,nõ transibit in cessionarium.Et notabis,quòd licet d.l.vnica.probet,quod priuilegiũ personale actioni competens amittatur, si mutetur persona ipsius actoris;diuersum erit, si priuilegiũ reo competat,nã durabit, etsi mutetur persona actoris.l.si post.28.§.eo. & ibi notab.Alex.nu. 2.†Infertur tertiò explicatio ad doctrinã
58 Bar.hic nu.35.dũ in hac materia nouã ponit resolutionẽ,asserens, quòd si cessio sit necessaria ex vtraque parte, tunc priuilegia etiã prælationis transeunt in cessionarium.l. fi.C. de priuileg. fisci.si autẽ cessio fiat ex voluntate,tunc non transeunt priuilegia prelationis:allegat auth.vt exactione instante dotis.post princ. colla.7. Quã Bart. resolutionem defendit Claud.hic à num. 35. & eam tanquam receptam probat Afflictis decisio.306. num. 7. Angel. §. fuerat.numer. 16. & ibi Iason numero 123. Instit. de actio. Padill.auth. res quæ, numer. 107. C. communia de legatis. & consulendo sequitur Paul. consil. 222. ad finem.lib.1. Parisius consil.64. nume.11. lib.4. Sed hæc distinctio Bart. confunditur ex supra traditis: nam cum priuilegiũ prælationis, respiciat executionem,& cõsequenter conflictum iudicij: ergò indistiucte non debet transire in cessionariũ, siue voluntarium,siue necessarium:& in



in specie colligitur ex.l. ex pluribus. 43. ʃ.de administ.tuto.sic inducendo. In eo text.agitur de priuilegio personali pupillis concesso,vt præferãtur alijs creditoribus habentibus personales actiones. l. dabimus.4.§.fina.ʃ.de priuileg.creditor. Item agitur de cessione necessaria ex vtraque parte:tum quia tutor pro alijs cõtutoribus ex necessitate soluit.l.2. C. de diuid.tutela.tum quia in solidũ fuit condemnatus per iudicem, & sic ex necessitate solidum soluit.l.3.§.1. ʃ. de rebus eorum. Item pupillus ex necessitate tenebatur ei cedere actiones sibi competentes aduersus alios cõtutores, pro quibus ille soluit.l.Modestinus.76. ʃ. de solutio. & in specie.l.1.§.nunc tractemus.ʃ.de tutelis & ration.distrahen. & nihilominus prædictum priuilegium prælationis,non transit in istum tutorem cessionarium: ergo text.ille apertè prosternit Barto.distinctionem: Cõtra quam etiam facit authen.vt exactione instãte dotis.post princip.colla.7.vbi si actio dotis cedatur creditoribus per mulierem,& sic ex necessitate.l.fin.ʃ.de separatio. tamen priuilegium prælationis ad eos non transit. Itẽ contra eam vrget generalis regula.auth. vt immobilia aute nuptias donationis.§.final.collatio.5.&.§. fuerat. in fine. Institut.de actio. in quibus præscribitur regula,quòd priuilegium prælationis soli mulieri competit: ergo non competet cessionario,siue voluntario, siue necessario:& ita in specie prædictam Bart. resolutionem improbant Imol. hic ad finem. Romanus numero.49. Alexander numer.34.Bolognet.num.253.Campes. de dote.1.parte.quæstione.82. Ripa.l.1. num.33.§.eodem.Neguſ.de pignorib.4. membr.2.partis.num. 107. † Et retenta
59 hac opinione,nõ obstabit text.per Bartolum allegatus.l.final. C.de priuilegio fisci.quia loquitur in priuilegio fisco competenti, quod ideò transit in cessionarium, quia perpetuò debebat fisco competere,quia nũquam moritur.cap.si gratiosè.de rescriptis.in.6. Inde igitur inferri non potest ad priuilegium personale competens alicui particulari: nam videtur agi de præiudicio aliorum creditorum, qui potuerunt sperare extinctionem illius priuilegij per mortẽ cedentis: & ita Romanus hic numero. 49. ad finẽ. Alexander numero.34.Bolognetus numer.251.& numer.259.& ita etiam Fulgos.l.Herennius. 2.ad finem.§.de vsuris. Neguſ.de pignoribus.4.membro.2. partis.num.107.in fine.Sed non placet hæc solutio,quia non sequitur, Priuilegium in fisco est perpetuum: ergo debet transire in cessionarium; cùm hoc sit contra generalem regulam.l.ex pluribus. 43. in fine.ʃ.de administratio.tutorum.& quia si fiscus alienet,certum est, priuilegium personale fisci non transire in emptorẽ; quia cessat fauor fisci: ergo pariter neq; debet transire in cessionarium,vt aduertit Claudius hic numero.55. Aliter igitur respondet Baldus Nouellus de dote. 12.parte.numero.19.quòd dict.l. fin.loquitur in priuilegio fisci, respiciente tacitam hypothecam: quæ pro debitis fisci videtur inducta, iuxta l.2.C.in quibus causis pignus.& ideò nihil mirum si trãseat in cessionarium, cum illud priuilegium videatur actioni cohærere, vt suprà diximus. Sed non placet hæc solutio, quia dict.l.final.non solùm loquitur de priuilegio hypothecæ, sed & de priuilegio fisco competenti, vt sua hypotheca, saltem in posteà quæsitis per debitorem, præferatur. l. si is qui. 28. ʃ. de iure fisci. quod quidem priuilegium non debuit transire in cessionarium: iuxta suprà dicta. Prout & priuilegium tacitæ hypothecæ transit ad eum, in quem transit actio dotis, vt suprà diximus: & tamen in eum non transit ius prælationis hypothecæ concessum, dict. §. fuerat. in fine. Institut. de actionib.& ita hanc responsionem Baldi Nouelli in specie improbat Neguſsantius de pig nor

nor.4 membr.2 partis.num.107. ad fin.
60 †Tertio loco Roman.hîc num.49.respõ
det,quòd in specie d.l.fin.C.de priuileg.
fisci.iudex transtulit fisci priuilegium ex
pressè in eum qui soluit pro debitore fis
ci,& ideò ratione istius expressæ transla
tionis,cessionario competet fisci priuile
gium:quia vt ipse probat num.54.quan
do cessio fit ex necessitate, vt in specie
d.l fin.adiuncta.l.Modestinus. 76.ʃ. de
solutio transit priuilegium personale in
cessionarium,si id exprimatur: allegat.l.
quod si minor.s.de minoribus.&.l.si mi-
noris.ʃ.de administratio.Sed non placet
hæc solutio,quia falso præsupponit, pri-
uilegium personale cedi, si id exprima-
tur, cùm sit contra rationem text. l. ex
pluribus.43.ʃ.de administratio. Et quia
ipse Roman.hîc à num.51.concedit,ex
causa voluntaria non posse priuilegium
personale transire in cessionarium, etiã
si hoc expressim agatur,inducendo.l.2.
§.final.ʃ.de religios.& alia,de quibus per
eum: ergò idem debet admitti in cessio
ne quæ fit ex necessitate: quia eadem
militat ratio,vt aduersus Roman. aduer-
tit Alexand.hîc num.34.quem sequitur
Bolognetus num.25. Negus. de pignor.
4.membr.2.partis,numero.107.Neque
repugnat.l.quod si minor.s.de minorib.
cum similibus. quia procedit in restitu-
tione in integrum,quæ suapte natura est
transmissibilis.l.non solum.s. de in inte-
grum restitutio. nos autem loquimur in
priuilegio personali, quod suapte natu-
ra non est transmissibile. l. ex pluribus.
43.ʃ.de administ. tutor. Vnde pro vera
resolutione,& intellectu d.l.final.C. de
priuileg.fisci.aduertendum est,in hoc ar
ticulo duas esse quæstiones. Prima est,
in quo succedat ille, qui creditori soluit
id quod ei debebatur.Secunda est, Vtrũ
in casu,quo quis succedat in locum cre-
ditoris cui soluit,succedat etiam in priui
legium personale, illi creditori compe-
tens? Et quoad primam quæstionem cõ
clusio constituenda est:Siquis soluit sim
pliciter creditori, transit in eum actio
personalis creditori competens.l.2.ʃ. de
cessio.bonorum.l.3. C. de priuilegio fis-
ci.tradit Ripa.l.si ventri.§.eorum.num.
2.ʃ.de priuilegijs creditor. Sed hypothe
ca illi creditori,cui solutum fuit, compe
tens,non transibit in soluentem, nisi de
hoc expressim actum sit.l.Aristo.s. quæ
res pignori obligari possunt. l. 1. C. de
his qui in priorum creditorum.l.2. C.de
iure Reipublicæ.lib.11.etiam si creditor
cui fuit solutum id quod ei debebatur,
sit fiscus l.3 C.de priuilegio fisci l. cùm
alter. C.de fideiussorib. tradit Hieron.
Gabriel consil.82. num.3.& Cuiac.libr.
18.obseruation. cap.40.Quod tamen in
tellexit gloss.l.1.C.de his qui in priorum
creditor.& gloss.d.l.Aristo.quando ali-
quis tertius omnino extraneus soluit cre
61 ditori: nam si ille qui soluit priori credi
tori,erat etiam creditor debitoris, licet
posterior in tempore,etiam in ius hypo-
thecæ,potiori creditori competens,vide
tur successisse,etiamsi nihil sit dictum. l.
1.C.qui potiores in pignorib.l. si pupillo
rum.§.final.ʃ. de rebus eorum. l.potior
est.§.final.s.qui potior.in pignor. habeã-
tur.& notabiliter Fulgos.l. creditor.2.§.
pen. num.4.s.qui prior.in pignor.habeã
tur.quod tanquam receptum tradit Ay
mon consil 582.num.2.& cons.706.nu.
2.lib.4.Petr.Gregor.in syntagmate iuris.
lib.23.c.22.nu.2. Quæ tamen declara-
tio non est admittenda, cùm sit contra
generalitatem.l.1.C.de his qui in prior.
creditor.& d.l.Aristo.s. quæ res pignor.
obligari possunt.Neq;obstãt iura per glo
allegata,quia in illis creditor secũdus sol
uẽs priori,ex sua persona habebat hypo-
thecã:vnde soluẽs priori,hypothecã suã
corrobora,vt scilicet tanquã potior cõsi
deretur,etsi de hoc nõsit cõuẽtũ.Sed si il
lã ex persona sua nõ haberet, ex persona
primi creditoris ad eũ nõ transiret hypo-
theca illi cõpetens,nisi de hoc actũ esset,
iuxta generalitatẽ iuriũ suprà allegatorũ.
& itã eleganter Bald.l.1. nu.1. C.de his
qui



qui in priorũ creditor.Negus.de pignor.
2.mẽb.5.part.nu.29.Et ad hũc modũ de
bet declarari.l.fin.C.de his qui in prior.
creditor.&.l.si pupillorũ.§. fin.ʃ. de reb.
eor.Illud tamẽ aduertẽdũ est,q̃ licet su-
prà dixerimus,quòd vt trãseat hypothe-
ca,oportet de hoc actũ esse:tamen suffi-
ciet,q̃ vt hoc actũ videatur,creditor po
tior recipiẽs solutionẽ,cõstituat soluẽtẽ
loco sui,& ei cedat actiones.l. 2.iũcta gl.
verb.iure.C.de his qui in prior.credit.&
ibi notab.Odoffred.& probat.l.34. in fi.
tit.13.par.5.& tradit Aymõ d.cõs.582.n.
2.lib.4.& Petr.Gregor.in syntagmate iu
ris.lib.23.c.12.nu.2.& sic soluẽs, hoc ca-
su vtet hypotheca cõpetẽti creditori,cui
solutũ fuit.l.fi. C.de his qui in prio.cred.
Et expẽdẽs prædicta iura probare,quoad
hũc effectũ satis esse,q̃ creditor recipiẽs
solutionẽ,cedat actiones suas soluẽti, &
eũ loco sui cõstituat. Vnde dũ.l.fin.C.de
priuileg.fisci.videtur requirere,q̃ iudex
actiones trãsferat:& notab. Oldrad.cõs.
186.n.1.in fin.id intelligẽdũ est, quãdo
id iudex cõstituit supplẽs defectũ partis:
nã aliàs sola partiũ cõuẽtio, de qua suprà,
sufficiet.Et hæc de prima quęstione.Suc
cedit igitur secũda, si creditor cui solutũ
est,habebat priuilegiũ personale prælatio-
nis,vtrũ hoc priuilegiũ trãseat in solu-
ẽtẽ,qui loco prioris creditoris successit?
Et videtur respõdẽdũ,trãsire, vt videtur
probare tex.in.l.si vẽtri.§.eorũ.& ibi no-
tat Ripa nu.1.ʃ.de priuileg.creditor. vi-
detur etiã tex.l.fin.C.de priuil.fisci. Cõ-
trariũ tamẽ tenendũ est, propter regulã
l.ex pluribus.43.s.de administ.tutor. &
videtur tex.auth. vt exactione instante
dotis.post prin.colla.7.&.§.fuerat.in fin.
Inst.de actio.& tenet magis cõmunis ad
62 uersus Bar.†vt suprà retulimus.Neq;ob-
stãt iura adducta incõtrariũ:nã ad primũ
de l.si vẽtri.§.eorũ.ʃ. de priuil. creditor.
respõdetur,esse intelligẽdã de priuile-
gio cõpetenti ratione causę,vel actionis,
hoc enim transibit cũ ipsa actione,iuxta
regulã.l.in omnibus causis id. 69.ʃ. de re
gul.iur.nã si ratione personæ cõpetat,nõ
trãsibit in cessionarium,iuxta regul.l.ex
pluribus.43.ʃ. de administ.tut.&.l. vnic.
C.de priuileg.dotis.Quare dũ glo.l.1.C.
de his qui in prior.creditor.& gl.d.l. Ari
sto.& ibi Bart.nu.1.s.quæ res pign.obli-
gari.dicunt generaliter priuilegiũ inter
personales trãsire cũ actione, debẽt de-
clarari modo de quo suprà. Nõ obstat se
cũdũ de.l.fin.C.de priuil.fisci,vbi priuile
giũ prælationis fisco cõpetẽs,de quo.l. si
is qui.26.ʃ.de iure fis.trãsit in eũ, qui sol-
uit id qd̃ debebatur fisco.Sed respõdẽdũ
est,specialeesse in fisco,vt liceat etiã priui
legiũ prælationis trãsferre in soluẽtẽ id
qd̃ fisco debebatur,vt sic faciliùs alij de-
bita fisci exoluãt:& ita Bart.& Salice. ibi,
Martinus Laudẽsis tract.de fisco.priuile
gio.146.Francis. Lucanus eodẽ tracta.1.
par.priuil.72.Negus.de pignor.4. mẽbr.
2.part.nu.107.in fine. & alij adducti per
Tiraq.lib.1.retract.§.26.glo.3.nu.28. Et
pro hac specialitate induco tex.l.Heren
nius.43.s.de vsuris.præmittẽdo,quòd li-
cèt in cõtractu stricti iuris nõ veniãt vsu
ræ,nisi in stipulationẽ sint deductæ.l. 3.
C.de vsuris. tamen speciale est in fisco,
vt vsuras exigat à suis debitoribus, licet
stipulatio non interuenerit. l. cũ quidã.
§.fiscus.s.de vsuris. Pone igitur, aliquid
debitum fuisse fisco per contractum stri
cti iuris, & fiscum cessisse suas actiones
aduersus debitorem: quæritur, vtrùm
cessionarius posit vti hoc fisci priuilegio?
& gloss.final.dict.l.Herennius.& ibi
Salicet.& Florian. sentiunt, illo vti non
posse,iuxta regulam.l.ex pluribus. 43. s.
de administra.tutor. Et ad illum textum
respõdent, esse intelligẽdũ de vsuris præ
teritis,quę iã fisco debebãtur: hæ enim
cedi possunt,vt in simili tradit Deci.cõs.
571.à n.5.Sed Fulgos.d.l. Herẽnius. hũc
reijcit intellectũ,quia apertè violat ver-
ba textus:& ideò concludit speciale es-
se in fisco,vt in cessionarium transeat pri
63 uilegium etiã personale: quod optime †
conuenit suprà traditis.Vnde inferas, q̃

licèt in eo qui soluit, quod debebatur fisco, requiratur, quòd ei fiat cessio, vt in eũ trãseant iura fisci.l.3.C.de priuileg.fisci.l.2.iũcta glo.verb.iure.C. de his qui in priorũ creditor.l.cùm alter.C.de fideiuſ sorib.tamen speciale est in fisco, vt in hac translatione cõtineantur etiã priuilegia personalia fisco cõpetentia, dũ tamen id sit expressum in cessione, vt colligitur ex.l.fin.C.de priuileg. fisci. Inferas etiã, q̃ licèt fiscus, & dos à pari procedant.l.2. C.de priuileg.fisci.tamẽ hæc est notabilis differẽtia, q̃ priuilegia prælationis, & alia personalia fisco cõpetẽtia, transeunt in cessionariũ si hoc agatur: nõ tamẽ trãsibũt in cessionariũ dotis.d.§.fuerat.in fi. Inst.de actio.& tradit Bald.l.vnica.nu. 7. vers. modo ego quæro. C. de priuil.fisci. & sequũtur plures relati per Tiraq.lib. 1. retract.§.26.glo.1.n.81.& latè insistit Iaſ. l.si constãte.à nu.233.j.eo. Vnde priuilegiũ.c.salubriter.de vsuris.per maritũ alteri cedi non potest.Bald.in rub.nu. 5. C. de vsuris. Alex.l.in insulam.§.vsuras.in fine.j.eo.Deci.consl.571.nu.1. Vltimò infertur annotatio ad tradita per Bald.Nouel.de dote.12.parte.à num.18. dum cõcludit, quòd si mulier cedat actionem dotis, ita tamen vt omnis vtilitas pertineat ad mulierem, tunc cessionario debent competere priuilegia dotis: quia non debet attendi persona agentis, sed illius ad quem vtilitas est peruentura.l. fideicommissa.§.interdum.j. de legat. 3. explicando vt per eum: subscribit Neguſ. de pignoribus.4.membro.2.partis.numero.107.in fine. & Parisius consilio.64.num.11.libro.4. Sed obstat, quòd cessionarius agit nomine proprio, & priuilegia tantùm concessa sunt personæ mulieris.authent.vt immobilia ante nuptias donationis.§. final. collatione. 5.§. fuerat.ad finem.Institut.de action. Pro concordia dicendum est, quòd aut cessionarius agit nomine mulieris, & mandatis per eam actionibus, iuxta notata.l. 1.C.de actionibus & obligationibus. & tunc si vtilitas debeat pertinere ad mulierem, vera sit opinio Nouelli, quia tunc in effectu ipsa mulier videtur agere, cap. qui per alium. de regulis iuris in 6. Sed si cessionarius agat nomine proprio, intentando vtiles actiones, non vtetur priuilegijs doti concessis: quia licet vtilitas debeat pertinere ad mulierem: cũ tamen procurator agat proprio nomine, & sic inepto modo, quoad prædictã vtilitatem consequendam, locum habet regula. l.multum interest. C.si quis alteri vel sibi. & ita Bartolus hîc numero.35.ad finem. Baldus. l. vnica. numer. 6.in fin.C.de priuilegijs dotis. Claudius hîc numero. 36. & Vincentius numero 41. ad finem. Iaſon.l qui stipendia. in fine. C.de procuratoribus.&. l. cùm fundus.§.seruum tuum.numero.15.ſ. si certum petatur. Socinus consilio.143.num 16.libro. 1.extollit Gerard. singular. 29. Prout si extraneus agat nomine proprio ad dotis restitutionem, non habet dotis priuilegia: & tamen si agat ad vtilitatem mulieris, & nomine illius, prædicta obtinet priuilegia. Sigismundus Lofredus consilio.32.numer.3. Similiter licet maritus non posit cedere actionem sibi cõpetentem ad petendas dotis vsuras. Baldus in rubric.numer.5.C.de vsuris. Alexand.l.in insulam.§.vsuras.in fine.j. eod. & suprà diximus: tamen si cessionarius agat mandatis actionibus per maritum, non vt apud se retineat, sed vt in maritum transferat, admittetur ad petendas prædictas vsuras. Salicetus authen. ad hæc. numero.11. C. de vsuris. Parisius consilio.64. numero.13.libro.4. ¶ Et aduerte, prædicta procedere, quando id quod consequitur cessionarius per mandatas actiones, debet conuerti in vtilitatem cedentis: aliàs enim non audietur, etiam si mandatis actionibus velit agere: quia non debet attendi modus agendi, sed ad quem vtilitas debeat peruenire.l.fideicõmissa. §.interdum. j. de legatis. 3. & quia aliàs facilè

65



facilè raudarẽtur iura, quæ prohibent priuilegij personalis fieri cessionem: & est expressum.l.ex pluribus. 43.j. de administ.tutor.sentit Roman.hîc num.49 in fine. Alexand.nume.34. Nouellus de dote.12.parte.numero.17. faciunt quæ Paulus consil.373.num.1.libr.1.quanuis hoc non satis perceperit Claud. hîc nu. 36. neque Iaſon. l.qui stipendia.in fine. C.de procuratoribus. Vltimò non est omittendum, quod tradit Bartolus hîc in fine. quòd si dos est profecta à patre, & ratione stipulationis paternæ, vel alio modo in solidum ad filiam pertineat, ita vt mortua filia, etiam hodie pater eam non posit obtinere, nisi tanquam hæres filiæ, iuxta communem opinionẽ suprà relatam, & tradit Aymon consilio 102.numer.5. vtrùm in hac successione mater, & fratres mulieris defunctæ, possint concurrere in prædicta successione cum patre, iuxta authentic.defuncto.C. ad Tertullianum? & ipse concludit, non concurrere, sed in solidum pertinere ad patrem, à cuius bonis profecta est: adducit text. quem dicit singularem .l.quod scitis.adiuncta glos.verbo, tam patre.C. de bonis quæ liberis. vbi Bartolus idem notat: idem Bartol. authentic. de consanguineis, & vterinis.num.2.collatio.6. & consil.18.num.4.& consi.215.num.4. & communiter recipitur, vt asserunt Alexand.hîc num.35. Vincent.numer.43. Claud.in fine. Bolognetus num.fin.& latè Iaſon à num.105. Sigismund.consilio 32.num.3.& consuluit Alexand. consil. 168.num.13.libr.7. Iaſon consil. 126.lib. 1.& plures quos refert Phanuntius de inuentario.2. parte.num.10. Crot. consil. 63.à num. 8.lib. 1. Sed est aduertendum, Bart.duo sentire. Primum, quòd in dote, quæ processit à substantia paterna, præfertur pater exclusa matre. Secundũ, allegando d.l.quod scitis.sentit idem esse in his, quæ ad filiã peruenerunt à linea paterna: quod expressit idem Bart.auth.itaque.C.communia de successio. Alexan.

66

hîc nu.35. ¶ Quoad primũ dictum, vera videtur Bart.conclusio, ex ratione.l. iure succursum.7.in princ.ſ.de iure dotiũ. & probat Vincen.de Franchis decisio. 59. nu.4. Anto. Trigona singul. 17.& Bald.l. quod scitis.nu.4.C.de bonis quæ liberis. & admittit Bolognet.hîc in fine. Qua ratione idem recipietur in his, quę ad filiã peruenerunt contemplatione patris: nã & hæc profectitia censentur.l. profectitia, in principio.ſ.de iure dotium. & per inde est, ac si à patre immediatè esset datum.l.sed si plures.§.inarrogato.j.de vulgari.l.dedit dotem.j. de collatione bonorum. Quod indubitabile redditur, retenta opinione, quam contra magis cõmunem supra probauimus, quòd etiam hodie filia in profectitijs non habet hæredem, sed pater ocupat iure peculij. Quoad secundum dictum resoluendũ est, illud quoque esse communiter receptum, vt asserunt Viuius libro. 2. communium, opinione.218. Lofredus consilio.32.num.3. Antonius Rubeus consil. 79.per totum. Anton. Trigona singu.17. & multis rationibus comprobat Romanus consil.40.à numer.4.& probant plurimi relati per Couarruu. in epitome de successio.ab intestat.num.2. Boeri. decisione.192.num.5.& latè Tessaurus decisione Pedamontana. 27. à numero. 3. Adducitur pro hac sententia. l. quod scitis.3.C.de bonis quæ liberis. Secundò.l.de emancipatis. §. exceptis. C. de legiti.hæred.& exornat Crot. consl. 63.à nu.20.libr. 1. Nihilominus hæc communis opinio non videtur probabilis, quia bona prouenientia à linea paterna, post quam fuerunt acquisita filio, efficiuntur proprium patrimonium ipsius filij. §.1. Instit. de hæredum qualitat. & differẽtia, ita vt iã non considerentur, tanquam bona ascendentium per lineam paternam, sed tanquam bona ipsius adeuntis.l. 1.§. veteres. cum ibi notatis. j. de acquir. possessio. neque separationem recipiàt à proprio filij patrimonio.

l.sed si plures.§.filio.ĵ.de vulgari. & cum vnius duo patrimonia non possint videri.l.iuris peritos.§.1.ĵ.de excusatio. tuto. Et quòd bona filij æqualiter diuidantur inter patrem,& matrem, nulla facta separatione prædictorum bonorum,videtur probare text.authen.defuncto.C.ad Tertullian.& ibi tenent Bald.Salicet. & Fulgos & tenent etiam multi, quos referunt Tiraquel.lib.1.retract.§.14.glos.2. num.12.Anton.Gomez.l.Tauri.6.nu.8. Couar.in epitome de successio. ab intesta.num.2.Molina Societa.Iesu.2. tractatu,disput.163.colu.3.Menchaca de successio.resolutio.§.13.num.11.Matienço l.1.tit.8.lib.5. ordinamen.gloss. 3.num. 17.& latè Phanuncius de inuentario. 2. part.num.11.asserens,secundũ hãc opinionem contra Bart.fuisse iudicatum:& ibidem refert multos contra Bart. tenen
67 tes,† & etiã Tessaurus decisio. Pedemõtana.27.num.2 Et consulendo elegãter comprobat Cuman.consil.123. Corne. consil.265.colum.2 & sequent. lib. 4. & consil.286.numer.10.lib. 1. & defendit Bolognet.hic à num.264.Quam opinionem probat.l.4.tit.13.partit.6.& ibi Gregoin glo.2.Probat etiam.l.6.Tauri,quæ hodie est.l.1.tit.8.lib.5. ordinamen.& in regno Portugaliæ Ord.libr.4.titu. 75.in princip.& meritò,quia cum pater & mater in eodem propinquitatis gradu constituãtur,nulla est ratio,cur æqualiter filio non debeant succedere.authent. de hæred.ab intest.venientib.§.si igitur. 1. colla. 9.Et retenta hac opinione,non obstant iura supra adducta pro cõtraria opinione:nã ad primũ del.quod scitis. 3.C. de bonis quæ lib.respõdetur,tex.nõ agere de auo paterno,& materno,concurrẽtibus ad nepotis mortui successionẽ, vt Bart.& sequaces præsupponunt: sed tantùm loquitur,quando nepos decedit viuo auo,in cuius erat potestate, & viuo etiam patre:& tunc vult, patrem succedere in proprietate,& auũ habere vsumfructum,vt ibi tradit Cyn.Albe. Fulgos. Salicet.& Corne.& idem Corne.latè cõsil.265.lib.4.Bolognet.hic num.266.omnino Phanuncius de inuentario. 2. part. num.11.Couarru.in epitome de successio.ab intestat.nume.2.Anto. Gomez .l. Tauri.6.num. 8. & alij qui contra communem tenent.Constituitque de nouo text.d.l.quòd scitis.quod licet de iure antiquo auus bona nepotis occuparet iure peculij,& sic patrem illius excluderet.l. 2.ĵ.de castrens.pecul.ita vt quamuis nepos esset emancipatus:tamen auus patri præferebatur.l.1.§.si nepos.ĵ.si quis à parente fuerit manumis.&.l æquissimum. §.1.ĵ.ad Tertullian. tamen de nouo disponitur,quòd in prædictis bonis pater præferatur auo quoad proprietatem. Et est ratio,quia cum.d.l.quod scitis.nouè disponat,bona de quibus ibi,non quæri patri,neq; auo,iure potestatis,nisi quoad vsumfructum: in proprietate tanquam propria nepotis pater præferetur, auus autem vsumfructum semel quæsitum retinebit,dum vixerit.l.fina. C. ad Tertul-
68 lian. † tradit Anton.Gomez.l.Tauri.6. num.12.Neque replices,quòd imò glo. d.l.quod scitis.verb.tam patre. & gloss. penul.videntur intelligere, quod text. agat de auo materno : vnde relatæ ad tex.videntur probare Bart. opinionem, quia id negandum est:tantum enim illæ gloss.sentiunt,quod tex.agit, quando ad successionem cõcurrũt auus,& proauus nepotis defuncti: & quòd tunc proauus ratione potestatis retineat vsumfructũ, & auus tanquam proximior succedat in proprietate bonorum,vt ibi tradit gloss. verb.ad patrem : quod in effectu cõcordat cũ supra relato intellectu. Vnde prædictæ glos.minimè adiuuant Bart. intellectum,vt in specie aduertit Corne. d.l. quod scitis.§.fin autem.num.6.C. de bonis quæ lib.& consil.265.lib. 4. col. pen. ad fin.& consil.265.colum.fina.lib.1.Itẽ vltra alios aduerto.d.l.quod scitis. apertè agere de auo paterno. Planè illo existente,impossibile fuit, tempore illius legis



legis dubitationem fuisse inter auum paternum,& maternum,circa successionẽ nepotis:nã cum auus paternus esset de linea agnatorum, & auus maternus de linea cognatorum,clarum erat, auũ paternum tanquam agnatum,præferendũ esse in successione nepotis,iuxta.§.1.instit.de legit.agnato.successio.Quod obtinuit antequam Iustinianus differentiã agnationis, & cognationis auferret. authen.de hæred.ab intest.venientibus. §. nullam verò.colla.9.Qua ratione etiam pater in successione filij præferebatur,& matrem excludebat.l.2.§.objicitur.ĵ.ad Tertullian.l.si ad patrem.ĵ.de suis & legit.hæred Item aduerto,quòd in dict.l. quod scitis.non ideò fit mentio de bonis prouenientibus à linea materna,quasi bona nepotis defuncti reciperẽt separationem,vt communiter DD.præsupponũt,sed potiùs,quia dubitatio inter auũ, & patrem nepotis circa successionẽ, nõ poterat verificari,nisi in prædictis bonis: nam est aduertendum, quòd d. l. quod scitis.fuit condita per Imperatores Valentinianum,& Theodosium. Planè horum Imperatorũ tempore iam erat constitutum per Imperatorem Constantinum,vt bona materna patri non quærerentur iure patriæ potestatis,nisi quoad vsumfructum.l.1.C.de bonis maternis. quod per prædictos Imperatores extensum fuit etiam ad lucra nuptialia per filios in potestate quæsita,vt constat ex.l.
69 1.&.2.C.de bonis quæ liberis. † reliqua autem bona aduentitia patri quærebantur iure patriæ potestatis,antequã Iustinianus cõtrarium statueret. l.cum oportet.C.de bonis quę lib.Quia igitur in aduentitijs tempore d.l.quod scitis.filius in potestate non poterat habere hæredẽ, sed pater occupabat bona illa tanquam peculium filij.l.2.ĵ.de castrens. peculio. non poterat vlla oriri dubitatio inter auum & patrem,circa prædicti nepotis successionem,& tantũ illi locus esse poterat, circa bona quę iam eo tempore patri non quęrebantur,nisi quoad vsum fructum:& hac ratione tantũ de prædictis bonis facta fuit mentio. Non obstat secũdũ de.l.de emãcipatis.§.exceptis.C. de legit.hæred.ex qua desumitur ea conclusio:Quòd si concurrant fratres consanguinei,& vterini ad successionem fratris,consanguineus præferetur in bonis, quæ ad fratrem peruenerunt ex linea paterna, & vterinus præferetur in bonis prouenientibus à linea materna, & reliqua diuidentur inter eos æqualiter:& ita gloss.fina.authen.itaque. C.communia de successio.glo.2.authent.post fratres. 1. C. de legit. hęred.glo.authen.de cõsanguineis,&vterinis.verb.meliores.colla.6. & est recepta conclusio,vt per Iaf. hic num.110.&.l.ex facto.num.48.ad finem ĵ.de vulgari.Lofred.consil.32. nu. 3.Guillel. c. Raynuntius.verb.& vxorẽ. decisio.5.nu.103. vbi ampliat,& plures, quos referunt Anto.Gomez.l. Tauri. 8. num.8 Couar.in tractat.de successio.ab intest.num.8.post medium.& probat.l. 6.tit.13.partit.6.Et omnes ita tenere asserit Fulgos.consil.84.num.3. ad finem. Corne.consil.286.num.6. lib.1. Crotus consil.63.à num.17.lib. 1. Ergo idem dicendum est in casu Bart.Sed respondetur,quòd tex.ille exorbitat à regula.l.sed si plures.§.filio.ĵ.de vulgari.vnde nõ debet extẽdi extra casum in quo loquitur. c.quæ à iure.de regul.iuris in. 6.& ideò inde inferri non potest ad successionem ascendentium,de qua nos agimus: sed pariter admittentur nulla facta bonorũ separatione. authent. defuncto. & ibi
70 Bald.num.3.C.ad Tertullian. † quidquid dicat Crot.consil 63. à nu. 23. lib. 1.Confirmo ex traditis per Paul. authẽ. post fratres. 1. ad finem.C.de legit. hæred.vbi tenet,quòd si quis decederet relicto patruo,id est fratre patris, item relicto auunculo,idest fratre matris, quòd pariter succedunt,quia sunt in pari gradu, neque patruus præferetur in bonis habitis à patre,nec auunculus in bonis ha-

habitis à matre,sed pariter admittentur, quia talis successio prælatiua, est extraordinaria,& contra naturã vniuersalis successionis,quæ est,vt pariter in omnibus vocentur.Item facit ista sucecsio extraordinaria videri defunctum habere plura patrimonia:quod est contra iura,quæ dicunt,præter militem,quemlibet habere vnum tantùm patrimonium. l. iuris peritos.§.1.ʃ.de excusationib.tutor.& facit separationem bonorum iam coniunctorum contra.l.sed si plures.§.filio.ʃ.de vulgari.& ideò non debet extendi vltra casus in iure expressos:subscribit Vincẽ. de Franchis decisio.59.num.7. Anton. Rube.consf.79.col. final. Phanuntius de inuentario.2.parte.num.11.ante finem. neque aliquis ausus fuit prædictam extẽsionem facere, vt inquit Corne. consil. 265.col.2.ad medium.lib.4. Similiter licet quando ascendentes sunt in æquali gradu,& soli succedunt,admittatur separatio bonorum, secundùm opinionem Bart.magis receptam:tamen si ascendentes concurrant cum descendẽtibus,iuxta terminos authen.defuncto.C.ad Tertullian.pariter admittentur,neque tunc admittetur prædicta separatio bonorũ, quia in his terminis iure non inuenitur expressa:& ita pro constanti tenet Soci. consil.89.num.5 lib 4.& latè consuluit Aymon consil.176. per totum: subscribunt Vincen de Franchis decision. 59. num.6.qui asserit ita fuisse iudicatũ. Couar.in epitome de successio. ab intestat. num.2.& alij relati per Tessaurum decisio.Pedamonta.27.num.4.quidquid repugnet Anchar. consil. 347. quia ex facto.&Crot.consf.63.ànu.17.& num. 23. libr. 1.Secundò respondeo,neque prędictam traditionem communem inter fratres veram esse,imò pariter debere succedere,iuxta regulam generalem, vt tenent Fulgos.d.l.de emancipatis.nu.4.& ibi Corne.idem Fulgos auth.itaque.nu. 2.&ibi Corne.num.4.C.communia.de successio.Socin.consil.89.num.16.lib.4.

Neque obstat d.l.de emãcipatis. versic. exceptis.† quia vt ibi sentit Bald.in summario,loquitur de fratribus vtrinque cõ 71
iunctis,& vult,quòd frater vtrinque cõiunctus excludat ex vno tantùm latere coniunctum,etiam in bonis quæ prouenerunt à matre: nam & omnes admittunt, quòd frater vtrinque coniunctus, excludit fratrem vterinum, etiam in bonis,quæ à matre prouenerunt, vt sentit glos.fin.authẽ.itaque. C. communia de successio. & tanquam receptum tradit Fulgos d.l. de emancipatis.num.4.Laurus de Palacijs tracta. de statutis excludẽtibus fœminas.num.164.Verius.l. ex facto.num.450.ʃ.de vulgari.notabiliter Socin. consil.89.num.12.libr 4.& est text. auth.de cõsanguineis,& vterinis.§. quia vero.colla.6.Et hunc esse verum sensum d.l.de emancipatis.ostẽditur ex eo, quia dum in vers.Exceptis,fratres, & sorores, ex eadem matre præfert alijs fratribus in rebus proueniẽtibus à matre, ea exceptio duplicẽ sensum habere potest. Primũ,q; frater vterinus præferatur consanguineis in rebus maternis.Exẽplũ erit,si ponas,maritũ binas duxisse vxores, & etiam vxores binas contraxisse nuptias:& ex hoc secundo matrimonio natum fuisse filium, cui post mortem matris mortuo,fratres ex vno latere coniuncti volebãt succedere:& tunc in bonis maternis præferantur vterini. Secundum potest habere sensum,quòd si frater sit consanguineus,& simul vterinus, is præferatur quidẽ vterinis tantùm.Primũ quidẽ sensum admiserunt Bart.& Doctores d.l.de emãcipatis. Sed verus esse non potest, quia sic probaret d.l.de emancipatis. fratrem vterinum, & sic cognatum, concurrere posse cum fratre consanguineo in successione:cùm tamen certum sit,agnatum præferendum esse.§.1. Instit. de legit.agnatorũ successio. Nam Iustinianus de nouo constituit,quòd fratres vterini possent in successione fratris cõcurrere cum sanguineis,&sic agnatis.l.lege.

§.in



§.in his igitur.&.l.meminimus. versicul. sed neque.C.de legit. hæred. §. cæterũ. versic.hoc etiam.Instit.de legi agnator. successio.Neq; dicas,etiam d.l. de emancipatis.fuisse conditam per Iustinianũ, quia respondetur,editam fuisse antequã esset condita.d.l.lege.C. de legiti.hæredib.nã vt ex data constat,d.l.de emancipatis. edita fuit Kalẽdis Nouẽbris,& d.l. lege.Kalẽdis Decẽbris.Itẽ secundũ prædictum sensum probaret d.l.de emancipatis.§.exceptis.vterinos non solùm posse cõcurrere in successione fratris cũ cõsanguineis,sed etiam illis præferri in bonis quæ à linea materna ad fratrẽ peruenerunt:quod tamẽ absurdum esset,† vt
72 aliquis admittatur cõtra regulas iuris cõmunis, & vlteriùs ei concedatur prærogatiua,vt excludat illos, qui aliàs soli admittebantur ad illam successionẽ: cùm potiùs contrarium esset faciẽdum,ex ratione.§.itẽ vetustas.Insti.de hæred.quæ ab intest.deferũtur.Præterea d.l.lege.C. de legi.hæred.cũ similib.tãtũ æqualiter admittunt vterinos cum consanguineis: nullã autẽ eis dant prærogatiuam,vt etiã probat auth.de hæred.ab intesta. veniẽtibus.§.si defunctus. colla.9.Deniq; d.l. de emãcipatis.probat, quòd vsusfructus eorum bonorum remanet penes patrẽ: quod verificari non potest in vterinis, neq; enim horum respectu vitricus, vel vsumfructum,vel aliquod ius prætendere potest.l.vitrico.C.communia de successionib. Cùm igitur primus sensus ex prædictis non possit admitti ad d.l. de emancipatis, secundus admittẽdus est,vt fratres vtrinq;cõiuncti,præferantur fratribus ex vno latere coniũcti. Qui intellectus suadetur ex eo, quia d.l. de emancipatis.dicit,se hoc statuere ad similitudinẽ legis,quam iam tulerat super rebus maternis,vel alijs,quę patri quęri non poterant.Planè lex illa inuenitur.l.final.C. communia de successio. in qua clarè exprimitur,fratres vtrinq; cõiunctos excludere alios ex vno tantùm latere coniunctos:& inter cõiunctos ex vno tãtùm latere,æqualiter diuidẽdam esse hæreditatẽ:ergo & d.l.de emancipatis. eodẽ modo explicanda est.Itẽ dict.l. de emancipatis.supplet legem Anastasij, de qua.l. frater.C.de legit.tutela. vbi fratri emancipato reseruantur iura succedẽdi fratribus.Quod ampliat Iustinianus d.l. de emancipatis.vt hoc ius eis competat, etiã existẽte patre:sed d.l.frater. loquitur in fratre suscepto ex eodẽ patre: ergo pariter & dict.l.de emancipatis. de eo intelligẽda est.Et si quæras,cur igitur Iustinianus in dict.l.de emancipatis. se restrinxerit ad bona materna? respondetur,q; tẽpore dict.l.de emancipatis.& d.l. fin. C. communia de successio.adhuc non erat edita.l.cùm oportet. C. de bonis quæ liberis.& sic illa iure patriæ potestatis, patri quærebantur præter bona materna, & lucra nuptialia,& alia de quibus.l.quæcumque.C.de bonis quæ liberis. In his igitur tantùm poterat cadere quæstio, vtrùm fratres essent præferendi patri habẽti fratrem mortuum in potestate? nã in alijs,quæ iure potestatis ei quærebantur,nulla poterat esse controuersia,vt expressè tradit glo.l.fin.verbo, ex materna.C.communia de successionibus cõcludẽs,quòd cùm aduentitia, etiam hodie patri ãquærantur,idẽ in illis erit recipiẽdum,quod in bonis maternis:& est 73
expressum auth.de consanguineis,&vterinis.ad finem.colla.6.Ex quo colliges,in d.l.de emancipatis. non ob id distincta fuisse bona materna,quasi separẽtur à reliquis bonis defuncti,vt magis communis intelligit:sed potiùs, quia in illis tantùm eo tẽpore poterat tractari, vtrùm pater,vel fratres essent præferẽdi? Colliges etiam,quòd cùm in d. l. de emancipatis. præferatur vtrinque coniunctus, propter duplex vinculum, & hæc ratio cesset in parẽtibus,ex illo text.non bene infertur ad nostrum casum. Et tenebis mente,quòd hodie dum d.l.de emancipatis.& .l.final.C.communia de success.

præfe-

præferunt fratres parẽti,hodie sunt correcta per auth. defuncto.C.ad Tertullia. notauit glo.d. l.de emancipatis.verb. exceptis.Socin.consil.89.num.22.lib.4.Patre autem non existente,etiã hodie procedet decisio prędictorum iurium.auth. cessante.C.de legit.hæred.Ex hac igitur opinione ita defensa primò inferas, nõ esse veram opinionem Bart.hîc ad finẽ. dum vult,quòd inter patrem,& matrem fiat distinctio bonorum, vt pater succedat solus in prouenientibus à linea paterna, & mater in prouenientibus à linea materna: nam in his terminis non est vera cõclusio, imò pariter amittũtur. authẽ.defuncto.C.ad Tertullian. latè Couar.in epitome de successio.ab intestat. num.2.& latè suprà probauimus,& probat.l.4.tit.13.par.6.& ibi Gregor.gloss.2. probat etiam Ordin.lib.4.tit. 75.in prin. Inferas etiam,quòd qua ratione inter patrem & matrem non fit prædicta bonorum distinctio,sed æqualiter admittuntur,pari ratione, etsi parentibus non existentibus,ad successionem nepotis concurrant auus paternus & maternus,non debet fieri prædicta bonorũ distinctio, sed pariter debent admitti ad successionem,ob rationes suprà allatas: quod ita probat.l.4.tit. 13.par.6.& ibi Gregor.verbo,Ygualmente.Ordin.lib. 4.tit.72.§.2. &.l.Tauri.6.relata ad principium,& latè defendit post multos Anton. Gomez.l. Tauri.6.num.8.Mencha. de succession. resolutio.§.13.num.11.Matienço.l.1.titul.8.lib.5.ordinament.gloss.3.num. 7.†
74 Qui tamen fatentur magis communem opinionem esse in contrariũ,per.l.quod scitis.C.de bonis quæ liberis. vbi videtur tex.expressus in cõtrarium,secundũ Bartol.intellectum,& tradit Palac.repe. rubric.§.39.num.10.Lofred.consil.32.nu. 3.post medium.& Anton.Rube. consil. 79.Et hanc opinionem postremam admisit praxis Portugaliæ: quia cùm sit opinio Bart.magis communiter approbata,in eo regno obseruãda est,iuxta dispositionem Ordin.lib.2.titu. 5.Et ita sæpius secundùm hanc opinionem fuit iudicatum.Ea autem admissa,in primis aduertes,quòd si quæstionem proponas in patre,& matre,concurrentibus ad filij successionem,iuxta doctrinam Bart. hîc ad finem.in prædicto regno inutilis redditur traditio Bart.si matrimonium cõtrahatur secundùm regni consuetudinẽ: nam cùm tunc omnia communicentur inter coniuges,Ord.lib.4.tit. 7.in princ. inutiliter fiet prædicta bonorum distinctio,cùm omnia inter eos veniant pariter communicanda.l. si societatem vniuersarum.64.§.pro socio.& ita in specie Gammadecisio.9.col.6.qui tamen col.7 eleganter aduertit;prædictam distinctionem bonorum vtilem esse, si matrimonium contrahatur inter coniuges per dorem,& arras: nam cùm tunc cesset bonorum communicatio;& tantùm lucra cõmunicẽtur,succedit regula, quòd si hæc communicatio lucrorum, particularem societatem inducat,in ea non includentur hæreditates superuenientes.l.coiri.2 cum ll.seqq.§.pro socio.& sic valdè vtilis erit prædictorum bonorum distinctio: quæ tamen quoad illos non seruabitur, propter dispositionem legum regni suprà relatarum. Vtilis igitur etiam hodie erit,quando quæstio vertitur inter auos, quorum respectu prædicta bonorum cõmunicatio considerari non potest: & cũ lex non inueniatur contrarium disponens,obseruanda est Bart.opinio, vt suprà dictum est. Item vlteriùs notabis, ad constituendum à qua linea bona processerint,valdè esse controuersum,cuius persona inspici debeat? Quod vt clariùs percipias,proponamus exemplum. Pone,quòd pater reliquit tertium, vel quintum vxori,vel etiam illa filijs premortuis, illis successit,& hæc bona simul cum alijs filio superstiti reliquit, de cuius posteà mortui successione contendunt auus paternus,& maternus. Dubitatio igitur insurgit,vtrùm hæc bona debeant considerari tanquam prouenientia à patre, attenta origine? vel debeant considerari tanquam prouenientia à linea materna, à qua immediatè peruenerunt ad filiũ? In qua quæstione Paul.l.quod scitis ad finem.C. de bonis quæ liberis.existimat, attendendam esse personam à qua immediatè bona peruenerunt ad filium,nõ verò initium acquisitionis prædictorum
75 bonorũ:†& subscribit Palac.in rub.§.39. num.10.Afflictis decisio.127.Crot. consil.63 num.11.lib.1. Pro quibus vrget l.si auia C.de donatio.& quod Bald. authẽ. ex testamento.num.1.C. de secund.nuptijs.Contrarium tamen fuisse iudicatũ in regno Portugaliæ,asserit Gamma decisio.9.ea ratione,quia Bart. & sequaces dicentes, in hac materia attendendam esse lineam,à qua bona prouenerunt,apertè sentiunt, originem horum bonorum considerandam esse: aliàs rarò verificari posset,attendendam esse lineam,à à qua bona prouenerunt. Confirmo ex traditis per Decium consilio.185.in causa.num.3 ad finem.quòd prima radix & fundamentum debet considerari: neq; est considerandum,quo tramite successio deriuetur. Addo etiam rationes Baldi cap.quæ in ecclesiarum num.43.de constitutio.quod semper est inspicienda origo,& initium cuiuscumque rei, tanquã radix futuri.c.1.§.ex eadem.de lege Cõradi.l.qui id quod.in princip.ff. de donatio.l.clam possidere.in principio.ff. de acquir.possessio. Addo etiam rationes Baldi cap.1.num.4.de beneficio fœminæ: quemibi sequitur Aluarot.ad finem.q. à primordio tituli posterior formatur euẽtus.l.1.C.de imponenda lucrat.descriptio.lib.12.& quòd qualitas quæ cœpit esse,semper durat.l.pater filium.§.quindecim.ff.de leg.3. Neque videtur alterari, quod in originali causa retinetur in habitu.l.fin.§.si ex noxali causa agatur.cum similibus.de quibus per Roland. cons.76. Magnifica.num.7.lib.3. Tiraquel. in legibus connubialibus.par.5.gloss.1.num.
76 26.Sed his non obstantibus,opinio Pauli verior,& magis conformis iuris principijs,est: nã hæreditas paterna, postquam acquisita est filio,non consideratur amplius tanquam hæreditas paterna,sed tãquam hæreditas adeũtis.§.1.Insti.de hæred.qualit.& diffe.l.sed si plures.§.filio.ff. de vulgari.Bart.l.fin.§.1.num.1.ff.ad Tertullian.& exornat Aretin.l. per procuratorem.col.1.ff.de acq.hæredit.Iason.l.1. §.veteres.num.22.ff. de acq.possessio. Afflictis decision.178.num.4. Facit bonus text.in.l.qui Titij.ff.de his quibus vt indignis. Neq; obstant adducta in cõtrariũ: nam ad primum respondetur, quòd dũ DD.considerant, à qua linea bona prouenerunt,intelligendi sunt, scilicèt immediatè, ac proinde si ad nepotem immediatè peruenerunt aliqua bona materna,vel ex linea materna,hæc bona tãquam materna, ad auiam maternam pertinebunt, vel è contra. Si autem ponas,filium aliquem decessisse, qui habebat bona paterna,& ei successisse matrẽ, hæc bona pertinebunt ad auiam maternam: quia licet attenta origine,fuerint bona paterna, tamen non peruenerunt ad matrem,tanquam bona materna,sed tanquam bona filij,& similiter ad nepotem superuiuentem, & de cuius hæreditate nunc agitur,peruenerunt,tanquã bona materna: ergo pertinebunt ad auiã maternam. Quod confirmo optimo simili: nam certum est,quòd si mulier conuolet ad secundas nuptias, in bonis filij descendentis non habet nisi vsumfructum,quoad bona, quæ ad eum quocũque modo peruenerunt ex substãtia patris.authẽ. ex testamento.& ibi Ioan. de Garronib.num. 58.C.de secundis nupt. Ordinatio lib.4.tit.75.§.3.Pone,decessisse aliquem filium ex primo matrimonio, cui fratres successerunt in proprietate: deinde aliquem ex istis fratribus decessisse: mater succedet huic filio, etiam in proprietate,quoad partem quam habuit ex successione fratris: quia non videtur hanc

hanc partem habuisse ex succesione paterna immediatè, sed potiùs ex succesione filij, cuius respectu mater transiens ad secunda vota, non reperitur priuata, vt non possit æqualiter ei succedere cum alijs fratribus: ita videtur text. authen. de non eligendo secundò nubentes. §. cùm igitur. iuncta gloss. verbo, post. collatione. 1. & notabiliter consuluit Corneus consilio. 286. numer. 3. libr. 1. & eleganter comprobat Ioannes de Garronibus, asserens ita fuisse iudicatum, authentic. ex testamento. à numer. 41. C. de secundis nupt. & latè Boerius decisione. 192. numer. 3. † Sic igitur & in pro-
77 posito, quoad materiam dict. l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. inspici debet à qua linea immediatè bona processerunt, non autem mediatè. Et confirmatur, quia Doctores tantùm dicunt, attendendam esse lineam, à qua bona prouenerunt ad eum, de cuius hæreditate nunc agitur (Intellige tu, scilicèt immediatè) quia immediata causa semper solet inspici. l. socium qui. §. 1. s. pro socio. gloss. cap. de cætero. de homicid. & in specie Afflictis decisione. 127. ergo debet inspici persona, à qua immediatè bona prouenerunt, & non remota. Faciunt quæ Iason. l. si pecuniam. num. 21. s. de condictio. causa data. & concinunt tradita per Bartolum hîc num. 32. communiter receptũ, quòd nepotes non tenẽtur conferre dotem datam matri per auum, quæ ratione pacti, vel alio modo ad eam pertinuit: quia non immediatè eam habuerunt ab auo, sed potiùs à matre, cui irreuocabiliter fuerat quæsita. Non obstat secunda ratio quia licèt initium soleat considerari quoad multos iuris effectus: tamen ad constituendum, à quo bona prouenerunt, semper debet inspici persona vltima, à qua immediatè prouenerunt, & non origo acquisitionis. l. si auia. C. de donationib. l. qui Titij. j. de his quibus vt indignis. & ideò pro regula constituitur, quòd mutatione personæ mutatur etiam qualitas rei, & consequenter quòd debet inspici persona, quæ nunc immediatè rem tenet,
78 non verò illa à qua prouenerunt. † l. per procuratorem. j. de acquirenda hæreditate. cap. vnico. §. final. de iure patronatus. in. 6. Facit. l. si à me. 29. j. ad legem Falcidiam. & sic quidquid in Portugalia fuerit iudicatum, etiam in eo regno opinio Pauli sequenda est, vt constat ex suprà traditis. Et hæc satis in hac materia. Intellectum. l. si pater ignorans. 42. j. eodem. tractauimus. l. diuortio. §. final. s. eodem. Item intellectum. l. in insulam. 43. j. eodem. tractauimus. l. 2. §. quod si in patris. s. eodem. Similiter & intellectum dictæ. l. in insulam. §. 1. tractauimus. l. si ante. s. eodem. Denique intellectum dict. l. in insulam. §. vsuras. j. eodem. peregimus. l. 2. in princip. s. eodem. Item & intellectum. l. si socer. 45. in principio. &. §. Lutius. tradidimus. l. si cùm dotem. §. si pater. s. eodem. & ideò earum legum peculiaris omittitur interpretatio.

SVMMA-



## SVMMARIA EORVM QVÆ TRACTANTVR in interpretatione. l. Gaius. 46. ff. Soluto matrimonio.

1 *Explicatur litera huius text.*
2 *Auus maternus non potest stipulari nepti, nisi ex causa dotis.*
3 *Explicatur. l. quodcunque. 45. §. si quis ita. j. de verbor. obligat.*
4 *Et tamen reijcitur communis intellectus tanquam falsus.*
5 *Et ponitur elegans resolutio.*
6 *Reijcitur troditio glos. pen. & fin. hîc.*
7 *Si extraneus stipuletur dotẽ restitui mulieri, valet stipulatio fauore dotis.*
8 *Agitur de intellectu. l. si pater pro filia. 7. C. de pact. conuent.*
9 *Auus potest stipulari nepotibus nascituris.*
10 *Dos in materia huius text. magis priuilegiata est quam fiscus.*
11 *Agitur de intellectu. l. Publia. 26. in princip. ff. depositi.*
12 *Et quæ in eo text. vera fuerit dubitandi ratio.*
13 *Explicatur. l. Quintus. s. de donationibus inter virum.*
14 *In obligatione alternatiua tertius videtur adiectus solutioni.*
15 *Explicatur. l. eum qui ita. 56. §. qui sibi. j. de verborum obligationib.*
16 *Si filius adiectus solutioni sit emancipatus, ei non potest solui.*
17 *Si stipulatio, de qua hîc, copulatiuè esset concepta, quid iuris sit.*
18 *Quando stipulatio alternatiua censetur inualida.*
19 *Explicatur. l. penult. C. de verborum significatione.*
20 *Et vtrùm illius decisio locum habeat in contractibus.*
21 *Alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, designat ordinem.*
22 *Copula designat ordinem, quando adest ordinata charitas, item & ordo necessitatis.*
23 *Explicatur. l. vxorem. 40. §. testamento. 2. j. de legat. 3.*
24 *Semper stipulatio intelligenda est secundùm ordinem necessitatis, non obseruato ordine literæ.*
25 *Is text. procedit, etiamsi in stipulatione alternatiua præcedat nomen aui.*
26 *Si quis stipuletur dotem sibi restitui, vel ei, cui iure debetur, mulier est præferenda.*
27 *Filia familiàs potest petere dotem aduẽtitiam sine consensu patris.*
28 *Pater in dote aduentitia non habet vsumfructum*

# INTERPRETATIO
## Legis Gaius. 46. ff. Soluto matrimonio.

STVM Text. singularissimũ appellãt Paul. & Vincent. hîc, ad cuius literæ explicationem, aduertendũ est, in eo proponi quæstionem, quãdo auus maternus dedit dotem pro nepte, quæ erat in patris potestate, & stipulatus est, vt si matrimonium solueretur sine culpa mulieris, nepti dos restitueretur, vel auo dotanti, adueniente conditione stipulationis: dubitabatur, cui ex hac stipulatione quæreretur actio? In qua quidem quæstione decidenda Iure consult. tres casus considerat. Primũ, cui acquiratur actio attentis iuris regulis ordinarijs. Secundũ, cui debeat acquiri actio attenta voluntate stipulantis. Tertiũ, dato quòd acquiratur nepti, vtrùm prædicta actio iure potestatis in patrem transferatur? Primum autem casum Iureconsult. ad partes disputat: nam primò
1 dicit videri, † quòd secundùm iuris regulas, actio non quæratur nepti, ex regula. l. stipulatio ista. §. alteri. ĵ. de verborum obligationibus. quæ etiam locum habet, quando mater, vel ascendentes per lineam maternam stipulantur liberis. l. pactum. 4. C. de pactis conuentis. Vt igitur actus valeat, videtur interpretandũ, neptem videri adiectam stipulationi, iuxta. §. planè. Instit. de inutil. stipul. secundùm quam interpretationem videtur quòd actio quæsita sit auo, & consequenter eius hæredi. l. si pactũ. s̃. de probationibus. Nepti autem dos solui poterit: sed eam receptam hæredi aui tenebitur restituere, iuxta dict. §. planè. in fine. Institut. de inutil. stipulation. Sed his non obstãtibus, contrarium determinat Iureconsult. in fine. quòd imò fauore dotis, valida censeatur prædicta stipulatio, & sic per eam acquiretur actio nepti ad dotem repetendam, ne aliàs remaneat indotata, vt infrà latiùs explicabimus. In secundo autem casu videbatur dicendum eam fuisse mentem aui stipulantis alternatiuè, vt sibi quæreretur actio, & nepti solui posset dos, iuxta text. elegantem. l. eum qui ita. 56. §. qui sibi aut filio. ĵ. de verborum obligationibus. Cõtrarium nihilominus determinat Iureconsult. imò eam fuisse mentem aui stipulantis, vt nepti principaliter quæreretur actio: quod dicit suadere, & fauorẽ dotis, & affectionẽ stipulantis. Quæ ratio propriè pertinet ad hunc secundum casum. Bald. consil. 89. verba. num. 1. libr. 2. & non ad primum, in quo fustra ponderatur affectio stipulãtis, quæ non potest efficere, vt stipulatio alteri facta valeat, aduersus iuris regulam. glos. recepta. l. fideiussoris. s̃. de pactis. In tertio autem casu præsupponit Iureconsul. actione filiæ quæri, neque vi patriæ potestatis in patrem transire: nam in principio dubitauit, vtrùm actio danda esset patri, qui neptem habebat in potestate, vel nepti, vel hæredi aui stipulantis? posteà ergo respondens, vtilem actionem dari nepti, apertè indicat, illam neque dari patri iuræ patriæ potestatis, neque



neque etiam hæredi aui stipulantis, vt hîc expendit Paul. nu. 2. in quo aperte labitur Duaren. hîc, dum dicit, ideò vtilẽ actionem dari, quia directa erat quæsita patri iure patriæ potestatis. l. placet. ĵ. de acq. hæredit. hoc enim ex suprà traditis confunditur: nam regula dictæ. l. placet. non habet locum in dote. l. Pomponius. s̃. famil. erciscund. Eo maximè, quia dos hæc aduentitia debet censeri. l. auus. 82. in princ. s̃. de iure dotium. glos. recepta. l. quia in aliena. §. interdum. ĵ. de acquir. hæredit. & pro dote aduentitia nulla actio patri quæritur. l. 2. §. quod si in patris. & ibi diximus. s̃. eodem. Ideò igitur competit vtilis actio, quia secundùm regulas ordinarias ex stipulatione auita nepti non debuit quæri actio: quia tamen fauore dotis æquum est eam dari; vtilis actio conceditur, iuxta regulam. l. quoties. s̃. de præscriptis verbis. & est expressum. l. pater pro filia. 7. C. de pactis conuentis. facit. l. penult. in fine. C. ad exhibend. Explicata litera, ex ea tres colligũtur conclusiones. Prima est, quòd auus maternus regulariter, non potest stipula
2 ri nepti, nisi ex causa dotis: † & receptissimam esse conclusionem dicit Ruin. consilio. 120. numer. 6. libr. 1. Nos tam de regula, quàm de limitatione agemus. Ratio autem regulæ est, quòd ascendentes per lineam maternam, non habent descendentes sub patria potestate. §. fin. Institut. de patria potestat. §. fœminæ. Institut. de adoption. & ideò in illis locum habet regula. l. stipulatio ista. §. alteri. ĵ. de verborum obligationib. Et hac etiam ratione neque mater filijs stipulari potest. l. pactum. 4. C. de pactis conuent. neque è contra filij matri stipulari possunt, neque ascendentibus per lineam maternã. l. debitor. 59. §. finali. ĵ. ad Trebellianum. tradit Bald. Nouellus de dote. 6. part. prilegio. 22. post princip. Fulgos. consil. 131. numero. 1. & alij quos refert Anton. Gabriel. lib. 3. communium, titul. de verborum obligationibus. conclusione. 1. numero. 7. Cæterùm prædictæ regulæ & eius rationi fortiter obstat. l. quodcunque. 45. §. si quis ita. ĵ. de verborum obligationibus. vbi text. probat, quòd si pater stipuletur quid dari filiæ post mortem patris, ex hac stipulatione vtilis actio quæritur filiæ: ergo probat text. valere stipulationem patris, factam in fauorem filiæ, quæ non sit in eius potestate: nam cum hæc stipulatio non incipiat vires habere, nisi post mortem patris. l. vnica. C. vt actio. ab hæredib. & eo tempore filia iam non sit in potestate patris. in principio. Institut. quibus modis ius patriæ potest. vtique prædicta stipulatio valere non potest, si verum esset, ascendentes non posse stipulari descendentibus, qui non sint in eorum patria potestate, si inducas regulam. l. quod sponsæ. C. de donationibus ante nuptias. Huic tamen difficultati respondendum est, quòd pater vel ascendens non potest stipulari filio, vel descendenti, quem nunquam habuit in potestate. Quare cum pater filium naturalem nunquam in potestate habuerit. in principio. Institut. de patria potestate. illi stipulari non poterit, vt resoluit Iason. l. quod dicitur. numero. 7. ĵ. de verborum obligationib. & in his terminis procedit regula generalis deducta ex isto text. Si verò pater stipuletur filio, qui aliquando fuit sub eius potestate, quanuis tempore stipulationis iam non sit sub potestate, valida censebitur stipulatio: & in his terminis procedit. l.
3 quodcunque. §. si quis ita. ĵ. de verborum obligationibus. † & ita Bald. l. si genero. numero. 2. C. de iure dotium. Iason. l. quodcunque. §. 1. numero. 2. & l. quod dicitur. numero. 34. ĵ. de verborum obligationibus. Vnde receptum est, patrem stipulari posse in fauorem filij emancipati: vt argument. d. l. quodcunque. §. si quis ita. tradit Bart. l. quod dicitur. numero. 7. ĵ. de verbor. obligation. receptus vt ibi asserit Iason numero. 35. Salicetus l. pater pro filia. ad finem. C. de pactis conuen-

conuentis. Anton. Gabriel. libr. 3. communium, tit. de verborum obligationib. conclusione. 1. numer. 28. Ratio est, quia cum pater posset stipulari filio in potestate existenti. §. ei qui. Institut. de inutil. stipul. pariter poterit stipulari emancipato, propter reliquias patriæ potestatis: argument. l. final. ff. de decurionib. & quod gloss. finalis. §. finali. Institut. de tutelis. Quæ ratio cessat in eo patre, qui nunquã habuit filium in potestate. Huic tamen cõmuni resolutioni nimis obstat. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. ff. de verborum obligationibus. vbi probatur, libertum non posse stipulari patrono: & tamen si vera esset communis traditio, debuit valere stipulatio, propter reliquias dominicæ potestatis, quæ apud patronum remanserunt. l. talem. 51. §. fina. ff. de hæred. instit. Neque satisfacit responsio Bartol. l. quod dicitur. nume. 10. ff. de verborum obligationibus. quòd pater vel patronus possunt stipulari filio, & liberto, propter reliquias quæ apud eos remanserunt: non autem è contra filius emancipatus poterit stipulàri patri, neque libertus patrono, quia prædictæ reliquiæ penes eos non sunt, sed remanserunt penes patrem vel patronum: nam replicabitur, quòd prædictæ reliquiæ magis debuerunt operari, quòd stipulatio facta per filium, vel libertum, valeret in fauorem patris, vel patroni, apud quos reliquiæ remanserunt, quàm è contra. Pro ut & patria potestas magis operatur, q, valeat stipulatio facta in fauorem patris, quàm è contra. l. quod dicitur. 130. ff. de verborum obligationibus. l. cùm dos. 7. ad medium. ff. de pactis dotalibus. Quibus rationibus prædictam communem resolutionem post Petrum de Besucio improbat Iason. l. quodcunque. §. 1. numero. 2. & l. quod dicitur. numero. 37. ff. de verborum obligationibus. Costa selectarum libro. 1. cap. 15. † Pro quibus videtur text. l. si genero. 26. C. de iure dotium. vbi pater stipulatus est dotem restitui filio suo extraneo constituto, id est, emancipato, vt ibi exponit gloss. 1. & tamen probat text. non valere huiusmodi stipulationem. Neque dicas cum glossa finali. ibi in. 1. solutione, vt quatenus text. dicit, non valere stipulationem, debeat intelligi, vt ex ea detur directa actio: tamen nihilominus dabitur vtilis, vt videtur expressum dict. l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus. subscribunt Bartol. hîc numero. 4. Alexander numero. 4. ad medium. & Vincent. num. 12. ad finem. Bald. Nouellus de dote. 6. part. priuilegio. 32. post princip. & Salicet. l. pater pro filia. ad medium. C. de pactis conuentis. quia replicabitur, quòd dict. l. si genero. dicit, ideò non valere stipulationem, quia ius eam prohibet. Planè quando stipulatio non valet propter prohibitionem legis, neque ex ea directa vel vtilis actio oriri potest. l. cum lex. ff. de fideiussoribus. l. pacta quæ contra. C. de pactis. Et tenendo hanc opinionem, non obstabit fundamentum communis de dict. l. quodcunque. §. si quis ita. quia loquitur, quando stipulatio fit in fauorem filiæ, quæ morte patris efficitur sui iuris: & inde non est inferendum, idem esse admittendum in stipulatione quæ fit in fauorem filij, qui emancipatione, vel simili modo effectus est sui iuris. Et est ratio differentiæ, quia quando filius per emancipationem exit à patria potestate, efficitur omnino extraneus. §. emancipati. Institut. de hæred. quæ ab intesta. defer. & ideò in eo obseruatur regula. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligationib. & est expressum. l. si genero. 26. C. de iure dotium. Illi autem qui efficiuntur sui iuris per mortem patris, non censentur omnino extranei: nam & ius ciuile eos pro agnatis agnoscit, & pro hominibus eiusdem familiæ, & agnationis. l. pronuntiatio. §. familiæ. versic. communi. ff. de verbor. significat. text. elegans. l. vtrùm. 9. ff. de bonor. possess. contra tab.

4

obseruat



obseruat gloss. fina. l. si quis filio. 6. §. fina. ff. de iniust. rupto. Fulgos. l. si arrogator. numero. 8. ff. de adoptionib. Igitur ex dict. l. quodcunque. §. siquis ita. illud tantùm colligendum est, quòd vbi tempore stipulationis filia est in potestate, valebit stipulatio, etiamsi collata sit in tempus, quo filia debet esse sui iuris per mortem patris. Cæterum si tempore stipulationis filius non est in potestate, vel si est in potestate, confertur stipulatio in tempus, quo per emancipationem efficiatur sui iuris, non valebit ea stipulatio, iuxta suprà tradita: & ita in effectu Costa selectarum, libr. 1. cap. 15. ad finem. † quanuis prædicto modo non declaret. Recipit tamen prædicta regula tres limitationes. Prima est, vt non procedat fauore doris, propter publicam vtilitatem, de qua. l. 1. ff. eodem. nam eius fauore ascendens per lineam maternam, potest illius restitutionem nepti stipulari, vt clarè colligitur ex hoc text. & notant Bartol. hîc numer. 3. Paul. numer. 4. & alij communiter. Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 1. numer. 33. Nouellus de dote. 6. parte, priuileg. 22. Alexander consil. 13. numer. 11. libr. 1. Crot. l. 2. §. 1. nume. 10. ff. eodem. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. numer. 28. ad finem. & alij adducti per Anton. Gabriel. lib. 3. communium, titul. de verborum obligationibus. conclusio. 1. num. 73. Sed vrget in contrarium; quòd si quis priuatus stipuletur fisco, non valet stipulatio. Bartol. l. 1. in princ. ad finem. ff. de iure fisci. ergo neque debet valere dotis fauore, iuxta æquiparationem. l. 2. C. de priuileg. fisci. Huic tamen difficultati ex mente gloss. penult. & fin. hîc, respondendum est, quòd fauore dotis, etiãsi auus non fuisset stipulatus, tamẽ actio quæreretur nepti. l. vnica. § accedit. C. de rei vxoriæ actione. Stipulatio igitur, quæ nihil noui acquirit nepti, meritò valida censetur: subscribit Alexander. l. stipulatio ista. §. si stipuler. numero. 18. ff. de verborum obligation. post Paul. §. alteri. ad finem. ead. l. Sed hæc glos. responsio apertè confunditur per text. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. ff. de verborũ obligationib. sic inducendo: In casu ibi proposito libertus mutuauerat pecuniã nomine patroni absentis, ac ita ex mutuo actio erat quæsita patrono absenti. l. certi condictio. §. si numos. ff. si certum petat. l. si absentis. C. eodem titulo. & l. 2. C. per quas personas vobis acquiritur. deinde libertus stipulatus est, illud mutuũ solui patrono: & tamen ex hac stipulatione non acquiritur actio patrono, cum tamen valere deberet stipulatio, si vera esset gloss. traditio: nam si ex mutuo iam erat acquisita actio patrono, stipulatio nihil de nouo ei acquirebat, & sic debuit valere, secũdùm glos. traditionem. Cùm igitur nihilominus non valeat, apertè corruit gloss. traditio: † & ita eam reprobat Bart. hîc numer. 4. & alij communiter, vt asserit Vincent. hîc numero. 12. ad finem. Neque replices, cessare hanc inductionem; quia hodie decisio dict. §. Chryssogonus. correcta est per decisionem. l. 2. C. per quas personas vobis acquiritur. vt hîc tenet Bartol. nume. 4. quia respondetur, verius esse cõtrarium; cum legum correctio euitanda sit. Neque obstat dict. l. 2. quia tantùm probat, quòd prout ex mutuo facto nomine absentis, ei quæritur actio: ita etiam quæretur actio hypothecaria pro securitate mutui facta: quia est accessoria ad obligationem principalem, & debet sequi eius naturam. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. Inde igitur inferri non potest ad stipulationem de mutuo soluendo, quæ æquè principalis est cum mutuo: in hac enim obseruabitur regula d. §. Chryssogonus. vt hîc resoluit Alexander numer. 4. & l. certi condictio. §. si numos. numer 9. & ibi Purpur. numer. 81. ff. si certum petatur. aduersus Bartol. ibi in 3. combinatione. Reiecta igitur gloss. responsione, secundo modo respondet Bartol. l. stipulatio ista. §. si stipuler. in. 8.

5

6



fallen-

fallentia.ʒ.de verbor.obligatio. text. istũ non procedere propter solum fauorem dotis, nisi illud accedat, quòd stipulator habeat affectionem ad mulierem, pro qua stipulatur; vt quia ascendens stipulatur descendenti: ad quod expendit verba huius tex. in fine, & sequitur Imol. ibi in fine, Ancharran. c. quamquam. num. 7. vers. 8. fallit. de vsuris. in 6. Sed neque hæc Bart. responsio tuta est, quia in quæstione potestatis, vtrùm scilicet quis alteri possit stipulari, affectio stipulatoris nihil facere potest. gloss. recepta. l. fideiussoris. §. de pactis. Neque obstant verba huius text. quia respiciunt quæstionem voluntatis, scilicet qualiter auus videatur stipulatus nepti, vt suprà declarauimus. Item vtitur is tex. dictione, Maximè, quæ ostendit, idem esse recipiendũ, etsi cessaret præsumpta affectio, iuxta not. l. qui se patris. C. vnde liberi: & ideò receptum est, quòd etsi omnino extraneus stipuletur mulieri dotis restitutionem, valebit stipulatio speciali fauore dotis. † Bart. hic num. 3. & asserit receptũ
7 Alex. num. 5. & l. stipulatio ista. §. si stipuler. n. 18. ʒ. de verbo. obligatio. Crot. l. 2. §. 1. n. 10. §. eod. Salic. l. pater pro filia. post princ. C. de pact. conuentis. Bald. Nouellus de dote. 6. parte priuileg. 22. Lofred. consil. 32. nume. 6. Quare inuenio, quòd Bald. Nouellus d. priuilegio. 22. nume. 2. alium intellectum asignat ad istum tex. considerans, quòd auus maternus non tenetur dotare neptem, iuxta not. l. neque mater. C. de iure dotium. vnde eam dotando, videtur vsus liberalitate. l. donari. ʒ. de regul iuris: succedet igitur regula, quòd donans potest stipulari, vt res donata alteri restituatur, cui ex prædicta stipulatione concedetur actio. l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. & pro hoc intellectu dicit esse text. expressum. l pater pro filia. 7. secundum primum gloss. intellectum. C. de pact. conuentis. & subscribit Alciat. responso. 699. numero. 2. Sed is intellectus omnino reijciendus est, quia secundùm eum sequeretur, quod omne ille quidat dotem, posset alteri stipulari dotis restitutionem: & tamen contrarium probat. l. cum patrem. 19. C. de iure dotium. l. pactum. 4. C. de pact. conuentis. l. debitor. 59. §. final. & ibi notat Alexan. numero. 4. ʒ. ad Trebellian. Neque obstant Baldi Nouelli rationes, quia ad primam respondetur, quòd dos videtur tradita marito ex titulo oneroso. l. ex promissione. 18. ʒ. de actio. & obligatio. l. final. §. si à socero. ʒ. quæ in fraudem creditor. Ergo stipulatio facta, vt maritus dotem restituat alteri, non potest iuuari ex decisione. l. quoties. C. de donationib. quæ sub modo. imò iuxta regulam valere non debet, vt est expressum. l. cum patrem. 19. C. de iure dotium, & in specie post Petrum Faber. §. si quis alij. num. 7. Instit. de inuti. stipulat. & satis sentit is text. in fine, dum stipulationem sustinet ex speciali fauore dotis. Neque etiã obstat. l. pater pro filia. 7. C. de pact. conuentis. natn respondetur, quòd tex. ille varios habet intellectus: Primus est, quod text. intelligatur de nepotibus suscipiendis ex eo matrimonio, vel etiam de iam susceptis per filiam ex alio matrimonio, vt his auus maternus stipulando, quærat vtilem actionem: & ita gloss. prima ibi: gloss. l. cum dos. verb. filiæ. §. de pact. dotalib. Et secundùm hunc intellectum inducitur per Bald. Nouellũ,
8 † quasi vtilis actio eo casu quæratur nepotibus, propter regulam. l. quoties. C. de donationib. quæ sub modo. Quæ explicatio vera non est, ex supra traditis: & ideò admisso prædicto intellectu, dicendum est, quòd quemadmodum fauore dotis valet stipulatio mulieri facta, sic etiam & eâdem ratione valebit stipulatio facta filijs ex eo matrimonio suceptis. arg. l. etiam in princip. §. eo. & ita expressè Cyn. dict. l. pater pro filia. Paul. hîc ad finem. Alex. numero. 4. Idem Alexand. l. quod dicitur. nume. 5. ad



ad finem. ʒ. de verbor. obligatio. Sed non placet is intellectus, quia mortua matre, non potest considerari dotis fauor. Item nec valeret stipulatio, qua filij in potestate, à patre stipularentur dotis restitutionem, iuxta regulã Iuliani de, qua l. si seruo. 32. §. de vsuf. & in specie sentit. l. pactum. C. de pact. conuentis, & ibi glossa. 3. ac pro inde quod stipulatio facta nepotibus, eis nullam acquirat actionem, neque directam, neque vtilem, probat. l. pactum. 4. C. de pact. conuentis. & aduertit Bart. dict. l. pater pro filia. C. de pact. conuentis. Et ideò verior intellectus est, quòd text. dict. l. pater pro filia. procedat in nepotibus susceptis ex filio, quos auus habet in potestate, his enim stipulari poterit. §. ei qui. Instit. de inutil. stipulat. l quod dicitur. 130. ʒ. de verbor. obligatio. Quem intellectum asignauit gloss. prima dict. l. pater pro filia. & ibi probant Cynus, Bartolus, Bald. & Salic. Alexand. l. quod dicitur. numero. 5. ad finem. ʒ de verbo. obligationib. & asserit receptum esse intellectum Alexand. hîc numer. 4. secundùm quem nihil facit pro opinione Baldi Nouelli. Obstat tamen huic recepto intellectui, quod eo admisso, malè diceret text. in dict. l. pater pro filia, auum non potuisse eis quærere actionem directam, sed vtilem tantùm ex æquitate illis concedi, cum certum sit, his quos habet in potestate stipulando, directam quærere actionem. l. quod dicitur. 130. ʒ. de verb. oblig. Sed respondetur, quòd aut tu intelligis stipulatum fuisse nepotibus nondum natis, vel iam natis: si primo modo intelligas, dicendum est, ideò illis vtilem actionem quæri, & non directam: quia cum tempore stipulationis nepotes nondum essent in potestate, de rigore non debuit valere stipulatio; valet tamen, quia tacitè videtur collata in tempus, quo nepotes debent esse in potestate. † Prout
9 per contrarium dicimus, quòd si tempore stipulationis filij sint in potestate, quæretur eis vtilis actio, etsi collata sit in tempus, quo non sint futuri in patria potestate. l. quodcũque. §. si quis ita. ʒ de verbor. obligationib. & sic probabit tex. dict l. pater pro filia. posse auum stipulari nepotibus nondum existentibus in rerum natura: & ita expressè Guido consil. 54. numero. 9. declarando vt suprà. Si secundo modo intelligas, respondendum est; stipulationem fuisse generaliter conceptã, & verificari posse, siue viuo auo filia moreretur, siue post eius mortem. Si primus casus eueniat, fatendum est; actionem directam nepotibus acquiri, iuxta regulam. l. quod dicitur. 130. ʒ. de verbor. obligatio quæ iure potestatis in auum transferetur, iuxta regulam. l. placet. ʒ. de acq. hæred. & in specie significat. l. pactum. 4. C. de pact. conuentis. Si autem secundus casus eueniat, tantum vtilis actio potuit quæri nepotibus: quia reducitur res ad terminos. l. quodcumque. §. si quis ita. ʒ. de verbor. obligatio. Secundùm quæ dicendum est, dict. l. pater pro filia. significare, quòd ex ea stipulatione sic generaliter concepta, nõ potuit generaliter quæri actio directa: semper autem potuit quæri vtilis ex æquitate; declarando vt suprà. Vltimo loco inuenio, quòd Bald. l si genero. numero. 2. C. de iure dotium. intellexit istum textum ea ratione procedere, quòd dos censetur proprium patrimonium mulieris. l. 3. §. sed vtrum. in fine. §. de minoribus; & ideò ei quæritur actio, quasi stipulatio sit facta, vt res propria domino restituatur: quem intellectum sentit etiam Faber. §. si quis alij. numero. 7. Instit. de inutil. stipulatio. generalem regulam constituens, quòd stipulatio facta, vt domino res sua restituatur, vel restituatur illi, ad quem de iure pertinet, valida censetur. Sed etiam non placet, quia confunditur per. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryssogonus. ʒ. de verbor. obligatio. ad iuncta. l. certi condi-

dictio.§.si numos.ſ.ſi certum petatur.& ſatis colligitur ex iſto text. dum ſe fundat in fauore dotis: quaſi ſentiat, eo ſe moto,etiam in prædictis terminis nihil valere ſtipulationem. Vera igitur cõcordia & reſolutio eſt,fatendum eſſe,in hoc dotem magis priuilegiatam eſſe, quàm
10 fiſcum: † nam licet fiſco alter ſtipulari non poſsit.Bart l.1.in princ. ad fin. ſ. de iure fiſci. poteſt tamen alter ſtipulari mulieri dotis reſtitutionem: agnoſcit Bald.Nouellus de dote.6.parte, priuilegio.22.ad finem. Addendo tamen,quòd oporteat in ipſa reſtitutione verti dotis fauorem,ſcilicet ne mulier remaneat in dotata:text.hîc ad finem.Quare ſi ſtipulatio ſit facta,vt dos alteri reſtituatur, ita
11 vt in reſtitutione non agatur de dotis fauore,iuxta regulam,nihil valebit ſtipulatio: quod eſt expreſſum.l. pactum.4.C. de pactis conuentis.l.cum patrem.19.& l.ſi genero.C.de iure dotiũ. Et iuxta hoc venit intelligendus text.l.cum dos.7.ad medium.ſ.de pactis dotalibus.vbi pactũ patris reſpiciens fauorem dotis, non prodeſt filiæ:notant Paul.l. poſt dotem. numer.3.& ibi Claud.numer.19.ſ. eodem. Sed verus intellectus eſt, quòd pater ibi ſimpliciter fuit pactus, quo caſu ſibi ſoli videtur pactus.l. & magis.ſ. de ſolution. ac ita locum habet regula.l.ſi vnus.§. ante omnia. ſ.de pactis.Sed ſi expreſsè etiã eſſet pactus filiæ,vtique hoc pactum prodeſſet filiæ,iuxta hunc text.In eiſdẽ autem terminis pactum filiæ ſimpliciter cõceptum proderit patri, ex regula. l. placet.ſ.de acquirend. hæredit. vt & ſimilem differentiam obſeruat Iureconſul l. quod dicitur.130.ſ.de verbor. obligat. Et ita Fulgoſ.d.l.cum dos. num. 2. Salic. l.ſi genero.numer.2. C. de iure dotium. & Claud.l.poſt dotem. numer.19.ſ.eodem. Vltimò tenebis mente, textum eſſe intelligendum, quando ſaltem verba obligatiua referuntur ad perſonam ſtipulantis, & exequutiua ad perſonam mulieris: nam ſi etiam obligatiua referentur ad perſonam mulieris, etiam fauore dotis non valeret ſtipulatio, iuxta regulam.l. quæcunque gerimus.ſ. de actionib.& obligationib.& ita Nouellus de dote. 6. parte. priuileg. 23. & Alciat. reſponſo.699.numer. 1. Qui tamen eleganter addunt, quòd licet non valeat hæc ſtipulatio tanquam expreſſa, valebit tamen in vim fictæ ſtipulationis, iuxta.l.vnicam in princi.C.de rei vxo.actio. Secundò principaliter limita regulam deductam ex hoc text. vt non procedat in depoſito: ex cauſa enim depoſiti mater,vel aſcendens per lineam maternam,poterit filio ſtipulari reſtitutionem depoſiti. l. Publia. 26. in princip. ſ. de
11 poſiti: † quam allegauit gloſſ. penult. hic,& notat Salic. l.pater pro filia.ad medium.C.de pactis conuentis. Ratio huius limitationis eſt, quòd rei depoſitæ non transfertur dominium in depoſitarium.l.rei depoſitæ.ſ.depoſiti, & regula eſt, quòd reſtitutionem rei meæ,quæ durat mea, poſſum alteri ſtipulari, & illi quæretur vtilis actio.l.penultim.in fine. C.ad exhibendum.& ita Bart. hic num. 4.& l.quod dicitur. numer. 8.ſ. de verborum obligatio. Alexand. l. debitor.§. final.numero.4.ſ.ad Trebellian. & receptam eſſe traditionem aſſerũt relati per Anton.Gabriel. libr.3. communium. titul.de verbor. obligation.concluſion. 1. numer.129.Antonius Gomez.l. Tauri 50 numero. 26. quicquid controuertat Ruin. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. numero.5.ſ. de verbor.obligation. Neque dicas cum Iaſone.l. certi condictio. §. quoniam.numer.3. ſ. ſi certum petatur, quòd text. dict. l.penultim. C. ad exhibendum, tantùm probat, extraneum poſſe ſtipulari, vt res propria domino reſtituatur: non autem probat, quòd è contrario dominus poſsit ſtipulari rem ſuam alteri reſtitui:quia vt aduertit Decius dicto. §. quoniam. numero final.in vtroque caſu eadem eſt ratio: idem enim eſt rem meam mihi reſtitui, vel alteri de voluntate mea. §. per traditionem. Inſtit.de rerum diuiſio. Vnde per dict.l.penult.generalis regula conſtituitur,quòd dominus poteſt ſtipulari rem quæ durat ſua,alteri reſtitui,imò & eam, quæ nunc non eſt ſua, dummodo ſtipulatio conferatur in tempus,quo res futura eſt ſua:argument.l.in tempus. ſ.de hæred.inſtit.& ita Bartol.l.quod dicitur. numer.20.ſ.de verborum obligationib. receptus vt ibi aſſerit Iaſon numero. 48. Ruin.conſil.120.numer.20.libr.1.Vnde ego colligo aduerſus ſuprà allegatos, in ſpecie dictę. l. Publia. non fuiſſe dubitationem, vtrùm ex ſtipulatione materna ſuper re depoſita,actio quæreretur filio? id enim erat expeditum per regulã dict.l.penult.C.ad exhibendum. Dubitatio igitur in dict.l.Publia. videtur eſſe quam perſtringit Fulgoſ.ibi in fin. quòd dubitatio erat, vtrùm res depoſitæ per vxorem, eſſent reſtituendæ filio iuxta pactum? an verò marito? nam videbatur dicendum res eſſe reſtituendas marito, quia iuris præſumptione creduntur eſſe mariti.l.Quintus.ſ.de donationibus inter virum. vnde inducenda videbatur regula.l.bona fides.ſ. depoſiti. Contrarium nihilominus determinat Iureconſult. imò eſſe reſtituendas filio: † quaſi
12 præſumptio dict. l. Quintus. ceſſaret in ſpecie dict.l.Publia. nam præſupponitur ibi, mulierem prius contraxiſſe matrimonium cum alio marito, à quo filium ſuſceperat, cui ſtipulatus fuerat res depoſitas reſtitui: & in his terminis ceſſat præſumptio dict.l.Quintus.in ſpecie Angel.conſilio.141. ad finem. Et eſt ratio, quia præſumptio dictę.l. Quintus. tunc locum habet, quando mulier non poteſt oſtendere cauſam iuſtam & honeſtam, ex qua prædicta bona habuerit: nam tunc vt ceſſet præſumptio turpitudinis, magis creditur illas habuiſſe ex bonis mariti. Quæ ratio ceſſat in muliere quæ cum alio marito contraxit, iuſtè enim allegare poteſt, ſe honeſtè habuiſſe prædictas res à primo marito: & quia vt locum habeat præſumptio dict.l. Quintus. oportet conſtare prædictas res fuiſſe quæſitas conſtante matrimonio.l. etiam.C. de donationibus inter virum. & ideò vt locum obtineat præſumptio dictæ.l.Quintus. incumbit marito onus probandi eas res fuiſſe quæſitas conſtante matrimonio. Salicet. dict.l. Quintus. numero.1. Alexander conſilio.42.numero.2.libr.5.Et quanuis Aretin. conſil. 31. numero. 5. contendat, imò mulieri incumbere onus probandi, eas res quæſiuiſſe ante contractum matrimonium: nam hoc probato,excludet præſumptionem dict.l.Quintus. tamen vera reſolutio eſt,quòd vbi præceſsit quid, ex quo veriſimiliter mulier potuit aliquas res acquirere, tũc marito incumbet onus probandi,res fuiſſe quæſitas conſtante matrimonio, aliàs illud onus incumbet mulieri, vt reſoluunt Palac. repetitione rubric.§.60.numer.19.Alciat de præſumption.regul.3.præſumptione.26. numero.1. Planè quando mulier alteri viro prius nupſerat, ſatis videtur interueniſſe aliquid,ex quo veriſimiliter potuit licitè bona quærere: quia à communiter accidentibus,mariti faciunt donationes vxoribus,quæ eorum morte confirmantur,& ex fructibus dotis reſtitutæ potuit bona quærere. In his ergo terminis ceſ-
13 ſabit præſumptio dicta.l. Quintus. † & conſequenter marito dicenti bona fuiſſe quæſita conſtante matrimonio, incumbet onus probandi, & antequam id probet, res depoſita reſtituenda eſt illi, quem vxor declarauit. Vnde in ſpecie dict.l.Publia.filius vtili actione depoſiti poterit prædictas res repetere. l. penult. in fine.C.ad exhibend.etiamſi matris hęreditatem repudiet,& non ſit illi hæres: quidquid ſenſerit Vincent.l. quæ dotis. numero.33.ad finem.ſ. eodem.Similiter ſi maritus probaret, illas res fuiſſe quæſitas

ſitas conſtante matrimonio, ei potiùs re
ſtituendæ eſſent,quàm filio vxoris,vt in
ſpecie probat.l.etiam.6.C.de donationi
bus inter vir. Alia circa intellectum d. l.
Publia.in principio.inuenies. l. quæ do-
tis.§.eod. Limita tertiò concluſionem
deductam ex hoc text. vt non valeat ſti-
pulatio alteri facta, quando ſaltem ver-
ba exequutiua referuntur ad perſonam
tertij,vt potè,Promittis mihi,quòd dabis
illi? nam ſi omnia verba ſint collata in
perſonam ſtipulantis, valebit ſtipulatio,
etſi conſtet in fauorem & vtilitatem al-
terius fieri, vt potè ſi dicatur, Promittis
mihi,quòd dabis mihi centum nomine
Titij? valere enim huiuſmodi ſtipulatio-
nem,probat gloſ.1.ad finem.l. huiuſmo-
di.ʃ.de legatis. 1. Eritque effectus huius
ſtipulationis, vt ſtipulanti mero iure
quæratur actio, quam tamen tenebitur
cedere illi tertio, cuius nomine facta
fuit, quaſi eius negocium geſtum ſit.l.
penultim.§.de negoc. geſtis. tradit Ful-
goſius conſilio.131.numer.1.Ruin.con-
ſil.120.numero.19.libr.1. Et hæc de pri-
ma concluſione huius textus. Succedit
igitur ſecunda, quòd vbi quis ſtipulatur
ſibi,aut Titio dari,intelligitur hæc ſtipu-
latio,vt actio quæratur ſtipulanti,& ter-
tius videatur tantùm adiectus ſolutioni,
ita vt ei ſolui poſsit. §. planè. Inſtitut. de
inutil. ſtipulationibus. niſi prædicta ſti-
pulatio fiat circa dotem: nam tunc fauo
re dotis actio videtur quæſita mulieri,&
ſtipulans videtur adiectus ſolutioni, vt
14 ex iſto text. colligitur.† Nos tam de con
cluſione, quàm limitatione latiùs age-
mus. Et quoad regulam aduertendum
eſt,textum ſentire ei locum eſſe, etiamſi
præcedat nomen tertij, & ſubſequatur
nomen ſtipulantis, nam in ſtipulatione
dictum erat,quòd ſoluto matrimonio ſi-
ne culpa mulieris, dos reſtitueretur mu-
lieri,vel auo,& tamen text.ſentit,ex hac
ſtipulatione regulariter ſtipulanti quæ-
ri actionem, & mulierem videri adiectã
ſolutioni. Et ratio eſt ſecundùm gloſ. 2.
hic ad fin.quòd ſi hęc interpretatio non
admitteretur, ſequeretur,ſtipulationem
non valere.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ʃ. de
verbo. obligationib.& ſemper facienda
eſt interpretatio,qua actus valeat.l.quo-
ties.ʃ.de rebus dubijs. ſubſcribit Bartol.
hic numero.4.Paul.numero.8.& in ſimi
li eſt bonus text.l.1.§.penult.& ibi notat
Bartol.ʃ.de ſtipulatio.ſeruorum. Ex quo
rum mente colligitur, quòd ſi eſſemus
in caſu, in quo ſtipulatio alteri facta vale
re poſsit,tunc ſtandum eſſet ordini lite-
ræ,vt ſcilicet primo nominato quæratur
actio, & alter videatur adiectus ſolutio-
ni:argumento.l.quoties.§.de vſufr. & in
ſpecie colligitur ex iſto text. &.l. Stichũ.
95.§.quæſitum.ʃ.de ſolutionibus. Vnde
infertur elegans limitatio ad. l. eum qui
ita. 56.§. qui ſibi.ʃ. de verborum obliga-
tionibus.dum probat,quòd ſi pater ſtipu
letur ſibi,aut filio familiàs, videtur filius
adiectus ſolutioni, quantumcunque ei
directò pater ſtipulari poſſet.§.ei qui.In-
ſtitut.de inutil. ſtipulation. quod etiam
probat dict.l.Stichum.95.§. quæſitum.ʃ.
deſolution. nã procedẽt illa iura, quãdo
in ſtipvlatione præceſsit nomen patris,
& ſubſequitur nomen filij. Si autem con
uerſo ordine dictum eſſet,Promittis fi-
lio meo,aut mihi? tunc ſecundùm ordi-
nem ſtipulationis,filio videretur quæſi-
ta actio,& pater cenſeretur adiectus ſolu
tioni, iuxta ſuprà tradita. Contrarium
tamen reſoluit receptum eſſe Iaſon d. §.
qui ſibi.numero.3.& Vincentius hic nu
mero.6.imò quòd patri ſemper quærat-
ur actio,& filius cenſeatur adiectus ſo-
lutioni. Ad quod expendunt generalem
rationem dict.§.qui ſibi.vt ibi per Iaſon
numero.2. Sed longè verius eſt,quod ſu
prà allegati ſentiunt:& ad dict. §. qui ſi-
bi,reſpondetur,rationem in eo text.ex-
preſſam adaptandam eſſe caſui ibi pro-
poſito,quando in ſtipulatione præceſsit
nomen patris:nam ſi è contra præcede-
ret



ret nomen filij,tunc non haberet locum
deciſio illius text. Neque ratio in ea ex-
15 preſſa iuxta ſuprà tradita: † & ad hunc
modum debet declarari dict. §. quæſi-
16 tum. Neque eſt omittendum,text. dict.
§.qui ſibi. videri probare, quòd vbi per
patrem filius adijcitur ſolutioni, poterit
ei ſolui,etiam poſtquam fuerit emanci-
patus:in quo illum extollit Vincent. hic
numero.6. Sed vrget in contrarium re-
gula.l. cùm quis. ſibi.38. in principio. ʃ.
de ſolutionib.in qua probatur, tunc de-
mum adiecto ſolutioni rectè ſolui, quan
do remanſit in eodem ſtatu, in quo erat
tempore factæ ſtipulationis: alias ſecus.
Communis reſolutio eſt,quòd regula d.
l. cum quis. generaliter procedat: limi-
tetur tamen,ſi adiectus mutauerit ſtatũ
propter emancipationem: nam cũ hæc
mutatio fit in melius, non cenſetur per
eam reuocata facultas conceſſa filio ac-
cipiendi ſolutionem: & ita Bartol. & alij
dict.§.qui ſibi.vt ibi per Iaſon.nume. 14.
Sed non placet hæc reſolutio, cum ob-
ſtet generalis regula dictæ.l. cùm quis. ʃ.
de ſolutionib. & quia licet habito reſpe-
ctu ad filium, melior videatur effecta il-
lius conditio propter emancipationem,
tamen reſpectu patris,videtur facta de-
terior conditio:nam ſi remaneret in po-
teſtate, ſolutum filio ex poteſtate legis
transferretur in patrem:nũc autem poſt
quam emancipatus eſt, id quod recepe-
rit,cogendus eſt in patrem transferre. §.
planè. Inſtitut. de inutil. ſtipulation. er-
go patris videtur facta deterior condi-
tio.l.plus cautionis.ʃ.de regulis iur. Præ-
tereà aduerſus communem reſolutio-
nem in ſpecie expendo text.l. ſi quis ſer-
uo.18.ʃ.de ſolution.& tex ſimilem.l.ſi is
qui.68.§. Iulianus.ʃ. de furtis. in quibus
probatur, quòd ſi dominus adijciat ſer-
uum ſolutioni,& poſteà eum manumit-
tat,ei ſolui non poteſt, quaſi facultas ac-
cipiendi ſolutionem videatur reuocata
propter manumiſsionem:ergo idem re-
cipiendum eſt in filio emancipato,iuxta
æquiparationem.l. 1.ʃ. ſi quis à parente
fuerit manumiſſus. Et renta iſta opinio-
ne,† non obſtabit text. dict. §. qui ſibi.
quia tantùm probat, quemlibet poſſe
adijci ſolutioni,ac proinde non ſolum fi-
lium in poteſtate,ſed & emancipatum.
Ex eo igitur tantùm colligitur, emanci-
patum expreſsè poſſe adijci ſolutioni:
ſed ſi ponas, tempore adiectionis fuiſ-
ſe in poteſtate,& poſteà fuiſſe emanci-
patum, ei tanquam adiecto rectè ſolui
non poterit,per ſuprà tradita. Ex quibus
venit reijcienda noua opinio Ruini d. §.
qui ſibi. dum dicit,in procuratore cen-
ſeri reuocatum mandatum, etiamſi pro-
curatoris conditio ſit mutata in melius.
dict.l. cum quis. in adiecto autem ſolu-
tioni diuerſum ſit, quia adiectus diffici-
lius reuocatur,quàm procurator.l. aliud
eſt.ʃ.de ſolutionibus. hoc enim ex præ
dictis confunditur, quia etiam facultas
adiecto conceſſa,cenſetur reuocata, e-
tiamſi ſtatus mutetur in melius, vt con-
ſtat ex ſuprà traditis.Neque eſt omitten-
dum id quod ſentit is text.verſicul. quod
cum ita,quòd vbi quis ſtipulatur, dotem
ſibi reſtitui,tacitè etiam videtur ſtipula-
tus hæredi,iuxta regulam.l. ſi pactum.§.
de probationibus. & idem videtur pro-
bare textus.l.auia. C.de iur.dotium.Sed
in contrarium vrget.l. quod de pariter.
ʃ. de rebus dubijs. vbi videtur probari,
quòd vbi quis ſtipulatur dotem ſibi re-
ſtitui, iuxta terminos.l.vnicæ.§.accedit.
C.de rei vxoriæ actione.ſubintelligitur
conditio,Si modò ſtipulator ſuperuiuat
mulieri,ita vt ſi antea decedat,actio per-
tineat ad mulierem, vel eius hæredem:
& ita Paul.ibi numero.2.& defendit So-
cin.l.ſed & in illo.numero. 1. ʃ. de rebus
dubijs. Sed contrarium verius eſſe con-
ſtat ex ſuprà traditis. Neque obſtat dict.
l.quod de pariter. quia loquitur,quando
quis ſtipulatur dotem ſibi reſtitui mor-
tua in matrimonio filia: nam tunc taci-
ta

ta ſubintelligitur conditio, ſi ſtipulator ſuperuixerit mulieri, vt ibi tradunt gloſ. & Doctores. Sed ſi generaliter concepta ſit ſtipulatio, procederet id quod ſentit is text. cũ ſimilibus. Item eſt expendendum, text. iſtum ſentire, quòd licèt mulier cenſeretur adiecta ſolutioni, tamen etiam poſt mortem aui ei ſolui poſſet. Vnde infertur, quòd licèt per mortem adiecti, cenſeatur extincta facultas illi ſoluendi, ita vt non tranſeat ad eius hæredem. l. cùm quis. ſibi. 55. ĵ. de verborum obligationibus. tamen per mortem ſtipulantis, non cenſetur reuocata facultas, ac ita quandiu vixerit adiectus, ei ſolui poterit, vt is tex. clarè ſentit: quidquid controuertat Ruin. dict. l. cùm quis ſibi. ĵ. de verborum obligationib. Poſtremò circa materiam huius concluſionis tenebis mente, eam procedere, quando ſtipulatio alternatiuè concepta eſt: nam ſi copulatiuè concepta eſſet, tunc quilibet principaliter videretur adiectus obligationi, & ſic cum pro parte extranei valere non poſſet, ſtipulator tantùm conſequitur dimidium illius quantitatis, quæ
17 exprimitur in ſtipulatione, † quia in contractibus non eſt locus iuri accreſcendi. l. ſi mihi & Titio. 110. ĵ. de verbor. obligationib. §. quod ſi quis. Inſtitut. de inutil. ſtipulation. tradit Vincent. hîc numer. 6. Iaſon. l. eum qui ita. §. qui ſibi. numer. 3. ĵ. de verbor. obligation. Explicata ſic concluſione, videndum iam eſt de limitatione, quòd fauore dotis ſtipulans videtur adiectus ſolutioni, & mulieri cenſetur quæſita actio: extollit Alexander. l. eum qui ita. §. qui ſibi. numero. 5. ĵ. de verbor. obligationibus. Lofred. conſil. 32. numero. 3. ad medium. & num. 6. Nouellus de dote. 6. parte, priuilegio. 28. in princ. Sed ad illius explicationem in primis eſt aduertendum, quòd vbi ſtipulatio alternatiuè concipitur inter perſonas quibus debet acquiri, talis ſtipulatio tanquam incerta reputatur inualida. l. item ſi ſeruus. 9. §. final. ĵ. de ſtipulation. ſeruor. vnde & in noſtro caſu debuit etiam cenſeri inualida. Sed reſpondet Bartol. hîc numer. 4. ſpeciale eſſe fauore dotis, vt ſtipulatio alternatiua reſpiciens perſonas, quibus acquiri debeat, valida cenſeatur: & in hoc text. iſtum reputat ſingularem Baptiſt. de priuilegijs dotalibus, centuria. 3. numer. 45. & eſſe receptam ſententiam aſſerit Nouellus de dote. 6. part. priuilegio. 25. Ego autem aduerto, neque prædictam difficultatem apte moueri per Bartol. ad uerſus literam huius text. neque eius reſolutionem in ſe veram eſſe. Quòd autem non aptè moueatur prædicta difficultas, conſtat ex eo, quia illud quod dicitur, alternatiuam reſpiciẽtem perſonas iſto iure vitiare ſtipulationem, intelligitur quando quis alternatiuè ſtipulatur duabus perſouis, quibus poterat ſtipulari, non adiecta ſua perſona: nam ſi ea adiecta prædicto modo ſtipulerur, tũc ſibi quæretur obligatio ex ſtipulatione, & alij duo videbuntur adiecti ſolutioni: quanuis quia propter alternatiuam incertum ſit cui ſolui poſsit, adiectio ad ſolutionem propter incertitudinem cenſebitur inualida: quòd ſi ſibi aut alteri ex dominis ſtipularetur, tunc validè dominus cenſetur adiectus ſolutioni, & ei iure ſolui poterit: ita probat text. l. ſed ſi ſibi. 11. cum. ll. ſequent. ĵ. de ſtipul. ſeruor.
18 & ibi notant Alber. † & Imol. tradit Bartol. (ad prædictum modum explicandus). l. eum qui ita. §. qui ſibi. numero. 1. ad medium. & ibi Iaſon numer. 4. & Alciat. numero. 11. ĵ. de verborum obligationib. Cuman. hîc column. 1. ad finem. Alexand. numer. 4. ad finem. Sed in ſpecie huius text. ſtipulator interpoſuit perſonam ſuam, & adiecit tantùm perſonam neptis: ergo in his terminis non apte opponitur de regula d. l. item ſi ſeruus. §. finali. Vnde quòd hoc caſu valeat ſtipulatio, non procedit ex aliquo ſpeciali fauore dotis, ſed tantùm ſpecialitas in eo



in eo conſiſtit, quòd mulier videatur adiecta ſtipulationi, & ſtipulator videatur adiectus ſolutioni, vt ſuprà diximus. Itẽ, quòd neque prædicta reſolutio Bart. ſit in ſe vera, probatur ex eo, quia ſi in terminis huius text. poneres, auum non interpoſita ſua perſona ſtipulatum fuiſſe nepti, vel alteri, cui poſset ſtipulari, propter incertitudinem non valeret ſtipulatio. l. item ſi ſeruus. 9. §. final. ĵ. de ſtipulation. ſeruorum. quæ incertitudo etiam vitiat dotis promiſsionem. l. 1. C. de dotis promiſsio. Vlteriùs & aduerſus limitationem deductam ex iſto text. opponitur de regula. l. penult. C. de verborũ ſignificatio. vbi probatur, quòd alternatiua poſita inter perſonas, quibus acquiri debet, reſoluitur in coniunctam. Ergo idem erat recipiendum in hoc text. & conſequenter dicendum, quòd pro dimidia quæreretur actio, tam nepti, quã auo, iuxta regulam. l. reos. § cùm in tabulis. ĵ. de duobus reis. quod in ſtipulatione ſub copulatiua expreſsim concepta, de plano admittunt Bartol. hîc num. 6. Iaſon. l. eum qui ita. §. qui ſibi. ĵ. de verborum obligationib. numero. 3. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. num. 28. ad finem. Gregor. l. 30. tit. 11. part. 4. in gloſſ. Deue. Ergo idem admittendum eſt in copulatiua tacita. l. cùm quid. ſ. ſi certum petat. Cui difficultati reſpondent Bartol. hîc numer. 4. ad finem. & Paulus num. 5. ſpeciale eſſe fauore dotis, ne alternatiua reſoluatur in copulatiuam: quia ex huiuſmodi reſolutione præiudicaretur dotí, quia ea admiſſa, mulier tantùm obtineret dimidiam partem dotis, vt ſuprà dictum eſt: & ſubſcribit Baptiſt. de priuilegijs dotalibus. centuria. 1. num. 35. Lofred. conſilio. 32. num. 3. &. 6. & aſſerit receptum Nouellus de dote. 6. parte. pri
19 uileg. 26. † Ego autem aduerto, hanc oppoſitionem, non bene adaptari ad verba huius tex. Præterea neque reſolutionem Bart. eſſe in ſe veram. Quod autem non benè adaptetur, patet ex eo, quia d. l. penult. C. de verbor. ſignifi loquitur, quãdo teſtator nõ interpoſita perſona ſua, duos alternatiuè inſtituit hęredes, vel duobus alternatiuè legauit: & quanuis Doctores ex verbis dict. l. penultim. in fine. dicant, idem quoque obſeruandum eſſe in ſtipulatione: tamen debet intelligi datis eisdem terminis, quãdo ſcilicet quis nõ interpoſita perſona ſua, duobus alternatiuè ſtipulatur: ſed quando alternatiuè, interpoſita perſona ſua, ſtipulat duobus, ſumus extra terminos d. l. pen. & ſtipulatio videt quæſita ſtipulãti, & alij videtur adiecti ſolutioni, vt ſuprà diximus in præcedenti difficultate. Præterea, quòd neque prædicta traditio ſit vera, oſtenditur ex eo, quia ſi ponas iuxta terminos dict. l. penult. C. de verborum ſignificatione. dotantem non interpoſita perſona ſua, alternatiuè fuiſſe ſtipulatum dotis reſtitutionem duobus, quibus ſtipulari poterat, vtique etiam in ea ſtipulatione obſeruabitur deciſio dict. l. penult. ad iuncta regula. l. in fraudem. §. final. ſ. de militari teſtamento. & ſic quaſi copulatiuè eſſet concepta ſtipulatio, pro dimidia illis quæretur ius ex ſtipulatione, iuxta ſuprà tradita. Quinimò neque verum exiſtimo, quod tradit Bartolus hîc numero. 4. illud nouè diſponi per dictã l. penultimam. C. de verborum ſignificatione. quòd licet iure Digeſtorum ſtipulatio alternatiua relata ad perſonas, viitiaret ſtipulationem propter incertitudinem. l. item ſi ſeruus. 9. §. final. ĵ. de ſtipulatione ſeruorum. tamen hodie valebit ſtipulatio: quia tollitur incertitudo, reſoluendo alternatiuam in copulatiuam, iuxta dictam. l. penultimam. ſubſcribit Iaſon. l. eum qui ita. §. qui ſibi. numero 4. ĵ. de verborum obligationibus. Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 25 in fine. & priuilegio. 26. Quod & poſt Rainerium tradit Signorolus conſil. 173 numero. 19. Sed non eſt verum, quia ſemper euitanda eſt legum correctio: & quia vt conſtat ex dicta. l. penulti. illa ve nit

nit ad determinanda dubia Iurisconsultorum, in quibus nihil certi inueniebatur determinatum per eos: vnde non est verisimile in ea comprehendi dispositionem dictæ.l.item si seruus.9.§. fina. ff.de stipulatione seruorum.vbi clara decisio inuenitur Iureconsulti, addentis, nos eo vti iure. Neque repugnat dicta.l. penultim. in fine. † dum dicit, etiam decisionem illam locum habere
20 in contractibus: nam respondeò, quòd text. ille duos proponit casus. Primus est, quando alternatiua respicit personas, quibus acquirendum est. Secundus, quando alternatiua respicit res relictas. Primo casu tantùm videtur procedere in vltimis voluntatibus. In secunda autem parte dicit, quòd idem seruatur in contractibus. Intellige tu, scilicèt, quoad alternatiuam respicientem res promissas, non autem quoad alternatiuam respicientem personas, ne aliàs corrigatur.l.l.item si seruus. 9. §. final. ff. de stipulation.seruorum. Et facit, quòd clausula in fine posita, refertur ad proxima, & non ad omnia præcedentia, quando aliàs sequeretur annullatio, siue correctio alicuius dispositionis. l. si
21 quis à filio. & ibi gloss. ff. de legatis. 1. Iason.l.1. numero.9. C. de liberis præteritis. Et hac de causa in dict.l. penultim. in fine. ponitur dictio, Quod, singularis numeri, vt ostenderet ampliationem factam in contractibus, ad proximam speciem referri, & non ad omnia præcedentia. Neque est omittendum, quòd Baldus hîc post Petrum aliter respondet ad dictam l. penultimam. C. de verborum significatio.considerans, quòd in hoc tex. ponitur alternatiua inter personam aui, & neptis, inter quas cadit ordinata affectio: & quando alternatiua ponitur inter personas, inter quas cadit ordinata affectio ratione sanguinis, etiam hodie alternatiua non resoluitur in coniunctam, sed potiùs alternatiua designat ordinem, vt ille, ad quem maior affectio habetur, prius admittatur. l. Gallus. §. quidam rectè. cum ibi notatis. ff. de liberis & posthumis. Alexander hîc numer. 5. referens hanc Baldi responsionē, dicit eam communiter reprobari, quia is text. in fine. ibi, Maximè, sentit decisionem illius procedere, etiamsi ille, qui stipulatus est, sit penitus extraneus, ita vt cesset præsumpta affectio: & idem Baldus Nouellus de dote. 6. part. priuilegio 26. in fine. Ego aduerto, quòd is text. procedit, quando stipulator interposuit in stipulatione personam suam: tunc enim idem dicendum erit in penitus extraneo. Sed si ponas, stipulantem non interposuisse personam suam, sed alternatiuè duobus fuisse stipulatum, vt sunt termini dict.l.penultim. tunc elegans est Baldi declaratio, vt admissa opinione, q, tunc alternatiua resoluatur in coniunctam, correcta dispositione. l. item si seruus. 9. §. final. ff. de stipulation. seruorum. vt suprà retulimus; vtique procedat, quādo inter illas personas non cadebat ordinata affectio ratione sanguinis: aliàs etiam hodie alternatiua staret in propria significatione, vt primo loco nominatus veniat præferendus: & alius post eum cē
22 seatur vocatus: † & ita expressè Signorolus consilio. 173. numer. 19. Vnde si emphyteusis concedatur alicui, aut filijs, pater priùs admittetur, & filij post eius mortem. Baldus & Alexander hîc num. 5. & est bonus text. l. cùm pater. 79. §. penultim. ff. de legatis. 2. vbi text. probat id procedere, etiamsi ordo charitatis inuersus inueniatur per testatorem, vt ibi notat Imola; quidquid aliud sonent verba Signoroli dict. consilio. 173. numero 19. Si autem copula ponatur inter prædictos, tunc si inter eos non cadat ordo affectionis, pariter admittentur. l. si quis Titio. & l. mulieri. §. de vsufruct. accrescendo. l. si mihi & Titio. 110. ff de verborum significatione. si verò inter eos cadat ordo affectionis, siue graduū, tunc secundùm ordinem graduum videntur vocati. l. peto. §. fratre. cum glos. ff. de legatis. 2. & ita Signorolus consilio 172. num. 7. & consilio. 173. numero. 19. Sed falsum est, quia vbi testator vsus est copulatiua, tunc simul admittuntur illi, inter quos cadit ordinata affectio, siue distinctio graduum. Nisi vlteriùs accedat, quòd etiam concurrat ordo necessitatis; nam his duobus concurrentibus, designabit ordinem eo modo quo suprà declarauimus circa alternatiuam: & ita Cuman. & alij d.l. Gallus. §. quidam rectè. Vnde si pater stipuletur dotis restitutionem sibi & filiæ, copula designabit ordinem, vt scilicèt priùs restituatur patri, si tempore restitutionis viuat, & post eius mortem restituatur filiæ: nam in his terminis concurrunt prædicta requisita, scilicèt ordo charitatis ratione sanguinis: item ordo necessitatis, scilicèt q, mortua filia ante patrem, dos reuertatur ad patrem. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. aliàs consolidetur in persona filiæ. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxoriæ actione. † Secundùm igitur istum or
22 dinem necessarium, vt potè à iure præscriptum, prædicta copulata stipulatio intelligetur: & ita Bartolus. l. vxorem §. testamento. 2. ad finem. ff. de legatis. 3. hinc colligens, quòd in his terminis idem erit, si in stipulatione exprimatur copulatiua, vel alternatiua: & subscribit Claudius. l. post dotem. numero. 24. §. eodem. & extollunt Alexander & Vincentius hîc vterque numero. 7. & Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 29. explicat notabiliter Ruinus. l. Gallus. §. quidam rectè. numero. 19. & numero. 87. ff. de liberis & posthumis. Adde notabiliter Imol. consilio. 64. numer. 1. & alios relatos per Hieronymū Gabrielem consilio. 58. numero. 15. Ex quorum mente colligitur, quòd si filia esset emancipata, & pater sibi & filiæ stipularetur, tunc pro dimidia quilibet admitteretur: quia cùm in his terminis cesset ordo necessitatis, quòd dos sit restituenda patri, iuxta communem. l. 2. §. quod si in patris. §. eodem. copula retinebit naturam suam: & sic multum intererit in his terminis, vtrùm pater vsus sit copulatiua, vel alternatiua: nam si copulatiua, procedent suprà tradita: si verò alternatiua, etiam hodie obseruabitur decisio. l. cùm pater. 79. §. penultim. ff. de legatis. 2. Cùm enim inter patrem & filiam inueniatur ordinata charitas, ea efficiet, vt alternatiua designet ordinem. Et ad hunc modum debet declari is textus vt etiam suprà tetigimus. Hæc autem conclusio, siue limitatio posita in hoc text. tribus modis venit declaranda, ac ita perfectè remanebit explicata. Primò, vt is text. procedat in auo materno, qui non habet neptem in potestate. §. final. Institut. de patria potestate. non procedet autem in auo paterno, qui neptem habet in potestate: nam cùm ad hunc iure potestatis debeat reuerti dos data nepti, iuxta notata dict. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. & in specie Hieronymus Gabr. consilio. 58 numero. 16. si is stipuletur sibi, aut nepti, intelligetur hæc stipulatio secundùm ordinem à iure præscriptum, vt scilicèt auo restituatur, si prius moriatur neptis. d. l. dos à patre aliàs cō solidetur in persona neptis: ita in specie deducitur ex l. vxorem. 40. §. testamento. 2. ff. de legatis. 3. † nam ibi in secun
23 do matrimonio pater fuerat stipulatus dotem restitui sibi, aut filiæ, & probat text. quòd si pater moriatur ante filiam, dos est restituenda filiæ, & non hæredibus patris, quasi pater prædicto modo stipulando, sibi videatur stipulatus, si superuixerit, & aliàs filiæ: nam si sibi simpliciter videretur stipulatus, semper restitutio dotis facienda esset eius hæredi, iuxta regulam. l. si pactum. §. de probationibus. & ita Baldus consilio. 89. verba, numero. 1. libro. 2. Et est ratio, quia cùm filia, vel nepte existente in potestate, ordo restituendi dotem sit præscrip-

tus à iure, vt scilicèt patri, vel auo restituatur dos, nisi filia, vel neptis exeat à prædictorum potestate: quia tunc dos consolidatur in earum persona. l.vnica. §.videamus.C.de rei vxoriæ actione. Secundùm hunc ordinem necessarium, accipienda est prædicta stipulatio, iuxta notata.dict.l.Gallus.§.quidam rectè.& consequenter admittenda est interpretatio, quam suprà tetigimus:& ita Bartolus d. §.testamento.2.numero. 1.Imola consilio.64.numer.1.Vincentius hîc numer. 7. Bologninus in nouis interpretationibus.Baptista de priuilegijs dotalibus. cẽturia.1. numero.34.Iason.l. eum qui ita. §.qui sibi.numero.5. ĵ.deverborum obligationibus.Alciat.l.3.numero. 21. ad finem.ĵ.de legatis.1. Baldus Nouellus de dote.6.parte.priuilegio.29. Ruinus consilio.186.numero.6.libro.2. & alij relati per Hieronymum Gabrielem consilio 58.numero.15.Ex quo consequitur, id procedere, etiamsi is ordo in litera inueniatur inuersus: nam cùm is ordo sit necessitatis, secundùm illum intelligetur stipulatio, non obstante conuersione ordinis. Bartolus dicta.l.Gallus.§.quidam rectè.numero.6.& ita in specie Paulus consilio.11.numero.2.libro.1. Claudius.l.post dotem.numero.24.s̃.eodem. Ruinus consilio.186.numero.10.libr.2. Quanuis aliud sit, quando adest solus ordo affectionis: nam tunc obseruatur ordo literæ, etsi ordo affectionis inueniatur inuersus.l.cùm pater.79. §.penulti.ĵ. de legatis.2.& ibi Imola, & suprà diximus. Cõsequitur etiam, quòd cùm, quãdo dos datur illi, qui non est in potestate, ordo iuris sit, vt mulieri restituatur. l. vnica.§. accedit.C.de rei vxoriæ action. vtique interpretabimur, quòd mulieri priùs videtur stipulatum, dotem restitui, iuxta hunc textum,& suprà diximus. †
24 Secunda declaratio sit, vt is textus procedat, quando stipulatio concepta est in certum casum, scilicèt, si per diuortium solueretur matrimonium sine culpa mulieris: sed si stipulatio generaliter esset cõcepta, quocumque modo solueretur matrimonium, tunc ea stipulatio, quòd dos restituatur auo, vel nepti, eam accipiet interpretationem, vt si viuente muliere, dos restituenda sit, actio competat mulieri, ne remaneat indotata, iuxta hunc textum: si verò præmoriatur neptis, auo restituatur, & non hæredibus mulieris. Cùm enim propter mortem mulieris cesset fauor dotis.l.2. s̃. de pactis dotalibus. vt stipulatio respectu aui aliquid operetur, debet admitti interpretatio de qua suprà:& ita in specie Imol. & Alexand. hîc numero. 5. Baldus Nouellus de dote.6.parte.priuilegio.26. numer.1.quem etiam vide priuilegio.28.numero.4.Neque secundùm eos obstat regula. l. iam hoc iure.ĵ.de vulgari.quod vna, & eadẽ clausula non debet diuerso modo accipi: nã non habet locũ, quãdo inter inclusos in eadẽ clausula militat diuersa ratio. l.si ita scriptũ.& ibi Benedict. de Plũbi.ĵ. de manumiss.testam. Tertiò & vltimò declara, vt is textus procedat, quando in stipulatione alternatiua præcessit nomen neptis, & subsequitur nomen aui; tunc enim admittetur interpretatio huius textus, vt nepti videatur quæsita actio, & auus censeatur adiectus solutioni. Si autem è conuerso ponas, in stipulatione alternatiua præcedere nomen aui, & subsequi nomen neptis, auo videbitur quæsita stipulatio, & neptis videbitur adiecta solutioni, iuxta regulã.l.eũ qui.56. §.qui sibi.ĵ.de verborum obligationibus.&.l.Sthicum.95.§. quæsitum. ĵ.de solutionibus. & ita in specie tenent Imola & Alexander hîc numero. 5. ad finem. Vincentius numero.9. Et hanc esse communem opinionem asserit Crotus.l.2.§.1.numero.7.& numero.9 s̃.eodem. Baldus Nouellus de dote.6.parte. priuilegio. 28.in princip. Hæc tamen declaratio tuta non est, quia imò istum textum procedere, etiamsi in stipulatione præcedat nomen aui, & sequatur nomen neptis, tenet pro constanti Bartol.
25 hîc numero. 5. † quem sequitur Paulus numero.5.ad finem.Baptista de priuilegijs dotalibus.centuria.1.numero. 34. & centuria.2.numer.12.Alexander.l.eum qui ita.§.qui sibi.numero. 5. & ibi Iason numero.6.ĵ. de verborum obligationib. & ibi ex professo defendit Alciatus numero.9.Claudius.l.post dotem. numer. 24.s̃.eodem.Bologninus hîc in nouis interpretationibus.Gregorius.l.30.titu.11. partita.4. in gloss. Deue. Antonius Gomez.l.Tauri.50.numero.28.ad finem.& tanquam verius defendit Crotus.l. 2. §. 2. numero.12.s̃.eodem.Pro qua opinione expendo istum textum, versic. Atq; si.vbi text. clarè significat, quòd licet si auus stipularetur sibi, aut nepti, secundũ regulas ordinarias actio videretur quæsita auo, & neptis videretur adiecta solutioni: tamen speciali fauore dotis, actio censeretur quæsita nepti, & auus videretur adiectus solutioni: notat Baldus. l. final.numero.11. C. communia vtriusque iudic. Item auus faciendo mentionem neptis, potest videri ea mente illius fecisse mentionem, vt ei quæreretur actio, vel etiam, vt tanquam adiecta solutioni haberetur. In dubio igitur prima interpretatio assumenda est. l. in ambiguis pro dote.ĵ.de regulis iuris. quia prima interpretatio vtilior est doti, secunda autem parum vtilitatis affert: cùm adiectus solutioni, teneatur receptam solutionem principali restituere. §. planè. in fine. Institut. de inuti. stipulationib. Neque obstat fundamentum contrariæ opinionis, quia procedit regulariter: limitatur tamen non procedere fauore dotis: nam ne mulier remaneat indotata, magis credimus, ei actionem fuisse quæsitam ad petendam dotem, vt colligitur ex ratione huius textus. Ex qua opinione ita defensa infertur comprobatio ad dictum Bartoli hîc numero. 5. quòd si extraneus stipuletur dotem sibi restitui, vel ei cui de iure debetur, vi





deatur quæsita actio mulieri, cui iure debetur restitutio, vbi clarè dotator nõ stipulatur dotem sibi restitui.l. vnica. §.accedit.C.de rei vxoriæ actione. Sed posita prædicta alternatiua, non constat sibi restitutionem clarè reseruasse. l.prætor ait.§.quod autem.ĵ.de iniurijs. ergo mulieri debet competere ius petendi restitutionem dotis: subscribunt Imola, Paulus & Alexander hîc numer. 6.Baldus Nouellus de dote.6.parte. priuilegio.28. numer.2.Gregorius.l.30.tit. 11. partita.4.verbo, Deue. Contrarium tamen tenet Baldus.l.final.numero. 11. C.communia vtriusque iudic.quia cùm proposuerit stipulator personam suam, debet ei videri quæsita actio. Cui ratio ni facilè respondetur: posita prædicta alternatiua, perinde habendum esse, ac si circa restitutionem dotis nulla facta fuisset stipulatio, vt post alios † tradit Hie
26 ronymus Gabriel consilio. 58. numero 16.ergo debet induci decisio dict.§. accedit. Vnde à fortiori idem recipietur, quando extraneus simpliciter stipuletur dotem restitui ei cui de iure debetur: nam tunc euidentiùs debet induci decisio dict.§. accedit. & sentit Bartolus hîc numero.5.& aduersus Imolam defendit Alexander hîc numero.7. Baldus Nouellus de dote.6. parte. priuilegio.28.numero.2. Vltimò collige ex isto textu, quòd licèt iure Digestorum, quidquid quærebat filiafamiliàs iure patriæ potestatis, eodem momento transferebatur in patrem.l.placet.ĵ.de acquirenda hæreditate.tamen speciale est in dote, quæ si acquirebatur filiæ ex causa aduentitia, iure potestatis non transferebatur in patrem, vt clarè colligitur ex isto textu, iuncto principio cum fine: & hîc notat Paulus numero.2. Baldus Nouellus de dote. 6.parte. priuilegio.33. Amplia, vt hæc dos, mortua filia, non reuertatur ad patrem iure potestatis.l.auus.82.s̃.de iure dotium. quãuis verum sit, dotem profectitiam da-

tam filiæ emancipatæ, ad patrem reuerti, mortua in matrimonio filia. l. pater filiæ. 71. §. de euictionib. l. iure succursum. 7. in principio. §. de iure dotium. Secundò amplia, vt quanuis filius familiàs iure Digestorum aliquarum actionum capax sit, de quibus. l. filius familiàs. 8. §. de actionibus obligationibus: & tamen earum non habeat exercitium. sed pater. l. filius familiàs. 8. §. sed & filia. §. de procuratoribus. gloss. final. l. si longius. §. final. §. de iudicijs & ibi Bartolus numero. 2. dotis tamen aduentitiæ filiafamiliàs non solùm habet proprietatem, sed & exercitium, vt colligitur ex isto textu, dum nepti in patris potestate constitutæ concedit vtilem actionem ad repetendam dotem, vt hîc expendit Paulus numer. 2. Amplia tertiò, vt quanuis etiam pro aduentitijs filius non posit consistere in iudicio, nisi accedat patris consensus. l. final. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. tamen filia sola potest petere dotem in iudicio sine patris consensu, vt colligitur ex generalitate huius textus in fine. quæ hodie non inuenitur correcta, vt asserit gloss. magna post medium. dict. §. necessitate. & in specie gloss. l. 2. §. quod si in patris. verbo, profecta. §. eodē. sic communiter intellecta, vt ibi tradunt Alexander numero. 4. Iason numero. 17 Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 34. † Hui c tamen ampliationi videtur repugnare text. authentic. de æqualitat. dotis. §. illud quoque. collation. 7. qui loquitur in dote data per matrem, & sic in dote aduentitia: & tamen probat, filiam non posse eam dotem petere in iudicio sine patris consensu: quia respondetur, tex. non probare simplicitèr in dote petenda esse necessarium patris consensum, sed loquitur conditionaliter, si dos talis sit, quæ citra consensum patris peri non posit per filium. Quæ verba in dote profectitia proprièverificari possūt, vt aduertit Zasius, l. 2. §. quod si in patris. numer. 16. ad finem. §. eodem. in aduentitia autem raro verificari possunt, nisi pater posset prætendere interesse, si filia dotem liberè petat, & ei liberè tradatur, vt diximus. l. 2. §. quòd si in patris. §. eodē. Vltimò amplia, vt licet in alijs aduēctitijs pater hodie habeat vsumfructum. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. tamen in dote aduentitia nullum habebit vsumfructum: nam in aduentitijs ideò habet vsumfructum, quia iure antiquo, etiā proprietas illorum bonorum patri quærebatur, in dote autem aduentitia cum iure antiquo pater nullum ius haberet, vt probat is text. in fine. nulla est ratio, cur in illa patri vsumfructum concedamus: & ita resoluit Baldus Nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 33. & 36. Aymō consilio. 84. nume. 7. Socin. l. 2. §. quòd si in patris. nume. 2. & ibi Iason num. 19. §. eodem. Conclusionem huius text. ita ampliatam declarabis primò, hęc procedere in dote pertinente ad mulierem: nā si ponas, dotem post solutum matrimonium, ratione pacti ad maritum pertinere, non habent locum suprà resoluta: sed iure quidem Digestorū huiusmodi dos in patrem pleno iure transferebatur. l. pactum. 4. C. de pactis conuentis. hodie autem pater in illa habet vsumfructum tantùm, vt eum habet in alijs aduentitijs. l. 1. & 2. & l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. Similiter si ex pacto mulier lucrabatur donationem propter nuptias, iure Digestorum in totum quærebatur patri, & hodie quoad vsumfructum. l. quod scitis. 3. C. de bonis quæ liberis. Quòd si donatio propter nuptias ex causa aduentitia pro filiofamiliàs constituta sit, & illa iuxta naturam suam post solutum matrimonium ad maritum reuertatur, iuxta cap. fin. de donation. inter virum. de ea idem iudicabitur, quod de alijs aduentitijs: & sic in ea pater solùm habebit vsumfructum. Bald. l. final. in fine principij. C. de iure dotium. Alexand. l. 2. §. quòd si in patris. num. 4. ad finem. §. eodem. † Vnde colliges, in hac materia fauorabiliorem esse causam dotis, quàm donationis propter nuptias: nam dotem aduēctitiam filiafamiliàs pleno iure obtinet, vt suprà diximus: & tamen filius donationem propter nuptias aduentitiam, & ad se reuersam pleno iure non obtinet, quia pater in ea habet vsumfructum, vt suprà dictū est, quo fiet, vt filia posit petere dotem aduentitiam in iudicio sine consensu patris, vt suprà probauimus: filius autem nō poterit petere donationem propter nuptias ad se reuersam, sine cōsensu patris, quia cùm in ea pater habeat vsumfructū, inducenda est regula. l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. Et hęc satis in materia huius. l. Intellectum autem. l. qui dotem. 47. §. eodem. iam tractauimus. l. si cùm dotem. §. si pater. §. eodem. Item & intellectum. l. cùm mulier. 48. §. eodem. tradidimus. l. viro, atque vxore. §. eodem. Intellectum autem. l. si dotali. 49. §. eod. tractauimus. l. post dotem. §. eodem. De intellectu autem. l. Mæuia. 50. & §. final. §. eodem. agemus. l. si æstimatis. 51. §. eodem. & ideò peculiaris earum legum omittitur interpretatio.



## SVMMARIA LEGIS SI ÆSTIMATIS. 51. cum lege seq. ff. Soluto matrimonio.

1 *Res æstimatæ datæ in dotem, soluto matrimonio non restituuntur.*
2 *Arbitris non æstimantibus, æstimatio censetur nulla.*
3 *Et respondetur rationibus contrarium tenentium.*
4 *Si maritus non reddat æstimationem, non ob id vxor potest petere res dotales sibi restitui.*
5 *Post æstimationem, periculum, & deterioratio rerum dotalium pertinet ad maritum.*
6 *In rebus æstimatis á quo tempore incipiat periculum pertinere ad maritum.*
7 *Agitur de intellectu. l. Mæuia. 50. in princip. §. eod.*
8 *Quando nomen debitoris dicatur dari æstimatum.*
9 Explicatur. *l. si nomen. §. de hæred. vel action. vend.*
10 *Si maritus scienter accipiat debitorem inopē, vtrùm sibi præiudicet.*
11 *Qui emit nomen debitoris inopis, etiam ignorāter, sibi præiudicat.*
12 *Contrarium tamen defenditur.*
13 *Partus ancillarum quando pertineant ad maritum.*
14 *Mulier tenetur de euictione rerum æstimatarum.*
15 *Intellectus. l. Mæuia. 50. §. fin. §. eo.*
16 *Vxor nomine euictionis non tenetur duplum promittere.*
17 Maritus *non potest agere de euictione, quādo dos incepit à datione.*
18 Et *qualiter hoc exemplificari debeat.*
19 *Quando dos incipit à promissione, agitur de euictione.*
20 *Circa quod elegans ponitur resolutio.*
21 *AEstimatio dotis debet esse iusta, vt inducat venditionem.*
22 *Mulieri læsæ in æstimatione succurritur, etiā si læsio sit intra dimidiam.*
23 *Explicatur. l. iure succursum. 7. §. fin. §. de iure dotium.*
24 *Et quo remedio in casibus illius text. coniugibus succurratur.*
25 *Explicatur. l. 1. C. si aduersus dotem.*
26 *Si maritus non sit soluendo, irritatur æstimatio rerum dotalium.*
27 *Et aliud erit, si marito inopi à principio dentur res æstimatæ.*
28 Dominium *rerum æstimatarum transfertur in maritum inopem.*
29 *Agitur de pactis, quæ solent interponi, quando res æstimatæ dantur in dotem.*
30 *Agitur de intellectu. l. interest. C. de vsufruct.*

31 *Pactum,quòd soluto matrimonio dos reddatur,non inducit æstimationem, & consequenter neque venditionem.*
32 *Agitur de intellectu.l.1. C. soluto matrimonio.*
33 *Et expenditur. l. in rebus. 30. C. de iure dotium.*
34 *Res dotales mobiles non prohibentur alienari.*
35 *In terminis.l.1.C.soluto matrimonio.tenetur maritus, etiamsi propter casum res datæ in dotem non extent.*
36 *Agitur de intellectu.l.si intervirum.21.C.de iure dotium.*
37 *Quando periculum pertineat ad maritum seruorum datorum in dotem.*
38 *Agitur de concordia.l.pen §.mancipia.ʒ.eo.cũ l.seq.ʒ.soluto matrimon.*
39 *Explicatur.l.si intervirum.in fine.C. de iure dotium.*
40 *Qualiter accipiendum sit pactum,quòd res dotales restituantur,habita ratione augmẽti, & diminutionis.*
41 *Quando in pacto veniat diminutio rei extrinsecus proueniens.*
42 *Et qualiter augmentum ad maritum pertineat.*

# INTERPRETATIO
## Legis Si æstimatis,51.cum.l.seq.
## ff.Soluto matrimonio.

AGitur in hoc text.de rebus æstimatis datis in dotẽ:quæ materia quotidiana est,& ex eo duæ colliguntur conclusiones.Prima præsuppositiuè,secunda expressim.Prima præsuppositiua est: Quòd vbi res dantur in dotem æstimatæ, soluto matrimonio nõ reddũtur res vxori,nisi pactum expressum circa hoc interueniat.Secunda est: Quòd vbi interuenit pactum,quòd res æstimatæ extantes,reddantur vxori: tunc non obstante æstimatione, vxori reddendæ sunt.De vtraque conclusione sigillatim videbimus.Et quidem prima conclusio clarè probatur.l.quoties.5.&. l. cùm dotem.10.C.de iure dotium.l. plerumque. 11.§.si ante.s̃.de iure dotium. & tradunt Ruin.consil.137.num. 13 .libro.1.Rolandus cons.64.à num.4.libr.4. & notabiliter Natta consil.650.lib.4.Ioseph. Ludouicus decisio.Perusina.89.num.8. Ratio huius primæ conclusionis est,quòd interueniente æstimatione, quædam venditio censetur celebrata inter coniuges: videtur enim vxor vendere res æstimatas marito,& ipse tanquam emptor videtur se obligare ad soluendam earum æstimationem post solutum matrimonium. l. ex conuentione. 11.in fine. C. de pactis. l.quoties.5.C.de iure dotium. ita vt sub specie contractus dotis,occultetur contractus venditionis,& breui manu contractus dotis in contractum venditionis transferatur:argumento.l. 3. §.final. s̃.de donationibus inter virum. & in specie tradit Baldus.l.cùm dotem. numero 3.C.de iure dotium.Socinus consilio.57. numero.6.ad finem.libr.1. Ruinus consilio.134.nnmero.4.versiculo, dicitur.libro.4.Gregor.l.18.titu.11.parti.4.in glo. 2.ad finem. Mascardus de probationib. 2.parte.conclusio.619. & ampliat Natta consil.650. num.2.lib.4.Neq; per huiusmodi translationẽ, dotis conditio fit deterior,imò redditur melior,vt colligitur ex.l.plerumque.11.s̃.de iure dotium. & in specie Ant.Rube.cõs.5.nu.2.Et ex hac prima cõclusione ita explicata, infertur primò,



primò,quòd prout in vera venditione requiritur certum pretium, sine quo venditio consistere non potest. §. pretium. Institut.de emptio.&venditio.ita etiam vt æstimatio inducat prædictam tacitã venditionem,oportet, quòd in se contineat certam quantitatem; aliàs æstimatio non censetur inducere venditionẽ. Bart.l.si vt certo.§.nunc videndum.nu. 5.s̃.commodati.concludens, quòd si in instrumento dotali exprimatur pactum; quòd res dotales censeantur æstimatæ, non aliàs declarato valore rerum dotalium,non inducetur tacita venditio; sed res,tanquam merè dotales considerabũtur:subscribit Curt.Iunior.l.ex conuentione.num.8.C.de pactis.Hippolyt.Riminald. in principio.à num. 56. Institu. quib.alienare licet.Couar. practicarũ.c. 28.nu.7.vers.sed huic septimæ. Nisi æstimatio prædictarum rerum conferatur in tertij arbitrium:nam prout tunc valida censetur vera venditio.l. final. C.de contrahen.emptio. & dict.§.pretium.Instit. de emptio.& venditio.ita etiam valebit hæc tacita venditio, si rerum æstimatio conferatur in tertij arbitrium.Purpurat.l.ex conuentione.num.33. C.de pactis.vt enim inquit Socin.consilio.57. num.7.lib.1.idem est,pretium declarari per partes, vel per arbitros de consensu partium:& si isti æstimatores discordẽt, quid faciendum sit, vide omnino Salicet.l.hac edictali.§.his illud.numer.10. C.de secund.nupt.& Riminald.in principio.à num.41.Instit. quibus alienare licet.Quòd si prędicti ęstimatores nõ æstimauerint res, vel quia noluerunt, vel quia non potuerunt: prout tunc vera venditio redditur nulla.l. final. in fine. C.de contrahenda emptio. pariter etiã & æstimatoribus non æstimantibus res dotales, æstimatio reddetur nulla:quod sentiunt suprà allegati, dum dicunt, quòd vbi non fuit expressa certa quantitas, æstimatio non inducit rerum dotalium venditionem. Cùm igitur arbitris non æstimantibus videatur facta æstimatio,sine certa quantitate, non inducet venditionem. In contrarium tamẽ vrget decisio Socini consilio.57. num.8. libr.1.dum concludit, quòd si res dẽtur in dotem pro æstimatione per duos cõmunes amicos declaranda: quòd licet nunquam fuerint electi,tamen non res, sed earum iusta æstimatio per maritum reddenda est:nã cùm ex prædicto pacto constet,mentem partium fuisse, vt res dotales essent æstimatæ,&æstimatio redderetur,huic menti standum est. Quanuis enim de prædicta æstimatione non constiterit per hominis declarationem: tamen de ea constat per legis declarationem,quæ semper certa est de hisquæ per rerum naturam sciri possunt.§. conditiones Instit. de verborum obligatio. quod repetit idem Socin. consil.60.col. 2.versicul.dico.lib.3.& Purpurat.l. ex cõuentione.numer.46.C.de pactis. Rogerius à Mota.l.traditionibus.num. 37.ad finem.C.de pactis.Couar.practicar.cap. 28.in princip.vers.primum. addo Riminald.in principio.à num.59.Instit. quib. aliena.licet.confirmantem ex eo, quòd licet tertio non arbitrante,soleat corruere venditio.l.final.in fine.C.de contrah. emptio.tamen speciale est fauore dotis, vt tertio non arbitrante,non corruat dotis restitutio, sed debeat recurri ad arbitrium alterius boni viri.l.3.C.de dotis promissione.l.cùm post.70.§.gener. secundùm vnum intellectum.s̃. de iure dotium. per quæ iura ita tradit Socinus l.si quis arbitratu.num.27. & ibi Ias.nu. 10.ʒ. de verbor. obligation. & Nouellus de dote.6.parte.priuileg. 9.Menoch.lib. 1.de arbitrar.quæst.68.num. 39. Sed his nõ obstantibus,prima opinio verior est. Neque obstant rationes adductæ pro contraria opinione:nam ad primam respondetur,quòd admissa Socini consideratione,nunquam posset procedere d.l. final.in fine.C.de contrah.empt.& quia nusquam lectum,vt lex se intromitteret circa

circa rerum æstimationem: eo maximè, quia partes intellexerunt de æstimatione facienda per hominem, non autem de facienda per legem. Neque etiam obstat secunda ratio, quia illa non euincit id quod dicit Socin sed illud tantùm, vt licet persona nominata nolit, aut nõ possit æstimare, sit recurrendum ad alterius boni viri arbitrium, siue ad arbitrium iudicis, qui bonus vir dicitur. l. continuus. §. cùm ita. j. de verborum obligation. & in specie tradit Socin. Iunior consil. 141 à numero. 9. libro. 1. Item & secundò veriùs respondeo, illam specialitatem in dote procedere, quando si non recurratur ad boni viri arbitrium, non valeret dotis constitutio, & maritus cogeretur habere vxorem indotatam, vt constat ex traditis d. l. cùm post. §. gener. ſ. de iure dotium. nos autem agimus de inducẽda venditione rerum dotalium, propter quam dotis constitutio non extinguitur, & ideò quoad eam non videtur recedendum à regula. l. fin. in fin. C. de cõtrahen. emptio. præsertim. si post solutũ matrimonium velit fieri æstimatio: eo enim tempore fieri non posse, eleganter probat Riminald. cons. 53. à num. 10. lib.
3 1. † Neque hac in re placet cõcordia Hippoly. Riminald. in princ. num. 64. Instit. quib. alien. licet. quòd aut æstimatio cõfertur in arbitrium tertij, & procedat opinio Socini: aut in arbitrium mariti, vel soceri, & procedat contraria opinio: nã aduersus eam vrget, quòd etiam quando confertur dispositio in arbitrium vnius ex contrahentibus, valet fauore dotis, etiam illo non arbitrante. d. l. 3. C. de dotis promissione. l. cùm post. 70. §. gener. secundùm alium intellectum. ſ. de iure dotium. Bartolus receptus. l. 1. numero 14. ſ. eodem. Vnde inter prædictos casus non est constituenda differentia, sed in vtroque dicendum est, debere obseruari, etiam in causa dotis, decisionẽ dict. l. final. C. de contrahend. emption. vt suprà ostendimus. Denique prout vbi facta est mentio pretij, in dubio intelligimus, venditionem esse celebratam. l. final. C. de prædijs decurion. lib. 10. cum gloss. sic etiam · vbi facta est mentio æstimationis rerum dotalium, in dubio interpretabimur interuenisse illam tacitam venditionem, de qua suprà glos. 1. l. si inter virum. 21. C. de iure dotium. gloss. l. ex conuentione. 11. verbo, venditio. C. de pactis. gloss. 1. l. plerumque. 11. ſ. de iure dotium. extollit Cremensis singular. 18. Tobias Nonius consilio. 52. à numero. 5. Afflictis decisione. 270. numero. 2. Decius consilio. 682. numero. 11. Natta consili. 650. numero. 2. libro. 4. Alios adducit Riminaldus in principio. numero. 34. & numero. 38. Institut. quibus alienare licet. Et hanc esse receptissimam conclusionem asserit Purpuratus dict. l. ex conuentione. numero. 35. Rolandus consilio. 64. numero. 4. libro. 4. Couarru. practicarum. cap. 28. in principio. Pinelus. l. 2. C. de rescindenda venditione. pagina 51. numero. 8. & clarè deducitur ex mente dictæ. l. ex conuentione. 11. C. de pactis & dict. l. cùm dotem. 10. C. de iure dotium. Secundò principaliter ex resolutione suprà posita in principio, infertur, quòd prout in vera venditione, si emptor non soluat pretium, non ob id venditor potest resilire à venditione, sed potiùs per actionẽ ex vendito debeat cogere emptorem ad pretij solutionẽ. l. in ciuile. C. de reiuend. l. 1. C. de actio. emp. sic etiã & in hac tacita vẽditione, si post solutũ matrimonium maritus nolit reddere æstimationẽ, non potest vxor petere, vt res dotales restituãtur, sed tantùm cogere maritum ad reddendam æstimationem. Socin. consil. 57. num. 5. libro. 1. Pro quo videtur text. l. plerumque. 11. §. final. per locum ab speciali. ſ. de iure do-
4 tium. † Sed huic illationi nimis videtur obstare text. in. l. quoties. C. de iure dotium · qui à contrario sensu videtur probare, quòd si maritus post solutum matrimonium non offerat æstimationẽ rerum dotalium, potest mulier obtinere vt sibi res dotales restituantur: & apertè est de mente gloss. final. ibi, & Salicet. in summario. Huic tamen obiectioni respõdetur, quòd text. dict. l. quoties. in sensu directo probat, quòd vbi res sunt æstimatæ, & illarum pretium offert maritus, poterit illas retinere inuita vxore. Argumẽtum igitur à contrario sensu ita accipiẽdum est, vt si maritus non offerat rerum æstimationem; quia scilicèt non potest propter inopiam, tunc res dotales vxori restituendæ sunt: quia vbi maritus non est soluendo, resoluitur æstimatio, ac si nunquam facta fuisset. l. in rebus. 30. iuncta gloss. verbo, æstimatæ. C. de iure dotium. & infra latiùs dicemus. Et hoc modo argumentum à contrario sensu accepit Butricarius dict. l. quoties. & ei subscribit Signorol. hîc n. 19. Potest etiã accipi argumentum à contrario sensu in dict. l. quoties vt si maritus nolit æstimationẽ reddere, & mulier contenta sit res dotales recipere, tunc res reddẽdæ sunt: quia volentibus partibus, vnum pro alio solui potest. l. 2. §. 1. in fine. ſ. si certum petatur. Libellus igitur, quo mulier petit res æstimatas sibi reddi, ineptus, & iniustus est, nisi constet, maritum non esse soluendo. dict. l. in rebus. iuncta glos. verbo, æstimatæ. in specie Baldus consil. 160 libellus. num. 1. libr. 2. vel nisi maritus in id consentiat. Debet ergo mulier petere, vt maritus sibi soluat æstimationem rerum, ad quam tenetur. Bart. consil. 123. in fine. & compellere illum ad æstimationem soluendam per actionem ex empto. l. cùm dotem. 10. C. de iure dotium. Tertiò infertur, quòd prout in vera venditione, post illam perfectam, periculum deteriorationis, & peremptionis pertinet ad emptorem. l. 1. C. de periculo & commodo rei vendit. §. cùm autem. Instit. de emption. & venditio. ita etiam & in hac tacita venditione periculum interitus, & deteriorationis, post factam æstimationem pertinebit ad maritum: quod
5 in specie probat. l. cùm dotem. 10. C. de iure dotium. l. vnica. §. cumque. in fin. C. de rei vxor. actio. notat Afflict. decision. 270. num. 4. post Bart. l. si vt certo. §. nũc videndum. nu. 4. ſ. commodati. † Et hac ratione vtilitas videtur mulieris, quòd res æstimentur, ne aliàs periculum ad eã pertineat. l. æstimatæ. 52. j. eod. l. plerumque. 11. in princ. ſ. de iure dotiũ. notat in specie Anton. Rube. cons. 5. num. 2. & Riminald. in princip. à num. 35. Instit. quib. alien. licet. Et hac etiam ratione, si vestes dentur æstimatæ marito, & mulier consentiente marito illis vtatur, periculum deteriorationis ad maritum pertinet, vt est expressum. l. mortis suæ causa. 45. §. 1. ſ. de donation. inter virum. & in specie Bald. & Imol. l. æstimatæ. j. eod. Campes. de dote. 2. part. quæstio. 91. Purpuratus l. ex conuentione. num. 30. C. de pactis. Socin. consilio. 289. num. 1. libro. 2. & alij relati per Roland. consil. 92. num. 11. lib. 2. Anton. Gomez. l. Tauri. 50. nu. 44. Couar. practica. cap. 28. nu. 5. ad fin. Quòd si inuito, vel ignorante marito, mulier illis vestibus vtatur, damnum deteriorationis tenebitur marito soluere, vt colligitur ex d. l. mortis suæ causa. §. 1. Facit. l. de his. 17. C. de donation. inter virũ. Ex quibus venit explicanda Ordinatio libr. 4. tit. 77. §. 13. dum disponit, quòd si res mobiles æstimatæ dentur in dotem, filia quæ compellitur dotem fratribus conferre, satis est res mobiles conferre, prout nunc valent, non habito respectu ad æstimationem à principio factam: nam cùm ea Ordinatio discrepet à iure communi, accipienda est tantùm procedere in casu, in quo loquitur, quando scilicet agitur de collatione dotis inter fratres. Non ergo procedet, si agatur de diuisione inter maritum & vxorem: nam rerum æstimatarum semper pretium tenebitur maritus soluere, secundùm æstimationem à principio factam. l. æstimatæ. 52. j. eodem. & in specie Gamma deci-

decisio.71.num.2.ampliando, vt per Ioseph.Ludouic.decisio.Perusina. 89. nu. 3. Et est diligenter aduertendum circa prædicta, inter veram venditionem, & hanc tacitam illam esse differentiam, q̃ in vera venditione periculum interitus pertinet ad emptorem, ab eo tempore, quo inter partes conuentum est de re & pretio.§.cùm autem.Insti.de emptio.& vendi.Et tamen in hac tacita periculum incipiet pertinere ad maritum ab eo tẽpore,quo contractum fuerit matrimonium.l.plerumque.11.§.si ante.s̃. de iure dotium.† Et est ratio differentiæ,quia
6 vera venditio solo consensu perficitur. §.vnicũ.Insti.de obligatio. quæ ex consensu.tacita autem venditio, quæ fit ex causa dotis, tacitam habet relationem ad tempus matrimonij contracti.l.si ante.s̃.eod.ex ratione.l.3.s̃. de iure dotiũ. Cùm igitur prædicta tacita venditio nõ incipiat nisi à die matrimonij contracti, meritò etiam ab eo tempore periculum interitus ad maritum incipiet pertinere. Neque est omittendum,quòd suprà dictæ illationi nimis videtur obstare text. in.l.Mæuia. 50. in principio. s̃. eodem. vbi probatur, quòd si nomen debitoris detur marito in dotem,periculum illius pertinet ad mulierem:& tamen nomen debitoris semper censetur dari æstimatum.l.2.C.de actio. & obligation. ergo si vera esset prædicta illatio, periculum debuit pertinere ad maritum,& non ad vxorem.Huic tamen difficultati respondet Bartolus dict.l. Mæuia. in principio. s̃.eodẽ.quem ibi post alios sequitur Duarenus & Romanus numero. 9. quòd in eo text. nomen debitoris fuit datum in dotem in æstimatum, & ideò secundùm naturam dotis, periculum pertinet ad vxorem, cùm maritus in rebus dotalibus tantùm de leui culpa teneatur.l.etiã. 19.§.1.s̃.eodem.Si igitur nomen debitoris datum fuisset æstimatum, tunc periculum pertineret ad maritum, iuxta resolutionem de qua suprà: & est expressum.l.si nomen.s̃. de hæred. vel action. vendita. Ex qua Bartoli solutione duæ in hac materia constituendæ sunt conclusiones.Prima est: Quòd quando nomen debitoris datur in æstimatum,periculum pertinet ad vxorem. d.l. Mæuia. Secunda est:Quòd vbi datur æstimatũ, periculum pertinet ad maritum, & sic quantitatem debiti tenebitur mulieri soluere,etiamsi debitor non sit soluẽdo; siue id maritus sciuerit,siue ignorauerit, vt videtur expressum.l. si nomen. s̃. de hæred. vel action. vendita.De vtraque conclusione sigillatim nobis videndum est. Et pro declaratione primæ videndum est,quomodo cognoscatur,nomen debitoris dari æstimatum,vel in æstimatum? Et Iacobus de Arenis & Baldus d. l.Mæuia.quos ibi sequitur Alexander ad finem,dicunt, quòd vbi nomen simpliciter datur marito,censetur dari in æstimatũ:sed si dicatur dari pro tãta quãtitate,tunc dicatur dari æstimatum: argumento.l.inter causas.26.§.abesse.s̃.mandati.& idem tradit Baldus.l.final. ad fin.
7 C.ad legem Falcidiam.† Sed non placet, quia & nomen simpliciter traditum,debet videri traditũ pro ea quantitate,quæ in eo continetur:non verò debet videri datum tanquam simplex papirus, vt apertè colligitur ex.l.2.C.de action. & obligation. Vnde meliùs hoc declarabitur,si dicas, quòd si nomen debitoris principaliter detur in dotem, eo modo quo dantur aliæ res dotales,censetur dari in æstimatum,etiamsi dicatur dari pro ea quantitate,quæ in eo continetur: nã hoc tacitè intelligebatur: vnde expressum nihil operari debet.l.3.j.de legatis. 1.& in his terminis procedit dict.l. Mæuia.50.s̃.eod.Aut verò certa dos promissa est, & pro illius satisfactione datur nomen debitoris:nam cùm tunc videatur datum pro solutione dotis promissæ,videtur dari æstimatum,& procedet. l. 2. C.de actionibus & obligationibus.& in specie colliges ex Socino consilio. 37. nu.15



num.15.lib.4.Confirma,quia res dotales simpliciter datæ in dotem, censentur in æstimatæ,& ideò post solutum matrimonium eædem reddendæ sunt. l.2.in prin. s̃.eo. Et tamen si promittatur dos in quãtitate,& pro illius satisfactione dẽtur res, illæ censentur datæ æstimatæ, quasi subeant vicem dotis in quantitate promissa:c ita inducetur venditio. l. si prædiũ. C.de euictio.tradit Soci. cons.69. nu.15. lib.4. Anto.Rube.cõs. 5.per totũ.quibus adde Corne. cõs. 92. n.8.lib. 4. Rogeriũ à Mora.l.traditionibus.nu.87.ad finẽ. C. de pactis.& notab. Purpur.multos casus cõsiderantẽ.l. ex cõuentione.n.37.C.de pact. Pari ergò ratione, si pro rebus pro missis in dotem detur nomen pro certa quantitate dotis promissæ, cũ loco æstimationis succedat nomen debitoris, inducetur tacita venditio:argu.l. 2.§.1. s̃.si certum petat. nisi cõtrarium expressum sit, tunc enim stabitur expresso. Ruin. consil.134. num.5. vers.& pro prædicta.
8 lib.4.† Item & secundo modo dici potest,quòd nomẽ debitoris datum simpliciter in dotem,nõ videtur datum ea mẽte,vt ius nominis in maritum transferatur,sed tantùm videtur constitutus procurator per vxorem, vt eius nomine exigat debitorem, & pecuniam exactam nomine dotis retineat: ita enim colligitur ex d.l.Mæuia. ibi, Cui actiones mãdatæ sunt.nam sentit,quòd maritus agit ex mãdato vxoris, intẽtando directas actiones nomine vxoris.l. fi. C. quãdo fiscus, vel priuatus. Item quòd vxor dando in dotem nomen debitoris, tacite videtur mãdare actiones marito.l.fin.C.de pact. conuentis.Roman. d.l. Mæuia.nume.7. Neque hoc casu competet vtilis marito suo nomine,cum illud emisse non videatur,quicquid sentiat glo.1.d.l. Mæuia.& ibi Bald.Si igitur constaret, quòd mulier dedit in dotẽ nomẽ debitoris,ea mẽte,vt ius nominis in maritum transferretur,& vt suo nomine illud posset exigere, tunc censeretur dari æstimatum,& consequẽter locum haberet.l.nomen s̃. de hęred. vel actio.vend.Et iuxta prædictos modos venit explicandus tex.l. 2. C. de actio.& obligat. vt intelligatur, quando nomen debitoris datur in dotem, scilicet pro satisfactione dotis promissæ in quantitate: nam tũc cum in solutum detur, videtur ius nominis translatum in maritum,& sic quasi illud emerit.l.si prædium. C.de euictio. concedetur ei vtilis actio suo nomine:& ita intellexit Socin.consil.37. num. 15. lib. 4. & pariter periculum nominis ad eum pertinebit, vt est expressum l.pupilli.96.§. soror. j.de solutio. Potest etiam intelligi,quòd d. l. 2. procedat,quando constat ita nomina data fuisse marito, vt in eũ ius nominis transferretur tanquam in emptorem,iuxta l. ex promissione.28. j.de actio.& obligati. Quod colligitur ex similitudine, qua vtitur d.l.2.quòd prout emptori nominis cõpetet vtilis actio sine cessione.l.pen. C.de hęre. vel actio. vend.ita etiam competet marito, cui data sunt nomina in dotem:supple, tu tanquam nominum emptori:in dubio autẽ hoc non pręsumetur.d. l. Mæuia. 50. in princ.s̃.eod.explicata vt supra. Et hæc de prima conclusione Bar. Quoad secũdam expendendũ est,illã duo habere mẽbra. Primũ est,quòd si nomẽ debitoris detur æstimatũ,& maritus sciẽs debitorẽ non esse soluẽdo,illud accepit,sibi præiudicat. Secũdũ,quòd etsi ignoranter illũ debitorẽ inopẽ accepit,nihilominus sibi præiudicat,iuxta l.si nomẽ. s̃.de hære.vel actio. vend.quæ tamẽ cõclusio in vtroque mẽbro falsa videtur. Nã primũ mẽbrum cõfunditur ex eo,quòd licet in alijs creditoribus regulariter verũ sit id quod disponit d.l.si nomẽ.† & l.inter causas.26.§.ab
9 esse.s̃.mãdati.& l.3.in fine.j.de fideiusso. tamen in marito recipiente scienter debitorẽ inopem, delegatum per vxorẽ,minime locum habent:nã ex tali receptione sciẽter facta, resultat quædã donatio, quæ prohibita est inter virum & vxorẽ: & ita in specie videtur tex. cũ vir vxori.

54.s.de iure dotium.per quem ita in specie tenet Bart.sibi contrarius.l.si cum dotem.§. si mulier.in fine.s. eod. Cæterum Roman.d.§.si mulier.num.6.contendit, opinionem Bart. d.l.Mæuia. veriorem esse:pro qua adducit tex. expressum.l.promittendo.42.§.si à debitore. & ibi Bald. s.de iure dotium.Neque secundum eum obstat tex.d.l.cum vir vxori. quia loquitur,quando constat animo donandi maritum accepisse debitorem inopem delegatum ab vxore:sed in dubio non præsumetur donãdi animo hoc fecisse,sed potius quia sperabat debitorem, in futurũ euasurum diuitem.l.si defunctus.C.arbit. tutelæ. Quæ tamen responsio non placet,quia Iureconf. in hac materia non assignant rationem per Roman.excogitatam,sed illam potius quòd recipiendo talem debitorẽ,videtur creditor illius personam approbasse quasi idoneam ad soluendum.l.inter causas.26. §.abesse.s.mãdati.& l. 3. in fine. j. de fideiusso. quæ ratio applicata marito & vxori manifestã inducit donationem. Inuenio tamen quod Imol.d.l. Mæuia.nu.3. & ibi Rom. num. 10.perpensa contrarietate Bart.opiniones concordant:quòd aut constante iam matrimonio, maritus scienter recepit debitorem inopem: & quia resultat donatio prohibita,habebit locum.d.l.cũ vir vxori. aut illum accepit ante contractum matrimonium perverba de præsenti,& tunc licet videatur resultare donatio, tamen illa valida erit inter sponsos.l. 1.C. de donatio.ante nupt. Sed & hanc concordiam impugnat Alexan. l. si cum dotem.§.si mulier.num.6. s. eod.ea ratione,quia prædicta receptio debitoris inopis,& consequenter prædicta donatio tacitam habet relationem ad tẽpus matrimonij.l. stipulationem. 22.s. de iure dotiũ.gloss. pen. l.2.C.de actio.& obl.vnde valere nõ potest,acsi esset facta post matrimoniũ contractũ.l.quod sponsæ.C.de donatio.ante nupt. & in materia bonus tex.l.ũres. 13. post prin. s.de iure dotiũ. subscribit Cãpes.de dote.2.parte. q. 86. Quare Alex.d.§.mulier.ad finẽ,aliter cõ
10 cordat opiniones,† quòd delegatio debitoris inopis valebit, quatenus ipse inueniatur soluẽdo: sed in eo qui nõ est soluẽdo,non valet delegatio,neque pereã mulier cẽsetur liberata:quæ quidẽ cõcordia vera est in se,& bene deducitur ex d.l.cũ viri vxori. 54.s. de iure dotiũ.sed nõ tollit difficultatẽ,quia in effectu approbat opinionẽ Bart.d.§.si mulier.in fine.& improbat opinionẽ Bart.d.l.Mæuia. Ad veram igitur resolutionẽ aduertendũ est, quòd licet Bart.d.l.Mæuia.faciat differentiã inter hos casus,vtrũ nomen detur æstimatũ,vel inęstimatũ,& inter casum quando delegatur nomẽ debitoris:tamen si bene aduertas,in vtroque casu eadem militat ratio:vt etiam tradit Cuman.d.l.Mæuia. Itẽ quòd in hoc articulo duo casus distinguẽdi sunt. Primus est,quãdo mulier simpliciter dotẽ promittit marito, & posteà pro satisfactione delegat nomen debitoris:& in hoc casu loquitur.l. cũ vir vxori. 53.s.de iure dotiũ.dum facit mentionẽ, quòd maritus animo donãdi vxori,accepit debitorem illius inopem in solutum: hoc enim in prædicto casu proprie verificari potest. Secundus est, quando vxor pro dote limitatiue promisit cẽtũ,quæ sibi Titius debebat:qui Titius iussu mulieris promisit dotem marito. Et in hoc secundo casu loquitur tex. l.promittendo. 42.§.si à debitore.s.de iure dotiũ.probãs quòd si maritus scienter accepit hunc debitorem inopem,sibi præiudicat. Et est ratio,quia mulier non simpliciter promisit dotẽ,sed limitatiue illud quod sibi Titius debebat. Si ergò maritus hoc nomẽ sciẽter accepit, nõ tã videtur animũ donãdi habuisse, quã voluisse vxorẽ in dotatã accipere,prout poterat.l.si C.de dona.ante nup.Quòd si tẽpore ďlegationis debitor erat soluẽdo,& postefficiatur nõ soluẽdo, periculũ pertinebit ad maritũ. l. si pupilli.96.§.socer. j. ď solutio. nisi delegatio facta sit subcõditione:nã pẽdẽte cõditione

periculum



periculum pertinebit ad vxorem. d. l. promittendo.§. si à debitore. Ratio colligitur ex regula.l. necessario. s. de peric. & commod.rei vend. Quoad secundum membrum solutionis Bart supra relatæ aduertendum est, quòd Bart. in eo duo videtur sentire, quòd generaliter ille qui emit nomen debitoris, qui non erat soluẽdo, etiam ignoranter,sibi præiudicat.
11 l.si nomen.s. de hæred. vel actio. vend.† Secundò,quòd id etiam obtineat locum in dote. Sed quãuis primũ videatur probabile per generalitatem. d. l. si nomen. & l. inter causas.26. §. abesse.s.mandati. & l.3.in fine. j. de fideiussorib. & in specie probant Paul.d.l. Mæuia.nu. 4. Paul. & Imol.l. si cum dotem.§.si mulier.s.eo. tamen contrarium est verius per l. promittendo. 42. §. si à debitore. verb.sciẽs. à contrario sensu.s.de iure dotium. & tenet Bart. d. l. si cum dotem §.si mulier.& ibi latè defendit Alex. à nume. 4.Bart. l. qui debitorem. j. de fideiussorib. Bald.& Angel.l. 1.s.si quis in ius vocatus nõ ierit. Neque obstant iura supra adducta in cõtrarium,quia eorum generalitas ita accipienda est,quòd ille qui allegat ignoranter accepisse nomen inopis debitoris,nõ sit audiẽdus,quia allegat culposam ignorantiam.l.qui cum alio.j. de regul. iuris. ac ob id ei obstat regula.l.quod quis damnũ.j.de regul.iuris. non tamen negatur, quod si allegauerit iustã & probabilẽ causam ignorãtiæ,nõ sit audiẽdus, neque ei sit succurrẽdũ:imò ei esse succurrẽdũ,sentit d. l. promittendo. §.si à debitore. ibi, Sciẽs.à contrario sensu.Angel.l. 1. n.4. & ibi Paul. numer.3. s.si quis in ius vocatus non ierit. Alex. l.si cum dotem. §. si mulier.num.4.vers. vnum addo.s.eod. constituentes exemplum,iuxta tex. elegantem. l. si vero non remunerandi.12. §. si quis mandauit. s. mandati. Ex quibus infertur id procedere,etiam si venditor nominis ignoraret,debitorem non esse soluendo:nam cum debitor reuera nõ esset soluendo,perinde est, ac si nihil ei deberet:argum.l.nam is.s.de dolo. Si igitur velit nihilominus pretium datum pro nomine retinere,videtur agere de lucro captando:emptor autem qui pro nomine inani dedit pecuniam, videtur agere de damno vitando:vnde ei potius succurrendum est:argum.l.final.C. de codicill. & in specie aduersus Paul.obseruat Alex. d.l.si cum dotem.§.si mulier.num.4.vers. sed ad hoc.s.eo. Infertur etiam, quòd á fortiori marito succurretur, si propter probabilem ignorantiam susceperit debitorem inopem,sub nomine dotis.Quinimò existimò ei succurrendum esse, etiã si culposa ignorantia ei imputari possit, vt colligitur ex d.l.promittendo.§.si à debitore.ibi, Sciens. sentit enim solam sciẽtiã marito nocere.Ratio specialitatis colligitur ex l.iure succursum. 7. §. final. s.
12 de iure dotium. † vbi perscribitur ea regula, quòd in causa dotis nulla captio admittitur, neque toleratur aliquem ex coniugibus locupletari cum damno alterius: ergò non est permittendũ, quòd mulier lucretur liberando se à promissione dotis cum damno mariti, qui inopẽ debitorem consecutus est:& sentit Paul. ita explicandus.l. Mæuia.in princ.num. 4.s. eod.Et iuxta hæc venit explicandus tex. l.si cum dotem.23.§. si mulier.s.eo. dum probat,quod si post solutum matrimonium, mulier decepta acceperit iure nouationis debitorem inopem,non præiudicat sibi,sed actio dotis integra permanet:nam debet intelligi de deceptione re ipsa, vt constat ex supra traditis, & ibi agnoscit Alexan. nu. 4.ad finem. Dũ autem sentit, quod si scienter accepit, sibi præiudicat,non debet hoc generaliter accipi,sed debet declarari, iuxta.l.licet.s. de pact. dotalib. quasi data ignorantia, indistincte sibi non præiudicet: data autem scientia possit sibi præiudicare in dote, existente scilicet aliqua iusta causa. d. l. licet. Ad quem modum expli-

explicandi sunt. Roman. num. 5. & Alex. n. 4. ad finẽ. d. §. si mulier. Quartò ex supra traditis in principio infertur, quòd prout facta æstimatione, periculum rerum æstimatarum pertinet ad maritum, vt supra diximus, pariter etiam ad eum debet pertinere augmentum, iuxta regulam §. cum autem. Instit. de emptio. & vend. & in specie probat l. cum dotẽ. 10. C. de iure dotium. & l. vnica. §. cumque. in fine. C. de rei vxo. actio. Quo fit, vt licet post solutum matrimonium, fructus pendentes pro rata anni pertineant ad vxorem, quando dos non est æstimata. l. diuortio cum materia. s̃. eod. tamẽ vbi res æstimatæ sunt, fructus pendentes in solidum pertinent ad maritum. d. l. vnica. §. cumque. in fine. notat Cephalus consil 78. ad finẽ. lib. 1. Similiter quanuis si res æstimatæ non sint, partus ancillarum non pertineant ad maritum. l. plerumque. 11. §. 1. s̃. de iure dotium. l. marito. 32. §. final. s̃. eod. l. vnica. §. cũque. C. de rei vxo. actio. quia ad maritum tantùm pertinent fructus dotis, & partus ancillarum non sunt. in fructu. l. in peculium. s̃. de vsuris. tamen si ancillæ æstimatæ dentur in dotem, prout ancillæ videntur esse in dominio mariti. l. quoties. 5. C. de iure dotium. ita etiam & partus prædictarum ancillarum ad eum pertinebunt: vt colligitur ex mente d. l. vnicæ. §. cumque. & l. 1. C. solut. matrimo.
13 expressit l. 20. tit. 11. partit. 4. † Quod tamen ita explicandum est, vt si maritus fuerit in mora restituendi æstimationem, fructus quidem non restituentur vxori, quos maritus ex rebus proprijs percepit: tenebitur tamen ad vsuras æstimationis non redditæ pro quantitate fructuum quos percepit: cum enim consideretur tanquam emptor rerũ æstimatarum, & illas penes se habeat, & præterea pretium, inducetur æquitas. l. curabit. C. de actio. empti. & in specie colligitur ex l. fin §. fi. s̃. de fundo dotal. ita vt quanuis mulier vbi dos æstimata; nõ est posit petere vsuras ratione retardatæ solutionis. Bart. l. in insulam. §. vsuras. j̃. eo. tamen vsuras pro quantitate fructuum perceptorum tenebitur maritus præstare, quia has vsuras mora propriè non inducit, sed ratio æqualitatis seruandæ inter coniuges: vt traditur in d. l. curabit. & ita in specie Gamma decisio. 71. num. 6. Nec ratione æstimationis reddendæ, maritus habebit dilationem annalem, de qua l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. nam cum non tanquam maritus, sed tanquam quilibet extraneus emptor ad pretium conueniatur, non debet gaudere priuilegio maritis concesso. argum. l. Nesennius. 41. in princi. j̃. de re iudica. Neque repugnat tex. l. cum in fundo. 81. §. si fundus communis. s̃. de iure dotium. vbi maritus habet priuilegium prædictũ in quantitate quæ ad eum peruenit ratione rerum immobilium dotalium legitime alienatarum; quia eo casu conuenitur tanquam maritus, in nostro autẽ casu tanquam extraneus emptor. Quintò & vltimò ex prædicta resolutione infertur, quòd prout in vera venditione venditor tenetur de euictione, etiam si nihil de ea cautum sit. l. in vendendo. s̃. de cõtrah emptio. l quod si nolit. §. quia assidua. s̃. de ædil. edicto. l. 2. s̃. de euictio. l. non dubitatur. 6. C. eod. tit. ita etiam & mulier tenebitur de euictione rerũ æstimatarum. l. quoties. 17. s̃. de iure dotiũ. similiter & socer qui res æstimatas dedit in dotem, quæ posteà euictæ sunt, de euictione tenebitur: quod probat l. 1. C. de
14 iure dotium. & ibi notat Bald. numer 4. † Ex quibus infertur elegans explicatio ad l. Mæuia. 50. §. final. s̃. eod. Proponitur ibi casus, quòd fundus æstimatus datus est in dotem. & creditor ratione hypothecæ illum euicit à genero: quæritur, vtrùm soluto matrimonio mulier, quæ patri hæres non extitit, posit æstimationem fundi à marito repetere?

Et res-



Et respondet Iureconsul. non posse, sed mulieri petenti obstare doli exceptionẽ. Ratio est, quia mulier in dote videtur habere causam lucratiuã. l. fi. §. 1. j̃. quæ in fraudem creditoris. & authoris dolus solet nocere particulari successori ex causa lucratiua. l. apud Celsum. §. si quis autem. j̃. de doli exceptio. ex qua colligitur, idem esse recipiendum etiam cessante dolo patris: satis enim est agere quem ratione cõtractus celebrati per authorem, vt ei obstet ea exceptio, quæ authori obstaret: & ita in specie Cuman. d. l. Mæuia. §. fin. ad finẽ. & ibi Paul. num. 4. ad finẽ. s̃. eo. & resoluit receptum Alex. l. si cũ dotẽ. §. si patri. nu. 5. in fine. s̃. eo. Sed quæstionis est, vtrùm saltem maritus teneatur cedere actionem mulieri, quæ sibi competebat aduersus hæredes soceri? Et videbatur dicendum teneri, iuxta l. si socer. 45. §. Lutius. in fine. s̃. eo. & regulã. l. in creditore. 38. s̃. de euictio. & ita glos. d. l. Mæuia. 50. §. fina. verb. obesse. s̃. eo. quam ibi sequitur Bald. Cõtrarium tamẽ, imò nec actionẽ debere cedere, tenẽt Iacob. de Are. d. l. Mæuia. §. final. & ibi Bart. n. 1. & Rom. nu. 16. qui asserit receptum ea ratione, quia maritus post solutum matrimoniũ non potest agere de euictione, quia sua non interest, cum euictum apud eum remanere nõ posit: & ideò actionem, quã non habet, cedere non potest. l. si procuratorem. 8. §. si liber homo. in fine. s̃. mandati. Circa concordiam harũ opinionum insistit Campes. de dote. 2. parte quæst. 86. Ego vero concordo, quòd aut maritus vult soluere æstimationem fundi mulieri, & tunc ipse agere potest de euictione, propter proprium interesse. l. sed etsi. 23. s̃. de euictio. & tunc cessat quæstio, vtrùm teneatur cedere actionem vxori, cum ei iam satisfactum sit per solutionem æstimationis: aut non vult æstimationem soluere, opposita exceptione doli, iuxta terminos d. l. Mæuia. §. final. & cum tunc nullum posit prætendere interesse propter euictionem, nec actionẽ



quam non videtur habere, potest cede-
15 re, vt supra dictum est. † Et generale est vt actio alicui competens extinguatur, si ex post facto cesset interesse. l. final. §. 1. s̃. ad l. Rhodiam de iactu. Bart. l. si quis quemquam. §. final. & ibi Iason. num. 3. s̃. si quis cautio. Ex quibus colligas, quòd licet constante matrimonio, maritus possit agere de euictione, vel etiam vti remedio. l. creditor. 54. §. prædium. s̃. de actio. empti. & ibi notat Paul. in fine. tamen post solutum matrimonium agere non poterit de euictione, declarando vt supra. Nec est omittendum in hac materia, quòd cum hæc venditio, quæ videtur induci per æstimationem, non sit simpliciter venditio, sed restricta ad causam dotis, in aliquibus videtur differre à simplici venditione, maximè quo ad materiam euictionis, de qua agimus. Primùm ponitur. l. quoties. 17. s̃. de iure dotium. quòd licet emptor id quod habet ex causa euictionis, efficaciter penes se retineat iuxta totum titulum. s̃. de euictio. tamen id quod maritus habuit ratione euictionis, tenebitur vxori restituere, ob rationem in eo tex. expressam, cum qua concordat l. iure fucursum. 7. §. fin. s̃. de iure dotium. & l. penult. §. final. j̃. eo. & notat Cuiac. lib. 17. obseruatio cap. 1. Ex qua tamen ratione colliges, illud tantùm procedere, quando id quod datur nomine euictionis, maritus ab ipsa muliere recuperat, agendo aduersus eam de euictione, ita vt videatur esse in dãno. Aliud igitur erit dicendum, si interesse euictionis soluatur per extraneum, vel etiam per patrem mulieris; quia cessat illius tex. ratio: & ita Nouelius de dote. 7. parte. priuileg. 40. subscribit Gregor. l. 18. tit. 11. partit. 4. in glos. 3. In quo cauendum est ab Angel. l. ac vbi. numer. 1. ad finem. s̃. de petitio. hæred. Cremensis sing. 68. dum secure dicunt, quòd & interesse ex actum à patre vxoris; mulieri est restituẽdum. Item & iuxta prædicta est explicandus Bart. l. Mæuia. §. fina. num. 3. s̃. eod.

Campes. de dote.2.parte.quæst.87.Quinimò & quod recepit ab vxore, non tenebitur restituere, nisi illud quod habet tanquam lucrum, scilicet deductis oneribus matrimonij: vt colligitur ex ratione d. l. quoties. adiuncta l. non amplius.in princ.ʒ.de leg.1. Est & secunda differentia,quòd in simplici venditione,si res vendita pretiosa sit, cogetur venditor duplam promittere incausa euictionis.l.emptori duplam. 37.s̃. de euictio. & tamen mulier quæ fundum æstimatum tradit, regulariter duplam non tenetur repromittere,† vt videtur probare tex. l. nõ solum. 53. s̃.de iure dotium. per quem hãc differentiam constituit Bald. Nouellus. de dote.7.parte.priuileg.23.& subscribit Gregor.l.18. tit. 11.part.4.in glo 3.quæ tamen differentia non videtur probabilis. Neque obstat d.l. nõ solum.s̃. de iure dotium.quia vltra responsionem glos. 1. ibi. quam probant Bald.& Iacob.ego aduerto,imò tex.illum bene expensum,vrgere aduersus Bald. Nouellum : sentit enim, quòd si fundus fuerit æstimatus,quia tũc celebrata censetur venditio : mulier tenetur duplam promittere: vbi autẽ fundus est in dote non æstimatus, tũc generaliter mulier non tenebitur duplam promittere:si tamen eam nihilominus promiserit,id quod ab vxore acceperit,maritus tenebitur illi restituere post solutum matrimoniũ,vt supra dictũ est. Et ad hũc modum debet declarari. l. sed etsi.23. s̃. de euictio.Sed quid si dos non sit æstimata,& tamen res aliqua dotalis euincatur, vtrùm maritus posit agere de euictione?& tex. l.1. C.de iure dotium. videtur probare,quòd si dos incepit à datione,siue traditione, maritus non posit agere de euictione:si verò incepit à promissione,& res posteà tradita euincatur, tunc maritus poterit agere de euictione:& ita glos. Bart.Bald.& Salice. ibi & receptam esse resolutionem asserunt Nouellus de dote.7.parte.priuileg. 42. Iason.§.fuerat. nu.33.Instit.de actio. Anton. de Burgos c. final.num.23.de empt.& vend. Ruin. consil. 121.num.8.ad finẽ.lib.5 quã probat l. 22. tit.11.part.4.Ex qua communi resolutione duæ in materia colligendæ sunt conclusiones. Prima est,Quòd vbi dos incepit à datione ,nulla præcedente promissione doris,maritus agere non potest de euictione. Secunda est,Quòd vbi præcessit promissio dotis , & secuta est datio,maritus agit de euictione. De vtraque conclusione agendum est Et primam quidem admittit Angel. §. fuerat. nu.12.in prin.Inst.de actio.& Negus. de pignorib.4.memb.2.partis.num.28. quãdo dos euicta fuit promissa per extraneum:nam cum tunc videtur donasse.l. vnica §.accedit.C. de rei vxoriæ meritò fit eadem distinctio quæ fit in donatione euicta.l. Aristo.§ fin.ʒ. de donatio.Sed si socer promittat dotem,indistincte poterit agi de euictione, quia cessat ratio de qua supra. Et pro hac declaratione adducũt l.si pro re.22.§.fi.iuncta glo. fin. s̃. de de euictio.Itẽ l.vnicã.§.& vt plenius.C.d̃ rei vxoriæ.Sed reijciẽda est hæc declaratio , cũ sit cõtra tex.l. 1.C.de iure dotiũ. quæ in socero loquitur: & latè contra Angel.probat Caballinus tracta. de euictio.§. 4. à n. 7. & contra Angelum etiã vrget.l. cum post.70.§.cum res. s̃. de iure dotium. Item vrget l. pater filiæ. 71. s̃.de euictio. quam expendit Ruin.cons. 121.num.8.lib.5.† Neque obstant rationes adductæ in contrarium: nam ad primam de l. si pro re.22. §. final.s̃. de euictio.adiuncta glos. final.respondetur,tãtum probare,ipsam mulierẽ propter proprium interesse posse agere de euictione aduersus illum à quo emit fundũ dotalem: vt etiam probat l. quanuis. 77.s̃. de iure dotium. Rationẽ assignat Iason l.Iulianus.§.1.in fine.ʒ.de verbo.obligat. Caballin. de euictio.§. 4. num. 8.Quanuis enim ipsi mulieri euictus non sit fundus,tamẽ euincitur à marito,qui eum videtur habere ex causa onerosa. l.ex promissione.28.ʒ.de actio.& obligat.& quãuis glos.subdat, quòd ob id maritus potest agere de euictione aduersus mulierem,vel eius hæredem, quãuis si causam lucratiuam haberet,non posset agere de euictione.l. ob res donatas. 62.s̃.de ædi. edict. id tamen restingendum est ad terminos tex. d. l. si pro re. §.final. quando mulier poterat habere regressum aduersus illum,qui fundum dotalem vendidit mulieri;eo enim casu maritus aget de euictione aduersus mulierem,in eo sensu,vt vel ipsa agat aduersus tertium, vel actionem cedat.Cæterum si mulier non posset habere regressum de euictione aduersus alium,tunc maritus ratione propriæ euictionis agere non posset, nisi pactum interuenisset delucranda dote.l.sed etsi. 23.cum glos.s̃.de euictio.Bald.cõsil.468. quidam habens.lib.4. Aymon cons. 186. in fine.Non obstat secundum de l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. quia tex. tantum probat ,bona dotantis censeri tacitè hypothecata in casibus in quibus maritus posset agere de euictione rerum dotalium : non tamẽ declarat, in quibus casibus maritus posit agere de euictione:vt ibi aduertit glos. verb. euictis.& Bald.Non est tamen omittendũ, quòd contra prædictam distinctionem videtur vrgere,quòd impossibile est considerari dotis dationem , quam non præcedat tacita dotis promissio,neque enim aliàs per dationem dotis transferetur dominium.l.nunquam nuda.ʒ.de acqu.rerum domin. Sed respondendũ est, quòd semper prius præcedit conuentio de cõtrahendo matrimonio,& tamen non ob id censetur promissa dos, sine qua matrimonium consistere potest.l. final. C. de donatio.ante nuptias.Si igitur contracto matrimonio † socer quasi præueniens futuram conuentionem, & futuram disputationem super dote, dicat se tradere nomine dotis talia bona ,& maritus acceptet,in his terminis optimè verificatur cõmunis distinctio:cum enim socer tradendo habuerit animum se liberandi.in princ. Instit. quib. modis re contrahitur. ex tali actu aduersus intẽtionem agẽtis, non debuit induci dotis promissio; imò tacitè debet cẽseri exclusa propter solutionem,siue dotis traditionem: vt aduertit Bald.d.l. 1. num. 5. C.de iure dotium. &nihilominus per dationem transfertur dominium,quia satis est præcessisse matrimonium conuentum, vt ratione illius ex prædicta datione trãslatum videatur dominium. Ex quibus cauebis à Bal.Nouello de dote. 7.parte priuile.42.ad finẽ. dum tentat,quòd si dos incipiẽs à datione euincatur,licet maritus directò non posit agere de euictione, tamẽ per indirectum potest cogere vxorẽ diuitẽ,vt nouam dotẽ constituat , expellẽdo scilicet eam à domo,vel denegando ei alimẽta, iuxta l.fi. C.ad Velleian.id enim ex supra dictis confunditur: cũ enim quando inceptum est à datione,mulier non habuerit animum promittẽdi,vel se obligandi, & maritus id acceptauerit, non potest nec directò neque per indirectum mulierẽ molestare ratione euictionis secutæ:& imputet sibi maritus,qui sola datione fuerit contẽtus,vt post Albe.in specie aduertit Gregor.l.22. tit. 11. partit. 4. in glos.3.& pro eo est tex.l. pater filiæ. 71.s̃. de euictionib.Itẽ ex prædictis colliges nouam differẽtiam inter simplicẽ vẽditionẽ,& eam quæ fit causa dotis: nam cum dotẽ semper præcedat contractus matrimonij,de cuius substantia,vel natura nõ est,vt dos promittatur.l. fin.C. de dona. ante nuptias.& ideò in ea potest distingui datio à promissione:nõ sic in simplici vẽditione, de cuius substãtia est,vt res interueniat.l. neque emptio. s̃. de cõtrah. emptio.& etiam pretium.§. pretiũ.Insti. de emptio.& vẽd. non potest ergò dari vẽditio, in qua non præcedat conuẽtio de re tradẽda ,& pretio certo soluẽdo.l. empto. s̃. de actio. empti, & consequẽter in ea non potest distingui datio à promissione, sed semper agetur de euictione: vt est de mente Albe. l.1.num.1.

& ibi Bald. n. 7. C. de iure dotiũ. Quoad secundam conclusionem, quòd vbi præcedit promissio, maritus potest agere de euictione. d. l. 1. C. de iure dotium. licet communiter sit recepta, tamen dubitabilis est. Primò, quia per eam prima conclusio supra defensa fere inutilis redditur, cũ à communiter accidentibus, semper præ
19 cedat dotis promissio. † Secundò vrget in contrarium regula generalis l. cũ post. 70. §. cum res. s̃. de iure dotium. & l. pater filiæ. 71. s̃. de euictio. quòd vbi res dotales æstimatæ non sunt, non potest agere maritus de euictione. Neque repugnat d. l. 1. C. de iure dotiũ, neque enim facit differentiam, quam DD. existimãt, sed eã potius, quòd vbi dos data est, etiã præcedente promissione, maritus nõ potest agere de euictione, nisi de euictione stipulatus, vel pactus sit, tũc enim vel per actionẽ ex stipulatu poterit agere de euictione, vel etiam per conditionẽ, ex l. ad exactionẽ. C. de dotis promissio. Cũ enim hæc actio loco rei doralis succedat, locũ debet habere ea lex. Pro concordia tamẽ opinionum distinguẽdum est, quòd aut quæris, vtrùm maritus possit agere de euictione, ad eum modum, quo emptor agit de euictione pro re euicta: & respondẽdum est, eo modo agere non posse: nã emptor agit ad simplum, etiã si nihil promissum sit ratione euictionis. l. si in venditione. 60. s̃. de euictio. & etiam ad interesse, iuxta naturam actionis ex empto. l. 1. s̃. de actio. empti. Cæterum maritus cũ non simpliciter efficiatur dominus rerũ dotalium, sed tantùm quoad fructus, & alios effectus. Cuma. l. 2. in princ. num. 2. s̃. eo. si res dotales euincantur, nõ potest prædicto modo agere de euictione, cum res simpliciter non sit sua: nisi sibi prouiderit circa euictionem: nam tunc admittetur ad agendum de euictione adinstar emptoris, iuxta regulam. l. sciendum. 52. s̃. de euictio. Octauian. decisio. 47. nu. 8. Aut verò quæris, vtrũ maritus possit agere, vt sibi resarciatur damnum fructuũ quibus caruit propter euictionem rei dotalis? & tunc audiẽdus videtur. l. sed etsi. 23. s̃. de euictio. l. pater cum filiæ. 35. s̃. de iure dotium. Sed is modus agendi nihil commune habet cum vera euictione: neque enim tunc marito soluetur simpla rei æstimatio, neque etiam interesse, sed tantùm considerabitur quãtitas fructuũ amissorum, & hoc damnum tantùm ei erit resarciẽdũ. Quare licet vxor habeat actionem euictionis aduersus illum, qui ei vendidit rem dotalem euictam, iuxta l. si pro re. 22. §. final. & l. quanuis. 77. s̃. de euictionibus. tamen marito non tenebitur resarcire, nisi damnũ quod passus est, iuxta rationem l. quoties. 17. in fi-
20 ne. s̃. de iure dotium. † Et ad hunc modũ debet declarari l. pater filiæ. 71. s̃. de euictio. Itẽ potest maritus agere ex promissione, quasi dos sibi nunquam fuerit soluta: speciale enim est in dote, quòd si pro pecunia promissa detur species, & illa euincatur, possit maritus agere prima actione, ac si nihil fuisset datum: vt probat l. qui res. 98. in princ. & ibi notant Bart. & Paul. j. de solutio. Boeri. decisio. 357. num. 2. Et hac etiam ratione probat l. non solum. 53. s̃. de iure dotium. quòd vbi dos est inæstimata, non tenetur mulier duplum promittere ratione euictionis: quia neque simplum, sed tantùm resarcire damnum mariti, vt constat ex supra traditis. Et ex his colliges notab. differentiam, quando fundus dotalis est æstimatus, vel inæstimatus: nam si est æstimatus, ad instar emptoris aget maritus de euictione. d. l. 1. C. de iure dotium. & quã do non est æstimatus, regulariter nõ aget de euictione, nisi sibi caueat expressim de illa, vt constat ex supra traditis. Colligitur etiam elegans explicatio ad d. l. 1. C. de iure dotium. & l. cum post. 70. §. cũ res. s̃. eo. tit. dum dicunt, quòd vbi res nõ est æstimata, maritus non aget de euictione, nisi dolus mulieris, vel soceri interueniat: nam intelligo, quòd cessante dolo, non potest agere de euictione, scilicet ad

eum



eum modum, quo agit emptor, poterit tã men agere vt sibi damnum resarciatur: cum enim ipse sustinuerit onera matrimonij, quod loco pretij habetur. l. ex promissione. 28 j. de actio. & obligatio. inducetur regula l. ex empto. 11. §. final. s̃. de actio. empti. & videtur expressum. l. mater cum filię. 35. s̃. de iure dotium. Siautẽ dolus interueniat, tunc per actionem de dolo cõsequetur maritus interesse. §. præterea. Instit. de actio. & ad hunc modum debet declarari glos. final. l. mater cum filiæ. 35. s̃. de iure dotium. Et tenebis mẽti, quòd vt maritus admittatur ad agendũ de euictione, oportet ignorare rem dotalem traditam, esse alienam: nam si sciret, indistincte non poterit agere de euictione, nisi de ea stipulatus sit: iuxta l. si fundum. C. de euictio. & in specie probat l. si matre. 13. C. de iure dotium. & ibi notat glos. obseruat Iason. § fuerat. n. 34. Instit. de actio. Hisita explicatis, conclusionem de qua supra in princ. tribus limitabis modis, ac ita perfecte remanebit declarata. Et prima limitatio sit, vt æstimatio inducat vẽditionem, si fuerit iusta, aliàs secus: ita videtur probare tex. l. quoties. 5. C. de iure dotium. ibi, Et iure æstimatæ sunt. & colligitur ex recepta traditione glos. l. 1. §. 1. verb agendo. j. de superficieb. Quibus rationibus hanc limitationem tradiderunt Salic. Iason. & Deci. l. ex conuentione C. de pact. & multi alij, quos refert Roland. consil. 92. nume. 4. lib. 2. & asserit receptum Socin. Iunior consil. 141. num. 21. lib. 1. Ioseph. Ludouic. decisi. Perusina. 89. num. 7. Mascard. de probatio. 2. parte. conclusio. 619. num. 2. Paris. cõs. 81. num. 11. lib. 3. Couarub. practicar. c. 28. nu. 9. Riminald. in princ. à num. 51. Instit. quib. alie. licet. † notab. Natta cõs.
21 650. à num. 8. lib. 4. Sed aduertendũ est, in contrarium vrgere eam communem traditionem, quã post alios adducit Crement. l. 2. nume. 37. C. de rescind. vend. quòd si in æstimatione rerum dotalium contigat læsio vltra dimidiã, competit remedium d. l. 2. vt probat l. iure succursum. 7. §. final cum glos. s̃. de iure dotiũ. glos. l. si ex causa. 10. §. 1. verb vltra. in fine. s̃. de minorib. Ergò ex mente huius communis clare deducitur, æstimationẽ rerum dotalium inducere venditionem, etiam si æstimatio non fuerit iusta, vt pote quia in ea interuenit læsio vltra dimidiam. Qua etiam ratione corruit traditio Roland. consil. 92. nu. 18. lib. 2. quòd æstimatio non inducit venditionem, vbi læsio est notoria. Neque obstant adducta pro communi opinione: nam ad primũ de l. quoties. 5. C. de iure dotium. respondetur, tex. sentire, quòd vbi æstimatio nõ est iusta, nõ potest maritus securè res æstimatas retinere, quia vel ab eo auferẽtur, vel tenebitur supplere iustam æstimationem. l. si res. 13. §. 1. s̃. de iure dotium. Nõ obstat secundũm de doctrina glos. l. 1. §. 1. verb. agendo. j. de superficieb. quia ea non habet locum, vbi constat de mente partium volentium celebrare venditionem: vt colligitur ex d. l. 2. C. de rescin. vend. eo maximè, quia præsumptio factæ locationis in hac materia admitti nõ potest: cum enim interim videatur maritus dominus dotis, succedit regula l. neque pignus. j. de regu. iuris. Pro concordia tamen dicendum est, quòd licet in vera vẽditione non succuratur venditori, nisi læsio contingat vltra dimidiam iusti pretij. l. 2. C. de rescin. vend. tamen mulieri læsæ in æstimatione rei, succurretur, etiam si læsio sit intra dimidiã: quo casu electio dabitur marito, vt vel rem restituat, vel suppleat iustam æstimationẽ: ita Cuiac. lib. 17. obseruatio ca. 1. allegat tex. l. si res. 13. §. 1. s̃. de iure dotium. Sed est aduertẽdum, quòd illud quod Cuiac. præsupponit, mulieri læsæ intra dimidiam, succurri, verum quidem est in se: & colligitur
22 ex d. l. si res. §. 1. & l. si circunscripta. 6 C. soluto matrimo. Ratio ponitur l. iure succursum. 7. § final. s̃. de iure dotium. & tenet Azo in summa. C. de iure dotium. n. 22. quem sequitur Afflictis decisio. 270

num

num.3.Anton deBurgos c.cum causa.n. 48.de emptio & vend. Nouellus de dote 7. parte.priuileg. 35.Anton. Gomez. l.Tauri.50. num.44. & latè Pinel. l.2. C. de rescind.vend.pag. 49. num. 13.idem Pinel.d l.2. in 2.parte.cap.1.nume.23. & 2.parte.cap.4.num.33.Garsias tracta. de expensis.cap.10.nume. 22.& Cuiac. lib. 17. obseruatio. cap. 1. quicquid post aliquos contrarium sentiat Natta cõs.650. num.9. lib. 4. Intelligendo tamen hanc læsionem secundùm tempus quo facta fuit æstimatio,iuxta regulam. l. si voluntate C.de rescind.vend.& in specie Afflictis decisio.270.num.5.Præterea & illud quod dicit,quòd semper marito dabitur electio,vtrùm velit rem æstimatam restituere ,vel supplere instam æstimationẽ, non est simpliciter verum: nam imò d.l. si res.§. 1.s̃. de iure dotium.distinguit,vt si mulier sit læsa in eo, quòd tradit rem, tunc res ei restituenda est:si autem tantũ sit læsa in æstimatione, tunc dabitur prædicta electio marito: vt aliàs probat l. si quidem.cum glos.C.de præd.minorum. &.l. si sponsus. 5.§.circa s̃. de donatio.inter virum:explicat notab. Bald. Nouell. de dote. 7. parte priuileg. 35. Quæ tamẽ intelligas vera esse,quando res æstimata extat:nam si non extet, tunc æstimatio præstanda est,non habito respectu, vtrũ illa fuerit iusta, nec ne : ita probat d.l.si res.§. 1. & l. si circũscripta. in fine. & ibi Angel. & Salic.C.soluto matrimonio.tradit Cremens. l. 2. num. 37. in fine. C.de rescind.ven. Et est ratio, quia satis cautũ est mulieri,si illa æstimatio,quantumcũque iniusta ei reddatur,cũ nõ facta æstimatione,res periret periculo mulieris. l. plerumque.11.in princ. s̃.de iure dotiũ. & ita Iureconsul.d. l.si res.§.1. quem ita eleganter interpretatur Cuiac.lib. 17.obseruatio.c. 1.Item intelligas vera esse,nisi dolus mariti interuenit: nam tunc siue res extet,siue nõ extet,semper iusta æstimatio reddenda est.d.l.si res.vers.Scæuola s̃.de iure dotium.& ita debet declarari d.l.si circunscripta.6.C. solut. matrim. & tradit Cuiacius vbi supra.notab. Nouel.de dote.7.parte.priuileg.35.Quæ pariter videtur recipienda, quãdo interuenit læsio in dote danda:nam & tunc læso etiam maiori succurretur: quod ita clare videtur probare tex.l. iure succursum.
23 7.§. final. s̃. de iure dotium.† nam proprie loquitur in læsione circa dotem datam,vt ex eius verbis constat,& aduertit Fulgos.l.2.num.2. in fine.C. de rescind. vend.nam prout maiori læso succurritur ob læsionem contingentem circa æstimationem dotis,vt supra diximus, idem etiam obseruandum videtur circa læsionem in dote danda,quia eadem videtur ratio, & ita pro constanti tenet Garsias tracta.de expensis.c.18.num. 20. ad finẽ. & num.22. Sed Pinel. l.2.C. de rescind. vend.pag. 49.num.12.hanc æquiparationem non admittit,quia per l. 1. C.si aduersus dotem.& l.si ex causa.1.§. dotis. s̃. de minorib. solis minoribus succurretur læsis in dote dãda,quasi maioribus eo casu non succurratur.Paul.d.l.1. C.si aduersus dotem.Bald.Nouellus de dote.6.parte,priuileg.42.& 6.parte priuileg. 43 à n. 5.Cagnol.l. 2. num.62. C.de rescin. ven. nisi læsis vltra dimidiam.Bald.rep.l. 2. n. 20. C. de rescind.vend. Roman.l. si quis cum aliter.nu.20.ff.de verb.oblig.Greg. l.56. tit. 5. part. 5 in glos.Menos. Sed qui velit defẽdere primã opinionẽ, posset adiura adducta in contrariũ respõdere:nã ad primum de l. 1. C.si aduersus dotem. respondetur,communiter intelligi, quãdo maior data est dos marito,quam ipse mereatur,attenta qualitate suæ personę, & cõsuetudine regionis : vt ibi post alios tradit Paul. num. 1.in quo casu non est intelligẽdum,esse speciale in minore, quia idẽ videtur admittendũ in maiore,ex decisione & ratione tex.l.iure succursum. 7.§. fina s̃. de iure dotium.Et si opponas, quòd si competit remedium ordinariũ, debet cessare extraordinariũ restitutionis in integrum.l. in causæ. 2.s̃ de min.

respon-



respondetur,ideò nihilominus competere, quia pinguius prouidit, iuxta doctrinam glos.l. final.C. si aduersus rem iudicat.Quod vt clarius percipias,debes aduertere, quòd in specie d. l. iure succursum.§.final. succurri maioribus per restitutionẽ ex clausula generali propter dotis fauorem,existimant Ruin. consil. 26. nu. 20.lib.3. Oddus Sforcius tracta. de restit.in integrum. 1.parte quæst. 14.nu. 61.Quod tamen non est verum, quia in d.l. iure succursum.§. fina. nulla fit mentio restitutionis.Item nec est verum ibi succurri fauore dotis: quod ex eo cõstat, quòd in eisdem terminis succurritur marito.l.si circumscripta.6.C. soluto matrimonio.† notab. Pinel.l.2. C.de rescind.
24 vend.2.parte.cap.4.nu.36.notat Cuiac. lib.17.obseruatio.cap.1.in fine.& notab. prosequitur Purpurat.l.ex conuentione. à num. 38.C. de pactis. vnde pariter videtur succurrendum marito propter læsionem intra dimidiam,iuxta supra tradita.Verior igitur ratio est,id procedere ex natura actionis dotis , in qua bonum & æquum præcipue obseruatur. l.eas. s̃. de capit.diminutio.& sic nõ patitur,vt quis locupletetur cũ iactura alterius cõiugis, vt expressum est in d.l.iure succursum.§. final.notat Albe.l.si circunscripta. C.soluto matrim. Menchaca vsufrequentiũ cap.66 num.4.Pine.l.2.C.de rescin. ven. pag. 50. num. 16. Cùm igitur per d.l iure succursum.§.final. tãtum succurratur, ne vnus ex coniugibus sit in lucro cum damno alterius,tantùm emendabitur id quod ex lucro alter videtur habere,& sic inducetur l.sed et si lege.§.consuluit.s̃.de petitio hæred. sed in restitutione in integrum,tantùm læsio minoris attenditur, & propter eam res reponitur in primæuo statu,ac si nihil factum fuisset.l.quod si minor.§.restitutio.l.patri. §.item ex diuerso s̃.de minorib.& sic hoc respectu restitutio dicitur pinguius prouidere. Faciunt tradita per Pinel.l.2.C. de rescind. vend.2.parte.cap.4.num.4. Potest etiam intelligi d.l.vnica. C. si aduersus dotem quando mulier dedit amplam dotẽ marito, qui eam merebatur , & tamen eo tẽpore inueniebat aliũ in omnibus æqualem marito,quicum minori dote eam recipiebat:nam mulier tunc tanquam læsa restituetur.Oddo Sforcius tracta. de rest. in integrum.2.parte.quæst. 59. num. 18. in quo casu fatendum est non succurri maiori,quia cessat ratio d. l. iure succursum.§.final. nec enim maritus debet dici in lucro,qui tãtam dotem merebatur, prout & hos casus in simili distinguit. l.si res.13.§.1. vers. plane.s̃. de iure dotium. Sed licet hoc ita tentari possit,tamen nõ videtur recedendum à magis communi, in hac materia faciendam esse differẽtiam inter læsionem contingentem circa dationem dotis,vel circa illius æstimationem,vt probauimus in rub.s̃. eo. in 4. parte.à num.25 Et rationem differentiæ inter prædictos casus assignat Cagnol. l.
25 2.num.62.C.de rescind. vend. † & hæc de prima limitatione.Succedit igitur secũda limitatio, vt conclusio procedat, quando æstimatio facta est,antequã fundus efficeretur dotalis,iuxta l.dotale 13. §.dotale.s̃.de fundo dotali.nam si postquam dotalis effectus est, æstimatio iniretur, illa non induceret venditionẽ,sed videretur facta, vt sciretur valor fundi, & sub eo restitueretur:& ita in specie Salic. l.ex conuentione. C. de pact. & ibi post alios Purpur.num.44. Anton.Rube. cõs. 5.num.4. Socin.Iunior consil.141.num. 16. lib.1.Riminald.in princ. n.48.Instit. quib.alien.licet.Ioseph Ludouicus decisio.Perusina 89.nu.4.Adducitur pro hac sententia,quia in dubio non debet præsumi nouatio,nisi id sit expressum.l. final. C.denouatio.& ita supra allegati.& Are. consil.84. num. 2.Couar. practica. cap. 28. num. 10.vers.11.Quæ tamẽ ratio nõ est generalis : nam pone constare, quòd animo nouandi id factum sit,adhuc procedet limitatio:cum enim agatur de alienanda re dotali, succedit prohibitio l.

vnicæ.

vnicæ.§. & cum lex. C. de rei vxo. actio. & in princip. Instit. quib. alie. licet. Quæ ratio euincit, id procedere, etiam si non ex interuallo fundus iam dotalis æstimetur: quicquid contrarium sentiat Couar. pract. c. 28. nu. 10. vers. 11. & Ioseph. Ludouicus decisio. Perusina. 89. num. 10. Addo, quòd neque hoc casu posit induci ea vulgaris limitatio, vt valeat alienatio, quando ex ea effecta est melior conditio mulieris. l. fi. ſ. de iure dotiũ. Tiraq. post ll. connubiales. glos. 8. num. 73. nam cum æstimatio debeat esse iusta inter cõiuges. l. iure succursum. 7. §. final. ſ. de iure dotium. non potest per eam videri facta melior cõditio mulieris alienantis. Si sanè accederet iuramentum, tunc valeret prædicta æstimatio, siue venditio. c. cum contingat. de iure iuran. Tertiò & vltimò limita, si tempore soluti matrimonij maritus non sit soluendo, nam tunc venditio, quæ propter æstimationem videtur facta, irritabitur, ac si nunquam facta fuisset: ita vt licet maritus res æstimatas tanquam suas liberè alienare posit. l. interest. 6. in fine. C. de vsuf. l. quoties. 5. C. de iure dotium. l. vnica. §. & cũ lex. ad finem. C. de rei vxo. actio. tradunt Imol. & Signorol. hic num. 7. Campes. de dote. 4. parte. quæst. 7. & quæst. 26. Purpur. l. ex conuentione. numer. 29. C. de pact. Roland. consil. 92. nu. 12. lib. 2. Riminal. in princ. num. 33. Instit. quib. alien licet. tamen si tempore soluti matrimonij, maritus non sit soluendo, vxor res illas alienatas per rei vendicationem repetit, ac si semper remansissent dotales, & nunquam fuisset æstimatæ: ita probat tex. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. iuncta glos.
26 verb. æstimatæ. in fine. & ibi notat Salic.† Nouellus de dote. 8. parte. priuileg. 7. Antonius Gomez. l. Tauri. 50. num. 44. ad finem. Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 2. num. 13. notab. Purpur. l. ex conuẽtione. á num. 48. C. de pactis. Pinel l. 1. C. de bonis matern. 3. parte. num. 15. Mascardus de probatio. 2. parte. conclusio. 619. ad finẽ. Vnde inferri videtur, quòd si tempore matrimonij maritus esset inops, tũc æstimatio nõ induceret venditionem: nam si inopia mariti reuocat venditionem iam factã per æstimationẽ, à fortiori illã impediet à principio. l. patre furioso. ſ. de his qui sunt sui. & ita Cremens. sing. 19. adducens Bald. & Salice. l. interest. ad finem. C. de vsuf. subscribit Iason. §. actionum. n. 84. Inst. de actio. Iason, & Dec. l. ex cõuentione. C. de pact. Rogerius à Mota. l. traditionibus. nume. 87. ad finem. C. de pact. Socin. Iunio. cõsilo. 141. num. 12. lib. 1. Roland. cons. 92. num. 8. lib. 2. & alij adducti per Riminal. in princ. à num. 53. Instit. quib. alien. licet. Vbi etiam eã rationem adducit, quòd lex non potest fingere maritum tradidisse pretium pro re æstimata, cum illud in bonis non habeat: vnde cessante solutione pretij, non debet præsumi facta venditio. Sed nõ videtur vera hæc traditio, quia cum regula sit, æstimationem inducere venditionem. l. ex conuentione. 11. C. de pact. ab hac regula non videtur recedendum. l. ab ea parte. ſ. de probat. per quam rationem aduersus supra allegatos tenet Purpur. l. ex conuentione. num. 48. C. de pactis. Couarru. practica. cap. 28. nu. 8. & Ioseph. Ludouic. decisio. Perusina 89. à num. 14. Neque obstant adductam contrarium, quia ad primum de authoritate Bald. & Salic. l. interest. ad finem. C. de vsuf. respondetur, eos loqui, quando maritus ex post facto efficitur non soluẽdo, tunc enim mulier res vendicare potest, ac si semper essent dotales, vt supra diximus. Inde tamen inferri non potest, idem esse, quando tempore æstimationis maritus non esset soluendo, potuit enim conseruare res æstimatas, vel etiam potuit effici diues. l. si defunctus. C. arbitrium tutelæ. quo casu proculdubio æstimatio induceret venditionem: argu. l. cum vir vxori. 54. in fine. ſ. de iure dotium. expresse Purpurat. d. l. ex conuentione. n. 48. ad finem. quanuis fateamur, quòd



quòd si hæc spes in irritum recedit, poterit vendicare mulier res æstimatas tan-
27 quam dotales, vt supra dictum est.† Non obstat etiam, quòd lex non potest fingere, maritum dedisse pretium pro rebus æstimatis: quia respondetur non requiri, quòd pretiũ statim detur pro rebus æstimatis, sed tantùm quòd maritus se obliget de illo reddendo post solutum matrimonium: interim igitur valebit venditio: & si posteà tempore soluti matrimonij maritus non inueniatur soluendo, tũc irritabitur venditio inducta per æstimationem, vt in simili probatur. l. vxor marito. 56. ſ. de donat. inter virũ. tradit Bal. l. ex conuentione. 3. oppositione. C. de pactis. & l. in rebus. num. 8. C. de iure dotium. Nouellus de dote. 7. parte priuileg. 23. in fine. Et ex his venit etiam reijciendum, quod tradit Crot. l. si constante. 2. lectura. numero. 132. ſ. eod. in maritum non transferri dominium rerum dotalium æstimatarum, quia transferendo mulier faceret dotis conditionem deteriorem, quod ius non patitur. l. & Attilicinus. ſ. de pact. dotalib. contrarium enim colligitur ex supra traditis: nam si æstimatio inducit venditionem, nulla est ratio, cur per traditionem non transferatur dominium. l. traditionibus. C. de pactis. & in specie obseruat Bald. Nouellus de dote. 8. parte. 6. priuileg. numero 14. vers. accedat. Neque obstat Croti ratio, neque enim simpliciter per æstimationem fit deterior conditio dotis, cum & possit esse melior, quia periculum ad eam non pertinet. Anton. Rube. consil. 5. numer. 2. & si maritus non sit soluendo, lex mulieri succurrat, vt supra dictũ est. Item ex supra traditis explicãda sunt tradita per Baptist. de priuileg. dotalib. centuria 2. num. 14. quòd maritus inops non potest alienare res æstimatas: nam dicendum est, imò alienare posse, quanuis si soluendo non sit, lex irritet prædictam alienationem, vt supra diximus, & concedat mulieri reiuendicationem. Denique ex prædictis venit resoluendũ id, de quo dubitat Palac. rep. cap. per vestras. §. 21. numero. 3. pag. 157. si res sint æstimatæ, & maritus sit inops, ad quem pertineat periculum? nam dicendum est ad maritum sine dubio pertinere: nam reuocatio quæ fit in fauorẽ mulietis, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. & in specie colligitur ex generalitate. l. vnicæ. §. & cum lex. ad finem. C. de rei vxo. actio. tradit in specie Couar. practica. cap. 28.
28 numer. 8. ad finem.† Vltimò ad complementum istius limitationis, tria annotanda sunt. Primũ, quòd licet res æstimatæ de consensu vxoris alienẽtur, tamen si maritus non sit soluendo, nihilominus irritabitur alienatio, iuxta d. l. in rebus. Cum enim hoc casu res æstimatæ considerentur tanquam dotales, vt supra dictum est, inducetur regula d. l. vnicæ. §. & cum lex. in princip. C. de rei vxor. actio. & ita Bald. l. interest. in fine. C. de vsuf. Imol. hic in princ. Nouellus de dote. 8. parte priuileg. 7. Purpurat. l. ex conuentione. à num. 50. C. de pact. Couarr. practica. cap. 28. nume. 8. post medium. Item secundò, quòd cum mulier non posit vendicare res æstimatas, nisi in casu quo maritus non posit soluere æstimationem, ad hoc vt mulier vendicare posit, semper requiritur, quòd præcedat excussio bonorum mariti, ita vt constet, eum nõ habere bona, ex quibus possit soluere prædictam æstimationem: & ita Bald. l. in rebus. numer. 8. C. de iure dotium. Neguſ. de pignorib. 3. membr. 5. partis numer. 28. vers. ego autem. Roland. consil. 92. nume. 22. lib. 2. & notab. Purpurat. lex conuentione. à num. 53. C. de pactis. Ex quibus generalem regulam collegit Socin. consil. 55. numer. 2. lib. 1. quòd quando quis tantùm in subsidium conueniri potest, debet præcedere excussio in bonis illius, in quorum defectum tertius conueniri potest. Item & tertiò, quòd cum in prædicto casu mu

lier admittatur ad vendicandas res æstimatas: quia maritus non potest soluere æstimationem, si tertius, à quo res vendicantur, offerat prædictam æstimationẽ, excludet mulierem á vendicatione, prout & maritus eam excludere posset: arg. l. Paulus. §. final. s̃. quib. mod. pignus, vel hypotheca soluitur, & l. cum tibi. C. qui potio. in pigno. habeantur. & ita Socin. consil. 224. nume. 2. lib. 2. Iason. l. traditionibus. num. 20. C. de pact. Roland. consil. 92. num. 24. lib. 2. quorum opinionem aduersus Purpurat. & Neguſ. defendit Couarrub. practica. cap. 28. nume. 8. ad finem. Gutierrez tracta. de iuramento confirmator. 1. parte. cap. 1. num. 10. Et hæc de prima conclusione huius tex. Succedit igitur secunda, quòd si res dotales fuerint æstimatæ, apposito pacto, vt post solutum matrimonium res restituerentur, habita ratione augmenti, & diminutionis, quòd tunc res dotales quę extant, præcise restituendæ sunt, ac si nulla factae esset æstimatio. Ad cuis conclusionis explicationem aduertendum est, in hac materia quatuor formas huiusmodi
29 pactorum in iure inueniri expressas. † Prima est, quando rebus æstimatis ponitur pactum, quòd soluto matrimonio res dotales restituantur; & hæc forma proponitur à Iurisconsul. l. cum post. 70. §. cum res. s̃. de iure dotium. Secunda forma est, quando rebus æstimatis additur pactum, quòd res extantes restituantur: & de hac forma fit mentio. l. 1. C. solut. matrimonio. Tertia forma est, quando rebus æstimatis additur pactum, quòd soluto matrimonio res æstimatæ restituerentur eisdem pretijs, & de hac fit mentio. l. si inter virum. 21. C. de iure dotiũ. & l. final. s̃. de pact. dotalib. Quarta & vltima forma est, quando rebus æstimatis apponitur pactum, quòd res extantes restituantur, habita ratione augmenti, & diminutionis: & de hac forma loquitur is tex. De his quatuor formis pactorum sigillatim nobis agẽdum est. Et quo ad primam formam Iureconsul. d. l. cum post. §. cum res. aperte probat, tunc æstimationem non inducere venditionem, sed continere summam dotis, id est factam fuisse ad eum finem, vt sciretur quantitas dotis promissæ: non vero ad eum effectum, vt induceretur venditio. Ruin. consil. 134. nume. 4. lib. 4. Et confirmatur, quia vtrùm æstimatio inducat venditionem, nec ne? multũ pendet á cõiecturis: vt inquit Aretin consil. 84. nume. 1. ac proinde vbi fuerint probabiles cõiecturæ, quòd æstimatio non fuit facta ad eum finem, vt induceret venditionem, sed ad alium, nunquam æstimatio inducet venditionem. Paris. consil. 81. nume. 12. lib. 3. Socin. Iunior consil. 141. num. 11. lib. 1. notab. Purpurat. l. ex conuentione. num. 35. & nume. 39. C. de pactis. Et ex his ita explicatis infertur, quòd cũ in prædicta forma æstimatio non inducat venditionem, res dotales erunt periculo mulieris. l. plerumque. 11. in princi. s̃. de iure dotiũ. & tanquam dotales alienari non poterunt, etiam consentiente muliere. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. Sed in contrarium vrget l. in-
30 terest. 6. C. de vsufr. † vbi proponitur, fundum æstimatum fuisse datũ marito per vxorem, apposito pacto, vt post mortem mariti idem fundus redderetur: & tamẽ probat tex. maritum illum fundum hypothecare potuisse: quod non esset verũ, si propter prædictum pactum fundus cẽseretur dotalis, & non æstimatus, tunc enim etiam consentiente vxore hypothecari non posset. in princ. Instit. quib. alien. licet. Sed respondendum est, quod licet in d. l. interest. proponatur casus supra relatus: tamen illi explicite non respondet Imperator, sed tantùm implicite: nam cum in fine dicat, quod maritus potest hypothecare fundum, quando post solutum matrimonium nõ fundus, sed eius æstimatio reddenda est, implicite significat, quòd vbi ratione pacti non æstimatio, sed fundus reddendus est, nõ





poterit hypothecari per maritum: & ita est de mente glos. 1. d. l. interest. quã ibi sequuntur Bart. Bald. Paul. & Salicet. & sic cessat difficultas. Infertur secũdò explicatio ad l. plerumque. 11. §. final cum l. seq. s̃. de iure dotium. vbi videtur probari, quòd si res datur æstimata, adiecto pacto, vt res restituatur, periculum interitus pertinet ad maritum, periculum autem deteriorationis pertinet ad mulierem: quòd videtur repugnare supra resolutis. Sed respondendum est, pactum ibi fuisse alternatiue conceptum, vt vel res, vel æstimatio redderetur, & propter naturam alternatiuæ, quia res extincta præstari non potest, pro ea datur æstimatio, res autem deteriorata reddi potest; vt explicat Bart. l. si vt certo. §. nunc videndum. num. 4. s̃. commodati. & adde Nattam videndum cons. 650. nume. 4. lib. 4. & Socin. cons. 57. à num. 5. lib. 1. Infertur tertiò annotatio ad dictum Bald. l. quoties. num. 3. C. de iure dotium, quòd si rebus æstimatis, addatur pactum, quòd dos restituatur, censebitur inducta venditio: quia prædicta verba possunt intelligi, quòd dos restituatur, scilicet, quoad æstimationem: subscribit Socin. consi. 57. num. 8. lib. 1. Roland. cons. 92. num. 15. lib. 2. Purpurat. l. ex conuentione. nu. 36. C. de pactis. & latè comprobat Riminal. in princ. à nu. 46. Instit. quib. alien. licet. & probat Gregor. l. 18. tit. 11. part. 4. in gl. 2. Ex quibus colligas, magnam esse differentiam, vtrùm in pacto dicatur, quòd res dotales restituantur, vel quòd dos restituatur: nã primo casu æstimatio non inducit venditionem. d. l. cũ post. 70. §. cum res. s̃. de iure dotium: in secundo autẽ casu illa videtur inducta. † Ratio diffe
31 rentiæ est, quia primo casu pactum repugnat venditioni: nã si æstimatio illã induceret, nõ res, sed earũ æstimatio reddẽda esset. l. interest. 6. in fine. C. de vsuf. & l. quoties. 5. C. de iur. dot. In secũdo autem casu verba pacti nõ ita repugnãt vẽditioni, cũ verba possint verificari, etiã in æstimatione rerum dotalium, quæ dos appellari potest: vt aduertit Bald. d. l. quoties. in fine. C. de iur. dotiũ. & ideò si æstimatio facta est, & interuenit pactũ, quòd dos restituatur eo modo, quo data & recepta est, adhuc æstimatio inducet venditionẽ: quia verba prædicti pacti necessariò non repugnant venditioni quam æstimatio induxit. Corne. cons. 15. à nu. 5. lib. 2. Purpurat. l. ex conuentione. n. 75. C. de pactis. Quinimò consuluit Anton. Rube. cons. 5. quòd si facta æstimatione, addatur puctũ, vt prædia restituantur eisdẽ modis, & forma, qua data sunt, quòd æstimatio inducet venditionem, quia ea verba pacti, quòd prædia restituãtur eisdem modis quibus data sunt, possunt etiã referri ad æstimationẽ prędiorum à principio factã: subscribit Cephalus cõs. 78. nu. 2. lib. 1. Sed non placet hæc traditio, quia est cõtra regulã generalem. l. cũ post. 70. §. cũ res. s̃. de iure dotiũ. & magis in specie cõtra tex. l. quoties. 21. C. de iure dotiũ. & ibi Salic. in prin. & l. fina. s̃. de pact. dotalib. in quibus probatur, quòd si prædia sint æstimata, & addatur pactũ, vt eisdẽ pretijs prædia restituantur, interpretãtur Iurecons. æstimationẽ nõ inducere venditionẽ, sed videri factã, vt æstimatio rerũ datarum in dotẽ nõ ignoraretur. Ruin. cons. 134. nu. 4. lib. 4. ergò idem recipiẽdum est in casu Rubei, quia eadem militat ratio. Vbicumque igitur in pacto continetur, quòd res æstimatæ reddantur post solutum matrimonium, interpretandum est, æstimationem non inducere venditionem, vt constat ex supra traditis. Paul. hic nu. 3. & Salic. l. si inter. post prin. C. de iur. dot. Et hæc de prima forma. Succedit igitur secũda, cuius fit mentio. l. 1. C. solut. matrim. circa quã aduertendũ est, quòd cũ pactũ cõtineat, vt res extantes restituantur, tacitè videtur cautum, vt si non extent, censeantur æstimatæ, & sic restituatur æstimatio, secundùm quantitatem expressam
32 tẽpore pacti. † Ex quo cõsequitur, quòd

cum non videatur facta venditio, si res extent, earum periculum pertinebit ad mulierem, iuxta regulam. l. plerumque. 11. in princi.ſ. de iure dotiũ.Item quòd cùm quandiu extant, censeantur dotales, non poterunt alienari etiam consentiente vxore, iuxta principium. Institu. quib.alien. licet. Contrarium tamen cõcludit Paul.hîc numero.5.quòd imò cõsentiente vxore, prædictæ res etiam extãtes alienari possunt;quasi præcedens æstimatio efficiat viam quandam mediam eligi, vt scilicet fundus æstimatus, qui ex pacto reddendus est post solutum matrimonium,non possit quidem alienari inuita vxore; tamen ea volente alienari possit: ad quod expendit istum tex. & l.final.ſ.de pact. dotalib. Adducit etiam eam rationem, quòd facta æstimatione, videtur fundus venditus sub tacita conditione,Si mulier potius velit habere æstimationem quàm fundum. Cùm igitur consentiendo rem vendi per maritum, satis indicauerit se potius velle æstimationem, quasi purificata conditione,sub qua æstimatio inducebat venditionem, valida debet censeri alienatio:argumen. l.quod si fundus. 11.ſ. de fundo dotali. Quam cõclusionem probat etiam Bart. hic ad medium.& Alex.Salic. l.interest. ad finem.C. de vsufr. Palac. rep. rub. §. 17. numero.8.Nouellus de dote. 7. parte.speciali.1.num. 10. & 8. parte.6.priuil. numero.23.ad finem.& l.1. numer.161. ſ. eod. Couarrub.practica.cap. 28. num. 4.verſ. his vero prænotatis.& asserit receptum Campes.de dote.4.parte.quæst.26 ad finem. & latè defendit Riminald. in princ. à num.76.Instit.quib. alien. licet. Sed nostra illatio verior est:cum enim rebus extantibus,non censeatur facta venditio,res quæ dotales censentur, nõ poterunt alienari,etiam cõsentiente vxore.d. princ.Insti. quib. alien.licet. Itẽ tex.l.vnica.§.& cũ lex.ad finẽ.C. de rei vxo.actio. probat res æstimatas alienari posse,quarũ dominiũ & periculum maritie st:sed quãdo æstimatio facta est cũprædicto pacto, nec dominium est mariti,vt statim dicemus,nec etiã periculũ ad eum pertinet, vt supra diximus:ergò alienari nõ poterunt prædictæ res,etiã si vxor cõsentiat. Denique expendo. l. in rebus. 30. C.de iur.dot. dum pro rebus æstimatis & alienatis per maritum, concedit mulieri rei vendicationem:nam tex. ille duos habet
33 intellectus. † Primus est, vt intelligatur, quando maritus non est soluẽdo,vt tunc in subsidiũ detur mulieri reiuẽdicatio, vt ibi per glo.verb.æstimatæ.in fine.de quo intellectu supra diximus. Secundus est, quòd intelligatur derebus æstimatis, per eã tamen æstimationẽ,quæ nõ induxerit venditionẽ:nã tunc à principio cõpetit mulieri rei vẽdicatio ad repetendas res suas dotales,malè per maritũ alienatas,vt est de mẽte Bart.hic post princ.Signoro. nu.16. tradit Nouellus de dote.8. parte. priuileg.6. nu.23.ad finẽ.secundùm quẽ intellectũ probat d.l. in rebus. prædictas res nõ posse vllo modo alienari tanquam mere dotales.Et retẽta hac opinione,nõ obstant supra adducta pro contraria opinione.Nã ad primũ de isto tex.respondetur cũ glo.pen.hic,supplẽdam esse dictionẽ,Maximè. & cõmuniter recipitur hæc solutio,vt hic asserit Alex. post princ.& sic probabit is tex,quòd etiã cõsentiente vxore,in his terminis prædiũ alienari nõ posset:quod aperte impugnat cõmunem sententiã.Sed quia negari nõ potest,hãc respõsionẽ violare verba huius tex. & d. l.fin. ſ.de pact.dotalib. melius respõderi potest,istoiure indistinctè res dotales alienari posse,cõsentiente vxore, quãuis eas hypothecare non posset etiã volẽte vxore,vt habetur in princ.Instit.quib. alien. licet.Cæterũ hodie cũ prædictæ res non possint alienari,etiã cosentiente vxore.l. vnica.§. & cũ lex.C.de rei vxo.actio. meritò dicit glos.pen. hic supplendam esse dictionẽ,Maximè. & ita Signorol. hic n. 7.Fulgos.l.fin.ſ.de pact.dota.Riminal.in prin.n.75.Inst.quib.alie.licet.Sed & quia

hæc



hæc responsio aliquam violentiam literæ videtur inferre,ideò respondendum est, quòd cum is tex. faciat mentionem de rebus extantibus,videtur loqui in rebus mobilibus: nam in his proprie cadit distinctio,vtrùm extent,nec ne: vt aduertit Nouellus l.1. num. 161.ſ. eod. & de dote.7. parte. speciali. 1.nume.10.Planè in rebus mobilibus dotalibus alienãdis, nulla reperitur lex, quæ prohibeat earũ alienationem: vt colligitur ex l. final.C. de seruo pigno. dato. tradit Azo in summa.C.de fundo dotali.in fine.gloss. 1.in princip. Instit.quib.alien.Bart.l.1. num. 18.ſ.eod. & ibi Alciat. nume. 123. Nouellus de dote.7.parte. speciali. 1. nume. 4.† Vnde voluntas mulieris, quæ in hoc
34 tex. expenditur,non potest pertinere ad validitatem alienationis,sed potius ad illud,quòd cum virtute pacti maritus res mobiles extantes teneatur vxori restituere,si eas alienet inuita vxore, & non recuperet,vt illas ei tradat iuxta pactum, tenebitur ad interesse quanti plurimi, quasi eius culpa factum sit,ne res extantes restituantur vxori iuxta pactum. l. si possessor. 13. §.final.ſ. de petitio.hæred. l.si fundus. 16. §. in vendicatione. ſ. de pignorib. bonus tex.l.si filiofam.26.§.maritum.ſ.eod.l.illud.37. §.final. ſ. de donatio.causa mortis. & agnoscunt Cuma. hîc nume. 2. Imol.numer. 3. Signorol. numer. 15. Quòd si consentiente vxore fuerint prædictæ res alienatæ; quia tunc consentienti non fit iniuria.l.cum donationis.C.de transactio. non poterit mulier agere ad interesse, sed simplici æstimatione rei debet esse contenta.Cumã. hic ad finem. vel pretio, quod pro re habuit maritus.d.l.final.ſ.de pact. dotalib. Gutierrez de iuramento confirmato. 1. parte.cap. 1. numer. 13.quãuis id non satis perceperit Nouellus.l. 1. numer.161. ſ.eod.& de dote.7.parte.speciali. 1.num. 10. Non obstat etiam ratio Paul. supra relata pro communi sententia:quia respõdetur negando,stãte prædicto pacto,quo ad res extantes, videri aliquam contractam venditionem, sed tantùm in causum quo illæ non extarent.Cùm igitur quandiu res extent, necessariò sint reddendæ, & non earum æstimatio,non poterunt alienari,etiam consentiente vxore:vt in specie sentit. l. interest. 6. C. de vsufru.Si sanè res non extarent,etiam casu fortuito,& sine culpa mariti, nihilominus æstimatio reddenda est,quia prædictum pactum importat; quòd si quocũque modo res non extarent,earum præstaretur æstimatio: vt sentit is tex.& l. si res.13.§.1.ſ.de iure dotium. quicquid contrarium dicat Paul.hic num.3.Socin. consil.57.nu.4.lib.1.& Couar.practica.c. 28.nume.4.Contra quos facit,quia æstimatio facit periculum ad maritum pertinere: à qua actus natura non videtur re-
35 cessum, nisi quando res ipsæ extarent. † Si ergò non extent,æstimatio debet operari effectum suum. Et hæc de secunda forma. Succedit igitur tertia, quæ ponitur.l.si inter virum.21. C.de iure dotiũ. & l.final.ſ. de pactis dotalibus,quando facta æstimatione; apponitur pactum vt res restituantur eisdem pretijs:in qua forma propter pactum æstimatio non inducit venditionem, sed tantùm res dotales restituendæ sunt sub eodem valore, quẽ habebant tempore factæ æstimationis: subscribit Harmenopulus in promptuario iuris. lib. 4.tit.8. pag. 181. Anton.Rubeus consil.5.numer.3. Ad cuius explicationem debes aduertere,pactum illud importare, vt si res dotales sint in eadem bonitate qua datæ fuerunt;tunc restituantur vxori,si verò in aliquo fuerint diminutæ,vel etiã perditæ, sciatur sub qua quantitate & valore reddendæ sunt. Cùm autem ad hunc tãtum effectum æstimatio sit facta,intelligitur pactum,quòd si maritus teneatur prẽstare hanc deterioratio nem, vel peremptionem,sciatur sub qua quantitate res æstimanda sit,ad tollendã difficultatem probationis.Cuma.l. pen. §. mancipia.numer.1.ſ. eod. non autem videatur

videatur se obligasse ad deteriorationē, vel perditionem, vltra id ad quod tenere tur ratione contractus: argumen. l. contractus. ℣. de regul. iuris. Si igitur eius dolo vel culpa, saltem leui, hæc contigerūt, quia tunc secundùm naturam contractus dotis, de deterioratione, vel peremptione tenetur. l. etiam. 19. §. 1. ℣. eo. tenebitur hæc resarcire, secundùm æstimationem factam: si verò hæc contigerunt absque culpa eius leui, tunc cum secundùm naturam contractus non teneatur, non erit locus prædicto pacto: cui tantū locus esse potest, quando maritus de prædictis tenetur, & tantùm dubitatur de rerum æstimatione: & ita est de mente gl. final. d. l. si inter virum. & ibi Cyn. ad finem. Alber. & Salic. numer. 2. & hanc esse receptam sententiam asserit Socinus consil. 57. numero. 4. lib. 4. Gregor. l. 19. tit. 11. partit. 4. in glos. final. Est tamen aduertendum, quòd Paul. Castrens. hic nu. 3. existimat. quòd propter æstimationem maritus tenebitur hoc casu de leuissima culpa: allegat tex. l. penult. §. mancipia. ℣. eod. vbi Paul. numer. 1. idem notat: & subscribit Couarru. practica. cap. 28. nu. 3. & est de mente Bald. d. l. si inter virū.

36 post princip. † dum colligit, quod æstimatio in dote, non facit maritum teneri de casu fortuito; quasi velit, quod faciat eum teneri de culpa leuissima: quod etiam est de mente Socin. consil. 67. nu. 4. lib. 1. Sed prima opinio verior est, quia cum æstimatio tantū facta sit ad effectū de quo supra, nulla est ratio, cur debeamus dicere, eam transferre periculum in maritum. Item hoc casu non pertinet augmentum ad maritum. l. fin. ℣. de pact. dotalib. ergò neque debet pertinere diminutio. l secundùm naturam. ℣. de reg. iuris. Et tenendo hanc sententiam, non obstabit tex. in l. penulti. §. mancipia ℣. eod. quia in primis est aduertendum, quòd tex. ille dicit, mancipia æstimata, de quibus ibi, pertinere ad periculum mariti: quod licet Paul. supra relatus restringat, quando id periculum contingit culpa saltem leuissima mariti, tamen nimis restringit generalitatem illius text. quia verbum, Periculum. significat etiam casum fortuitum absque vlla culpa mariti, vt declarat idem Paul. l. sed etsi quis. §. quæsitum. num. 6. ℣. si quis cautio. notab. Ripa de peste. tit. de priuileg. contract. in causa pestis. numer. 72. Item quòd aduersus decisionem d. §. si mancipia. nimis vrget. l. 1. C. solut. matrimon. vbi gloss. Albe. & Salice. latè insistunt circa solutionem. & gloss. l. si mancipia. 19. ℣. de iure dotium. & ibi Iacob. Cumanus, Goffred. & Duaren. d. l. penul. §. mancipia. ℣. eod. Aliam etiam concordiam assignat Azo in summa. C. de iure dotium. numero. 27. quam probauit l. 20. titu. 11. partit. 4. & ibi Gregor. in glossa final. & ideò cum ea lex multos habeat intellectus, non potest in ea fieri fundamentū, iuxta doctrinam Bartol. l. in ambiguo. ℣. de rebus dubijs. Vel etiā potest responderi, quòd in specie d. §. mancipia. constabat. mancipia esse in periculo mariti: vt ibi aduertit Duaren. Sed in dubio contrarium erit dicendum per supra tradita. Pro vera tamen resolutione huius difficultatis, & vero intellectu iurium supra allegatorum aduertendum est, quòd vbi mancipia dantur æstimata, & additur pactum, vt eisdem pretijs restituantur, hoc pactum in effectu importat, vt si extent, restituantur eisdem pretijs, & à contrario si non extent, tunc restituatur æstimatio; quasi æstimatio precedens adiuncta pacto sequenti, eum inducat effectū, vt si tempore restitutionis dotis, non extent mancipia, censeantur æstimata: si verò extent, tunc censeantur dotalia, vt supra diximus in secunda forma. Item quòd licet extantia censeantur dotalia, & ita periculum deteriorationis ad mulierem pertineat. l. plerumque. 11. in princip. ℣. de iure dotium. id tamen intelligitur, nisi hoc contingat culpa saltē leui mariti: nam etiam in rebus dotalibus





bus maritus tenetur de leui culpa. l etiā. 19. §. licet. ℣. eod. l. penult. in princip. ℣. eod. † vnde vt pactum, quòd extantia re-

37 stituantur eisdem pretijs, aliquid operetur intelligendum est, quòd debeat restitui eisdē pretijs, etiā si deterioratio contingat citra eā culpam, quam maritus tenetur præstare ratione dotalis cōtractus, & sic quantūcunque deterioratio contingat leuissima culpa mariti, de qua secundùm naturam contractus ipse non tenetur. Ex quibus ita præmissis infertur intellectus ad text. l. penult. §. mancipia. ℣. eod. & ad tex. similem. l. si mancipia. 19. ℣. de iure dotium. nam in illis iuribus præcesserat æstimatio mancipiorū dotalium, & posteà fuit additum pactū, vt sub eodem pretio, & æstimatione restitueretur: quod pactum respectu seruorum extantium importabit, vt maritus teneatur de deterioratione etiam cōtingente culpa leuissima mariti, quia aliàs pactum nihil operaretur: & ita procedat opinio Paul. hic numer. 3. & aliorum supra relatorum: respectu verò non extantium operabitur, quòd periculum pertineat ad maritum, quasi eo casu æstimatio seruorum simpliciter videatur facta, iuxta supra dicta. Et ideò Iureconsult. d. §. mācipia. vsus est verbo, Periculo. quod est generale, & significat casum contingentem culpa mariti, vel etiam sine eius culpa: vt resoluit Iason. l. sed etsi quis. §. quæsitum. numer. 30. ℣. si quis cautio. nā quoad seruos extantes, dicentur serui esse periculo mariti, quia tenetur de leuissima culpa, ad quam aliàs non tenebatur secundùm naturam cōtractus. Quo ad seruos autem non extantes verificabūtur prædicta iura in periculo etiam casu fortuito contingente: cum enim in eo casu æstimatio videatur simpliciter facta, indistinctè periculum pertinebit ad maritum, vt supra diximus in secunda forma. Infertur etiam vera concordia inter l. 1. C. soluto matrimon. & d. l. penul. §. mancipia. ℣. eod. nam in d. l. 1. pactum erat, quòd serui extantes restituerentur:

38 quod intelligebatur, † vt restituerentur vti essent, nisi quatenus culpa secūdū naturam contractus obligaret maritum: cùm igitur ratione pacti, nullum nouū periculum ad maritum pertineret, partus ancillæ ad eum non pertinet. Sed in d. §. mancipia. pactum fuerat, vt extantes serui restituerentur eodem pretio, quod importat, vt maritus teneatur, etiā si contingat deterioratio eius culpa leuissima: quod periculum efficiet, vt partus ad eum pertineat: & ita Albe. d. §. mācipia. & Græci glossatores. l. si mancipia. ℣. de iure dotium. Infertur etiam explicatio ad l. si inter virum. 21. C. de iure dotium. vt in specie illius tex. pactum illud, quòd reddantur species eodem pretio, non solùm operatur, quòd sciatur valor rei, nec necessum sit illum probare, vt existimarunt supra relati. Aym. videndus consil. 548. numer. 12. lib. 3. & Socin. cōs. 57. num. 3. lib. 1. sed etiam operabitur, vt maritus teneatur de deterioratione contingente leuissima culpa mariti, de qua ille non tenebatur secundum naturam cōtractus. Quòd si nulla culpa eius interueniat, sed merus casus fortuitus, tunc non tenebitur ratione pacti: vt sentit glo. final. ibi, & alij supra allegati. Quare dum glos. 1. in fine. l. si inter virum. sentit, quòd si res non sit deteriorata in substantia, sed tantùm in valore extrinseco, quòd æstimatio cōsiderāda est, debet intelligi, quòd consideretur prima æstimatio, neque consideretur diminutio hæc pretij extrinsecus proueniēs: cū enim ea cōtingat sine vlla culpa mariti, de ea minimè tenebitur: vt ibi declarāt Cyn. Alb. & Salic. n. 2. Greg. l. 19. tit. 11. par. 4. in gl. fin. Infertur etiā explicatio ad l. si inter. 21. in fin. C. de iure dot. dū à patribus habet, q̄ res sit deteriorata, vel perdita: nā dicēdū est hanc æquiparationē verā esse, præsupposito q̄ maritus teneatur de deteriorātione, vel perditione, vt scilicet vtroq; casu soluēdus sit valor secūdū æstimationē

à principio declaratam, ſed nihilominus intelligendum eſt, quòd diuerſo modo ſtante prædicto pacto teneatur: nam ſi res extant, de deterioratione non tenebitur, niſi ſaltem culpa leuiſsima eius interueniat, vt ſupra diximus: ſed rebus peremptis, tenebitur æſtimationem reſtituere, etiam ſi res perierint caſu fortuito; cum in hunc caſum venditio rerum videatur ſimpliciter facta, vt probauimus
36 ſupra in ſecunda forma.† Infertur etiã explicatio ad l. 18. in fine. tit. 11. partit. 4. dũ referens pactũ, de quo in d. l. ſi inter virum. C. de iure dotium. dicit periculum eſſe mulieris, & non mariti: nam debet intelligi, quòd caſus mere fortuitus pertinebit ad vxorem: ſi tamen res deterioretur culpa, ſaltem leuiſsima mariti, id periculum ad eum pertinebit, vt conſtat ex ſupra traditis. Denique infertur annotatio ad tradita per Paulum hic numero. 5. dũ reſoluit, quòd ſi fundo æſtimato addatur pactum, quòd idem fundus reſtituatur, non obſtante æſtimatione fundus cenſebitur dotalis; operabitur tamẽ æſtimatio, vt fundus ille alienari poſsit conſentiente vxore: item quòd maritus teneatur de deterioratione contingente culpa eius, ſaltem leuiſsima: nam ex ſupra reſolutis dicendum eſt, imò hoc caſu fundum cenſeri mere dotalem, & ob id alienari non poſſe etiam conſentiente vxore, vt ſupra probauimus aduerſus Paul. & ſequaces. Et multò minus maritus tenebitur de deterioratione contingẽte eius leuiſsima culpa, ſed tantum de ea, quæ contingit leui culpa iuxta naturam contractus. l. cum poſt. 70. §. cũ res. ſ. de iure dotiũ. vt enim teneatur de deterioratione contingẽte eius leuiſsima culpa, oportet pactum interueniſſe, vt res reſtituerẽtur eodem pretio, vt ſupra declarauimus. Vltimò infertur, eam eſſe differentiam inter hanc tertiam formam, & ſecũdam, de qua egimus ſupra, quòd in ſecunda, ſi res extant, non tenetur de deterioratione, niſi contingat eius culpa leui, ſecũdùm naturam contractus: ſed in hac tertia tenebitur, etiam ſi contingat mariti leuiſsima culpa: ex quo deſcendit differẽtia, quæ colligitur ex l. 1. C. ſolut. matrimonio adiuncta l. penul. §. mancipia. ſ. eo. declarando vt ſupra. Quarta & vltima forma eſt, quando æſtimato fundo additur pactum, vt poſt ſolutum matrimonium fundus reſtituatur habita ratione
40 augmẽti, & diminutionis,† quo caſu etiã æſtimatio non inducit venditionem: vt probat is tex. notat Ruin. conſil. 134. nũ. 4. lib. 4. Circa quod pactum in primis eſt aduertendum, quòd Socin. conſil. 57. n. 5. lib. 1. dicit hoc pactum ſemper ſubintelligi: nam licet ſimpliciter in pacto dicatur, quòd eadem res reſtituatur, ſemper ſubintelligitur hoc pactum, licet non fuerit expreſſum; aſſerens ita concludere modernos in hac l. & ſubſcribunt Couarrub. practica. cap. 28. numer. 4. verſi. tertio. Gregorius l. 19. tit. 11. partit. 4. gl. 1. ad finem. Sed non eſt vera hæc opinio, quia quando ſimpliciter dictũ eſt, quòd res æſtimata reſtituatur, cenſetur mere dotalis, & ideò diminutio & augmentũ pertinet ad vxorem, vt ſupra diximus: ſed quando exprimitur hoc pactum, inducit, quòd ſi diminuatur res etiam culpa leuiſsima mariti, teneatur rẽ reſtituere ſecundum valorem expreſſum in æſtimatione: ex quo ſuccedit effectus expreſsus. l. pen. §. mancipia. ſ. eod. Item inducit, quòd ſi augmentũ aliquod fiat in re, illud pertineat ad vtilitatem mariti, vt explicat Socin. d. conſil. 57. numer. 4. lib. 1. & Gregor. d. l. 19. tit. 11. partit. 4. gloſſ. 1. qui quidem effectus, remoto pacto, minime ſequentur, vt conſtat ex l. final. ſ. de pact. dotalib. Verius ergò dicendũ eſt, quòd ſtante prædicto pacto, ſi quidem res non extent, periculũ ſemper erit mariti, quaſi eo caſu æſtimatio inducat venditionem: vt colligitur ex iſto tex. & ſupra tradidimus: ſi verò extent, & tamen ſint apud tertiũ, coget mulier maritum, vt eas redimat & reſtituat, aliàs tenebitur

ad



ad intereſſe. tex. hic. & explicat Paulus num. 3. & ſupra tradidimus: ſi verò ſint apud maritum, & tamen deterioratæ, tunc maritus tenetur ſoluere æſtimationem factam à principio, dum modò hæc deterioratio contingat culpa ſaltem leuiſsima mariti: ſecus ſi caſu fortuito, vt ſupra declarauimus. Item dũ modò hæc deterioratio contingat circa ſubſtantiã rei: ſecus ſi circa valorem extrinſecum; hanc enim deterioratiõnem maritus non ſoluet, quia ſine vlla eius culpa contingit. Cyn. Albe. & Salic. d. l. ſi inter virum. & ſupra diximus, niſi agatur de pecunia, in qua regulariter non poteſt conſiderari deterioratio, niſi ratione valoris extrinſeci: nam tunc ſi fiat pactum quòd pecunia reddatur ſub eadem æſtimatione, vt pactum aliquid operetur, præſtanda eſt pecunia ſecundùm valorem, quẽ pecunia habebat tẽpore contractus. Bar. l. Paulus. ad finem. ſ. de ſolutio.† idem l.
41 penul. §. mancipia. ſ. eod. quem non intelligentes immeritò improbant Imol. & Alexan. d. §. mancipia. & Campeſ. de dote. 2. parte quæſt. 89. Remoto autem prædicto pacto, quòd pecunia reddatur ſub eodem valore, ſufficiet pecuniã tradere eandem quoad numerum, quantũcumque eius valor extrinſecus mutatus ſit. Bart. d. l. Paulus. nu. 10. ſ. de ſolutio. Boeri. deciſio. 327. num. 4. & numer. 9. Menoch. conſil. 49 num. 49. lib. 1. Cùm autem damnum & lucrum à pari procedant. §. illud. Inſtit. de ſocietat. quemadmodum damnum de deterioratiõnis non pertinet ad maritum in prædictis terminis, niſi eius culpa ſaltem leuiſsima interueniat, vt ſupra diximus: ſic etiam & lucrum augmenti ad eum non pertinebit, niſi illud procedat ex aliquali mariti deligentia, vt in ſimili diſtinguit Palac. rep. rub. §. 62. num. 16. Quare in terminis. l. final. ſ. de pact. dotalib. ſtante pacto huius tex. illud augmentum ad maritũ pertinebit, & non ad vxorem, quia ex diligẽtia mariti videtur prouenire. l. 3. ſ. ad Falcidiam. Et idem in quocunque alio augmento extrinſecè proueniente, in quo ſcilicet diligentia mariti conſiderari poſſit. Couarrub. ita intelligendus practica. cap. 28. numer. 4. qui addit, augmentum intrinſecum, virtute iſtius pacti ad maritum non pertinere: intellige tu, quia hoc accedit ſine vllo facto, vel diligentia mariti. Exemplum colliges ex l. 4. ſ. de iure dotium. & ex traditis per Gregorium l. 18. titu. 11. partit. 4. verbo. O eſtimada. Couarrub. de ſponſa. 3. parte. cap. 7. §. 1. numer. 9. Molina lib. 1. de primog. cap. 26. n. 18.† Et hæc ſatis in hac materia. In
42 tellectum autem l. æſtimatæ. 52. ſ. eod. tractauimus in princip. huius legis. Intellectum verò l. ſi filiofam. 54. ſ. eod. inuenies. l. 3. ſ. eo. & intellectum. l. maritus facere. 55. ſ. eod. reperies. l. maritum. ſ. eo. Denique intellectum. l. ſi quis ſic. 57. ſ. eo. latè tractauimus in rubr. ſ. eod. in 1. parte. & ideò prædictarum legum peculiaris omittitur interpretatio.

SVMMA-

## SVMMARIA EORVM QVÆ TRACTANTVR in interpretatione. l. Vsufructu. 58. ff. Soluto matrimonio.

1 *Vsusfructus in duas diuiditur species.*
2 *Vsusfructus alteri cedi non potest, absque domini consensu.*
3 *Sed tantũ commoditas ipsius vsusfructus.*
4 *Differentia est inter ius vsusfructus, & commoditatem fruendi.*
5 *Explicatur l. necessario. §. final. ſ. de pericul. & commod. rei vendit.*
6 *Et ex ea multa notabilia colliguntur.*
7 *Explicatur l. si domina. C. de vsufr.*
8 *Explicatur l. sed an viæ. 12. ſ. de pignorib.*
9 *Expenduntur dicta Bar. l. 1. nu. 5. ſ. de vsufru. legato.*
10 *Et qualiter commoditas seruitutis in alium transferri possit.*
11 *Explicantur casus nostri tex.*
12 *Et ostenditur tantùm in vltimo casu subesse difficultatem.*
13 *Maritus tenetur dare commoditatem fructuũ hæredi mulieris, etiam ea mortua.*
14 *Restitutio vsusfructus facienda est eo modo quo de iure potest.*
15 *Emphiteuta, & feudatarius, an possint vsumfructum alteri concedere?*
16 *Explicatur regula. l. final. C. de rebus alien. nõ aliendis.*
17 *Commoditas decimas percipiendi, potest trãsferri in laicum.*
18 *Vsusfructus potest restitui vxori de consensu proprietarij.*
19 *Explicatur l. 4. ſ. de nouatio.*
20 *Et ex eo multa inferuntur.*
21 *Agitur de intellectu. c. nuper de donatio. inter virum.*
22 *Explicatur l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotiũ.*
23 *Explicatur l. Iulianus. ſ. de fundo dotali.*
24 *Explicatur l. 3. §. penul. ſ. de reb. eorum.*
25 *Mulier potest dare in dotem emphiteusim, vel feudum, sine domini consensu.*
26 *Pater vtrum possit dare in dotem filiæ emphiteusim, sine domini consensu.*
27 *Prohibitio alienationis non intelligitur de necessaria, & qualiter hoc sit intelligendum.*
28 *In dubio ex causa necessaria sola commoditas emphiteusis videtur translata.*
29 *Emphiteusis eadem transit in successorem, & non noua videtur constitui in eius persona.*
30 *Explicantur dicta Bart. hic in fine.*
31 *Maritus non potest impedire restitutionẽ emphiteusis datæ in dotem, eo prætextu, quod mulier ceciderit in commissum, & dominus emphiteusim ei concesserit.*

# INTERPRETATIO Legis Vsufructu, 58. ff. Soluto matrimonio.

TEXTVM hunc summe difficilem reputat Duarẽ. hic ad finem, agiturque in eo, qualiter vsusfructus datus in dotem, debeat vxori restitui: vt notat Gamma decisio. 314. numero. 8. totaque difficultas videtur procedere ex natura vsusfructus & restitutionis dotis: cum enim res dotales reddi debeãt post solutum matrimonium, eo modo, quo



quo acceptæ fuerunt. l. 2. in princip. ſ. eod. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. & vsusfructus eam habeat naturam, vt à persona vsufructuarij separari non possit. l. 4. ſ. de nouatio. dubium ergò insurgit, qualiter datus in dotem restituí possit? Ad cuius quæsiti resolutionem aliqua præmittenda sunt in materia vsusfructus, necessaria ad materiæ explicationem. Primò igitur præmittendum est vsumfructum in duas diuidi species, scilicet in vsumfructũ causalem, & in vsum fructum formalem: † vt hic tradit glos. verbo, à viro. quam sequuntur Bartolus. Baldus, & Imola, numero. 2. idem tradit glossa. in principio. Instit. de vsufructu. Bartolus. l. 1. numer. 4. ſ. de condictio. ex lege. Vsusfructus formalis dicitur, qui separatur à proprietate, cuius diffinitio ponitur. l. 1. ſ. de vsufructu. & dicitur seruitus personalis. l. 1. ſ. de seruit. vsusfructus autem causalis appellatur, quia pendet ab eadem causa dominij, & cum ipso dominio est conglutinatus. l. si cum testamento. 21. §. si fundum. ſ. de exceptio. rei iudicatæ. l. si ita stipulatus. 126. §. 1. ſ. de verbor. obligatio. l. Sempronius. 26. ſ. de vsufructu. legat. tradunt Angel. hic numero. 2. Cuman. numero 1. & esse receptam traditionem asserit Alex. l. si ita stipulatus. §. 1. nu. 2. ſ. de ver. obligatio. Iason. §. æque si agat. num. 4. Instit. de actio. & aduersus moderniores defendit Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 2. parte. num. 10. & optime defendi potest, si consideres vsumfructum causalem cõpetere quidem domino rei in habitu, & non in actu. l. vti frui. in prin. ſ. si vsusfrupetat. l. cum in fundo. 81. post prin. ſ. de iure dotium. sed postquam separatur à dominio, tunc & in actu incipit competere ei cui conceditur, & ideò ex tunc incipit appellari formalis. l. quod nostrum 70. ſ. de vsufru. & ad hunc modum explicanda sunt verba. l eum qui ita. 56. §. qui proprietatem. ſ. de verbor. oblig. Secundò præmittendum est, quòd cum vsusfructus sit seruitus personalis. l. 1. ſ. de vsufru. & ob id cum persona extinguatur. l. corruptionem. C. de vsufr. §. finitur. Instit. eod. si vsusfructus concedatur alicui pro se, & hærede, morte quidem illius extinguetur vsusfructus, & ratione stipulationis, nouus constituetur in persona hæredis. l. stipulatio ista. §. sed etsi quis. ſ. de verbor. obligatio. l. qui vsumfructum. 43. §. 1. ſ. de vsufruct. Similiter si dominus proprietatis consentiat vsumfructum in alium transferri, iuxta istum tex. vers. Vel si se non, idem vsusfructus non videbitur translatus, sed potius nouus constituetur in persona illius, in quem voluntate domini facta fuit translatio. l. 4. & ibi Bart. ſ. de nouatio. Ripa. l. re coniuncti. num. 69. ſ. de leg. 3. fingitur enim prius traditus domino & breui manu per dominum de nouo constitutus in persona cessionarij. l. quod nostrum. 70. ſ. de vsufr. & hic explicat Bal. col. 1. ad finem. Quo fit vt nõ debeat amplius haberi respectus ad personam cedentis, in cuius personaiam videtur extinctus vsusfructus, sed in alterius persona nouus videtur constitutus vsusfructus, ita vt ex eius persona tantùm extingui debet. l. 4. ſ. de nouatio. tradit glos. hic verbo constituatur. & Imol. nume. 5. Præterea & ex eadem ratione, quòd vsusfructus sit seruitus personalis, consequitur, quòd fructuarius suum vsumfructum alij cedere non potest, citra domini consensum: iura enim personalia regulariter cedi non possunt. l. ex pluribus. 43. ſ. de administ. tuto. & in specie probat l. vsufructu. 9. C. de vsufr. & l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotium. §. finitur. Instit. de vsufr. notat Ancharran. consil. 106. num. 7. Fulgos. l. si is qui. §. final. nu. 4. ſ. pignorib. Paul. l. cotem ferro. §. fin. nume. 5. ſ. de publican. Ripa. l. obligatione. numer. 7. ſ. de pignorib. & plures relati per Pinel. l. 1. C. de bon. mat. 3. parte. num.

num. 38. † Cæterum huic conclusioni ni
2 mis repugnat tex. l. arboribus. 13. §. vsus fructuarius. ſ. de vsufruct. vbi Iureconsu. pro regula constituit, quòd vsusfructuarius potest vsumfructum suum vendere, & sic in alium transferre, quòd etiã probat. l. non vtitur. 43. eod. tit. idemque facere posse, etiam inuito domino, probat. l. cui vsusfructus. 74. ſ. de vsuf. & l. in venditione. 8. post princip. ſ. de bon. autho. iudic. & in princ. Instit. de vsu. & habitat. per quæ iura hanc conclusionem secure tenet Albe. l. 1. nu. 4. C. de bonis mater. Panor. cap. nuper. num. 5. de donatio. inter virum. Balduin. §. finitur. Instit. de vsuf. & vti veriorem opinionem probat. Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. parte. nu. 39. Sed non est recedendũ à prima conclusione, quæ bene deducitur ex iuribus supra allegatis: & quia certum est, vsumfructum eundẽ non posse in alium transferri cum personæ cohæreat. l. 4. ſ. de nouatio. Item nec posse nouum constitui per fructuarium, qui rei dominus non est: ergò impossibile est dicere, fructuarium suum vsumfructum in alium transferre posse citra proprietarij consensum. Necobstantiura adducta in contrarium, nam intelligenda sunt, quòd fructuarius posit vendere vsumfructum, non quoad ius vtendi & fruẽdi, id enim fieri nullo modo potest, per rationem supra relatam, sed tantùm quoad commoditatem percipiendi fructus: quia licet fructuarius non posit cedere ius vsusfructus, cõmoditatem tamen percipiendi fructus in alium transferre potest. l. necessario. §. final. ſ. de pericul. & commod. rei vẽd. Et hoc modo prædicta iura incontrariũ adducta cõmuniter intelligi asserit Ant. Gomez. 2. tomo. cap. 15. num. 15. & l. 70. Tauri num. 33. Couarrub. resol. lib. 1. c. 8. num. 7. Hermanot. Detus. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 18. ſ. de acq. possessio. Tiraq. lib. 1. retract. §. 26. glo. 1. nu. 43. & ante eos glo. hic verb. interpositis. & Cuman n. 1. Et cõfirmatur hæc ref ponsio ex mẽte. l. arboribus. 13. §. vsusfructuarius. & l. nõ vtitur. 45. ſ. de vsuf. dũ dicunt, quòd si fructuarius vendat vsumfructũ, vel donet, non amittit vsumfructũ, quasi eo nõ sit vsus, quia satis est per aliũ vti: inepta enim esset dubitatio Iurecõs. vtrùm fructuarius videretur vti vsufructu, nisi intelligat, nõ obstante venditione, vsumfructũ quoad ius remanere adhuc in persona fructuarij vendẽtis, quia ab eius persona separari non potuit quoad ius, sed tantùm quoad cõmoditatem
3 fruendi. † Nec huic recepto intellectui obstãt rationes Pinel l. 1. C. de bon. mat. 3. parte. nu 39. quòd iura supra allegata dicunt, vsumfructuarium posse vendere vsumfructum: & exponere, id est cõmoditatem fructuum, magna impropriatio est. Item, quia admissa communi interpretatione, prædictæ ll. videtur impositæ verbis, & non rebus, aduersus regulam l. 2. in fine. C. communia de legat. nam ad primã respondetur, ea iura in generalitate sua sentire, quod licet fructuarius dicat se vẽdere vel donare vsumfructũ, valeat quidẽ venditio & donatio, quia vt actus valeat, exponetur, quòd vendit & donat vsumfructũ, quoad cõmoditatem fruẽdi: vt expressè tradũt Bald. & Salice. l. 1. C. si pignus pignori datũ sit. Soci. cõs. 66. nu. 7. lib. 3. Curt. Iunior. cõs. 142. n. 15. Aymõ cons. 52. nu. 5. & cõs. 222. n. 8. ad finẽ. quibus adde Aretin. l. filius à patre. col. 5. post mediũ. ſ. de libe. & post h. si autẽ constaret fructuariũ voluisse vendere, vel donare vsumfructũ quoad ius vtendi, nõ valeret talis venditio vel donatio, iuxta cõmunem opinionem quã defendimus. Ad secundam rationem respõdetur, imò inter vsumfructum & cõmoditatem vtendi & fruendi, multas esse reales differentias, vt prosequitur Iason. l. cũ filio. à num. 157. ſ. de leg. 1. & Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glo. 7. à nu. 46. Et quoad propositũ nostrum ea est elegans differẽtia, quòd si fructuarius posset vẽdere ius suũ, emptor censeretur fructuarius, & consequenter



quenter tantùm per illius mortem extinqueretur vsusfructus, non autẽ per mortem vendentis, qui iam non haberet vsũfructum: imò neque per mortem proprietarij. l. 3. C. de vsufr. & in specie. l. si legatum. 4. ſ. quib. mod. vsuf. amittat. l. si quis vsumfructum. 29. ſ. de vsufr. legat. agnoscit glo. hic verb. constituatur. Bart. l. 4. in fin. ſ. de nouatio. Et tamẽ si tantũ conceditur facultas percipiendi fructus, cùm ius vsusfructus maneat penes concedentem, eius morte extingueturvsusfructus, & consequenter facultas fruendi per eũ concessa, vt est expressum in. l. necessario. §. final. ſ. de peric. & commod. rei vẽdit. & c. nuper. vbi ponitur ratio de donatio. inter virum. agnoscit glo. hic verb. interpositis. & Imol. nu. 5. Item maritus in nostra materia non potest transferre ius vsusfructus in vxorẽ: & tamen potest transferre commoditatem vtendi, vt probatis tex. ad finẽ. & l. si vsusfructus. 69. ſ.
4 de iure dotiũ. † Prædictis aptè annectitur quæstio, vtrùm si constet fructuariũ voluisse vsumfructũ in aliũ transferre citra domini consensũ, ob hoc debeat amittere ius suum? In qua quæstione glo. §. finitur. verb. cedendo. Instit. de vsufr. existimat, fructuariũ in prædicto casu amittere ius suũ, ac ob id eo casu vsumfructũ cõsolidari cũ proprietate: sequitur Faber ibi in fin. per. l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotiũ. & idẽ tenet glos. d. l. si vsusfructus. verb. vsumfructũ. Baptist. de priuil. dotalib. centur. 3. nu. 21. & nu. 22. & asserit receptũ Ias. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 80. & ibi Ripa nu 88. ſ. de verbor. obliga. Anto. Gomez. l. Tauri. 70. nu. 33. & plures quos refert Portoles tract. de consortib. c. 8. nu. 15. Contrariũ tamẽ, imò propter prædictam cessionẽ inutilem, fructuariũ non amittere ius suum, tenet glo. l. arboribus. 13. verbo, donare. ſ. de vsufruct. Aretin. d. §. duo fratres. num. 29. latè Pinelus d. l. 1. C. de bonis maternis. 3. parte. num. 39. Quod verius videtur per d. §. finitur. Instit. de vsufruct. ibi: Nihil agit, adiuncta regula. c. non præstat. de regul. iuris in. 6. Et quia cum cessio vsusfructus non valeat propter naturam ipsius, quæ nõ patitur illum separari à persona, succedit regula, quòd propter alienationem in se inutilem, nemo amittit ius suũ Bald. receptus. l. 2. num. 3. C. de Episcop. audient. Neque repugnat tex. l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotium. quia tantũ probat, fructuarium non posse cedere vsumfructum, nisi domino proprietatis: quod si extraneo cedatur, id est, non habenti proprietatem, nihil in eum trãsfertur, sed ad dominum proprietatis reuertitur vsusfructus. Expende igitur, quòd non dicit Iureconsul. vsumfructum statim redire ad proprietarium, sed quòd in futurũ reuertetur ad dominum proprietatis, scilicèt, suo tempore post finitum vsumfructum in persona fructuarij, inutiliter cedentis: atque ita duo significat, quòd in vsufructu in dotem dato non potest cadere vera & propria restitutio, cùm vsusfructus transferri non possit in eum, qui nõ sit dominus proprietatis. Item, quòd si ius pateretur hunc vsumfructum transferri posse in vxorem, tunc is vsusfructus non reuertetur ad dominum per mortem primi fructuarij, sed potiùs per mortem vxoris, in quam iure vsusfructus esset translatus, vt probat. l. 4. ſ. de nouationib. & significat. l. si legatum. 4. ſ. quibus modis vsusfruct. amittatur. & l. si quis vsumfructum. 29. ſ. de vsufruct. legato. Et iuxta hæc venit explicandus texr. l. necessario. §. final. ſ. de pericul. & commod.
5 rei vend. † dum probat, quòd si ille, qui tãtùm habet ius vsusfructus, illud vendat, morte vendentis extinguitur venditio vsusfructus, ita vt emptor non posit agere de euictione aduersus hæredem venditoris, quanuis dum venditor viuit, etiã si emptor vsusfructus moriatur, vsusfructus venditus debeat remanere penes hæredem emptoris: si autem dominus proprietatis vendat vsumfructum, per mortem vendentis non extin-

extinguetur vsusfructus venditus, ac ita
hæres eius renebitur ratam habere ven-
ditionem. l. si patri. 3. C. de vsufru. morte
autem emptoris finitur vsusfructus, iux-
ta regulam. §. finitur. Instit. de vsufr. Ra-
tio huius differentiæ est, quia primo ca-
su cùm fructuarius tantùm habeat ius v-
susfructus inseparabile à persona, licet di
cat illud vendere, tamen vt actus valeat,
interpretabimur perceptionem fructuũ
fuisse venditam, ex gloss. recepta. d. l. ne-
cessario. §. final. verbo, tuum. Cùm igitur
hæc commoditas pendeat à iure vsusfru
ctus, extincto vsufructu per mortem vẽ-
dentis, in necessariam consequentiam
extinguetur facultas percipiendi fructus
ab ipso vsufructu dependens. l. cum
principalis. ĵ. de regulis iuris. & in mate-
ria probat. l. lex vectigali. s̃. de pignorib.
c. nuper. de donation. inter virum. In se-
cundo autem casu, quãdo proprietarius
vendit vsumfructum, vsusfructus magis
pendet à causa dominij. l. quod nostrũ.
70. s̃. de vsufr. & ideò prout dominium
non extinguitur morte proprietarij. l. cũ
hæredes. in princip. ĵ. de acquir. possessio
ne. ita etiam neque ius vsusfructus ab eo
dependẽs. Transibit igitur ad hæredem
proprietarij, qui tenebitur eam venditio
nem ratam habere. l. 3. C. de vsufruct. &
tamen morte emptoris extinguetur, ne-
que transibit ad eius hæredem. §. finitur.
Institu. de vsufruct. Iuxta quam explica-
tionem ex dict. l. necessario. §. final. mul-
ta notabilia colligenda sunt in hac mate
ria. Primũ est, quòd licet quis solùm ha-
bens vsumfructum, dicat se vendere vsũ-
fructum, vt actus valeat, non interpreta-
bimur, quòd voluerit ius vtendi, & fruẽ-
di transferre, cùm secundùm iuris ratio-
nes non possit, sed potiùs interpretabi-
mur, etiam aduersus verborum proprie-
tatem, facultatem percipiendi fructus
fuisse concessam, ex gloss. 1. dict. l. neces-
6 sario. §. fin. † quam ibi sequuntur Bald. &
Alber. Areti. l. 1. §. si quis ita. col. pen. post
medium. ĵ. de verborum oblig. &. l. filius
à patre. col. 5. post medium. ĵ. de liber. &
posthum. Quam tamen collectionẽ im-
probat Molina libr. 1. de primogen. cap.
19. num. 23. per verba d. l. necessario. §. fi
nal. ibi: Vtrùm ius vtendi & fruẽdi, quod
solùm tuum sit, vendas: ergo probat tex.
quòd fructuarius potest vendere ius vtẽ-
di, & fruendi: ergo ipsum vsumfructum,
qui nihil aliud est, quàm ius vtendi, &
fruendi. l. 1. s̃. de vsufr. Sed tamen defen-
dendo communem, huic inductioni res-
ponderi potest, text. quidem probare, q̃
licet fructuarius dicat se vendere ius v-
tendi, & fruendi quod habet in re: tamẽ
vt actus valeat, verba impropriantur, &
intelligimus commoditatem fruendi
fuisse venditam, vt constat ex suprà rela
tis: & ex eo fit manifestum, quia aliàs nõ
posset procedere differentia assignata
per Iureconsul. d. l. necessario. §. final. Si
enim fructuarius posset transferre ius v-
tendi & fruendi in venditorem, non es-
set verum, morte vendentis fructuarij, v-
sumfructum emptoris extingui; imò cũ
ius vsusfructus in persona emptoris con-
stitueretur, eius tantùm morte debuit ex
tingui. l. 4. ĵ. de nouatio. significat. l. si vsus
fructus. 69. s̃. de iure dotium. &. l. si lega-
tum. 4. s̃. si vsusfructus amittatur. Vt ergo
differentia ibi assignata procedat, neces
riò debet admitti communis interpreta-
tio, de qua suprà. Quare si in specie d. l. ne
cessario. §. final. dictum esset, quòd ven-
debat fructuarius ius vtendi & fruendi,
eo modo quo illud habebat; quia tunc
constat de voluntate fructuarij, volentis
verum ius vtendi & fruendi transferre,
non valeret prædicta venditio, iuxta su-
prà tradita. Item & ex d. l. necessario. §. fi.
illud colligendum est, quòd vbi commo
ditas vsusfructus trãsfertur in aliquẽ, mor
te fructuarij trãsferẽtis extinguitur com
moditas in aliũ trãslata, ita vt is non pos-
sit agere de euictione, aduersus hæredes
fructuarij transferentis: vt etiam probat
l. si quis domum. 6. §. hîc subiũgi. s̃. locati.
de quo diximus. l. diuortio. in princip. s̃.

eo.



eo. & tradit Paul. l. 4. in fin. ĵ. de nouatio.
Tertiò ex d. l. necessario. §. fin. collige, q̃
commoditas vsusfructus locata alteri, nõ
extinguitur morte cõductoris, sed potiùs
transit ad eius hæredẽ, iuxta regulam. l.
viã. C. de locato: & in specie Angel. §. fi
nal. num. 2. Insti. de locatio. Licet diuer-
sum sit, si proprietarius locet vsumfructũ
propriũ alteri: nam morte cõductoris ex
tinguitur locatio, neque transit ad hære
dem conductoris, tex. est. l. si domina. C.
7 de vsuf. † secũdùm vnum glo. intellectũ.
C. de vsufr. quẽ ibi probant Bart. Bald. &
Salice. extollit Iason. in addition. ad Portiũ.
§. item quæritur. post princ. Instit. de
locatio. Cremens. sing. 170. Rauenas sin-
gul. 374. Boeri. cons. 13. nu. 5. Vltimò ex
d. l. necessario. §. fin. colligendum est, q̃ si
verus vsusfructus vendatur, vel aliter cõ-
cedatur, morte quidem concedentis nõ
extinguitur vsusfructus. l. 3. C. de vsufru.
sed morte fructuarij extinguetur, neque
transibit ad eius hæredem. §. finitur. Inst.
de vsufru. Ex quo colliges differentiam,
quæ est inter vsumfructum, & commo-
ditatem vsusfructus: nam vsusfructus nõ
extinguitur morte illum concedentis, &
tamen extinguitur morte fructuarij: per
contrarium commoditas extinguitur
morte concedentis, non autem morte
illius, cui concessa fuit, vt cõstat ex suprà
dictis, & notat Roman. hîc num 1. Vlte-
riùs ex suprà resolutis infertur intelle-
ctus ad. l. si is qui. 11. §. final. s̃. de pignor.
vbi probatur, ius vsusfructus dari posse
pignori, vel hypothecæ: nam debet in-
telligi quoad commoditatem: nam ius
vsusfructus inseparabile à persona, ne-
que iure pignoris, neque alio modo in a-
lium transferri potest. l. 4. ĵ. de nouation.
& ita in specie gloss. final. l. qui filios. C.
quæ res pignori. & gloss. l. qui prædium.
C. si res aliena pignori. & asserit receptũ
Neguſ. de pignorib. 3. memb. 2. partis. nu
mer. 9. ad finem. Ripa. l. obligatione. nu.
7. s̃. de pignoribus. Ad quod expendo d.
l. si is qui. §. final. dum probat, creditorem

2. Tom.

ratione hypothecæ tuendum esse in vsu
fructu, eadem ratione qua emptor v-
susfructus in illo tuendus est: sed emptor
non est tuendus nisi quoad commodita
tem vsusfructus, vt est expressum. l. ne-
cessario. §. final. ergo pariter creditor ra-
tione hypothecæ tuendus est quoad cõ
moditatem fruẽdi: quidquid sentiat Cu-
man. hîc num. 7. Et ad hunc modum ve-
nit explicanda. l. sed an viæ. 12. s̃. de pig-
noribus. dum probat, etiam seruitutes ru-
sticas posse hypothecæ concedi. Itẽ pos-
se illas creditorem vendere, si pecunia
debita non soluatur: nam debet intelligi
quoad commoditatem, vt colligitur ex
illis verbis, Creditor vtatur, & in specie
Ripa. l. obligatione. numer. 6. ad finem. s̃.
8 de pignoribus. † Cui adde. l. 1. ĵ. de vsufr.
legat. vbi probatur, vsumfructum seruitu
tis rusticæ legari non posse: & tamen cõ-
moditatem seruitutis relinqui posse. Ex
quo Ripa vbi suprà infert, quòd etiam
seruitus vrbana hypothecari potest quo
ad commoditatem, quia eadem militat
ratio: quod etiam tenet Duarenus lib. 2.
disputationũ. cap. 13. Quod tamen non
est verum, quia d. l. si is qui. 11. §. fina. s̃. de
pignorib. apertè probat, seruitutes vrba-
nas pignori dari non posse: vnde vt bo-
na sit differentia ibi constituta inter ser-
uitutes vrbanas & rusticas, dicendum
est, quòd licet seruitus rustica possit pig-
nori concedi quoad commoditatem, vt
suprà diximus: tamen seruitus vrbana, e-
tiam quoad commoditatem pignori cõ
cedi non potest: vnde videndum est de
ratione huius differentiæ: & vltra alios
illa esse videtur, quia quando commodi-
tas in aliũ transfertur, ea est mẽs partiũ,
vt trãsferens illã non habeat, sed potiùs
ille, in quẽ trãsfertur. l. necessario. §. fin. s̃.
de peric. & commod. reiẽd. Quæ quidẽ
mẽs partiũ verificari potest in seruitutibus rusticis, quæ regulariter in facto ho-
minis consistunt: non sic autem verifica-
ri potest in seruitutibus vrbanis, quæ
in plurimum sunt continuæ, & per

ii 2 ipsa

ipsa ædificia retinentur absque alio facto hominis. l. si ædes. 31. §. final. ſ̃. de seruitu. vrban prædio. Non potest igitur cõmoditas ita acquiri creditori, vt etiã eãdẽ nõ habeat venditor dominus prædij vrbani hypothecati: & ideò prædicta differentia constituitur: quod sentit Connanus (licet prædicto modo non declaret) libr. 4. commentariorũ. cap. 14. num. 3. Vnde si des seruitutem vrbanam, quæ etiam in facto hominis consistat, non procedet prædicta differentia, sed idem obseruabitur in huiusmodi seruitute vrbana, quod obseruatur in rustica, quia in vtraque incipit militare eadem ratio: prædicta enim differentia fuit constituta habito respectu ad communiter accidentia, vt in simili obseruat Paulus. l. seruitutes. 4. numero. 2. ſ̃. de seruitut. Neque est omittẽdum ad perfectionem suprà traditorum, quod Bartolus. l. 1. numero. 5. ſ̃. de vsufru. legat. existimat, seruitutes rusticas posse concedi creditori quoad commoditatẽ. dicta. l. sed an viæ. 12. ſ̃. de pignoribus. ex parte illius, qui debet prædictas seruitutes: nam ille cui debentur, non potest illas transferre in alium, etiam quoad cõmoditatem: allegat. l. ex meo. 24. ſ̃ de seruitut. rusticorum prædiorum. vbi probatur, quòd quis non potest concedere vicino haustum aquæ ex riuo, per quem iure seruitutis aquam ducit. Facit etiam. l. locare. 44. ſ̃. locati. † Quæ tamen declaratio vera non est, quia imò dict. l. si is qui. §. final. cum. l. sequẽte. ſ̃. de pignoribus. apertè loquitur in eo cui debetur seruitus. Et patet, quia si restringas adeum qui debet seruitutem, differentia ibi posita per Iureconsultum redditur inanis: cùm expeditum sit, quem in fundo suo, tam rustico, quàm vrbano, plures seruitutes, etiam quoad ius constituere posse. l. qui per certum. 16. ſ̃. communia prediorum. Et præterea, quòd etiam ex parte habentis seruitutem, valeat concessio, quoad commoditatem, probat. l. 1. ſ̃. de vsufr. lega. Neq; obstat text. d. l. ex meo. ſ̃. de seruit. rusticor. prædior. quia respondeo, quòd procedit, quando ille, cui debetur seruitus, commodat vtilitatem seruitutis, vt ea vtatur quis ad vtilitatem sui fundi: hoc enim fieri non potest, obstante regula. l. non modus. C. de seruit. Sed quando vtilitatem seruitutis quam habes, in alium transfers, vt ille pro te ea vtatur, id fieri permittitur, quia non mutatur modus seruitutis, imò tu per illum, in quem transfers, seruitute videris vti. l. 1. §. is cuius. & l. 3. §. vti videmur. ſ̃. de itine. actuque priuato. l. non vtitur. 45. ſ̃. de vsufr. Et si obijcias: Quã vtilitatem igitur percipiet is, in quem commoditas seruitutis transfertur, si ea vti non potest nisi ad fundum concedentis? respondetur, quòd postquam peruentum est ad fundum concedentis, tunc poterit ille, in quem translata est commoditas, vti ea etiam in vtilitatem fundi proprij: nam modus seruitutis consistit in termino à quo, vsque ad terminum ad quem: postquam autem peruentum fuerit ad terminum ad quem, quilibet eadem seruitute vti potest, domino fundi dominantis consentiente: quod probat. l. 1. §. illud Labeo. ſ̃. de aqua quotid. & æstiua. tradit Alexand. consil. 69. num. 1. lib. 5. Deci. consilio. 244. num. 5. Ripa. l. quominus. num. 83. ſ̃. de fluminibus. Corrasius. l. 1. num. 125. ſ̃ de seruitut. Et ad hoc expendo. l. sed an viæ. 12. ſ̃. de pignoribus. ibi: Creditor vtatur, si vicinum fundum habeat. ostendit enim, qualiter vtilitas seruitutis eo casu verificari posit: quod etiam sentit ibi: Et eas vendere vicino liceat. dicit enim, quòd creditor ratione hypothecæ potest vendere seruitutem habenti prædium vicinum, scilicèt quoad vtilitatem, vt suprà diximus, & vicinus ea vtetur ad fundum suum, exemplicando iuxta. l. 1. §. illud Labeo. ſ̃. de aqua quotidia. & æstiua. & suprà tradita. † Ex his igitur latè deductis constat, vsumfructuarium non posse in alium transferre vsumfructum, quoad ius vtendi, sed tantũ quoad



sed tantùm quoad commoditatem fruẽdi. Iuxta quæ principia tractat hîc Iureconsul. si vsusfructus datus sit in dotem, post solutũ matrimoniũ, qualiter restitui debeat vxori? Item ea mortua, qualiter restitui debeat eius hæredi? Ad quarum quæstionum decisionem Iurecons. tres casus distinguit, & considerat, de quibus sigillatim nobis agendum est. Primus ergo casus in hac materia est, quando maritus erat proprietarius rei, in qua vxor habebat vsumfructum, & ipsa marito proprietario dedit vsumfructum in dotem; & hoc casu prædictæ quæstiones sunt expeditæ: nam vsusfructus datus proprietario, consolidatur cũ ipsa proprietate. §. finitur. Instit. de vsufr. Neq; enim res propria alicui seruire potest. l. vti frui. ſ̃. si vsusfrupetat. & post solutum matrimonium, vxori de nouò maritus constituet vsumfructum, iuxta. l. quod nostrum. 70. ſ̃. de vsufruct. & sic fit restitutio vsusfructus, eo modo quo in dotem datus est, vt est expressum in. l. cùm in fundo. 81. in princ. ſ̃. de iure dotium. & ibi notat gloss. 1. l. si maritus. 7. §. final. ſ̃. de fundo dotali. tradit gloss. hîc. verb. eius. Barto. ante num. 1. Angel. num. 2. Paul. num. 1. ad finem. mortua autem muliere, antequam vsusfructus constituatur de nouo per maritum, hæredi mulieris non erit constituẽdus. Cùm enim maritus debeat, & posit restituere verum vsumfructum, etsi ei illum restituisset, morte vxoris finiretur, & consolidaretur cum proprietate mariti. d. §. finitur. Institut. de vsufru. minimè erit restituendus hæredi: adeò quidem, vt si maritus fuerit in mora restituendi vsumfructum, non tenebitur quidem hæredi mulieris restituere vsumfructum ob rationem suprà assignatam: sed tantùm tenebitur soluere id quod mulier fuisset habitura ex vsufructu, si maritus in mora restituendi vsumfructũ non fuisset: argum. l. si pater. 5. in fine. C. de vsufr. & l. si filiofamiliàs. 26. §. maritũ. ſ̃. eodem. & in specie sentit is text. ad fin. versic. quippe si. Et ad hunc modum debet declarari is text. in versic. si cùm haberet. Secundus casus est, quãdo vxor erat proprietaria, & ex causa dotis constituit marito vsumfructum, & hoc casu etiam expeditum est, † quod cùm maritus possit cedere vsumfructum datum in dotem vxori proprietariẹ, iuxta. §. finitur. Instit. de vsufr. locum habet vera, & propria vsusfructus restitutio: & similiter post mortem vxoris, maritus eum restituet hæredi: cùm enim proprietas quæ erat mulieris, ad hæredem transeat, ei etiam poterit fieri propria restitutio vsusfructus, iuxta rationem de qua suprà: & probat. l. cũ in fundo. 81. versic. ipsius autem. ſ̃. de iure dotium. Vnde dum is text. in versiculo si cùm haberet. dicit, hoc casu fundum esse restituendum hæredi mulieris, quia si maritus non esset in mora restituendi, vxor cum proprietate illum transmitteret ad hæredem, ea ratio pertinet ad reddendam decisionem clariorem: tamen non est necessaria, quia etsi maritus non esset in mora restituendi vsumfructum, deberet nihilominus maritus illum restituere hæredi vxoris, ob rationem suprà assignatam. Tertius & vltimus casus est, quando aliquis constituit in proprio fundo vsumfructum pro dote mulieris, vel etiã quando maritus, vel vxor proprietarij, antequam veniret dies restituendi dotem, fundum alienarunt, & sic desierunt esse proprietarij: in quo casu insurgit difficultas circa prædictas quæstiones: nam cùm maritus habeat tantùm vsumfructum, neque posit illum restituere vxori, quæ non est proprietaria, neque etiam illi de nouo vsumfructum constituere, cũ ipse maritus tãtũ vsumfructũ habeat, insurgit dubitatio circa modũ restitutionis, cũ in his casibus maritus nõ posit vsumfructũ formaliter restituere vxori, obstante regula. §. finitur. Insti. de vsuf. & l. 4. ſ̃. de nouatio. Et in hac difficultate Iurecons. vers. si vero aliena. cõcludit, q̃ cũ ppriæ vsusfructus restitutioni secũdũ iuris

iuris principia locus esse non posit, tenebitur maritus cedere mulieri commoditatem vsusfructus, præstita cautione de ea non molestanda. Item quòd eam obtinebit, dum ipsa mulier vixerit. Goffredus hîc nu. 2. nam vt suprà diximus, quãuis fructuarius non posit vsumfructum in alium transferre, potest tamẽ fructuũ commoditatem l. necessario. §. fina. ſ. de pericul & commod. rei vend. Faciet igitur restitutionem, quam potest, scilicèt, transferendo commoditatem vsusfructus, cùm illam quam facere tenebatur, minimè posit implere: ex quo in fine infert Iureconsul. quòd & hanc facultatẽ percipiendi fructus, mortua vxore, tenebitur hæredi facere: nam cùm iam nunc non posit agi de restitutione vsusfructus, sed de restitutione facultatis percipiẽdi fructus, † succedit regula, quòd cõ-
12 moditas extinguitur quidem morte cõcedentis, non autem morte illius cui concessa est, vel concedi debet: quia quãdiu viuit concedens, illa durat, etsi moriatur ille cui concessa est, illam ad hæredẽ trãsmittit, vt probatur. l. necessario. §. final. ſ. de pericul. & commod. rei vend. & suprà tradidimus. Ex quo colliges, meliorẽ effici conditionem mulieris, quando sola cõmoditas restituenda ei est, quam quãdo debet restitui vsusfructus. Nam primo casu ius suum reliquit hæredi, non autem in secundo. Imol. hîc num. 5. Paul. col. 2. vers. item quare. Ratio differẽtiæ procedit ex natura vtriusque, nam vsusfructus extinguitur morte fructuarij, non sic cõmoditas fruendi, vt suprà dictũ est: quod intelligas, siue maritus fuerit in mora restituendi hanc commoditatem vxori, siue non fuerit, quia adhuc militat suprà dicta ratio: & quia cùm post solutum matrimonium maritus consequatur vtilitatem, quæ ad vxorem pertinebat, meritò illam mulieris hæredi restituit. l. quoties. 17. ſ. de iure dotium. Facit. l. qui alienam. 33. j. de donatio. causa mortis. l. rescriptũ. 12. §. 1. ſ. de distract. pignorum. & in specie Bartol. hîc num. 2. ad finem. & Imol. num. 5. & Cuman. num. 7. Ex quibus infertur, quòd si in specie huius tex. mulier haberet solum vsumfructum, & illum cõcederet marito in dotem, qui non esset proprietarius, tunc propria fieret restitutio: nam cũ vxor non potuerit transferre in maritum ius fruendi. l. 4. j. de nouatio. sed tantùm commoditatem fructuum. l. necessario. §. final. ſ. de periculo & commodo rei vend. maritus hanc eamdẽ cõmoditatem potuit iterum in vxorẽ transferre, iuxta hunc text. & sic locus erit propriæ restitutioni. Infertur secundò, quòd si in primo casu huius text. maritus alienauit proprietatem fundi, antequam veniret dies restituendi dotem, cùm tunc ipse solus fructuarius sit, neque posit cedere vsumfructum vxori, tenebitur commoditatem vsusfructus illi tradere, & cõsequenter eius hæredi, iuxta istum textũ in fine, explicatum vt suprà: & ita glo. 1. hîc ad finem. Quã tamen impugnat Bartol. hîc numer. 3. quia cùm vxor tantùm tradiderit marito vsumfructum, qui in vita mulieris tantùm erat duraturus, nõ potest plus obtinere à marito, quàm cõcesserit: subscribit Imol. hîc num. 3. expendens istum textum, vers. sed puto. dum generaliter inquit, quòd maritus hæredi vxoris non tenetur vsumfructum restituere, non distinguens, vtrũ maritus alienauerit proprietatem, necne? Sed nõ est
13 recedendum à gloss. opinione. † Neque obstant rationes adductæ in contrariũ, quia ad primam respondetur, quòd cùm propter alienationem maritus non possit propriam restitutionem vsusfructus facere, ob rationem de qua suprà, eius loco tenetur commoditatem vsusfructus vxori concedere, & sic cum sua natura, vt transeat ad hæredem mulieris, iuxta. l. necessario. §. fin. ſ. de pericul. & comod. rei vend. ita vt cùm in onus mulieris sit inductum, vt fiat ei tantùm restitutio cõmoditatis, in alio releuetur, vt hanc commoditatem posit hæredi relinque-

re.



re. Paul. hîc colum. 2. versicu. item quare. Non obstat secundum de isto text. expẽso vt suprà, quia tex. loquitur in casu, quo maritus retinet proprietatem, & sic potuit veram restitutionem vsusfructus facere: tunc enim verum est, quòd hæredi mulieris eam non tenetur facere, vt suprà diximus: sed vbi propter alienationẽ proprietatis, non potest vsusfructus fieri restitutio, sed tantùm commoditas restituui potest, locum habebunt suprà tradita. Tertiò infertur, quòd si in secundo casu huius tex. mulier proprietaria, quæ cõstituit vsumfructum ex causa dotis, fundum interim alienasset, quia ei propriè vsusfructus restitutio fieri non posset, cõmoditas ei erit restituenda, & consequẽter locum habebit is text. in fin. Duaren. hîc ad medium. Et est text. l. cùm in fundo. 81. versic. quod si alienauerit. ſ. de iure dotium. addens, quòd si maritus hoc casu vsumfructum non vtendo amiserit, tenebitur vxori æstimationem vsusfructus soluere, quia si non amisisset, tenebatur illum vxori restituere eo modo quo de iure posset: quòd si maritus vsumfructum non amisit, tunc probat d. l. cùm in fundo. vers. sin autem vsumfructum. maritum non amittere vsumfructum per mortem vxoris, quia scilicèt ille nõ amittitur, nisi per mortem fructuarij, qui hoc casu est maritus. Cæterùm addendum est, quòd licet hoc casu illum non amittat: tamen si soluatur matrimonium per mortem vxoris, tenebitur illum restituere hæredi mulieris, eo modo quo potest, scilicèt quoad commoditatem fruendi: quæ commoditas est trãsmissibilis ad hæredem, vt suprà diximus. Quartò infertur, quòd vbi id quod datur in dotem, secundùm iuris rationes non potest restitui eo modo quo datum est, tunc pro vsufructu præstanda est commoditas, quam fructuarius, secundùm iuris rationes in alium transferre potest, vt suprà dixi-
14 mus. † Vel etiam pretium prædictæ vtilitatis soluere, si in hoc partes cõuenerint, iuxta regulam. l. 2. §. 1. ſ. si certũ petat. vt colligitur ex isto text. versic. si verò. Vnde colliges, quòd non inconuenit, apud vnum esse ius vsusfructus, & apud alium commoditatẽ percipiẽdi fructus: vt etiã probat. l. necessario. §. final. ſ. de peric. & comod. rei vend. notat Oldrad. consilio 102. ad finem. Molina libr. 1. de primog. cap. 20. num. 11. Ex quo Bald. hîc ad medium. collegit, quòd licèt emphyteuta non posit alienare ius emphyteuticum sine domini consensu. l. final. C. de iure emphyteutico. tamen commoditatem prædicti iuris poterit in alium transferre sine consensu domini: subscribit Cumanus hîc num. 5. Imol. num. 2. Alexan. numer. 1. Fabian. de emptio. & vend. q. 211. num. 53. Nouell. l. 1. num. 365. ſ. eod. Lõgaual. l. imperium. num. 229. ſ. de iurisd. omniũ iudic. Quibus addendum est, q. poterit emphyteuta sine domini consensu ius vtendi, & fruendi, & sic verũ vsumfructum in alium transferre. l. 1. & ibi notat Bald. ſ. quib. mod. vsusfr. amittatur. & præsupponit Bart. l. 3. §. ex contrario. nu. 14. j. de acquir. possessio. & ibi Alexand. num. 36. Iason. l. final. num. 112. C. de iure emphyt. & Alexan. cons. 120. in fine. libro. 1. & alij citati per Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 7. num. 47. Molinã libr. 1. de primoge. cap. 20. num. 6. Est tamẽ aduertendum, quòd gloss. cap. 1. verb. alienationes. de capitulis Conradi. resoluit, feudatarium in rebus feudalibus nõ posse constituere vsumfructum sine domini consensu. Quod receptum esse asserit Alexand. d. §. ex contrario. num. 37. & ibi Iason num. 65. Curt. Iunior tract. feudorum. 4. parte. q. 15. Iulius Clarus. §. feudũ. q. 37. ad finem. Grat. cons. 24. num. pen. lib. 1. Ergo idem recipiendum est in emphyteuta, cùm sit eadem ratio: quod ita hac ratione tenet Roman. sing. 620. Cremens. sing. 85. & asserit receptum Berol. q. 95. in princ. Pro concordia tamen dicendum est, quòd vsusfructus duraturus vltra tempus quo durat ius emphyteutę,

vel feudatarij,concedi non poteſt, ſed duraturus,quandiu durauerit ius concedentis,conſtitui poterit.l.lex vectigali.ſ. de pignorib. Quæ concordia colligitur ex cap. 1.§.quid ergo. de inueſtit.de re alien.facta.vbi expreſsim prædicta concordia aſsignatur in ſeruitute reali conſtituta per feudatarium in rebus feudalibus,& ibi notat Bald.num. 3.gloſſ. 1.l.3. C.de ſeruit.Cæpolla de ſeruit. vrbanor. prædio.cap.14.num.2.Iaſon.l.final.nu. 118.C.de iure emphyt.Afflict. deciſion. 380.num.2.Boeri.deciſio.181.nume. 3. Molina lib.1.de primogen.cap.20.nu.2.
15 †Ergo pariter eadem diſtinctio admittẽda eſt in vſufructu cõſtituto per emphyteutam,vel feudatarium,quia militat eadem ratio:& in ſpecie probat cap.nuper. de donation.inter virum. & agnoſcunt Iaſon d.§.ex contrario.nume. 66.in fine. Afflictis cap.1.§.prætereà.num. 5.de capitulis Conradi.Beroi.q.familiari.95. numer.11.Ex qua concordia colligo, quòd ideò valet prædicta vſusfructus conſtitutio ſine domini conſenſu: quia magis accedit commoditati fructuum percipiendorum,quàm vero & propriovſufructui: nam ſi accederet vero vſufructui,nõ extinguetur morte concedentis.l.3. C. de vſufr.ſed quia accedit magis commoditari fructuũ percipiendorum,morte concedentis illa extinguitur.l. neceſſario. §.final.ſ.de peric.& commod. rei vend. & ita huiuſmodi vſumfructum propriè non poſſe dici vſumfructum aſſerit Pinelus.l.1.C.de bon.mater. 3. parte. nu.71. verſ.addo etiam.Telli.l.Tauri.5.num. 8. quidquid repugnet Molina lib.1.de primogen.cap.19.à num. 21. Et in hoc ſenſu recipi poteſt opinio illorum,qui dicũt emphyteutam non poſſe concedere verum vſumfructum ſine domini conſenſu,poſſe tamen concedere commoditatem fructuũ percipiendorũ ſine domini conſenſu.Bald.hîc col.2.ad mediu. Alexand.conſil.18.num.1.&.4.lib.5.Iaſon.l. filiusfamil.§.diui.2.lect.num.84.ſ. de legatis.1.Grat.conſil.24.num.pen.libro.1. Nam ex prædictis dicendum eſt,quòd licèt ſub nomine vſusfructus fiat conceſſio:tamenvalebit,quia attento effectu,reſoluitur in facultatem percipiendi fructus.Item & iuxta hæc venit explicanda l.final.C.de reb.alien.quæprobat,prohibitum alienare, non poſſe in re vſumfructum,vel ſeruitutem realem cõſtituere: nam Iaſon.l.final.numer.118. C.de iure emphyt.ſentit,eam regulam tantũ procedere in ſimpliciter prohibito alienare, & non habere locum in prohibito alienare ſine domini conſenſu: is enim ſine domini conſenſu poterit vſumfructum & ſeruitutem conſtituere: & ita etiam Boeri.deciſio.181.num.2.Corraſ.l.3.nu.
16 25.ſ. de ſeruit.† Sed is intellectus nimis reſtringit generalitatem d.l. final. C. de reb.alien.non alien. Et ideò ex ſuprà dictisveriùs reſoluendum eſt,nos agere de vſufructu qui non debet durare vltra vitam concedentis, qui magis aſsimilatur commoditati percipiẽdi fructus,& ideò non cadit ſub prohibitione d.l.fin.prout neque continetur conſtitutio ſeruitutis, quæ non debet durare vltra vitam conſtituentis.cap.1.§.quid ergo.de inueſtit. de re alien.facta. Denique ex prædictis infertur annotatio ad tradita per Molinam lib.1.de primogen. cap.19.num.29 dum tenet,quòd ſi in maioratibus ſit abſoluta prohibitio de non alienando,non poterit poſſeſſor maioratus vſumfructũ conſtituere,etiam duraturũ ad eius vitã, per d.l.final.C.de reb.alienis.quod & repetit d.lib. 1.cap.20.à num.8.hæc enim opinio ex ſuprà dictis confunditur:neq; enim prohibitio d.l.final.comprehendit vſumfructũ duraturũ tantũ ad vitam cõſtituentis,vt ſuprà probauimus. Facit.l. peto.§.prædium.ſ.de lega.2. Et quia nõ obſtante prædicta prohibitione, poteſt poſſeſſor alteri concedere facultatẽ percipiendi fructus,vt colligitur ex iſto tex. & agnoſcit Molina d.lib.1.cap.20.nu.11. Ergo pariter debet concedi conſtitutio vſus-



vſusfructus duraturi ad vitam concedẽtis,qui magis aſsimilatur facultati percipiẽdi fructus,vt ſuprà probauimus. Qua etiam ratione poterit conſtituere ſeruitutem realem ad vitam duraturam. cap. 1.§.quid ergo.de inueſt. de re.aliena. facta.gloſſ.1.l.3.C.de ſeruit.Pinel.l.1.C.de bon.matern.3.par.num.71.ad finem. Padilla.l.3.num.13.C.de ſeruitu. quidquid repugnet Anton.Gomez.l.Tauri.40.numer.85.Molina lib.1.de primogen. cap. 20. num.4.& num.13.Prætereà ex ſuprà traditis infert Bald.hîc col.2.ad fi. quòd licet in laicum non poſsit trãsferri ius decimarum.c.cauſam.de præſcription.cap. prohibemus.de decimis.tamen facultas percipiẽdi decimas, in laicum transferri poteſt.c.veſtra.adiuncta gloſſ.1.de locato.ſubſcribunt Imol.hîc num. 3. Alexã. num.2.Ruin.conſil.142.num.19.libr.5. Quibus adde Alberic.l.neceſſario.§.fin. ſ.de peric.& commod.rei vend. Sed veriùs reſoluẽdum eſt,quòd ſi facultas percipiendi decimas,concedatur per titulũ per quem transfertur vtile dominium, ita vt percipere debens, eas ſuo nomine percipiat,indiſtinctè nõ valebit hæc trãſlatio facta in laicum,propter generalitatem.c.prohibemus.de decimis. & colligitur ex cap.cùm Apoſtolica.de his,quæ fiunt à prælatis.Sed ſi fiat per titulum locationis, vel ſimilem,per quem non trãſfertur dominium,tunc valebit ea conceſſio facta ad modicum tempus. c. veſtra. de locato.cap.final.ne prælati vices ſuas. non autem ad longum tempus. Clemẽ. 1.de reb.eccleſ.id quod ſentit Paul. hîc num.3.& conſil.363.libr.1.† dum reſol-
17 uit, quòd facultas percipiendi decimas, poteſt transferri in laicum, dum modo hæc translatio fiat ad modicum tẽpus: ſecus ſi fiat ad longum tempus, nam tũc hæc translatio non valebit:allegat gloſſ. pen.c.quanuis.de decimis.& gloſſ.c.fin. verbo,temporalia.de rerumpermutatio. & cap.vltim.verbo,non licere.16.quæſt. 1.quæ prædicto modo declarant, quas probat Panor.cap.ad hæc.in fine. de decimis.Imol.cap.2.num.7.de locato.Qui tamen clarius dicere potuiſſent, valere translationem prædictæ facultatis,quando per eam non transfertur dominium, vt contingit in locatione facta ad modicum tempus:non autem poterit fieri per locationem ad longum tempus,quia per eã vtile dominium trãsfertur.l.1.§.quod autem.ſ.de ſuperficieb. Ratio huius differentiæ eſt, quia conductor laicus non facit decimas ſuas, niſi poſtquam eas perceperit de voluntate domini.l. ſi ſeruus. §.locaui.ſ.de furtis. decimæ autem poſtquam ſunt perceptæ,conſiderantur tanquam fructus temporales, & ideò illarũ laicus hoc caſu capax cenſetur:ſed quando vtile dominium transfertur in laicũ, etiam ad modicum tempus, laicus decimarum dominus efficitur, antequã ſint perceptæ,& illas colligit ſuo nomine:qd iure canonico prohibitum inuenitur. c. prohibemus.de decimis.Quare ſi in trãſlatione vtilis dominij expreſsè fuiſſet declaratum,quòd laicus non reciperet decimas nomine ſuo,ſed potiùs nomine eccleſiæ,tanquam eius procurator valebit conceſsio : quia laicum percipere ſpiritualia nomine eccleſiæ, non inuenitur prohibitum.Ripa cap.2.num 55.de iud. & quia ſtante prædicta declaratione,laicus non facit decimas ſuas, niſi poſt fructus perceptos, & ſic incipit tunc militare eadem ratio, quã ſuprà aſsignauimus in locatione:& ita in ſpecie Couar. reſolutio.lib.1.cap.17.num.5.& nos probauimus.l.Titia.ſ. eodem.ibi videas. Vlteriùs ex hoc tex.ibi: Vel ſi ſe, colligendum eſt aliud remedium, quo vſusfructus poſsit reſtitui vxori,ſcilicèt,quòd volente proprietario,maritus vſumfructum vxori reſtituat,nam tunc propria etiam videbitur facta reſtitutio : quia prius translatus videtur in proprietarium conſentientẽ, & ſic conſolidatus cum proprietate: & ruſsus breui manu in perſona mulieris per proprietarium de nouo conſtitutus:

arg.

argum l. 3. §. fin. ſ. de donatio. inter virũ.
18 & ita Bald. hîc col. 1. ad finẽ. † Ex quo cõſequitur, quòd non idem vſusfructus qui erat penes maritum, in vxorem transfertur, ſed alius nouus videtur conſtitutus p proprietariũ in perſona mulieris, vt ſuprà diximus: & hac ratione quoad illius extinctionem non debet cõſiderari perſona mariti, ſed potiùs perſona vxoris, in qua de nouo videtur cõſtitui. l. 4. ĵ. de nouation. gloſſ. hîc verbo, conſtituatur. & Imol. num. 5. Item ex prædictis infertur annotatio ad dictum Baldi. l. 1. num. 2. C. ſi pignus pignori datum ſit, quòd ſi conſentiẽte proprietario, fructuarius ius ſuũ vendat, non reuertetur amplius vſusfructus ad proprietatem; fortiùs concludẽs, quòd ſi creditor ratione hypothecæ, vſũfructum vendiderit, iuxta l. ſi is qui. 11. §. final. ſ. de pignorib. ille vſusfructus non redibit amplius ad proprietatem, neque habebit locum regula. §. finitur. Inſti. de vſufr. ſubſcribit Neguſ. de pignoribus. 3. memb. 2. partis. num. 13. hæc enim traditio iure non probatur: conſenſus enim domini tantùm refertur ad alienationẽ vſusfructus, non verò per illum conſenſum intendit ſibi præiudicare in dominio directo, & in iuribus illius, vt poſt alios reſoluit Curt. Iunior tract. feudorum. 4. parte. num. 139. & potiùs prædicti docere debuiſſent, quòd vſusfructus, qui aliàs veniebat finiendus per mortem transferentis: tamen ſi transferat de conſenſu domini, illi non finietur per illius mortẽ, ſed tantùm per mortem illius, in quem trãsfertur: quia nouus cõſtituitur in perſona illius, iuxta ſuprà tradita, & eſt tex. l. 4. ĵ. de nouatio. & ibi Bartol. & Paul. Itẽ & ex prædictis infertur intellectus ad d. l. 4. ĵ. de nouatio. vbi debitor vſusfructus, & ſic proprietarius, promiſit vſumfructũ alteri de voluntate primi, cui debebat vſumfructum: & probat text. per illam nouationem non perimi obligationem primi ipſo iure: & tamen contrarium videbatur dicendum. Cùm enim ea translatio facta eſſet de voluntate proprietarij, debuit valere translatio, & conſequenter vſusfructus primi extingui ipſo iure, iuxta ſuprà tradita. Sed reſpondendũ eſt, quòd prædicta trãslatio fuit facta per viam nouationis, ſiue delegationis, vt cõſtat ex litera d. l. 4. quarum natura eſt, vt prima obligatio trãsferatur in ſequentẽ. l. 1. ĵ. de nouatio. & cùm id in iure perſonæ cohærenti verificari non poſsit, quia eſt impoſsibile, quòd prima obligatio trãſferatur in ſequentem, ſed nouus conſtituitur vſusfructus in perſona ſequentis, & ſic omnino diuerſus à primo, non poteſt nouatio inducere vſumfructum, & conſequenter neque perimere obligationem præcedentem ipſo iure, † vt de-
19 clarat Bartol. d. l. 4. num. 2. & ibi Paul. nu. 3. & Imol. num. 2. ĵ. de nouatio. Quia tamen proprietarius promittendo alteri vſumfructum de volũtate primi fructuarij nouũ vſumfructum conſtituit in perſona ſequentis, & iniquũ eſſet, quod duobus deberet vſumfructum, contra ipſius voluntatem: ideò aduerſus primũ ei conceditur exceptio doli, procedens ex regula. l. bona fides. ĵ. de regul. iuris. ſiue agatur de transferendo vſufructu iam cõſtituto, ſiue de transferenda actione ad vſumfructum conſtituendum, vt contra gloſſ. probat Bar. d. l. 4. num. 2. ĵ. de nouation. & eſt receptum, vt per Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 40. verſ. ſed dictum. & verſic. ex prædictis. Vnde colligas, quòd licet quando fructuarius tranſfert vſumfructum de voluntate proprietarij, perimitur ius primi, & nouus vſusfructus conſtituitur in perſona ſequẽtis, vt ſuprà diximus: tamen quando huiuſmodi translatio fit per viam nouationis, ſiue delegationis, non perimitur vſusfructus primi ipſo iure, quia cùm de natura illarum ſit, vt illud idem quod debebatur primo, transferatur in ſecundum. l. 1. ĵ. de nouatio. & id non poſsit verificari in vſufructu, vt ſuprà diximus, non perimitur obligatio prima ipſo iure, ſed tantùm



tùm ope exceptionis, vt ſuprà dictũ eſt. Vnde ſi illi cui debebas vſumfructum ex vno contractu, eidem promittas per aliũ contractum per viam nouationis, iuxta l. ſi ex pretio. C. ſi certũ petat. quia tunc cùm ſit eadem perſona, idem vſusfructus transfertur, prima obligatio perimetur ipſo iure. Paul. l. 4. num. 3. ad finem. ĵ. de nouatio. Colligas etiam, quòd cùm nouus vſusfructus conſtituatur in perſona ſequentis, quia proprietarius illum conſtituit, nõ perimetur per mortem primi, ſed per mortem ſequentis, vt etiam ſuprà probauimus. Quo fit, vt cũ proprietarij in eo fiat deterior conditio, quòd vſusfructus non finitur per mortem primi, ſed per mortem ſequentis, ita & in eo fiet melior, quòd licèt ſequens moriatur, tamen adhuc habebit exceptionem aduerſus primum, vt qui in vno grauatur, in alio releuetur, iuxta regulam. l. cum qui. in principio. ſ. de iureiur. & clarè probat d. l. 4. in fin. ĵ. de nouatio. & ibi declarãt Bart. num. 2. Paul. num. 3. & Imol. num. 2
20 †Denique colligas, quòd licèt quando ius perſonæ cohærens in alium transferri non poteſt, ius illud, non obſtante trãſlatione, mero iure ſubſiſtat, iuxta regulã l. certi condictio. §. quoniam. ſ. ſi certum petatur. tamen ille, qui de eius voluntate ius illud alteri promiſit, aduerſus eum habebit exceptionem. Ex quo infert Bart. dict. l. 4. numero. 2. ĵ. de nouationibus. quòd licèt operæ officiales per patronum delegari non poſsint. l. ſi non ſortem. §. libertus. ad finem. ſ. de condictio. indeb. l. operæ. 9. ĵ. de operis libertorum. tamen ſi nihilominus propter delegationem patroni libertus eas promittat alteri, aduerſus dominum delegantem conſequetur exceptionem, iuxta iſtum textum: ſubſcribunt Alexander dict. §. libertus. numer. 5. & ibi Socinus num. 14. & Iaſon numero. 16. Sed non eſt verum, quia in caſu huius text. proprietarius cõſtituendo nouum vſumfructum alteri de voluntate primi fructuarij, illi remanet obligatus, & ſic iniquum eſſet, quòd pro vna obligatione duobus remaneret obligatus. Quæ ratio ceſſat in operis officialibus, quia libertus, cum homo liber ſit, non poteſt illas debere niſi patrono. l. antepenultim. & ibi gloſſ. 1. ĵ. de ſtipulatione ſeruorum. Cùm igitur promittendo alteri non obligetur, nullaei debet cõpetere exceptio aduerſus patronũ, vt in ſimili probatur. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ſ. de iure dotium. quam poſt Iacobum de Arenis ita interpretantur Bartol. dict. l. 4. numero. 2. & ibi Paul. numero. 4. ĵ. de nouationib. Vltimò ex prædictis infertur intellectus ad textum præcipuum in hac materia, cap. nuper. de donationib. inter virum. vbi proponitur caſus, quòd terra conceſſa eſt marito, quoad vixerit: vel etiam pro ſe, & filio procreando, maritus dedit vxori tertiam partem huius terræ in donationem propter nuptias: quæſtionis eſt, vtrùm in his duobus caſibus, poſt mortem mariti mulier poſsit retinere prædictam tertiam partem terræ ſibi donatam propter nuptias? Et probat tex. mulierem retinere non poſſe, niſi ille ad quem ſpectat dominium illius terræ, voluerit conſentire: in quo tex. ille duo ſentit. Primum, quòd in illis caſibus in effectu ſola commoditas videtur donata vxori, quæ tantũ debet durare, dum viuit maritus, iuxta l. neceſſario. §. final. ſ. de pericul. & commod. rei vend. & l. lex vectigali. ſ. de pignoribus. tradit notabiliter Pinelus. l. 1. C. de bonis maternis. 3. parte. numero. 40. verſi. infertur. 8. Item, quòd ſi illi donationi acceſſerit domini conſenſus, valebit ea donatio in perſona mulie-
21 ris, etiam poſt mortem mariti. † Et eſt ratio, quia primo caſu cùm non acceſſerit domini conſenſus, vt actus valeat, interpretabimur facultatem percipiendi fructus fuiſſe conceſſam, vt ſuprà diximus. Sed in ſecundo caſu cùm acceſſerit domini conſenſus, verus vſusfructus potuit videri conſtitutus in perſona mulieris, iuxta iſtum textum: & ideò dũ ea viuit, dura-

durabit vsusfructus. Et iuxta hæc veniũt explicanda tradita per Baptistam de priuilegijs dotalibus. centuria. 3. numer. 21. & 22. dum resoluit, quòd licèt fructuarius non posit transferre in alium vsumfructum sine proprietarij consensu: tamen speciale est in vxore fructuaria, vt posit ex causa dotis vsumfructum transferre in maritum sine domini consensu: & similiter maritus poterit transferre in vxorem vsumfructum ex causa donationis propter nuptias sine domini consensu: allegat cap. nuper. de donationibus inter virum. Nam ex prædictis dicendum est, id verum esse, quando non transfertur ius, nisi quandiu vixerit transferens: nam cùm hæc translatio magis assimiletur commoditati fructuum, valebit tam dotis constitutio. cap. 1. de inuestitur. quam Titius accepit à Sempronio. quàm donatio propter nuptias, dict. cap. nuper. Sed si agatur de constitutione veri vsusfructus, qui debeat durare in vita illius, in quem transfertur, necessarius est domini consensus, vt constat ex suprà traditis. Additur & aliud remedium in hoc textu, quòd procuretur, quòd dominus emat vsumfructum: nam domino sine dubio vendi potest vsusfructus. §. finitur. Institut. de vsufructu. & l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotium. & sic mulier hoc casu habebit pretium vsusfructus: vnde perinde est, ac si ipse vsusfructus sibi fuisset restitutus. l. quia qui pretio. 46. ſ. de vsufructu. & huius etiam remedij meminit Iureconsultus. l. cùm in fundo. 81. versiculo, sed etsi non sit. ſ. de iure dotium. Vnde si contingat, maritum fecisse moram in vsufructu restituendo vxori, & mulier interim mòriatur, tenebitur maritus hæredi vxoris restituere pretium, quod proprietarius pro vsufructu volebat mulieri dare, quod ipsa fuisset habitura, si maritus suo tempore ei restituisset vsumfructum: & ita probat is textus optimè explicatus per Paulum numero. 3. & Duarenus ad finem. facit regula. l. quod te. ſ. si certum petatur. Adde & alia duo remedia, quæ
22 præsupponuntur per Iureconsultum. l. si vsusfructus. 69. ſ. de iure dotium. † & notauit gloss. hîc verbo, interpositis, scilicèt, quòd maritus locet vsumfructum vxori, vt quanuis vsusfructus vendi non posit. §. finitur. Institut. de vsufructu. tamen locari poterit. l. nemo prohibetur. C. de locato. & est expressum l. si quis domum. §. 1. ſ. locati. & l. si domina. C. de vsufructu. quia per eam tantùm transfertur facultas percipiendi fructus. cap. vestra. de locato. quod non est prohibitum. l. necessario. §. final. ſ. de periculo & commodo rei venditæ. Additur & aliud remedium, quòd maritus vendat vsumfructum vxori, vno nummo: nam licèt huiusmodi venditio non valeat, quia habet instar donationis. l. si quis conduxerit. 46. ſ. locati. l. si quis ante. in fine. ſ. de acquirenda possessione. tamen propter necessitatem occurrentem, considerabitur tanquam venditio, & vxori perfectè videtur vsusfructus restitutus, cùm nihil considerabile pro eo soluat: argumento l. scio. ſ. de in integrum restitutio. & explicant Cumanus hîc nume. 6. Paulus colum. 1. ad finem. Baptista de priuilegijs dotalib. centu. 2. nu. 88. Vnde colliges, q̃ licèt vera venditio vsusfructus non possit fieri sine domini consensu. §. finitur. Instit. de vsufr. tamen hæc impropria, siue simulata admittetur, quia in effectu venditio nõ est: & quia sub nomine vẽditionis nõ trãsfertur in ius vsusfructus: qd̃ fieri nõ potest. d. l. 4. ſ. de noua. sed tantũ facultas percìpiendi fructus. Cur autẽ hoc casu vẽditio facta vno nũmo valida censeatur; & cur interuentus vnius nummi exigatur, melius quàm alibi declarat Ias. l. si quis ante. num. 16. ſ. de acquirend. possessione. His ita explicatis, quæ ad declarationem literæ textus pertinebant, ad perfectionem materiæ, illud memo-



memorandum est, quòd vsusfructus datus in dotem, amittitur, si maritus illo non vtatur per constitutum tempus, vt est expressum l. cũ in fundo. 81. vers. quod si alienauerit vxor. ſ. de iure dotium. & insinuat l. 3. §. penul. ſ. de rebus eorum. Et si objicias, quòd prout res dotales prohibentur alienari, ita etiam nec tempore amitti possunt. l. si fundum. ſ. de fundo dotali. l. vbi lex. ſ. de vsucapio. respondetur, quòd prohibitio legis Iuliæ, refertur ad res dotales, non autem pertinet ad iura personæ cohęrentia, & separata ab ipsis rebus dotalibus. Alexan. l. filiofam. 1. num. 2. ad finem. ſ. eo. Ex quo consequi videtur, aliud dicendum esse in seruitute reali: nam cum hæc cohæreat fundo, ipsius fundi sequitur naturam. l. longe. 3. cum ibi notatis. ſ. de diuersis & tempo. præscriptio. & ideò prout res dotales prohibentur alienari, ita etiam & censetur prohibitum alienari seruitutes reales fundis cohærentes. l. Iulianus. ſ. de fundo dotali. † l. 3. §. penul. ſ. de reb. eorum.
23 & consequẽter neque per tempus amittentur. l. si fundũ. ſ. de fundo dotali. quia & qui patitur rem prę̃scribi, satis videtur alienare. l. alienationis verbum. ſ. de ver. signif. quam opinionem in specie tenẽt Iacob. de Arẽ. Nicol. de Neapoli. Cuma. Angel. & Roman. l. si filiofa. 1. ſ. eo. quos ibi refert & sequitur Alexan. num. 2. Cõtrariam tamen opinionem, imò seruitutes reales hoc casu etiam per tẽpus amitti, tenet glos. l. si filiofam. 1. §. 1. verb. culpa. ſ. eo. & ibi probant Dyn. Bart. Imol. & Paul. Castrens. Idem etiam tenet glos. l. 3. §. penul. verb. remitti. ſ. de rebus eorum. ea moti ratione, quia licet per simplicem renuntiationem hominis, seruitus competens rei prohibitæ alienari, minime tollatur. l. Iulianus. cum glos. ſ. de fundo dotali. non tamen inde infertur, per non vsum temporis à lege constituti non amitti, cum tunc accedat fomentũ legis. l. 1. cum ibi notatis. C. qui admitti. Prima nihilominus opinio verior est per tex. l. Iulianus. ſ. de fundo dotali. vbi tex expressè inquit, non posse maritum amittere seruitutes reales fundo debitas, scilicet per non vsum: & quanuis glos. ibi videatur legisse, Remittere. & etiã illi qui contrariam opinionem sequuntur, pro quibus vrget l. 3. §. fin. in fine. ſ. de rebus eorum. tamen correcti codices ad Pandectas Florentinas habẽt in litera, Amittere. & sic est tex. expressus pro hac sententia. Quinimò pro eadem sententia expendo d. l. Iulianus. cum l. seq. nam d. l. Iulianus. generaliter probat, non posse maritum amittere seruitutes reales, fundo dotali debitas; & lex sequens subdit, quòd nec libertas seruitutis vrbanæ prædio dotali debitæ præscribi potest: in quo inuit, quòd non solum libertas fundo dotali debita, per nõ vsum tolli non potest, in qua præscribenda requiritur factum, & quasi possessio præscribentis. l. hæc autem iura. ſ. de seruit. vrbano. prædio. sed etiã nec seruitus rustica per præscriptionem tolli potest, quanuis in ea amittenda non requiratur factum, neque quasi possessio præscribentis, sed sufficiat solus non vsus illius, cui debetur seruitus. l. se-
24 quitur. §. si viam. ſ. de vsucapio. † Ex quibus colligitur elegans explicatio ad. l. 3. §. penult. ſ. de rebus eorũ. vt dicamus, vsumfructum minori competentem per non vsum mero iure amitti, quanuis propter beneficium restitutionis restaurari debeat, vt ibi habetur, & notat glos. ibidem. verb. remitti. & verb. restaurari. & tamẽ seruitus realis minori competẽs, propter nõ vsum mero iure non amittetur; quia prædicta amissio comprehenditur sub prohibitione legis, prohibentis res minorum alienari absque iusta causa, & decreto iudicis: vt clarè sentit d. l. 3. §. penult. ad finem. & notat Alexand. l. si filiofam. 1. num. 2. ad finem. ſ. eod. Prætereà & in hac materia memorandũ est, quod tradit Bartol. hic in fine. quòd si vxor habebat emphiteusim, vel feudum, & dedit illa in dotem marito; dominus autem di rectus

rectus de nouo illa reformauit in persona mariti, tunc si de illorum agatur restitutione, recurrendũ est ad huius. l. re media: quod etiam sentit Gamma decisio. 314. numer. 8. Sed circa hanc doctrinam Barto. in primis est aduertendum, quòd præsupponit, mulierem non posse dare in dotem emphyteusim, vel feudum, nisi domini directi accedat consensus: quod tamen non videtur verũ, quia mulier feudum quod habet, potest pro re dare marito in dotem sine domini cõsensu. cap. 1. de inuestit. quam Titius accepit à Sempronio. c. 1. de his, qui sibi, & hæredibus suis: tradit Aluarot. cap. 1. §. donare. numer. 8. qualiter olim feudum potuit alienari. Baptist. de priuileg. dotal. centuria. 2. nume. 26. Idem ergò recipiẽdum est in emphyteusi, cum sit eadẽ ratio: quod ita in specie tenet Speculator tit. de locato. §. nunc aliqua. numer. 33. & subscribunt Paul. & Alexand. hic vterque ad finem. Iason l. final. numer. 108. post Bald. ibi num. 10. C. de iure emphyt. Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 2. num. 28. Roland. de lucro dotis. quæsti. 54. num. 6. & numer. 18. Neque his repugnat decisio. l. final. C. de iure emphyteutico, quia procedit in alienatione perpetua, non autem in temporali, quãdiu durauerit matrimonium. Paul. hic ad finẽ. & Alex. in fine. Vnde si emphyteusis detur in dotem æstimata, necessarius erit domini consensus, cum æstimatio perpetuam alienationem emphyteusis indu-
25 cat. † l. quoties. 5. C. de iure dotium. & ita Bald. c. 1. §. donare. numer. 8. qualiter olim feudum potuerit alienari. cuius dictum in his terminis verissimum est, & locum sibi vendicabit, tam in feudo, quã in emphyteusi. Purpurat. l. ex conuentione. numero. 32. C. de pactis. Gregor. l. 18. tit. 11. partit. 4. verb. O estimada. licet Alexand. hic in fine. mentem Baldi non videtur percepisse. Et pari ratione, si ex pacto maritus emphyteusim lucrari debet, necessarius erit domini consensus, cum tunc de perpetua alienatione agãtur: & in specie colligitur ex cap. nuper. de donation. intervirum. Iuxta hæc quæritur, vtrùm patet possit dare emphyteusim pro dote filiæ, sine domini consensu? Et videtur dicendum non posse, quia & hæc alienatio censetur perpetua, cum emphyteusis data in dotem, efficiatur patrimonium filiæ. l. 3. §. sed vtrum. in fine. ſ. de minori. & in specie videtur tex. cap. 1. §. donare. qualiter olim feudum potuerit alienari. & ibi notat Aluarot. n. 8. Menoch. consil. 8 numer. 6. lib. 1. & idem videtur admittendum in emphyteusi, cum militet eadem ratio. Baptist. de priuileg. dotalib. centuria. 2. numer. 28. Sed aduersus hanc conclusionem videtur esse decisio Speculator. titu. de locato. §. nunc aliqua. numer. 133. concludentis, decisionem l. final. C. de iure emphyteutic. non habere locum in ea alienatione, quæ fit per patrem pro dote filiarum: argument. auth. res quæ. C. communia de legatis. & subscribit Alexand. consil. 173. numer. 1. lib. 2. Iason. l. fin. numer. 107. C. de iure emphyteutico. Loazes. l. filiusfamil. §. diui. nume. 141. ſ. de lega. 1. Hippolyt. sing. 443. in fine. Padil. auth. res quæ. num. 103. C. communia de legatis. Gamma decisio. 344. numer. 6. Pro concordia dicendum est, quod si filia est de personis comprehensis in concessione, potest pater ei dare emphyteusim in dotem, sine domini cõsensu: nam à principio videtur dominus directus dedisse licentiam, vt emphyteusis posset trãsire ad prædictas personas, & ideò vlterior consensus non requiritur. Brunus consil. 44. ad finem. & notab. Curt. Iunior consil. 109. nume. 12. & in his terminis procedit dictum Speculatoris. Si autem filia non sit comprehensa in cõcessione, tunc in eam nõ potest transire emphyteusis sine domini consensu: & ita procedit d. §. donare, quia filia non succedit in feudis, nec videtur cõprehensa sub personis quæ vocantur



cantur ad feudi successionem. cap. 1. §. quin etiam. Episcopum vel Abbatem. & ideò si pater in eam feudum velit transferre nomine dotis, necessarius erit domini consensus. Bald. dict. §. donare. nu. 2. & Roland. de lucro dotis. quæstio. 54. numero. 14. Et in his terminis procedet Ordinatio Portugaliæ libr. 4. titul. 64. in princip. dum generaliter requirit domini consensum, quando titulo dotis emphyteusis in aliquem transfertur: & latius probauimus. l. filiusfam. §. diui. 3. parte. ſ. de leg. 1. vbi omnino videndum est, & etiam scripta infra numero. 28. Neque in his terminis pro opinione Speculatoris facit auth. res quæ. C. communia de legat. quia vt illius decisioni sit locus, duo copulatiue requiruntur, quòd ascendens fecerit prohibitionem, & agatur de dote descendentiũ ab illo. Quare si prohibitus alienare, velit alienare bona ex causa dotis sororis, quæ tamen nõ sit descendens prohibentis, non poterit fieri alienatio: vt ibi tradit Bartol. num. 4. & asserit receptum Molina lib. 4. de primogen. cap. 6. numero. 6. sed dominus directus, qui prohibitionem videtur fecisse, neque est ascendens respectu filiorum feudatarij, vel emphyteutæ, & consequenter neque eorum filij possunt dici descendentes illius qui fecit prohibitionem: ergò in his terminis non potest locum habere decisio dict. auth. res quæ. Videtur tamen, quòd saluari possit opinio Speculator. quando pater non habet bona, quæ possit dare pro dote filiæ, nisi bona emphyteutica, vel feudalia: nã tunc in subsidium illa dare poterit, etiam sine domini consensu: & ita in specie Aymon. consil. 215. numero. 6. Roland. de lucro dotis. quæstion. 54. numer. 7. Et est ratio, quia pater per iudicis officium cogitur dotare filias. l. qui liberos. ſ. de ritu nuptiarum. & alienatio, quæ fit propter iudicis præceptum, non videtur comprehendi sub prohibitione generali de non alienando. l. 3. §. 1. ſ. de rebus eorum. l. 1. ſ. de fundo dotali. l. in venditione. 8. in princ. ſ. de bon. auth. iudic. Et confirmatur, quia etiam si iudex patrem non coegerit, tamen cum cogere potuerit, perinde est ac si pater coactus fecisset. l. nouissime. ſ. quod falso. tuto. & consequenter ea alienatio debet censeri necessaria. l. final. ſ. de separatio. & prohibitio alienationis intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria. † l. peto. §.
27 prædium. ſ. de leg. 2. l. alienationes. ſ. famil. ercisc. & latè prosequuntur Crot. l. filiusfamil. §. diui. à numero. 45. & ibi Loazes à numero. 83. Ripa à numer. 25. ſ. de leg. 1. Tiraquel. post ll. connubiales. gloss. 5. numero. 223. & lib. 1. retract. §. 1. gloss. 14. à numero. 11. Sed neque hæc saluatio placet, per generalem regulam. l. final. C. de iure emphyt. quæ etiam locũ habere videtur in alienatione necessaria: nec enim alienatio necessaria videtur posse fieri absque domini consensu, si agatur de translatione iuris emphyteuci: quanuis si agatur de transferenda sola commoditate fructuum, tunc non sit necessarius domini directi consensus: argument. l. necessariò §. final. ſ. de peri. & commod. rei vend. tradit Imol. hic nu. 2. ad finem. & Roman. nume. 11. notab. declarantes: & Alexand. l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 17. ſ. de damn. infect. Ergò quantumcumque alienatio videatur necessaria, tamen in ea debet requiri domini cõsensus. Neque obstant rationes adductæ pro cõtraria sententia, quia ad primam respondetur, quòd aut prohibitus alienare, est dominus simpliciter rei prohibitæ alienari, iuxta l. non ideò. ſ. de reiuend. ita vt si res alienetur, tantùm de præiudicio possidentis videatur agi; & tunc ob causam necessariam potest fieri executio, saltem dum ipse viuit. l. peto. §. prædium. ſ. de leg. 2. aut in alienatione necessaria tractatur de præiudicio alterius, & tunc etiam alienatio necessaria

non poterit fieri in præiudicium illius. Quare cum in alienatione rei emphyteuticæ agatur de præiudicio domini directi, qui non habebit personaliter obligatum eum, cui adiudicatur emphyteusis, non poterit alienatio necessaria fieri illo irre quæsito: vt in specie tradit Alex. dict. §. de vectigalibus numer. 17. Neque replices, imò d. l. final. C. de iure emphyt. nõ procedere in alienatione necessaria, magis receptum esse: vt ibi resoluit Ias. numero 113. Ripa. l. 1. numero 13. ſ. de pignorib. quia respondetur, id verum esse, quando ex ea alienatione necessaria nullum infertur domino directo præiudicium: vt exemplicauit Gamma decisio. 242. Vel etiam vt non obstante prohibitione alienationis, ne res alienetur, tamẽ nihilominus possit alienari ob causam necessariam, dummodo consensus domini interueniat, de cuius etiam præiudicio videtur agi. Quòd si translatio fiat de sola commoditate fructuum, hæc fieri potest sine domini consensu, vt supra diximus: & tradit Alexander
20 d. §. si de vectigalibus numero. 26. †. Et in dubio ad hunc modum videtur facta executio, siue translatio, etiam verba impropriando, vt actus valeat: vt hic tradũt Imola numero 2. & Roman. nume. 11. Poterunt tamen concordari opiniones, iuxta elegantem Ordinationem Portugaliæ lib. 3. titu. 75. §. final. quòd licet in emphyteusi contineatur clausula, quòd non possit alienari sine domini cõsensu, tamen poterit in ea fieri executio iudicialis sine domini consensu: quia prædicta clausula debet intelligi de alienatione voluntaria, & non de necessaria: quod in specie tenebat Alberic. in l. alienationes. numero 4. ſ. famil. ercisc. Tiraquel. libr. 1. retract. §. 1. glossa 14. numer. 10. Quo fit, vt propter hanc alienationem necessariam, factam sine consensu domini, emphyteuta non incidat in commissum. Bald. cap. 1. in principio. numero 11. de prohibit. feudi alienatio. per Federic. Roland. consil. 21. num. 17. lib. 1. Cæterum poterit nihilominus directus dominus oblato pretio rem vẽdicare: quia in iure prælationis iudex noluit, neque potuit ei præiudicare: vt per Capicium decisio. 99. numero. 6. & tradidimus latius in interpretatione. l. alienationes. ſ. famil. ercisc. Poterit ergò veriùs saluari dictum Speculator. quãdo emphyteusis accepta est pro patre, & vno ex filijs: nam cum tunc persona filiæ videatur comprehensa in inuestitura, licitè in eam poterit emphyteusis trãsferri titulo dotis, vel simili, absque domini consensu: quia is tempore primæ concessionis videtur interuenisse, quoad personas comprehensas in ipsa concessione. Brunus consil. 44. in fine. & supra diximus. Vnde praxi receptum est, quòd cõprehensi in inuestitura, possunt apprehendere possessionem emphyteusis domino irrequisito; quia is consensus à principio concessionis videtur datus: vt asserit Valasc. de emphyteusi. quæst. 18. nu. 28. ad finem. Et pari ratione si emphyteusis fuerit hæreditaria, poterit sine domini consensu tradi filiæ in dotem, quasi hæredi, & comprehensæ in inuestitura, iuxta plenè relatos per Roland. de lucro dotis. quæst. 54. numero. 19. Menoch. consil. 8. numer. 19. ad finem. lib. 1. Illud certum est, quòd si extraneus velit emphyteusim alicui fœminæ in dotem concedere, debet requirere domini consensum: nam cum tunc emphyteusim videatur donare mulieri. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. succedit dispositio. l. fi. C. de iure emphyteut. quę etiam locum habet in donatione, quoad effectum nẽ fiat sine domini consensu: vt ibi resoluit Iason numero 108. post Imol. cap. potuit. numero. 17. de locato. & Roman. hic nume. 14. Præterea & ex mente Bart. colligendum est, in hac materia vsumfructũ, feudum, & emphyteusim à pari procedere



cedere: quod tamẽ verum non est, quia vsusfructus censetur ius personale, quod à persona separari non potest. l. 4. ſ. de nouatio. & ideò cum persona extinguitur. §. finitur. Instit. de vsufructu. adeo. quòd si concedatur etiam pro hæredibus, non idem vsusfructus ad hæredes transeat, sed nouus videatur constitutus in eorum persona. l. stipulatio ista. §. sed si quis. ſ. de verbor. obligatio. † Et pa-
29 ri ratione si de cõsensu proprietarij, vsusfructus transfertur in alium, non idem vsusfructus videtur translatus, sed nouus constituitur in persona illius, in quem fit translatio. l. 4. in fine. ſ. de nouatio. & supra diximus: & tamen emphyteusis, vel feudum, non censentur iura personalia prædicto modo considerata, ac proinde cum personis non extinguũtur. auth. de non alienand. §. emphyteusim. colla. 2. §. adeo. Instit. de locatio. l. 1. ſ. si ager vectigalis. similiter eadem emphyteusis, quæ erat penes defunctum, ad hæredem transit, non autem noua constituitur in eius persona: vt colligitur ex d. §. adeo. Instit. de locatio. tradit in specie Bartol. l. indebiti. §. sed etsi nummi. ad finem. ſ. de cond. indeb. Imol. hic nume. 5. Alex. numero. 4. Vnde si emphyteusis de domini consensu transferatur in alium, eadem emphyteusis videtur translata, non autem noua videtur constituta in persona emptoris: vt colligitur ex l. fina. C. de iure emphyteut. Iuxta quæ venit explicanda Ordinatio Portugaliæ lib. 4. titu. 64. §. penultim. nam ad eius veram interpretationem tres casus distinguendi sunt. Primus est, translata emphyteusi in alium cum consensu domini, vtrùm debeat amplius considerari persona transferentis? Et est dicendum, amplius non considerari, cum propter translationem nullum ius habeat, ac proinde in his quæ possunt respicere eius fauorem, non habetur eius persona in aliqua consideratione: argument. cap. 1. §. final. de iure patronat. in 6. cap. 1. §. & si clientulus. de alienatio. feudi. & l. per procuratorem. ſ. de acquir. hæred. Vnde consuluit Petrus de Ancharrano consil. 63. nume. 2. quòd non debet amplius considerari generatio lineæ vel generationis illius qui transtulit ius suum, sed generatio illius, in quem facta fuit translatio, ac proinde extincta linea primi, non censebitur extincta emphyteusis in persona illius, ad quẽ translata fuit: subscribit Iason. l. final. numero. 33. vers. tertio. C. de iure emphyteuti. & Socin. consil. 96. in princip. libr. 3. & ante eos Bald. auth. si quas ruinas. numero. 4. ad finem. C. de sacrosan. eccles. Secundus casus est, quando extinguitur ius transferentis, vtrùm etiam extinctum censeatur ius illius, in quem fit translatio? Et videbatur dicendum extingui, iuxta regulam l. lex vectigali. ſ. de pignoribus. Sed Bald. d. auth. si quas ruinas. numero 4. ad finem. distinguit, quòd si facta sit renouatio in persona illius, in quem fit translatio, tunc non extinguatur eius ius, licet ius transferentis extinguatur, quia nouum ius incipit in persona illius, cui facta sit renouatio, aliàs locũ habebit regula d. l. lex vectigali. ſ. de pignoribus. subscribit Iacob. auth. qui rẽ. à numero 135. C. de sacros. eccles. Cassane. in consuetud. Burgund. rub. 11. §. 6. verb. contre. pagina 1426. Sed circa hæc dicta Bald. est aduertendum, quod sentit, quòd vt extincto iure transferentis, non cẽseatur extinctum ius accipientis, exigitur quòd in persona illius fiat renouatio emphyteusis: quod tamẽ nõ est verũ, quia quoad prædictũ effectũ satis est quòd fiat translatio de consensu domini, vt duret ius in persona accipientis, & cõsideretur eius persona & generatio, iuxta supra tradita: & eleganter probat Afflictis cap. 1. à numero. 18. qui successores teneantur, quòd si dominus non consenserit, tunc procedet regula d. l. lex vectigali. ſ. de pignoribus. & ita probat

Ordinatio libr. 2. tit. 17. §. 22. notat Valaſ. de emphyteuſi. quæſt. 10. numer. 4. poſt medium. Et ad hunc modum ſunt explicanda tradita per Bal. l. multum intereſt. numero. 5. in fine. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & per Iaſon. l. 3. §. ex contrario. num. 72. ſ. de acqu. poſſeſ. circa quod videndus eſt Socin. conſil. 96. à numer. 2. lib. 3. Illud ſanè verum eſt, quòd transferens etiam de conſenſu domini, nõ poteſt plus iuris in aliũ transferre, quam ipſe habeat. l. traditio. ſ. de aquir. rerum dominio, ac proinde ſi transferens habebat ius pro tribus vitis, & ille in quem fit translatio, habebit etiam pro tribus vitis. Corne. conſ. 250. numero. 1. lib. 3. quanuis tunc debeat haberi reſpectus ad perſonam iſtius, & non ad perſonam transferentis, vt ſupra dictum eſt. Tertius caſus eſt, à quo tẽpore incipiat nouum ius iſtius in quem facta fuit translatio de conſenſu domini? Et dicendum eſt, quòd cum primus tranſtulerit ius ſuum in ſecundum, interim ſecundus obtinebit ius, quod eſſet habiturus ille qui tranſtulit: ac proinde quãdiu ipſe vixerit, ſecundus ex eo iure videtur habere, & mortuo illo, tunc ſecundus quaſi ex nouo iure etiam in translato incipiet emphyteuſim poſsidere, vt pulchre diſponit prædicta Ordin. lib. 4. titul. 64. §. penul. quam notat Gamma deciſio. 41. numero. 3. & deciſio. 269. numero. 3. Vnde ſi is in quem facta fuit translatio, renuntiaret ius ſuum in manibus domini, & ab eo acciperet nouam cõceſsionem, tunc ſtatim ex eius perſona inciperent vitæ, nec haberetur cõſideratio ad ius trãſferentis, cui ipſe accipiens renuntiauit, & ex noua cõceſsione emphyteuſim habet: vt eſt de mẽte Bald. d. auth. quas ruinas. numer. 4. ad finem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in fortiori caſu idẽ Bald. l. multum intereſt. num. 5. ad finem. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Vltimò ex mente Bart. hic in fine. colligendum eſt, quòd ſi emphyteuſis de nouo reformetur in perſona mariti, tunc ſi agatur de illius reſtitutione poſt ſolutum matrimonium, debet fieri reſtitutio per modos in hac lege expreſſos: in quo Bart. ſentit, quod debet tranſferri cõmoditas emphyteuſis, vel quòd ſi transferatur proprietas emphyteuſis, accedere debeat domini cõſenſus, vt in hoc tex. dicitur in vſufructu reſtituẽdo: quod etiam non eſt verum; quia cum dominus conſenſerit, vt emphyteuſis reformaretur in perſona mariti, qui poſt ſolutum matrimonium tenebatur reſtituere vxori, dominus qui conſenſit, vt emphyteuſis tranſiret ad maritum, tacitè etiam videtur conſenſiſſe, vt poſt ſolutum ma-
30 trimonium illam reſtitueret vxori, † iuxta naturam dotis. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. ſ. de rebus eorũ. & in ſpecie Cumahie ad finem. Imol. numero. 5. Roman. numero. 13. Capitius deciſio. 182. nume. 11. & ſeq. Afflictis deciſio. 335. numero 19. & alij relati per Molinã lib. 4. de primogen. cap. 5. numero. 2. & faciunt tradita per Gozad. l. 2. nume. 144. C. de pactis inter empto. Ex quo ſequitur, quòd maritus ſine domini conſenſu, poteſt reſtituere emphyteuſim vxori, & vera & propria erit reſtitutio, cũ eadem emphyteuſis trãsferatur, vt ſupra diximus. Quãuis diuerſum ſit in vſufructu, in quo non idem vſusfructus trãsferri poteſt, ſed nouus conſtituitur, vt ſupra dictũ eſt. Poteterit ſanè admitti Bart. præſuppoſitum, quando mulier ita tranſtulit emphyteuſim in maritũ, vt poſt eius mortem voluerit apud maritũ remanere: tũc enim ſi accedat domini directi conſenſus, eam retinebit maritus in præiudiciũ vxoris & hæredũ illius. cap. nuper. de donatio inter virũ. non autem in præiudiciũ eorũ, qui ratione inueſtituræ habent ius quæſitũ. cap. 1. de inueſtit. in maritũ facta. vel etiã quando mulier ita tranſtulit emphyteuſim in maritũ, vt ea conſentiente, dominus peremptа emphyteuſi vxoris, nouã emphyteuſim in perſona mariti conſtituerit:



tuerit: nam huiuſmodi trãslatio facta ante matrimoniũ valebit. l. 1. C. de donatio. ante nuptias. & conſequenter emphyteuſis tanquam de noua conceſſa, remanebit penes maritum, neque tenebitur eam reſtituere vxori vel hæredibus. cap. 2. an maritus ſuccedat vxori. cap. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis. Sed vtique quã-
31 uis prędicta in ſe vera ſint, tamen non bene applicantur ſaluationi Bar. nam cũ in in prædictis caſibus emphyteuſis non ſit reſtituenda vxori, fruſtra quæritur, quibus modis facienda ſit illi reſtitutio. Et tenebis mente in hac materia notabile dictum Bald. conſil. 476. ex actis factis. nu. 2. lib. 4. quòd maritus non poteſt impedire emphyteuſis dotalis reſtitutionem, eo prętextu, quòd mulier emphyteuſim amiſerit propter cõmiſſum, & quòd dominus directus de nouo illam marito cõceſsit, ne aliàs aperiatur via, qua impediatur dotis reſtitutio: argume. l. vnicæ. §. taceat. C. de rei vxo. actio. † Et hæc ſatis in hac materia. De intellectu. l. ſeruus dotalis. ſ. eo. agemus. l. dotalem. ſ. eo. Intellectum autem. l. filiæ meæ. 60. ſ. eo. tradidimus. l. ſi cum dotem. in princip. ſ. eo. & ideò peculiaris earũ legum omittitur interpretatio.

## SVMMARIA EORVM QVÆ TRACTANTVR in interpretatione. l. Dotalem. 62. ff. Soluto matrimonio.

1 *CEſſante matrimonio, vtrùm maritus ſit verus dominus dotis?*
2 *Quod pluribus rationibus comprobatur.*
3 *Referuntur tamen multi contrarium tenentes.*
4 *Et referuntur eorum rationes.*
5 *Et reſpondetur rationibus contrariæ opinionis.*
6 *Prima tamen opinio tanquam verior admittitur.*
7 *Et reſpondetur rationibus eorum, qui tenent ſecundam opinionem.*
8 *Explicatur deciſio & ratio. l. in rebus. 30. C. de iure dotium.*
9 *Aſsignatur vera concordia inter prædictas opiniones.*
10 *Cur hodie rerum dotalium dominium ipſo iure transferatur in vxorem.*
11 *Aſsignatur ratio, propter quam actio perſonalis competit mulieri ad repetendam dotem, & etiam reiuendicatio.*
12 *Differentia conſtituitur inter dominium ciuile, & naturale.*
13 *Agitur de intellectu l. ſi ſeruus dotalis. §. 9. ſ. eodem.*
14 *Quando momentaneà ſint in conſideratione.*
15 *Lucra qualiter cõmunicentur inter cõiuges.*
16 *Quando teſtator manumittit ſeruum, ſatis eſt quod ſit ſoluendo tempore, quo dos venit reſtituenda.*
17 *Seruus ſubiacens reſtitutioni, ratione contractus manumitti poteſt.*
18 *Vtrùm maritus ſeruo dotali poſsit relinquere libertatem in ſuo teſtamento?*
19 *Agitur de intellectu. l. 3. C. de iure dotium.*
20 *Quando pro rebus mobilibus alienatis, mulieri competat reiuendicatio poſt ſolutum matrimonium.*
21 *Explicatur ratio differentiæ, quam conſtituit is tex inter ea quæ maritus habet à ſeruo manumiſſo tanquã patronus, vel alio modo.*
22 *Explicatur auth. ſiue à me. C. ad Velleian.*

# INTERPRETATIO
## Legis Dotalem. 62. ff. Soluto matrimonio.

Ollige ex tex. maritum posse manumittere seruũ dotalem, etiã inuita vxore, quanuis tunc ei teneatur restituere, quicquid acquisiuerit ratione prædictæ manumissionis. Quam conclusionem probat etiam l. seruum. 21. ʒ. de manumissio. l. 3. C. de iure dotium. & l. 1. & l. final. C. de seruo pignori dato. Ex quibus iuribus inferri videtur, maritũ cõstante matrimonio esse verum dominium rerum dotalium: †
1 nam aliàs, qui verus dominus non est, non potest seruum manumittere. l. 4. C. de his qui à non dominis. adeo quòd habens liberam bonorum administrationem, non posit manumittere: quia manumissio non pertinet ad administratorem, sed ad verum dominum. l. seruus furiosi. 13. ʒ. de manumissio. tradit glossa final. l. 3. C. de manumis. vendict. gloss. 2. l. cum hæres. 52. in princip. ʒ. de acqu. hæred. Si ergò maritus potest manumittere seruum dotalem, nõ solum dotis habet administrationem, sed & verum dominium. Secundò pro eadem parte videtur tex. l. doce. 9. C. de rei vend. vbi tex. probat, pro rebus dotalibus non competere vendicationem vxori, sed tantùm marito: tunc sic: Reiuẽdicatio datur illi, qui habet dominium naturale, vel ciuile. l. in rem actio. 24. in princip. ʒ. de reiuend. sed mulier non habet reiuendicationem pro rebus dotalibus, dum constat matrimoniũ: ergò nec habet dominium naturale, nec ciuile, & consequenter est penes maritum; quia dominium non potest esse in pendenti. l. neque vtilem. ʒ. quib. ex causis maior. & ita expendit Alex. l. si constante. §. si maritus. nu. 3. ʒ. eo. Neque huic inductioni satisfacit consideratio Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 3. parte. num. 14. quòd in eo tex. non negatur dominium mulieri, sed tãtũ actio: quia absurdum videbatur, vt existente viro, mulier ageret. §. patitur. Instit. de iurijs. Prout & in aduentitijs filius habet dominium, & pater vsumfructum, & tamen pater agit, ac si dominus verus esset, non autem filius. l. 1. C. de bon. matern. & subscribit Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. numero. 255. ʒ. de libe. agnos. Garsias tracta. de expensis. cap. 13. num. 7. Quesada de diuersis quæstio. iuris. cap. 15. numero 24. hæc enim responsio tollitur ex supra traditis. Si enim mulieri nõ competit reiuendicatio: ergò neque dominium ciuile, aut naturale, vt supra diximus. Nec obstat similitudo adducta per Pinel. quia pater agit nomine filij, & non proprio: item de illius consensu. l. fi. §. vbi autem in vnum. C. de bon. quæ liberis: mulieri autem suo nomine non competit reiuendicatio: ergò nec dominium: & maritus vendicat suo nomine, & sine consensu vxoris: ergò d. l. doce. apertè hanc confirmat opinionem: pro qua etiam vrget l. si prædium. C. de iure dotium. vbi text. probat. quòd postquam



postquam res traditæ sunt marito in dotem, non possunt per vxorem alienari, quia dominium marito quæsitum mulier alienando auferre non potuit: ergò tex. ille probat, quòd omne dominium rerum dotalium residet apud maritum, nullum autem penes vxorem: quia si dominium, saltem naturale, apud eam remaneret, alienando illud transferret. §. per traditionem. Instit. de rerum diuisio. Neque satisfacit responsio Laræ. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 252. ʒ. de libe. agnoscend. quòd licet vxor domina sit, non tamen poterit alienare, quia lædit vir, qui sustinet onera matrimonij: nã replicabitur, quòd d. l. si prædium. nõ vtitur ea ratione, sed potius ea, quòd mulier non potest alienando auferre dominiũ marito quæsitum. l. id quod nostrum. ʒ. de regul. iuris. quæ ratio euincit, dominiũ doris esse penes maritũ. Quarto videtur tex. clarus pro hac opinione. in princ. Instit. quib. alien. licet. vbi clarè probatur dominium rerum dotalium esse penes maritum, & ideò potuisse illum res alienare dotales, nisi lege Iulia prohibitus esset: ergò maritus habet rerum dotalium perfectum dominium: cùm teste Barto.
2 l. si quis vi. §. differentia. ʒ. de aq. possesi. † dominium nihil aliud sit, quam ius disponendi de re, nisi lege prohibeatur: & latius deducit Riminald. d. princip. à num. 316. Institu. quib. alien. licet. & ita hanc opinionem, quòd dominium naturale & ciuile rerum dotalium, sit penes maritũ, dum durat matrimonium, post longam disputationem tenet gloss. 1. in rebus. 30. verb. naturali. C. de iure dotium. quam ibi sequuntur Cyn. Bart. Bald. numer. 6. & alij communiter: vt ibi asserit Salic. n. 5. Eãdem opinionem probauit gloss. 1. l. quanuis. 78. ʒ. de iure dotium. gloss. 1. in rem. 24. in princ. ʒ. de reiuend. gloss. 1. in suis. verb. quodammodo. ʒ. de libe. & post. & ibi Bald. in rep. numero. 3. ad finem. & hanc esse magis receptam opinionem, asserit Campes. de dote. 4. parte. quæst. 7. Nouellus de dote. 8. parte, priuileg. 6. nu. 1. & 6. & l. 1. numero. 280. ʒ. eod. Iason. §. fuerat. num. 2. Instit. de actio. Constant. Rogeri. de dote. §. 13. numero. 5. & latè Hippolyt. Riminald. in princip. à numer. 316. Instit. quib. alien. licet. Menochius consil. 88. numer. 39. lib. 1. Contrariam tamen opinionem, imò quod etiam dum constat matrimonium, dominium verũ & naturale rerum dotalium sit mulieris, & maritus tantũ videatur habere quoddam dominium ciuile, siue fictitium, tenuit Martinus à glo. relatus d. l. in rebus. ver. naturali. & eã opinionẽ probauit gl. l. Lutius Titus. 21. §. idem respondit. 2. verb. in bonis. ʒ. ad municipales. Paul. l. doce. numero. 2. C. de reiuend. & tanquã nouum defendit Zasi. lib. 2. singula. intellectuum. cap. 5. & l. diuortio. in prin. num. 6. ʒ. eo. Corrasi. lib. 5. miscelleano. cap. 14. & l. naturaliter. §. nihil communo. à numero. 33. ʒ. de acq. possesio. & probarunt Balduin. & Bart. in prin. Instit. quib. alie. licet. Connan. lib. 8. commentario. cap. 9. num. 5. & in effectu Robertus libr. 3. sententiarum cap. 18. Anton. Costan. tracta. de dotib. cap. 5. numero. 4. Igneus l. 1. §. si vir. numero. 175. ʒ. ad Sillanian. & Lãbertinus de iure patrona. 8. artic. 5. quæst. principalis. 1. parte. lib. 1. numer. 50. quibus adde Rogerium à Mota. l. traditionibus. nu. 86. C. de pact. Duaren. tracta. de dotibus. cap. 1. ad finem. Aufrerium in additio. ad Capellã. quæst. 278. Simancas in Catholicis institutio. cap. 9. numero. 59. Molinã lib. 1. de primogen. cap. 23. num. 6. Garsias tract. de expensis. cap. 13. à numer. 6. Larã. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. à numero 250. ʒ. de libe. agnosc. † Pro qua sententia expenditur tex. l. quanuis. 78. ʒ. de iure dotiũ. dũ dicit, quòd licet dos in bonis mariti sit, vxoris tamen est. Expẽde illud genitiuũ, Vxoris est. ergò dominiũ est vxoris: arg. l. 2. §. 1. ʒ. de relig. & sumpti. funerum

rum. & significat, quòd licet iure ciuili dotis dominium sit apud maritum, iure tamen naturæ apud mulierem est: & quoniam ciuilis ratio iura naturalia non corrumpit. l. 2. §. de vsufructu earum rerum quæ vsu. sentit Iureconsult. quòd ius naturale vincit, quanuis ratio ciuilis videatur aduersari: vt latius deducit Lara. §. si quis ex his. numero. 252. Neque satisfacit responsio Riminaldi in princip. numero. 327. Instit. quib. alien. licet. quòd verba d. l. quanuis. debeant intelligi, vt dos sit mariti re & effectu, vt ibi exponit Odoffred. & tantùm mulieris sit propter spem, quòd dos ad eum sit reuersura: nam hæc responsio violat verba d. l. quanuis. & contradicunt verba d. l. quanuis. in fine. dum dicit, quòd maritus tantùm habet dominium emolumenti, quasi nõ sit simpliciter dominus, sed tantùm quoad fructus & emolumenta quæ percipiuntur ex dote: vt in specie expendit Igne. l. 1. §. si vir. nume. 173. ff. ad Sillanian. Secũdò, pro hac sentẽtia adducitur. l. diuortio. 8. §. si fundũ. in fin. §. eo. vbi thesaurus inuẽtus in fundo dotali, pertinet pro dimidia ad vxorem, quasi inuentus in proprio fundo mulieris: quod etiam colligitur ex l. si constante. 25. §. si maritus. in fine. §. eod. Tertiò facit, quòd dos etiam constante matrimonio dicitur esse patrimonium mulieris. l. 3. §. sed vtrũ. in fine. §. de minorib. l. pater filiæ. 71. §. de euictio. l. filium. 4. ff. de collatio. bono. ergò dominium dotis est mulieris: quicquid cauilletur Riminaldus in princ. numero. 324. Instit. quib. alien. licet. Quartò, pro hac parte est tex. clarus. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. qui probat, iure naturali dominiũ esse vxoris, & tãtùm subtilitate & fictione iuris ciuilis dominium videri esse mariti: vt latius inducit Zasi. lib. 2. singul. intellectuum. c. 5. Neque satisfacit responsio Riminald. d. princip. Instit. quib. alie. licet. numero. 318. quòd tex. ille loquitur, postquam fuerit solutum matrimonium, quo tempore reiuendicationem mulieri concedit: sed vtrùm constante matrimonio mulier dominium habeat, tex. ille non aperit: huic enim responsioni apertè repugnãt verba d. l. in rebus, quòd etiam constante matrimonio, res dotales iure naturali remanserunt in dominio
4 mulieris.† Et retẽta hac opinione, nõ obstabũt suprà adducta pro magis cõmuni, quia ad primũ de isto tex. respõdetur, q̃ speciale est, vt maritus qui tantùm dominium ciuile & fictitium videtur habere in rebus dotalibus, ratione huius dominij possit seruum manumittere: & hoc fauore libertatis, cuius fauore multa sunt recepta aduersus iuris regulas. §. final. Instit. de donatio. Quanuis igitur qui nullo modo dominus est, non possit manumittere: ille tamen qui ficto saltem modo dominus est, seruum manumittere potest, dummodò id faciat sine damno mulieris. l. seruum. 21. ff. de manumissio. & infra latius dicemus. Nõ obstat secundum de. l. doce. 9. C. de reiuend. quia respondetur ex verbis dict. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. dominium naturale mulieris fuisse offuscatum subtilitate iuris ciuilis, propter quam offuscationem mulier non consideratur tanquam domina dotis, quoad effectus ciuiles. Cũ igitur actiones pertineant ad ius ciuile. l. 2. §. deinde ex his. §. de origin iuris. quoad actionẽ reiuendicationis, mulier non habebitur pro domina, & consequenter ei non competet reiuendicatio, sed marito. Qua etiam ratione, quia vsucapio pertinet ad ius ciuile. l. 1. ff. de acquir. rerum domin. cum gloss. ius vsucapiendi non concedetur mulieri, sed marito, dum constat matrimonium. l. 1. ff. de vsucapio. pro dote. Quoad effectus autem iuris naturalis, mulier habebitur pro domina, vt colliges ex l. diuortio. 8. §. si fundum. §. eodem. adiuncto. §. thesauros. Institu. de rerum diuisione. & hæc



hæc est vera explicatio ad d. l. doce. quid aliter explicet Paul. ibi numero. 2. Non obstat tertium de l. si prædium. C. de iure dotium. cum similibus: quia dum dicunt dominium dotis esse penes maritum, debent explicari iuxta verba tex. d. l. in rebus. ita vt maritus tantùm videatur dominus quoad ius administrandi, & protegẽdi: vt aliàs de Imperatore qui dicitur dominus totius orbis, tradit Bartol. in procemi. ff. §. omnem. num. 3. & l. 1. §. per hanc. 1. §. de reiuend. & in specie Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 250. ff. de libe. agnoscend. Et sic ex his opinio modernorum aduersus magis cõ
5 munem facilè defendi potest.† Cæterũ si magis communem tueri velis, pro ea adduces eam vrgẽtem rationem, quam adducit Salicet. l. doce. numer. 1. C. de reiuend. quòd titulus dotis est habilis ad transferendum dominium: quod ex eo patet, quòd transfert vsucapiendi conditionem. l. 1. ff. de vsucapio. pro dote. & titulus qui est habilis ad transferendam vsucapiendi conditionem, censetur etiã habilis ad transferendum dominium, si tradens sit dominus. l. clauibus. §. de contrahenda emptio. Ergò si est habilis ad transferendum dominium secuta traditione, etiam dominium naturale debet censeri translatum. §. per traditionem. Instit. de rerum diuisio. & in specie probat tex. ille in fine. ibi, Aut dotis. iuncto principio. & colligitur etiam ex l. dotale. 13. §. dotale. §. de fundo dotali. dum inquit, fundum dotalẽ dici, postquã dominium quæsitum fuit, scilicet per traditionem. l. de diuisione. 5. in fine. §. eo. Et sic iure naturali. d. §. per traditionem. & constat ex eo, quia si furripiãtur res dotales, maritus habet actionem furti, & nõ vxor. l. interdum. 50. in fine. ff. de furtis. ergò dominiũ naturale rei dotalis est mariti, iuxta doctrinã Iurecons. l. 2. ff. de crimin. expilat. hæreditat. vbi actio furti non competit illi, qui tantùm habet dominiũ ciuile, scilicet quæsitum per solam aditionem hæreditaris l. cum hæredes in prin. ff. de acq. possessio. sed requiritur, quòd habeat dominium naturale, quæsitum mediante apprehensione: notant Iason l. Pomponius. §. cum quis. numer. 9. ff. de acqu. possessio. Curt Iunior. l. eius qui. in princip. numer. 25. §. si certum petat. Costa. l. Gallus. §. & quid si tantùm. 2. parte. numer. 176. ergò efficaciter probat d. l. interdum. in fine. maritum habere dominium naturale rei dotalis. Facit l. ob res amotas. 24. ff. de actio. rerũ amota. Et si hanc magis communem opinionem defendas, ad adducta in cõtrarium facilè etiam responderi poterit. Nam ad primum de l. quanuis. §. de iure dotium.†
6 respondetur, tex. illum ita esse intelligendum, vt constante matrimonio dos sit in dominio mariti, & tamen dicatur etiã esse vxoris: vel quia post solutum matrimonium, dos ei necessariò restituenda est, vel etiam quia etiam constante matrimonio habet emolumenta dominij dotis, cum ex illius fructibus onera matrimonij sustinenda sint. Et quòd sit vera hæc explicatio, patet ex eo, quia in d. l. quanuis. dubitatio erat, vtrùm si res dotalis esset euicta, posset mulier statim agere de euictione suo nomine? Et respondit Iureconsult. posse duplici ratione. Prima, quia propter euictionem desinit esse dotata, & sic amittit ius restitutionis dotis, propter quam dos sua esse videbatur: & concordat l. si pro re. §. 1. §. de euictio. & notat Paul. l. doce. num. 3. C. de reiuend. Secunda est, quòd licet dominium dotis sit mariti, tamen ipsa vxor illius quoque habet emolumentũ, cum maritus ex dote debeat sustinere onera matrimonij. Cùm igitur propter euictionem hoc emolumentum mulier amittit, statim poterit agere de euictione. Ex qua secunda ratione colligitur, in princ. d. l. quanuis. dotem dici mulieris in eo sensu, quòd ipsa habet quoque illius emolumentum: sed quod dominiũ verum est mariti, colligitur etiam d. l.

d.l.quanuis.in fine. non probare, quòd maritus habeat dominij emolumentũ, vt malè intellexit Igne.l.1.§.si vir.n.173. ĵ.ad Sillanian. sed potius quòd maritus habet dominium, & vxor illius dominij etiam emolumentum;cùm ex dote debeant sustineri onera matrimonij. Non obstat secundũ de l. diuortio. 8.§. si fundum.s̃.eod.quia respondet glos. fina.ibi, quòd attento præsenti statu,dicitur esse mariti, sed attenta spe restitutionis, post solutum matrimonium dicitur esse vxoris:& ita etiam glos. final.l. si constante. §.si maritus.& ibi Alexand. num.3. ĵ.eo. & glos.fina.l.3. C. de iure dotium. & ibi Salic.nu. 2.quas probat Odoffred. d.l.in rebus.ad finem.& ibi Albe. num.1.Bart. l.qui balneum.§.1.ad finem.s̃. qui potio. in pigno.Riminald.in princ. nume. 322. Instit.quib.alie.licet.Pinel.l.1. C.de bon. mater.3.parte.nu. 12. Addo ego, & quia etiam habet emolumenta dominij constante matrimonio,& ideò quodãmodo pro domina habetur.d.l. quanuis.explicata vt supra:bonus tex. l. sciendum. §.si fundus.s̃.qui satisd.cogant. Non obstat tertiũ de l.3.§. sed vtrum.s̃. de minorib. quia respondeo,quòd aut consideras dotem habito respectu ad filiam & patrẽ,& hoc respectu dos dicitur patrimonium mulieris,& non patris, à cuius bonis abscessit.l. filium.4. ĵ. de collatio.bono. aut cõsideras dotem habito respectu ad maritũ,& vxorem ,& dos attento præsenti statu,dicitur esse mariti,& propter spem restitutionis dicitur esse mulieris, vt supra dictũ est: sed non ob id maritus non debet dici dominus dotis.l. non ideò.s̃. de reiuendicat. † Non obstat quartũ, de
7 verbis.l. in rebus.C.de iure dotium.quia respondet glos. ibi verb. naturali , quòd dum tex.dicit, dominium rerum dotaliũ iure naturali remanere penes vxorem,debet intelligi de iure naturali primæuo, quo bona non erãt distincta, neque quis dicebatur habere dominium,nisi quoad vsum & vtilitatem : quia igitur mulier etiam rerum dotalium habet vsum , & emolumentum,dicetur eo iure naturali obtinere dominiũ, scilicet quoad vsum & vtilitatem.l.1.ĵ.de actio.rerũ amota.& in simili probatur.l.in suis.ĵ.de lib.& post. & ibi notat glos. verb. quodammodo. Alexand.l.1.col.1.ĵ.de leg.1.& asserit receptum Riminald.in princ n.310.Instit. quib. alien.licet.& tanquam nouum tradit Quesada de diuersis quæstio. iuris.c. 15. num. 18.vers. quod si quæratur.& pro hac communi responsione, videtur esse tex.in l. quanuis.78.s̃. de iure dotium.explicata vt supra.Sed non placet hæc communis respõsio,quia d.l. in rebus. aperte loquitur de eo iure naturali, quo mulier videbatur habere dominium rerum, antequam illas traderet marito pro dote:& ex alijs etiam improbat Zasi. lib. 2.singular intellectuum.c.5.Riminald.in princ. à num. 319. Insti.quib.alien.licet. Vnde ego aliter respondeo,quòd licet attento iure naturali, dominiũ esse videatur penes vxorem, tamen ius ciuile offuscauit hoc ius naturale,& noluit illud esse in cõsideratione, vt fatetur Imperator in d.l. in rebus. vnde stante hac constitutione ciuili,verum est dicere,maritum dominũ esse absolutum dotis.d.princ. Instit.qui. alien.licet.mulierem autem non habere dominium iure ciuili considerabile. Neque obstat,quòd in d.l.in rebus. dicitur,propter illam constitutionem ciuilẽ, rer veritatem non esse confusam nec deletam:quia in illis verbis voluit significare,non obstante constitutione ciuili,aliquos casus reperiri, in quibus ius ciuile adhuc vxorem considerat pro domina, scilicet attento iure naturali, vt constat ex d.l.diuortio.8.§. si fundum.s̃.eo.l.plerumque.11.s̃. de iure dotium.l. si pro re. 22.§.1.s̃.de euictio. cui similis.l.quanuis. 78.s̃.de iure dotium. constat etiam ex l. sciendum.§.si fundus.s̃.qui satisd. cogan
8 tur. † Regulariter igitur,quoad ius ciuile attinet,dominium illud mulieris in nulla est consideratione, nisi in certis quibusdam



busdam casibus, ita vt meritò Bald.d.l. in rebus.num.6.versic.tu dic.C.de iure dotium. tradiderit,dominium rerum dotalium absolutè considerat um, esse penes maritum: apud vxorem autem tantùm reperiri quasdam reliquias, & vestigia antiqui dominij, propter quæ quoad quosdam effectus pro domina consideratur:subscribit Tiraquellus tractatu cessante causa.16.limitatio.num. 4.Et patet ex eo, quia si absolutè dominium naturale esset penes vxorem, etiam iure Digestorum, dominium ipso iure transiret in mulierem, quasi nunquam ab ea recesserit, vt agnoscit Garsias tractatu de expensis.cap.15. nume. 7.Et tamen certum est, iure Digestorum dominium rerum dotalium non transire ipso iure in mulierem,sed opus fuisse, quod actualiter restituerentur per maritum, iuxta communem.l. si mora.s̃.eodem.resoluit Alexander.l.3. numer.6. s̃. eodem. Nouellus de dote. 8.parte.priuilegio.8. nume. 1. Ergo nõ est verum dicere, quòd dominium naturale mulieris semper fuerit in consideratione,attenta dispositione iuris ciuilis, vt aduertit Pinelus.l. 1. C. de bonis maternis.3.parte.numero. 14.ad finem. Tantùm igitur reliquiæ aliquæ dominij considerabiles reperiuntur apud vxorem, quæ iure antiquo non erant sufficientes ad inducendam retranslationem dominij ipso iure:hodie tamen sufficient, propter nouam constitutionem dict.l.in rebus.ac ita hodie magis videbitur dominium continuatum in vxorem, quam retranslatum. Bald. l.traditionibus.numero.14.C.de pactis.Iason.l.de diuisione.numero. 5. in fine.s̃.eodem. Ex his igitur constat, articulum esse valdè controuersum,& pro vtraque opinione vrgentes esse rationes: quare varias concordias inter has opiniones asignarunt Doctores, quas seriatim refert Riminaldus in prin



cipio.à num.310.Insti.quib.alien. licet. Quibus omissis,vera concordia est, q̃ vbi traduntur res ex causa dotis, non videntur tradi ea mente, vt dominium quoad omnes effectus transeat in maritum, sed tantùm quoad ius administrãdi,& recipiendi fructus ex dote.l.dotis. 8.in princip.s̃.de iure dotium. quod debeat conuertere in onera matrimonij. l.quanuis.78.in fine. s̃. de iure dotium.
9 † Et hac de causa dicimus,quòd per traditionem ex causa dotis, non transfertur dominium naturale in maritum, scilicet quoad omnes effectus,vt aduertit Lara.l.si quis à liberis.§.si quis ex his. num.253.ĵ.de liberis agnoscend. & ante eum Diuus Thomas in.4. distinctio. 34.quæstio.4. in responsione ad primã quæstionem,inquiens, quòd dos asignatur marito ad vsum & ius administrandi,proprietas autem &dominium remanet penes vxorem : quod intelligendum est attento iure naturali: nam ius ciuile nihilominus constituit,quòd maritus quoad omnes effectus habetur pro domino vero,& quòd dominiũ quod attento iure naturali videbatur esse vxoris,in nulla haberetur consideratione,nisi quoad aliquos effectus,qui in iure reperiuntur expressi. dict.l.in rebus.explicata vt suprà.Iuxta quæ dicendum est ,attento iure ciuili , verum & proprium dominium esse mariti:dominium autem naturale, quod videbatur manere penes vxorem, offuscatum esse iure ciuili, & in nulla esse consideratione,nisi quoad aliquos effectus suprà relatos. Ex qua concordia infertur,in specie d.l.in rebus. dominium eiusdem rei non esse apud duos in solidum, contra regulam l.si vt certo. §. si duobus.s̃. commodati.cùm ibi dominium, quod iure naturali videtur esse penes vxorẽ, propter offuscationem iuris ciuilis non sit in consideratione,& sic quoad ius ciuile attinet,perinde sit, ac si illa nullum

haberet dominium:argumento. l. qui habebat.cum gloss.ʒ. de manumiss. testam. & sic cessat regula d. §.si duobus. quidquid aliter respondeat Bald.dict.l. in rebus.num.6.ad finem. quem sequitur Pinelus.l. 1. C. de bonis maternis. 3.parte.numero.12.Lara dict. §. si quis ex his.numero.254. Molina libro.1.de primogen. cap.23. numero. 6. Item & ex prædictis colligitur vera ratio ad decisionem dict.l.in rebus. qua constituitur,vt dominium rerum dotalium ipso iure redeat ad mulierem post solutum matrimonium:nam Romanus.l. non solùm.numero.15.s̃.eodem. existimat, rationem esse,quia attento iure naturali,dominium dotis semper remansit in patrimonio mulieris:& ideò post solutum matrimonium magis continuatur dominium,quàm retransferatur:quod ante eum dixit Bald.l.traditionibus.numer.14.C. de pactis. & subscribit Iason l.de diuisione.numero.5.in fine. s̃. eod.
20 †Quæ ratio corruit ex eo, quòd si vera esset hæc ratio,etiam iure Digestorum dominium continuaretur ipso iure in mulierem:quod licet admittat Garsias tracta.de expensis.cap.15.num. 7. tamen verius est contrarium, vt constat ex recepta doctrina Bartoli. l. si mora. numero.4.s̃. eodem. Et ideò veriùs dicendum est,veram rationem illius tex. esse,quòd dominium,quod iure naturali mulier videbatur habere,fuit offuscatum per ius ciuile: & ideò non potuit operari effectum, quòd dominium videretur continuatum,& non retranslatum:Iustinianus autem auferendo offuscationem iuris ciuilis,voluit, quòd post solutum matrimonium,hodie cõsideretur dominiũ quod iure naturali mulier videtur habere,& sic hodie dominũ magis videatur cõtinuatũ,quã retrãslatũ,vt suprà diximus. Ex quo consequitur, q̃ dispositio d.l. in rebus. quanuis correctoria sit iuris antiqui:tamen fauorabilis debet censeri, & extensionem debet recipere, cùm per eam reuersum sit ad ius naturale, quod iure ciuili erat offuscatum,iuxta doctrinam gloss. cap. statutum. verbo, numerandum.de præbendis. in. 6. & tradit Ancharranus consilio. 131. ad conclusionem. numer. 3. Tiraquellus tractat. primogenio.quæstione.24.à numero.6.& quia magis debet videri continuatum dominium antiquum, quàm de nouo reuersum,vt suprà diximus.Facit. l. talem. 51.§. final. ʒ.de hæredi.instituend. &.l.cùm filius.76.§.hæres.ʒ. de legatis. 2. & quod gloss.§. final. Institut. de tutelis. Vnde corruit id quod tradit Corneus consilio.63.nume.4.libro.3. quòd dict.l.in rebus.tantùm procedit,quando res data in dotem: à principio erat in patrimonio mulieris:secus si postquã data est in dotem,per præscriptionem, vel alium modum conuersa fuit in dotem:quod & pro constanti tenet Garsi. tractat.de expensis.cap. 15. numero.8. & probat Caldas de renouatio.emphyteusis.quæstione. 13.numero. 56. id enim ex suprà dictis confunditur. Cùm enim res illa efficiatur dotalis,& veniat restituenda vxori, etiam ad hunc casum prædicta lex videtur extendenda: & quia priùs videtur facta mulieris: argumento.l.3.§. final. s̃. de donationib. inter virum. Vlteriùs & ex suprà dictis infertur annotatio ad ea quæ in proposito tradit Alexander.l.1.colum. final. ʒ.de legat.1.dum inquit,quod ideò mulieri competit actio personalis ad pe
11 tendam dotem: item reiuendicatio; † quia cùm decisio dict.l. in rebus. transferat dominium iure speciali, succedit regula,quòd actio personalis concurrit cum reiuendicatione, quæ iure speciali competit.l.1.C.de donationibus quæ sub modo. Clariùs tamen ex prædictis dicendum est,quòd cùm ex dispositione dict.l. in rebus. dominium redeat ad



ad mulierem ex dispositione legis,absq; traditione,non inconuenit,quòd ea rei uendicatio concurrat cum actione personali:prout & legatarius in quem trãsfertur dominium ipso iure sine traditione.l. 1. C.communia de legatis.habet actionem personalem ad petendũ legatum: & etiam reiuendicationem. § sed nostra. Institut.de legatis.quia scilicèt deest ei adhuc dominium, quod mediante rei apprehensione aquiritur, vt declarat Iason.l. certi condictio. in principio.numero.31.s̃. si certum petatur.&.l. nemo rem suam. post princip. ʒ.de verborum obligationibus. &.l. 1. num.4.C.communia de legatis.Gomezius.§.sic itaque.num.32.Institut.de action.Tiraquellus tractat. de morte. 2. parte.6. declaratione.nume.6.In eo tamen est differentia, quòd in dote,cùm interueniat traditio, etiam dominium naturale quæritur. §. per traditionem. Institut.de rerum diuisio. non quidem absolutum,sed ex causa dotis,vt aliàs inquit Iureconsul.l.quoties. 17. s̃.de iure dotium. & in specie tradit Baldus. l.traditionibus.numer.14.C. de pactis. sed in legato antequam interueniat traditio, dominium naturale non potest videri quæsitum.Et hinc est,quòd si marito surripiantur res dotales, conceditur ei actio furti.l.interdum.50. in fine. ʒ.de furtis.quæ tamen non conceditur legatario, qui ante traditionem solùm dominium ciuile videtur habere. l. sed neque legatarius.11.s̃. de condict. furt. Prout & in hærede, qui sola aditione dominium quærit,probat l.2. ʒ. de crimin.expilat.hæred. quæ addit,necessariam esse apprehensionẽ, vt pro re subrepta competat actio furti: per quem text.debet declarari l.si dominium.48 ʒ.de furtis. Qua ratione dominium cõpetens legatario,vel hæredi adeuntí,dicetur ciuile,siue legitimum iure Quiritũ,vt tradit Theophi.§.fin.Insti.de liber
12 tin. †Et in his terminis procedet opinio Lancelot.Decij.l.ex hoc iure.colum. 2. s̃.de iustit.& iure. dum tenet,dominiũ quæsitum per modos ciuiles, ciuile esse,& non naturale: si autem apprehensio interueniat,etiamsi per modos ciuiles dominium quæratur, vtpotè per vsucapionem, magis dominium dicetur naturale,quàm ciuile.Et in his terminis procedet opinio Bartoli contraria. d.l. ex hoc iure. & quod tradit Aretinus.l. 3 §.ex pluribus.numero. 25.& .l.qui absenti. §.fin. colum. 2. ʒ. de acquirenda possessione.quòd dominium,quod trãsfertur ex dispositione legis, infirmius, & debilius est eo dominio, quod quæritur mediante apprehensione: subscribit Claudius l. Gallus. §. & quid si tantùm.numer.43.& colligitur ex supra dictis. Vltimò ex ratione de qua suprà infertur intellectus ad.l.seruus dotalis.59 s̃.eodem.vbi probatur, quòd seruus dotalis hæres institutus, debet adire, vel repudiare,præcedente iussu mariti; ea ratione, quia seruus adire,vel repudiare debet præcedente iussu domini.l. qui in aliena.6.in principio.ʒ.de acquirend. hæreditate.Cùm igitur maritus dum constat matrimonium sit dominus rerum dotalium,meritò præcedento eius iussu,seruus dotalis adire hæreditatem,vel repudiare debet: & ita Salicetus.l.3.numero.2.C. de iure dotium. & sentit glossa. 1. hic. Sed oppones, quòd si hæreditas aditur per seruum, præcedente iussu mariti, etiam hæreditas acquiretur marito. d.l.qui in aliena.6.in principio.ʒ.de acquirenda hæreditate. & tamen id falsum est, quia marito solùm acquiruntur fructus rei dotalis, vel acquisita ex operis seruorum, alia autem pertinent ad vxorem. l. vnica. §. cumque. C.de rei vxoriæ actione. Sed respondendum est cum gloss.ibi.verbo,pertinere. quòd hæreditas hæc mero iure quæritur marito: sed quia non potest dici fructus rei dotalis, neque quæsita ex operis serui

dotalis, post solutum matrimonium, tenebitur illã hęreditatẽ restituere vxori cum reliqua dote, vt in simili probatur in.l.diuortio.8.§.si fundum. in fine. ſ.eodem. Quidquid enim acquiritur per rẽ dotalẽ, vel illius cõtemplatione, quãuis fructus nõ sit: tamẽ cõsideratur tanquam augmentum dotis, ac proinde mero iure quæritur marito, dum cõstat matrimonium: quod tamen cum reliqua dote restituet post solutum matrimonium.l.de diuisione. 5.ſ.eodem. l.etiam. C. de iure dotium. & expressè Paulus dict.l.seruus dotalis. numero.2. ſ.eodem.& sentit glossa penultima.in præsenti.Bonus text.l.final.ʃ.eodem.& ibi Romanus numer.2.& num.4.ad finem.& Alexander numero.1.† Vnde cùm prædicta hæreditas consideretur tanquam augmentum dotis, & cùm reliqua dote debeat vxori restitui, quoad hoc tenebitur maritus de leui culpa, prout de ea tenetur quoad res dotales. l.etiam.§.licet.ſ.eodem. l.penultim.in principio. ʃ. eodem.& in repudianda, vel adeunda hæreditate damnosa, facilè culpa admitti potest: ideò Modestinus in libris cautionum, siue cautelarũ, quos scripsit, vt notat Cuiacius libr.12. obseruationum. capit. 32. cautionem præstitit marito, in dict.l.seruus dotalis. vt ab hoc timore se liberaret, scilicèt, quòd si ageretur de repudianda hæreditate, consuleret mulierem coram testibus, vtrùm probaret repudiationem hæreditatis: & si eam probaret, securus esset maritus: neque enim tunc mulier posset culpam imputare marito: argumento.l.cùm donationis.C. de transaction.Paulus.d.l. si seruus dotalis.num.3.Et est notabilis cautela pro illis, qui tenentur restituere alijs, & dubium actum faciunt. Bartol. & Cumanus numer.1.dict.l. si seruus dotalis .Si autem vxor dixerit, se velle vt seruus adeat hæreditatem, tunc dicit Iureconsultus.d. l.si seruus dotalis. quòd maritus debet reddere seruum dotalem vxori, vt eius iussu adeat, & post aditionem seruum marito restituat. Ex quo colliges, quòd licèt res dotalis constante matrimonio, per maritum non possit restitui vxori.l. vnica. C. si dos constante matrimonio. tamen potest restitui, quando apud vxorem non debet remanere, sed debet eam statim restituere marito, vt in simili tradit Bartolus.l.2. §.1.numer.1.ʃ.de donationibus. Item colliges, quòd licet momentanea non soleant esse in consideratione.l.final.§. final. C. de bonis quæ liberis. tamen sunt in consideratione, quando ex illis aliquis producitur iuris effectus.l.2. C. de posthum.hæredib.instituend. Cùm igitur ex illa momentanea serui traditione ille sequatur effectus, quòd hæreditas adita per seruum, mulieri quæratur, habetur illa momentanea traditio in consideratione, vt explicant Romanus dict.l.seruus dotalis.numero. 3. & ibi Paulus numer.4. Baptista de priuilegijs dotalibus. centuria.2.numer.85.& exornat Gerardus videndus singul.26.

13

14 †Denique collige, quòd dum constat matrimonium, mulier nullo modo cõsideratur tanquam domina, cùm oporteat seruum restitui vxori per maritum, vt illius iussu, tanquam dominæ, possit adire hæreditatem: notat Goffredus d. l.seruus dotalis.numero.2. in fine.& ibi extollit Paulus numero. 2. Mirum tamen est, quòd Iureconsultus dat hoc secundum consilium marito, cum per illud ipse maritus damno videatur afficì: quia si iuberet adire seruum de consensu & voluntate vxoris, hæreditas mero iure ei quæreretur: & tantùm post solutum matrimonium teneretur restituere: & si vratur consilio Iureconsulti, hæreditas directò mulieri acquiritur, & nullo modo marito, vt aduertit Cumanus dict.l. seruus dotalis. in fin.



in fine.qui tamen haberet fructus hæreditatis, dum constaret matrimoniũ, si eius iussu seruus adijsset.l.final. ʃ. eodem.& ibi Romanus numer.2.& num.4.ad finem.& Alexander numer.1.Sed respondendum est, id consilium esse vtile marito, quando existimat hæreditatem damnosam, neque vllo modo vult se implicare oneribus hæreditarijs, aliàs vtilius esset iubere seruum adire de cõsensu mulieris, vt suprà dictum fuerat in repudiatione.Et notabis, quòd dùm dict.l.seruus dotalis.præsupponit, hæreditatem quæsitam per seruum, per maritum restituendam esse vxori post solutum matrimonium, procedit, quando seruus instituitur propria contẽplatione, vel etiam contemplatione vxoris.gloss.l.si ex legato. 66. ſ. de iure dotium. nam si cõtemplatione mariti sit institutus, hæreditatem quæsitam per aditionem serui, non tenebitur vxori restituere.l.hinc quæritur.20.§. potest. ſ.de peculio.& tradit gloss.dict.l.seruus dotalis.verbo, obligetur.ſ.eodem.Vltimò ex suprà dictis infertur explicatio ad tradita per Carolum in consuetud. Parisiens.§.25 numero.1.&.2.quem sequuntur Couarr. resolution.libr.3.cap. 19.numero.2.ad finem.Tellius.l.Tauri 16.numero.10.dum dicunt, quòd lucra quæ secundùm consuetudinem Hispaniæ, & Franciæ communicantur inter coniuges, dum constat matrimonium, videntur esse in velato dominio vxoris, & quasi in dominio in habitu, quod post solutum matrimonium transit in actum, & verum effectum: allegant dictã l.in rebus.30. C. de iure dotium. †

15

Quæ tamen non multum facit, pro eorum traditione: nam in ea specie mulieris dominium omnino offuscatum erat per ius ciuile, non solùm quoad effectum, sed etiam quoad substantiam: ita vt in nulla esset consideratione: & ex illa noua constitutione Iustiniani tollitur illa offuscatio, & quasi nunquam fuerit mariti, ipso iure reuertitur ad mulierem, vt suprà diximus: in lucris autem quæsitis constante matrimonio, dominium in substantia quæsitum est vxori, & tantùm eius effectus suspenditur, quia ius administrandi pertinet ad maritum. Planè multum interest, actum aliquem suspendi quoad substantiam, vel tantùm quoad effectum.l.cùm hic status. 32.§.siue autem.ſ. de donationib. inter virum.notat Oldrad. consil. 150. numero.6. His ita explicatis, deuenien do iam ad peculiarem interpretationem huius textus, in primis est aduertendum, quòd dum is textus probat, maritum manumittere posse seruum dotalem, etiam inuita vxore, debet intelligi, dummodo maritus sit soluendo, vt tradit gloss.1.hic. Ex quo Imola hic numero.4.collegit, quòd maritus vxori statim tenetur soluere pretium serui dotalis manumissi: aliàs frustrà requiret gloss. quòd tempore manumissionis maritus esset soluendo: subscribit Campesius de dote.4.parte. quæstione 46.& facit.l.si seruum.71.in principio. & ibi notat Cumanus.ʃ. de acquirend. hæreditat. Sed verius est, maritum non teneri vxori restituere pretium serui manumissi, nisi post solutum matrimonium: prout illo tantùm tempore seruum restitueret, nisi eũ manumisisset: & ita Bartolus hic, Alexander.l.si verò.ad finem.ʃ.eodem. & est text.l.seruum.21.ʃ.de manumissio. Neque repugnat authoritas glo.1.hic, neque enim declarat, quòd tempore manumissionis maritus debeat esse soluendo, sed tãtùm dicit, oportere maritum esse soluendo. Intellige tu, tempore quo dos restituenda est: nam si eo tempore non sit soluendo, vxor seruum illum manumissum reuocabit in seruitutem, ac si nunquam fuisset manumissus, ne aliàs vxor in damno remaneat. d.l. seruum.

a 1. ĵ.de manumissio. & l.1. C de seruo pignor.dato.tradit Salicet.l. 3. num.2. C.de iure dotium.Baptist. de priuileg. dotalibus.centur.1.nu. 25. † nisi seruus
26 pro se offerat pretium vxori, ad quod soluendum maritus tenebatur: pretio enim oblato,cõseruabitur in libertate, quia satis cautũ est indẽnitati mulieris: & ita Alciat.l.1.nu.123.s̃.eo. & Corrasi. l.qui liberos.nu.208.s̃.de ritu nuptia.& ante eos glo.& Salice.l.1.C.de seruo pignor.dato.Sed aduersus hũc tex.ita explicatũ opponitur de.l.seruũ qui sub cõditione. 11.ĵ.de manumissio.vbi seruus legatus manumitti non potest,quia subiacet restitutioni: quod etiam probat.l. generaliter.§.fin.ĵ.qui & à quib.l. fin. §. sin autẽ sub cõditione.C.cõmunia de legatis.ergo pariter cũ seruus dotalis subiaceat restitutioni, non potest manumitti.Bart,hîc nu.2.respondet,hãc specialitatẽ procedere fauore libertatis.Itẽ propter naturam dotis:nã cùm dos detur,vt apud maritũ sit perpetuo.l.1.s̃.de iure dotiũ. maritus considerabitur tanquã dominus irreuocabilis, & sic valet manumissio.Sed non placet, quia solus fauor libertatis non sufficit,vt subiectus seruus restitutioni manumitti possit, vt constat ex d.l.seruum qui.11. ĵ. de manumis.Et ratio Bart. collecta ex natura dotis,contra eũ retorquetur, cùm per manumissionẽ seruus desinat esse dotalis.l.sic desinit.ĵ.eod.l.talem. 51 §.fina. s̃.de hæred.insti.quod est contra naturam dotis. Et ideò verior est responsio, quam assignant Roman.hic num.16.& Paul.num.2.quòd seruus dotalis subiacet restitutioni ratione cõtractus dotalis, & seruus subiectus restitutioni ratione contractus, interim manumitti potest per dominũ, & valet manumissio,vt est tex.l.3.C.de iur.dotium.& ibi notant Bart.& Salice.num.1.Iason.l. final.§.sed quia.num.4. & auth. res quæ. nu.2.in.4.limitatio. C. cõmunia de legatis. Idem probat text.in.l.is qui.44. ĵ. de actio.& obligation.per quem id tradit gloss.l.seruum qui. 11.ĵ.de manum. licet seruus subiectus restitutioni ex vltima voluntate,manumitti non possit,
17 vt probant iura suprà citata † in contrarium.Neque huic responsioni obstat.l. ea quæ.C. si mancipium ita fuerit alienatum:nam procedit in seruo, qui specialiter prohibetur manumitti:nam etiamsi hæc prohibitio facta sit per contractum: tamen manumissio aduersus eam facta nõ valebit.dict.l. ea quidem. & rationes specialitatis reddidit gloss. magna.ad mediũ.l.ea lege.C.de condictio ob causam.& ibi Salicet.numer.2. ad finẽ.Sed quando seruus simpliciter subiacet restitutioni ratione cõtractus, vel specialiter non est prohibitus manumitti, semper valida censetur manumissio, etiam facta per dominum reuocabilem, vt constat ex suprà traditis Vnde infertur,textum istum non procedere aliquo speciali fauore libertatis, sed secundùm regulam generalem, vt constat ex suprà traditis:& aduertit Romanus hîc num.16.Infertur etiam,hodie textum istum procedere, cùm adhuc militet prædicta ratio, vt hîc tenẽt Bartol.Imol.num.4.Paul.num.3.Alcia. l.1.num.123.& ibi Socinus Iunior nu. 223.s̃.eodem.Corras.dict.l. qui liberos. numer.208.Contrarium tamen tenet Bald. Nouellus de dote.8.parte. priuil. 6.num.23.Igne.l.1.§.si vir. nume. 103. ĵ.ad Sillanianũ.ea ratione, quia hodie etiam rerum mobilium dotalium transit dominium ipso iure in mulierem. l. in rebus.30.C.de iure dotium.ergo debuit irritari manumissio, quia aliàs seruui dotalis non posset dominium ipso iure transferri in mulierem.Sed tenenda est prima opinio, quia legum correctio semper euitanda est. Neque obstat Baldi Nouelli ratio, quia respondetur, quòd dicta. l. in rebus.

procedit



procedit in mobilibus extantibus, seruus autem manumissus non potest dici extare,cumpropter manumissionem desierit esse dotalis. l. sic desinit.ĵ. eo. & alius homo esse videtur. l. manumissiones. s̃. de iust. & iure. Manumissio igitur rite facta,non debuit ex post facto irritari, iuxta regulam l. 2. ĵ. de itin. actuque priuato. Cumanus l. si æstimatis.in fine. s̃. eodem.Illud maiorem recipit dubitationem, si maritus ante solutum matrimonium seruum non manumisit, sed ei reliquit libertatem directam, vel fideicommissariam, iuxta terminos l.3. C. de iure dotium. nam hoc casu dubium est, vtrùm valeat ea datio libertatis, tunc enim proprie locum habet ratio Bald. Nouelli supra relata.Cùm enim seruus dotalis adhuc non sit manumissus tempore soluti matrimonij, & sic extet, illius transfertur dominium ipso iure in mulierem.d.l in rebus. Succedit ergò regula,quòd seruo alieno libertas dari non potest.l.seruo tuo.C. de testamen. manumissio.l.si alienum. in principio.
18 ĵ. de hæred. instit. † Et confirmatur, quia libertas relicta in testamento,non competit statim mortuo testatore, sed necessaria est aditio hæreditatis. l. directas.C. de testamen. manumissio.l.vnica.§. libertatibus.C. de caduc.tollend. Cùm ergò per mortem soluatur matrimonium,& eo tempore adhuc non cõpetat libertas,euidenter constat relinqui libertatem seruo alieno, & consequenter valere non debet. Sed verius est contrarium,decisionem dict.l.3.C. de iure dotium.etiam hodie obtinere, quia non est facilè admittenda legum correctio. Neque obstat ratio adducta in contrariũ:quia in primis responderi potest, quòd dum tex. d. l. in rebus.probat, etiam mobilium transire dominium ipso iure in mulierem, debet intelligi,elapsa dilatione anni,quæ datur marito pro restituẽdis rebus mobilibus dotalibus.l.vnica.§. exactio. C. de rei vxo. actio. is enim dies impediet interim dominium transferri. l. Sempronius.ĵ.de vsufru. legat. & ita Bald. l. 3. num.4.ad finem.C.de iure dotium. & l.vnica.§.cum autem.numer.1. C.de rei vxo.actio. & subscribit Alex.l.si mora. nu.2.adfin.s̃. eo.Sed nõ placet,quia nimis restringit generalitatẽ d. l. in rebus.per quã receptũ,est dominiũ rerũ dotaliũ mobiliũ à tẽpore soluti matrimonij ipso iure trãsferri in mulierẽ,quã uis executio effectualis nõ possit fieri nisi post lapsum anni.d.§.exactio.Bar.l. ob res amotas.ĵ.de actio. rerũ amotarũ. resoluit Ripa l.1.numero.36.s̃.eodem. Nouellus de dote. 8. parte. priuileg. 6. numero. 2. Socin. Iunior. l. ita stipulatus.numero.227.ĵ.de ver.oblig.& ideò melius respõdetur,quòd cũ testator tẽpore habili disposuerit de re dotali,perinde habendũ est,ac si in vita de ea re cũ effectu disposuisset: vt in notab. casu tradit Bal.auth.contra qui rogatus.n. 10.C.ad Trebellian.quẽ sequitur Soci. cons. 53. nu.16.lib.1.Colligitur etiã ex recepta doctrina Bart. l.Titio centũ.§. Titio genero. n. 5.ĵ. de cond. & demõ. Vnde in his terminis nõ debet habere locũ decisio d.l.in rebus.Ad quòd inspecie expẽdo l.3.C.de iur. dot. dũ loquitur etiam in libertate fideicommissaria relicta per maritum: nam hæc potuit dari post multum tempus,& postquam dos esset restituta: & tamen tex. vult valere eam libertatem relictã per maritũ,quia tempore habili relicta est. † Itẽ
19 & secundò respõdeo,quòd d.l.in rebus, intelligẽda est, quãdo maritus vel eius hæres,possunt res restituere,vt quia habẽt illas penes se, & libere eas reddere possũt mulieri:nã tũc vt facilius fiat executio, dominiũ transfertur ipso iure in mulierẽ:sed si maritus,vel hæres illas penes se nõ habeant,vt quia eas alienarũt,

vel aliqua ratione reddere nõ possunt: tunc non procedit decisio dict.l. in rebus.& ita expressè Cumanus. l. si æstimatis. ad finem. s. eodem. Pro quo expendo, quòd maritus licite potest alienare res mobiles dotales: nulla enim est lex, quæ prohibeat maritum alienare prædictas res: glossa 1. in principio. Instit. quib. alien. licet. Bartolus. receptus. l. 1. numer. 18. s. eodem. ergò alienatio legitimè facta, non debet ex post facto irritari. l. 2. j. de itin. actuque priuato. Vnde dum tex. dict. l. in rebus. dicit, rerum tam mobilium, quàm immobilium, competere reiuendicationem vxori, etiam aduersus tertios possessores: ita debet explicari, vt quoad res immobiles generaliter procedat, quas maritus iure alienare non potuit. l. vnic. §. & cũ lex. C. de rei vxo. actio. sed quoad mobiles, quas maritus licitè alienare potuit debet intelligi, quãdo maritus nõ est soluẽdo: & idẽ debet admitti de rebus se mouentibus, de quibus etiã loquitur d. l. in rebus. & vide Igne. l. 1. §. si vir. numero. 103. j. ad Sillanian. Quod confirmo, quia dict. l. in rebus. loquitur generaliter, etiam de rebus dotalibus æstimatis: quas tamen cum maritus licitè alienet. l. interest. 6. C. de vsufructu. & l. quoties. 5. C. de iure dotium. D D. communiter restringunt ad casum, quo maritus non sit soluendo: vt tradit glossa dict. l. in rebus. verb. æstimatæ. in fin. communiter recepta, vt per Pinel. l. 1. C. de bonis maternis. 3. parte. numero. 15. ergò pariter & cũ maritus licitè alienet res mobiles. d. l. in rebus, quoad eas intelligenda est, quando maritus non fuerit soluendo. Sic igitur & in proposito, cum hæres non possit disponere de seruo, cui relicta fuit libertas per testatorem, neque eum tradere vxori. l. seruum qui sub conditione. 11. j. de manumissio. l. generaliter. §. final. j. qui & à quibus. respectu illius non obtinebit decisio dict. l. in rebus. dummodo hæres sit soluendo, aliàs enim non valebit prædicta manumissio. l. seruum. 21. j. de manumissio. l. 1. C. de seruo pigno. dato. & supra diximus. † Vlterius existo text. colligendum est, quòd si maritus seruum dotalem inuita vxore manumisit, quòd quicquid ab eo consecutus est tanquã patronus, tenetur statim vxori restituere, alia autem cum dos restituitur. Sed videndum est de ratione huius differẽtiæ: & Bartol. hic numero. 3. eam esse existimat, quòd ius patronatus subrogatur loco serui dotalis manumissi: arg. l. talem. 51. §. fina. s. de hæred. instit. & ideò quod maritus acquisiuit tãquam patronus, de rigore iuris tenetur vxori restituere: alia autem in quibus cessat prædicta ratio, ex æquitate tenebitur restituere, quæ in actionibus bonæ fidei maxime consideranda est. l. quia tantum dem. s. de nego. gestis. & communiter recipitur hæc declaratio: vt hic asserit Paul. numero. 4. Nec multum ab ea discrepat alia explicatio, quã assignat Cuman. hic numer. 3. & Imol. numero 5. quos sequitur Campes. de dote. 4. parte. quæstione. 48. Sed non placet, quia si ius patronatus subrogaretur loco serui manumissi, quæsit ũ ratione illius, non retenetur maritus restituere statim, sed tantũm post solutum matrimonium, actione dotis, iuxta regulam. §. fuerat. Institut. de actio. & tamen is text. probat, quòd statim tenetur id vxori restituere. Item textus is non fundat se in ratione per Bartol. considerata, & ideò verius est, quòd cum iniquum sit, quem inuitum priuari re sua. l. non enim. 9. j. de actione rerum amotar. constitutum fuit, quòd non solum maritus serui pretium hoc casu teneretur restituere vxori, sed & omnia quæ à prædicto seruo manumisso obtineret, quæ sine dubio pertinere



pertinere deberent ad vxorem, si seruus ille ea inuita non fuisset manumissus. Quoad tempus autem restitutionis fit differentia: nam ea quę acquisiuit tanquam patronus, etiam constãte matrimonio tenetur vxori restituere, quia id ita lege Iulia expressè cautum erat. l. hæc actio. 66. & ibi Bartolus, & Cuman. j. eod. Crot. l. si constante. 2. lectu. numero. 74. s. eod. alia autem non restituet, nisi post solutum matrimonium: quia considerantur tanquam augmentum dotis: vt tradit gloss. pen. hic, & Roman. numer. 21. & ideò tantùm post solutum matrimoniũ debet reddi, quia neque ante actio dotis oritur, iuxta communem traditionem. l. si constante. §. 1. s. eodẽ. & ita in effectu
21 Cuiac. libro. 2. obseruati. cap. 34. † Et confirmantur, quia cum hæc pertineãt ad mulierem ratione serui dotalis, constante matrimonio apud maritum debent esse, & tantùm soluto matrimonio facienda est restitutio mulieri. l. vnica. §. cumque. iuncta gloss. verb. pertinere. C. de rei vxor. actio. l. final. j. eod. & ibi Roman. nume. 1. Et iuxta hæc venit explicãda gl. pen. hic. & quæ Roma. numero. 21. dum tractant, qua actione prædicta mulier petere possit? Vltimo loco illud restat videndum, vtrùm decisio huius text. iure authenticorum correcta sit? Dubitationem facit, q̃ licet iure. ff. & Codicis mobilia licite maritus solus alienare posset, vt supra diximus: tamen hodie alienari nõ possunt iure authenticorum, nisi interueniant solẽnitates expressæ auth. siue à me. C. ad Velleian. vbi gloss. verb. multo magis. ita resoluit, quã ibi sequuntur Bart & alij. Bartol. l. 1. numero. 18. s. eodem. vbi Vincent. numero. 50. Iason num. 33. Crot. numero. 115. asserunt receptum, & Corasi. l. qui liberos. numero. 205. s. de ritu nuptia. Vnde pariter videtur dicendum, quòd neque manumissio serui dotalis hodie valeat, nisi interueniant solennitates illius auth. Cõtrarium tamen dicendum est, imò non obstante ea auth. etiam hodie obtinere locum decisionem huius text. nam dict. auth. siue à me. statuens contra ius antiquum, vt hodie res mobiles dotales nõ possint alienari absque certis solennitatibus, non debet comprehendere hunc casum fauorabilem manumissionis, siue libertatis: pro qua multa specialia recepta sunt. § final. Instit. de donatio. Neque enim lex generaliter aliquid de nouo statuens comprehendit casum nimis fauorabilem, & in quo specialiter contrarium inuenitur cautum. l. in testamentis. 26. adiuncta gl. final. C. de testam. & ibi notat Fulgos. tradit Ias. l. iusiurandũ & ad pecunias. §. qui iusiurandũ. ad fin. s. de iureiuran. Cassane. consil. 7. num. 24. Aym. cons. 70. nu. 15. facit l. 3. cũ gl. C. de silentiar. lib. 12. Quod ita in specie sentiũt Imol. hic numero 4. Paul. numero 3. Nouellus de dote. 8. parte. priuileg. 6. numero 23. Bolognet. l. 1. numero. 163. s. eodẽ. Adde tu, & longe verius esse, non obstante dict. auth. siue à me. etiam hodie valere alienationem rerum dotaliũ mobilium absque vlla solennitate. Neque enim facile admittẽda est iuris correctio, vt post alios probat Igne. l. 1. §. si vir. à numero. 100. j. de Sillanian. Riminaldus in principio. à numero. 132. Instit. quib. alie. licet. Neque repugnat dict. auth. siue à me. quia tantùm loquitur in rebus mobilibus datis propter nuptias: has enim non vult alienari absque solennitatibus ibi expressis: prout & res dotales immobiles prohibentur
22 indistincte alienari: † vt aduertit Igne. dict. §. si vir. numero 99. & Hippolytus Riminaldus d. princip. à numero 136. Instit. quib. alien. licet. & nos latius probauimus. l. 1. in 3. parte. s. eod. ad finem. Et hæc sufficiant in interpretatione huius

huius l. Interpretationem autem legũ ſequentium, vſque ad l.hæc actio. 66.j̃. eod.inuenies.l.ſi conſtante. in princip. s̃.eodem.Item intellectum.l.penu. §.1. j̃.eodem.inuenies. l. quæ dotis. s̃.eod. Item intellectum. l. penultim.§. mancipia. j̃. eodem. inuenies. l. ſi æſtimatis.s̃. eodem.Item & intellectum dict.l. penultim. §.ſi vir.j̃.eodem. inuenies. l. 1.in 4. parte s̃. eodem.Materiam denique l.final. j̃.eodem. inuenies tractatã l. diuortio.§. ſi vir.s̃.eodem. Ita vt omnes leges huius tituli diligenter in his commentarijs fuerint explicatæ.

FINIS.

MADRITI.

Excudebat Ludouicus Sanchez:
Anno. 1595.